Universitat de Barcelona
Biblioteca

Leo Castr:
in Haya
Prophet.

C

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIA IN ESAIAM PROPHETAM,

EX SACRIS SCRIPTORIBVS GRAECIS, & Latinis confecta, aduersus aliquot commentaria, & interpretationes quasdam ex Rabinorum scrinijs compilatas: Authore *LEONE CASTRO*, sacræ Theologiæ & ingenuarum artium Salmanticensi Magistro.

Sunt in extrema huius operis parte Periochæ, quæ singulorum capitum Esaiæ summam continent, iuxta interpretationem sanctorum, quæ docent totum Esaiam nihil aliud, quàm Christũ sonare, additis singulis partibus suis numeris, vt quilibet legere possit sanctorum de ea re sententias consentaneas Hebrææ, Græcæ, & Latinæ editioni.

EST & concordia Euangelica cum Esaia Propheta, vt prædicta singula nostræ fidei mysteria videas in Esaia, & in literis Euangelicis completa.

SVNT etiam loci quinquaginta, quos iuxta Lxx viros ex hoc propheta citant Apostoli, & Euangelistæ, collati inter se Græce, vbi notatur Euangelistas, & apostolos citare etiam paraphrases Lxx virorum.

INDEX rerum prædictarum de Christo ab Esaia.

Est opus totum argumentosum, quo aduersus Iudæorum nationem rebellem multa fieri necesse est, quæ sequens facies indicat.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

BIBLIOTHECÆ OHIENSIS SOCIETATIS IESV
IHS

SALMANTICÆ
Excudebat Mathias Gastius
M. D. LXX.
Cum licentia et Priuilegio.
Tassado en veinte y ocho reales.
Las Concordantias en

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEfenditur vulgata editio D.Hieronymi aduersus ingruētes nostra tempestate magno impetu Iudaizantium phalīges, qui nouas quasdamad præscriptum Iudæorum translationes excudēre typis, quiq; coronam fidelissimi interpretis veritatis Hebraicæ D.Hieronymo detrahere conantur,quę in eius capite,vsq; ad nostra tempora hæret multa cum laude,& nescio cuius capiti eam imponere contendunt.

¶ Et quod Iudaizātes huic rei tā deformi dāt colorē,quod Iudæi,ex quorum scrinijs suas mutuantur interpretationes D.Hieronymo fuerint longè peritiores Hebræi sermonis, Hebræasq; phraseis nouerint multo melius, & hoc prætextu obtrudūt ecclesiæ diuersis partibus orbis apud exteras nationes,& apud nos etiam quibusdam,qui parum sibi, & alijs cauent, falsis,& impijs Iudæorum interpretationes.Aduersum hoc tantum malum eruitur ex omni antiquitate vera Lxx interpretum historia,qui multis seculis ante crucem Domini vertere scripturam Græcè,& quæ de Lxx cellis,& de miraculis editis in illa translatione prodita sunt, ostēduntur esse verissima,ex vetustiss. scriptoribus,tam nostris,quàm alienis,& ex Philone Iudæo,atq; adeò ex Iosepho Iudæo,& Aristæo,quos duos schola tudeorum pro se citat aduersus Lxx viros,& refellitur Iudæorum schola,vt qui quærunt sententiam Iudæorum de intellectu scripturę,habeant Lxxii Iudæos suæ tempestatis longè sapientiss. qui multo ante promulgatum euangelium,scripturam enucleauere euangelicè,ea veluti para phrasi,qua vulgata editio D.Hieronymi defenditur:sanctorum patrum sententia de intellectu scripturæ constabilitur:impia Iudæorum rabies reprimitur:aperiuntur doli,quos Iudæi aduersus nos versant leui literarum inflexu,coniungendis,diuidendisq; literis,& syllabis, varia distinctione,interpretatione varia, & mille alijs technis,quas comminiscuntur mali,& impij Iudæi.

¶ Hinc refelluntur impij Iudæi,qui ecclesiæ Orientis,atq; adeò nostræ,& sanctis patribus,concilijsque sanctissimis,obijciebant, quod scripturæ testimonia citarent,iuxta Lxx viros quæ dicerent parum fideliter versa,cū priùs ipsi impij Iudæi technis dictis ea vitiassent. Ostenditur enim hoc opere translatio Lxx,& vulgata editio D.Hieronymi semper consentire cum veritate Hebraica:hoc tantū interesse,quod translatio vulgata D.Hieronymi ad verbū reddit veritatē Hebraicā,Lxx virorū interpretatio paraphrasis quędā euāgelica est in plerisque,quæ vere exprimat sensa sacra lectionis Hebrææ,quod Lxx verbū verbo non curent reddere fidi interpretes,quæ causa est,vt à veritate Hebraica discrepare sint crediti,& vbi à veritate Hebraica discrepare videtur,aperiūtur supradicti doli à Iudæis facti dispūctione varia,& varia distinctione & supradictis technis, vt vaticinia de Christo,quod Hilarius ait,obscurent,aut alio deflectere possint,nunquam tamē Deus Opt.Max.passus est vitiari scripturam,ita vt non sonet Christi mysteria,planius tamen alibi,alibi obscurius.

¶ Refelluntur ijdem impij Iudæi qui Apostolis & euangelistis objiciunt,quod citent scripturæ testimonia,iuxta Lxx,quæ parum fideliter versa esse dicunt,cum summa fide veritatem Hebraicam exprimant,quod his commentarijs ostenditur, & reuincuntur Iudæi suorum testimonijs,nunquam enim interpretamur voces Hebræas quin eas interpretemur iuxta sententiā Rabinorum,iuxta canonem præscriptum à D.Chrysostomo, quo docemur vocum significationes petendas e libris Iudæorū, scripturæ sensa sacra ex ecclesiæ thesauro,hoc est,ex veterum patrum scriptis,quod à nobis toto hoc opere fit.

¶ Et quòd veteres patres,D.Hieronymus,Origenes,Iustinus,Tertullianus, Athanasius, & alij docent, Iudæos in quibusdam vitiasse scripturam,vt obscurarent vaticinia manifestissima de Christo,& inter sanctos patres, & Iudæos lis est antiquissima in huiusmodi locis,sit ne castigatior lectio in ecclesia,an apud Iudæos:lectio ecclesiæ defenditur, & refellitur synagoga Iudæorum,& ostenditur manifestiss.argumentis Iudæos multos scripturę locos obscuralse, vitiasse multos,etiā testimonijs ipsorum Iudæorum,præcipuè tamen hac Lxx virorum interpretatione,qua supradictæ fraudes documēto,quod D. Hieronymus præscripsit,et exemplo deprehenduntur.

¶ Monstratur hanc translationem Lxx virorum per quadringentos penè annos lectam esse publicè summo consensu in synagogis Iudæorum,pari religione cum lectione Hebræa,exptā fuisse oppugnari,& oppugnatā per quingētos alios annos,post quam intellectum est apertè nimis loqui de Christo,expunctos esse locos multos à Iudæis,qui Christum clare sonarent,adulteratos multos alienis translationibus, multas parteis de medio sublatas,dum nostri fugitarent,latitarēt in principio nascentis ecclesiæ,& vbiq; terrarū per omnia cruciamenta necarentur,retenta tamen penè omnia à plerisq; in synagogis Iudæorū, quod veritatem amarent,& plerique conuerti vellent,si videretur,& conuerterentur

¶ Castigatur hæc translatio Lxx, quę relicta est fraude Iudęorum,& tęporis iniuria trunca,& lacera,ex Hebręa,Greçaq; lectione,et ex vetustissimis patribus,qui eam citant,quod à D.Hieronymo sua tempora postulabant.

¶ Mōstratur prędium esse firmissimum quo malitiosas Iudęorum interpretationes coerceamus,et defendamus nostrā vulgatam D.Hiero.et sanctorū patrū interpretationes scripturę,si ostendamus Lxx viros Iudęos tot numero tāto tępore ante aduentum Domini scripturam explanasse euangelicè,idque planè sonare verba Hebręa,si ita distinguimus vt distinxere Lxx et ea accipiamus significatione,qua accepere Lxx,quoties verba Hebręa plura significent,factas fraudes deprehendi monstremus ex trauslatione Lxx,documento prescripto à D.Hieron.et exęplo eiusdem diui si conferantur cum trāslatione Lxx, et si ad facem,quam tanto tempore ante promulgatum euangelium pręluxere Lxxii illi Iudęi sanctissimi,Hebręa verba explanētur,& si monstremus, Iudęorum interpretationes editas esse post crucem Domini a Iudęis qui ardent odio nominis Christiani,et peruerti ab eis sensus sacros additis verbis,et orationibus integris,et alijs dolis confictis mille.respondetur etiam omnibus obiectionibus aduersariorum.

¶ Ponitur ergo vtriusque editionis contextus,vulgatę editionis D.Hieronymi,et trāslationis Lxx virorum et enucleatur catena quadam,texta ex sacris doctoribus,Greçis, et Latinis,quod vulgata editio D.Hieronymi cōtextus sit scripturę sacrę ad verbum redditus summa fide:Lxx seniorum interpretatio,veluti paraphrasis quędam sit in plerisque et commentarium euāgelicum,quod omnis sanctorum patrum chorus inflatu spiritus sancti editum esse pro certo habet.

ADuertendum est in hoc opere,me capita Græcorum codicum esse sequutum,quod districtus occupationibus nō adibam Latinos codices interpretum,neq; putabam interpretes,dum Latinè verterent Græcos libros,distinctionem librorum,& capitum mutare,& aliquando mutant.

¶ Quando varias veterum patrum interpretationes alicuius loci Esaiæ ponimus,neque addimus,quę cæteris verior sit,ideo fit,quod probamus illas interpretationes omnes:& locus vnus scripturæ aliquando plures habet sensus literales.

¶ Postremò siquid obscurè dictum videatur,aut diminutè,adeunda sunt errata, quod negligentia calcographi sunt omissa quædam, ex quibuspotissima reponenda curauimus,non omnia.

an

DON Phelippe por la gracia de Dios,Rey de Castilla,de Leon,de Aragon, de las dos Sicilias,de Ierusalem,de Nauarra,de Granada,de Toledo,de Valencia,de Galicia,de Mallorcas,de Seuilla,de Cerdeña, de Cordoua,de Corcega,de Murcia,de Iaen,de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, de las islas de Canaria, de las Indias y tierra firme del mar Oceano,Duque de Milan,Conde de Flandes y de Tirol,&c.Por quanto por parte de vos el Maestro Leon,cathedratico de la vniuersidad de Salamanca,nos fue fecha relació diziédo,q̄ vos auiades cōpuesto vn libro,intitulado.cōmētarios sobre el propheta Esaias,y vna epistola de Origenes,y los cōmentarios de Hipolyto.Lo qual queriades hazer imprimir todo jūto, y por ser catholico y de sancta doctrina,nos pedistes y supplicastes,vos diessemos licencia para ello, o como la nuestra merced fuesse.Lo qual visto por el nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos nueuamente fecha dispone.fue acordado, que deuiamos mandar dar esta nuestra carta, en la dicha razon,y nos tuuimos lo por bien.Por la qual vos damos licencia y facultad,para que por esta vez podays hazer imprimir los dichos libros,que de suso se haze mencion,todo junto.Y mādamos, que la dicha impresion se haga por el libro original,que van rubricadas todas las ojas,e firmado al fin del. de Iuan Fernādez de Herrera nuestro secretario de camara de los que residen en el nuestro cōsejo.y que despues de impresso,no se pueda vēder,ni venda,sin que primero se trayga al nuestro consejo,juntamente con el dicho original,para que se vea si la dicha impresion esta conforme a el,y se tasse el precio,porque se vuiere de vender cada volumen.So pena de caer,e incurrir,en las penas cōtenidas en las pregmaticas y leyes de nuestros reynos, y mas de la nuestra merced,y de diez mil marauedis para la nuestra camara.Dada en la villa de Madrid a. 23. dias del mes de Iunio,de mil y quinientos y sesenta y siete años.

El licenciado Diego de Spinosa. El licenciado Menchaca. El licenciado Pedro Gasco. El licenciado Fuenmayor. El licenciado Iuan Thomas. El licenciado Iuan çapata.

Yo Iuan Fernandez de Herrera, secretario de camara de su Magestad, la fize escriuir por su mandado, con acuerdo de los de su consejo.

El Rey.

ROrquanto por parte de vos el Maestro Leon,Cathredatico de la vniuersidad de Salamanca,nos fue fecha relacion diziendo,que vos auiades compuesto vn libro,intitulado,Commentarios sobre el propheta Esaias, y vna epistola de Origenes, y los Commētarios de Hippolyto:y porque en lo hazer,auiades puesto mucho estudio, y trabajo,nos pedistes y supplicastes, vos mandassemos dar priuilegio,para que ninguna persona sin vuestra licencia lo pudiesse imprimir,ni vender,por el tiempo que fuessemos seruido, o como la nuestra merced fuesse. Y nos acatando lo susodicho, y que el dicho libro a sido visto y examinado por los del nuestro consejo,y les aparescido ser obra vtil y prouechosa, y de buena doctrina y exēplo, lo auemos tenido y tenemos por bié. Por ende por la presente damos licēcia y facultad a vos el dicho Maestro Leon de Castro,para q̄ vos,o la persona q̄ vūo poder especial para ello tuuiere,y no otra alguna, podays hazer imprimir y vēder el dicho libro de que de suso se haze mencion,en estos nuestros reynos y señorios de Castilla,siendo primeramente tassado,por los del nuestro consejo,el precio porque se ha de vender cada volumen, y poniendo se el traslado desta nuestra cedula con la dicha tassacion al principio del dicho libro:por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes,que se quentan desde el dia de la fecha desta nuestra cedula,en adelāte.So pena que qualquiera persona, o personas que sin tener para ello vuestro poder,lo imprimieren,y vendieren,o hizieren imprimir y vender pierdan toda la impresion,que hizieren e vendieren,y los moldes y aparejos della,y mas incurran cada vno en pena de diez mil marauedis por cada vez que lo contrario hizieren,la qual dicha pena, sea la tercia parte para la persona que lo acusare, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare,y la otra tercia parte para nuestra camara e fisco. Y mandamos a los de nuestro consejo,y a otras qualesquier justicias destos nuestros reynos y señorios, que guardé y cumplan y executen,hagan guardar cumplir y executar esta nuestra cedula, y lo enella contenido.Fecha en Madrid a.21.dias del mes de Iunio de mil y quinientos y sesenta y siete años.

Yo el Rey.

Por mandado de su Magestad. Pedro de Hoyo.

¶ 2 Yo Iuan

Universidad de Deusto
Biblioteca

YO Iuan Fernandez de Herrera, secretario del consejo de su Magestad: doy fe, que auiendo se visto por los señores del consejo de su Magestad, vn libro, que con su licencia, hizo imprimir el Maestro Leon de Castro, intitulado, Cómentarios sobre el propheta Esaias, le dieron licencia, para que pudiesse vender cada volumen del dicho libro de la dicha impresion, en papel, con la tabla y lo demas: que por licencia de los dichos señores se ha mandado imprimir, en veynte y ocho reales: con que antes se primero que lo vẽda, imprima en la primera oja del, este testimonio de tassa, y las erratas que en la dicha impresion ay, a parescer del maestro Francisco Sancho, cathedratico en la vniuersidad de Salamanca. Y porque dello conste, di la presente fee, que es fecha en Madrid a veynte y vn dias del mes de Hebrero, de mil y quinientos y setenta años: y con que la tabla y summario, que agora se le dio licencia para imprimir lo, lo trayga impresso al consejo, para corregir, antes de vender lo.

Iuan Fernandez de Herrera.

VLGATVM est illud Antiphonis, quo se magno animo esse, & excelso omnibus probauit, quòd reus factus ab aduersarijs, & dãnatus, pro nihilo duxit, & hilari se vultu, & alacri gessit, quod Agathonis viri sapientissimi, & præcellentissimi iudicio, & sententia laudatus esset. Illud sibi peramplum, & per magnificum esse putabat, probasse suam causam viro omnium sapientissimo, cæteram turbam susque deque habebat. Ipse igitur iudicio splendidiss. doctoris Balbasij insignis academiæ Complutensis abbatis maximi, doctorum clarissimorum, qui in illo literarum Lycio, veluti clarissima sydera singulari quodam lumine lucent probatus, auctum me multa laude credebam, quod principibus placuisse viris non vltima laus est. Epistolas, quibus nostrum hoc opus commendabant viri literatissimi, nunquam putaui meæ modestiæ esse huic operi præfigere: itaque illas, quæ me pleniore ore laudabant doctorum præstantissimorum Complutensium tres ad illustriss. D. Pontium Leonem Episcopum Placentinum transmisi, quod is, vt suspicabar, nescio cuius inductu, non magnoperè hoc nostrum opus probare mihi videretur, cũ ego illi probare hãc meam rationem scribendi magnoperè cuperem, vt sententiam refellerem illorum, qui meis cæptis aduersarentur. Epistolam societatis sanctiss. nominis IESV, qua meum hoc opus doctissima, & religiosissima illa Societas non vulgariter commendabat ad illustrissimum D. Ioannem Emmanuelem episcopum Zamorensem misi. Excidere manibus epistolæ multæ illustrissimi D. Didaci Couaruuię Episcopi Segobiensis, quibus hoc meum opus mirifico honore verborum prosequebatur, quod eo tempore, dum illud doctores doctiss. Complutenses censerent, Compluti erat fortè fortuna, & vir laudatissimus, niæ tẽpestatis lumẽ fulgẽtissimũ, qui singulari quadã doctrina, & admirãda multis editis literarũ monimẽtis, nomẽ suũ immortalitati cõsecrauit, hoc nostrũ opus testatus est millies magno æstimãdũ apud nõs Hispanos, & apud exteros. Cum horum nihil, eorum, qui meum hoc institutum improbant frænarit impetum, vt non me in crimen vocarent, negociumuè mihi facessà doctoribus præcellentiss. Complut. Academiæ, quibus me, & vitam meam acceptam refero & totum hoc opus, vt si quid ex illo vtilitatis est dimanaturum in ecclesiæ vsus, secundum Deum illis acceptum referri debeat. Nã cum post tot excellentium virorum decreta videam me in crimen vocatum, cum Antiphonte illo, de quo in principio dixeram, gloriabor me non probatum solùm, sed amplissima ornatum laude ab eo, qui Agathone illo longè præstantior est, Magistro splendidissimo Fratre Didaco Chaue, qui multis antè annis Salmanticæ sacratæ theologiæ professor primarius fuit. Postea à sacris confessionibus sereniss. Principis Caroli, quem supera astra tenent, & nunc cuius est religionis, & sanctimoniæ Madridij de huiusmodi rebus, rebusque maximis alijs talis vir quidam est, qualem in Olympicis describit Pindarus. ἀγαθὸν ἀγαθὸς ἐπιδαίνειν .i. verissimus, & syncerus Græciæ totius iudex, qui Græciæ toti, summis, medijs, infimis æquum iudicem, & arbitrũ se præberet in Olympicis, quæ eius committerentur arbitrio. A tali quodam viro laudatus non grauabor post hac me non magnoperè quibusdam placuisse, qui sibi magnoperè placent, quod à magnis viris dissentiant. Nam quod noster præceptor Doctissimus magister Franciscus Sanchus, iussu seuerissimi, & amplissimi Senatus sancti officij nostra commendat, & tam exquisita laude prosequitur, suas res agit, si modò singulari doctoris doctrinæ nostra respondẽt, dicerẽ quantũ haberet laudis, hoc opus nostrũ primũ omnium probatũ & laudatũ, & tot decretis laudatũ & probatũ Seuerissimi & amplissimi senatus sancti officij, cuius ad cõparationẽ Ludus locusq; erat grauitas Areopagi Athenis, & Romani senatus prisci authoritas, si hoc citra inuidiam dici commodè posset.

Doctor

Doctor Balbasius, Magistro Leoni Castro. S. D.

PER attentè legimus, ego, cæteriq; vnà clariss. Doctores Complutenses, quibus hoc muneris est demãdatum, commẽtaria in ESAIAM prophetam tua, ex cap. 22. ad cap. 42. Simul etiam percurrimus, quæ postremo adiecerat: quæ omnia præclara censumus, nec exiguam doctis, ac pijs hominibus vtilitatem allatura. Duo, vel tria, quæ in margine adnotata sunt, leuia, ac ne animaduersione quidem digna sunt: adnotarunt tamen ita, vt ea tuo committant arbitrio. Quòd ad tuos aduersarios spectat, ego in veteri mea sententia perstо, iudicioq; hoc tuum opus, vbi in lucem prodierit, suis satis instructum armis, nullius cuiusquam auxilio, ad se tuendum, ei fore opus. Quin etiam confidimus, vt qui nunc ei obsistunt, re probè intellecta, illud idem summo in honore esse habituros. Quòd verò in me culpã deriuat, quod tui aduersarij tibi negociũ exhibeãt mea causa, vt qui suaserim tibi copiã legendi facere omnibus, dixerimq; eorũ animos leniendos esse. Ii benter dicã. Felix culpa, cum tibi occasionẽ præbuerit scribendæ ad Lectorẽ epistolæ, qua præclarè adeò respõderes aduersariorũ obiectionibus. Eã omnes studiosè legimus, visaq; nobis est, valdè prudẽter cõscripta, vtpotè quæ appositè satis, ac plenè Lectori satisfaciat. Neq; ego video, quid causæ sit, cur opus hoc tuũ (quo ita dilucidè, & singulari eruditione: & tot sanctorũ anthoritate nõ refutẽtur modò, sed reuincatur etiã, qui negãt oẽm Prophetiã in Christo IESV cõpleri, & de ipso loqui,) non acceptum, & supra modum gratum sit omnibus futurum. Esto autem, vt loci quidam è sacra scriptura, sine ipsius scripturæ præiudicio, aliò, quam ad Christum, detorqueri possint, qui pauci admodum sunt, veruntamen si de Christo ijdem ad literam explanari queant (vt tu sanctiss. antiquissimos, & doctiss. viros sequutus facis) quamobrem id impro bare quisquam debeat? cur non potius tuum studium omnes amplectantur, collaudẽt, & in oculis ferant? præsertim cum sit nobis hoc aduersus impios Iudæos validissimũ telũ, qui tã impudenti pertinacia in id vnũ neruos intendunt omnes, vt aliquibus persuadeant clarissima de Christo prophetarum oracula non de Christo domino loqui? Præterea quòd tam studiosè & velut ex professo sequare in scriptura enodanda sanctorum patrum sententiam, idq; tantopere commendes, rem facis (meo quidem iudicio) maximè laudabilem, & perneecessariam, & vbi magna res catholicæ ecclesiæ agatur. Maximum enim, hac præsertim tempestate abusum inuectum à quibusdam scripturæ interpretibus, in ea elucidanda, animaduerto, qui vnum aliquem nacti recentem scriptorem, ad Rabinorum normam, & præscriptum, vetus testamentum declarantẽ, neglecta sanctorũ patrũ interpretatione (qui Spiritus sancti lumine collustrati arcana nobis fidei nostræ mysteria è scripturis eruerunt, & ob oculos posuerunt) iactant & inculcant, quæ in eo repererẽ, & præ illo sordere aiunt omnia. Quod dũ faciunt, quis nõ videt eos, haud obscurè dicere veteres sanctos patres hac in re, nõ attigisse scopũ? quod pernicioßimũ esse puto. Quod si nihil aliud in hoc effecisses, quã huius rei studiosos cõmonere, maximũ operæpretiũ te Christi ecclesiæ fecisse arbitror. Quòd verò tantũ LXX viris tribuas, mirificè probo tuã sententiã, nec iure mihi quisquã id tanta cõtentione videtur posse reprehendere, licet is oppositam opinionem mordicus teneat: cũm hoc potißimum commune sit tot sanctorum, eorumq; doctißimorum, & in primis Euangelistarum, qui passim eorũ citates trãslationẽ magno eos opere commendãt, quæ plurimũ iuuamur ad intelligendam, & declarandã vulgatam editionem, sacrosancti concilij Tridentini decreto comprobatam, quæ tu quidem omnia præclarißimè in hoc tuo libro doces. Iudicium nos quidem hoc fecimus, & sententiam tulimus de tuis in Esaiam commentarijs, omni syncerita te, & simplicitate: & remur opus esse valde frugiferum Christianæ reip. idq; nostris subscriptum, & firmatum nominibus dedimus. Tu verò (mi Leo) vt verè Christianus, & eruditus, omne id acceptum refer to immortali Deo, eidemq; immortalis agito gratias, qui tuos hos labores, ob eius gloriã aditos, perpessosq; (vt assolet) fortunabit. Vale. Cõpluti. 10. Cal. April. 1567

Doctor Balbasius, Magistro Leoni Castro S. D.

QVaterniones vnà cũ tuis literis accepi, accurateq; eos legimus omnes. Quod affirmare tibi de his clarissimis doctoribus Cõpluten. verè & sine fuco, ac fallacijs possum, id est, omneis insigni affectos esse lætitia, propterea quod ad eorũ manus hoc opus delatum fuerit, quo significare omnibus possint, quàm illis placeãt, quæ laude digna sint. Opus est (vt ingenuè fatear) omnium cognitione dignissimum quodq; doctorum teratur manibus. Et vehemẽter olim lætabere, te laudabiliter in eo operã posuisse, feliciterq; hos adijsse labores, id quod nobis videtur omnibus, nemine dissidente. Si quid autem legentibus nobis occurrerit, quod ad maiorem perfectionem perduci posse videatur, eadem animi libertate nos te commonefaciemus, quà hæc significamus, vt intelligas nos Lynceis oculis tuas commentationes peruidisse. Vale. Compluti Idibus Martijs. 1568.

PErlegi, qua potui diligentia, & animi attentione Doctoris Leonis commentaria in caput. 9.10.&.11. Item in caput.57.& 58.prophetæ Esaiæ,meo sanè iudicio erudita,pia,& religiosa, quæ nulla in re,vt arbitror,catholicæ fidei aduersantur,nec ab ea dissonant:& quantum coniecturis assequi valeo,totum opus pro sua dignitate,& magna eruditione, si prælo mande tur, magnam afferet studiosis vtilitatem,& fortasse finis ab authore in eo opere præfixus scripturæ sacræ lumen aliquod pariet.Compluti. 19.Maij.1567.

Doctor Truxillus.

ACcuratè legi Magistri Leonis Castri in Esaiam prophetam commentaria mihi tradita,à capite.23.vsq; ad 28.Quæ cùm legissem,adhibita magna diligentia,animaduerti,in eis commentarijsdoctrinam con tineri maximè catholicam,& sanam.Neque vlla in eis est omnino propositio, quæ sanctæ & orthodoxæ fidei repugnare videat:quin potiùs quæ hoc opere scripta sunt, fidei catholicæ sunt cósentanea maximè. Opus est eiusmodi vt mereatur magni ab omnibus fieri. est enim singularis eruditionis,& maiorem in modũ vtile ijs erit, qui sacras literas,aut discere optant,aut profitentur.Agnosces in eo magnum, & fœlix authoris ingenium,assiduas vigilias,indefessosq; labores, quos, D.Hieronymum imitatus,pertulit,cùm in percipienda trium linguarum vi,& proprietate,tum in multiuga veterum sanctorum patrum lectione. Quapropter mihi videtur huius operis inuulgatio cessura in magnam Dei optimi maximi gloriam, & summam eius ecclesiæ sanctissimæ vtilitatem. Quod cùm ita esse mihi persuaserim, mea manu subscripsi. Compluti die. 13. Maij. Anno. 1567.

Frater Fernandus Paez.

Doctor Gaspar Cardillus Villalpandæus. M. Leoni Castro. S. D. P.

BINAS à te hodie literas accepi,quibus id respondebo, abijsse iam duos menses postquam ego absolui,& perlegi operis tui partem illam,quæ mihi cessit,quam etiam ostendi illustriss.D. D. Didaco Couarrubiæ Segobiensi antistiti, vt tam singulari doctrina opus legeret. Solicitaui, mihi crede,aliquot ex his doctoribus,quibus liber fuerat distributus,vt eius lectionem maturarét. Nam quanuis non essem hac erga te,tuaque omnia animi propẽsione, (quæ quam optima est) nihilominus, vt qui simili in re haud semel molestia fuerim affectus,elaboraui ne dilatione cruciarere. Opus tuum hoc dignissimum mihi videtur, quo omnes fruantur, & vel mora ipsa iniuriam fieri censeo doctis omnibus,qui magnas vtilitates ex hoc tuo libro possent capere.Tuum porrò institutum, postquàm partem mihi traditam euolui, longè melius visum est mihi, quàm cùm tu coràm illud significasti, tametsi tùm etiam valdè mihi probabatur.Hoc idem sentire videntur præcellentissimi hi doctores omnes Complutenses. Magnas igitur concipe spes animo,& quod reliquum est confice,ad nos; mitte:arbitror equidem fore hoc opus ad magnam Dei immortalis gloriam :& tibi laudem conciliaturum,atque adeò toti Hispaniæ decus.Eo perfecto,admonebo ego te peramicè, si qua mihi visa fuerint animaduersione digna. Vale Compluti. 5. Martij.1567.

PErlegi,qua potui diligentia præfata commentaria in. 29. cap.Esaiæ,vsq; ad 35.inclusiuè:inueni autem nihil,quod posset catholicas aures planè offendere.Est autem in his commentarijs immensa penè lectio,varia,& recondita eruditio.Spero,si typis mandentur,magnovsui,& emolumento doctis omnibus, Ecclesiæ catholicæ vtilitati,Dei Opt.Max.obsequio futura.Compluti.6.Calen.Maias.1567.

Doctor Franciscus Sanctius.

En la villa

EN la villa de Madrid, à diez y seysdias del mes de Hebrero,año de mil y quinientos y setẽta.El padre Maestro fray Diego de Chaues,de la orden de sancto Domingo, cõfessor q̃ fue del principe Don Carlos nuestro señor,que aya sancta gloria. Auiendo visto por cõmissiõ de los señores del consejo de su Magestad de la sancta Inquisicion,el libro que el Maestro Leõ de Castro,Cathedratico en la vniuersidad de Salamanca, compuso super Esaiam prophetam, dio censura y parecer,y vna carta de aprobacion del dicho libro: la qual vista por los señores del dicho consejo,mandaron que la dicha carta de aprobacion,se ponga en el principio y cabeça del dicho libro:porque conste como ha sido visto,y aprouado por su mandato y cõmission,y mandaron à mi Pedro de Tapia secretario en el dicho consejo,lo de assi por fe y testimonio.

Pedro de Tapia.

FFrater Didacus de Chaues sacræ Theologiæ professor ordinis prædicatorum,candido ac pio Lectori S. P. D.

SVpremi senatus sacrosanctæ generalis Inquisitionis hæreticæ prauitatis decreto, meæ fidei commissa sunt commentaria Leonis à Castro, in præclara Salmanticensi academia studiorum humanitatis Primarij professoris,& sacræ Theologiæ Magistri,in Euangelicũ vatem Esaiam. Quæ cum alta mente reuoluerem,luce clarius intellexi plus vtilitatis & eruditionis in recessu habere,quam in fronte promittebant, cùm ad interpretandas & intelligendas sacras literas,tum ad deturbandos,& proprio(vt aiũt) gladio iugulandos perfidos & proteruos Iudæos. Vtinam multis ab hinc annis in lucem edita & typis mandata fuissent,melius vtique fuisset actum cum plerisque ex nostris alioquin viris clarissimis,qui in suis commentarijs verbum verbo(vt ipsi aiunt)è Græco,& Hebræo multa trãsferre in Latinum conati sunt,quisi hæc nacti fuissent commentaria,eaq; accurate euoluissent, maiorem honorem habuissent translationi vulgatæ, & eorum labores,vigiliæ, & lucubrationes nusquã nõ probatæ fuissent.Est enim hæc translatio vulgata & veterum patrum longo vsu cõmendatissima, & nuper sanctissimi concilij Tridentini authoritate constabilita. Hoc sanè qui periti linguarum,literas callent,quiq; sanctæ ecclesiæ Romanæ vniçe in terris Christi Iesu Opt. Max.sponsæ fidus, & candidus cultor est,moliri debet,hoc vnum meditari, (hoc potissimum calamitoso tempore) vt hanc vulgatam translationem à nefariorum maleuolentia & imperitia vindicare,hanc probare,hanc sustinere,hanc defendere,ac tueri velit. Quod quam egregie,quam pie,quam erudite Leo noster in hoc præclaro opere præstet, si assiduè euoluas reipsa comperies.Haud dubium,quin eius rugitibus luporum rabiem procul à Christi ouili validius possis effugare. Vale Madridij.15.Februari.1570.

Frater Didacus de Chaues.

EN la villa de Madrid,à veynte y siete de Abril,año de mil y quinietos y setenta, visto por los señores del consejo de su Magestad de la sancta general Inquisicion,el parescer dado por el Maestro fray Diego de Chaues,de la orden de sancto Domingo,à quien cometieró vie se el libro que el Maestro Leon de Castro escribio super Esaiam:dixeron que dauan y dieron licencia para que el dicho libro se imprima, y venda, por ser de mucha erudicion y prouecho. y que el reuerendo Maestro Francisco Sancho,canonigo en la sancta yglesia de Salamanca, cõmisario del sancto officio de la Inquisició, le de para ello el fauor y ayuda necessaria. Lo qual passo ante mi Pedro de Tapia secretario en el dicho consejo.

Pedro de Tapia.

Al Reuerendo señor Maestro Francisco Sancho, Canonigo en la sancta yglesia de Salamanca,commissario del sancto officio.

REuerendo señor *Por vuestra relacion, y la de otras personas,que por nuestra orden y commission an visto el libro,que el Maestro Leon de Castro,cathedratico en la vniuersidad de Salamãca,escriuio super Esaiam prophetam:tenemos entendido de quanta erudicion es, y lo mucho que importa que se imprima y vẽda. Y assi os encargamos,que para que esto mejor se haga,le deys el fauor que os pidiere,y fuere necessario:demanera que se consiga el prouecho que del dicho libro se tiene por cierto à de resultar,que dello receuiremos mucho contentamiento. Guarde nuestro señor V. R.P. En Madrid à.27.de Abril de.1570.*

Ad mandata.

El licenciado Francisco de Soto Salazar.

El licenciado Iuan de Ouando

El licenciado Hernando de Vega de Fonseca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MAGISTER FRANCISCVS Sanchus, sacræ Theologiæ facultatis Salmanticensis Decanus, & Canonicus, sanctæ Inquisitionis Vicarius, ad studiosum lectorem.

PERNOTA mihi erant candide Lector, atq; optime explorata, iam multo ante quam prælo mandarẽtur hæc in Esaiam prophetam commentaria, & id quidem peculiari, atq; familiari cum authore cõmunicatione, insuper & propria lectione. Pernotus & ipse eorum author Magister inquam Leo Castrensis, ac notior (vt ita dixerim) quam ipse mihi, & propter aretam, singularemq; amicitiam, atq; assiduã iam à iuuentute & pluribus annis, omnibus in rebus, potissimum tamen literarijs consuetudinem. Vnde expertus sum perspicacissimum hominis ingenium, tenacissimam memoriam, omnium & humanarum & diuinarum disciplinarum mirã præstantiam, linguarum Græcæ, Latinæ, atq; Hebraicæ peritiã ram, & quantam, quod citra vllius iniuriam dictum volo, in alio vix quis reperiat vnquã, ad labores studiorum, propensionẽ eximiam, adeò vt verè videatur homo sui oblitus, atq; eorum, quæ ad victum, somnum & vestitum sunt necessaria. Tãta facilitate quorunc unq; scriptorum genera penetrat, & medullitus intelligit & aperit, vt quæ alij longo tempore nequeant ipse breuissimè palam facit, atq; velut ob oculos proponit: proinde & vir & multæ & variæ lectionis euasit, qualis alius nemo. Noui præterea & hominis animum candidum, vere Christianum, & pium fidei catholicæ & religionis cultorem, ac nimis si liceat dicere zelatorem. Quare huiusmodi commentaria ab eo viro edita facile est coniectare atque intelligere quanta & quã abundanti, eleganti, & pia oportet pollere doctrina, quantusq; legentibus in intelligendis Esaiæ Prophetijs futurus sit fructus. Verum tamen hactenus tacendum censui, nec aperiẽdum iudiciũ meũ, ne forsan, quæ verè dicerem, scriberemuè adulationi tribuerentur, aut mutuæ tam antiquæ amicitiæ, ob eamq; reputaretur, tanquam in proprio laus ore. Hæc equidem de causa silerem & nunc, verum sanctæ inquisitionis senatus supremi mandato meam sententiam aperire, quodammodo sum coactus: siquidem accurato præcedenti libri examine, id quod nusquam fieri solet approbationis testimonio dignum iudicauit ipse senatus inclytus, atq; vt idem à me tanq eius ministro præstaretur iussit quo ad eius pertineret authoritatem, ac promeritam æstimationem. Ad cuius quidem executionem, quã plurima prælonga oratione merito cõmendanda consultomissa facio, certus opus ipsum æquis, & bonarum & sacrarum disciplinarum amatoribus, ex sese laudibus efferendum, nec alieno indigere præcone. Vnum hoc studiosos omnes, & verbi domini ad populum concionatores, & scholasticos, & intelligentiæ synceræ scripturarum sacrarum, earundemq; sensum inueniendi cupidos, ac solertes indagatores admonitos velim, plurimũ in horũ scriptorũ lectione & iucũditatis et fructus percepturos, siquidẽ in eis latentia, & recondita aperiuntur mysteria, insuper, & prænũtiationes mysteriorũ Christi & sententiæ Euãgelicæ. Palamq; fit totum Esaiam iuxta literam perspicuè resonare Christum, idq; ex cõmuni sanctorũ doctorũ ac veterũ consentiente expositione, ita vt reipsa cuiuis compertum esse possit, quod D. testatur Hieron. Esaiam, non tam prophetam dicendum, quam Euangelistam, quod vniuersa Christi, & ecclesiæ mysteria ad liquidum persecutus fuerit, ita vt non putetur de futuris vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Apertum etiam fit prophetæ & Euangelij verba consonare esse, idq; septuaginta duos seniores interpretes pluribus, quam trecentis annis ante domini passionem certo præsensisse. Eorum deinde mira editio integritati restituitur, & ab aduersarijs eãdem reijcientibus atq; deprauantibus mirificè vendicatur, atq; eorum falsæ interpretationes, à Christo longè distantes, & auertentes, tanquam falsæ & violentæ refelluntur, atq; vt mendaces sortissime redarguuntur. Huc accedit, quod schemata artis oratoriæ, figuræ & tropi triumq; linguarũ proprietas atq; delectus pariter & ex cæteris & humanis disciplinis quãtum satis est ad Esaiæ plenam intelligentiã aptissime accommodantur. Vocanturq;, vt sapiens præcepit, ancillæ ad arcem. quæ sanè omnia sacræ scripturæ interpreti aduocanda esse author est libro de doctrina Christiana egregius ac D. August. omnibusq; maximè sunt necessaria, Theologis præcipue scholasticis, quorum nonnulli disputationibus subtilioribus ingenij acumen magis desiderantibus forsan occupati parum operæ hisce impenderunt & veterum scriptis legendis: quo quidem labore commentaria hæc planè eos liberabunt. Etenim miro quodam, & eleganti artificio patrum sententiæ in eis colliguntur, ac velut catena quadam connectuntur, quibus omnibus diligens beneuolusq; lector plurimum, & facile inuari poterit ad alios etiam intelligendos prophetas, & quam plurima vtriusq; testamenti loca, alias obscura & conuoluta, hic autem ad vnguem discussa atq; elucidata. Vtere igitur pariter & fruere optime lector his tantis, tamq; fructuosis laboribus in omnium studiosorum atq; Catholicæ, ac sanctæ matris Ecclesiæ, gratiam ab eius filio, & quidem bono & pio zelo & animo oblatis. Quos si eodem susceperis animo quodicta sunt, experientia cõprobabis, atq; authorem benè meritũ optato præmio donabis, atq; ad alia quæ iam præparat, non minora nec minus vtilia, vehemẽter inuitabis, maximumq; calcar addes. Valeat in Christo Iesu Madridij, Calendis Maij á redemptoris ortu. 1570.

Magister Franciscus Sanchus.

AD PHILIPPVM. II. HISPANIARVM REGEM Catholicum, Regum Max. & potentissimum.

MVLTA ante Domini aduentũ (S.C.M.) non solũm populo Dei, sed etiã inter barbaras nationes edita sunt rerum miracula à Deo Opt. Max. quo docilior, attentiorque esset vniuersus orbis ad euangelij prædicationem, cuius tam tempus appetebat. Vt enim agricola non nisi bene culto, & bene subacto solo semẽ tem faciunt, ita Dominus non nisi præmollitis hominum animis ad fatus accipiendos Spiritus sancti, suũ Christum misit. Inter alia miracula nõ minus illud putat Chrysost. quod Deus Optimus Maximus, per regem potentissimum illũ quidem, barbarum tamen, & infidelem ad rem tantam præmunierit viam. Nanq; cum esset ablaturus Dominus à Iudæis regnum, & illud traditurus genti facienti fructum, quod multis prophetarũ vaticinijs præsignificatum erat, ad id voluit pandere viam, non per regem vnum aliquem fidelem, non per sanctos viros, quorum in populo Dei magna fuit copia, & gloria, ne hominum consilio id factum videri posset: sed per Ptolemæum Philadelphum, qui Ægypti sceptra tenebat, à religione vera alienissimum, populo Dei acerrimum hostem, cuius pater Iudæorũ vrbeis bello vastasset, multa Iudæorum millia capta duxisset, quo diuino nutu id factum appareret. Iniecta igitur diuinitus regi Ægyptio est ea cura, vt sacros libros Hebraicè conscriptos Græcè verti iuberet, ea lingua videlicet, quæ illis temporibus omnib. ferè gentibus cõmunis erat, nimirum, vt trecẽtis annis, plus minusue ante Christi tempora scriptura sacra, quæ ab impijs Iudæis abducenda erat, & ad nationes, vnde erat ædificanda Ecclesia, traducenda, ea lingua conscripta esset, quæ omnibus ferè nationibus esset peruia. Neque fecit solum Dominus, vt id munus Rex Ptolemæus obiret, sed tanto conatu, tanto rerum molimine obiret, vt supra cẽtum Iudæorum milia, qui apud Ægyptios seruitutem seruiebant, sua pecunia redemerit, manumiserit, ad suos libere abire permiserit. Prius enim clarissimum Rex gentem Iudæam voluit demereri, & regali magnificentia Iudæos sibi conciliare, quo facilius ageret quod animo moliebatur. vnde omni cura aduocauit omneis regni sui aurifices, vniuersos, qui insigni arte præstarẽt magnificẽtissima munera prorsus regia, & qualia nisi rex potẽtissimus, parare nemo posset, auro purissimo, & pretiosissimo, miro artificio ẽlaboranda curauit. Ea per legatos Hierosolyma, templo Dei misit dono, alia ad Eleazarum Iudæorum Pon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tificē Max. penes quem in gēte Iudæa regia potestas erat, transmisit, vt ab Eleazaro impetraret libros sacros Hebræa lingua conscriptos, et Lxxii viros ex singulis xii. tribubus senos, qui sacras literas Græcè redderent, petijtq; ab Eleazaro vt lectissimos suæ gentis seniores mitteret, qui vitæ essent integerrimæ, & diuinæ legis peritissimi, vt veros scripturæ sensus eruere, & Græca lingua exprimere possent. Addiditq; se tot velle numero interpretes, quod certū habiturus esset, ea versa fideliter, quæ plures vertissent: excerperetq; ex omnium tralatione ea, in quibus plurium esset consensus, & inde tralationem texi iuberet, ex ijs videlicet in quibus consentirent plures, quæ exactissima esset, & omnibus numeris absolutissima. Erat enim, (S. M.) vsq; ad illa tempora, (vt prodidit Iosephus lib. 12. Iudaicæ Antiquitatis, & Aristæus in historia Lxx virorum, qui hæc, quæ dico omnia, literarum monimentis prodidere) erat inquam sacra scriptura, ita exarata literis Hebraicis, vt videri posset notis potius (quas nos cifras nominamus,) quam literis mandata: quod erat conscripta tantum consonantibus, sine punctis, quæ apud Iudæos pro vocalibus sunt, ita vt vna dictio plures efficere posset sonos, & plures habere intellectus, vt mittā apices, quorum varietas significationes facit longè diuersas, vt apud nostros, (mana, mañā, ſuena, ſueña, ſana, ſaña.) Quod factum arbitror vt semper populus Dei excubaret animo, cū lex Dei, ita esset scripta, vt semiscripta videri posset, non prorsus scripta: acciperentq; minores à maioribus, iam inde vsq; à Mose, & cæteris prophetis lectionem scripturæ, quibus vocalibus, quibus apicibus singula legenda essent, & spiritalem scripturæ sensum. Nam si credita chartis sacra omnia essent, Iudæi literis fiderent, neq; memoria tenerent quæ viderent exactè literarum monimentis mandata. Et si per tot ruinas, quibus Iudæi sunt attriti ob scelera impia quæ semper in se admittebant, libri sacri periissent, periisset eadē opera omnis cognitio cælestis disciplinæ. Quod fortasse à Judæis mutuatus Plato in Phædro scribit regem Ægypti Thamun sapientiss. dixisse Theuth, literarum, aliarumq; artium inuentori, futurū, vt literæ, quas inuenisset, officerent hominum memoriæ, & artibus honestis, quod homines cum habeant disciplinas literis conscriptas, freti libris, indormiēt ocio, exolescentq; apud omnes artes ingenuæ, neq; erunt homines tàm sapientes, quàm erāt vsq; ad illa tempora, cū ad id toto pectore incumbebāt, ne quid ex disciplinis excideret memoria. Fortasse igitur ea causa consignata notis scriptura sacra erat, vt filij à parentibus, minores à maioribus necesse haberent lectionem, et intellectū scripturæ simul accipere, nec vllum tempus intermittere, quin res sacras meditarentur. Nam si nūc docti Hebræi sine punctis legunt, id inde fit, quòd habent iam post tralationem Lxx virorū libros dispunctos, apicibus notatos, & exercitatione assidua meditati, ad id perueniunt, vt liberè sine punctis legant, & si quid dubitationis accidit, libros adeunt dispunctos, & suorum Rabinorum commentaria, quorū olim nulla erat copia. Appetente igitur Christi Optimi Maximi aduentu, iam hæc oportebat plenè, & exactè scribi, oportebat hæc esse rata, & fixa, nec solum Hebraicè, sed etiam Græcè, quod Græca lingua vniuerso terrarum orbi communis erat. Id facit Deus (vt ait. D. Chrysost.) per Ptolemæum Philadelphum Ægypti regem, quò cerni ve-

lut oculis

lut oculis posit, diuino consilio hoc factū esse. Vnde enim Judaicæ religionis contē-
ptori, regi superbissimo, et hosti acerrimo populi Dei hæc iniecta mens est? vt totū
se in ea cura consumat, tot faciat sumptus, tot impensas, tot paret munera, tàm
magnifica, tam ampla, tā prorsus regia, tot res moliatur? dicat se velle habere eru
tos scripturæ sensus sacros, & velle se demereri ea re populum Dei, qui toto orbe
dispersus erat, quod cura re volebat vertendas literas sacras Græce, per tot nume
ro interpretes, vt fidelissimè redditæ postilla velut facem quandam præluceret le
gentibus Hebraicè literas sacras. Nam ex significatione vocum facilimum erat
Judæis in patria lingua intelligere, quibus apicibus, quibus ve punctis singula le-
gi oporteret. Si enim semel cæperit esse pro certo de significatione vocis homini He
bræi sermonis docto, nulla dubitatio reliqua est de punctis, quibus verba singula
legenda sunt: vnde ergo huic regi barbaro à vera religione alienissimo hæc cura
tanta nisi à Deo? qui dicere solet, Ego Babylone per regem Babylonium faciam
quæ volo omnia: veluti si dicat nostris temporibus, ego apud Turcos per Turcorū
regem, quæ volo faciam, id est, faciam vt rex ipse Turcorum, si volo, res quæ ad Ec
clesiam catholicā pertinent, faciēdas curet. Neq; id sat habuit Deus opt. Max.
nisi adderet miracula, quibus ostenderet legem Dei illam esse, & afflatu spiritus
sancti latam olim, & eo tempore tralatam. Ostendo enim hoc opere non solum te
stimonijs nostrorū, quibus Euseb. Cæsarien. dolet, atq; adeo meritissimo dolet par
uam apud nos esse fidem, sed etiam alienigenarum hominum, & infidelium veris
sima esse quæ de miraculis editis à Domino apud Ægyptios in tralatione Lxx vi
rorum perhibentur, vt siquis his fidem abroget, eadem opera abrogare fidem pos-
sit rebus omnibus, quæ veterum monimentis sunt testatissimæ. Quorum illud pri
mum fuit, quod Theodorus Antiochenus, Hierosolymitanus episcopus refert,
quod res tanta intra Lxx dies peragi potuit. Quāuis enim eo tempore essent amā-
nuenses, qui quācelerrimè dicta notis exciperēt omnia, manu citissima. Res mag
na fuit tamen & admiranda, quæ arguerit, diuina opera, non humana, versam
scripturam omnem à singulis, & scriptam intra Lxxij dies: cōtinuo regi Ægy-
ptio non humanis opibus, non arte magistra factum apparuit, continuo manus
Dei in re tanta re splenduit. Deinde quod rex Ptolemæus tot numero interpretes
ex Iudæa accersierat vt ex plurium consensu scire posset quæ fideliter reddita es
sent, & ea excerperet, & inde tralationem fidelissimè reddita texēdam curaret.
Et ea causa in domicilio ad id extructo apud insulam Pharum quæ septem sta-
dijs distabat ab Alexandria, quod Aegypti regni caput erat, in singulis cellis col
locarat singulos, dispositis custodibus, qui ipsos observarent, ne vllo modo inter se
tralationes possent conferre vt sic deprehenderet, vbi consentirent plures: Simul
etiam cauebat ne sibi verba daretur, quod Judæi alienigenis hominibus diuinā le-
gē nō cōmunicabant. Peracta tralatione reperti sunt omnes magno, & admirādo
miraculo, nō solū sentētijs consensisse inter se, sed verbis eisdē, vt quæ verba apud
vnū reperirētur eadē reperirētur apud omnes: quæ verba addidisset vnus scriptu
ra, addidissent et cæteri, quæ detraxisset detracta apud omnes inuenirentur: vt
tāto miraculo testaretur Deus legē illā vt diuinitus erat lata, ita diuinitus Græcè

¶ 6 esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse tralatã. Et quoniã notis quibus dã vsq; ad illa tẽpora conscripta erat, potiũsquã mandata literis, & in plurimis locis multos sensus habere poterat, illis tantis miraculis appareret enodata, & explanata diuinitus. Ostẽdit. n. Deus tãto miraculo, quod idẽ spiritus sanctus, qui illius diuinæ legislator fuisset, fuisset etiã interpres. Quam ratione deductus vniuersus Iudaorũ populus sanxit legibus, vt quãdo diuinitus reddita erat Græcè vt olim diuinitus erat data, in synagogis legeretur publice Græcè aut Hebraicè citra discrimen. lectaq; est per annos DCCC. & eo amplius, quo ad intellectũ est, impietatẽ Iudæorũ hac tralatione dãnari vehementer, quod Lxx seniores hi, qui scripturam verterant iussu Ptolomæi regis, in pleriſq; non ad verbũ cãreddiderant, sed paraphrasi quadã sententiã expressserant, vt suã interpretationẽ accomodarẽt, vt inquit Iustinianus imperator, ad Christi mysteria, quæ, tot ante annis gratia spiritus sancti ipsos circũfulgẽte, quasi præsentib⁹ oculis cernebant. Quod vt à Iudæis intellectum est, longo tempore post crucẽ Dñi cœpere singula scripturæ testimonia, vbi Christ⁹ singulari micaret splẽdore, expũgere, vbicunq; latere se posse putabant, vt docet Iustinus martyr tẽporibus Christi proximus: q⁹ apud ipsos Iudæos hæc tralatio Lxx sentorũ adseruaretur, & Alexandriæ, vbi multa habitabant Iudæorũ milia. Sic multi sunt loci expuncti, multi Iudæorum fraude aliorum tralationibus adulterati. Huic malo initio nascentis ecclesiæ varijs circũfusi laboribus nostri occurrere nõ potuerũt. Postquã verò Iudæi intellexere, etiã expunctis tot locis e tralatione Lxx virorum, Christũ, quoquò se verterent, singulari lumine lucere: fecere illã ream tanquam parum fideliter versam, venit in crimen postquã est intellecta Iudæorum impietatẽ damnare, euãgelica referare sensa. Et vt dñs prius flagellis cæsus, corona spinea trimicto capite, postremo cruce est affectus, sic illa vulneribus contrucidata prius fraude iudæorum, & lacera, quòd sic quoq; trunca, et mutila euangelica verba sonaret, Synagogis exacta est octigẽtisimo post anno, et falsitatis facta rea. Sicc lacera, sic mutila in vsu ecclesiæ fuit vsque ad D. Hier. tẽpora, estq; in præsentia, fuitq; semper omni ecclesiæ oriẽtis, & in pleriſq;, vt in psalmis, & alijs recinitur ab vniuersa catholica ecclesia. D. Hiero. velut optimus Chirurgus, vulneribus tralationis Lxx virorum mederi primus cœpit, tralationem ad verbũ ex Hebræa lingua exactisſimã fecit, qua de Rep. Christiana quã optime est meritus: qua tralatione, illa loca expũcta à Iudæis, quæ plurima erãt, nobis restituit. Attulit q; plus opis, plusq; emolumẽti quã verbis vllis exprimi possit. Interpretatio nãque Lxx seniorũ in pleriſq; nõ tam interpretatio, quam metaphrasis quædã est scripturæ sacræ. Diuinitus n. catholicæ ecclesiæ cõsultũ est, quod. ccc. annis ante tempora euangelica ita Lxxij Iudæi scripturæ sacros sensus pandũt, vt euangelia ipsa representasse videãtur quo nec maius, nec incõuulsæ veritatis firmius argumentum dici, aut fingi potest. Sed quod ita reddita sint literæ sacræ à Lxx viris, vt paraphrasis euangelica, et apostolica facta videatur, non continuo tamen scriptura ipsa adverbum tralata necessaria nõ erat. Neque quod Themistius paraphrasin librorũ Aristotelis ediderit: aut quod Nonnus poeta, & Gregorius Nazianz. quorundã librorum scripturæ fuerint admirandi metaphrastæ, protinus quisquã Joannẽ euangelistã sa

pientiam

pientiam Solomonis, aut Aristotelem cõtempserit. Imò paraphrasin Themistij adintellectum Aristotelis adhibemus: paraphrasin Nonni, & Gregorij adintellectũ D. Ioannis, & Sapientiæ Solomonis. Sic D. Hiero. tralatio, quæ scripturã ad verbum reddit, nõ tãtum vtilissima catholicæ ecclesiæ est, sed etiam pernecessaria: ad eius intellectum paraphrasin Lxx virorũ, quam in plurimis scripturæ locis edidere, qui adhibuerit, magnũ indè tulerit precium operæ. Hæc ego S. C. M. (huc. n spectabat hæc omnis tam altè, lõgeq; repetita narratio) hæc inquã si ipse tantum inuenissem peritia linguarum, quibus à puero indefesso labore incubui, et cognitione ingenuarum artium, & Theologiæ sacratæ, quam cum linguarum cognitione coniunxi dignissimum etiam munus ducerem, quod tuæ Regiæ Maiestati dicarem. Nec solum quòd Regis potentissimi Ptolemæi Philadelphi opus non potest sartum tectũ reddi, nisi operæ potentissimi, & inuictiss. nostræ tẽpestatis PHILIPPI II. qui imperiũ suũ in vltimos orbis terrarum fineis protulit. Sed quod hoc opus diuinum, & diuinitus factis cõmendatum miraculis, dum ecclesiæ sanctæ iacerentur fundamenta, eius regis operæ fieri oportere videtur, qui Remp. Christiã nam nostra tempestate suis humeris maximè fulsit. Sed huic rei tantæ multæ aliæ accedũt appendices. Tollit. n. reshec dissidiũ, quod inter sacros doctores esse videbãtur de trãslatione scripturæ sacræ, quæ verior esset, quæ ve lectioni Hebraeæ magis cõsentenea, verisimaq; indicat dixisse D. Hier. qui scripsit aliam videri lectionem Hebraeam in pleriſq;, aliam tralationẽ Lxx virorum. Nempè quod in pleriſq; tralatio Lxx virorum nõ tam sit tralatio, quam metaphrasis, & cõmentarium. Indicat etiã nõ temerè sensisse D. Augustinũ, et omnes ad vnũ veteres patres spiritu sancti instinctu eam factam esse, quæ tribus seculis ante tempora euãgelica, euãgelica sensa repræsentet. Cum præsertim illud accedat, vt illã ferè citẽt euãgelistæ, & apostoli, quos nũquam id facturos credit D. Aug. niſi spiritus sanctus his Lxx viris ad spirasset, nunquam. n. inquit ni hoc ita esset, humana cõmentaria spiritus sanctus, qui ore apostolorũ loquebatur, pro diuinis citaret respõsis, vbi iudæorũ impietatẽ refello, qui nobis obijciũt, euangelistas, et apostolos Lxx virorũ tralationẽ, quã à veritate Hebraea toto cœlo diſsidere dicũt, citaſse. Ostẽdo. n. ipsorũ rabinorum testimonijs Lxx viros à veritate Hebraica nepilo quidẽ discrepare: videri tamen à lectione Hebræa dissentire q⁹ non semper verba numerent, sed sacra sensa reddant: vt (icero cum orationem Demostenis pro corona, aut Xenophontis œconomica Latinè vertit, aut Iliada Homeri, Thucydidemue Laurẽtius Vallã, nõ curarunt verbum verbo reddere fidi interpretes, sententiam expreſisse cõtenti. Tolloq; diſsidium, quod erat, cum veteres omnes Lxx virorum tralationem essent sequuti, alij D. Hiero. interpretationẽm anteponerent. Monstro vnam esse scripturam, vnam tralationẽ, nõ duas: alteram alterius esse cõmẽtarium. Mõstro (vt irenæi viri apostolici verbis vtar) ecclesiam vnam esse, & vnũ os poſsidere, & quãquam loquela diſsimili, virtute tamẽ traditionis vnam, et eandem esse. Hoc ostẽdere, Rex Maxime regũ, maius esse puto, quã vt verbis poſsim explicare: dignumq; arbitror quod ei regi, cuius humeris vniuersa Christiana resp. fœliciſsimè innixa recumbit, muneri offeratur, quanuis ipse pro tenuitate ingenij mei

rem

rem hanc adumbrẽ, non prorsus exprimã. Tantum vero est operæ preciũ ad hunc tantũ thesaurum optimis ingenijs aperuisse viã, vt in hãc palæstra desudent fœlicius, vt hoc quidquid est, quod à mea tenuitate ꝓficisci potuit, nõ indignũ arbitrer quod tãtæ Maiest. nũcupetur. Nã in rebus maximis, vt philosophorum princeps Arist. inquit, incepisse maximũ est. Sed quantula hæc sunt, quæ dixi? si cũ illo cõferatur, quod nostra tẽpestate Iudæi impij iũctis phalãgibus in tralationẽ D. Hier. fecere impetũ, vt quemadmodum interpretationẽ Lxx virorum nobis manibus excusserant, hanc quoq; loco moueant: & ipsa Synagoga Iudæorũ (si Deo placet) Christiano populo leges, et iura det, scripturã interpretetur, Christianos homines doceat Christianismum, edoceat Iudaismum. Nõ mẽtiar apud tuã Catholicã Maiest. vtinã mẽtirer, sed sunt testes multi, apud Lutheranos fuisse nõ paucos, qui primo de curriculo Christianæ religionis deflexere ad Lutheranismum, inde ad Iudaismũ. Primus. n. gradus, et descẽsus ad Judaismum, Lutheranismus est. Id Iudæi tectè moliũtur, nõ. n. directa frõte aduersus nos pugnãt, nõ aperto Marte dimicant, sed per insidias, per nostros, quorum familiaritate vtuntur. Nullus. n. ferè ex hæresiarchis fuit, quin suam tralationẽ scripturæ sacræ texuerit, eamq; ad veritatem Hebraicã factã fuerit testatus, cùm potius ad perfidiã Judaicã esset cõtexta, vt tralationẽ D. Hier. loco mouerent, et eam nobis manibus excuterent. Huic malo nisi p inquisitores hæreticæ prauitatis, quos tuorũ maiorũ impulsu sum mi põtificis potestas regno præfecit, obuiam itum esset, nõ tam pacatæ res nostræ essent. Nec defuere tamen, quantum audire me cõmemini, qui cũ libros sacros tribus linguis excudere pararet. T. S. M. pro dolor. eliminata D. Hieron. tralatione in eius locum nescio cuius interpretationẽ suffici enixe contenderẽt, aut laterit translationis vulgatæ D. Hier. apponi, quẽ ad veritatẽ Hebraicã scripturam magis reddidisse dicerent quã D. Hier. ꝙ quanto errore, quantaq; peste Christianæ religionis putẽt, vel ex hoc opere licebit cõijcere. Neq; desunt qui ex scrinijs Iudæorũ cõmentaria cõsarcinẽtur, quæ (mirabile dictu) quã apud quos dã sint plausibilia, cum sint delibata ex rabi Abrahã, rabi Dauid, rabi Kimhi, rabi Selomoh, suppresso tam rabinorum nomine, vt in scij harum rerum bibant venenum. Hæc multorum malorum origo est, hoc fortasse multarum hæresum, quæ nostro hoc tẽpore in christianã Rẽp. crassantur sæuissime, est seminariũ, vnde impietatis hydra se tollit, cuius capita, neq; inquisitores flamma, ꝙ Hercules olim fecisse dicitur, valet exurere, neq; T. Maiest. per magistratº, quos Reip. gubernaculis admoues, falce resecare, quod dediti studijs literarum sacrarum, dum hæc & illa legunt, & cõtra Christi, & prophetarum monita putant Judæos sapere, bibunt venenum. Neq; cõtinuo tamẽ repudientur studia, ꝙ sint aliqui, qui pestem indetrahãt. Quis. n. in rebus gerẽdis tam plũbeus est, vt neget vtendũ equis, vt ẽdũ armis quod alius præceps equo lapsus fregit brachia, alius ambo crura, allisus est alius: alius armis immane designauit nefas? Si relinquas arma, & equos, ingruent Turci, & Mauri, & rerum potientur. Si relinquas studia, hæreticorum caussa uictrix erit, quantum in nobis est. Huic malo scalpellum quidem adhidendum est, medendum tamen ratione, arte, & studio. Nõ. n. desunt è nostris, qui, ꝙ Hebraï sermonis peritiores Iudæi sint quam nostri, Iudæos melius intelligere literas sacras arbitrentur quàm nostros, & ab illis cognitionem scripturarum petendam putent, non minore errore, quãsi quis, legum cognitionem, et iuris peritiam à viro Græci, latiniq; sermonis doctissimo iuris, legumq; ignaro petat potius quam à viro iuris vtriusq; peritissimo, qui nõ magnopere, aut Græcè, aut Latinè facundus esset. In hac parte ego hominis cõditione tenuissima tuam catholicam Maiest. appellare sum ausus, vt quã do penes te summa rerũ potestas est, in hac parte laboranti Reip. ferasopẽ, ꝙ Lxx virorũ tralatio Dei Optimi Max. beneficio edita per potentißimum Ægypti regem Ptolemæum, hanc pestẽ magna ex parte posit resecare. Nã nostra catholicæ fidei veritas, vtriq; muro firmissimo septa, et munita inaccessa videbatur vndiq; impijs hostibus, & quod mysteria nostræ fidei Hebraicis literis sint cõsignata quas Judæi nomini Christiano offensissimi proprijs manibus exarãt, & apud se adseruant, ideoq; Iudæi ad fineis seculorum vsq; sint duraturi, nequis tanta, & tam euidentia oracula de omnibus nostræ fidei mysterijs à nobis esse cõficta suspicetur. Altero muro septa est ꝙ tribus seculis ante Christi tẽpora scriptura versa Græcè est, et explanata, quia cõtrouersia poterat oriri de intellectu scripturæ inter nos, & Judæos, ne reliqua vlla dubitatio esset de veritate eiº interpretationis, quæ ccc annis ante rẽgestã esset edita, et à Judæis ipsis, non à nostris esset edita, cuius veritatis Lxxij Judæi illorum temporum longè doctissimi sint testes, vt dicere liceat, ꝙ olim Aul. Varius dicere solebat, aut hoc testiũ satis est, aut nescio quid testiũ sit satis. Sed quid scabra, & impia Judæorum malignitati clausum est? Sic quoq; nos oppugnant. Negant scisse Hebraice Lxx viros: si respõdeas, veteres omnes patres testatos fuisse hos Lxx viros Judææ gentis fuisse delectos doctißimos, sapientißimos, nostris habendã fidem negãt. Si Philonẽ, & Iosephũ Iudæorũ longe sapiẽtiss. & antiquissimos testeis cites, & Aristæum Ægyptium, qui historiã Lxx seniorũ monimentis mandauit, illis quoq; abrogant fidem. Si quaras, quo authore dicant fuisse indoctos Lxx viros, nullum proferre authorem possunt. De hac causa non ad Tuã M. primum itum est, rex Regum Max. millesimo ab hinc anno ad Iustiniani Imperatoris tribunal est itum, quod Rabini cõtra ius et æquũ hanc tralationem Lxx virorum è Synagogis Iudæorum exigere inuitis multis Iudæis conabãtur, quorum petulantiam Iustinianus imperator constitutione Nouellarum. 146. repressit, Iudæi, qua sunt impudentia imperatoris tura perfregere, & perrupere, illam prorsus exegere Synagogis. voti cõpotes, vt inquit Orig. in epistola ad Aphricanum, clamoribus, & uociferationibus illam quoque nobis excussere è manibus: duplici potiti victoria tralationem D. Hier. nostris quoq; temporibus magno impetu oppugnant. Nam, & si in tuo imperio Rex potentiss. per mquisitores illorũ impetus reprimitur, per alias partes Christianæ reip. nouis tralationibus editis è fontibus Iudaicis nos validissime oppugnant. Quò confugiemus ergo aduersum hũc Iudæorũ impetũ? vnde petemº opẽ nisi à T. M. Rex inuictissime? cuius humeris vniuersa resp. Christiana nititur, quo ꝓpugnatore, duce, et imperatore Augustissimo fidei catholicæ veritas aduersº aduersarios omneis victrix altũ caput exerit, aduersum impios promit igneis, & securcis expedit vltrices. Hoc potentissimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tẽtissimi regis Philadelphi mun⁹, quo felicissime ecclesia catholica penè per bis mille annos est vsa, quis potissimũ tuendũ susceperit, nisi PHILIPPVS. II. Hispaniarũ Rex potentissimus? vt q̃ Ægypti Rex clariss. infidelis tamẽ & Barbarus tãto conatu molitus est, vt de populo Dei benè mereretur, pijssimus, & catholicæ veritatis assertor, & vindex inuictiss. Hispaniarũ Rex PHILIPPVS, tueatur, & foueat. vt regale munus Regũ Maximus tueatur, et defendat, Iudæis, et Iudaizãtibus opponat, vt hinc gladio resecet nocẽteis, illinc doctrina imperitos erudiendos curet. Nam quod Rex potentiss. Ptolemæus Philadelphus habuit necesse magnificentissimis muneribus, prorsus regijs Eleazarum pontificem demereri, vt eius opera ad hanc rem tantam iuuaretur, tuæ S. M. in promptu est, si velit hoc negocium ad D.D. SPINOSAM Saguntinum Pontif. et Cardinalem, vt cætera soles, transmittere, vt quemadmodum hoc opus captum, & perfectum est, per Regẽ clariss. Ptolemæum, & pontificem Eleazarum, sic per te Rex Maxime regum, et per tuum ministrũ pontificem sartum, tectum reddatur. Non habes necesse tuũ Pontificem Cardinalem nouis conciliare donis, vt tãtum hoc opus exsequi velit, qui tanto studio, tãta industria, tãta fide, & religione tua faceßit imperata, Eleazaro nulla ex parte minor. St. n. penes Eleazarũ põtificẽ inter Iudæos regia eo tempore potestas erat. T. S. M. huius pontificis humeris tui regni, & impery, quod longius, latiusque patet multo, omnia imponit negocia, omneis q; ad eum transmittit, vt olim me, cum de re simili te supplex ady singultim pauca locutũ, cũ me in medio cursu oratio semel, iterumq; defecisset, ita me regius splẽdor obstupefecerat, ad illum transmisisti, regum maxime, quod ego à te fieri puto admiranda quadã prudentia, sed & diuino nutu cor enim regis in manu Domini, qui illud huc, & illuc flectit, quando vult, & tẽperat. Quod enim philosophorũ princeps Arist. optimum Reip. præsidem, & gubernatorem, legem viuam esse docet, quæ tanto interuallo leges sacras scriptas exsuperat, quanto quod vegetum anima, & ratione præditum est cælesti, & diuina, rebus inanimis antestat, legis viuæ decreto liberanda permittis omnia, cum ad tuum Cardinalem ea transmittis, vt cæteri homines solent suas merces libra, lance, & suis ponderibus pũderare. Regis Persarum, qui propter excellentiam, regum commune nomen, fecerat olim proprium suum, hæc laus peculiaris erat omnium scriptis nobilitatissima. Ferebatur enim in cælum, quod nihil in republica ex arbitrio gereret, sed omnia ad legum sanctarum præscriptum administraret, quod quinque propter se haberet magos sapientissimos, quorum arbitrio, quæ ad se de rep. referrentur gereret, ita sancte, & religiose omnia gubernabant. T. S. M. multo sanctius, religiosius multo, cũ enim in clarissimis vrbibus, et populis potẽtissimis habeas iudicũ cõuẽtus quã plurimos, sanctiss. magistratus, seueriss. splendiss. senatus, & regium senatum fulgentiss. qui rebus præsint, ad sanctarum legum normam omnia gerant, tamẽ quod sapientissimi philosophorum decreuere, siquis in rep. vir diuinis virtutũ ornamentis ita excellat, vt sol fulgentiss. inter lõge lateq; nitẽtia sidera splendidiss. Reip. administrationem eius humeris imponendam, de eius consilio remp. administrãdam, hunc pontificem talem ratus ipse, qualem describunt sapientiss. philosophi, vnum dele-

delegisti, ad quem tanquam ad humanæ iustitiæ viuæ libram, negocia transmittes, sapientius multo quam Persarum reges, si Aristoteli habenda fides est, quod viro huic siquis reip. contingat talis, qualem, paulo ante descripsimus, negocia regni omnia permittenda putabat. Neque id solum facis, sed cum nostra tempestate inter Christianos reges potentiss. T. S. M. remp. Christianam, quæ cælum in literis sacris dicitur, suis sustineat humeris maxime, vt olim Atlas cælum suo capite fulsisse est dictus, vt hic Atlas cũ conquiescere à laboribus volebat, Hercule supposito fulciebat fulgentia sidera: Sic T. M. apud omnes nationes, quæ tuis sceptris obtemperant, cælum, id est, sacrosanctam ecclesiã fulcis, hoc Hercule suppositio. Nam verè Hercules, Hercules non erat, si cum hoc tuo Cardinali conferatur. Hic. n. verè Hercules. i. huius aeris gloria, huius vitæ, quam degimus, decus est, id. n. Græca vox Hercules latinè sonat ita velut sidus fulgentiss. res omnes, et diuinas, et humanas si suis humeris sustentat, & tanta gerit facilitate, quanta post homines natos nullum meminimus, vt in spem maximam adducar te Rege inuictiss. & tuo hoc ministro pontifice, & Card. splendidiss. rem hanc, quam molior cessuram felicissimè si modo sit qui hoc apud tuam mateſtatem proponat, vt quemadmodum capta, & perfecta per regem potentiss. Ptolemæum, & Pontificem Eleazarum, ita sarta tecta reddenda sit sub auspicijs inuictiss. regis PHILIPPI, & eius ministri fidissimi pontificis Cardinalis. Hos mihi alit animos (T. S. M.) cum hæc mente, & cogitatione lustro, nec eos depono, cum in meam tenuitatem descendo, quanquam me meo pede, & modulo metior. Venit enim mihi in mentem Demetrius Phalereus, quo non tenuior ipse sum cuius precibus Rex Ptolemæus literas sacras describendas curasse dicitur. (Erat enim Demetrius Phalereus grammaticus regiæ Bibliothecæ Alexandriæ præpositus.) Is ad Ptolemæum Ægypti regem detulit legem Dei, apud Iudæos negligenter scriptam iacere, regiæ curæ esse negligentiam illam è re omnium maxima pellere. Quo minus ipse PHILIPP. Hispaniarum regẽ inuictiss. qui fineis imperij hinc in Morinos, Italos, illinc, in Indos, in extremas terrarum insulas protulit, quanuis tenuissimus appellem? conquerar que apud meum regem, cuius hæc cura maxima est, vt veram De religionem tueatur aduersus impios, & defendat, libros sacros veteris testamẽti apud omneis partes Christianæ reip. aliqua ex parte negligenter legi. in auditum ab ipsis mitys nascentis ecclesiæ Christianæ, & nunquam vsque ad hæc tempora visum malum ecclesiã inuasisse, quod Iudaismus (quanuis his partibus inquisitorũ cura arceatur puræque sint nostræ Hispaniæ illorũ secundũ Deũ beneficio) passis velis per multas ecclesias peruolet, q; ardẽtissimo studio cognitio scripturæ à quibusdam è Iudæorum libris petatur apud exteras nationes relictis peneiã sanctorum patrum scriptis. Regium est munus, non solum apud suos, sed etiam apud alias nationes tantam pestem auertere. Demetrius regem infidelem Ægyptium de lege Dei, a qua rex ille erat alienus, quæque non apud Ægyptios, sed apud Iudæos erat scripta negligenter, nihilominus quod nutu Dei reges regnẽt, curæ regiæ

esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse putauit quidquid ad veram Dei religionem, etiam in alienis regnis, pertineret. Etrex Ptolemæus non mediocri gaudio est delibutus, quòd à Demetrio de re tanta fuerit admonitus & Demetrium collaudauit, eiusq; precibus, quod petebatur, indulsit. Quãto iustiore de caussa ipse ad eum regem adibo, qui catholicæ fidei præcipuus propugnator, & defensor sit? supplexq; ad genua accidam, dicamq; ad regem regum maximum pertinere, hoc tantum etiam apud exteras nationes resecare malum. Demetrius magnis impensis, magnis sumptibus opus esse aiebat, vt res tanta peragi posset, sed neq; hoc munificentiss. regem PHILIPPVM à tanto incepto deterreret vnquam quæ in rebus, quæ ad Dei Opt. Max. cultum, & religionem spectant, Alexandri Magni liberalitatem, quæ omnium scriptis est nobilitata longè, & multum à tergo relinquit: Ego tamen per exiguo sumptu, tenui impensa opus esse dico, aut nulla potius: exornas enim rex inuictiss. Bibliothecã magnificentiss. vndiq; conquisitis libris, cuius præcipuum ornamentũ est, & decus maximum, non si vulgares, & qui omnibus ad manum sunt, libros præferat, & ostentet, sed si omnium disciplinarum sacros præcipuè libros antiquos, & peruetustos, Græcos, & Latinos raros vndique conquisitos, tam typis excusos contineat, quam manuscriptos, quos T. R. M. ex Bibliothecis Italis, Germanicis describi iubeat, & è toto orbe terrarum conquirendos curet, & in ea reponendos, vt præclara ingenia, quæ fœcunda virorum Hispania alit, iuuet, & ad scribendum excitet. Hunc enim vsum regia Bibliotheca habent, vt studiosis, qui ad scribendum animum appulerint, librorum, quibus fuerit opus, fiat copia. Nam vt tabellio sine calamo scribere, tibicen sine tibia canere, ita scriptor sine magna veterum librorum copia magnum opus moliri non valet: alioquin unquam Hispania in hac parte posteriores esset latura, quæ vt cæteris nationibus non cedit armis, ita nec ingenio. Hoc solo vincitur, quòd alia nationes antiquissimas, & plurimas scriptorum vtriusque linguæ, & omnium disciplinarum habent Bibliothecas, Hispania nullas, absque hac vna tua, quam vt tanta maiestate dignum est, pro omnibus qui vbique terrarum sunt futuram speramus. Hac inquam re, & studiosorum scripta, & studia, & hæc nostra cæpta à paruis initijs prouehere. T. M. multũ potest. Nam (vt de alijs taceam, qui maiori omnis liber alis disciplinæ supellectile instructi sunt, præditique lõgè maiore sacrarum literarum cognitione) ego homo tenuis à vigilantissimo Dominici gregis pastore Petro Pontio Leone, Episcopo Placentino, qui deditos literis, & disciplinarum studijs ad scribendum excitat, ac literatis hominibus indulgentiss. Mæcenas est, quibusdam Græcis libris manu scriptis adiutus, quos ille apud se habebat, quosque acceperat vtendos à Diego Hurtado Mendoça, cõmentaria hæc in Esaiam prophetam, quibus ea, quæ supra dixi omnia, si non expressi, certe adumbraui, texere potui. Quãquam eorum copia antequam cœpto operi supremam manum imponerem, subducta est. Fateor tamen sine eis minus erã facturus: quanuis enim Iudæorum aperirem fraudes, & dolos, ostenderemque tralationem Lxx virorum cum lectione Hebræa mirabiliter consentire, sentire, eamque, & D. Hieron. interpretationem solam habere verborum discrepantiã fere, rerum nullam, cum altera alterius sit commentarium, vt dictum est. commentaria illa breuissima, quæ dico decerpta è Iudæorum libris, quæ vulgo circunferuntur, & leguntur auidissime, non sine magna, vt opinor, multorum peste, delibata esse ex Iudæorum libris, nihil promouerem tamen, & concitarem populi aduersum me cachinos, vt mihi, cùm hæc molirer à principio, & doctissimi cuiusque sentẽtiam quærerem, frater Gaspar Torres Theologus sapientissimus, & vir prudentissimus dicere solebat, nisi simul omnes euoluerem sacros scriptores Græcos, & Latinos, rimarer omnia, & commentarijs è rabinorum fontibus haustis opponerem commentarios alios ex sacris scriptoribus contextos, vbi res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione conferri queat: appareatque in luce sanctorum patrum Iudæorum cæcitas, & caligo, prehendique possit manibus, quod Iustinianus Imperator ait, Iudæos falsa interpretatione sua abusos ignoratione hominum qui Hebraicè nescirent, & commẽtos fuisse dolos, quibus Hebræi sermonis rudes homines à vera religione auerterent. Quæ res vt operosa mihi visa est, ita perquã fructuosa, fortes fortuna, inquam, dicebant veteres, ego illud potius dicam, quod ait Dominus, Aperi os tuum, & impleboillud, rei tãtæ fuga laboris nũquam decero. Vsus prudentissimi viri consilio exegi hoc opus, adiutus non magna librorum copia, multo maiora facturus, si maiora nactus essem adiumenta: spes tamen optima mihi semper affulsit quoties animo lustrabam quanta animi contentione T. M. vniuersas Christianæ reip. partes tuendas suscipiat omnibus ornamentis augendas, decorandas, illustrandas: quanto conatu tua regna Hæreticis hominibus purges, moribus, & legibus ornes: vbique terrarum pro side catholica summa vi pugnes, templa magnificentissima ponas, quorum ad comparationem futurum est vt illa, quæ olim septem orbis miraculis adnumerabantur, incredibili fœditate pallescant, regiam Bibliothecam cõdas, libris vndique conquisitissimis augeas, et amplifices, nouam instituas academiam superbissimis, & prorsus regijs ædificijs insignem, regalibus augeas vectigalibus, libros sacros typis excudẽdos cures, herbas varias quibus artis Apollineæ multum accedat opis, & adiumenti ex vltimis orbis partibus iubeas asportari, quæ, & alia innumera tua Maiestatis decora alij maiori tuba canẽt. Ego tantum dicam, quod cum hæc tacitus mecum reputabã, oĩa mihi secũda pollicebar futurũ vt sub tali principe fœliciter cedat hoc opus, quod meaquidẽ sentẽtia magnũ esset, siquis modo magno ingenio, magna literatura, regio fauore euocatus pro rei dignitate explicet, et absoluat, quod ego tenuiter adumbrare tantum potui. Neque enim quantum commemini, post homines natos, tanto quisquam ingenio fuit, vt rei, quam ipse incepisset summum adderet fastigium. Speraui tamen semper, vt sub auspicijs regis regum maximi, et potentissimi, qui tanto studio modis omnibus reip. Christianæ cõsultum eat, qui solicitum in omneis partes vultum circumagat, vt qua posset via cuncta illustret, & amplificet, hæc res tanta nunc incepta per suos gradus ad summum perueniat. Quæ spe

hos

Universidad de Deusto
Biblioteca

hos meos labores T. M. nuncupare ſum auſus, et genibus regijs aduolutus imis precibus petere, vt libris hæc mea incepta iuues, quod fiet ſi quinos, ſenoſue T. M. iubeat vtendos dari, cum priores ſaluos, & incolumeis tuæ regiæ Bibliothecæ retulero: res enim hæc tanta eſt, vt ſedentarium poſtulet ſtudium, & indefeſſum, neque patiatur huc, & illuc excurrere eum, qui rei tantæ manum fuerit admolitus, ſicq; prouehes mea ſtudia vt tuæ regiæ maieſtati Chriſtianæq; reip. quãtum mea tenuitas poterit efficere, inſeruiam. Quare, quantum arbitror extimulabit tua Maieſtas, & excitabit alios, qui hoc opus à me cœptũ fœlicioribus auſpicijs capeſſent, Quod ſic natura comparatum eſt, vt inquit Plato, vt quæ reges maximi ſuo fauore proſequantur, vniuerſa ſummo ſtudio faceſſat reſpublica, ea agat, ea colat, ea meditetur. Excitabuntur, excitabuntur inquam, ingenia, quæ rem hanc promoueant vſque ad ſummum, reprimant Iudæos, & Iudaizantes, qui tanto impetu ſeſe ferunt per omneis nationes, quanto abinitijs Chriſtianæ religionis Iudaicaput exerere aduerſum nos nunquam ſunt auſi. Vale Rex inuictiſsime.

Ad Lectorem.

APellem aiunt pictorem illum omnium ſcriptis nobilitatiſſ. ſolitum fuiſſe perfecta opera proponere in pergula tranſeuntibus, atque poſt ipſam tabulã latere, & vitia quæ notarẽtur à tranſeũtibus auſcultare. Quod, vt ait Ariſt. in omnibus lumẽ quoddã veritatis eſt, vndè pictor eximius excipere conabatur, quę ad ſuę artis perfectionẽ pertinere viderẽtur. Mihi latere nõ fuit neceſſe nec clandeſtinos rumores hominũ excipere. Nã cũ copiã legendi, quæ typis excuderẽtur, feciſſem omnibus, etiã ijs, quib⁹ hoc meũ inſtitutũ nõ magnoperè placeret, relata mihi gratia eſt à viris optimis, ijſdẽq; doctiſſ. & literatiſſ. qui mihi ſignificarũt prę ſenti corã obijci à quibuſdã. Primũ illud quod contextũ hoc opus ſit ex ſcriptis ſanctorũ patrũ Græcorũ, & Latinorũ, qui more concionantiũ noſtri temporis ſcripturæ loca interpretantur, ita vt rei, de qua diſputant, cõgruant, parum ſoliciti de vero, & literali ſcripturæ ſenſu. Ego pro concionatoribus cauſſam dicere nõ habeo neceſſe, quibus lingua, & vis doctrinæ ſuppetit, vt horum dicta reſellant. Pro veteribus patribus reſpondebo, ne quis erret, neue alios trahat in errorem. Igitur hi quibus hæc noſtra ratio parũ placet, ſciãt ſanctos patres, vnde hæc ſcripta excerpſimus, nõ ſolere ludere cum interpretantur ſcripturas, ſed ſeriò agere, & veros, & literales ſcripturæ ſenſus explicare, & non à Cõcilio modò Tridentino, ſed à temporibus vſq; apoſtolorum hũc interpretandæ ſcripturæ canonem præſcriptum eſſe, vt docet Clemens Alex. Stromaton libr. 7. vt enodemus ſcripturæ loca, de ſententia veterum patrum, & more trapezitarũ, eos veros ſenſus putemus ſcripturæ, quos veterũ patrũ cõſenſus ꝓbat. adulterinos, & ſpurios, qui à ſanctorũ patrũ interpretatione diſcrepãt. Et illud rationis habeãt viri docti hi, nõ ſatis tutò dici ſanctos patres illos, cũ aduerſus ludæos, & hæreticos diſputãt, cũ locis ſcripturæ ludęos, & hæreticos refellunt, ludere ſanctos patres, & ſcripturã deflectere, quò velint, parũ ſolicitos de vero ſenſu. Quid reliquũ. n. eſſet ſi hoc largiremur, niſi vti fateremur inaniſsimis rationib⁹ ludęos, & hæreticos à ſanctis patrib⁹ eſſe refutatos? Sed opinor pios homines, qui hoc mihi vitio vertere, hęc non aduertiſſe, putaſſe hoc opus ex homilijs ſanctorũ tantũ eſſe cõpilatũ: quãquã ſi hoc ita eſſet, modeſtius cũ ſanctis erat agẽdũ, quod eccleſiæ lumina, vnde hoc opus cõpilamus, ſcripturæ veros ac literales ſequũtur ſenſus, ſiue cõcionẽtur ad populũ, ſiue aduerſus ludæos, & Hæreticos diſputẽt. Sed alibi, aiũt, hæc loca ſcripturæ ijdẽ ſancti patres aliter interpretãtur quã in jis locis, quæ ego cito. Quid ni? fateor. Ego literalẽ tãtũ ſenſum perſequor, quẽ Hebræa, Græca, Latina lectio ſonat, eũ ſenſum potiſsimũ deligo ex varia ſanctorũ patrũ interpreratione, quem Hebręa lectio cãtat, & Græca, & Latina, & qui cõgruat antecedẽtib⁹, & cõſequẽtib⁹, allegoricos, tropologicos ſenſ⁹ miſſos facio. An temerè hoc texẽdũ erat op⁹ ſine delectu, ſine iudicio?

1

2

Non

Non ſat eſt ſi prophetæ verba euangelicis, & apoſtolicis ſemper verbis congruant? Si euãgelica interpretatio Hebrææ lectioni ſemper cõſentiat? Si ab omnibus veteribus patribus ita explicetur? Sciant etiã me, quod facio, cõciliorũ exẽplo facere, quę plurima decernũt de ſentẽtia veterũ patrũ vt in diſputatione de tralationibus pluribus dicitur. Sic concilium Hiſpalenſe ſecundum act. 13. ſanctos patres citat, & illorum teſtimonijs decreta decernit, quod facit etiam 6. Synodus Conſtantinopolitana act. 4. vbi ſanctos ſcriptores citat, & illos ſequitur, & omnibus nobis author eſt, vt eos ſequamur. Neque ſat habet ſemel feciſſe niſi etiã actione. 10. coſdẽ citaſſet Doctores ſacros, nobiſque exẽplo eſſet, vt eos ſequeremur, & actione. 18. rurſum eorũ vtitur teſtimonijs. Et ſynodo Nicena. 2. actione. 6. citantur ſancti patres, & alibi mille locis. Neque ſordent tamen hæc concilia niſi apud hæreticos homines, & impios, quod ſanctorũ patrũ citent teſtimonia, ꝙ admonere libuit ne odio fortaſſe mei hi viri docti errẽt, & in eos laqueos ſe induant, vndè poſtea ſe nequeant explicare. Nec tantum amorem præ ſe ferant in ea ſcripta, quæ è ludæorum commentarijs ſunt contexta, à concilijs ſanctis admoniti ludæorum fugere interpretationem, qui, vt conciliorum verbis vtar, in nouam ſemper recrudeſcunt inſaniam Sciat igitur quiſquis hæc leget, ſiquis fortè leget, hoc opus delibatum eſſe ex theſauro apoſtolorum, & repoſitorio eccleſiæ vt Irenæi verbis vtar, ſic enim ſanctorum patrũ ſcripta nominat, & inde petendam ſcripturæ explanationem putat, non ex ludęorum ſcrinijs, vt poſteà latius eſt dicendum. Obijciunt illud etiam quod puncta mutẽ, qua de re pluribus dictũ eſt in diſputatiõe de trãſlationibus. Interim illud dixiſſe ſatis erit, Chryſoſtomũ inca. 1. Geneſ. homil. 3. docere in ſacra ſcriptura, etiã in leui dictione, variam eſſe ſentẽtiarum vim, & incredibileis diuitias inueniri: eſſe ſimilẽ ſcripturã fonti, & theſauro, qui nouis ſemper ſcaturiat diuitijs: & tantã eſſe huius fontis ſcripturarũ vbertatem, vt qui ante nos fuere aquas inde hauſerint, & qui poſt nos futuri ſunt inde ſint hauſturi, nec ſic totum ſint euacuaturi tamen. idem Chryſoſt. in caput Geneſeos. 5. homil. 21. obſecrat ne ſimpliciter, ea quæ in ſcriptura ſacra continentur, accipiamus, quod multas ſenſuum habeat diuitias, quod dictata ſit ab ſpiritu ſancto, neque ſyllabam, neque apiculum in ſacris literis eſſe, in cuius profundo non ſit ingens theſaurus, & hæc centies idẽ Chryſoſt. repetit, et homilia. 2. de eo quod dixit Eſaias: Factũ eſt anno quo mortuus eſt Ozias, Si hi inquit, qui fodiunt metalla ne minima quidem fruſtula prætereunt, verum vbi nacti fuerint aliquam venam auri, meatus omnes exactè circunſpiciũt multo magis hoc nos facere oportet in ſcripturis ſacris. Cuius ſententiæ eſt etiam D. Baſilius in procœmio operis de ſpiritu ſancto, vbi viris theologis expendendos eſſe docet ipſos literarum apices, ipſas literas, & ſyllabas, non ſolum ipſas voces, & orationes. Cur ergo mihi quiſquam vitio vertat ſi dum interpretor, & tueor vulgatam D. Hieronymi interpretationem, & Lxx ſeniorum tranſlationem, quibus authore Gregorio Papa catholica eccleſia vtitur, ludæorũ fraudes aperio? qui vt docet Clemens Alexandrinus Stromaton lib. 3. ſcripturas peruertũt ad proprias ſentẽtias torquẽt apicũ, & pũctorũ mutatione. horũ ego veter aperire fraudes? aut liceat ludæis, & ludaizantibus puncta mutare vt Chriſtum obſcurent, nobis non liceat illorũ aperire dolos, vt Chriſtus purius aſtris reſplendeat? non liceat nobis dũ ad lucẽ euangelicã eno damus ſcripturam iuxta tralationem D. Hiero. & Lxx virorum, expendere, quod Chryſoſt. in bet literas, & ſyllabas, & apices, & puncta, vt cõſtabiliatur ſentẽtia ſanctorũ patrũ, & vt Chriſti myſteria, quæ ibi latent, explicemus planius ad lucẽ euangelicã, non licebit factas à ludæis fraudes aperire? Sed aiunt, nihil fixũ, & ſtabile ſic erit, ſi puncta liceat mutare, ſi eodẽ iure (aiunt) vtatur ludę⁹ vt pũcta mutet, omnia peruertet, nihil erit ſtabile. Quaſi vero in ea re operæ parſerit ludęus, & non puncta multa mutarit, & nõ hũc ſibi à tẽporibus Chriſti propoſuerit ſcopũ, vt peruertat omnia, quod alibi pluribus eſt dictum. Quid? non fixum, & ſtabile ſatis eſt, quod Lxxij teſtes ludęi ſuę tempeſtatis longe doctiſsimi. 300. annis ante aduentum Chriſti ad nos tranſmittunt, quod Chriſtum clara voce ſona & tot annis ante eius aduentum ſacratum? Nam vt docet D. Hier. in epiſtola ad Damaſum ſuper quatuor euãgelia Lxx viri, interpretatiõe ſua, ei, qui ſciat Hebraice, indicãt quid poſt eorũ tralationẽ in veteri teſtamẽto ſit mutatũ, additũ, aut detractũ: nã ſua interpretatione ſignificant quibus pũctis, quibuſue literis legerint ſingula. Illa ne ſcriptio Hebręa, illa diſpũctio non fixa ſatis, & ſtabilis eſt, quę bis milleſimo ante anno ſcriptis. 72. teſtiũ eſt cõſignata? & ab apoſtolis eccleſiæ tradita, & ab eccleſiæ proceribus vſq; ad hæc tẽpora quaſi per manus tranſmiſſa. Si quid æque antiquũ haberẽt ludæi nõ citarẽt vtique, nõ. n. à ludæis faceret, ſed à nobis. Nõ dolet viri docti ſi quid immutẽt ludæi, & ludaizan-

3

¶¶ tes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes,qualia innumera hoc opere esse mutata ostendimus,siquid dicas mutato pũcto vno,q̃ appinxit Iudæus impius,dilucidius euangelio,respõsurum,id maximè dolent,si sanctè,& religiosè tuemur vtranq; tralationem, Iudæos refellimus ex Hebræa lectione,& sanctorũ patrũ sententiã confirmamus,q̃grè ferunt,idque accusant.Improbãt,inquiũt,Salmanticæ hoc opus docti oẽs theologi.Ego quos appellẽt theologos doctos hi viri doctissimi nescio, vno poterã esse cõtentus,qui instar doctorũ omniũ mihi esse poterat doctiss.Mantius theologiæ sacræ cathedraticus primarius eminẽtiss.cuius ex gymnasio tanquam ex equo Troiano innumeri prodiere doctores theologi præcellentissimi,qui totã Hispaniam implerunt nominis sui gloria. Is legatus missus de re grauiss. ab hac academia ad regium senatum hoc opus meum secum detulit, senatui regio examinandum obtulit, & commendauit,& mihi in ea re sedulo operã dedit,nũquã id facturus si hoc opus improbasset.Et cum alibi,tũ etiam Pinciæ sciolos quosdam qui in hoc opus nostrũ inuehebantur,repressit,sępeque alibi hoc nostrum institutum vir hic sapientissimus defendit.Quid doctissimus Magister Frãciscus Sanchus qui tum in omni liberali doctrina,tũ in hac sacrata theologia inter primos semper est habitus vnde q̃ grauiss.& doctissimi quiq; huius academiæ viri iurati per sanctè, excellẽtiæ inter theologos cæteros qui sacras literas veteris,& noui testaméti pollent interpretari,ei testimoniũ dedederecreatus canonicus Salmaticẽs.ecclesiæ scripturæsacrę professor est citra cõtentionẽ vllã nullo admisso cõpetitore vt Theologus qui huius disciplinę teneret fastigiũ,& excelleret cũ pri⁹ creat⁹ esset senatus sancti officij vicarius,est.n.ambidexter velut Homeric⁹ ille Asteropęus,qui rerũ cognitione inter doctos docẽdo excellat,& qui in rep. gerẽda,rẽp.Christianã mira dexteritate iuuet.quid ergo hic talis vir de hoc meo opere senserit,cũ illũ cõsulerẽ, cõferrẽq; cũ eo exhoc opere priuatim plurima,ipse si volet,testabitur aliquãdo.Meũ nõ est,q̃d ipse priuatim dixerit,testari publice,ipse testetur.Publicè si nõ laudat,certe nõ improbat.Sapiẽtissimi viri illi Magistri Frater Petrus Sotus maior,Frater Ioãnes cognométo Peña qui fuere huius academię lumina fulgẽtissima,non solũ probarũt hoc opus,sed operã sunt mihi polliciti,& socios mihi huius operis se erant additurі,nisi morte intercepti essent.Quę tãtacõmẽdatio est, quã tam exprimere vix possim.Vir sapientiss.& prudẽtiss. F. Gaspar Torres hoc opus tantis laudibus in cælum extulit,quantis alius nemo. Postremi in hãc academiã venere vir clariss. D: D.Gregor.Gallus episcop⁹ Origuelẽsis cathedrarius Salmãticens.Sacrorũ Bibliorũ emeritus, quẽ hęc academia admirata legentẽ,vniuersa Hispania admirata est cõcionãtem.Et frater german⁹ eius,acerrimi ingenij,doctrinæ raræ F.Ioannes Gallus,quẽ ob præclaras animi dotes,authoritatẽ,& excellentẽ doctrinã virũ vnũ delegit hæc academia, quẽ ad regem inuictissimũ Philippũ,& pontificẽ Max.Romã legatũ de reb⁹ magnis mitteret,quorũ episcop⁹ splẽdidissimus cũ quędã ex meo opere legisset,nihil plus ab antiquis expectaripotuisse dixit.Doctiss.F. Ioannes Gallus tot laudibus est hoc opus prosequutus,vt eas hic explicare esset inuidiosum. Certè inter innumeras occupationes,quibus vir religiosiss. distinebatur, singula penè capita excussit,& penè totius hui⁹ operis se exhibuit Aristarchũ,& mihi sedulã operã dedit & meos hos labores doctrina singulari, & acerrimo iudicio perpoliuit. Nimis longũ facerem si enumeraré omnes doctos theologos,quorũ sentẽtias exquisiui,ne ætate iã ꝓuecta,aliquid in lucé ederẽ,quod indignũ tã diuturno studio esse videretur. Ego his doctis viris,alijsque, quos fama celebrat.quibus ego meos hos probaui labores placere volo,reliquis si nõ placeo, nõ sum magnoperè solicitus.Illud vero ridiculosissimũ,q̃ vitio vertitur q̃ ad Christũ referã omnia,cũ Aug.in caput.5.Ioannis,tractatu.23.dicat,putemus scripturã Dei tanquã agrũ esse, vbi aliquid volumus ędificare,fodiamus altius donec perueniamus ad petrã,petra autẽ erat Christus. Cũ hæc dicat Aug.si Hebræa,Græca,& Latina lectio plane Christum sonat,adeo vt interiectis dictionibus,& multa fraude obscuretur à Iudęis,nõ aperiã dolos?Christũ in prima facie scripturæ ꝓminẽtẽ,& purius astris splẽdẽté,nõ ostendã digito?altius effodere iubet Aug.vt appareat Christus.ꝓminet in prima literę facie,& Iudęorũ more iniecta terra illũ obscurabo?Sed oĩa refers, aiũt ad Christũ,atqui idẽ Aug.in epistolã Ioãnis Tractatu.2.Quicquid scripturarũ est(inquit)Christũ sonat,sed si aures inueniat.& idẽ Aug.lib.12.cõtra Faustũ Manichęũ ca.27. Christũ sibi vbiq; in scripturis occurrere ait.Augustino fidẽ nõ habebo?Iudęis,& Iudaizãtibus habebo?qui scripturã omnẽ vt sancti patres aiunt,fabulas faciũt aniles?Indoctos aiũt Hebręi seruonis sanctos patres & imperitos solo excepto D.Hiero.quũ Paulus doceat spiritũ sanctũ dixisse quosdãapostolos,quosdã ꝓphetas,quosdã doctores: sunt. n. quidã qui plusquã satis est libere de sanctis patrib⁹ pronũciãt,indoctos appellãt in plerisq; q̃ Hebraice nescierint: & nõ vident quod in hoc opere ostẽdimus Iudęos & hęreticos solitos esse sanctos patres appellare indoctos,& hanc primãviã esse ad impietatem,veteres patres imperitię arguere,& insciticre rũ & verborũ.Qua de re quid respõdeant veteres patres,dictũ est alibi latius.Saltẽ aiũt,iuxta tralationem Lxx virorum scripturam semper sonare Christum,nam quod tempestate Lxx interpretum iam expectabant Iudæi Christum,Lxx viros aiunt sua tralatione omnia retulisse ad Christum. Quanto Christianè magis Iustinianus (vt alibi dicitur latius) quod Lxx viri(inquit)illustrati lumine spiritus sancti præsentibus oculis mysteria nostræ redemptionis omnia viderunt,ad illa mysteria Christi quæ videbant,suam accommodarunt translationẽ. Hæc magis Christiani hominis oratio est. Coguntur fateri pij, & docti viri Lxx viros omnia ad Christum retulisse.300.annis ante Christi aduentum,& ita vertisse scripturam, vt eorum interpretatio in omnibus,veros habuerit euentus,vt vera dixerint semper,&scripserint.300.annis ante rem gestam. Quæ res tam est mira,vt veteres patres hoc nomine eos prophetas appellarint,quòd ita scripturã interpretati sint tot annis ante tempora Christi,vt euangelicè,& apostolicè illam sint interpretati:& audent dicere nostri homines,quod expectabant Christum Lxx viri,ideo omnia eos retulisse ad Christum.Si errabant quomodo semper concordant cũ euãgelio,& apostolicis literis? errat ne quisquam ita vt semper vera dicat?Audent rursum imperitos dicere Lxx viros,omnia veterum scripta doctissimos suæ gentis aiunt (nã de D. Hieron.iã respõdimus)idq; non solũ nostri testãtur,sed Iudæi,Philõ,& Iosephus,& Aristæus alieni à nostra religione.Et quidã adeo ardẽt odio Lxx vt nullo teste, nullo authore, affirmẽt tamen imperitos fuisse Lxx viros.Pergunt porrò,negant eo tempore quẽquã Iudæorũ Hebraicè sciisse,negant scripturã sacram Hebraicè fuisse conscriptam,quòd lingua Hebręa eo tẽpore periisset idq; literis mandant quidam,typis excudũt, nullo teste,nullo authore,aduersantur veterũ monimentis Philoni,Iosepho,Iudæis doctissimis,& Aristæo,qui scripturã sacram Hebraicè scriptã docent,& Hebrèę linguæ doctissimos fuisse Lxx viros. Mitto nostros,quòd illis apud quosdam nescio quanta sit fides.Si authorem aliquem ex veteribus citarent,quo probarent Hebræam linguam periisse tempestate Lxx virorum, & scripturam non fuisse scriptã Hebraicè,aduersarentur sanè Iosepho,Aristæo,& nostris.Nullo authore,nullo teste aduersetur quisquam antiquis scriptoribus,testibus oculatis?quo nomine hãc audaciam nominem, ignoro prorsus. Sat illis debuit esse, quòd euangelicæ,& Apostolicæ literæ Iudæorum linguam Hebræam nominent,nè negarent Hebræam linguam,eo tempore,vsitatã apud Iudæos fuisse.Nisi Hispanam linguam,quod Maurorum vocibus immutata est aliquantum,Hispanã esse negemus.Ego,vt dicam quod sentio apertè,non obliquis sententijs, si quis quod oculati testes prodidere,de Indis,aut de locis longè summotis, quod narrant hi,qui ea loca peragrarunt,& suis oculis lustrarunt,falsa contenderet esse, negaret esse Indos,negaret esse Perulios, Mexicum,cum ipse nunquam pedem extulisset patria, cùm se semper cõtinuisset domi intra domesticos parietes vixisset semper,furere mihi,& insanire videretur. Non est ferendus igitur,qui natus quinquagesimo,aut sexagesimo ante anno sibi credi postulet de his quę bis millesimo ante anno facta sunt,& mentiri dicat oculatos testes, veteres omnes scriptores illis tẽporibus proximos,Iudæos etiam qui nobis astipulantur,& aduersantur suis Iudæis, Philonẽ, scilicet & Iosephum, & Aristæum Agyptium qui Hebraicè conscriptam esse scripturam sacram prodidere,& Lxx viros doctissimos Hebraicæ linguæ fuisse, & legis Mosaicæ eruditissimos. Tantone odio ardebit quisquam Lxx virorum, vt nullo authore:nullo teste mentiri dicat scriptores omnes qui illorum historiam literis prodiderunt? Sibi postulent credi de rebus quæ bis millesimo ante anno accidere,a nostris temporibus tã longè summotis? & detrahi fidẽ antiquissimis scriptoribus,qui illa monimentis literarũ tradidere? Exularunt inquiũt Iudæi apud Babylonios per septuaginta annos,& tãto tẽporis spatio,& tot ruinis, perijt Hebręa lingua.Exulãt per mille quingentos annos post Christi aduentũ,mille ruinis accisi, & nõ perijt Hebræa lingua etiam nunc, & perijt per septuaginta annos cum Hebraicè loquebãtur? & prophetas habebãt,qui Hebræa lingua prophetarẽt Ezechielem,& Danielem, etiam cùm exularent apud Babylonios?Sed Daniel aiunt Chaldaicè scripsit multa,quæ lingua Babyloni ca erat,ita est,sed scripsit etiã Hebraice,& Zacharias,& Aggeus,qui post captiuitatẽ Babylonicam fuere,Hebræa lingua scripsere. Nõ perijt ergo lingua Hebręa captiuitate Babylonica. Age Ezechiel,Daniel,Zacharias,Aggeus eadẽ lingua scripserunt suas prophetias,qua Moses, & Esaias,& prophetæ,qui fuere ante captiuitatem Babylonicã,neque quisquam sciet Hebraicè,qui vel vno apice distare dicat prophetas, qui fuere ante captiuitatẽ Babylonicam, & eos qui fuere post captiuitatẽ Babylonicã.Non excidit ergo lingua Hebræa.Certè nõ verba facerẽt prophetæ ad populũ ea lingua,quã populus nõ intelligeret,& lib.2.Esdræ ca. 8. cũ.Esdras

Universidad de Deusto
Biblioteca

legem Mosis recitat populo coram multitudine virorum,& mulierum,cunctisq; qui poterãt intelligere,Hebraicè legit,& scriptura dicit,lectam esse coram multitudine virorũ,& mulierum,cunctisq; qui poterant intelligere.Intelligebant ergo mulieres Hebraicè nedum viri. Si peruicax sis,& dicas Mosen & reliquos prophetas non fuisse scriptos lingua Hebræa,sed translatos è lingua Hebræa,& esse scriptos ea lingua, qua populus ludæorum vtebatur post captiuitatem Babylonicam,qua scripsere etiam prophetæ post captiuitatem Babylonicam.Sat hoc mihi est huius linguæ doctissimi suæ tempestatis erunt Lxx,quod aiunt Iosephus, Philon, & Aristæus,hoies à religione nostra alieniss imi,ne eos dicas nobis fauisse.Quid?quod aduersantur literis sacris?D.Ioãn.c.5.Hebraice bethesda,&.19.Hebraicè Golgotha,& Hebraice gabata erat scriptus Hebraice,Græce,& Latine.Lucas cap.23.literis Græcis,Latinis,Hebraicis,& Act. 21.Loquebatur Hebræa lingua.& 22.Rursus Hebraica lingua.&.26.Hebræa lingua.Nemo igitur tanto flagret odio Lxx virorum,vt literis sacris aduersari contendat,vt de laude Lxx viro
.7 rũ detrahat.Illud exciderat,quod mihi obijci solet à quibusdã quod nemo magis ludęorũ,& rabinorũ testimonijs vtatur cũ ludæis aduersetur,& hũc mihi proposuerim scopũ vt illorũ scripta refellã.Quid? an non publica lex hominũ naturaq; continet hoc fas,vt tela inimicorũ in ipsos retorqueamus,& inimicorum armis inimicos iugulemus, & suo gladio ipsorum pectora confodiamus?Quis vnquam Dauidi vitio vertit quod Goliath Philistæo eius gladio caput præciderit?Ergo hoc opus textum est ex scriptis sanctorum patrũm,qui proximi fuere temporibus Christi,quos sequuntur concilia,& vnde sancti patres censent petendam scripturæ interpretationem:& iudicio inde excerptum hoc opus est,quando Hebraicę,& Græcę editioni,& vulgatæ sententiæ congrueret sanctorum interpretatio,& literalis esset,& antecedentibus,& consequentibus responderet. Interpretamur vulgatam D. Hieronymi editionem è tralatione Lxx virorum quam euangelia citant,& apostolicæ literæ,& sancti patres,& refellimus ludæos qui obijciebant nobis apostolos,& euãgelistas citare translationem Lxx virorum,quæ toto cælo distaret à lectione Hebræa,ostẽdimus non discrepare à lectione Hebræa,sed cum lectione Hebręa mirabiliter consentire.Nam quod D.Hieron.inficiatione hoc crimen ludęorum diluerat cum negauit citatam Lxx virorum interpretationem ab Euangelistis, & Apostolis,refellebatur à ludæis,& à nostris.Ostendimus tralationem vulgatam,& Lxx eandem habere sententiam,hoc differre quòd trãslatio D. Hieronymi ad verbum est reddita,interpretatio Lxx virorũ in plerisque paraphrasis est potiusquã translatio.Efficimus vt scripta sanctorum patrum sint magis vsui literatis hominibus:nam si interpretantur translationem Lxx virorum,& ea à veritate Hebræa discreparet,interpretatio sanctorum inanis videretur,& cassa.Nunc cùm ostenditur consentire cum lectione Hebræa,neque ab ea latum vnguem discrepare,resc
rare magna Christi mysteria,eundem habere sensum cum tralatione vulgata,&
esse veluti scholiũ vulgatæ translationis,multò magis vtilia veterũ patrum
scripta studiosis erunt.Si hoc aduersatur scriptis consarcinatis ex
Rabinorum commentarijs,tantùm abest vt fraudi mi-
hi esse debeat,vt hæc multo maior acces
sio vtilitatum censen-
dasit.

LEONIS CASTRI SACROSANCTAE THEOLOGIAE, INGENVARVM'QVE ARTIVM SALMANTICENSIS MAGISTRI, IN COMMENTARIA IN ESAIAM PROPHETAM *præfatio:et disputatio de D.Hieronymi,et Lxx interpretum tralatione,aduersus veteris Testamenti recèns editas quasdam interpretationes.*

PRinceps Philosophorum Plato vt. de Republ. lib. postquàm eius Philosophiæ, quam nos sacrosanctam Theologiam nominamus, dignitatem descripsisset,& veri Philosophi naturam commonstrasset, adiecisseq; virtutes eas, quibus præditos esse oportebat sapientiæ veros sectatores, conquestus pluribus verbis est,hos raros esse(vt maxima quæq; sunt rarissima) & horum plærosque à meditatione sacræ sapientiæ ad summos Reipubl. magistratus, ad prouinciarũ gubernacula tractanda transuersos rapi necesse esse,eosque aliquando, vndè hæc disciplina summa incrementa erat acceptura. Et indè fieri vt relinqueretur nonnunquam sacra hæc doctrina homuncionibus, nulla disciplinarum suppellectile instructis, vitiato ingenio,& detrito,artibus tenuioribus, qui relictis suis artibus, ad hæc studia sacra cõmigrassent, sordidisque manibus ea attrectarent,& infamarent indignissimè, eorumq; splendorem tetra quadam labe commacularent.Quod vtinam nostra tempestate nõ tam verum esse experti essemus,nec ita esse testis esset Oecolampadius,Philippus Melanchthon,& alia id genus Lutheranorum monstra.Esse tamen non paucos prodidit vir sapientissimus,qui alta quadam,ac diuina mente præditi,relictis alijs disciplinis,quibus se dedissent ad hanc sacram sapientiam cõ
A fluxere,quod maius ingenium illorum erat,& mens altior,ac diuinior,quàm cui vlla alia doctrina facere satis posset, qui huic diuinæ sapientiæ summum decus addidissent. Esse quoque magna ingenia,quæ se in altissimum otium assererent,contemnerent opes,& diuitias, potentatus,& magna nomina,& in hac rerum cælestium scientia ita versarentur,vt excelleret,& oc bis terrarum essent lumina splendidissima, quibus non posteriores tulissent, qui ingenio acri præditi, & diuina quadam mente insignes suis artibus,quas priùs factitabant relictis,ad huius disciplinæ cultum conuolassent,quorũ è numero (vt Aelianus est author) Plato ipse erat,qui relicta poetica,in qua excelluit ad philosophiæ cultum se contulit,& ob admirabilem quandam sapientiam diuini cognomen inuenit. Theagen nominat Plato,& alios quosdã qui cùm fero se in huiusce disciplinæ portum recepissent, non sine magna laude in ea sunt versati.Nos maiora habemus exempla.Ex hoc enim genere fuit D.Augustinus, D.Ambros.Chrysost.Basilius,alijque non pauci, quæ Christianæ Reipubl. fulgentissima lumina vniuersa ecclesia veneratur,ac suspicit. Tertium verò genus eorum est,qui huius sacrosanctæ sapientię amore incensi,cùm conscij nobis essemus ingenij tarditatis,doctrinæq; perexiguæ, admoneremurque
B ab eodem Platone,eum qui vellet adire hęc sacra studia oportere,vt omneis arteis haberet comites,& administras,duceretq; ancillas ad arcem,nec solùm acri excelleret ingenio, nos solabamur illo vulgato: Non possis oculo quantum contendere lynceus, Nõ tamen idcirco contemnas lippus inungi.Voluebamus animo illud Aristotelis, vel tenuissimũ quiddam è rebus cælestibus delibare, multò esse præstabiliùs, quàm horum omnium inferorum cognitionem mente complecti. Si rursum commoneremur à puero hæc esse adeunda studia, multos esse subeundos,& experiundos labores. Subibat illud, nullam ætatem seram esse discentibus, saxum durum esse, vndam mollem: gutta cauata videri dura saxa. Nihil mollius manu hominis, nihil ferro durius, manubria tamen ferrea cultrorum, & machærarum sæpiùs humana manu tractata,& diutiùs, exesa videri. Non laudari homines, quos fuga laboris pertæsum magni incepti, rerumque magnarum est. Certè cùm in mentem venit huius desiderij, quod me à primis studijs abduxit,& ad hæc studia sacra traduxit, non temerè summus poeta mihi videtur dixisse -- Dine hunc ardorem mentibus addunt? An sua cuique Deus est dira libido? versat enim Deus mentes humanas quò vult,huc enim & illuc, quò placet, tor-

¶ quet &

Universidad de Deusto
Biblioteca

quet & flectit. Nam inter Herculeos labores quos adolescens tuli, horum desiderio exæ- A
stuabam noctes,& dies: placebat mihi laudatus Vlysses, qui cùm apud apud Circen,& Ca-
lypsonem vitam plenam,ac confertam voluptatibus degere posset,optauit potius duros pati
labores, & repetere natale solum,optabat vel morte depacisci,vt fumum de patrijs focis pro-
silientem videret.Qua imagine nos admoneri putat ille alter,satiùs multò esse,dum cælum pe
timus,quę nobis patria est,meditari studia sacra,&sic perexiguam vitam degere,quam omni-
bus diuitijs abundare,& Tithoni,quod aiunt, transcendere senectam. Multa enim Homerus
(vt Iustinus Martyr docet) è doctrina prophetarum hausit, quæ in suam poësin est mutuatus.
Statui deniq; imitari Iacob,qui cùm coniunctam sibi matrimonio Liam, quæ lippis erat ocu-
lis,vidisset pro mercede septem annorum, quos seruisset Labam, forti animo aggressus alios
septem annos seruire eidem pro Rachel,quę decora vultu erat,& egregia figura oris.Sic enim
ipse cùm contriuissem vitam,& ætatem meam in perdiscendis linguis,excolendisque studijs
humanioribus,cùm mihi comparatas eas artes animaduerterem, quæ lippis oculis mihi esse
viderentur, neq; si intra earum cancellos substitissem, magnopere decoræ: decreui studioso-
rum labores renouare,redintegrare studia, & qui ad studiorum metam peruenisse me putarē B
stadij carceres repetere,& denuo studia auspicari sacra. Ita animatum ecce vir doctiss. magi-
ster Franciscus Sanctius Theologiæ,& philosophię professor eminentissimus,me ad hæc stu
dia inuitat, æquum Lydium in campum (quod aiunt) vt secum vnà Aristoteleos libros adi-
rem,excitarerque ad maiora, altiora conciperem animo, nec semper humi reperem, pollice-
tur operam,addit animos,fore vt cōiunctis studijs secum vnà magnos in studijs Philosophi-
cis,Theologicisq; facere progressus possem. Accepi conditionem, ne longiores traham am-
bages,hunc nactus doctorem Theseum ducem, & antesignanum, qui in hoc literarum lyceo
ingenuarum artium,& sacrosanctæ Theologię cognitione inter primos erat,per viginti plus
minus annos per Aristoteleos campos,per Platonicam doctrinam,per Theologorum libros,
quanta potui cura fum vagatus,quo tempore vnà cum hoc viro doctissimo,& præcellentissi-
mo omnia opera Aristotelis,omnes Græcos interpretes,posteà Platonem, & Platonicos phi-
losophos,Plotinum,Proclum, Olympiodorum, Hermeam euolui, priusquam ad theologos
adire cœpissem,deindè totum me contuli ad studia sacra, in quibus posteaquam tantum pro- C
moueram,quantum meo doctori,& Theseo huic viro sapientissimo visum est satis, vt magi-
sterij honore in sacrata hac Theologica disciplina insignirer: Magister theologus sum in hac
insigni Salmanticensi Academia creatus, vt studiorum meorum rationem publicè in theolo
gicis commissionibus,& ingenij specimen quotidiè præberem, probaremq; me vulgo nō lu-
sisse operā,promouisseq; aliquid in his studijs,in quibus me tamdiu viderent versari.

Quòd cùm confecissem,multumq; temporis posteà euoluendis sacris noui & veteris testa
menti libris impendissem,ne auram popularem tanto conatu viderer comparasse, vt gemini
vertice micarent flosculi,& ne temerè viderer ad Græcas,Latinasq; literas,& Hebræas,& ad
Rethoricen,& ad bonas artes,quas per tot annos profitebar Aristotelicam, Platonicamq; do
ctrinam,& sacratæ theologiæ cognitionem adiunxisse,non sine magno, & penè dixerim Her
culeo labore,circunspiciebam tacitus,qua parte potissimum hac studiorum congerie, qua vi-
tam,& ætatem meam contriueram rei literarię prodesse quocunq; modo possem.Quanuis in
his studijs non tantum promouissem quantum sat erat. Tamen cœpi cogitare, laudatam esse
viduam illā quæ in gazophylacium,vel duo minuta ærea obtulit. Mihi quoq; nō fore fraudi D
putabam,si quantum possem sacrosanctæ ecclesiæ matri muneri obtulissem.

Cùm cuncta animo,& mente lustrarē,per multos annos versanti sacros libros veteris testa
menti,occurrit illud quo aliquantulā opellā sacrosanctæ Theologiæ studiosis me ferre posse
putaui.Incidi em in quosdā veteris testamenti ad veritatē Hebraicā(vt ipsi aiunt)translatores
qui Septuaginta viros,conuicijs prosequerentur,imperitos,&rudeis patrij sermonis esse dice
rēt, tectè quoq; D.Hieronymi tralationē improbarēt,noua quædā in Remp.Christianā indu
cerēt,contra quā monet illud vetus prouerbiū τὰ ἀκίνητα μὴ κίνει: non mouēda,ne moueris,quod
diuinus Plato in religione,& rebus sacris, si semel de eorum veritate constiterit, potissimum
obseruandū putat.Nam nescio quomodo præ se fert semper legisse nostra: capitale enim ex-
istimat vir sapientissimus debere esse,si semel de veritate religionis constiterit,receptas,& sta
tas res sacras mouere loco,aut mutare,nisi quid in melius mutes, quod religione receptā con-
stabiliat magis,& confirmet: contra hoc,inquam,quòsdā facere reperiebā, qui nouas quasdā
edidere

A edidere veteris testamēti editiones,quiq; adiecere cōmentaria breuissima,veluti oracula quę
dam Pythagorica,quæ recipienda essent,& si quid dubitationis incidisset,necesse esset dicere
αὐτὸς ἔφα. Quæ mihi statim magnoperè suspecta sunt visa,quòd diutissimè obseruans, nullam
prorsus veterū patrū in his mentionē fieri animaduerterē. Non agnoscebam nostros,videbar
agnoscere Iudæorū castra,non inter meos,sed inter alienos versari videbar.Quanquā aliquan
do illæ chartæ Christū & apostolos sonarēt,suspicabar(sum enim suspicios⁹)verbis illis blā
dis inescari homines,vt venenū biberent.Est enim hic morbus eorū,qui Rabinorum scrutan
tur cōmentaria,vt nostros oderint, neq; quos legant,aut citent dignos deputent.Monuit hoc
benè Socrates apud Platonem: Etiam atq; etiā vide(inquiens) quos libros legas potissimum,
quāmue tractes disciplinā.Sic enim natura comparatū est,vt si quis fœtulētiæ allueſcat rerum
fœtidissimarū,res illæ fœtidæ benè ipsi oleant, fœteant contra opobalsama, fœteant Arabici
odores.Cui simile illud est,quod cùm alij patres,tum CLEM.in pædag.inquit lib.2.c.8. Mir-
rha,& gutta,& casia à Christi vestimentis exhalat, quæ quidā, assueti fœtulentiæ, auersantur,
B vt suauissima vnguenta vultures,& scarabei,quos aiunt, rosaceo vnguento perunctos necari,
refici fœtore.Iam igitur hoc primum cœpit displicere, quod in his nullam prorsus sanctorū
patrum repereram fieri mentionem.

Cùm hoc cum Theologis quibusdā doctissimis contulissem,erras,inquiunt, breuitas hoc
facit,& authoris grauitas,hæc paucula lectissima quæq; excerpta ex cōmentarijs sanctorū pa
trū suppresso nomine sunt. Audias viros doctissimos sensisse ab Spiritu sancto hęc esse dicta-
ta. Mihi statim hic error ingens est visus, qui latissimè serpere posset, & imperitorum men-
tes inficere veneno,quādo viros sapientissimos in tanto viderem errore versari. Cœpi magis
ad id attendere,reperi lectissima illa,quę excerpta ex scriptis veterū patrū suppresso nomine
doctissimi viri arbitrarētur,quæq; alij(nescio qua delusi vana rerū imagine) ab spiritu sancto
dictata esse discerent, excerpta esse ex cōmentarijs Rabinorū, ex Rabi Abrahā,Rabi Dauid, *Refellun-*
Rabi Kimhi,Rabi Selomoh, R.Moseh.& ex huiusmodi Iudæorū portentis.Cœpi tunc mul- *tur qui Iu-*
tò magis suspicari tectos hos esse dolos,& tectas Iudæorū insidias & fraudes.Nā si R.Abrahā *dæorū sen-*
& R.Selomoh,& reliqui huius notæ,illorum iudicio verè interpretantur scripturas, & erra- *sum, sensū*
C bant olim D.Hilarius,Athanas.Ambros.reliquiq; patres veteres, qui Iudæorū interpretatio- *literalē es-*
nes nominabāt nugas, ludibria,fabulas: apertè agant,personā detrahant sibi,qui hęc etiā viris *se aiunt.*
doctissimis obtrudere parant, dicant Iudæorū sententiā esse verā,errasse nostros, vt sciamus
illos hostes esse nostros,& aduersarios,quos nostris castris,infestis telis oporteat repellere,nō
quos in nostra castra recipimus.An non periculosissimū est, quòd suppresso nomine, deliria
Rabinorū Christiano populo pro sanctorū dogmatis propinantur. Certè D. BASIL. in epist.
ad Alexandrinos,technā dæmonis hāc esse putat,quando aperto Marte, & directa fronte pu-
gnare aduersus ecclesiā nō potest,vt insidijs agat,& versetur dolos,& per eos aduersum nos pu-
gnet,qui Christianorū sibi aptarint insignia,vt Christiano nomine tecti in rebus maximis fal-
lant. Cœpi admouere magis aurē, reperi euangelistarū & apostolorū fieri aliquando mentio-
nē raro tamen,quod dq; magis auxit suspicionē(si suspicio hæc dicenda est,& nō certa res) mul
ta loca explanata ab apostolis,& euangelistis,deprehendi ab his longè secùs de Rabinorū sen
tentia explanari: euangelistarū aut apostolorū ibi nullā fieri mentionē. Incidi in commenta-
rios Oleastri cuiusdā,qui iam non tectè,sed planè,&apertè Rabinos citat,deq; eorū sententia
D scripturam interpretatur,sanctos patres vniuersos citat aliquando vt refellat,& ad Rabinorū
libram eorum scripta expendat,& castiget, vulgatæ interpretationi alias anteponat: iam hac
licentia nihil licentiùs esse putabam.

Arebant boni viri,doctissimi illi quidem,& rei Theologicę scientissimi,sed qui hæc parū
cautè expendant,Rabinorū hic sensus literalis est, sensus euangelistarū & apostolorū spirita-
lis,quo quid pestilētius dici aut fingi possit, nō video, vt in fine huius disputationis pluribus
est dicendū.Interim illud dixisse contentus ero,veteres patres videri potuisse (si hoc ita esset)
ludere,cùm millies vt in hisce cōmentarijs in Esaiā apparebit,Iudæos & Iudaizantes refellūt,
quod vaticinia de Christo,& Christi temporibus ad Assyrios,Babyloniósue referant, cur eos
Iudæos redarguant? si Iudæi sensum literalem docent,apostoli,& euangelistæ spiritalem, cur
D.Hieronymus toties Iudæos & Iudaizantes, quòd sua interpretatione impia, vaticinijs de
Christo offundant tenebras,reos facit? cur Hilarius Rabinos accusat,quod suis commentis fa
bulis prophetarum oracula falsa faciant,& vanā? Cur Ambrosius,Athanasius,Eusebius,Iudęo

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum interpretationes deliria vocant,& aniles fabulas? dicemus conuiciatores sanctissimos ve A
teres patres,qui tam falsum crimen inferant Iudæis,& Iudaizantibus? aut si hoc durum est ni-
mis,inscios,& imperitos appellabimus veteres patres, quos lumina fulgentissima Christianæ
Reipublicæ appellauit antiquitas?neq; hoc eos intellexisse fatebimur,quod nûc docèt quidã
qui vix primoribus labris sacras attigere literas, & è Rabinorum scrinijs texunt commenta-
ria.Doctiores dicemus eos qui meras nugas crepant, & fabulas Iudaicas, q̃ apostolorum disci
pulos? Si vera horum sententia esset, an non intelligerent sacri doctores, Rabinorum inter-
pretationem literalem sensum enodare, quem subesse necesse erat sensui spirituali, neq; ipsos
falsi criminis nota inurerent? Scite quidem hi huic rei tam deformi colorem dedisse videren
tur,ni contrà staret veterum omnium patrum authoritas,qui vno consensu,& vno ore Iudæo
rum interpretationem, deliria, fabulas, meras nugas vocant. Et ni cùm ventum ad rem ipsam
est,non tam frigida pugnarèt calidis,humentia siccis,quàm Iudæorum sensus cum sensu Chri
stiano,& pio.At est quidem sensus literalis,& spiritalis. Quid ni? quasi id ignoremus, quod
vel pueri sciunt. Sed theologis notum esse oportet in plærisque sensum literalem de Christo B
esse,& eundem esse sensum historicum,fuisseque hæresim iam olim damnatam,nihil literali-
ter dici de Christo,subesse omnibus nescio quem literalem alium sensum.Itaque in multis est
sensus quidem literalis & historicus,qui Christi est typus & vmbra, super quem est sensus spi
ritalis. In plærisque verò sine vlla circuitione,sine vllis ænigmatis,sine historia,sine vllis typis
Christi mysteria prædicuntur,quibus idem est sensus literalis,& spiritalis de Christo, quales
multi sunt psalmi,quorum quibusdam Christus Dominus os obturauit Iudæis, qui si sensum
aliquem alium literalem haberent,quæ Iudæorum erat impudentia,non reticuissent. Et com-
menti post mille quingentos annos sunt impientissimi Iudæi, quo detorquerent psalmorum
prophetias,& ex oraculis sanctissimis historias vanas, & lamenta viri non magnopere fortis,
mendacia,nugas,battologias effecerint, qualia essent prophetarum vaticinia plurima, si ea ad
Iudæorum præscriptum interpretaremur, vt infrà dicendum est ex veterum patrum autho-
ritate, quibus tenebras offundunt Iudæi,ne Christum sonent,& Christi mysteria efficiant, vt
fabulæ videantur,non prophetiæ, nisi putas subesse sensum historicum verbis illis: Ecce vir- C
go concipiet: & cum Iudæis ad Ezechiam referas magna Christi mysteria, quæ posteà tuba e-
uangelica cecinit D.Ioannes, cùm dixit: Verbum caro factũ est,& nisi magnũ illud mysteriũ,
quod Dominus scribi iubet stylo hominis,hoc est, ineffabile mysterium incarnationis,quod
ne angelorũ quidem linguæ enarrare queant,planis verbis,quæ captus humanæ mentis queat
comprehendere,impudentioribus verbis cum Iudæis velis interpretari, quàm quæ nisi pror-
sus verecundiam omnem exuas,dicere audeas.Et hos sensus tu historicos dicas rerum sanctis-
simarum? horum locorum similiumque historia, historia est euangelica, & historicus sensus,
ac literalis sensus euangelicus,& apostolicus est,quem nos docet D.Paulus, optimus scriptu-
rarum interpres à veteribus patribus appellatus,quòd plenus Spiritu sancto,vt ipse ait,scriptu
ram interpretatur,cælum conscenderit prætereà, vndè cognitionem rerum sacrarum, quod
ait Hilarius,plenissimo pectore hausit.Quæ Paulus interpretatur, quæque enodant euangeli-
stæ,aut apostoli audeat quisquam de Rabinorum sententia aliter interpretari? idque admo-
nitus à D.Hieronymo,Augustino,Hilario,& cæteris patribus, Iudæorum interpretationes es
se deliria,admonitus à Domino Iudæos cœcos esse,& cœcorum duces. Subest (aiunt)quibus-
dam sensus historicus,subest igitur omnibus.Callida sanè argumentatio. Subesse in quibusdã D
sensum literalem,vbi citatur spiritalis sensus ab euangelistis, notiùs est quàm vt dicendum sit,
sed quàm notum est,& perspicuum historiam illam esse veteris testamenti, vt, Os non com-
minuetis ex eo,tam planè historia ipsa præfert typum Christi,qui fuit verus agnus, & tam pla
nè alijs multis locis scripturæ ostenditur historiam ipsam Christi typum esse. Neq; minus li-
quet innumerabilia alia loca scripturæ,Christi mysteria habere tantum pro sensu literali,quę
tam multis verbis libuit exequi, quod plurimos viros doctissimos in literis sacris versatissi-
mos esse intellexi,quibus hæc opinio,quam refutaui,ita penitus animo insederit, vt exscindi,
aut euelli vix possit, qui auro contra Rabinorũ emunt commentaria,& ea lectitant, & admi-
rantur scholia,quę sunt è Iudæorũ scrinijs delibata,& huiusmodi locis affirmant licere reijce
re lectionẽ vulgatã,idq; sensisse viros doctos,quod reclamet lectio Hebræa,& vocũ Hebræa
rũ significatio,quo quantam fenestram ad eludendum concilium Tridentinum, & ad intro-
ducendas Iudaicas interpretationes patefaciant,quis non videt?

Cap.I.

Refellitur qui sensum Iudæorum sensum putant literalem.

Esse sensũ literalẽ & spiritalem.

Hæresim fuisse olim quorundã, qui omnib⁹ scriptis de Christo subesse alium quendã sensum dicerẽt quẽ literalẽ appellarent.

Iudei omnia vaticinia de Christo inuertunt, & tamẽ sunt quædã qui sensum Iudæorum sensum literalem esse affirmant.

Quæ apostoli & euangelistæ interpretãtur, quidã è nostris audent interpretari aliter de Rabinorũ sententia.

Contra eos q affirmãt licere reijcere quasdam vulgatæ partes, quod aliter Hebraicè se dicatur.

A *Cap.I. Vndè petenda explanatio scripturæ,et quod sit huius operis argumentum.*

IGitur visus sum mihi operæpretium facturus, si quemadmodum texta videre è Rabinorũ
nugis commentaria,sic ipse quoq; commentarios hos texere ex sacris scriptoribus, vt col-
latione sententiæ sanctorũ patrum apparerent Iudæorum fraudes & doli, intelligerentq; no-
stri homines nó excerpta esse ex veterũ patrum scriptis,illa,quę tantoperè admirabantur,sed
ex Iudęorũ scholijs,vt sequi possint potiùs in legendis literis sacris sanctorũ patrũ interpreta
tionẽ,& receptã sententiã in ecclesia catholica,& quæ recta sunt excerpere,auersari quæ ab in
terpretatione sanctorũ patrũ discrepant. Nam CLEM. Alex.Stromaton lib.7.hunc ab initio
nascentis ecclesię obseruatũ Canonẽ scripturæ ait, vt in interpretanda scriptura,sanctorũ pa-
trum semper consensum sequamur,si quis nouum aliquid in interpretanda scriptura cuderit,
quòd dissentiat à consensu veterũ patrum,tanquam adulteratã monetam reijciamus.Et lib.6.
Stromaton idem CLEM. Alexand.hunc ecclesiasticũ Canonem interpretandę scripturæ ap
B pellat,vt in enucleando scripturarũ sensu is sit scopus,quò omnia dirigamus,vt summa sit cõ-
cordia,summus concentus legis,& prophetarũ cum nouo testamento. Hunc concentum ve-
teris & noui testamenti in Iudæorũ chartis reperiet quisquam? Ad lucẽ euangelicam Rabini
tibi enodabunt scripturam? aut ecclesiasticũ Canonẽ traditum nobis per manus à nostris ma
ioribus contemnes? & aliter explanandam scripturã dices,quàm vt pręscripsere nobis nostri
maiores? Hic,inquiunt,nouus modus est,quo patefactus est aditus, & accessus ad scripturam
nostris maioribus inauditus. CYRIL. in epistolis aduersum Nestoriũ,quibus summã authori
tatẽ tribuunt Concilia,repetit frequenter,nouitatẽ,hæreseon seminariũ esse,ne tantopere qui
busdã ex nostris placeat nouitas,& commutatio. Nouitas(si Cyrillũ consulas,& alios patres)
omneis peperit hæreseis. Sic EPIPH.synodi Nicenæ.2.act.6. nequaquam vna via hæreseos,
& Christianorum orthodoxis,semper mos est regiam ambulare viam. Et actione.7.eiusdem
synodi,in definitione sanctæ,& magnæ,& vniuersalis in Nicæa synod.2. His ita se habẽtibus,
inquit,regiam viã incedentes,& sanctorũ nostrorũ,& diuinorũ patrum doctrinæ insistentes,
& catholicæ ecclesię,in qua Spiritus sanctus inhabitat.Ex quibus verbis apparet,qui regiã viã
C insistunt in ecclesia orthodoxos esse,qui deflectũt de via, ad hæresim viã præmunire. Fidẽ ca
tholicã tuẽtur fateor,vt qui maximè viros pijssimos & doctissimos esse quosdã qui his aliquã
do fauẽt.sed illud admoneo,ex Iudaismo omnes penè hæreses dimanasse. Nã Arianos Iudai-
zasse docet Alexander Alexandr.in epist.ad Alex. tom.1.Concil.ante Nicenũ conciliũ. Et in
Concil.Chalcedonensi act.2.Hæretici,Iudæi appellantur.Et tom.1.Concil.in additionibus ad
Liberati breuiarium, Beatus Theodor.contra Sabelliũ,Sabellium Iudaizare docet.Et.6.syno-
do Constantinopol.Macarius hæresiarcha act. 18. æmulator Iudaicæ discessionis factus dici-
tur,in exemplari diuinæ iussionis Domini Constantini:& precedenti epistola,Iudaica,scripta
alterius hæretici nominantur.Et syn.Nicæna.2.act.6.à Greg.Nestorius Iudaizans dicitur.Sed
quod sæpè,inquit ille,in viros doctissimos maxima incidunt errata,quorum ipsos pudeat ma
xime cùm ad se redeunt,audiãt viri docti quid IREN. (quem vt virũ apostolicũ proximũ tẽ-
poribus apostolorum D. Basilius, & Clemens Alex. & Eusebius sæpè citant, vtinam Græcè
haberemus,& non quibusdam locis ab interprete vitiatũ) audiant,inquam,quid vir apostoli-
cus Irenæus in principio lib.5. dicat, & vndè moneat scripturarum interpretationem esse pe-
D tendam,à sacris ne doctoribus, an à Iudæorum scrinijs, vnde ex Concilijs ostendimus hære-
ses esse natas?Christi mysteria(inquit)prædixere prophetæ, perfecit Christus, apostoli prædi
cauere, à quibus accepit ecclesia per totum mundum, & ipsa benè custodiens tradidit filijs
suis. Et IREN. ab apostolis ecclesiam accepisse doctrinam ait per totum mundum, & benè
custodire,& indè filios ecclesię petere oportet.Quod idem dixerat lib.4.cap.43.Doctoribus,
inquiens,ecclesiæ habenda fides est,qui successionẽ ab apostolis habent, & cùm episcopatus
successione charisma veritatis accepere,reliquos suspectos esse habendos,& malæ sententiæ.
Vides non solùm damnari Iudæos,sed quicunque dissentiat à doctoribus sacris suspectos ha-
beri,& malæ sententiæ! nunc,& Iudæos tibi adhibe præceptores,& auro contra Iudaizantiũ
tibi emito libros.Nam quid ego dicam eundem Irenæum lib.4.cap.52. docere apud presbyte
ros ecclesiæ esse apostolicam doctrinã,& non in Iudæorum chartis? & cap.45. vbi charismata
Dñi posita sunt,ibi discere oportere veritatẽ,vbi etiã apostolorũ doctrina sana, & successio.
An D.Paulus non docet,Spiritũ sanctũ dedisse doctores? Spiritus sancti dona contemnes? &

Nouæ scripturæ interpretatio reijcienda.

Canones interpretãdæ scripturæ.

Nouitas hæreseon seminarium.

Orthodoxi semper regiam ambulauere viã.

Ex Iudaismo dimanasse oẽs hæreses.

Vnde petẽdainterpretatio scripturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudaismi dogmata bibes? Deus Opt. Max. tantum malum auertat. Ecclesia, vt idé Irenæus in- A
quit lib. 3. cap. 4. diues repositoriū est doctrinæ apostolicę, reliqui sunt fures. An sensum fu-
rum dices esse literalem? si fures scripturam interpretantur literaliter, non sunt fures.

Expositio scripturæ petenda ex sanctis patribus.

Hoc nomine ergo ab Esaia libuit hoc opus auspicari, vt toto hoc opere appareret quantum
malū molirentur in Rempub. Christianam, qui hæc è Iudæorum scrinijs contexerent cómen
taria, & non solùm imperitę multitudini fucum facerent, verùm etiā doctissimos homines in
errorē inducerent, & rei Theologicæ scientissimos. Apparebit enim his commentarijs, quæ
ex veterum patrū scriptis excerpti, & contexui, quam penè singulis Esaiæ versibus doctores
sacri, qui orbē terrarum ab impietate abduxere, post apostolos & discipulos Dñi, & ad fidem
traduxere Christi Dñi, Iudæos iugulent, & os obturent Iudęis, arctissimis eos constringāt vin
culis, cùm dicunt: Audi Iudæe prædicta, vide completa: sic eant per singula, sic texant inso-
lubilia argumenta, vt singula Christi mysteria millesimo ante anno, aut quingētesimo, aut octin
gentesimo prædicta ostendant, quæ oculis legant gentes omnes, & completa oculis suis oēs
intueantur, vt euidentissima argumenta nominet Augusti. & insolubilia, & ad gentiū, ac natio- B
num conuersionem hoc maximum pondus habuisse videatur, cùm prædicta cernerentur mil
lesimo ante anno, & completa suis oculis cernerent omnia, & argumentorū hoc robur maxi
mū in ecclesia catholica fuit, quod Iudæi, aut aliæ nationes refellere nullo modo possent, cùm
præsignificata tanto ante viderent, & legerent oculis suis Græcè translata, & cernerent cōple-
ta. Quæ hic tergiuersatio reliqua erat? quid dicerent? quid responderent? confugiebāt ad illud
vt ait Iustinus philosophus martyr, non sic interpretandas esse literas sacras, alium scripturarū
esse sensum, non audiendos Lxx viros, qui parum fideliter literas sacras vertissent, è Iudæorū
scrinijs petendam scripturarum interpretationē. Et commenti mille fraudes, mille dolos, &
refutati à sanctis patribus non conquiescunt ab armis, neq; millies victi, possunt absistere bel
lo. Nam, vt sæpè à concilijs vsurpatū est, Iudæorū rabies in nouā semper recrudescit insaniā.
Commenti sunt alios dolos, technas alias nouas, quibus si nos aggrederentur aperto Marte, di
recta fronte, riderentur, quòd iacentes miseri per tot annos adhuc auderēt hiscere, reuicti mil
lies, rebellarent, redintegrarēt prœlia, per se nihil effecere vnquā tantum, quantū nostra tem-
pestate, arte & dolo, nā docuere Hebræas literas quosdam ex nostris, simul & illarū interpre- C
tationē malitiosam, vt appellat Iustinianus, impiam & fabulosam, vt nominat omnes veteres
patres, & tacent ipsi. Horū discipuli pro ipsis dimicāt aduersum nos, & Christianorū insignis
bus tecti, pro Iudæis arma mouēt, inscij fortassę ipsi, & imprudentes. Et hac fraude tacentes Iu
dæi penè iam quibusdā scripta sanctorū excussere manibus, & quibusdam Iudaica venena, p-
pinant, per quosdam ex nostris, qui alioqui per se ne audirentur quidé, per discipulos effece-
re non solum vt cōmentaria ex Rabinis excerpta vulgò legerentur, & à quibusdā scriptis san
ctorū patrum anteponerentur, sed etiam vt iam Rabinorū libri excuderentur typis, & Thar-
gum, vt passis velis per ecclesiam, nisi obuiam tanto malo eatur, feratur Iudaismus. Ergo pru-
dens sectator huius disciplinæ sacræ hinc intelliget hos, qui commentaria texunt ex Iudæo-
rum chartis, pro Iudæis quasi sustulisse signa, Iudæorū causam victam à nostris maioribus, &
prof ligatā, quasi tueri, bellū aduersus nostros pro Iudæis veluti redintegrare, maximū argu-
gumentorū robur, & penè dixerim solum, quo nostri maiores vtebantur ad conuertendas na
tiones, & ad Iudæos refellendos labefactare, atq; infirmare velle, cùm negant sensus literaleis
à maioribus nostris citari, sed sensum spiritalem, vt sic vniuersa nostrorū patrum argumenta D
simul labefactēt, quib⁹ Iudæi victi iā olim loco cesserāt sensum literalē Iudæorū esse sensum,
vt & hoc prætextu dicere possent tuto, Iudæos verè interpretari scripturas, quorum interpre
tationē maiores nostri fabulas anileis vocant, Iudæorum deliria, & ludibria Iudæorum. Hoc
nullo alio libro scripturæ apparebit manifestiùs quàm his in Esaiā cómentarijs, quibus con-
sensum veterū patrū intelliges, & constrictos manifestissimis vaticinijs Iudæos videbis, mani
bus deprehendes Iudæorum fraudes & dolos, intelliges commenta Rabinorū, quæ per mille
quingentos annos confinxere, vt se irretitos in vinculis nostrorū expediant, neq; expedire se
tamen vllo modo possint. Videbis quod in prouerbio est: In pice mures, qui quanto magis se
conentur explicare, se magis implicent. Hæc igitur cōmentaria in Esaiā horū omniū quę dixi
mus, atq; adeò omniū quæ dicemus hac tā longa disputatione exempla suppeditabunt abun-
dè, quę causa fuit, vt hæc disputatio alioqui futura longissima, si testimonijs singula constabi-
lirentur, prætexeretur his commentarijs, vndè exempla omnium abundè supperterent.

Cur initiū ab interpretatione Esaiæ sit sumptum.

Argumenta insolubilia nostræ fidei catholicæ, Iudæi & Iudaissātes dissolare aliter nō possūt, quā infamando tralationē Lxx virorum.

Iudæorum rabies in nouā semper recrudescit insaniā.

Per quosdam ex nostris nostra pugnāt Iudæi, quoniā per se non possunt.

Contra eos qui sensum Iudæorum sensum literalem putant.

Cap. II.

A

Cap. II. De vtilitate tralationis Lxx virorum.

MAior quædam commoditas videtur suboriri, & opus longè, mea quidem sententia, fructuosius, vt ostendamus quātum boni situm sit in tralatione Lxx virorū. Cùm eñ redacti in summas angustias Iudæi, vt docet Iustin. philosophus martyr in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, cùm ea insolubilia argumenta nostrorū maiorū, quibus in singulis mysterijs Christi dicere solebant: Audi prædicta, vide completa, resoluere nullo modo possent, confugere ad illud solebāt, parum fideliter Lxx illos viros Iudæos scripturam vertisse, quod apertissimis, & manifestissimis illorum configerentur testimonijs, qui hanc rimam, qua elabuntur Iudæi, obturarit, qui hoc illis perfugium sustulerit, quò victi se recipiunt, & quò constricti laqueis se conantur explicare, & nostris, & illis rem fecerit vtilem, vt illi resipiscant, & nostri triumphos agāt. Quod enim maius esse possit nostræ fidei catholicę stabilimentum, & magis inconcussum, q̄ quòd Lxxii Iudęi, trecentis plus minùs annis ante Dñi aduentū omnia
B mysteria Christi vno consensu apparent prædixisse, descripsisse tam planè, tam apertè, vt in rē præsentem venisse videantur, ac rebus gerendis interfuisse? Sic enim Lxxii Iudæi ante œconomiā redemptionis trecentis annis, & eò ampliùs, omnia mysteria referāt, euangelica & apostolica verba repræsentant, & in plærisq; non tralationē, sed commentaria quædā scripturæ conscribunt euangelica, vt scripsisse videantur, non ante lucē euangelicā, sed luce euangelica, & literis apostolicis illustrati, & rerū euentu, historiaq; rerū gestarū admoniti, quo quid admirabilius? quid maius dici, aut fingi potest? quodue incorruptiùs nostrę veritatis potest esse testimonij, quàm Lxxii Iudæos, quos prophetas nominat, non solùm veterū multorū patrū consensus, sed etiā Philon Iudęus, velut ex editissima specula tibi tot ante seculis, euangelica & apostolica, & Christi mysteria, quibus ipse initiatus sis, & reliqua tibi tua sacra personare? Alijs fortassę aliud erit iudiciū, ego quidē sic iudico, hoc incōcussum, & insolubile nostrę veritatis esse argumentū, ex nostris aduersarijs, & Iudęis Christiano nomini infensissimis, trecentis annis ante rē gestā esse Lxxii Iudæos testeis, quos vel Philon Iudæus prophetas appellet, qui nostra omnia vera esse testētur, Iudæorū causam dānent, &
C quoties hæc nostra, quę dixi, argumēta conantur inuertere, & aliò deflectere, veluti in illos irruant, & ora cōprimant, cùm trecentis ante annis pro nobis interpretētur scripturas. Nā quot testeis nobis postulābamus dari nostræ veritatis, & Iudæorū impietatis? si Lxxii testeis satis nō sunt, ijdemq; delecti ex gente Iudæa, tot seculis ante Christi tépora, neq; solus ego in hac sum sententia, sed Augusti. Irenæus, alijq; patres veteres, qui hoc arguméto colligūt, eos afflatu Spiritus sancti scripturas vertisse, quòd tot ante rē gestā annis euāgelia repręsentent. Neq; quisq̄ est tā saxeus, & adamantinus, vt si attentè legeret Græcè hos Lxx viros, & cū Hebræa lectione conferret, & cum tralatione D. Hieron. admonitus à nobis Lxx virorū editionem, non tā tralationē esse in plærisq; quàm paraphrasim, & commentariū, cùm videret sibi tot ante annis à Lxxii Iudæis scripturā explanari euangelicè & apostolicè, non hoc inconcussum, & insolubile nostrę veritatis diceret esse argumentū, & quanto metiendū est pretio, quod quoties inter nostros, & Iudæos, de intellectu scripturarū orta est cōcertatio à Lxx Iudæis dirimitur pugna statim? qui secundū nos litē dant, & Iudæos dānant semper, quòd quoties Iudæi robustissimissima illa argumēta, quę insolubilia nostri maiores appellant, nobis manibus extorquere conātur, & inuertere, & obscurare,
D & aliò deflectere, Lxx semper nobiscū faciūt, refellunt Iudæos. In oēs enim se vertūt facies, vt Christo aduersentur Iudæi, quod vt Gregorius Nazianz. in apolog. scribit Iudæi audacia, & confidentia quadā incredibili vt sues, margaritas omnes veritatis scripturę sacrę, & quicquid est pulchrū pedibus proterunt atq; conculcāt, & veluti in luto prouoluunt. Tamen nostra tēpestate (pro dolor) sunt qui nostris, veluti margaritas, Iudæorum deliria muneri offerunt.

Iudæi omnia inuertunt.

In re tali an non magno æstimandū est, Lxxii Iudęos esse omni exceptione maiores, qui tot seculis ante rē gestā liberis odio, & gratia mentibus, veros tibi scripturarū sensus eruāt? Iudęorū impietatē suis testimonijs configant? interpretationē damnent, ita interpretētur scripturas, vt semper nostra cōfirment, semper euāgelica & apostolica verba resonēt? mysteria Christi tā dilucidè, & perspicuè narrēt, vt veteres patres? sic ea citēt, vt interprete nō egere putēt? vt audi tor suo ingenio intelligat, vt sine interprete ea legerint nationes quæ Græcè sciebant, & cùm legerent suis oculis tam planè prædicta, & apertè omnia, & completa cernerent omnia, vehemēter ad Christi fidē recipiendā mouerētur. Meritò Irenęus diuino hoc factū consilio ait. Nā

De vtilitate tralationis Lxx virorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in hoc exorta controuersia, quod Iudæi Hebræas literas tractent, iudicarentur à quibusdam A
fortasse melius ea intelligere quam nostri. Huic malo occurrit Deus, 72. Iudæos habemus, qui
interpretati sunt scripturas vno consensu, multis sæculis ante Christi tempora, vt suspecti nul-
lo modo esse possint: vt si illos habere duces volumus, intelligamus Iudæorum fraudes, disca
mus interpretari scripturas, non ad Iudaicam perfidiam, sed ad lucem Euangelicam, & si qui
scire auent quomodo Iudei scripturas interpretentur, illud præstant Lxx Iudæi, cum eas tibi
redditas Græcè tradidere ea scientia, & doctrina, quam à Mose, & reliquis prophetis, vt ait
Hilarius, per manus traditas accepere vt veram Iudæorum interpretationem accipias, non
corruptam, & tenebris offusam, quam necesse est esse Iudæorum interpretationem post Chri
sti tempora.

De vtilitate tralationis Lxx virorum.

Persuadebam mihi si antiquissimos Lxxii Iudæorum commentarios essem nactus, editos
ante Christi tempora, quos vno consilio, vno consensu pariter texuissent Lxxii Iudei, nostris
hominibus offerrem, quos nullo vnquam tempore recepisset catholica ecclesia, quibusque nun
quam esset vsura, qui tamen mysteria Christi panderent, euangelicis, apostolicisque litteris B
consentirent, ipsum Christum Dominum sonarent, œconomiam redemptionis suo ordine,
vt gesta est, repræsentarent, magnum quoddam me facturum operæ pretium, quod huius mo
di quædam vetusta commentaria in lucem hominum proferrem vndè nostra constabilirentur,
refellerentur Iudæi & Iudaizantes, qui literas sacras cum ad perfidiam Hebraicam vertãt,
ad veritatem Hebraicam eas se vertisse gloriãtur. Hoc ego admonitos omnes volo tralationẽ
Lxx ita esse tralationem, vt simul sint commentarij antiquissimi & vetusimi tralationis D.
Hieron. sexcentis & eo amplius annis ante D. Hieron. editi, quod tota hac disputatione pluri
bus est dicendum, illis enim locis quibus tralatio Lxx virorum ab editione Hebræa dissidere
videtur, videtur quidem dissidere quod non verba verbis reddat, non dissidet, non dissidet
inquam vt non dissidet Laurentij tralatio, quę non ad verbum Homerum exprimit, vt nõ dif
fident excellentum virorum interpretationes, qui libros Græcos non vertunt ad verbum, sen
tentiam eloquentissimè expressisse contenti, hoc enim Lxx seniores sæpè faciunt, præsertim
vbi parabolæ sunt, & ænigmata, vt docemus ex Procopio, & ex aliorum veterum patrum au-
thoritate. More enim excellentiũ interpretum vbi quid tale accidit, non parabolas, & ænig- C
mata, sed pro parabolis, & ænigmatis rem ipsam quam parabolæ & ænigmata significant, ex-
primunt, & sensa scripturę aperiunt, & ea scripturæ scholia addunt, quæ apostoli, & Euange-
listæ pro textu sacro citent, quod multis locis huius operis factum ostendemus, quodque ar-
gumẽtum insolubile putat August. quo appareat inflatu, instinctuque spiritus sancti eos ver-
tisse litteras sacras. Nam si euangelistæ & apostoli tam hæc citant scholia Lxx virorum, quam
lectionem Hebræam, tam hæc scholia quam scriptura sacra inflatu instinctuque diuino fusa
esse conuincuntur. Tales commentarios, tam antiquos, Lxx virorum tralationem hanc esse
contendo, & cõmentarios vulgatę interpretationis D. Hieronymi breues quidem, quod licet
munus interpretationis interpretem in paraphrasim excurrere patiatur, & in rerum obscu-
rarum enodationem, latius tamen euagari non sinit. Nec si D. Hieron. suam tralationem vul-
gatam in suis commentarijs aliter explanet, quam Lxx viri interpretantur, eumque sensum es
se dicat secundum Hebraicam veritatem, continuo Lxx viri sunt reijciendi, nec mirandum
est, si quid vertunt aliter quam reddidit ipse D. Hieron. quod scripturæ sæpè plures sunt vt ait
August. litterales sensus. Et D. Hier. explicat euangelica sensa: Lxx viri ea sensa expressere quę D
Iudæi suæ tẽpestatis à Mose & prophetis, vt ait Hilarius, accepta, scripturæ sacræ esse putabãt,
quæ si congruere etiam intelligas, cũ apostolicis, Euangelicisque literis potius est quod admi
rere, quã quod contemnenda esse existimes, cum præsertim ipse D. Hiero. in cõmentarijs po
stea editis multa aliter interpretãda putarit quã in priore tralatione, quam vulgatam nomina
mus, fuerit interpretatus, & aliter multa intellexerit quę antea intellexerat & vtrunque eccle
sia sit amplexa, neutrum reiecerit & frequentissimè Lxx virorum tralationem sequatur po-
tius quam suam, vt toto hoc opere apparet. Adde illud, quod in suis canticis ecclesia catholi-
ca recinat psalmos iuxta tralationem Lxx virorum, & alia multa, doctores Græci, & Latini
omnes antiqui hanc tralationem Lxx interpretentur, hanc solam agnoscant, & cum vtraque
sit vera, vtraq; Hebrææ lectioni consentiat, etiam si diuersa sonet aliquando, quis ea damnare
audeat quæ ab apostolis accepta, vt postea ostendemus, retinet ecclesia iaminde à suis initijs,
& in publicis cantionibus toto orbe recinit, & in sacris, festis celeberrimis cantat?

Cap. III.

A *Cap. III. Quòd non, si lumen Catholicæ ecclesiæ fulgentissimum sit D. Hieron. continuò reliqua ecclesiæ lumina sint extinguenda. Et de vtilitate tralationis Lxx virorum, et quorundam impudentia.*

NEc quod vnum lumen sit fulgentissimũ Catholicæ ecclesiæ D. Hieron. reliqua omnia
ecclesiæ Catholicæ fulgentissima lumina extinguenda putabis: nec quòd sol cuncta
suo splendidissimo lumine compleat, reliqua dicas stellantis cæli sydera esse delenda. Stella-
tum cælum innumeris luminibus micat, & ecclesiam suã Dominus pollicitus est Abrahamo
habituram tot lumina, quot cæli regia habet stellas. Est quidem fulgentissimum sydus D. Hie
ronymus, quid? protinus Augustinus, Ambrosius, Hilarius, Cyprianus, Athanasius, Cyrillus,
omnesque veteres patres, ecclesiæ Catholicæ lumina clarissima sunt extinguenda? Omnibus
sanctis patribus, qui testimonijs scripturæ iuxta tralationem Lxx virorum Iudæos vrgent, &
B premunt, cùm completas docent omnes prophetias, completa omnia docent, est obstrepen-
dum? comprimenda erunt ora veterum patrum triumphantum de Iudæis? eripiendæque de
ore voces illæ? audis Iudæe prædicta hæc, & illa, atque adeò omnia vides completa? cauſa pro
Iudæis est dicenda, erratis, & vsque adhuc in errore versati estis iam indè vsq; ab initijs nascen
tis ecclesiæ. Quid hoc interpretationis est? nescio quid hoc sit tralationis? quæ nescio qui
marginibus librorum adscribunt. Fœlicitatis erit illud, si catholica ecclesia vnum habeat ful-
gentissimum sydus D. Hieronymum, reliqua extinguat? an potiùs illud, vt cum D. Hierony.
quàmplurima ecclesia catholica habeat ornamenta, & clarissima lumina? Nam veteres patres
quorum opera secundum Apostolos, & discipulos Domini, nationes sunt ad fidem conuer-
sæ, tam Græci quàm Latini, quiq; suis monimentis nobis sacræ scripturę sensa referant, Lxx
virorum interpretationem sunt secuti, eam interpretantur, eam enucleant, & enodant. Huius
interpretationis Lxx virorum, si conuellitur authoritas, omnium veterũ patrum scripta ruũt,
quippe quæ falso nitantur fundamento. Sæpè inaniter tunderet Hilarius, Basilius, Theophyla *Vnaest tra*
ctus, verba vẽtis daret irrita Epiphanius, Isychius, Ambrosius, Cyrillus, Theodoretus, frustrà *lationD. Hie*
C denique omnis esset vetustas, quæ ab Apostolis interpretationem Lxx virorum accepit, & no *ron. et Lxx*
bis suis posteris dedit, multis librorum voluminibus expositam, atque explicatam, quòd non *virorum.*
sinat ille Deus, vt quisquam dicat ecclesiam catholicam per tot annos frustrà fuisse, per tot an
nos doctores ab Spiritu sancto non accepisse, cùm D. Paulus dicat: Dedit quosdam prophe-
tas, quosdam doctores, vna est vtraque tralatio, vnus scripturæ sensus, vna est columba mea
(ait Dominus) cur quisquam duas faciat columbas? Nec enim ueteres patres ab ecclesia abalie
nabis, quorum si alia est scriptura, alia D. Hieronymi, non vna esset columba sed duæ. Vndè
mihi persuasi pretium operę fore, si ostenderem vtriusque editionis, D. Hieronymi, & Lxx vi
rorum vnam, eandemque esse sententiam, vtranque consentire cum editione Hebræa, neutrã
ab editione Hebræa vllo loco discrepare, excepto quod D. Hieronym. ad verbum reddidit lẽ
ctionem Hebræam, Lxx viri in plærisque editionis Hebræę fecerint paraphrasim, hanc illius
esse commentarium, ne duæ columbæ, sed vna sit iuxta diuinum oraculum, ne liceat quibus-
dam hominibus, illa quæ dixi, marginibus veterum patrum adscribere, quoties citantur scri-
D pturæ, nescio quid hoc sit interpretationis, dissentit à veritate Hebraica, nil tale agnoscit veri- *Interpre-*
tas Hebræa, & alia id genus, temeritatis, & stultitiæ plena scholia: neue qui vertũt è Græco ser *tes Græco*
mone Latinè scriptores sacros pro tralatione Lxx virorum, reddant interpretationem D. Hie *rum libro-*
ronymi, vt sæpè ipsa interpretatio nec pedes, nec caput habeat (quod in prouerbio est) quod *rũ protra-*
sacri scriptores verba tralationis interpretantur aliquando: & verba eadem non sunt vtriusq; *latione Lxx*
tralationis, & ita nec sequentibus, nec præcedentibus congruunt. Est enim hoc vitium trala- *virorũ red*
torum, qui vertunt Latinè scriptores sacros, vt pro tralatione Lxx virorum quam citant vete *dunt trala*
res patres, reddant tralationem D. Hieronymi. Ergo si apostolos, & euangelistas verterent La *tionem D.*
tinè quoties citarentur Lxx viri, deceptos putarent apostolos aut euãgelistas: & pro tralatio- *Hieron.*
ne Lxx, tralationẽ D. Hieronymi redderent. Hoc est quod vulgo dicitur, in alieno libro esse *Iudæis fa-*
ingeniosum, vt omittã quod maximè iniuriũ est, tralationẽ Lxx, quod nobis faueat, vbicunq; *uere viden*
sit, damnare, cùm eam acceperimus ab apostolis, cùm præsertim is qui id facit, Iudæorũ sentẽ *tur, qui tra*
tiæ fauere videatur, quòd Iudæis nihil magis sit odio, q̃ Lxx tralatio, quod ipsos Iudæos augu- *lationem*
lat quoquo se vertãt. Nã D. Hier. sic ait se noua cudere, ne vetera destruat. Huc rei pro auctа- *Lxx viro-*
rio accesit, *rũ infectan*
tur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio accessit illud quod commentaria in sacros libros à priscis patribus edita nullũ vsum habe A
re viderentur cum Lxx virorum tralationem interpretantur, si tralatio Lxx virorũ à veritate Hebraica dissideat. Qui ostenderit ergo tralationem Lxx virorum redditam è lectione Hebræa fidelissimè, nec ab ea vel latum vnguem discrepare, is profecto vtiles reddiderit veterũ patrum editos in sacras literas commentarios, quod vel solum maius est operæ pretium, quã vt verbis queat explicari, ne omnium veterum patrum scripta, & commentaria incassum recidisse videantur.

De maxima tralationis Lxx virorũ vtilitate.

Quantula vero hæc sunt, quæ enumerauimus, quæ quidem sunt maxima, si rem excutias benè, & expendas, quantula inquam hæc sunt, si cum illo conferas quod nobis obijciunt Iudęi, & impij homines, vt leges in epistola Origenis ad Aphricanum, nostros maiores testimonijs falso ex scriptura petitis, conuertisse nationes ad fidem? quasi vero hominum opera conuersus sit ad fidem orbis terrarum, & non potius hominum ministerio, diuina tamen virtute, & quasi Deo mendacio fuerit opus ad orbis conuersionem, quod vel Plato primo de re publica libro, ridiculum putat & vel pueri videant, Deo, vt faciat quod velit, nihil mendacio B
esse opus, non fraude, non arte dolosa. Adde quod Iudæorum impudentia non intra hæc sub sistit, audet maiora. Aiunt Iudæi, euangelistas, & apostolos multa citasse ex sacris libris, quę ab Hebraica veritate discrepent, quærunt enim vbi sit illud Esaiæ: Dedit eis spiritum cõpunctionis vt videntes non videant, & illud eiusdem Esaiæ: Qui crediderint in eum non confundentur & illud. Videbunt omnes fines terræ salutare Dei, &, Qui surget imperare gentibus, &, In eum gentes sperabũt & alia huius notę plurima, quę negant esse Hebraicè, quæque in tralatione D. Hieronymi non reperias, quæque apostoli & euangelistæ iuxta tralationem Lxx virorũ citarunt, quæ toto hoc opere interspersa agnosces plurima, quę, quod aliter verterit D. Hier. quod eius scopus erat Hebræam lectionem ita distinctam, vt præferunt Hebræi codices ad verbum reddere, & quod aliter interpretantur Iudæi, audent dicere homines impientissimi Iudæi ab apostolis, & euangelistis falso esse citata. Nostri homines, quod ferendum nullo pacto esse videtur, cum in huiusmodi loca incidunt, quidam scribere audent, apostolus hoc loco aut euangelista non consentit cum Hebraica veritate: Hoc loco à veritate Hebraica discrepat: qui huic malo medebitur, qui petulantiam Iudęorum repressérit, qui quorundam homi- C
num procacitatem frænauerit (nec enim quod D. Hieron. clarissimo ecclesiæ catholicę lumine licet aliquando, id, atq; adeò plus, liceat oportet cuilibet) qui hæc fecerit, & qui ostenderit tralationem D. Hieron. & Lxx virorũ & euangelistarum, atque apostolorum interpretationẽ semper cum Hebraica lectione consentire, nec ab ea vllo loco vel transuersum digitum discrepare, rem nostram nihil iuuisse videbitur?

Cap. IIII. De argumento operis & quæ aduersari cæpto operi videntur:

HAec vniuersa igitur huius nostri operis farrago est, cuius si implerem omnes numeros non tenue quiddam, aut minutum aliquid sacro sanctæ matri ecclesiæ me obtulisse arbitrarer, sed magnum me fecisse precium operæ, idque præstitisse, quod mille ducentis ante annis D. August. si trium linguarum cognitio ei suppetijsset, optabat præstare: quodque vt postea ostendemus, optabant pręstare multi ecclesię proceres. Sed magna sunt hęc, & multo, multoque maiora, quam quę nostri humeri ferre valeant. Maior quędam doctrina erat optã D
da longè longèque maior scripturarum cognitio, & quod cæteris maius pondus habet, multo purior vita & longè maior morum sanctitas. Verum id consilium fuit vt nostros admonerem huius viæ, & thesauri magni qui in tralatione Lxx virorum delitescit, aperirem viam, qua is erui posset. Fortasse magna ingenia hoc subibunt onus, maiore disciplinarũ instructa suppellectile, sancta, & pura, quibus sancti spiritus numẽ familiarius sua reseret mysteria. Mihi abũ de laudis contigisse putauero, si cœpisse contingat: quanquam laudem non moror, vtinam hoc minutissimum ęs in Dei opt. Max. gazophylacium conferam.

Huic meo argumento so operi illud obstare videtur quod D. Hieron. ecclesię catholicæ fulgentissimum sydus Lxx viros millies arguit erroris, & imperitię, hallucinatos in lectione scripturarum ostendit millies, eaque re se impulsum prędicat, vt ad veritatem Hebraicã scripturam verteret, quod Lxx virorum tralatio plurimis locis mutila esset, & manca, negaritq; postremo Lxx viros vertisse quidquam aliud Gręcè, quam quinque Mosis libros, riserit cellulas Lxx

A lulas Lxx virorũ, cachino prosequutus sit ingens illud miraculum, quod celebrat omnis veterum patrum chorus in Aegypto editum, cum hæc tralatio Lxx virorum facta est, vndè natus est Lxx virorum contemptus, vndè orta quibusdam confidentia est, vt quod D. Hieron. licuerit, id quoque sibi putent licere. Et vtinam substitissent intra ea quæ dixit D. Hieron. & non plus, plusque multo auderent, & non molirentur machinas aduersum tralationem D. Hieron. etiam vt posteà dicendũ est. Ego si D. Hieronymo veritatem ipsam opponerem, flexis genibus ad eundem Diuum prouocarem, vt attentius rem expenderet, quam distractus occupationibus, quę ad eum ex toto orbe conuolabant, transcurrisset, vt ipse testatur, num iniquum petere viderer in caussa tralationis Lxx virorum quæ in vniuersa catholica ecclesia tã altas, vt paulò ante descripsi, egit radices? quanque, vt non solum Aug. sed omnes patres veteres, atq; adeo ipse D. Hieron. sunt authores, apostoli, & discipuli Domini nobis tradiderũt? Ea est huius Diui sanctitas, vt æquissimum hoc iudicaret, dignumque quod attentissima cura expenderetur, præsertim si in memoriam redigeremus quę suprà sunt dicta, non celata esse
B mysteria Christi à Lxx senioribus, sed trecentis ante crucem Christi annis, quod in plerisque paraphrasin, & commentarios potius ediderint, quam tralationem, tam dilucide Christi mysteria reserasse, vt sic ea citent veteres patres, vt interprete egere non putent. Quod in his commentarijs sole ipso illustrius apparebit, testesque huius rei veteres patres citarem, & pro tribus quatuorue locis, quæ citat D. Hier. è tralatione Lxx virorum vitiata, allegarem loca mille, vbi in Lxx virorum tralatione Christus purius astris nitet, & ea causa Iudæis & Iudaisantibus odiosa est: quis dubitat hunc sanctissimum diuum iudicaturum fuisse, hoc attentiore cura esse expendendum?

In tralatione Lxx virorũ Christus purius astris nitet.

Cap. V. Proponit controuersiam inter D. Hier. & D. August.

SEd ne quidam, qui animo abalienato sunt à Lxx senioribus sibi placeãt, quod D. Hier. sue sententiæ habeant astipulatorem, ne ve Iudaizantes quibus D. Hier. hoc nomen dedit qui busque hic Diuus semper fuit offensissimus, quosque suis scriptis semper insectatur accerri-
C mè, D. Hier. authoritate veluti septemplici Aiacis clypeo tecti, Lxx viris possint amplius libere maledicere, altius huius rei initium repetere consilium fuit, præstringamque ingens certamen, quod de tralatione Lxx virorum inter D. Augustinum, & D. Hier. fuit deque nõ recipiẽda ab ecclesia catholica tralatione alia, cum D. Hier. tralationem quam fecisset ex Hebræa lectione ab ecclesia catholica recipiendam contenderet, non solum Christianæ reip. vtilem, verum etiam necessariam: quod Lxx viri tralationem edidissent, quæ quibusdam locis cum Hebræa lectione non videretur consentire, quibusdam locis ijdem Lxx viri hallucinati videri possent, & quod confessum erat, quod tralatio Lxx virorum innumeris locis trunca esset, & mutila, plurimis quoque locis aliorum tralationibus adulterata, quæ caussa erat, cur quædam ab Apostolis, & euangelistis, citarentur scripturæ testimonia, quæ in tralatione Lxx non reperias. Cõtra vero Augustinus multa disputabat, quæ nõ ab re erit suo ordine attexere, nõ enim quenquam latet quod inter sanctos viros aliquando sit orta dissensio, quod Paulus, & Barnabas Actorum cap. 15. inter se ita dissenserint vt discesserint ab inuicem, nec continuo ecclesia reiecit aut Paulum, aut Barnabam, nec huius aut illius consilium damnat, nec putat repugna-
D re charitati, quod Theologi docent, duos viros sanctissimos, quorum vterq; Dei cultum, & religionẽ sibi proponat scopũ quo referat omnia, inter se dissentire, aut rationes sequi diuersas, quod in D. Augustino, & D. Hieron. minus mirandum est, cum ita inter se dissenserint, vt vterque optimam causam tueretur, & post dissidia maxima, postremo inter vtrunque summus fuerit consensus, & vterq; alterius sententiam probarit, quod, vt pateat, iam illorum cõtrouersiam, & postea consensum attexamus.

D. Hieron. Iudaissantibus hostis acerrimus, ne Iudaissãtes eo se defendant.

Cap. VI. Quo D. August. disputat aduersus D. Hier. de tralatione Lxx virorũ.

PRimum omnium Hier. in præfatione in Pentateuchũ extenuans authoritatem Lxx, Nescio, inquit, quis primus author Lxx cellulas Lxx virorũ, quibus scripturas vertisse perhibentur, mẽdacio suo struxerit, & attende quam acriter se gerit hic diuus. Cõtra Augustinũ de ciuitate Dei li. 18. c. 42. narrat historiã illã qua proditũ memorię est, Ptolemæũ regẽ potuisse ab Elea-

Lxx cellæ & miracula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab Eleazaro Iudæorũ pontifice Maximo scripturas diuinas,& interpretes, qui eas Græcè verterent,datosque Lxxii.interpretes, de singulis duodecim tribubus,senos,vtriusque sermonis Græci,& Hebræi doctissimos,qui Græcè scripturam verterent. Addit; Augustinus regem Ptolemæum fidem illorum Lxx interpretum voluisse explorare,ne sibi darent verba,& inuiderent sibi scripturas diuinas, ideoque iussisse vt sigillatim vnusquiuis scripturam verteret in singulis cellulis,& adhibuisse custodes,ne cõmunicare consilia possent,vt id in quo plures consentirent, quod ait Iosephus,id haberet ratum. Editumque ait Augustinus tunc ingens miraculum, quod omnium animos admiratione imbuit.Cum enim quę singuli perse vertissent in cõspectu regis conferrentur, apparuit summus, non solum rerũ cõsensus in omnibus,sed etiã verborum, tanquam si vnus esset interpres, ait Aug.ita quod ômnes interpretati sunt, vnum erat,quoniam re vera spiritus erat vnus in omnibus.Subijcit; Augustin⁹ hoc tantum miraculum editum vt illarum scripturarum non tanquam humanarum, sed tanquam diuinarum cõmendaretur authoritas, credituris quandoque gentibus profutura, quod repetit idem Aug. de doctrina Christiana lib.2.cap.15.Lxx inquit interpretum excellit authoritas, qui iam per omneis peritiores Ecclesias, tanta præsentia Spiritus sancti interpretati esse dicũtur,vt os vnũ tot hominũ fuerit. Ergo, si vt fertur, multique non indigni fide prædicant, singuli, cellis etiã singulis seperati cum interpretati essent, nihil in alicuius eorũ codice inuentum est, quod nõ ijsdem verbis,eodemque verborum ordine inueniretur in cæteris, quis huic authoritati conferre aliquid,ne dũ præferre audeat? An quod Hieron.hoc quod refert Aug de Lxx cellis mẽdaciũ putat,& caussam addit,quod earum nulla mentio,aut apud Aristeam,aut apud Iosephũ sit,qui historiam Lxx interpretetum literis prodidere,de quorum fide postea pluribus dicendum erit,Augustinus continuò damnandus erit? qui historiã de cellulis Lxx virorũ putat verissimam, multosque non indignos fide authores esse ait huius historiæ, & omnes ecclesias hoc habere pro certo ita accidisse, & ingens illud miraculum fuisse editum,quo apparuit prę sentia Spiritus sancti tanta,illam tralationem editam fuisse, vt ne verbo quidem discreparit quisquam illorum,cum singuli in singulis cellis vertissent scripturam. Sed hoc quoque ridet in eadem prefatione in Pentateuchum idem D.Hierõ. nec magis putat Lxx viros afflatu spiritus sancti sacras vertisse literas,quam Cicero œconomica Xenophontis,aut Protagorã Platonis,aut aliquid huius modi afflatus spiritu Rethorico vertisse credendus sit,additque aliud esse vatem esse,aliud interpretem: cui rei nihil aliud Augustin. respondet quam quod dictum est,omneis peritiores ecclesias hoc testari, tanta præsentia Spiritus sancti hos Lxx viros esse interpretatos,vt omnium os vnum fuerit,vt consensus summus fuerit, cum singillatim suam quisque interpretationem texuerit,non solum sententijs sed verbis inter se consenserint omnes. Certè si sigillatim in singulis cellis suam texuit quisque interpretationem adhibitis custodibus,quod fidem illorum in interpretanda scriptura,ne sibi verba darent,rex Ptolemæus voluit periclitari,si singulis eadem verba sunt suppeditata, non solum sententiæ, & summus fuerit consensus sententiarum,& verborum eorũdem,adeo vt ne verbo quidem alius ab alio discreparit,nemo queat inficiari afflatu spiritus sancti id factum esse,vt ait Augustin. longeque aliud hoc fuisse,vbi Lxx interpretibus eadem sunt suppeditata verba diuinitus, quam quod Cicero œconomica Xenophontis Latinè verterit:& longè maiorem authoritatem iudicet esse quisquis sapiet, Ecclesiarum peritarum, quas citat Augustin.quàm Iosephi,aut Aristæi,cum cõfessa res sit,omnesque veteres patres id tradiderint, quod receptum est apud ecclesias iam indè vsque ab apostolis Domini esse deriuatum. Negarat D.Hier. Lxx viros vertisse prophetas,aut certè controuersum putarat,an Lxx interpretes libros sacros omnes Græcè reddidissent,ait enim in cap.2.Michęæ,& rursus in cap.16.Ezechielis eruditos esse authores, quinque libros Mosis solos à Lxx viris esse tralatos,& in cap.5.Ezechielis nominat hos viros eruditos, quos huius rei authores esse prædicat,Aristæam,& Iosephum,& omnem Iudæorum scholã, quod alijs locis plurimis repetit idem D.Hier. Hoc,quantum ego arbitror, Aug.indignũ deputat responsione,cum Lxx viri ab Apostolis citentur & euangelistis, tam in prophetis,q̃ in libris Mosis:versi ergo erãt oẽs libri sacri à Lxx. Sed premit vehemẽter D.Hiero.illo argumẽto ꝙ Apostoli,& Euãgelistæ tantũ authoritatis tribuant Lxx tralationi, quantũ lectioni Hebręę,quod argumentũ putat esse insolubile,quo appareat afflatu spiritus sancti illam tralationẽ esse editam.Negarat hoc à primo D.Hieron.citari vnquam tralationẽ Lxx virorũ ab Apostolis,aut euangelistis,idemque repetierat centies. Sed vrget Augustin.& lib.15. de ciuitate Dei

Afflatus spiritus sancti versus scripturas, iuxta sententiam Aug.

An afflatu Spiritus sancti versæ fuerit scripturæ?

An Lxxviri omneis sacros libros verterint?

cap.14.apostolos ait non solum ex Hebræa lectione scripturæ testimonia citare,sed etiam ex tralatione Lxx virorum, quod prophetæ fuerint Lxx viri, & ideo quæ aliter etiam dixerint Lxx viri,quã prophetę,citasse apostolos.Hic ingens pugna,certamen ingẽs inter duos Diuos cum Hieron.in præfatione in Pentateuchũ dicat: si quæ aliter Lxx viri interpretati sunt quã prophetæ dixerint,citant apostoli,& Euangelistę,iuxta interpretationem Lxx virorũ,idque dicat aliquis, certè diceret apostolos esse mentitos, cum testentur Esaiam dixisse quæ non dixerit Esaias, quippe citant Esaiam iuxta versionem Lxx virorum qui aliter verterint,quam dixerit Esaias,& certè si Augustin.putaret aliud Spiritum sanctum dixisse per Esaiã,aliud per Lxx viros,& apostoli,& euangelistæ,quod per Lxx Spiritus sanctus dixisset,testaretur dixisse per Esaiã, cum per Esaiã id non dixisset Spiritus sanctus,sed per Lxx seniores.Haud dubium quin mentirentur apostoli,quod ait Hier.quod dictu nefas est.nec id crimen Augustin.posset deprecari.Vndè cum vrgeret adhuc Augustin.instaretque adhuc illo quod dictum est Apostolos, & Euangelistas tantum tribuere fidei tralationi Lxx virorum,quantum editioni Hebrææ,quod Græca Græcis conferens deprehenderat frequentius multo Lxx virorum tralationẽ ab Apostolis citari,quam lectionem Hebręam,etiam in his locis quibus Lxx viri non verbũ verbo rederent,sed paraphrasim facerent ex alijs locis scripturæ,aut commentarios potius,quam tralationem,cum verba adderent,aut demerent,cum Augustin.inquam instaret Hieron. hoc argumento,tantum fidei tribuisse apostolos Lxx viris quantum lectioni Hebrææ,cum ex æquo lectionem Hebræam,& tralationem Lxx virorum citarent, nunquam facturi, nisi spiritus sancti afflatu fuisset edita,idque non solum loco citato obiecisset Hieron.Augustin.sed alijs locis, & lib.de ciuitate Dei.18.cap. 44.in fine,Ego pro meo modulo,inquiens,vestigia sequor apostolorum,quia & ipsi ex vtrisque.i.ex Hebræis, & ex Lxx testimonia prophetica posuerunt, vtraque authoritate vtẽdum putaui,quoniam vtraque vna atq; diuina est. Cui rei respondẽs D.Hier. (rectè enim hæc Diui inter se agebant, ne contentiosè agere viderentur) dat quidem quod alijs locis negarat apostolos,& euangelistas citare tralationem Lxx virorum vbicunq; Lxx ab Hebræo non discordant, vtar enim ipsis D.Hieron.verbis in Apologia aduersus Rufinum in fine,subijcitq; idem Hieron.Ostendat accusator aliquid scriptum esse in nouo testamento de Lxx interpretibus, quod in Hebraico non habeatur,& finita contentio est,Hæc D. Hieronym⁹ siue Ruffinum accusatorem vocans,siue quod ego non alienum puto Augustinũ cum quo illi tam acre certamẽ erat, de hac re quam disceptamus. Sed quantum iudico quę aliter dicta sunt à Lxx quam à Prophetis .i.verbis alijs. eadem sententia tamen, ea citari ab Apostolis dixit Augustin.quod nec ipse D.Hieron.inficias iret,qui in eadem sententia est, sequitur enim ipse D. Lxx viros cẽties, cum Lxx viri hoc faciũt,nec enim Hebraicè est: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen,sed,reliquisset nobis residuum,quod Lxx pro residuo velut interpretantes quid esset residuum,facta paraphrasi ex alio loco Esaiæ, edidere semen,idque probauit D. Paulus qui locum hunc citat iuxta tralationem Lxx virorum. Ipse quoque D. Hierony.ita vertit,cum sciret Hebraicè esse non semen, sed residuum. Sed mille sunt hæc, & in illo: Ecce virgo concipiet, & pariet filium vocabit, &c. Sic Lxx viri vertere, facta ex alio scripturæ loco paraphrasi, vtidem vtroque loco significari ostenderent,& hoc, & illo loco, & ad vnam, & eandem pertinere prophetiam vtrunque,cum Hebraice sit: Ecce virgo pregnans, & pariens filium, vocabis nomen eius Emmanuel. i.Deum inter homines, vt virgo ante partum, & in partu, & post partum dicatur ab Esaia, & peperisse Deum,qui inter homines habitarit,factus homo, Christus .s.quod facta paraphrasi Lxx vertere vt alibi latius dicitur: Ecce virgo concipiet, &c. quam paraphrasim angeli citant apud Matthæum & Lucam. D.Hier.sequitur tralationem Lxx virorũ.Ergo quæ aliter dixerint Lxx viri .i.alijs verbis,seruata eadem sententia,si apostoli citent, & illa Esaiam, alium ve prophetam testentur dixisse vere testentur: veritas enim in sensu posita est,non in verbis. Nã si in verbis esset posita cum prophetæ Hebraicè scripserint,& apostoli Græcè, haud dubium quin verba Græca non dixerint prophetæ.Aliud quoque sensit Augustin.quanquam quædam euangelistæ aliter interpretentur quam Lxx viri,vt illud,Videbunt in quem transfixerunt,quod citat D.Ioannes,quodque vertere Lxx viri:videbunt in quem insultauerunt,vtrunque sensum ab Spiritu sancto esse significatum,qui canon est scripturæ,cum verbum Hebræum plures sensus habet,qui omnes ad rem de qua agitur pertineant,illos omnes ab Spiritu sancto esse significatos: & vere igitur Augustin.inquit, D.Ioannes reddidit.Videbũt in quẽ transfixerunt,quod Domini latus lancea perfora-

Authoritas tralationis Lxx virorum, & quicunq; sit ab apostolis.

Citant apostoli tralationẽ Lxx, etiã vbi nõ redditur adverbum lectio Hebræa, sed prælectioni Hebræa texunt cõmentaria.

Lxx viri scripturæ faciunt paraphrasim ex alijs scripturæ locis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perforatum est,& vere Lxx,Videbũt in quem insultauerunt,quod Iudæi Domino illudebãt, A vt constat ex literis euangelicis. Hoc ita sensisse Augustinum liquet indè, quod cum de ciuitate Dei lib.18.cap.42. dixisset tralationem Lxx virorum illo ingenti miraculo commendatã apud Regem Ptolemæum, de quo suprà dictum est, quo crederetur texta authoritate Spiritus sancti non ingenio humano, sequenti capite scribit ecclesiam,quæ à suis initijs tralationé Lxx virorum recepit, iudicasse neminem præferendum tralationi Lxx virorũ, quod quanuis edita non esset inf latu,& instinctu Spiritus sancti,vt certè est edita, sed inter se tot viri, more hominum suas interpretationes contulissent, vt quod placuisset omnibus maneret.nullus eis vnus interpres debuit anteponi. Cùm vero tantum in eis signum diuinitatis apparuerit, profecto congruet Lxx virorum interpretatio lectioni Hebrææ, si non congruit, altitudo ibi prophetica credenda est, spiritus enim qui in prophetis erat quando illa dixerunt, idem ipse erat in Lxx viris quãdo illa interpretati sunt, qui profecto authoritate diuina aliud dicere potuit tanquam propheta idem vtrunque dixisset, quia vtrunque idé Spiritus diceret,& hoc ipsum aliter, vt si non eadé verba, idé tamen sensus bene intelligentibus diluceſceret. Hæc AVG. B vbi plane aliter dicta sic interpretatur,vt alijs verbis dicta intelligas, eodé tamen sensu,quod in fine cap.45.eodem lib.repetit his verbis in quibus ab Hebraica veritate putãtur Lxx interpretes discrepare,benè intellecti inuenientur esse concordes.

Cap. VII. De concordia D. Hieronymi et D. Augustini, & sententiarum, & rationum vtriusque comparatio.

QVæ verba Augustini summopere notanda puto, quod Hieron.ea postea probarit, nã in lib.de optimo genere interpretandi ad Pammachium, docet commune hoc esse Lxx viris cum apostolis, & euangelistis vt non verbum verbo reddiderint, sed expresserint sacra sensa,cum enim dixisset,alij litteras aucupantur,& syllabas,tu quęre sententias, dies me deficiet si omniũ qui ad sensum interpretati sunt testimonia replicauero,& paulo infra: Nec hoc miror in cæteris cum Lxx interpretes,& euangelistæ, & apostoli hoc in sacris literis fecerint. Et rursum idem D. Hierony. in eodem lib. de pedissequo Christi, Nec curæ fuit ei verba, & C syllabas aucupari, sed sententias:& in eodem opere,multis verbis de hac re disputat, ex quibus vniuersis perspicuum est apostolos & euangelistas & Lxx viros in interpretatione scripturæ sensa quæsijsse,non verba,& in epistola ad Marcellam scribit Lxx,sensa magis scripturæ quam verba esse interpretatos. Sed finge nunquam conuenisse inter D.Hieron.& August. & ingens hoc inter vtrunque fuisse certamen neque quenquam alium ex sacris scriptoribus de hac re fecisse mentionem,iudicandum esse tibi vtram sententiam potiorem diceres D.Hieronymi an D.Augustini,non expenderes, quibus rationibus vterque sua dicta confirmet? Non animaduerteres D.Hieron.ridere cellas Lxx, ridere miracula edita, eo tantum nomine quod Iosephus & Aristeas,qui prodidere literis historiam Lxx virorum harum rerum nullam fecerint mentionem? cui rei postea respondendum est latius, non videres D. Hieron.id quoque dixisse ea ratione deductum, vt ipse ait,quod schola Iudæorum neget à Lxx viris prophetarũ libros esse translatos, sed tantum quinque Mosis libros?non contra perpenderes August. dotuisse tralationem Lxx virorum afflatu spiritus sancti esse textam,& miracula edita illa, quæ diximus,& harum rerum citare testeis peritiores omneis ecclesias & apostolos ipsos,& euan D gelistas qui ex æquo citant interpretationem Lxx virorum,etiam cum non reddita est ad verbum, sed cum paraphrasis est & commentarium, potius quam tralatio, nunquam facturi vt hominum interpretationem & commentarium, pro diuinis responsis citarent, nisi tralatio Lxx virorum inflatu Spiritus sancti esset texta & cum videres eò rem deductam inter vtrunque diuum vt ostendimus,vt largitus sit D.Hieron. citari ab apostolis & euangelistis tralationem Lxx,vbi concordat cum lectione Hebræa & cõcessisse si quis ostẽdat citatam esse interpretationem Lxx ab apostolis & euangelistis,vbi non exprimat lectionem Hebręam sed pro lectione Hebræa sit paraphrasis vel commentarium, finitam esse cõtrouersiam, quasi diceret vicisse Augustini sententiam & victam esse suam causam.Qui hęc inquam inter se comparat & perpendit,& videt citata esse ab euangelistis & apostolis illa, Videbit omnis caro salutare Dei,& illa,Qui surget imperare gentibus, in ipso gentes sperabunt & illa, Qui crediderit in eo non confundetur: & illa,In nomine eius gentes sperabunt: & alia id genus pleraque quæ

Lxx viri reddũt sententiã scripturæ vt apostoli,et euãgelistæ verborum nõ magno perè solliciti.

Comparatio sententiæ D.Hieron.& sententiæ D.August.& rationum quibus vterq; diuum nititur,vt appareat quæ sit sententia potior.

scholia,

A scholia, commentaria scripturæ sunt potius quam translationes, an non vel authore ipso D. Hieron.D.August.sententiam potiorem dicet?Si hoc ostendatur inquit Hierony.victa causa est,ostenditur hoc,victa ergo causa est,& potior est August. sententia.Quod si hoc insolubile argumentum non esset & videres Augustinum pro se citare peritiores ecclesias,& apostolos, & euangelistas qui tralationem Lxx virorum probant & sequuntur,amplius quid quam quæreres? An nó id tibi satis superq; esset vt Augustini sententiam sequerere? nam principes magis imperãt exemplo suo quam verbis, & magis mouent, vt liquet ex decimo moraliũ ad Nicomachum libro.sequuntur apostoli interpretationem Lxx virorum, nobis ergo sunt authores vt eã sequamur, cum ecclesiæ sint principes, & triũphales duces. Ergo si hoc certamé fuisset inter D.Hieron.& Augustinũ neque vnquam inter eos conuenisset,valere opportebat Augustini sententiã de Lxx viris, etiam si nullus ex sanctis patribus huius rei fecisset mentionem.Sed quid?quod conuenit inter D.Augustinum,& D.Hierony.& vterque alteri cessit,& eadem hæc totius ecclesiæ sententia est, vt postea apparebit. Repetit enim D.Hieron. non so- B lum locis citatis Lxx viros, sensa scripturæ explicasse sæpè, si attendas, verborũ non magnopere sollicitos, sed etiam alijs locis cẽties vt D.Hieron.& Augustini sit commune præceptum hoc quod sequimur,si excutiamus benè verba Hebręa,reperiri semper,Lxx viros expressisse semper sensa sacra,aut pro interpretatione reddidisse commentaria, quæ citant apostoli & euangelistæ,quæ si sacra scriptura sunt (ait Augustinus) edita sunt ergo afflatu Spiritus sancti, & si non sunt edita afflatu Spiritus sancti,non sunt scriptura sacra,& vera erit Iudæorum sententia(quod est dictu nefas)qui affirmant apostolos non citasse scripturam sacram. Nã quod quidam respondent,est ridiculum,esse quidé eandé sententiã prophetæ,non esse commentaria,quasi verò non sit idé esse eandé sententiam,& esse commentaria,si eadé verba non sunt.

Qũsbura tionibꝰ pro bet Aug. essiatu spũ sancti factam tra lationem Lxx virorum

Cap. VIII. De scopo huius operis, et cynosura qua regatur.

HAnc ergo Augustini & D.Hieron.sententiã pro cynosura habui toto hoc opere, quod in Esaiam prophetam contexui,cum enim certa res esset & cõfessa de qua nemo posset C dubitare, tralationem D.Hieron.ex Hebræa lectione ad verbum redditam fidelissimè, illud habui rationis fieri nullo modo posse quin vtriusque tralationis D. Hieron. & Lxx virorum quam ecclesiæ peritiores authore Augustino afflatu spiritus sancti editam docerent, idem esset sensus. Quanuis ergo D.Hieron. in suis commentarijs prius prophetas sit interpretatus aliter iuxta tralationem Lxx,aliter iuxta Hebraicam veritatem,versabam animo eiusdem D. Hieron.verba hæc quæ citaui, Lxx viros commune hoc habuisse cum apostolis & euangelistis,vt non verba sequerentur,sed sensa scripturæ.Neque fieri posse putaram vt si sensa exprimerent Lxx viri, verba Hebræa alium haberent sensum, quam Lxx tralatio, idq; sensisse postremo D.Hieron.verbis citatis, eumq; finem controuersiæ fuisse inter ipsum & August.Repetebam ergo mẽte,atque animo verba August.quę dixi de ciuitate Dei lib 18.cap.43.quibus affirmat Hebręę lectionis,& tralationis Lxx virorum eundem esse sensum:ait enim si non ea dem verba,idem tamen sensus benè intelligentibus eluceſcet,& cap. 44. vbi Lxx interpretes ab Hebraica veritate discrepare videbũtur,benè intellecti inuenientur esse cõcordes,quę verba Augustini & D.Hieron.animo tractans ad id toto pectore incubui,in hoc enodando pro- D pheta,vt vtriusque tralationis eundem esse sensum docerẽ.Quod pro mei ingenij captu præstitisse me arbitror.Simul etiã illud ex sententia Đ.Augustini sum sequutus,vt docerẽ si quãdo dissentiunt inter se tralationes Diui Hieronymi,& Lxx virorum,recte vtrũque esse dictũ, cum spiritus sanctus qui in prophetis erat quando illa dixerunt,& vtranque voluit significare sententiam,alteram per hũc,alteram per illum voluerit interpretari, quod Hebræum verbũ vtrunq; significaret, quod vno verbo Græcè,& Latinè exprimi non potuit:quod August. docet,cum alijs locis plurimis,tum aliquãtulo duriùs lib.18.de ciuitate Dei cap. 44.quo loco aperte significat fieri potuisse, vt Spiritus sanctus aliud per prophetam aliud per Lxx viros diceret.Sed non ait talia citari pro testimonio prophetæ ab Apostolis, & euangelistis, quod ne duriusculum quibusdam esse videatur, effecturum me paulo post spero. Et cum D. August. hanc tralationem Lxx virorum afflatu spiritus sancti editam esse dicat,non hominum ingenio idque vel illo ingenti miraculo edito esse declararatum,contendarque cap. 43. lib. 18. de ciuitate Dei fieri non posse quin cum Hebræa lectione congruat. Ad id quoque incubui mo

nitore

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitore Augustino & D.Hieron.qui Lxx viros scripsit sensa scripturæ reddidisse, verborum non magnopere sollicitos, vt ostenderem tralationem Lxx virorum, quam ecclesiæ, authore Augustino, in flatu spiritus sancti scriptam affirmarent, cum lectione Hebræa consentire mirabiliter, neq; ab ea vel latum digitum discrepare, excepto quod reperiebam esse verissimum, quod idem August. affirmat, eiusdem spiritus sancti afflatu aliquid prętermittere, quod sępè repetitum esset, aliquid addere quod lucem afferre possit prophetiæ, quod his commętarijs ita erit perspicuum vt vel manibus prehendi possit, vt totius huius operis, August. & Hieron. mihi fuerint duces, & antesignani. A

Cap. IX. Quibus in rebus in hac controuersia sentętia D. Hier. fuerit superior.

SEd hactenus, vt ad id vndè digressus sum regrediar; ostensum est, quibus in rebus sententia Augustini superior mihi fuisse videatur, quod idem confessum esse D. Hieron. ostendimus. Præ se enim fert D. Hieron. verissimè dictū ab Augustino, Lxx viros non verba secutos sed sensa, idque commune fuisse Lxx viris cum apostolis, & euangelistis, & in præfatione in librum Paralipom. Lxx viros ait Spiritu sancto plenos, ea, quæ vera fuerunt transtulisse, & vitia quæ inoleuere in tralatione Lxx vitorum, librarijs imputanda putat. & in Apologia aduersus Rufinum, quam scriptam constat post editam tralationem, & post editos in prophetas cō mentarios, se à puero ait tralationem Lxx virorum didicisse, eamque interpretatum semper & interpretari, idque pluribus verbis repetit, & cēties testatur afflatu spiritus sancti esse conscriptam, vt damnasse appareat sententiam, quam prius erat secutus, quam Iudęorum scholæ dixerat esse, quemadmodū & August. Retractationum libros edidit. Iam ex hoc loco dicamus quibus rebus sententia D. Hieron. fuerit superior, quanq; postea secutus fuerit D. Augustinus, cum enim D August. ita retinendam putaret tralationem Lxx virorū vt nullū locū tralationi D. Hieron. relinquendum duceret, quod liquet ex epistolis vltro, citroque missis, ait D. Hieron. hoc esse iniurium cum tralatio Lxx virorum sit trunca lacera, mutila, quod penes Iudæos adseruaretur, vt postea docebimus: & in Bibliotheca Regis Ptolemæi Alexādriæ, vbi multa habitabant Iudæorū millia, qui quoties nacti occasionē erant, loca omnia quæ potuere quę Christi vaticinia manifestissima præferrēt, vt ait etiā Iustinus Philosophus Martyr in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, expunxerunt, neque hoc malum tantum in tralatione Lxx virorum grassatum est, cum enim ad resarciendum ea loca quæ fraude Iudæorum, & temporum iniuria desiderabantur in tralatione Lxx virorum adhiberentur Iudęorum tralationes aliæ, quas ediderant Symmachus, Theodocion. Aquila, & alij blasphemi Iudæi, vt inquit D. Hieron post crucem Domini, vt obstreperent Lxx viris, quod testimonijs manifestissimis Lxx virorum damnabantur Iudęi, factū est vt multis locis adulteraretur tralatio Lxx virorum, aliorum tralationibus & in locum tralationis Lxx virorum irreperet tralatio alicuius Iudæi blasphemi: Audiūtur, inquit D. Hieron. Iudęi blasphemi, & legūtur qui tenebras offundunt vaticinijs de Christo, tamen leguntur in ecclesia catholica, ad hæc incommoda, quæ dixi resarcienda, & non extrudentur Iudæi blasphemi, nec legetur hominis Christiani tralatio? cuius fides perspecta est, & experta, quibus rationibus D. Hieron. & illud addi poterat Lxx viros, in plerisque non tam edidisse tralationem, quam paraphrasim, aut commentarios, quæ à primo D. Hieronymus à lectione Hebræa dissidere putarat. & factum quidem diuino consilio illud est vt Lxx viri trecentis annis ante crucem Christi cruerent sensus sacros, & nō verbum verbo redderent, & sonarent verba euangelica & apostolica, & euangelice & apostolicè interpretarentur scripturas: quod in solubile veritatis catholicæ est argumentum. Re iam trāsacta, rebus luce euangelica retectis, necesse erat quod ait ORIG. in epistola ad Aphricanum esse tralationem ex Hebræa lectione ad verbum editam, qua cum tralatione Lxx virorum vteremur, quamque legeremus, & cum altera tralatione conferremus, cuiusque testimonijs aduersum Iudæos vteremur, quod concessis, & confessis in altercationibus, testimonijs est vtendum aduersus Iudæos. His, alijsque argumentis, quæ omnia persequi non necesse habeo in re confessa D. Hieron. vtitur aduersus Augustinum, & alios, vt suam tralationem ex lectione Hebræa ad verbum expressam, recipiendam probet. Quibus rationibus D. August. postea manus victas dedit. Ex æquo enim tralationem D. Hiero. & Lxx virorū citat, & interpretatur, quod toto hoc opere apparebit, quodq; facit lib. 4. de doctrina Christiana cap. 7. & alijs multis locis, & B C D

Diuino beneficio factū est, vt Lxx viri paraphrasim scripturæ implerisq; facerēt potius quam interpretationem.

A cis, & ita ex tam acri, & vehementi certamine orto inter hos duos diuos, summus extitit consensus, vt vterque alterius hac in re sententiam sequeretur, ne sibi plaudant Iudęi aut Iudaizantes, quod suæ sententiæ D. Hieronymum, qui alioqui Iudæis, & Iudaizantibus est infestissimus, habeant adstipulatorem.

Cap. X. Quòd vulgata editio facta à D. Hieronymo sit, & quòd tralatio Lxx virorum vulgata quoque editio sit appellata.

SEd fortasse iam dudum reclamat, quisquis hæc legit, & his quæ dicta sunt à nobis repugnat, negatque tacitus vulgatam editionem à D. Hieronymo esse editam, meque insciticæ arguit, & erroris, quòd vulgatam editionem, D. Hieronymi interpretationem, nominem: implicat enim multos hic error, vt vulgatam editionem quam dicimus, multò antiquiorem D. Hieronymo esse arbitrētur. Quàm breuissimè fieri poterit, hic error est exscindendus, & euellendus hominum animis, qui indè natus est, quod D. Hieron. vulgatam editionem aliam quam dam appellat quàm suam, vnde colligunt doctissimi homines, si D. Hieron. vulgatam editionem suam esse negat, haud dubium quin vulgata editio D. Hieronymi non sit. Sed hi viri doctissimi errore nominis labuntur, nam tempore D. Hieronymi vulgata editio dicebatur tralatio Lxx virorū, tralatio D. Hieronymi, noua tralatio appellabatur, & sic eam nominat Gregorius papa in epistola ad Leandrum, in expositione libri B. Iob cap. 5. Et Innominatus qui cū Saluiano circunfertur, in interrogationibus in loca Ezechielis prophetæ. Et Eucherius centies in libros regum, alioqui non admodum probatus author. Vnde D. Hierony. tralationē. Lxx seniorum vulgatam nominat, & quoties vulgata tralatio dicitur apud Hieronymum, tralatio Lxx virorum est intelligēda, vt in præfatione in Ezechielem, cum ait, Vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico, & intelligit tralationem Lxx seniorum, miraturq; cur cum Lxx viri vniuersos sacros libros transtulerint in alijs eadē, in alijs diuersa transtulerint, hortaturq; nos D. Hieron. vt suam quoq; tralationem legamus. & in cap. 14. Esaiæ interpretans verba illa, Ne læteris Philistæa, Palestinos significat (inquit) quos alienigenas vulgata scribit editio, vbi vulgatam editionem tralationem Lxx virorum appellat, qui semper pro Palestinis, siue Philistijm reddunt alienigenas, quod factum nunquam reperies in tralatione vulgata quam nos appellamus, & in caput Esaiæ 49. interpretans verba illa, Et nunc dicit dominus formans me, reprehendens Lxx viros, satis miror (inquit) quomodo vulgata editio. &c. & in cap. 59. in illud veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem, qui versus inquit in editione vulgata additi sunt, in Hebraico non habētur: & versus illos additos esse in tralatione Lxx virorū videbis, & non in tralatione nostra vulgata, & in cap. 66. interpretās illud, Iniquus autem qui immolat vitulum, iuxta tralationē Lxx virorum, ait, quod sequitur in editione vulgata, iniquus autem qui immolat vitulum, iniquus in Hebraico non habetur. Deniq; quoties apud D. Hieronymū legeris, aliquid esse in vulgata editione, deprehendes illud ita esse in tralatione Lxx virorum, quàm D. Hieron. agnoscit, nam aliquando varia est lectio tralationis Lxx virorum, quę vulgata merito dicebatur, & vet°, quod antiquissima erat, & ab initijs ecclesiæ tradita ab Apostolis, & recepta apud omnes erat, tralatio verò D. Hierony. quæ olim noua dicebatur, (vt ostendi) nunc vulgata dicitur. Editam autem esse hanc tralationem vulgatam quam nos appellamus à D. Hierony. vel vnus August. locus apertè indicat, de ciuitate Dei lib. 18. cap. 43. quo proditū est, ecclesiam catholicam iam inde vsq; à suis initijs hanc tralationem Lxx recepisse, hanc solam agnoscere, hanc Latine versam Latinas ecclesias tenere. Quibus verbis docet Augustinus vsque ad tempora D. Hierony. solam tralationem Lxx virorum Latine versam in Latinis ecclesijs fuisse, vnde apparet errare eos qui putant vulgatam hāc editionem quam nominamus aliam à tralatione Lxx virorum ante tempora D. Hierony. fuisse: quod docet etiam D. Hieron. in præfatione in libros Paralipomenon, cum negat se redditurum fuisse Latinè ex Hebræa lectione scripturam sacram, si Lxx interpretum tralatio pura esset, subijcitque causam, quod æquum erat vt id quod occuparat aures hominum ab initijs nascentis ecclesiæ permaneret, & probaretur. Quibus verbis Hieronymi liquet Lxx interpretum tralationem ab initijs ecclesiæ vsque ad sua tempora lectam esse, & se nouam ex Hebræa editione tralationem cudisse, quod Diuus Augustinus loco citato refert his verbis, Quamuis non defuerit nostris temporibus presbyter Hierony. homo doctiss. & omnium trium linguarum peritus, B C D

Vulgata editio à D. Hieron. trā slatio Lxx appellatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui non ex Græco, sed ex Hebræo sermone in Latinum eloquium easdem scripturas conuerterit. Quibus verbis Augustini apparet vsq; ad tempora D. Hieron. solam tralationem Lxx Latinè versam tantùm in ecclesijs fuisse, & D. Hieronymũ primũ Latinè vertisse literas sacras ex Hebræa lectione, ne quisquã possit suspicari hanc tralationẽ vulgatã, quam nos appellamus, quam D. Hieron. explanat in suis cõmentarijs, diuersam à tralatione Lxx virorũ, ab alio quopiã esse editã, quod idem repetit ex eodẽ August. EVGYPPIVS abbas, thesaurorũ cap. 329. & apparet ex locis citatis D. Greg. papæ, & Innominati, tralationẽ vulgatã à D. Hieron. esse editã. Quin vel ex vno Esaiæ cap. quiuis facilè hoc intelliget, vbi D. Hieron. in comment. hanc tralationẽ, quã nos vulgatã nominamus priùs à se editam castigat. Interpretans enim verba illa: Et non erit in Aegypto opus quod faciat, caput, & caudam incuruantem, & refrænantẽ, dãnat hanc interpretationẽ, quã priùs ediderat, & fatetur se deceptũ ambiguitate verbi. Et rursum eodẽ cap. interpretans illa verba: Erit terra Iuda Aegypto in festiuitatem, se malè vertisse ait, & suũ fatetur errorẽ, his verbis: Meliùs reor propriũ errorẽ reprehendere, quàm dũ erubescõ imperitiã confiteri, in errore persistere, in eo quod transtuli, Et erit terra Iuda in festiuitatẽ, &c. Suũ ergo damnat errorẽ D. Hieron. & se authorẽ tralationis esse prædicat. Et in cap. 21. in illa verba: Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas: pro labruscas, inquit, quas nos vertimus, Hebraicè est, beusim. Se ergò ait vertisse vulgatã editionem. Et rursum in illa verba eiusdem cap. In aurib⁹ meis sunt hæc: pro eo, quod nos, inquit, iuxta Hebraicũ vertimus in aurib⁹ meis sunt hæc, vbi vulgatã editionẽ emendat, & suã fatetur. Et in cap. 21. in illa verba: Qui incredulus est, docet lectionẽ Hebræã potuisse verti aliter, & subijcit: Sin autẽ sic legitur, vt trãstulimus, qui incredulus est, vbi se tralatorẽ vulgatæ editionis esse fatetur. Nec hoc loco solùm se transtulisse ait vulgatã editionem in hoc cap. sed etiã in illa verba eiusdẽ cap. Onus in Arabia, vbi ait. & pro eo quòd nos iuxta Lxx transtulimus. Et in cap. 58. in illa verba: Aedificabuntur in te deserta seculorũ, in eo loco vbi nos iuxta Lxx interpretati sumus, ne quid innouare videremur, quia vulgatũ est testimoniũ: Et vocaberis ædificator sepium: suã interpretationem vocat vulgatã editionẽ. Et ad Pammachiũ de optimo genere interpretandi: In eo loco, inquit, vbi nos legimus, atq; transtulimus: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: in Hebræo ita scriptũ est, Exiet virgo de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius crescet: vbi se quoq; authorẽ vulgatæ translationis prædicat. Sed alia mille loca, cùm alibi, tum in commentarijs D. Hieron. reperies, vbi D. Hieron. vulgatã editionẽ nominat suã, vndè quòd eo tempore Lxx virorũ tralatio, sola vulgata diceretur, vetus tralatio quoq; est appellata, noua verò nominabatur tralatio D. Hieron. Sic eam nominat B. Gregor. papa, & Innominatus, sed quæ noua erat olim, post mille & trecentos annos inueterauit, & vulgata quoq; dicitur.

Ex his D. Hieronymi testimonijs, quibus vulgatã editionẽ quam nominamus, à se fatetur editã, & se sic transtulisse profitetur, secutũ Lxx viros, refelluntur nostri, qui interim validiùs nos oppugnãt, q̃ ipsi Iudæi. Primũ omniũ ERASMVS, qui in scholijs in quæstiones, seu traditiones Hebraicas Genes. ex cap. 13. in illud: Et viri Sodomorũ mali, multa cornicatur, vt probet editionẽ hanc vulgatã qua vtimur, non esse purè eã, quã Hieron. nobis tradidit ex Hebraica veritate, siue quod ipse D. Hieron. multa admiscuit, siue quod ecclesia multa mutauit, siue scioli deprauarunt. Non possum eloqui, quam mihi prauè dicta ab Erasmo hæc omnia videantur: Multa, ait, in hac tralatione vulgata sunt, quæ dissentiunt à fontibus Hebræorum, & ab Hebraica veritate, quæ mutauit ecclesia, vel imperitus aliquis. Quàm irreuerenter, quàm immodestè eccleſiã eodẽ ordine ponit cũ imperitis, & sciolis: D. Hieronymũ arguit imperitiæ, quod suæ tralationi immiscuerit aliena, & tanq̃ parũ fidelẽ scripturam in ecclesia receptã improbat. Ego qua mente, atq; animo in nos, & nostra fuerit Erasmus, diuinare nõ queo, quantum spectat ad eruditionẽ, & scripturas in ecclesia catholica receptas. Sed argumẽta Erasmi refellamus, quæ perexigui sunt momenti. Multa dãnat D Hieron. in scriptura, quę in vulgata editione, qua ecclesia vtitur, circunferuntur: vulgata igitur editio non est D. Hieronymi. Leuissimum hoc est argumentum. Vtitur etiam eo Petrus Antonius Beuter Valentinus, vt probet vulgatam editionem non esse D. Hieron. quod posteà ipse refellit. Data opera citaui testimonia D. Hieronymi, vbi fateretur D. Hieron. suam esse vulgatam editionem, & vulgatam editionem à se editam castigare, & se sequutum fuisse in illis locis, quæ castigat, Lxx viros, quòd Erasmum aduertisse oportebat, & illud rationis habuisse, D. Hierony. duas tralationes interpretari distinctas, suam, & Lxx virorum. Et cùm paululum interest inter vtranq;, suæ tralationi admiscuisse

tralatio-

A tralationem Lxx, duabus virgulis inclusam, quòd si aperias prophetas, penè singulis locis in oculos incurret, vel non aduertenti. Lege quodcunq; voles cap. Hieremię, tot orationes reperies duabus inclusas virgulis, vt supinæ cuiusdã curę dicas fuisse, id nõ aduertisse. Quãto igitur prudentioris erat dicere, aut Hieronymũ, quod ipse fatetur, cùm edidit editionẽ vulgatã, Lxx viros esse in plærisq; sequutũ: & iuxta illorũ interpretationẽ multa vertisse, aut addidisse, quæ posteà castigat, & emendat in cõmentarijs editis, aut alijs locis, vt apparet ex testimonijs Hieron. quæ suprà citaui: vel addidisse suæ versioni quibusdã locis interpretationẽ Lxx, duabus lineis intercluſam, quod factũ videbis in Hieremia, alijsq; prophetis, obliteratas esse virgulas illas, quod quæ addita sunt à Lxx, afflatu Spiritus sancti addita crederentur, vt iã pluribus erit dicendũ? Sed iã dices, scio, cur quæ D. Hieron. vitiata scripsit, & castigauit in editione à se edita, nõ sic nunc leguntur castigata, & emendata, vt D. Hiero. castigauit & emendauit? ridiculũ, D. Hieronymũ credis euangelistã esse aut apostolũ, quẽ sequi sit necesse? Doctor est nõ euangelista, cum tralationẽ illã vulgatã edidit, qua ecclesia vtitur maiore quodam lumine Spiritus
B sancti illustratũ apparet, quod vt D. Chrysost. in cap. Genes. 13. homil. 35. ait, Neque fieri potest eũ, qui diuinis scripturis magno studio, feruentiq; desiderio vacat, semper negligi. Sed licet de sit nobis hominis magisteriũ, ipse Dñs supernè corda nostra intrãs, illustrat mentem, rationi iubar suũ infundit, detegit occulta, doctorq; fit eorũ quę ignoramus. Hæc Chrysost. de docto re ecclesiastico, quid futurũ credis de scripturæ interprete? qui scripturas verteret in ecclesiæ vsum, quanto maiore lumine illustratum putas? vidit ecclesia D. Hieron. multa mutasse, castigasse multa in suis commentarijs, & alijs locis tralationis vulgatæ, quã ipse diuus ediderat, retinuit tamen tralationẽ vulgatã D. Hieron. etiã ipso authore Hieronymo castigante, quod ecclesia Spiritu sancto regatur, & retineat ea quæ meliora, vt multos libros scripturæ D. Hiero. putat nõ esse canonicos, quos improbata sententia D. Hiero. in hac re, ecclesia recipit, & canonicis adnumerat, quod ecclesia Spiritu sancto regatur, probet, inquã, probet semper meliora. An non satis esse deberet nostris hominibus D. August. authorẽ esse vsq; ad sua tẽpora in eccle
sia catholica semper Lxx tralationẽ esse lectã? sua tẽpestate, D. Hieronymũ ex Hebræa lectione vertisse scripturas. Non satis esse deberet ipse D. Hieron. qui semper hoc testatur Lxx trala
C tione ecclesiã vti, & se fecisse nouã tralationẽ, & petere vt ita legatur cum tralatione Lxx, vt legebantur vsq; ad illa tẽpora ludæorũ tralationes? vt intelligeremus vsq; ad tẽpora D. Hiero. tur in interpretanda scriptura, neq; aliã sequitur, quàm tralationem D. Hieron. & Lxx: si quis fortè dubitabat quàm veterẽ tralationẽ, quámue nouã nominaret, excuteret, expẽderet, si vir doctus erat, quas D. Gregorius tralationes citaret in interpretanda scriptura, & cùm intelligeret solã D. Hieronymi & Lxx à D. Gregorio interpretationẽ citari, intelligeret veterẽ appellari interpretationẽ Lxx, nouã D. Hieronymi. Cùm hoc idẽ faciat Innominatus, nouamque & veterẽ tralationẽ citent tantũ, easq; interpretentur: & si expendas quã appellent nouam, intelligas D. Hieron. tralationẽ esse, si quæris quam veterẽ dicant, deprehendas esse interpretationẽ Lxx. Cùm tot, inquam, veterũ testimonijs liqueat duas tantùm fuisse tralationes in ecclesia re
ceptas, nescio quid malũ in mentẽ veniat nostris hominibus hæc turbare, & rebus manifestis
D simis offundere tenebras, nisi patefacere aditũ moliantur Iudęorũ interpretationibus. Deum immortalẽ quas tenebras cudunt? quæ nugantur? quæ turbãt? cùm D. Hieron. qui vulgatam editionem edidit, duo triáue verba mutauerit posteà, clamant aliam esse translationẽ. Quis authorem ex antiquis est, quem si cũ antiquis exemplaribus conferas, non reperias multas habere varietates? Tamẽ diluam quædam argumenta quibus vtuntur: Dissonat, inquiunt, multis in locis vulgata editio ab Hebraica veritate. Dissonat, fateor, à Iudaica interpretatione, ab ijs tralationibus quę expressę sunt ad Iudaicam perfidiã, à veritate Hebraica non dissonat, vt his cõmentarijs ostendimus. Taxat, aiunt, D. Hiero. in epistola ad Suniam, & Fretelam locos plures in psal. qui permanent in vulgata editione, fateor, sed oportebat intellexisse psal. in catholica ecclesia legi non iuxta tralationem D. Hieron. sed iuxta tralationẽ Lxx interpretum, & verio ra esse quæ ecclesia catholica, quæ regitur Spiritu sctõ probet, quam quæ dicat D. Hieron. Sed multa aiunt, reprehendit D. Hieron. in vulgata editione, & castigat, quæ sic nunc in ea legũtur & multa huiusmodi citat testimonia ex varijs scripturæ locis, cui rationi suprà respondimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cùm Erasmum refellebamus. Postremò à lectione Hebræa discrepare aiunt editionem vulgatam, quod falsum est & commentitium. A

Cap. XI. Cur hæc disputatio præfixa sit his in Esaiam commentarijs, et quid sentiant veteres patres de tralatione Lxx virorum.

HAnc tantã disputationẽ, tantarũ rerũ tanti põderis, & mometi his cõmentarijs prætexere libuit, ꝙ harum rerũ omniũ quas diximus, quæq; dicẽtur, exẽpla texere, & testimonia nõ est necesse, cùm abundè testimoniorũ omniũ, quę in hac disputatione dicta sunt, & dicẽtur hæc cõmentaria sint suppeditatura, apparebitq; his cõmẽtarijs post tantã contentionẽ D. Hieron. & D. August. vtrunq; ꝓmiscuè vtraq; tralatione esse vsum: & ecclesiã catholicã non solũ psalmos & alia quędã, iuxta tralationẽ Lxx canere, sed in sacris mysterijs vtraq; tralatione vti.

Et de tralatione vulgata, quæ summorum pontificum, & postremò concilij Tridentini authoritate stat, quanq; nemo attentat, nisi Iudaizet, non necesse est plura dicere.

κοινὴ ἔκδοσις .i. communis editio.

Nam quòd imperiti κοινὴ ἔκδοσις .i. communẽ editionẽ aliã nescio quã putant esse, imperitię est. Vt enim missa faciã, quæ dicuntur alibi ex D. August. & Hieron. vbi probamus, solã editionẽ Lxx vsq; ad tẽpora D. Hier. in ecclesia fuisse, neq; vllã aliã, quod centies testatur D. Ambr. neq; quisq; testimonijs veterũ vllã aliã fuisse in ecclesia ostẽdere poterit, quæ cõmunis editio diceretur, alióue nominaretur nomine. D. HIER. ad Suniam & Fretelam, illos docere poterit κοινὴ ἔκδοσις, hoc est, communẽ editionẽ nullã aliã fuisse, quam hanc Lxx interpretationẽ, verba D. Hieron. sunt: κοινὴ autẽ ista, hoc est, cõmunis editio, ipsa est quæ & Lxx. Hæc Hieron. vbi nõ potuit apertiùs ostendere communẽ editionẽ esse tralationẽ Lxx: dictã autem sic arbitror, quod quanuis alijs tralationibus vterentur ecclesię, vt iuuarentur illis ad intellectũ scripturarũ, huius tantũ vtebantur testimonijs, & ad intellectũ huius, alias adhibebant, quod hæc esset omnibus ecclesijs cõmunis, & huius tantũ testimonijs vterentur ecclesiæ, vt docet D. Ambr. D. Hieron. hoc interesse putat inter communẽ editionẽ, & tralationem Lxx, quòd communis editio scatebat mendis adiectione multarũ rerũ, quas scriptores adiecerant ex alijs tralationibus, tralatio Lxx dicebatur hæc eadẽ translatio repurgata mendis, & veluti sibi reddita. Et vtinam illam communem editionem haberemus, neque expuncta essent multa ex illa à D. Hieron. & ab alijs eruditis, vt ipse ait, quod Hebraicè non haberentur, multa enim Lxx addiderũt de suo, quæ inf latu Spiritus sancti addita docent omnes veteres patres, idque ita esse apparet, cùm ea quæ addita sunt à Lxx viris citantur ab euangelistis, & apostolis. B C

Quidã ẽnostris tralationẽ Lxx oppugnãt, qui hoc loco refellun tur.

Nam quòd oẽs fabricas mouẽt aduersum hãc editionẽ Lxx quidã ex nostris, vt labefactẽt, & eneruent omnia veterũ patrũ scripta, quę illã interpretantur, qua mente, quóue animo id faciãt nescio. Multa, inquiũt, interpretati sunt malè Lxx, oportebat ire per singula, & ostẽdere quæ malè versa essent à Lxx. D. Hieron. aiunt multa adnotat, sed viri prudentes & docti, non si cõtrouersia orta est, inter sapienteis cõtinuò indicta causa damnant alterã partẽ, si docti sunt ea loca disceptent: sin minus, taceant neq; vnà cũ Lxx primitiuã ecclesiã dãnent. Si addiscunt linguas, & quærũt adiumenta doctrinę, quibus velut armis vtãtur ad defendendã primitiuam ecclesiã, vndè nostra fides dimanat, nó ad eã oppugnandã ijs erat vtendũ: neque iuuanda erat causa Iudæorũ & Iudaizantiũ. Schola Iudæorũ aiunt, & Iosephus, & Aristeas negãt Lxx vertisse aliud ꝙ Pentateuchũ Mosis, posteà refellenda est schola Iudæorũ, & respõdendũ est Iosepho, & Aristeę. Nũc ijs viris doctis respõdeamus Iudæorũ scholã à nostris nõ fuisse iuuandã, sed refellendã, cùm videãt ab Apostolis & euangelistis ferè semper citari testimonia prophetarũ iuxta tralationẽ Lxx. Erat igitur hęc tralatio ante tẽpora euangelistarũ & apostolorũ. Neque scriptura reddita Græcè erat ante Christi tẽpora ab alijs ꝙ à Lxx. Quæ igitur reliqua dubitatio erat? nisi quidã ex nostris, nostra omni ope labefactare conarentur? Sed verè, aiunt, hæc, quæ nũc circunfertur, nõ est ipsa translatio Lxx: benè sit illis, qui ita nostra iuuant. Eadẽ opera negare posses euangelia, nõ esse euangelia, quæ ab euangelistis scripta sunt, vt alibi pluribus dicimus, sic euangelia proponũtur ab ecclesia, vt docet August. cùm ab apostolis per manus põtificũ, & per scripta sanctorũ, ad nostra vsq; tẽpora descendũt integra, & incontaminata: eodẽ modo tralatio Lxx ad nostra vsq; tẽpora descẽdit ab apostolis nõ solũ per manꝰ pontificũ, & doctorũ sed consignata omniũ sanctorũ, qui proximi fuere tẽporibꝰ Christi, scriptis, qui singula citãt & interpretãtur, vt nisi apostolis & sanctis tẽporibus Christi, ꝓximis fidẽ detrahere velis, dubitare non posꝭs de hac re, nam vel hoc opere ostenditur, cùm citamus interpretationes

Lxx viros vertisse omneslibros sacros.

Contra eos qui negant tralationẽ Lxx esse eã quæ nunc circunfertur.

A nes sanctorum, & interpretamur singula de sanctorum patrum sententia, sanctos patres singula sic legisse. Sed quis vnquam libros veterum ad hanc normam exegit, animo tam inimico & alieno, vt nisi singula citata ab antiquissimis ostendamus, adulterina esse cõtendat? sed multa Græcè aliter leguntur (aiunt) Eadem opera omnes translationes damnabis, negabisque esse easdem cum Græca lectione, quòd deprauata sunt quædam, castigandaq; ex lectione Græca. Multa, dicunt, variè leguntur in alijs exemplaribus. Eadem opera rursum negabis Virgilium, esse Virgilium: & Ciceronem, Ciceronem esse, & alios scriptores, quod si consulas exemplaria vetera & antiqua, varias lectiones deprehendas innumeras. Et res confessa est, translationẽ Lxx multis locis alienis translationibus esse adulteratam, ne ij boni viri operam sumant perdere, vt id ostendant: quæ causa fuit D. Hieronymo vt nouam cuderet translationem, & ecclesiæ vt eam reciperet, & vtranque amplecteretur, quod quanuis afflatu Spiritus sancti tralatio Lxx esset edita, tamen à Iudæis esset adulterata, truncata, & vitiata multis locis.

Qua ratio neintelligatur tralationẽ hanc quæ circũfertur esse Lxx virorum.

Cur vtatur ecclesia tralatione Hieronymi frequentius.

Tralationẽ Lxx iã inde vsq; ab initijs nascẽtis ecclesiæ Iudæi oppugnãt, vt docet IVST. B philosophꝰ martyr in dial. aduersus Tryph. Iudęũ, qđ manifestissimis eiꝰ testimonijs, Iudęorũ cõfigatur impietas, & Christus admirãdo quodã lumine luceat, ꝙ paraphrasim in plærisq; sic cerint potiùs q̃ interpretationẽ, vbi planiùs dicere potuerũt christi mysteria: & nescio qua mala sorte etiã ex nostris quidã, omnes in eam intendũt fabricas, & balistas. Quando ergo dictum pluribus verbis est de sententia D. Hieron. & August. dicam⁹ quid de ea reliqui patres sentiãt.

Cur oppugnetur tralatio Lxx.

Nam orthodoxis mos est, regiã viã insistere, vt EPIPH. ait act. 6. synodi Nicen. 2. quod igitur est in definitione sanctæ, magnæ, & vniuersalis Nicenę synodi. 2. act. 7. Sanctorũ patrum viã insistamus, qua illi de rebus magnis decernere solebant, sic nos de sententia sanctorum videamus quid sentiendũ sit de tralatione Lxx virorũ, quoties eñ orta esset cõtrouersia: de sententia veterũ patrum statuebant veteres, quid potissimũ esset sentiendũ. Sic LEO papa epist. 95. ad Leonem Augustum tom. 1. Concil. decreta multa sanxit, & in eis sanciendis in calce veterũ patrum citat sententias. Quod fit tom. 1. Concil. etiam Chalcedonẽsi concilio act. 1. Et in eodem Chalcedon. concil. in alloquutione ad Marcinianũ imperatorẽ sub finẽ. Et. 2. to. Concil. 6. synodo Constantinopol. act. 11. sub Agathone. Et act. 12. vbi illud adijcitur omninò, necesse C esse non solùm secundùm sensum sequi sanctorũ patrũ dogmata, sed eisdem vocibus vti cum illis, nihilq; penitus innouari. Quod idem fit act. 18. vbi scriptũ est, Nos sanctos, & probabiles patres nostros sequẽtes, &c. Et syn. Nicenę. 2. act. 6. in expositiõe Cyrilli in locũ quendã apostoli: Non solũ, inquit, hæretici apostolicas sententias peruertitis, sed sanctis patribus cõtraria statuitis. Et deinceps, sententiæ sanctorum patrum recitantur per totã penè 6. actionẽ. Denique hic mos conciliorũ est, vt de rebus omnibus statuãt ex veterũ patrũ scriptis. Hũc morẽ sequitur Cyrillus in epistolis aduersum Nestorium, Augustinꝰ, Eusebiꝰ, Basil. Epiphan. & reliqui.

Quatiam vere dicere ecclesiæ sanxerint.

Conciliorũ ergò & veterum patrum vestigijs insistamus, perscrutemur quid ab initijs nascentis ecclesię de Lxx viris senserint sancti patres, idq; lectori, si quis hæc fortè legerit, ob oculos ponamus, quanquam satis erat controuersiã ortam inter D. Hieronymũ & D. August. & posteà consensum explicasse. Sed quod res magna est, citemus omnes veteres patres, eorúq; sententias de interpretatione Lxx, & ab aduersarijs petamus, vt de contraria sententia citent testimonia sanctorũ patrũ, quod act. 12. 6. synodi Constantinopol. non longè à principio fit, vbi leges hæc verba: Postremò adhortati eum sumus, testimonia nobis proferre sanctorũ, & D probabilium patrũ, illorum videlicet, quos omnes cõmuniter doctores confitemur, & quorũ dogmata, legẽ, sanctæ Dei cognoscũt ecclesię. Et infrà: Attritas hortamur potiùs sanctorũ voces sequi, neq; quæ à quibusdã patribus dicta sunt, & non circa hæc intentionẽ habentibus. Et infrà: Sufficiat ei cauta, ac trita sanctorũ patrũ recta traditio. Et postremò: Permaneat in attrita patrum doctrina, quam omnes consonanter confitentur. Ijsdẽ nos vocibus huius concilij, eos qui contrà sentiunt, hortamur, vt cùm nos sanctorũ patrũ testimonia citauerimus, citent illi non vnũ aliquem, sed patres sanctos, quibus fidant, vt aduersentur Lxx viris, aut palam fateantur se deflectere de orbita detrita sanctorum patrũ vestigijs.

Mos conciliorũ in exquirẽda veritate.

Quid APOSTOLI, & EVANGELISTAE sẽ fisse videãtur de tralatiõe Lxx virorum.

¶ Primũ omniũ si verũ est, quod omniũ scripta decantant, imperatores exẽplo suo præcipere, nõ minus quàm verbis. Apostoli & euangelistę, cùm frequentissimè citãt interpretationẽ Lxx, principes ecclesię, videlicet, & triumphales duces, auctores sunt nobis, vt eam sequamur & Spiritus sanctus, qui apostolorum ore ecclesiam docet, cùm eorum scripta citat. quod frequentissimè factũ, toto hoc opere apparebit, nos docet vt eam suspiciamus, ac veneremur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERON. in lib. Paralipom. docet, Lxx viros Spiritu sancto plenos, transtuliſſe fideliſ A
ſimè ſcripturam: & vitia quæ inoleuere in tralatione Lxx virorum, librarijs imputanda putat. Et in apologia aduerſum Rufinum, apoſtolos fatetur citaſſe teſtimonia ſcripturæ, iuxta tralationem Lxx. Et de optimo genere interpretandi, vt ſuprà dictum eſt, nos docet, apoſtolos, & euangeliſtas, in vertendis literis ſacris, ſententiam expreſsiſſe, verborum non magnopere ſolicitos. Rurſum, ſenſa quæſiſſe, non verba: & céties teſtatur afflatu Spiritus ſancti vertiſſe ſacras literas, damnans eam ſententiã quam alibi ſequutus eſſet, vbi tranſlationem Lxx improbaret, vt D. Hieron. plus nobis videatur fauere, quàm aduerſarijs, qui ſuam ſententiam damnat, & omnium ſanctorum patrum ſententiæ adſtipulatur.

D. AVGVST. etiam hiſtoriam narrat Lxx virorum, & miracula edita, & prophetas nominat, & afflatu Spiritus ſancti, ſcripturam vertiſſe confirmat locis ſuprà citatis.

THEODOR. in præfat. in pſal. Mihi audax facinus eſſe videtur pſalmorũ titulos, qui circunferuntur, ſub Ptolemæo rege Aegypti, qui ab Alexandro regnũ excepit, inſcriptos, ſubuertere, quos Lxx viri omnes in Græcam linguã vertere, vt aliam omnẽ ſcripturã plenus Spiritu ſancto Eſdras, centum quinquaginta ante annis verterat, præ ludæorum negligentia, & incuria, & ob cladem inuectam à Babylonijs iam olim corruptam. Et ſi ille afflatus Spiritus ſancti ſcripturæ ſacræ memoriam renouauit, & ij non ſine diuino inflatu, tanto conſenſu literas ſacras in Græcam linguam vertere, & præter alias literas ſacras, quas ſunt interpretati, ipſos quoque titulos enucleauere, & enodauere, audax facinus, & confidentiæ plenum, has appellare interpretationes mendaceis, & proprias ſententias ſapientiores Spiritus ſancti inſpirationibus arbitrari. Et alibi idem Theodoretus, referente Auguſtino Eugubino, vbi diſputat an vulgata editio ſit D. Hieronymi, Hiſtoriam Lxx virorum narrat, & Spiritum ſanctum excitaſſe ait Ptolemæum regem, Philadelphum appellatum, vt Bibliothecam libris Græcis, & Latinis, & Aegyptijs exornaret, vt admonitus rex Ptolemęus, eſſe apud Iudæos libros, qui & antiquitate, & veritate cæteris excelleret, eorum flagraret deſiderio, & ab ijs, qui apud Hebręos rerum potirentur eos libros eſſflagitaret, peteretque ne eorum vſu & vtilitate priuaretur, mitteretque dona regia prorſus, & templo, & Eleazaro. Et accepiſſe prodit ſcripturam Hebræis literis conſcriptam, & Lxxii viros è ſingulis tribubus ſenos, iuxta numerum illum, & iuxta ty B C
pum, quem imperarat Dominus Moſi. Qui Lxx viri præ ſe ferrent, Spiritus ſancti ſe eſſe habi-
Lxx virorũ cellæ, et miracula. tacula, hos miſiſſe ait ipſi Ptolemæo Eleazarum, & alios Iudæorum principes, vt ſcripturæ tranſlationem ederent, quam petebat Ptolemæus. Hos excepit Ptolemæus, diuiſis cellulis apud Pharum, quæ apud Alexandriam eſt, ne ſi ſimul eſſent, de compacto veritatem celarent. Et cùm hoc feciſſet, tranſlata à ſingulis ſimul accepit, & adeò concordaſſe omnes inuenit, vt nec verbo diſſiderent, nec ſententia. Accipiens igitur tranſlationem multò maiores gratias egit ijs, qui ad hoc incubuerant, vt verterentur literę ſacræ, & plurimis vt par erat, eos proſequutus donis, nationem Iudæorum laudibus in cælum tollens, eos remiſit. Prima hæc tranſlatio facta eſt tricenteſimo primo anno ante aduentum cum carne ad nos Dei verbi & Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Rurſum idem Theodoretus in præfatione in pſalmos cùm dixiſſet interpretes ſcripturæ, alios allegorias cum multa ſatietate perſequi, alios vaticinationes quibuſdam hiſtorijs adaptare, vt Iudæis potiùs interpretationem conſcriberent, quàm fidei alumnis. Solertis hominis eſſe putaui, & horum & illorum ſuperuacuam copiam fugere. Quæ quidem priſcis hiſto- D
rijs cohærebant, ijs hæc accommodare. Prædictiones autem de Domino Chriſto, & de eccleſia ex Gentibus conflanda, & de euangelica Republica, deque apoſtolicis prædicationibus, non alijs quibuſdam adſcribere, id quod Iudęi facere ſolent, qui malitię aſſueti ſunt, & ſuę infidelitatis excuſationem contexunt. Hæc Theodoretus, quæ ſummoperè notanda ſunt contra quoſdam homines, de quibus ſuprà dixi, qui malitioſas Iudæorum interpretationes, tanquam munera quædam precioſiſsima conantur eccleſiæ obtrudere.

ORIGEN. qui adhibebat etiam Iudæorum tralationes, vt illis iuuaretur ad intellectum ſcripturæ, quique effecit hexaplum illud omnium ſcriptis nobilitatum, in cap. 15. epiſtolæ ad Roman. author eſt, apoſtolos ferè tralationem Lxx ſeniorum citare. Ait enim in illa verba: Et erit radix Ieſſe, Vndè ſciendum eſt, quòd apoſtolus ferè in omnibus tralationem Lxx virorum tenet. Et in. 10. cap. eiuſdem epiſtolæ in illa verba, Domine quis credidit auditui noſtro? Scire, inquit, conuenit, quod illa vox, Domine, in Hebræis exemplaribus non habetur, ſed apo-

A ſed apoſtolus citat tralationem Lxx, eam probans, vbi Origen. oblitus eſt dicere, D. Ioannem hunc quoque locum citaſſe cum illa additione, vt in illa verba cap. 53. Eſaiæ oſtendimus. Et paulò infrà idem Orig. interpretans verba illa: Eſaias audet & dicit, Non cõuenit, inquit, ignorari, quod in Hebraico non habentur voces illæ duæ, & contradicentem: Apoſtolus autem ſequutus eſt Lxx interpretum veritatem. Audis Orig. teſtari, apoſtolos citaſſe etiam verba addita à Lxx? & veritatẽ Lxx virorũ citaſſe? vt veritatẽ Hebraicã dicimus, quaſi vtraq; à prima veritate profecta dicatur. Quantò meliùs hic quàm noſtri, qui librorum marginibus adſcribunt de Lxx, de apoſtolis, & euãgeliſtis, à veritate Hebraica diſcrepant. Diſcant ſaltẽ ab Orig. ſic loqui, vt dicant iuxta veritatem Lxx interpretum, iuxta veritatem euangelicam, vt iuxta veritatem Hebraicam dicunt. Mitto epiſtolam Orig. ad Aphricanum, quæ tota de laude tralationis Lxx virorum eſt conſcripta.

AMBROS. quoq; Hexameron lib. 3. cap. 5. multa Hebraicæ lectioni à Lxx viris nõ ocioſe addita dicit: Eſt enim Ambroſij hæc forma dicendi, vt non ocioſe dicat, pro myſticè, & ſciẽ
B tia ſpiritali, vt de Caim & Abel cap. 3. vndè non ocioſe in ſancto miramur euãgelio, quod pullum aſinæ Dñs inſederit. Et de Noe & arca cap. 16. Nec illud ocioſum quod dictũ eſt, quod memor fuit Deus Noe. Et de Abrahã patriarcha cap. 8. Neq; ocioſe filiũ ei dilectiſs. dicit: quibus locis & alijs, ſemper Amb. dicit nõ ocioſe. i. myſticè, & ſciẽtia ſpiritali. Et idẽ Amb. cũ in pſal. expoſitione citet Symmachum, Aquilam, Theodocionem, vt alię tralationes alijs ſint pro commentario, in pſal. 43. interpretans illa verba, Quoniam humiliaſti nos: Et Lxx virorum, inquit, cum his ſententia videtur conuenire, cuius interpretationis teſtimonia de ſcripturis nobis ſunt arceſſenda diuinis.

HILAR. in prę fatione in pſal. narrat hiſtoriam Lxx virorum, quos rex Ptolemæus ex Iudæa accerſiuit, quoſque miſit pontifex maximus Eleazarus, quibus totius legis cura eſt demãdata, quiq; cæleſti & ſpiritali ſcientia, virtutem pſalmorũ intelligentes, addidere tituios pſalmis, quæ indè petet qui volet. Et ex eodem Hilar. in pſal. 2. vbi eandem hiſtoriam Lxx virorũ multis verbis exſequitur, & ſcientia ſpiritali quam à Moſe, & prophetis, quaſi per manus acceperant, vertiſſe eos libros veteris teſtamenti ait, multaque diuinitus ſcribit de Lxx viris, & de
C eorum tralatione. Vbi videas, neſcio quem, tam anxiè hæc Hilarij verba legiſſe, vt mille deliria marginibus adſcripſerit: non credo, audi Hieronymum: Aliud ſentit Hieron. fabulę de cellis Lxx, quaſi malè hoc illum vreret, quaſi hoc non minus malè illum haberet, quàm ſi miſer Iudæus eſſet, & infœlix. Quid te malè habet hoc, tu quicunq; ſis? quaſi hoc primum miraculũ ediderit Dominus inter infideles, vt doceret Dñs ſe ſolum eſſe Deum, & eos ad lucem euangelicam præpararet. Si cæteris fidem habes, quæ Dñs edidit apud Danielem, cur his abrogas fidem? quæ non ſolum noſtri (vt iã oſtendemus) ſed etiã alieni à religione ſuis ſcriptis tantopere celebrant de Lxx cellis. Sed hos miſeros, miſſos faciamus, vtinam non ſint miſeri. Idem Hilar. in pſal. 145. verba addita à Lxx viris ad explanationẽ ſcripturæ docet pertinere, idemq; repetit multis verbis in pſal. 146. & 147. alijſq; locis, & ſciẽtia ſpiritali addita, & cęleſti ſcribit, eiuſdemq; ſententiæ cum Auguſt. Orig. & Ambr. eſt, nam de Auguſt. diximus ſcripſiſſe, Lxx viros, ſcientia ſpiritali multa addidiſſe ſcripturæ, quæ ad ſcripturæ explanationẽ pertineret.

EPIPHAN. de Lxx ſeniorum tralatione, in fine ſui operis multa ſcribit. Hoc tantum diſtat, quod cellulas non ſeptuaginta duas putat, ſed triginta ſex, binos enim ſcriptitaſſe ait, qui
D bus præpoſitos cuſtodes fuiſſe ſcribit, ne inter ſe ſcripta poſſent conferre, prodit vertiſſe omneis ſacros libros, donum habuiſſe Spiritus ſancti, omnium tralationes conſenſiſſe editas ſigillatim, non ſolùm ſententijs, ſed etiam verbis, quòd afflatu Spiritus ſancti verterint ſcripturas. Et vbi vnus verbum addiderat, cæteros inuẽtos eſſe idem verbũ addidiſſe, quod ab aliquo verbum eſſet detractum, cæteros detraxiſſe, quod quæ geminata erant ſemel dixiſſe fuere cõtenti, & vbi aliquid deeſſe videbatur, vt oratio eſſet dilucida, & perſpicua, additũ ab illis eſſe, quodque ab vno additum eſt, à cæteris fuiſſe additum, deprehenſum eſſe: quod admirabili quadam præſentia Spiritus ſancti factum apparet: & cætera quæ multis verbis exſequitur Epiphanius, quæ indè petet qui volet.

Dicerem EVGYPP. theſaurorũ cap. 328. & ſequentibus capitibus, referre hiſtoriam Lxx virorum & miracula, appellaſſe ipſos prophetas, & prophetico ſpiritu addidiſſe quædam, putaſſe, & afflatu Spiritus ſancti ſcripturam vertiſſe: ſed cum Eugyppius theſaurum ſuum ex D. Auguſtino compilaſſe ſe dicat, ſat eſſe arbitror D. Auguſtini ſententiam retuliſſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EVCHER. (quanuis in alijs non satis probatus author, nec Lxx magnopere amicus) lib. A
1. in libros Reg. cap. 2. significat Lxx viros multa non vertisse ad verbũ, sed paraphrasi quadam longiore explicuisse, his verbis, Hoc canticum, iuxta Lxx interpretum tralationem inferere compulsi sumus, vt à beato Augustino positum est, pro eo quod in ipsa tralatione amplio rem & veriorem continet historiam: Hæc Eucherius non admodum amicus Lxx viris, vt postea ostendemus, & ideo veritate se compulsum ait. Quod autem veriorem dicit historiam in tralatione Lxx virorum esse, apertiorem voluit dicere, nam æquè vera vtroque loco est, & eadem sententia, quod ostendere non est huius loci. Fortasse quod parum cõsyderatè loquitur & aliquando parum piè, mea quidem sententia, ideo est improbatus. Sed nisi intellexeris Lxx viros paraphrasi quadam, loca quædam scripturæ latiùs fundere, non intelliges cur Eucherius

Lxx viros explanare scripturã potiùs quã interpretari inquibusdam.

ampliorem historiam esse in tralatione Lxx virorum dicat, nam vt dixi, veriorẽ appellat quæ planior est, & dilucidior, nam si excusisset verba Hieronymi, eandem inuenisset sententiam præsertim si cum Hebræa lectione eã cõtulisset, intellexerat tamẽ Lxx paraphrasi loca obscura explanasse, ideo eũ ait amplioré historiã esse in tralatione Lxx. Nam li. 2. in Genes. cap. 10. B
pro eo quod Hebraicè est, dehur Chaldæorũ, Lxx viros vertisse ait, de regione Chaldæorũ: & quod Hebraicè dicitur, in hur ces din. i. in hur Chaldæorũ, reddidisse, in terra natiuitatis suæ, quasi enodarent scripturam, & dicerent: in hur Chaldæorum, hoc est, in terra natiuitatis suæ: & de hur Chaldæorum, hoc est, de regione Chaldæorum. Et in quæstionibus veteris testamẽti, cùm ageret de quæstionibus in Iob, scripsit, non quòd his apud Hebræos nominibus censeantur, sed vt apud nos horum syderum significantia posset esse manifestior: ita hæc translator appellare voluit, vt vsus gentilitatis inuenerat. Quibus verbis significat, Lxx viros obscura, quæque minus intelligeremus, alijs verbis expressisse, quæ essent in vsu gentilitatis rece-

Cur Lxx vtri discrepare à veritate hebraica qui busdã etiã sapientißimis & sanctißimis visi sunt.

ptissima, quasi dicerent, quæ Hebræi hoc nomine appellant, Græci sic nominant, quò res legentibus sit manifestior, quæ sententia etiam Procopij est, qui interpretationes veterum patrum in Esaiam, in vnum librum congesit. PROCOP. vt dicimus in caput primum in Esaiã, admonet, ænigmata & res obscuras scripturæ, Lxx viros non reddidisse ad verbum, sed pro ænigmate sententiam expressisse, & res obscuras alijs verbis enodasse, quæ sæpè repeto, vt ap C
pareat vndè Lxx viri ab editione Hebræa discrepare videantur, cùm non discrepent, sed enodent scripturæ obscura loca, & ænigmata planioribus verbis dicant. Quod idem visum est Origeni in Ioannem tom. 7. in illa verba, Ego vox clamantis in deserto. Illud tamen Eucherius non satis piè dixisse videtur in Genes. lib. 3. cap. 48. vbi D. Lucam Lxx interpretes citasse ait, quod D. Lucas contemptus & vilis scriptor, & magnæ opinionis erat Lxx virorum interpretatio. Semper euangelistę principes ecclesiæ sunt habiti, & non solùm Lxx viris, sed omnibus sunt antelati, subijcitque Apostolos & apostolicos viros tralatione Lxx virorum, vti in citandis testimonijs scripturæ, quod esset ea in gentibus diuulgata: quod repetit de quęstionibus veteris testamenti cap. de quęstionibus in Iob, hoc eodem loco, quẽ sumus interpretati, quod mihi quoque non satis piè dictum videtur. Spiritus enim sanctus ore apostolorum loquebatur, qui mentiri non potest, aut fallere: & apostoli, & euangelistæ non habebantur viles, sed principes fuere semper ecclesiæ, & nimis honorati serui Dei (vt ait scriptura) qui omnes, vt to to hoc opere ostendimus, citant testimonia scripturæ iuxta Lxx viros. Neq; dicendum est ve-

Lxx viros prophetas, iuxta sentẽtiam Eucherij.

riora vlla esse testimonia illis, quæ ore apostolorum citat Spiritus sanctus, sed res ipsa coégit eundem Eucherium fateri, quod suprà vidimus, sanctos patres dixisse, & docuisse. Nam in Ge D
nes. lib. 3. cap. 31. prophetica libertate Lxx viros, propter aliquam mysticam significationẽ, numerum quendam complesse dicit, qua de re non huius loci est disputare, hoc in præsentia ostendisse contentus ero, Eucherium, qui Lxx viris nõ admodum est amicus, vt ex eius scriptis satis liquet, confessum esse Lxx viros prophetica libertate addidisse quædam, planiùs dixisse alia, obscura nõ ad verbum vertisse, sed ita esse interpretatos, vt manifestiora erant futura, quæ eadem sententia est Procopij & Origenis.

De verbis additis à Lxx viris, & q. scripturam ex planant spiritaliter.

ISYCH. in Leuiticum lib. 8. in illa verba: Fecit Moses vt Dominus imperauerat, alluisse Lxx viros, ait, ad verba euangelica, quod certè non dixisset, nisi intelligeret eos Spiritus sancti inflatu scripturas vertisse. Et lib. 3. in illa verba capitis secundi, Qui morticinia eorum tetigerit, ait, Lxx viros de suo addidisse animam, vt verbo illo addito, admoneret non de bestijs hoc dici: non enim qui tangit morticinia bestiarum, immunditiã animæ tangit, sed corporis. Quibus verbis docet Isychius, Lxx viros legem interpretari spiritaliter, & morticinia animæ pec

cata mor-

A cata mortalia interpretari. Et in Leuitic. lib. 5. in illa verba, Postquam emundauerat tabernaculum, docet Lxx viros figura illa sacrificij, vnigenitum Dei filium declarasse additione verborum. Et paulò infrà docet, eosdem Lxx viros sua tralatione significasse finem legalis figuræ futurum fuisse per Christum, quæ nunquam dixisset Isychius, nisi afflatu Spiritus sancti vertisse eos scripturas intelligeret. Atqui alijs tralationibus vtebatur, vt illorum tralationibus ad intellectum scripturæ iuuaretur.

Lxx viri ꝓphetæ. & de cellulis, & miraculis iuxta sẽtentiam Iustiniani.

IVSTINIANVS imperator, Nouellarũ constit. 146. vtendum ait interpretatione Lxx virorum, quæ omnibus exactior est, & præter cæteras multa continet occulta, præsertim propter id, quod in interpretãdo accidit, nã cùm semper bini seorsim cõclusi essent, & diuersis locis interpretarentur, vnam tamen omnes compositionẽ ediderunt. Ad hæc quis non illud in his viris admiretur, quod cum lõgo tempore salutarem apparitionem magni Dei, & Seruatoris nostri Iesu Christi præcesserint, tamen illã futurã, quasi ꝓsentib⁹ cernentes oculis, ꝓphetica quodãmodo gratia ipsos circũfulgente, sacrorũ illi librorũ interpretationẽ accommodaB
rũt? Hæc Iustinianus Imper. & cum Iustinianũ Imp. cito, eũ cito authorẽ quẽ Concilia ipsa citãt, & nõ vnũ aliquẽ authorẽ citare me puto, sed Ecclesię Catholicæ totius vnũ consensum. Eam grauitate, & authoritate imperator Romanus de consilio doctissimorũ hominũ illius tẽpestatis hęc sanxit, qua cęteras leget tulit, quibus orbis obtẽperat, vt suprà summi Põtificis B. GREGOR. decreto tralatio Lxx virorum sit constabilita, & nũc summi imperatoris, & Christianissimi principis Iustiniani sit lege firmata. Vbi miraculũ editum in tralatione Lxx virorũ à Iustiniano imperatore refertur de cellis, in quibus per se bini, aut singuli verterunt scripturas, & de consensu non solum in sententijs, sed etiam in verbis ijsdem, & de afflatu Spiritus sancti & gratia. Monemurq; multa occulta dixisse Lxx viros, quæ gratia Spiritus sancti ipsos circumfulgente dixerat, vt quæ Lxx addiderint, quæque explanauerint, conuenienter literis euangelicis, non expungere, sed admirari debeamus, & venerari sententia Iustiniani.

Lxx viri prophetæ, & cellulæ, & miracula iuxta sententiã Philonis.

PHILON Iudæus, vt alienos quoq; citẽ, nõ solum nostros, lib. 2. de vita Mosis scribit Ptolæmeum Philadelphum, tertium ab Alexandro incensum desiderio cognoscendi legem Iudæorum, legatos misisse ad Iudæorum principẽ, & petijsse vt viritim deligeret optimos quosC
que, & præstantissimos, qui ex Hebræa lingua legem Græcè interpretarẽtur, & principem sacerdotum præstantissimos ex Iudæis delegisse, qui Græcè etiam scirent, quos exceperit maxima cum lętitia rex Ptolemæus, quique in insula Pharo collocati, à Deo petierint, vt rei tantæ pares esse possent, & præstarent hoc opus, quod ab eis postularetur: & scribit Dominum hoc eorum precibus indulsisse, vt, aut maxima pars, aut vniuersum genus hominum vtilitatem caperet. Additque prophetasse eos Spiritu plenos, non alia alios, sed eadem omnes, & nomina & verba tanquam inuisibiliter, nescio quo, singulis suggerente verba. Hæc Philon Iudæus, & quod Spiritum sanctum homo Iudęus nõ agnosceret, scripsit, tanquam suggerẽte nescio quo, vbi spiritum sanctum planè significat, quem singulis sentẽtias, & verba suggessisse ait, & prophetas nominat, & diuisos scripsisse ait singillatim, & postea non solum sententijs, sed verbis etiam ingenti illo miraculo concordasse. Et infra idem Philon obstupuisse eos, qui tantũ miraculum viderunt, nec interpretes eos, sed prophetas nominasse, & instituisse quotannis tanti miraculi festos dies, eosque etiam sua tempestate fieri. Atqui Philon Iudæus Alexan-
driæ natus, ibidem etiam consenuit, vt horum festorum dierum testis fuerit oculatus, non
D auritus: & cum vir fuerit suæ tempestatis maximę æstimationis, nisi res ita se haberet, & vulgo nota esset, tam impudenter ne vellet mentiri, vt apud suos, & apud omneis manifesti mẽdacij reus peragi posset?

Cap. XII. De authoritate tralationis Lxx virorum.

LIbuit hos scriptores cõmemorare simul, & eorum coniungere sententias, vt liqueat Lxx viros verba scripturę addidisse instinctu, & afflatu Spiritus sancti, nequis putet obelo expungenda, quod ea Hebręa lectio non agnoscat, vt intelligat Chistianus lector veteres ita sensisse, non humano ingenio illa addita esse, sed diuino consilio. Et euangelistarum quidem, & apostolorum authoritas hoc docere poterat, qui testimonia ex tralatione Lxx virorum pe-
tunt, vt docuit Orig. eaq; verba citant pro sacris responsis, quæ Lxx de suo edidere, nunquã id facturi vt humana cõmentaria pro diuinis responsis citarent, nisi prę se ferrent afflatu Spi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritus sancti hanc tralationem esse editam. Nō enim semel, aut bis hoc factum ab apostolis est, A
vt citent verba addita à Lxx viris, vt notat Orige. sed sępè id factitatum ab apostolis est, quod
toto hoc opere apparebit, vt nemo ea attentet, quæ Apostoli, & euangelistæ probarūt, quæ
sacri scriptores ecclesię Catholicæ lumina, quę summus Pontifex Gregorius, quæ summus
imperator Iustinianus, quæ Iudęi etiam putant sanctissima. Iam reliquorum veterum patrum
sententias de tralatione Lxx virorum persequamur, vt qui singulorum sanctorum margini-
nibus adscribit, Origeniacum hoc est, audi Hieronymum: aliter sentit Hieron. fabula de Lxx
cellulis. non credo, consensui veterum Patrum eadem adscribat, & contra torrentem sancto
rum brachia dirigat, D. Hiero. clypeo tectus. Ergo concilia quæ suprà citaui quæ plurima de
cernunt de authoritate veterum patrum quod D. Hieron non citant, erunt irrita?

IREN. quem vt virum Apostolicum, vt dixi, citant D. Basilius, & Epiphanius de tralatione
Lxx virorum, cum dixisset, multis ante annis prædicta fuisse omnia, quæ in lege noua sunt, &
contineri literis Hebraicis, & seruari à nostris aduersarijs Iudęis, qua causa Augustinus docet Iu-
dęos esse seruatos, duraturosque vsque ad consummationem seculi, vt inter nos viuant, vt si B
qua sit orta quęstio, à Iudęis Christiani nominis hostibus acerrimis, libros petamus, & res fi-
dei, vel aduersariorum libris confirmemus, & si quis obijciat manifestissima de Christo vati
cinia, à nobis esse conficta: à Iudęis, qui nos viperino sanguine peius odere, petamus libros, &
illis libris quos manus nostrorum aduersariorū exararunt, res nostras consignatas probemus,
cum hęc inquā, quę sępè repetit Augustinus suprà dixisset IREN. addidit l. 3. aduersus hæreses Va
lentini cap. 24. has scripturas Hebræas multo tempore ante aduentum Domini Grecè reddi-
tas à Lxx Iudęis, vt nulla relinqueretur suspicio, ne forte vt nobis morem gererent Lxx Iudęi
hęc ita sint interpretati. Quibus verbis Irenęus proximus temporibus Apostolorum, Poly-
carpi discipulus, qui fuit D. Ioannis auditor, & qui se à discipulis Apostolorum sacram scrip-
turam interpretari didicisse ait, idque repetit sæpè lib. 5. contra hæreses Valentini: maximum
fidei Catholicę stabilimentum in tralatione Lxx virorum situm esse ait. Nam vt Augustinus ideo
relictos inter nos Iudęos ait, vt literis Hebręis consignatam nostram fidem seruent hi qui no
mini Christiano sunt offensissimi, vt quoties cum infidelibus sit orta contentio & veteris te-
stamenti citauerimus vaticinia, quibus hæc nostra sint multo ante prędicta, vt omnibus obtu C
remus os, ne prophetias à nobis esse fictas calumnientur, à Iudæis infestissimis Christiano no-
mini libros petamus Hebręos, & literis Hebręis exaratis manu offensissimi nobis Iudęi res no
stras probemus: Vt hęc inquam Augustinus sic Irenęus scribit, quod de intellectu Hebręę lectio-
nis, magna inter nos, & Iudęos semper erat futura controuersia, cautum à Domino multo ante
tępora Christi esse, vt & Iudęi, & tot numero verterent scripturas, vt nulla Iudęis relinquere-
tur tergiuersatio. Quid præstaret plus Deus? consignata literis Hebraicis, quæ à nostris acerri-
mis hostibus seruantur catholica veritas est, & ne de intellectu scripturæ posset esse contētio,
reddita Grecè est, propter ea quod tunc Greca legerentur in omnibus ferè gentibus, & reddi
ta à Iudęis ipsis, à tot numero Iudęis, & tanto ante tempora Christi, ne dubitationi vllus reli-
quus esset locus. Certè IREN. cap. sequenti impudentis esse ait tam manifestę rei repugnare, &
quantum ego iudico hęc IREN. & D. Augustini argumenta sunt insolubilia, nisi eo modo re-
solui posse dicas, quo Arist. scripsit ad exteriorem sermonem, demonstrationem non esse. Ad
dit Idem IREN. eodem lib. cap. 25. historiam Regis Ptolemęi, Regemque Ptolemęum voluis
se periclitari, an scriptura esset diuina, timuisseque pręterea ne Iudęi de legis veritate se celarēt D
& sigillatim eos interpretari scripturas iussisse, ne ei verba dare possent, id ratum habiturus,
vbi plurium esset consensus, consensisse autem omneis, etiam cum singillatim scripsissent,
non solum eisdem sententijs, sed verbis eisdem, vndè Dominum glorificatum esse ait, & scri
pturas creditas esse diuinas, & afflatu spiritus sancti Græcè esse versas, & tale miraculum hoc
fuisse, quale cum Esdrę sacerdoti post captiuitatem Babylonicam scripturę corruptę, sunt in-
spiratę diuinitus, vt populo Iudęorum eas restitueret. Additque indè colligi, & hāc interpre
tationem Lxx virorum afflatu Spiritus sancti esse textam, vt eodem spiritu editę sint prophe
tiæ, & versę.

NICEPHORVS Callistus lib. 4. ecclesiasticę historię cap. 13. & 14. hunc Irenęum fuisse
scribit proximū temporibus apostolorum, quo tempore nec miracula cessarāt, & mortui pre
cibus ecclesię reuocabantur in vitam, & refert hanc eādem historiam Lxx virorum scriptam
ab Irenęo, vbi diligens ille Iudęorum fautor adscriptis scholijs margini, negat Hieron. place-
re, vno

A re, vno hoc prętextu se tuentur, produnt tamen quo animo sint in res nostras, nec enim citat
vnquam multa D. Hieron. loca, vbi D. Hieron. damnata priore sententia, plus laudat Lxx vi-
ros, quam omnes patres veteres ante laudarint. Sed tamen impudentis est, ne dicam parum pij
consensum sanctorū damnare, quod vnus ex veteribus aliter senserit. Ergo concilia quę mul-
ta decernunt ex consensu veterum patrum, quod Hieron. non citant, erunt irrita?

TERTVLLIANVS proximus etiā Christi temporibus in lib. quem aduersus gēteis scri
psit, de prophetis ages, Ptolemæorum eruditissimus, inquit cognomine Philadelphus, omnis
literaturę sagacissimus, Demetrij Phalerei persuasu à Iudęis libros postulauit, qui missi sunt cū
Lxx interpretibus, quos Menedemus Philosophus prouidentia vindex admiratus est de sen-
tentiæ communione, & addit idem Tertullianus etiam sua tempestate hanc tralationem Lxx
virorum in bibliotheca regia contineri & à Iudæis vulgo legi.

THEODORVS Antiochenus in prophetam Sophoniam cap. 1. Lxx viri inquit li-
teras sacras Grecè vertere, patrij sermonis peritissimi, & diuinarum scripturarū scientissimi, *Lxx viros*
B dilecti à principe sacerdotū & ab vniuersis tribubus Israel, tanquam maximè idonei ad vertē *fuisse do-*
das scripturas, quorum interpretationem planè liquet accepisse Apostolos, & tradidisse his, *ctissimos,*
qui ex nationibus crediderunt, ad quos ante vetus testamentum non peruenerat, & ab Apo- *& eorum*
stolis accipientes hanc Lxx virorum tralationem habemus omnes qui ex gentibus credidi- *tralationē*
mus, & in ecclesijs legimus, & domi euoluimus. Quomodo ergo non stultū putabimus si quis *ecclesijs*
dicat Lxx viros tot numero, & tales, probatos à pontifice Maximo Eleazaro & ab vniuerso Is- *traditā ab*
raele literarum sacrarum eruditissimos, in verbo esse lapsos? *apostolis.*

Tralationem Lxx virorum traditam ecclesijs ab apostolis.

Hæc THEODORVS. quibus verbis author est, ecclesiam Catholicam Lxx virorum inter-
pretationē ab Apostolis accepisse, quod etiam nos docet D. Hieron. in præfatione in quatuor
euangelia ad Damasum papam. Cum enim de tralatoribus veteris testamenti ageret, subiecit,
Sit illa vera interpretatio, quam apostoli probauerunt, quod de alia interpretatione intellige
re non possis, solam enim tralationem Lxx virorum, quod postea D. Hieron. est confessus, a-
C postoli citant. Quæ verba D. Hieron. eo magis notāda puto, vt appareat inter D. Hierō. & D.
Augustinum, inter quos tam ingens orta contentio erat, postea summum fuisse cōsensum, hęc
enim eadem verba Augustinus scripserat ad Hieron. epistola 19. vbi in fine ait, Lxx virorū tra-
lationem aures ecclesię audire consueuerunt quæ etiam ab Apostolis approbata est. Ec quis er
go tam est impudens vt quod Apostoli probauerunt, ipse improbet? sed quid D. Hieron. &
quid D. Augustinus de Lxx viris senserint, suprà pluribus est explicatum.

CYRILLVS episcopus Hierosolymit. 4. Catechesi. Lege, ait, libros scripturæ 22, à Lxx
senioribus tralatos. Alexandro enim rege Macedonum mortuo, imperio eius diuiso in qua-
tuor regna, Ptolemæi in Aegypto regnarunt, secundus Ptolemæus cognomēto Philadelphus,
qui in literas litteratosque homines fuit propensissimus, bibliothecam pulcherrimam omni *Lxx viro*
librorum genere Alexandrię exornauit. Cum à Demetrio Phalereo, quem bibliothecę & *rū cel-*
conquirendis toto orbe terrarum libris præfecerat, admonitus esset de scriptura legis veteris *la. & miracū*
& prophetici sermonis Hebræorum, honestius iudicauit & pulchrius, non vi hos libros à Iu-
dæis extorquere, sed precario petere potius, & conciliare sibi donis & muneribus eos, penes
D quos hi libri erant. Plurima igitur dona misit Hierosolyma Eleazaro principi sacerdotum, pe
tijtque è singulis 12. tribubus senos ad se mitti, vt sibi scripturam sacram interpretarētur. Vol-
uit enim periclitari diuini ne libri essent, an non, quæ res fecit vt nollet, vt simul verterent li-
bros sacros, sed sigillatim, suspicans fieri posse, vt sibi verba darent. In Pharo igitur, quę non lō
gè ab Alexandria distat, singulis singulas domunculas tribuens, scripturas interpretādas diui-
sit singulis, hi Lxx diebus, confecto negocio, diuisis domunculis, neque re communicata, ad
Regem ierunt: Conferens ergo Rex scripturas inter se, reperit non sententijs solum, sed ver-
bis etiam eisdem inter se consentire, non enim erat opus humanum, sed sancti spiritus, sancta
rum scripturatum interpretatio. Hos 22. libros à Lxxii. senioribus Græcè redditos lege, reli-
quas tralationes reijce, hanc tantum diligenter euolue, quā in ecclesia legimus audacter. Mul
to te prudentiores, & pij magis erant Apostoli, & antiqui episcopi, qui hanc tralationem
Lxx virorum nobis tradiderunt.

Hæc Cyrillus episcopus Hierosolymitanus. Quis audeat ergo à Cyrillo, & à Theodoro
Antioche-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Antiocheno,& à D.Hieron.& ab Augustino apostolos tralationem Lxx virorum nobis tradidisse,& tam ferreus sit,& adamantinus vt eam non habeat in medullis? A

EVSEBIVS.Cæsarienſis iam è numero quorundam fuit ex veteribus ,qui plus tribuere Iudæis, quam par erat:vtinam ex veteribus nemo fuisset qui Iudæos audiẽdos putasset & scripturæ sacræ ascisc endos præceptores,cognitionem Hebrææ linguæ ab illis accepissent,& verborum significationes,Iudæorum fabulas prorsus reiecissent, & commenta. Quod enim eos aliquando audierint, vbi nihil periculi erat, aut non multum fortasse, nostri illorum exemplo, plus, plusque indies audent: cęci sunt Iudæi, & duces cęorum, quid lucis afferre possunt cognitioni scripturæ sacræ, quibus, vt ait Esaias, liber est obsignatus, ita vt nihil plus intelligant, quam qui nunquam didicere literas? Sed Euseb.tantum intra hæc subſtitit,vt adhiberet Iudæorum interpretationes ad intellectum scripturæ, quod fecere alij item patres veteres,nunquam scripturę sacræ sensa petijt à Iudæis. Nó tribuit tamen tantum Lxx viris quantum alij patres: quod factum ab eo doleo,& queror,fidem enim habuit in plerisque Iudæorũ interpretationibus Aquilę,Symmachi,& Theodocionis,& relicta tralatione Lxx virorũ eas est sequutus aliquando,& quod Iudæi,vt postea dicendum est latius,Lxx virorum cellas,miracula edita apud Aegyptum,& tralationem omni conatu oppugnabant,& vociferationibus vt docet ORIG.in epistola ad Aphricanum,omnia replebant,videtur mihi Iudęorum his clamoribus cessisse in quibusdam.Reticuit enim miracula edita in Aegypto , cætera eodem ordine narrat quo reliqui veteres, ait enim præparationis euangelicæ lib. 8. cap.1. Deum optimum maximum,quod futurum erat,vt omnes gentes,& nationes ad Christum conuerterentur, cuius appetebat aduentus, fecisse vt prædictiones prophetarum ex Hebręo sermone Grę cè redditę in lucem hominum proferrentur,reponerenturque in publicis bibliothecis , & ea causa mouisse cor Regis Ptolemæi,vt curaret vertendas scripturas,quod vniuersus orbis ad fidẽ esset vocandus,neque enim nobis,inquit,literæ sacræ aliter contigissent , quod Iudæi suos libros occultabant , neque alijs dabant describendos,multo minus nobis eorum copiam fecissent,propter inuidiam.dignatus igitur, inquit,est,nos Deus hac diuinitus facta tralatione. B

Vtinam nemo à Iudæis quicquã accepisset præter linguæ cognitionem.

Quãuis ergo Euseb.ea qua dixi causa miracula reticet, & tralationi Lxx virorum alias antepo nit aliquando,diuino consilio factam fatetur,& dispensatione diuina, in alijs fortasse Iudæorum cessit clamoribus,& vociferationibus,nisi forte quidam ex veteribus vsi sunt figura quadam sententiarum,vsitatissima apud oratores,quæ concessio dicitur,quę fit,cum aliquid etiã iniquum causę bonę fiducia patiinur,veluti si dicerent: Iargiamur Iudæis, id quod falsissimũ est, esse verum,vno consensu Lxx viros vertisse scripturas, non per se singulos,singulis cellis diuisos , tamen nec sic illorum authoritati quidquam est anteponendum, quod facit Augustinus de doctrina Christiana lib.2. cap.5.his verbis: si autẽ cõtulerũt inter se Lxx viri vt vna, omniũ communi tractatu iudicioque,vox fieret,neque sic quidem quenquamvnum hominem qualibet peritia præditum ad emendandum tot seniorum, doctorumque consensum aspirare oportet,quam rationem suspicor secutos esse quosdam veteres patres: omnes tamẽ vno ore fatentur diuino consilio factam esse hanc tralationem Lxx virorum. C

Veteres patres de tralatiõe Lxx figura vtiũtur oratorũ quæ dicitur concessio.

CHRYSOSTOMVS enim hoc plane præ se fert,qui in primũ caput Matthæi Homil. 5.ait cæteros omnes translatores suspectos esse debere , quippe qui ex odio dixere multa , & prophetias,dedita opera, obscurauere:Lxx,vero ante centũ,& aliquanto amplius annos ante Domini aduentum ad interpretandum tot pariter accedẽtes,ab omni suspitione huius modi vindicantur, tum ob ipsum temporum interuallum,& illorum numerum:tum exipso, quod super omnia debet valere consensu. Hęc CHRYS. qui aliam sequitur fortasse historiam:cõtrouersum enim est quis ex Ptolemæis scripturam vertendam curarit, aut numerus est vitiatus.& Idem CHRYS.in caput 1.Geneseos Homilia 4. omnes diuini libri veteris testamenti Hebręorum lingua sunt compositi,& non multis annis ante aduentum Christi Rex quidem Ptolemęus incõquirendis libris admodum studiosus operæ pretiũ putauit,& eos libros colligere,eaque de causa quosdam Iudæorum Hierosolymitarum vocauit,qui eos in linguã Græcam verterent,quod & factum est,contigit autem hoc non sine diuina dispensatione , vt non solum Hebraicè linguę periti,sed & omnes qui totum orbem inhabitant ex eis vtilitatẽ perciperent, estque rarum miraculum,quod non Iudaicę religionis quisquam hoc curauit , sed vir idolatriæ deditus & religioni damnatæ multum fauens,hoc enim modo se habent omnia quæ à Dño nostro dispensantur, vt per aduersarios semper crescãt præcepta veritatis. D

Miraculũ.

EVTHY-

A EVTHYMIVS Zigabonus in illa verba Matthęi,Ecce virgo concipiet, & pariet filium eadem cantat verbis ijsdem,mutuatur enim omnia ex D. Chrysostomo.

PROCOPIVS Gazęus in Geneseos principium , Vetus,inquit,testamentũ ex Hebręo sermone Græcè translatum est,quod,Deo dispensante,per Ptolemæum est factum ante Christi aduentum.Quod igitur Procop. θεοῦ διοικοῦντος .i.Deo prouidente,& gubernante,ac disponente factum dicit,vna cum consensu omnium veterum patrum : quisquam parum fideliter factum esse causari potest? Sed hi inquam ne Iudæorum clamoribus obtunderentur, tantum sumunt id quod manibus teneri potest , oculis cerni , quodque nemo, nisi sit impudentissimus, queat inficiari , etiam ex hominibus à fide alienissimis,si tantum audiat historiam:cæteri eadem eisdem verbis narrant.

CLEMENS enim Alexandrinus Stromaton lib 1. de tralatione Lxx seniorum sic scribit, versas fuisse scripturas legis,& prophetarum ex Hebræo sermone in Græcam linguam, aiunt, Rege Ptolemæo Lagi filio:aut vt alij prodiderunt,rege Ptolemæo Philadelpho, qui id vt fieret vehementer studuit,curabat enim bibliothecam Alexandrię omni librorum genere exornandam , Petijt ergo vt Hierosolymitani eas quoque quæ apud se erant prophetias in sermonem Græcum interpretarentur, illi autem lectissimos quosq; ,& scripturarum scientissimos Græcè quoque doctos Lxxii viros delectos,ad eum cum diuinis libris miserunt, cum autem vnus quisque per se sigillatim scripturas essent interpretati, & prophetias omnes , ipsæ interpretationes singulorum inter se consensere, & inuentæ sunt expressę eisdem verbis,& sententijs eisdem.Dei enim voluntas fuit vt Græcè redderentur scripturæ, neque fuit adeò alienum, ipsius Spiritu sancti inflatu fieri interpretationem , vt Spiritus sanctus qui prophetiam dederat, redderet etiam interpretationem,velut alterã ad Græcos factam prophetiam. Hæc CLEMENS Alexandrinus,conuenienter sanctorum patrum sententiæ , & D.Augusti. de doctrina Christiana lib.2. vbi ait : Quam ob rẽ si quid aliter Hebraicè inuenitur quã Lxx viri posuerũt cedendum esse arbitror diuinæ dispensationi , quæ per eos facta est vt libri quos gens Iudæa cæteris populis,vel religione vel inuidia prodere nolebat,credituris per Dominum gentibus, ministra regis Ptolemæi potestate, tanto ante proderentur: itaque fieri potest vt sic illi interpretati sint quemadmodum congruere gentibus ille Spiritus iudicauit , qui eos regebat, & qui os vnum omnibus fecerat. Hæc Augustinus . quæ sic intellige spiritum sanctum fecisse, vt Lxx viri non aliud dicerent,quam sacris libris contineretur,sed aliter,obscura planioribus verbis,ambigua manifesta oratione . Quod enim ad gentes transferebantur scripturæ diuina dispensatione factum est, vt scripturæ non ad verbum redderentur, sed facta paraphrasi perspicuè,& dilucidè ea lingua quę omnibus esset communis,propterea quod Greca legebãtur in omnibus ferè gentibus,vt ait Cicero pro Archia poeta,& Apostolus Iudæo primũ,& Greco, Græcum appellans populum gẽtium. Ergo nó solum factum est,vt Græcè verterẽtur scripturæ,sed vt ait hoc loco AVGVS.quemadmodum Spiritus sanctus iudicauit congruere gẽtibus .i. planè apertè vt sine interprete plurima intelligere possent ipsę nationes. Nam si scripturę ad verbum essent redditæ,prophetarum ænigmata,& parabolas,& obscurissima quæq; nationes non intelligerent,quę omnia septuaginta viri non ad verbum sed paraphrasi quadã interpretantur,vt suprà diximus ex D.Hierõ.qui nos docuit apostolos,& prophetas,& Lxx viros non ad verbum reddere scripturas,sed sensa sacra exprimere,quodque docuere alij veteres , vt suprà ostendimus ,& PROCOP.& hoc loco CLEMENS Alexandr. innuit , cum ait hanc tralationem Lxx virorum velut alteram prophetiam esse factam ad nationes, vt cum nationes in tenebris versarentur,neque assueuissent sermonibus Spiritus sancti, haberẽt scripturas genere quodam perspicuo,& dilucido orationis,conscriptas,vt multa sine interprete,sine magistro intelligerent in Christi aduentu:qui iam pro foribus erat : & sic veteres patres scripturæ multa testimonia recitant iuxta tralationem Lxx virorum , neque ea interpretantur quod interprete non putent egere tam perspicuè , & dilucidè Christi mysteria resonant,quæ res fecit, vt crediti sint dissidere à lectione Hebræa , quod verba verbis non responderent, aliud Hebraicè,& aliud Græcè esse videretur.Erant enim Hebraicè parabolę,ænigmata,Græcè ænigmatum,& parabolarum interpretationes, quæ ad lucem euangelicam factæ viderentur,tanto tempore ante euangelij prędicationem,quod nos docent hi veteres patres quorum sententiam retulimus, quę verissimè dicta hoc opere ostendimus,doctores enim sacros Spiritus sancti lumen illustrat. B C D

Lxx virorũ cellæ,et miracula.

Afflatu spiritus sancti datæ et trãslatæ scripturæ, & cur?

Cur tralatio Lxx patraphrasis potiùs,quã translatio in plerisq;

Cur Lxxvi deantur dissidere à lectione Hebræa.

IVSTIN.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IVSTINVS Philosophus Martyr tẽporibus Christi proximus, in oratione paræneticA
ad Græcos, huius historiæ meminit: narrat q; Ptolemæum Aegypti regem bibliothecã Alexandriæ exornasse,& vndiq; conquisitis eam libris complesse,cumq;certior factus esset antiquissimas historias Hebræorum literis contineri,& seruari ab Hebrẽis diligẽtissimè,illarum historiarum cupiditate incensum,curasse Lxx viros sapiẽtes Hierosolymis accersendos Græcè quoque eruditos,quibus imperauit vt Grẽcè verterent scripturas,quod vt summota omni cura prẽstarent celerius,ędificandas curasse, nõ in vrbe, sed in Pharo quę septem ab vrbe Alexandria stadijs distat,cellulas totidem numero, quot interpretes erant, vt singillatim per se quisque suam faceret interpretationem.Imperasse ministris, qui eis prærant,& eorum custodiæ,vt ipsorum curam gererent,& darent operam nequid ipsis deesset, cauerent tamen ne inter se conferre sermonem possent,aut communicare consilia de vertenda scriptura, vt interpretationis exacta veritas ex plurimorum consensu constaret.vbi enim plures consentirent id pro vero scripturæ sensu, habiturus erat. Postquam vero intellexit Lxx seniores non solum sententijs, sed etiam verbis inter se consensisse, neque vel vna dictione dissentire inter
se,sed eadem verba de rebus eisdem singillatim scripsisse per se singulos, perculsum admiratione intellexisse Regem diuina virtute interpretationem illam factã fuisse, omni honore ipsos vt Deo charos & acceptos,esse prosecutum, & multis donis remuneratos in patriam remisisse,& libros admiratum,vt par erat,consecratos,in sua reposuisse bibliotheca.Neque sat habuit Iustinus hęc dixisse prodita historijs hominum alienorum à fide,adiecit se suis oculis vidisse cellularum vestigia in Pharo,& hæc omnia ita accepisse ab his qui ea loca tenerent.

Hactenus sententiæ veterum patrũ de translatiõe Lxx virorum.

Hæc igitur via trita,& sanctorum patrum, & conciliorum vestigijs vt suprà ostendimus, quam orthodoxi semper institere,vt conciliorum verbis vtar, vt sanctorum patrum sequamur sententias, neque ab eis vel latum vnguem discrepemus,quas vsque adhuc recitauimus. Nunc, quod diximus 6.syn.Constantinopol.act.12.fieri,adhortemur eos qui cõtrà sentiãt,testimonia proferant sanctorum & probabilium patrum, illorum videlicet quos omnes comuniter doctores confitemur,neque quæ raro à quibusdam patribus dicta sunt: aut permaneant in attrita patrum doctrina, quam omnes consonanter confitentur,ne videantur illorũ probare sententiam,qui authoribus sacris fidem detrahũt,quo malo nullum est pestilentius. Et si tã tum mihi res esset cum catholicis & orthodoxis, hoc fine omnem hanc disputationem clausissem,sed quoniam refutandi sunt Iudæi & Iudaizantes, pergendum porro est & addijcienda quæ restant.

Petitur ab his qui contrà sentiãt, vt proferant sententias sanctorum aut fateantur se sanctis aduersari.

Cap. XIII. De authoritate tralationis Lxx virorum.

IGitur ex his quę diximus liquet, veteres patres omnes vno consensu tralationẽ Lxx seniorum afflatu Spiritus sancti textam esse sensisse,nec veteres patres solum, sed Philonem Iudæum huius rei fuisse authorem,nec ex antiquis quẽquam fuisse,qui id ierit inficias. Nã quod D.Hieron.contra senserit aliquando, mutasse sententiam ostendimus, & in veterum patrum sententiam pedibus ijsse. Apparuitque quod omnium maximum est,Euangelistas,& apostolos tralationem Lxx virorum citasse,probasse,nationibus vocatis ad fidem tradidisse, traditã seruasse ecclesię episcopos,& per manus posteris tradidisse: postremo summum Pontificem Beatum Gregorium vna cum tralatione Hieronymi probasse & confirmasse,Imperatoremq; D
Iustinianum sua authoritate constabilijsse.

Cap. XIIII. Proponit quæ sunt refellenda.

RElіquum ergo est vt dicta ex parte diuersa refellamus.Schola Iudęorum huic tanto,tanque graui veterum patrum consensui opponit Iosephum Iudæum, & Aristeam, qui historiam Lxx virorum literis mandarunt, neque quicquam de cellulis,aut de miraculo edito illo magno meminere, nec prodidere scripturæ libros omnes à Lxx viris esse tralatos, sed tantum libros quinque Mosis iussu Regis Ptolemęi Græcè esse redditos.In multis Lxx viros lapsos esse fœdissimè.Illam calumniam Iudæorum qua inficiantur libros omnes sacros Grẽcè fuisse versos à Lxx viris,subuertemus primum,respondebimusque ordine his quæ apud Iustinum in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, nobis obijciunt Iudęi, parũ fideliter Lxx
viros

A viros literas sacras vertisse,in multis locis fuisse hallucinatos, fœdissimè in quibusdam literarum similitudine lapsos fuisse: postremo Iosephum & Aristeam ita refellemus vt Iudæorũ fraudes pateant, & doli, & ad id toto pectore incumbam, vt nemo sit quin si primoribus labris Græcas,Hebræasque attigerit literas, cum scripturę cognitione aliqua, si modo pie hæc tractet studia,vel manibus prehendat Iudæorum dolos, & verissimam veterum patrum sententiam fuisse, oculis cernat.

Cap. XV. Quòd vniuersa scriptura à Lxx viris Græcè sit reddita contra scholam Iudæorum.

AVGVSTINVS contra Faustum Manichæum lib. 18. docet multis verbis ecclesiam catholicam,non alio modo nobis proponere scripturam,quam per apostolos, & antistites,succedentibus sibimet episcopis vsque ad nostra tempora: neque alio modo euangelia,
B & reliquas scripturas nos accepisse, nec aliter Euangelistas Matthæum,Marcum,Lucam,Ioannem,nos agnoscere,& apostolos Petrum,Paulũ,Iudam, & eorum epistolas, quã quod sic nobis proponit ecclesia per manus Pontificum ecclesiæ succedẽtibus sibi met episcopis,& quasi per manus tradentibus.Cum ergo tralatio Lxx virorum tradita sit ecclesię ab Apostolis,vt suprà authoritate veterum patrum ostendimus,& ecclesia per Apostolos, per antistites ad nos transmiserit,quæ reliqua dubitatio de hac re esse potest? Certè si apud infideles, aut hæreticos in dubium vocaretur,an quatuor euangelia scripta essent,à Matthęo,Marco,Luca,Ioanne,nõ tam firmis argumentis id posset probari,quam Lxx viros, prophetas, & omnes libros sacros vertisse,testimonio nanque infidelium id euincemus quibus apud infideles esset fides,qui catholicę ecclesię fidem non habent,& catholicam ecclesiam ab Apostolis accepisse tralationẽ Lxx virorum & per manus vsque ad nostra tempora transmisisse,testantur omnes veteres patres,vt dictũ est.Quod etiã intelliget quiuis ex cathena huius operis,quę totum Esaiam ponet ante oculos explanatum ab Irenęo,Iustino,Tertulliano,& alijsque patribus proximis tempo
C ribus Christi,Origene etiam antiquioribus,cuius tempestate adulterata Lxx virorum interpretatio dicitur qui Esaiæ loca citant iuxta tralationem Lxx virorum quam ab Apostolis acceperant. Quod si quis tanto patrum consensui fidem non habet quod desperatissimę cuiusdam impudentię esset,vel inuitus ita esse fatebitur,his enim commentarijs patebit plus cẽties tralationem Lxx virorum ab Apostolis & euangelistis vel ex hoc propheta Esaia esse citatã quod signum insolubile est hanc tralationem Lxx agnitam & probatam ab apostolis & euangelistis,quãdo ab eis toties citatur. Erat igitur illorũ tempore conscripta, non enim ante tempora Christi versę sacræ litterę dicuntur Græcę nisi à Lxx viris. Nõ solùm igitur quinq; libri Mosis tralati à Lxx sunt,sed etiam reliqui libri sacri qui ab Apostolis citantur & euangelistis.

Quare maiores præbẽdi posit translationẽ hanc Esaiæ Lxx virorum esse translationẽ, contra Iudæos & Iudaizãtes.

QVINTILIANVS: Vbi signum,inquit,insolubile est, ibi lis non est,vt non fuisse Romæ,qui eadem hora fuit Athenis: concubuisse cum viro mulierem, quæ peperit. Cum videamus citari prophetas & psalmos à D.Luca,Paulo:ab euangelistis, & Apostolis reliquis iuxta tralationem Lxx virorum, signum insolubile erit, quod dirimat omnem litem, hanc translationem factam ante Apostolos,& euangelistas & traditam nobis esse ab Apostolis,& euange
D listis. Negat (aiunt)id D.Hieron.negat citata testimonia scripturæ ab Apostolis & euangelistis iuxta tralationem Lxx seniorum. dixi id ita prius sensisse D.Hieron.& ita respondisse Iudæis fortasse,qui nobis obijciebant apostolos, & euangelistas falsa citasse scripturæ testimonia,quæ à lectione Hebræa toto cælo dissiderent,id crimen quod Iudæi apostolis,& euangelistis obijcerent inficiando tollere conatus est D.Hieron.Negauit Apostolos, & euangelistas citasse testimonia scripturæ iuxta tralationem Lxx virorum,postea mutauit sententia, quòd veritas ipsa cogeret:confessus est Apostolos, & euãgelistas citasse tralationem Lxx virorum, Iudæorum impudentiam aliter repressit:docuit enim nos,vt suprà dictum est.lib.de optimo genere interpretandi,Apostolos & euangelistas & Lxx viros ita vertisse scripturam, vt sensa sacra exprimerent,non numerarent verba. & centies fatetur,quod suprà ostendimus, citasse testimonia scripturæ Apostolos iuxta tralationem Lxx virorum,quod docuit etiã Orig.August.& alij patres de quibus suprà dictum est, quodque tu ipse facilè deprehendas hisce commentarijs,si quid Græcè scias,& Græca Græcis conferas,quod Apostoli, & euãgelistę & Lxx viri Græcè scripserint. Aristoteles ad Theodecten 1. de arte Rhethorica lib. hoc signum in-
non fuit

solubile, ἀνάλυσιν, dicit appellatum, quod finem adferat controuersiæ: nam, τέλος, finis est, vt A
non fuisse Romæ qui eadem hora fuit Athenis: Citantur Lxx viri ab apostolis, & euangelistis
in psalmis, & prophetis, vt re ipsa patet, eis, qui Græca Græcis conferunt & vt docent omnes
veteres patres, vt suprà ostensum est, translati ergo erant à Lxx viris prophetæ, & psalmi ante
tempora euangelica, neque dubitationi reliquus vllus potest esse locus.

Cap. XVI. Cur Iudæi tralationem Lxx virorum tantopere oderint.

CVr ergo dices, Iudæi suos hos Lxxii Iudæos, qui CCC annis ante Christi tempora ver-
tere scripturam tantoperè oppugnant? Cur eorum tralationi aduersantur tantopere? Né
pè, quod, vt ait IVSTIN. philosophus martyr in dialogo aduersus Tryphonem Hebræum: Iu
dæi constricti in vinculis testimonijs scripturæ iuxta tralationem Lxx virorum, quo se vertãt
non habent, nisi confugiant ad illud, nec scisse Hebraicè Lxx viros: nec reddidisse fideliter lit
teras sacras. Peius enim odere impij Iudæi hos Lxx viros quam Christum Dominum, quod
apertissimè Christum prædicent, quod manifestissimis testimonijs Iudæorum dampnent im- B
pietatem, quod tot ante seculis euangelicam doctrinam repræsentent. Vndè mirandum non
est, probasse Iudæos vno consensu tralationem D. Hieron. quod ait D. Augusti. etiam si ipsos
premeret vehementer, vt reijceretur illa quæ illos multo premebat acrius, & vrgebat vehe-
mentius: & quod à Iudæis & tot numero Iudæis, vt nihil amplius esset, erat edita tanto ante tẽ
pora Christi, vt Iudæi causari nullo modo possint Lxx Iudæos, nostris rebus studuisse, neque
Lxx possent obijcere, quæ nunc opponunt D. Hier. quod noster est, quod Christianę reip.
columen, quod ita verit scripturam, vt Christianę reip. conueniebat. quod non ęquè peritus
Hebraicæ linguæ esset atque sunt ipsi Iudæi, quibus ea lingua esset patria & vernacula. Nam
quãuis Iudęi dicant ipsos Lxx viros imperitos fuisse linguæ Hebraęę, contra stare vident om-
nes historias veteres quæ eos refellant, atque etiam illos quos D. Hieron. doctissimos Iudæo
rum appellat Philonem, & Iosephũ, qui suæ gẽtis doctissimos, & sanctissimos Lxx viros fuis
se scribunt. quæ singula plurimum habent ponderis, & momenti. Sed illud longè maximum
quod in plerisque commẽtarium potius est hæc Lxx virorum interpretatio quam tralatio &
Iustinianus imperator de Lxx viris. de Christo frequentissimè loquitur planè, & de eius mysterijs paraphrasi quadam euãgelica, C
quod IVSTINIAN. imperator, qui tantæ authoritatis fuit, vt eum Concilia ipsa cum magna
honoris præfatione citent, Nouellarũ constitutione 146. scripsit de consilio etiam sapientissi
morum hominum, quos illa tulere secula, his verbis: Ad hæc, quis non illud in his viris ad-
miretur, quod cum longo tempore salutarem apparitionem magni Dei, & seruatoris nostri
Iesu Christi præcesserint. tamen illam futuram, quasi præsentibus cernentes oculis, prophetica quodam modo gratia sacrorum illi librorum interpretationem accomodarũt? Hoc, inquã,
quod Iustinianus Imperator ait, Lxx viros Iudæis fecit odiosissimos, quod quasi præsentibus
oculis viderunt aduentum Iesu Christi & mysteria redemptionis, & interpretationem suam
accomodarunt illi, scilicet Christo & aduentui eius, & texuerũt Lxx viri interpretationẽ suã,
conuenienter aduentui Christi & eius mysterijs. hoc enim significauit Imperator Iustinianus,
cùm dixit interpretationem accomodarunt illi. i. fecerunt interpretationem conuẽienter, &
congruenter illi (supp. apparitioni Christi) quam viderunt prẽsentibus oculis gratia prophetica. Hoc inquam fecit Lxx viros Iudæis odiosissimos, quod euangelica quadam tuba, vt ait
IVSTINIA. Christi mysteria personãt. Vndè vt discès ex IVST. philosopho martyre Iudęo D
rum scopus semper fuit vt hos Lxx viros semper oppugnarẽt, in hos omneis fabricas intende
rent, & machinas, ne te Iudæorum scholę moueat authoritas, neque ex Iustiniano hoc solum
& Iustino discès, sed ex ORIGENE quoque in epistola ad Aphricanum, qua docet Iudęos vo
ciferationibus, & clamoribus extudisse à nostris ne testimonia quædam iuxta tralationẽ Lxx
virorum citarent, quod falsa dicerent, & ab Hebręa lectione dissentanea, vt adhiberent alios
interpretes, vt alijs crederent, & sic à primo D. Hieron. Iudæis videbatur acceptissimus, vt ex
cuteretur nobis è manibus Lxx virorum interpretatio. Postquam id factũ est Iudęi in D. Hie
ronymum exeruere odia, quę celabant ante illa tempora. Nam qui potuit Iudęis acceptus esse
Iudæorum, & Iudaizantium acerrimus hostis? Vndè postquam iam Iudęorum opera excus
sa manibus Lxx virorum tralatio est, impetus Iudęorum & Iudaizãtium in tralationem D. Hie
ronymi fieri est cœptus, vt hanc quoq; suo loco moueãt, & se imperitis (quod Deus auertat)
insinuet Iudaismus. Videas tot iam editas ad veritatem, vt aiunt Hebraicam, interpretationes
veteris

A veteris testamenti, vt numero vix possis comprehendere: quarum ego quasdam ad Iudaicã
perfidiam editas arbitror. Quæ quid aliud agunt, quàm vt tralationem D. Hierony. moueant
loco? Videas commentarios delibatos è Rabinis, conuellentes authoritatem sanctorum, esse
plausibiles quibusdam, Rabinos, & Thargum typis excussos vulgò circunferri apud exteros.

Cap. XVII. De Iudæorum dolis, et quòd authore D. Hieron. tralatione Lxx virorum possint deprehendi.

SEd vt redeã ad id vnde digressus sum, quando ostendi Lxx viros vertisse non solùm quin
que libros Mosis, sed etiam prophetas, & psalmos, & vniuersam scripturam, idq; in solubi
li argumento, & prius veterũ patrum testimonijs, deinceps locus ille est, vt Iudæis respondea-
mus, qui Lxx viros contendunt in multis esse hallucinatos, literarũ similitudine frequentissi-
mè lapsos esse, vbi illud habeo certissimũ, neq; Euthydemũ apud Platonem tot captiones ha-
B bere sophisticas, neq; Aristotelẽ tot parexelenchorum docere vias, quot Iudæi sunt commẽ-
ti, in inuertenda scriptura sacra, dũ quædam coniungunt, alia diuidunt, multa distinguunt alı-
ter, puncta mutant, literarum leui inflexu sententiã inuertunt, moliuntur omnia, vt vaticinijs
de Christo offundant tenebras, integra vaticinia expungunt ex scriptura, turbant omnia. Si
Lxx viri has fraudes retegãt, quod, vt inquit D. Hieron. in præfat. in quatuor Euangelia, ad Da
masum papã (quod suprà dictũ est) post Lxx nihil in literis sacris veteris testamenti potest im
mutari, aut peruerti, quin eorũ tralatiõe omnis fraus, & dolus fiat palàm: si igitur Lxx viri hos
Iudæorũ dolos retegant, & hæc aperiant furta, clamant Iudæi deceptos fuisse Lxx viros lite-
rarum similitudine, lapsos esse, & hallucinatos. Et quòd ipsi varia distinctione orationi quı-
busdam coniunctis, alijs diuisis, multis literarum leui inflexu vitiatis vocibus, corruperãt, vt
euangelistarũ & apostolorũ testimonijs hoc libro probamus, quod longè secùs Lxx viri in-
terpretentur, errasse eos contendunt, idq; persuadere nostris conãtur. Si ipsos refellas testimo
nio Lxx, & furta illorũ arguas, multa Iudæorum coẽat manus, quæ cogat clamoribus parum
cautos in suã concedere turbã, vociferantur falsum hoc crimen esse, Hebræam lectionem ob
C seruatã sanctissimè, nihil indè mutatũ, literas esse numeratas, numeratos apices, religio tibi es-
se videatur contrãstare si illos audias, tam sanctè disputant, tam religiosè, de literis, de apicib⁹,
de punctis. Irrumpendum est in horum penetralia, aperiendi doli, ipsorum Rabinorum testi-
monijs, Iudæi sunt reuincendi, & iudaizantes. Postremo euangelistarum, & apostolorum au-
thoritate, vt qui vel primoribus labris Hebræas literas attigerint, Iudæorum furta manibus
prehendant. Quod si ex antecedentibus, & consequentibus refellas Iudæos, vt eorum furta arguas, negant prophetas dicere cohærentia, sed quæ spiritus ipse sanctus furentes cogat di-
cere, ita nunc hæc, nunc illa vaticinari, quæ non sibi mutuo respondeant. Hoc primum refella
mus: est enim hoc firmamentum Iudæorum causæ, quod si subuerteris, Iudæorum omnia cõ-
menta ruent, ita enim dum inuoluere tenebris conantur vaticinia de Christo, interpretantur
scripturas, vt neque prima medijs, neque media congruant vltimis, omnia sint soluta, quæ nec
inter se congruant, neque sibi mutuo respondeant, pugnant potiùs inter se omnia, (quæ men-
daciorum est natura, vt inquit Lactantius Firmianus.) Cum hoc ergo refutauerimus quod Iu-
dæorum & hæreticorum causæ firmamentum est, testimonijs petitis ex scriptis Rabinorum,
D Iudæos & Iudaizantes refellemus.

Cap. XVIII. Quòd prophetæ cohærentia inter se dicant, contra Iudæos, qui putant dicta prophetarum non cohærere inter se, et quòd antecedentia respondeant consequentibus.

NAm quidã è nostris in eadem fuere sententia, vt putarent etiam prophetas non dicere
inter se cohærentia, sed nunc hæc, nunc illa fundere oracula, vt instigaret Spiritus san-
ctus. Ostẽdamus, & testimonijs sanctorum patrum, & rationibus, & argumentis falsissimum
hoc esse, & Iudæorum commentum, & hæreticorum, vt Iudæos ipsos, & hæreticos reuinca-
mus, qui aduersum nos hac arte crassantur, & vt nostris appareat sententiam veterum patrum
esse longè diuersam, quæ nos doceat non furere prophetas, neque furentium more, nunc hæc
nunc illa dicere, sed fuisse sedatissimos prophetas, cùm pleni erant Spiritu sancto, cohæren-

Universidad de Deusto Biblioteca
FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuxta sit erpretationẽ sanctorum scriptura sacra sibi mutuò respondet antecedentia consequentibus, & contrà.

tia inter se dixisse omnia,quæq; sibi responderent mutuò, ita vt prima medijs, media vltimis A congruerent,quod signũ esse veræ interpretationis,quis non videat? & si scripturam explanatam à sacris scriptoribus expendas,reperies omnia sibi mutuo respondere,conuenienter prioribus dici sequentia,nihil esse quod non cohæreat antecedentibus & consequentibus,siue excutias Latinam]editionẽ,siue Græcam,aut Hebræam,siue has omnes inter se conferas, siue singula verba trutinere,& examines,quod poterit experiri quisquis Esaiam ita interpretetur, vt nos hac cathena texta ex scriptoribus sacris enodamus. Nam à principio ad finẽ vsq; cohærentia sibi omnia prophetæ dicta reperiet,& non solùm capita ipsa singula summo ordine texta, & sibi mutuò respondentia ab initio ad finẽ vsque, sed totam prophetiã Esaiæ, non ad Iudaicam perfidiã,sed ad euangelicã lucem enucleatam:qui canon ecclesiasticus est (vt suprà diximus ex Clemente Alexand.)vt in explicanda scriptura habeamus scopum illũ, vt omnis prophetia, & lex omnis vetus euangelio per omnia concordet, quod actum esse hac interpretatione texta ex scriptis veterum patrũ intelliget,qui eã legere volet. Contrà verò si Iudæorum

Iuxta sanctorum interpretationem, vetus & nouum testamentũ concordat semper mirificè.

interpretationes,& Iudaizantium commentaria legas, nihil consequens esse in prophetis di- B
cas,nihil cohærere aut cum sequentibus,aut cum præcedentibus, nunc hunc versiculũ explanari de Babylonijs,sequentes de Sennacheribo,præcedentes de decem tribubus, omnia inter se sint soluta,atqui Aristot.1.de physico auditu lib.1.cap.8. Et lib.4.cap.4.Signũ veritatis insolubile esse putat, cùm omnia sibi mutuò respondent, & mendacij,cum multa repugnant. Quòd Lactant.Firm.lib.5.cap.3.Iudæos refellens dixerat his verbis: Hæc est eñ mendaciorũ natura,vt cohærere non possint:nostrorũ verò traditio,quia vera est,quadrat vndique, ac sibi tota consentit:& ideò persuadet,quia constanti ratione suffulta est.Et D.CHRYS.in Marcum homil.4.idem docet his verbis:Scriptura sancta hæret sibi tota,& vno spiritu copulata est, & quasi vna catenula est, & quasi vt circulus in circulũ innectitur, & quicquid aliud sumpseris, aliud latè pendet. Et CLEM.Alex.Strom.lib.1.monet, vt instructi omni supellectile liberalis doctrinę ad inuestigandã,& eruendã hanc scripturæ cõsequentiã accedamus : ait eñ, Est autẽ q̃ maximè fieri potest dialecticè ad scripturã accedendum, consequentiam diuinæ doctrinæ venantibus. Vnde Augustin. de vnitate ecclesiæ, præscribit hunc scripturę interpretandę ca-

Canon scripturæ.

nonem,vt si constiterit ex literis apostolicis de intellectu alicuius loci scripturę,antecedentia C
& cõsequentia omnia,quę cohærere videantur,eodẽ referamus.Et EVSEB.demõst.euãg.li.2. cap.4.in fine consequẽter superioribus,docet sequentia esse explananda.Et li.6.c.18.refellit Iudæorũ interpretationẽ,quod antecedentia & consequentia repugnẽt.Et lib.9.c.4.ait instandũ consequentię sermonis.Sed & ORIG. alijq; veteres patres hunc canonem præscribunt, eoq; vtitur D.Hieron.in illud cap.1.Audite verbũ Dñi principes Sodomorũ.& alijs locis. Tamen BASIL.in proœmio in Esaiam,refellit Iudæos,quòd aiebant prophetas furere:Non furiũt,inquit,neq; patiuntur mentis abalienationẽ,prophetę Dñi non furiũt,quòd spiritus sanctus qui mentes prophetarũ illustrat,lux est,& ordo,& tranquillitas.Et AVG.li.12.de Genes.ad literã, penè toto lib.& de spiritu & anima,lib.1.quę indè petet,qui volet,nã si omnia persequi consilij fuisset,hoc opus in magnũ excreuisset volumẽ: & profectò testimonijs opus nó esset, si rectã rationẽ instes,siquidẽ.ARIST.li.2.phys.auscult.& metà tà physica li.12. & alijs locis Deũ esse ait intellectũ,&ordinẽ:hic igitur cùm imbuit prophetarũ animos,eos cõpleuit intellectu & ordine,neq; eos obcœcauit,magis quàm ignis frigefaciat ea quib⁹ adhæreat.Sed hanc quę-

Falsos prophetas non dicere consequẽtia inter se.

stionẽ,disceptat optimè Epiph.contra hæreses li.2.contra Phrygastas, siue Montanistas, vbi D
prophetas ait constituta mente,&nó mota prędixisse futura,& cõsequenter omnia loquutos, idq; probat plurimis verbis petitis è prophetarum vaticinijs, vbi constituta & composita mẽte,non commota Esaias,Ezechiel,Daniel,semper consequentia dicunt,& cohærentia, vt non posit magis quicq̃ esse compositum.Hoc solo distent,quòd sapientiam prę ferãt,quæ maior sit,quã pro captu mentis humanæ,propter donũ spiritus sancti.Hanc consequutionem negat posse reperiri in dæmonũ vatibus qui furiunt, & cœcę noctis caligine pleni ea fundãt deliria, quę non mutuo nexu inter se cohæreant,qualia Montani esse ait vaticinia,quæ nullã habeant rerũ aut verborum consequentiam, qualem Alchoranũ esse intelligit Mahomæ, qui eum legerit,vbi nullus nexus verborũ,aut sententiarum est,vbi omnia soluta,varia inter se,dissentanea,taleis esse dęmonũ vates,qui nó consequentia dicãt,qualis Montanus est,posis tu addere & qualis Mahoma: & subijcit Epiphanius, Alius character spiritus sancti est,qui in prophetis loquitur,additq;,quid sit ecstasis prophetica,ne quisquam credat ecstasin amentiam esse, aut

mentis

A mentis alienationem,docetq; esse abstractionem à sensibus,& abalienationẽ ab ijs rebus, quibus intendebat,cum ab ijs abducitur,& totus rapitur ad rerum cœlestium contemplationem, quibus tota mente defigitur,vbi constituta mente,plenaq; diuino lumine,non furore percita videt futura mysteria,quæ sedatus prædicit,non commotus,neque furens,vbi admirabilis rerum,& vaticiniorum apparet consequentia,vbi nihil est quod non antecedentibus,& consequentibus sit consentaneum . Additq; idem Epiphanius eundem spiritum sanctũ,qui in apostolis,& euangelistis locutus est,in prophetis quoq; esse locutum,sed in euãgelistis & apostolis cohærentia loquitur,& consentanea: igitur in prophetis consequentia quoq; dixisse apparet.Agabum enim ait prædixisse D.Paulo vincula:& D.Petrum visionem illam vidisse,nõ cõmota mente,sed animo tranquillo. & prophetas Antiochiæ prædixisse famem futuram toto orbe.& Paulum:Erunt tempora periculosa,ad fabulas conuertentur, prohibentes nubere,& alia huius notæ vaticinatum esse,& D.Ioannem Apocalypsin hoc argumento texuisse vbi admirabilis omnium rerum ordo,vbi mutuus cunctarum rerum nexus est.Neque quisquam tã
B stultè sapiet,vt Petrum,aut Paulum, cum prædixere futura Spiritu sancto plenos consequentia dixisse neget. Qui minus inquit Epiphanius dices prophetas Spiritu sancto plenos dixisse consequentia,& quæ inter se mutuo nexu hæreant? Quæ sententia Epiphanij, meo quidem iudicio,quanuis sit verisima,videtur quædam Iudæis largiri,quæ largienda non essent.Nam licet prophetæ dæmonũ furerent(quod nemo inficiatur)consequentia tamen dicebant,& quę inter se cohærerent,quod facilè intelliget,qui lustret mente,& animo Pythij Apollinis oracula,aliorumque locorum dæmonum vaticinia,& qui legerit Phædrum Platonis,vbi prophetidas Delphici oraculi , & Dodones sacerdotes,& Sybillas ipsas insania diuina percitas, vt ille ait, multa scribit dixisse diuinitùs,quæ suprà omnẽ humanam sapientiam essent, & suprà prudentiam omnem.Nec me fugit eo loco,Platonẽ præ se ferre multa inaudisse de veris Dei prophetis, & eò referre, quæ illo loco dicat omnia. Tamen prophetidas ipsas dæmonum , quæ Delphis vaticinabantur,& quæ Dodone infanijsse quidem ait,quæ res notior est,quàm vt dicenda sit,aut probanda. Tamen,vt dixi,si verses animo oracula,quæ inflatu dæmonum fundebant,dicebant consequentia,& quæ sibi respondebant mutuò . Dæmones enim intelligentiæ
C sunt malæ quidem,tamen intelligentiæ,quę multum superant humanam naturam,& prophetæ dæmonum hoc distant à veris prophetis Dei,quòd veri Dei prophetæ non furiunt,& inflatu Spiritus sancti vera dicunt semper: dæmonum prophetę afflati dæmone furiunt, & mentiuntur multa,tamen qui veterum monimenta euoluerit nunquam inficiabitur dixisse consequentia. Quid ergo Epiphanio tantũ inferemus crimen,vt dicamus eũ falsa dixisse? minimè,est enim ei cómune crimen cũ alijs multis sanctis patribus, pseudoprophetarũ hoc crimẽ est, qualis Montanus fuit,& Mahoma,alijq; omnes pseudoprophetę,quorũ apud ꝓphetas multa mentio est,qui dũ mentiuntur se esse prophetas,dũ prophetas agunt,& simulãt,quæ non sunt furere se simulant,& q⁹ dæmonũ prophetę obscuras canebant ambages , vt inquit ille , afflati numine,& rabie tumidi,hoc dũ imitantur pseudoprophetę,simulabãt se furere, & multa fundebãt deliria,quę nullo nexu inter se cohærerent,quorũ neq; caput,nec pes appareret, qualia esse videas deliria Mahomę,si ea legas: qualia Epiph.& alij patres scribũt fuisse Montani,& aliorũ pseudoprophetarũ, de quibus Epiph.& alij patres loqui videtur . Itaq; Iudæi dũ negant
D prophetas dicere cõsequentia,&quę inter se cohæreant,videntur eos facere multò inferiores prophetis dæmonum,insaniores,inquam,& furiosos magis. Videntur illos eodem ordine habere,quo pseudoprophetas,sed illi dum Christo aduersentur(vt inquit Athanas.)cętera nihil morantur.Iudæi ergo hoc sunt commenti,vt inuertant prophetarum oracula,quę de Christo sunt manifestissima,vt neq; rerũ ordine,neq; vaticiniorũ consequentia refellãtur.Et si Assyrij aut Medi mentio fiat,si verbũ vnũ tenuis.aut voculã vnã aliquã,quod ait Iust. in dialogo aduersus Tryphonẽ Iudæũ nacti sunt,qua dent suis delirijs colorem,eã arripiunt,eã tenent mordicus,eius occasione sacra oracula peruertunt,consequentia non morantur,nec antecedentia. contra nostri ex cõsequentib⁹,& antecedentib⁹ interpretãtur scripturas,vt dictũ est.Et Orig. quẽ quidam aiunt destruere literã scripturę,quoties orta controuersia de intellectu est alicuius loci inter nos,& Iudæos,cùm alijs locis multis,tum.10.tom.in Ioan.Iudæos aduersarios sic vrget,vt dicat ἀκολουθίαν προφητείας εἶναι τοῦτο,i.consequutionem prophetiæ seruent, & hũc canonẽ præscribit,quoties orta controuersia est,vt ipsa consequutio,& verborũ series seruetur,quod Iudęi facere nõ possunt, & here tici quidẽ hãc artem aduersum nos sunt mutuati à Iudæis , vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

docet Augustinus contra Adimantum Manichęi discipulum lib.1.cap.14.particulas enim quasdã A
de scripturis eligunt,quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ suprà, & infrà scripta sunt.Et CYPR.de simplicitate prælatorum,has fraudes esse ait corruptorũ euangelij,atq; falsorum interpretum,vt extrema apponant,superiora prętereant.Et CHRYS.in serm.aduersus hæreticos,dicit,Arium hac arte grassatum esse aduersus imperitos,exorsum sæpè à capite & tacere cætera ne argueretur: & sic in eodem sermone psal. interpretans, refellit Arium ex sequentibus enodans antecedentia.Et CLEM.Alexand.Stromat.lib.3. Solent, inquit,hæretici decerpere ex propheticis sermonibus particulas quasdam, quibus nos oppugnant, quas aliò deflectunt,& detorquent: nec eo sensu accipiunt,quo à propheta sunt dicta. Et IREN.lib.5. Sic,inquit,hæretici duas voces tollentes à Paulo,neque sensum apostoli prospexerunt,neque virtutem dictionum scrutati sunt.Quo loco Irenæus docet, hæreticos hac arte vti aduersum nos:si verba Irenæi altiùs repetas.Quare,qui Iudæis largitur(sunt enim ex nostris quidam,qui hoc largiantur Iudæis) qui ergo hoc Iudæis largitur, idem hæreticis largiatur necesse est. AEquum est enim esse idem ius Iudæis, & hæreticis,nisi maior reuerentia Iudæis habenda est, quod sciunt Hebraicè:& vt inquit IVSTINIA.abutuntur nostra ignorantia, vt nos suis falsis B
interpretationibus decipiant. Verùm si tollas hoc quod est firmamentum causæ Iudæorum, omnis Iudæorũ interpretatio ruet,si cogantur seruare cõsequutionẽ interpretationis,iuxta canonẽ Origenis,quanuis Oleaster ex consecutione suberti posse dicat sanctorũ sententiã falsõ.

Cap.XIX. De Judæorum dolis,qui authore D.Hieronymo,deprehenduntur tralatione Lxx virorum.

HOc ostenso aperiamus Iudæorum fraudes,qui varijs interpunctionibus, varia orationũ distinctione coniungendo diuisa,diuidendo coniuncta,mutatione punctorum,literarũ inflexu,omni arte sophistica, quam Plato in Euthydemo docet, & Arist. in sophisticis elenchis,inuertunt scripturas,quos hæretici quoque imitantur, vt docet CLEM.Alex.Strom.li.3. vbi scribit,hæreticos peruertere scripturã,aut vocũ varia modulatione, aut varijs interpũctionibus,aut simili fraude aliqua:& qm̃ Iudæi vociferationibus complẽt omnia, & negant fraudẽ vllã factã, summa religione,aiunt,seruatas,& numeratas literas,hoc quoq; disceptemus. C

Primùm omnium,finge librum esse summæ antiquitatis, res maximi ponderis complexũ, Hispano sermone conscriptum, hunc ducentis, aut trecentis ante annis à Lxx viris literatiss. vno consensu Latinè esse redditũ:tunc te rogo,si quo loco in Hispano illo libro legitur,tanto viri illi Hispaniæ longè sapientissimi, qui iussu regis illum librum Latinè vertissent, pro tanto,reddidissent Latinè saxum, persuaderet ne sibi quisquam errore vnius literulæ, lapsos tot viros sapientissimos esse,& putasse(*tanto*) significare idem quod(*cantot*)an non potiùs eorũ temeritate in Hispano codice,canto scriptũ fuisse & non,tanto?si vbi(*laguna*)Hispanicè legeretur, vertissent pro,laguna,aliquam?nũ crederes illos deceptos, & non intellexisse, quid Hispanè significaret laguna? an potiùs diceres, cùm redditum videres Latinè, pro, laguna, aliquam? in Hispano codice pro (*laguna*) legisse (*alguna*?) si vbi Hispanè legitur (*color*) pro hac voce color,translatum Latinè videres dolorem, lapsos putares tot illos viros prudentissimos, prioris literæ errore,quòd pro,c,legissent,d,& quòd(*color*) putassent esse idem quod (*dolor*?) an potiùs fuisse in illo exemplari Hispanam lectionem diceres, dolor quòd illã agnoscerent veteres illi interpretes?si vbi(*cumbre*) legeretur,lumen redditũ videres,prima litera deceptos, diceres illos D
sapientissimos,& pro(*cumbre*)legisse (*lumbre*?)aut,cumbre putasse idẽ esse quod Hispanè lumbre lapsu fœdissimo? an potiùs castigatum quoque lectionem diceres in libro Hispano, lumbre. Apologum me narrare putas?non apologus est,uera res agitur.D.Hieron.in prefatione in quatuor euangelia,ad Damasum papam,hanc eruendæ veritatis docet viam,vt è tralatione veterũ deprehendamus si quid vitiatũ est à recentioribus,vt in exemplis à me positis,vbi (*tanto*)in Hispano codice legeretur,intelligeremus legendũ esse (*canto*) & vbi(*color*)legendũ esse(*dolor*)quod interpres vertisset saxũ,& dolorem,quæ ratio in reliquis seruanda esset. Ait enim D.Hieron. tralatione Lxx virorũ factũ,ne quid in vetere testamento immutari, addi,aut detrahi posset, quod est à D.Hieron.prudentissimè dictũ,ac sapientissimè,nempe quod ex lectione Lxx,qui Hebraicè sciret,facilè intelligeret mutatã vnã,aut duas literulas, vt tu qui scis Hispanè, cùm pro(*laguna*)redditũ vides Latinè aliquam,intelligis olim in libro illo Hispano non lectum esse (*laguna*)sed (*alguna*)id tibi significat interpres,cùm reddidit aliquam. & cùm pro (*cumbre*) Hispana voce

A na voce lumen Latinè redditum vides,emendatiùs in Hispano codice legi intelliges (*lumbre*) quàm(*cumbre*) Quemadmodũ ergò tralatio illa,de qua paulò antè dicebã,quã Hispani codicis, ducẽtis ante annis doctissimi Hispaniæ viri texuissent,effecisset,nequid in Hispano codice immutari,addi,detrahiue posset,quod non ex Latina tralatione deprehenderes, quòd Latina tralatio patefaceret dolos factos in Hispano codice,vbi litera mutata esset,vbi addita,detractáue vbi varia interpunctione, aut distinctione mutatus esset sensus. Sic linguæ Hebrææ peritis, si piè hæc tractent sacra, & Græcè sciant, & Theologiam nouerint tralatio Lxx virorum arguit quibus locis mutatæ literæ,quibus varia dispũctione,aut punctis varijs immutatus sensus scripturæ est,verba D.Hiero. sunt, Nec in toto Veteri testamento post 70.interpretes emẽdare quid licuit,neq; in nouo profuit emendasse,cum multarum gentium linguis scriptura ante translata,doceat falsa esse quæ addita sunt.Vides documento D.Hieron.è tralatione Lxx virorum deprehendi posse,quæ addita,& quę immutata sunt à Iudæis.Non ergo habet Iudæus quid respondeat,si illud præsertim addas, Iudæis aliquem suorum mendaciorum fortasse fu-
B turum fuisse colorem si in uocabulis obscuris Lxx viri semper lapsi dicerentur:lapsi dicuntur in vocibus significationis vulgatissimæ, quam vel pueri norunt, & mulierculæ quæ vendunt holera in medio foro,quod nemini credibile esse potest.Sed scio Iudaizantes, si hæc audiant, non reuerituros D.Hieron.nomen, clamaturos, more illius Demeæ,ô cælum,ô terra,ô maria Neptuni,negaturosq; quicquã tale Hebraicis literis fieri potuisse,sacras literas esse obseruatas religiosissimè,nunquam hoc crimen obiectum Iudæis à Domino. & alia id genus multa.

Quo vel solo argumẽto deprehẽdi posset Lxx viros non esse lapsos.

Cap.XX. Ex Rabinis aperit Judæorum fraudes,et ex Josepho,et alijs.

OPus erat ergo Hercule aliquo,qui in horum fraudes præcipite se conijceret saltu,nã more illius Caci,Iudæi faucibus ingentẽ fumũ euomunt, & scripturarũ lucẽ caligine cœca inuoluunt,mentis humanæ oculis prospectũ eripiunt, & in interpretatione scripturæ glomerant fumiferã nocte,commistis igne tenebris:opus,inquã,erat Hercule aliquo, qui horũ claustra irrũperet,cælo ostenderet Iudæorũ fraudes,Iudæos Iudæorumq; dolos,vt ille Cacum pedibus in lucẽ protraheret. Tãtisper dũ ille adest(diluceſcet enim ille dies,cùm Deus opt.max.
C illũ in lucẽ edat,qui Iudæos proterat Herculeis viribus, & eorũ dolos aperiat) tantisper ergò dũ ille adest,nos pro nostra virili illorũ irrumpamus speluncas,in lucẽ illorum dolos proferamus. Cùm.4.Reg.ca.5. אֲפֵנָה ,legitur pro אֲבָנָה , vt leges in dictione אמן , in thesauro linguæ sanctæ,aut cõtrouersum est,vtrũ sit legendũ,amanah,an,abanah, de eaq; re inter se Rabini cõtendunt:quid distat ab illo,cuius exemplũ authore Hieron.ponebã, si in Hispano codice cõtrouersum esset,legendúmne esset(*lumbre*) an (*cumbre*)(*tanto*) an (*canto*?)vbi clamores hic sunt, & vociferationes Iudæorũ,qui negant quicq̃ tale in Hebræis codicibus reperiri? & cùm Esaiæ cap.5. comedẽt גֵּרִים .i.peregrinãtes:R.Dauid contẽdit legendũ כָּרִים .i.agni. vt leges in dictione גור non simile est his exemplis,quæ supra posuimus? & 2.Regum cap.3.vt leges in dictione , לוּר an non magna contentio,est legendum ne sit לְהַכְרוֹת .i. venit omnis populus vt edere faceret Dauid lautè,vbi pro leacheroth,(hoc est)pro,edere facerẽt lautè,alij Rabini contendũt legendũ leaberoth.i.vt parcè edere facerent,quod Dauid mœrebat,& vero similiùs est,vt venissent ad Dauid,qui eũ facerent aliquid cibi sumere, quod significat barah, quàm vt facerent illum mœrentem lautè & opiparè conuiuari, quod charah verbũ significat. Quæro an quicquã in-
D tersit inter hæc,& illa quæ dicebamus,si in codice Hispano contentio esset,legendumne esset (*laguna*)an(*alguna*) (*dolor*)an(*color*) cur non hic vociferantur Iudæi? cur non complent omnia clamoribus? cur non magno eloquio tonant,sacras literas esse asseruatas religiosissimè, numeratas literas,apices numeratos esse? Prouerbiorum etiam.23.vbi legitur,Sicut aquila volauit,pro volauit, Hebraicè est יָעִיף , scribendumq́ue aiunt Iudæi יָעוּף , mutatione primæ & tertiæ literæ in literas similes: an non durius hoc est,vbi non prima litera, sed duæ literæ mutantur? & vt leges in dictione שַׁאֲפָ , Iob.5.Absorbebit,inquit,latro diuitias eorum: vbi pro,absorbebit, legitur יְשַׁאֲפָ ,notatum est tamẽ esse duplicem lectionem, quòd alijs codicibus legatur יְשַׁאֲפָ mutata prima litera,& dictione vna diuisa in duas, vt significet, & absorbuit, præterito tempore,non futuro,& cum coniunctione copulatiua, &. Sed negabis positum à nobis esse simile exemplum illi si in Hispano codice legeretur (*laguna*) pro (*alguna.*) 2. Regum, vt leges in dictione עֵין ,vbi legitur,Forsan videbit Dominus afflictionem meam: pro בְּעֵינִי ,Rabini contendunt legendum בְּעֲנִיִּי ,multis mutatis,& additis literis.Vsus sum enim data opera exẽplis

Universidad de Deusto
Biblioteca

petitis ex Hebræo onomaſtico, quo qui primoribus labris Hebræas literas attigerit, poſsit quorundam petulantiam reprimere, qui hoc negant in literis ſacris fieri vllo modo poſſe, ſtata eſſe omnia, & certa: nuſquã eſſe duplicé lectionẽ, cum ſi Hebræa Biblia in manus ſumas, mille locis agnoſcas duplicem lectionẽ, mille locis videas, o, ſuperſcriptã literis quibuſdã, quod ſignum eſt redundare literas illas. Agnoſcas multa ſigna dubiæ lectionis, ſed vtor exemplis petitis ex Hebræo onomaſtico, vt videre poſsit quiuis exempla, & deprehendere has fraudes. Igitur ratio illa D. Hieron. ad Damaſum papã in omnibus linguis valet, & eſt receptiſsima apud viros literatiſsimos, & vtriuſq; ſermonis doctiſsimos, ſic enim libros caſtigare ſolent ex Græcis ſcriptoribus vt illud ex. 1. lib. Liuij Decad. 3. Is plura conſilio q̃ vi gerens auſpicijs regulorum magis, q̃ vi gerens, ſic caſtigant vt pro auſpicijs legatur, hoſpitijs, mutatione primæ ſyllabæ ex Polybio lib. 2. Οὐχ οὕτω διὰ τῶν πολεμίων ἔργων, ὡς διὰ τῆς πρὸς τοὺς ἄνδρας ὁμιλίας. .i. non ſic operib⁹ bellicis valens, vt potentiorum amicitia: quòd enim Polybius dixerat, valere illũ de quo ſermo erat, non virtute bellica, & gloria militari, ſed quòd ſibi coniunxerat amicitia regulos, & potenteis, id Liuius dixit, plura conſilio, quàm vi gerens, & hoſpitijs regulorum magis (nam hoſpitium pro maxima neceſsitudine accipitur) Leges hæc latiùs apud Liuium, & Polybiũ, vbi alterum ex altero mutuatum intelliges. Sic illud Pomponij caſtigari quoque ſolet de Cilicia. Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe attollens, vbi pro fronte, legendum eſſe fontem, intelliges ex Strabone, qui pro fronte dixerit πηγὴν. Et illud Valerij Maximi li. 5. de Lucio Paulo, Dextra manu alleuauit, ſermoneq; grato, ad ſpem vitæ hortatus eſt: vbi intelliges vitioſe legi ſermone grato, legendumq; ſermone Graio ex Liuio. 5. lib. Decad. 5. ſic deniq; Plinius ex Ariſtotele & Theophraſto caſtigatur, & alij ſcriptores ex Græcis ſcriptoribus qui caſtigatiores ſunt, à viris doctiſsimis, & in veterũ lectione verſatiſsimis emendantur. Negant id Iudaizantes, atq; adeò pernegãt in ſacris literis habere locũ. Sacræ ſunt, aiũt, vbi religioſe literæ & ſyllabę ſunt numeratæ. Cur ergò Iob cap. 4. mouebit caudã ſuam ſicut cedrũ, vbi pro mouebit, Hebraicè eſt יַחְפֹּץ, Rabini contendunt mutata poſteriore ſyllaba, legendum יַחְפֵּץ, vt leges in dictione חֵפֶץ. Et in pſal. 48. Ipſe reget nos vſq; in ſęcula, pro in ſęcula, eſt duplex lectio: aut eñ legitur עַל מוּת .i. vſq; ad mortem, vna voce in duas diducta, vt ſit, Ipſe reget nos vſq; ad mortem, aut עַלְמוּת .i. vſq; in ſæcula: facta triplici mutatione: prima, vt non duæ dictiones ſint, ſed vna: ſecunda, vt addatur vna litera, ו: tertia, vt mutetur altera, ו, in, י. Neque poſt tot ruinas gentis Iudaę hoc accidit, ſed hãc varietatẽ lectionis Hebræę olim fuiſſe diſces ex Ioſepho, quẽ ſcholarum Iudæorum authorem habet, & ſolum eruditũ nominat, qui multa huius notæ poſsit ſuppeditare exẽpla. Mitto obſcuriores voces, ſequar exempla notiora quæ in ore erant omni populo Iudæorum, qui memoria tenebat ſcripturam. Pro Abdon, filio Helel, de quo Iudic. cap. 12. mentio eſt, Ioſephus mutata poſteriore litera, filio Helen legiſſe videtur, atque adeò mutato puncto filio Helon. Siquidem lib. 5. Antiquit. cap. 9. ſcripſit, vt punctum mutauerit, & poſtremam literam, ן, in, ν, cùm pro Helel, Helon legerit. Scripſit enim Abdon filius Helonis, nempe quòd Hebraicè legerit Abdon filius Helon, cũ cholem in fine pũcto diuerſo: Et pro Adad, de quo mẽtio eſt lib. 3. Reg. cap. 11. ſcribit Ioſeph. lib. 9. Adar mutata litera poſtrema, quod ſic Hebraicè legiſſet, & quod maxima vicinia eſt inter ר, & ד, adeo vt vix internoſci queant. Et regem Benadab, de quo. 4. Reg. cap. 6. & ſequẽtibus, duas dictiones putat Ioſephus, Ben filius, & poſteà, Adad, vt ſit, filius Adad, quod ſic Hebræi loquantur, cùm filij parentibus ſint cognomines, filius Adad, pro Adad filius Adad, neq; id ſolùm, ſed quod D. Hieron. Benadab vertit, ille Adar ſcripſit, qđ etiã duplex eſſet lectio Adad, & Adar: & Ioſep. ſemper nominat illũ Adar. Et pro Obed propheta, de quo. 2. Paralip. cap. 28. Ioſep. li. 9. c. 12. Obel legit, mutata litera, d, in literã, l, quod duplex ſit lectio. Et impia Athalia, quæ tenuit ſeptẽ annis regnũ Iuda, à Ioſepho lib. 9. dicitur Gotholia, addita litera à principio, & mutatis punctis, ꝙ lectionẽ Hebræam aliã agnouerit, & alia puncta. Et Raſis rex Syriæ, de quo Eſaias cap. 7. dicitur ab eodẽ Ioſep. lib. 9. c. 12. & 13. Araſis, nẽpe quod addita litera à principio Hebraicè legerit. Quãuis enim nomina Barbara emolliantur, à principio nihil in illis mutari ſolet, neq; conſonantes mutãtur, niſi forte quædã reſecentur, & quoties D. Hieron. vertit in Ramoth, Ioſephus legit in Aramoth, aut Aramathã, & innumera huiꝰ notæ, ex Ioſep. & Philo. colliges, quibꝰ arguitur duplex lectio Hebraicè fuiſſe. Quæ omnia, quid diſtãt quæſo ab illis exẽplis Hiſpanis, quę ſuprà poſui? vt appareret veriſsimũ eſſe D. Hier. documentũ eruendæ veritatis è tralatione antiqua in linguã aliã? Quid eñ euidentiùs q̃ ſi in Hiſpano codice illo, vt redeã ad illam imaginẽ de qua ſuprà agebã ſi lege-

Canõ præſcriptus à D. Hieron. etiam apud doctos viros in caſtigandis claris autoribus valet.

Variæ lectiones in codicib⁹ Hebraïs.

Ex Ioſepho deprehẽditur literas & pũcta interturbatis temporis mutari, ne quis miretur Lxx viros ſua interpretatione oſtendere alia ſe agnouiſſe in quibuſdã puncta & alias literas.

A ſi legeretur Hiſpane (*imitar*) redditum videres Latinè, & interficere, non intelligeres vitiatam Hiſpanam lectionem, & diuiſim legendũ, pro (*imitar, y matar*) quòd ſi pro voce Hiſpana (*muchas*) Latinè, aut Græcè redditum videres myxas, non intelligeres legendum eſſe Hiſpanicè, non (*muchas*) ſed (*mechas*) an potiùs erraſſe diceres viros illos Hiſpaniæ ſapientiſsimos, qui ita verterunt? Quid? ſi vbi legitur Hiſpanè (*vuas*) redditum videres vluas, non animaduerteres Hiſpanã lectionem fuiſſe ðuas, uon vuas? Si vbi (*Marco*) legitur in Hiſpano codice, Latinè redditum videres menſem Martium: non diceres antiquam lectionem Hiſpanam Março fuiſſe, non Marco? qui minus quæſo te cum aliquid huius notæ agnoſcis eſſe in tralatione Lxx virorũ, fateris antiquam illã fuiſſe lectionẽ, & non minus caſtigatã, quàm quę vulgò circunfertur, præſertim quando cum literis apoſtolicis, & euãgelicis cõcordat? Si vbi vnus, aut alter Rabinus Chriſtianorum nominis acerrimi hoſtes duplicé aiunt lectionẽ eſſe, illã recipis, & agnoſcis, vbi Lxx Iudæi Rabini ſuæ tẽpeſtatis longè doctiſsimi trecentis annis nati ante tempora Chriſti, tranſmittũt ad te lectionẽ quæ literis euangelicis, & apoſtolicis concordet, eam reijcies? negabis duplicé
B fuiſſe lectionem? atqui eo tempore caſtigatiſsima erãt exemplaria Hebræa, & Lxx tot numero teſtes, vacui omni odio, & gratia: omni exceptione maiores ſunt. Et illud inſolubile argumentum quod trecentis ante Chriſti crucem annis, velut ex editiſsima ſpecula, euangelica tibi & apoſtolica verba reſonant.

Cap. XXI. Ex D. Hieron. et ex Rabinis aperit Judæorum fraudes.

SEd Lxx viris (vt ait IVST. in dialogo aduerſus Tryphonẽ Iudæum) omnis Iudæorũ turba ſe opponit, qui durũ nimis eſſe aiunt multis in locis puncta mutari, & apices, qui affirmãt numeratos eſſe apices literarũ, puncta mutare eſſe nefas. De punctis poſteà dicendũ eſt latiùs: nunc hanc partẽ breuiter perſtringamus. D. Hieron. in epiſt. ad Euagrium docet, puncta pro arbitratu mutari, addi, & detrahi à doctis Hebræis, vt mirandũ non ſit alia puncta appoſuiſſe viros, qui vt diximus ex Hilar. cognitionẽ ſcripturarum, & ſcientiã ſpiritalẽ à Moſe vſq; & pro *Punctorum permutatio*
phetis traditã, quaſi per manus acceperãt, quos primos authores apponendi puncta fuiſſe oſtẽ-
C demus, hos quiſquam aliter diſpunxiſſe ſcripturã mirabitur, quàm Iudæos, qui odio Chriſtiani nominis ardent? Verba D. Hieron. ſunt, Nec refert vtrùm ſalem, aut ſalim nominetur, cum vocalibus in medio literis perrarò vtantur Hebręi, & pro voluntate lectorũ, & varietate regionum eadẽ verba diuerſis ſonis, atq; accentibus proferantur. Hactenus D. Hieron. ſed intelligas oportet, quas appellet Hieron. vocales, puncta eſſe, quibus Iudæi pro vocalibus vtuntur. Hæc puncta ait hic D. eſſe varia, & pro voluntate lectorum. Sed Iudæi cum quibus nunc ſuſcepta cõtentio eſt, ridebũt multũ D. Hiero. & aduerſum me magnos tollent cachinnos, niſi Iudęos, Iudæorũ teſtimonijs frænauero, & Ioſephum Iudæũ aliter multa diſpunxiſſe oſtenderimus, quàm vulgò in codicibus Hebræis diſpunctum ſit. In theſauro linguę ſanctę in dictione חָתָן, reperies Rabi Dauid in libro Radicum ſcripſiſſe vitioſe ſeua eſſe, & in libris emendatioribus inueniri cum camez cateph. Ex quibus verbis, quis non intelliget etiam inter ipſos Rabinos diſceptationem eſſe de punctis, & punctorum varietate, cùm alij, ſeba, punctum
D ſcribendum putent, alij camez cateph. Et in dictione חָשַׁךְ, cum puncto in ſiniſtro cornu, ait Rabi Ionah, quod apud Ezechiel. cap. 30. legitur חָשַׁךְ הַיּוֹם .i. prohibuit dies: legendum potiùs cum puncto in dextro cornu. i. nigreſcet dies. Et addit author libri, omnes codices habere punctum in ſiniſtro cornu, nec fas eſſe, pro ſuo arbitrio mutare puncta quenquam, & tamen vnus Rabinus, R. Ionah ea mutat. Quid futurum putas, vbi erant Lxxii Rabini, eo tempore potiſsimum, quo Iudæa literis & religione florebat, & cùm primùm addita puncta ſunt codicibus Hebræis? Et in dictione כְּלָה .3. Regum cap. 6. vbi legitur כְּלָה הַבְּרִית, Ait author alios codices habere mutato puncto כָּלָה, & eodẽ loco alia puncta mutat. Eſt ergo in codicibus Hebræis, etiã teſtimonio Iudæorũ, punctorum varietas: & docti, quæ diſpuncta ſunt vulgò, alter diſpungunt: vt nulla religio ſit mutare puncta iuxta tralationẽ Lxx virorũ, cùm præſertim illorũ tralatio concordat cum luce euangelica. Et in dictione נְגַשׁ, reperies in illo Eſaiæ. 29. v- *Puncta.*
bi legitur puncto in dextro cornu. R. Ionah ſic legere, puncto, inquam, in dextro cornu, quanuis in alijs codicibus cum puncto in ſiniſtro cornu legatur, quod ſequitur Rabi Ionatha, & paulò infrà apparet in alio loco eſſe varietatem in punctis. Et in dictione קִיר, ſcribit author multis in locis permutari puncta. Habemus ergo confitentes reos, mutant Iudæi puncta, & multis locis permutari fatentur, & vel ex ſolo Theſauro linguæ Sanctæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

misces millies in scriptura sacra, Rabinorũ concessu, varietatem esse pũctorum, ne tibi durũ A
videatur esse, aut asperum si iuxta Lxx seniorum interpretationem punctorum varietas esse
videatur, præsertim vbi Lxx viri Apostolicis, euangelicisque literis consentiant, aut Christi
mysteria referent.

Cap. XXII. Imagine quadam & similitudine ponit ob oculos, dolos Iudæorũ, & veritatem tralationis Lxx virorum.

AGe, finge te delectum arbitrum causæ, quæ multos annos in iudicijs esset versata, vbi ex testamento actor magnam vim auri, & argenti petat, si testamẽtum illud Romæ vbi dis ceptata lis est, summi pontificis iussu, quod res esset magna, à 20. doctoribus Theologis, aut Iurisc5sultissimis viris, centũ ante annis Latinè esset reddita, postea excitatis bellis, & tumul tibus, non fuisset locus liti, deindè pacatis demum rebus repeteretur de integro, eadem argen ti, & auri summa. Si vbi in testamento Hispano legitur (*mando a Titio todo el lodo de mi casa, y toda la vasura del lodo, y de la plaça de que ay gran copia*) quæ verba reus in inuidiã actoris citaret quasi diceret pro B
auum, aut atauum actoris tam odiosum fuisse testatori, vt non solum eũ exhęredarit, sed testa mento ipso ei fuerit conuiciatus, si pro verbis inquam illis actor redditum Latinè cẽtum ante annis ostenderet à 20. doctoribus iuris vtriusque consultissimis, aut à Theologis doctoribus 20, summi Pontificis iussu, lego Titio omne aurum domus meę, omnem abacũ auri, & argenti, cuius domi meę magna copia est, non appareret Hispano sermone corruptã esse lectionẽ, & nõ legendũ esse (*mando a Titio todo el lodo*) sed potius (*mando a Titio todo el oro*) nec legendũ (*toda la basura del lodo y dela plaça*) sed potius (*todala baxilla del oro y dela plata*) si tu delect⁹, inq̃, esses hui⁹ litis arbiter te rogo quid faceres? quid constitueres? secundũ quẽ litẽ dares? certè nisi inquisimus iudex es se velles, reum corrupisse tabulas diceres, legitima verba testatoris esse diceres, quæ centum ante annis 20. doctores vera esse testarentur. si ad hoc exemplum Christianus ageret cum Iudæo, te iudice, & disceptatore litis huius, citaretque plurima testimonia prophetarum quæ Iudæis omnibus obturant os, & Iudęos constringunt vinculis, ita vt nullo alio modo, quem- C
admodum leges apud IVST. Philosophum martyrem in dialogo aduersus Tryphonem Iu dæum, se se indè extricent, & expediant, quam si negent quicquam tale Hebraicè esse, sed Babylonica illic referri bella, aut Assyria, idque verbis Hebræis significari: si aurem adhibeas, nihil ne iuuerit Christianum hominẽ testari Lxxii Iudæos summæ authoritatis trecentis an nis ante tempora Christi, cum suspicio nulla esset, aut à Christo, aut à Christianis esse suborna tos, ita vertisse vt non ad Babylonica, aut Assyria bella retulerint, sed ad Christum, & Christi mysteria, & vnius litteræ, aut duarum mutatione, aut diuersa distinctione, aut varia orationũ distinctione, Hebræam lectionem significare, idem quod interpretatio illa Lxx seniorum & sonare euangelica & apostolica verba planè & apertè: quid hic faceres? quid constitueres? nõ te causſa cogeret ipsa, etiam si Hebrææ linguæ esses studiosissimus, fateri à Iudæis vitiatam es se lectionem? videres ne tu Hebræam lectionem mutatione vnius puncti, aut duorũ aut vnius duarum ve literarum leui inflexu cum tralatione Lxx virorũ euangelica verba sonare, Chri sti repręsentare mysteria, tam apertè, tam planè, quam aut Marcus, aut Lucas, aut D. Ioãnes, & te teneres? non clamares? non vociferarere Iudęorũ esse fraudes, & dolos? apparere manifestis D
simas Hebræorum insidias? an esses ex illorum numero, quos infamat Quintilianus cum in- D
quit, Est enim nonnunquam prauus hic ambitus aduersum amicos pronunciandi, faciendiq; iniuste, ne fecisse videantur. Dicet opinor aliquis, hæc tu de tuo comminisceris, & alij te do ctiores sunt, qui hæc videant: fateor, sed non hæc mea sunt commenta, hæc vel oculis videre, & manibus prehendere quiuis posset, & tamen hæc omnia D. Hierony. ait, quid enim aliud verbis paucissimis dixit D. Hieron. in præfatione in 4. euangelia ad Damasum Papam, quam hęc quæ nos latè fudimus, vt suprà dictum est.

Cap. XXIII. Idem facit testimonijs Rabinorum & probat apud Hebræos mutari literas & duplicem esse lectionem frequentissime

SEd durum (inquiunt) est, quod nos exigimus, cùm literæ Hebræę aliquando contrariam sententiam præferant vt Genes. cap. 8. de coruo: quòd enim reddidere Lxx, Et exiens non est reuer-

A est reuersus. Hebraicè sine negatione legitur, & sic reddidit D. Hiero. & Esaiæ. 9. quod D. Hie ron. conuenienter Hebræę lectioni reddidit, Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiã: sine negatione reddidere Lxx viri. & alia multa ad hoc exemplum, quæ in tralatione Lxx vi rorum contraria reperies. Quæ verior lectio sit, non cõtrouerto, ea vera est, quã recipit catho lica ecclesia, quæ nec reijcit doctores sacros, qui agnoscunt tralationem Lxx virorum, & in terpretationem D. Hieronymi nos legere, & interpretari, & citare iubet. Ecclesię est imperare, nostrum est dicto esse audientes, & admonere sæpè apud Hebræos duplicem esse lectionem. Leges enim in dictione יצר, psalmo. 139. in verbis illis וְלֹא אֶחָד בָּהֶם .i. non vnum in eis. Rabi Abraham negat legendum esse לא .i. non. vides Rabinos controuertere inter se legendus ne sit hic locus cum negatione, an sine negatione, vt mirandum non sit Lxxii Rabinos illa loca sine negatione legisse: & in dictione לו, multa loca adnotata reperies, vbi inter Rabinos quæstio est, sit ne apponenda negatio, an sine negatione sint legenda? & in dictione עלה, Ezechielis. 9. vbi legitur, Percutite, ne parcat oculus vester. Pro ne, vt ipsi aiunt, Hebraicè scriptum est על .i.
B super, in margine tamen scribitur אל .i. non: & in dictione צור, Esaiæ. 63. & in omni angustia corum, non certant Rabini legendum ne sit cum negatione, an sine negatione לא .i. non, aut לו .i. ipsi? & in dictione תכן Regum cap. 2. dubium est, legendum ne sit ipsi ponderata sunt opera, an non ponderata sunt opera, cùm Rabi Solomoh, & Rabi Dauid in commentarijs sine negatione legant, & לו .i. ipsi scribendum contendant. Auditur vnus Rabinus impius, & blasphemus, vt ait D. Hieron. cùm addendum, detrahendúmue negationem contendit, & Lxx Iudæi optimi, & religiosissimi suæ gentis longè eruditissimi, quòd euangelica & apostolica verba sonent, cum cachinno reijciũtur? Quid de hac re sentiã tacere multò satiùs puto q̃ proloqui.

Sed negant Iudæi esse tolerabile vt millies dicamus ו, in, י, & contra esse permutatum, addendum ו, aut, י, mille locis, & mille locis vtrunque detrahendum, quasi verò hoc non fiat, mill ies penè dixerim in scriptura, ex quibus paucissima attingã. Legesin dictione רבה, quod apud Hieremiam cap. 46. legitur הִרְבֵּתִי רְפֻאוֹת .i. multiplicaui medicinas. Rabi Dauid sine, ו, legit, quo loco Rabi Dauid literam detrahit, & puncta, & primam personam mutat in secun- *Duplex lectio apud Hebræos, mutatione literarum, contra Iudæos.*
C dam, & masculinum genus in fœmininum. Et in dictione רוב, leges apud Iob cap. 23. vbi legi tur: Et contendet cum ossibus eius dolore vehementi, duplicem esse lectionem, ריב, cum, י .i. contendet, & sine, י, רב: & in dictione ראה, Ecclesiast. 5. cap. intelliges duplicem esse lectionẽ vel רְאֵית, vel רְאוֹת: & eodem loco ב, pro, מ, positum esse docet Rabi Dauid: & in dictione קרא, leges Numer. 23. duplicem esse lectionem, cùm alij legant קְרוּאֵי, cum ו, alij cum, י: & in dictione כפר, leges Ezechiel. 43. alios legere יִכְפְּרוּ, sic enim aiunt Hebræos codices præferre, alios verò וְכִפְּרוּ, cum, ו, quod sic marginibus adscriptum reperiatur, quòd duplex sit lectio. Sed hoc tam frequenter fit, vt vel nolentibus mille exempla in oculos incurrant.

Quid quod seriò affirmant Iudæi, literas esse numeratas, & quòd religio sit dicere scripturę *Duplex lectio apud Hebræos, contra Iudæos.*
sacræ additas, aut detractas literas? Cur igitur si tantum manibus verses Hebræos codices, & folia euoluas, vel vna pagina sæpè deprehendas quibusdam literis, o, literulam superscriptã, vel decies, atque adeò vicies, quod Hebræi facere solent, cùm significant illam literam redun- dare? & intelliges in dictione ילד, Hierem. 2. legi יְלִדְתָּנִי, legendumque esse יְלִדְתַּנִי, vel יְלִדְתִּנִי, mutatis punctis, & addita vna litera: & in dictione קום, leges Hierem. 51. vbi legitur: Ecce ego
D suscitabo super Babel, & super habitatores לֵב קָמַי, cordis inimicorum: pro לֵב קָמַי, in margi ne scriptum tradunt Hebræi אֶרֶץ כַּשְׂדִּים, tot punctis & tot literis additis: & in dictione שָׁמַע, le ges psal. 26. vbi legitur לִשְׁמֹעַ, Rabi Abrahã, & Rabi Dauid dee esse duas literas aiunt, ה, &, י, pro לַהֲשְׁמִיעַ, additis duabus literis, & punctis, & mutata coniugatione, & significatione coniu gationis: & in dictione חַיָּה, in onomastico Hebræo Complutensi leges lib. 1. Reg. cap. 25. Sit fratribus meis, & tibi pax, D. Hieron. legit לְאַחַי .i. fratribus meis, Hebraicè legitur nunc לְחַי .i. Deo viuenti. Mille sunt hæc, neq; finem inueniet oratio, si singula persequi coner.

Cap. XXIIII. Quòd quanuis duplex sit lectio Hebraicè, & quãuis scriptura mutetur vitio librariorum, cauit Spiritus sanctus vt semper verus sit sensus, & quod fortè propheta duplicem dat a opera reliquit lectionem.

SEd scio hæc subeat cogitatio legentem, si tot locis scripturæ duplex est lectio, quæ verior erit? nihil certi erit in ecclesia? Ego certiorem lectionem dicerem quæ cum literis euange-

Universidad de Deusto
Biblioteca

licis,apostolicisque concordat,vtranque tamen veram esse existimo,vbi alteram D. Hieron. A
secutus videtur,alteram Lxx viri,quod Spiritus sanctus cauerit, vt quoties lectionis Hebræę
varietas esset,vtrunque verum esset:nunquam quidquam mutaretur in scriptura, ita vt non
vtrũque haberet sensum sacrũ. Quin mihi persuadeo quod sæpè deprehendo,vbi duplex est
lectio,vtranq; lectionẽ admirãda præ se ferre mysteria,ex vbertate Spiritus sancti hoc factũ es
se,vt multis locis de industria duplex sit lectio,vt duplex sit sensus,& duplex reseretur mys-
terium,quod hoc opere sæpè adnotatũ est. Et existimo hoc dicturũ fuisse Augustinũ si Hebrai-
cè scisset,& intellexisset multis in locis duplicem fuisse lectionem. Quid enim aliud est quod
lib.18.de ciuitate Dei cap.44. scribit de loco Ionæ Prophetæ, quo apud Lxx viros legitur
post triduũ Niniue subuertetur, Hebraicè vero,post 40.dies Niniue subuertetur? cum ait duo
mysteria esse significata,alterum per Lxx interpretes significasse Spiritum sanctum: alterum
Hebraicè per prophetam Ionam. Nam dura res est si credas Lxx viros aliud dixisse,quã quod
repererant apud Prophetam. Tũc enim valeret argumentum Hieron.qui citaret Ionam pro-
phetam iuxta tralationem Lxx,& diceret,Ionam illud dixisse,mentiturum fuisse cùm diceret B
Ionam illud dixisse,quod nunquam dixerat Ionas. Et hoc AVGVS. sæpè repetit eodem lib.
cap. 43.& alijs locis multis,& cum videat duplici lectione duplex sæpè reserari mysterium,
vtrunque amplectitur,vtrunque ab Spiritu sancto reuelatum agnoscit,alterum per Lxx viros
alterum per prophetam:& quod pace D.Augustini dictum sit, vtrunque reuelatũ est per pro
phetã,tã id quod dixere Lxx quam quod lectio Hebræa agnoscit, quòd duplex fuerit lectio
Hebræa dedita opera relicta à propheta:& ita verisimè arbitror dictũ à D. August. & repeti
tũ cẽties,duplex esse mysterium. Sic enim quæst. super Genes. lib.1. c.169. vbi in numero,my
sterium pœnitentiæ significari putat,& nõn frustra 40.dies ieiuniorum esse cõstitutos,neque
frustra tres dies Niniuitis datos ad pœnitentiam,quibus sua peccata deflerent. Additque Lxx
interpretes non errasse cùm dixere,Post triduum Niniue subuertetur,cũ afflatu Spiritus san-
cti triduum verterint,quoniam post triduum resurrexit,& post 40.dies ascendit in cælum.& c
vterque numerus sit declaratus,alter Hebraicè, alter à Lxx viris:nempè quod duplex esset le-
ctio,& vbertate Spiritus sancti id factum sit,& numerus litteris significatur apud Hebræos &
Vnde nata est numerorum varietas, quæ in Hebraicis, Græcisque litteris est editum. Græcos & mutatione vnius litterę in alteram,aut tres efficies aut 40.vt si confessa res sit apud C
Græcos,& Hebræos numeros significari literis alphabeti,cum literæ mutentur alię pro alijs,
mirandum non sit cur non solum apud Ionam sit illa numerorum varietas, vt Lxx legant tri-
duum,Hebręa lectio præferat,vt vertit D.Hieron.quadraginta dies,sed etiã in alijs locis scri-
pturæ innumerabilibus sit hęc varietas,tam apud Lxx viros quam apud euangelistam Lucam
in actis,& apud Iosephum,quippe cum literę Hebræę, quibus significatur numerus apud He-
bræos, inuicem permutentur,vt ostensum est,& indè numerorum hæc est facta varietas, qua
de re alibi dicendũ est latius. Et his similia innumera reperies in scriptura, quæ multo planius,
multo apertius quam hic locus,admiranda reserãt mysteria, siue hanc lectionẽ spectes, siue il
lam,idq; vnius litterulæ varietate. Et apud D. Augst. reperias huius notæ loca mille,quæ quan
Duplex lectio data opera à propheta relicta, & declaratur locus Augustini, uis August. dicat quod alterũ Spiritus sanctus dixerit per prophetã, alterum per Lxx viros, v-
trunq; intelliges per Prophetam dictũ esse, sed duplicem fuisse lectionem relictam,data ope
ra à propheta, varietate vnius litterulę quam dubiã data opera reliquit vbertate spiritus san-
cti,vt vtrunq; mysteriũ significaret: vt summi oratores, qui se fingunt lapsos vna litera, vt ali
quid malitiosè significẽt, vt Cicero cum dicit, semper hic erro,& similia: quod Oratores fa- D
ciunt malitiosè,Spiritus sanct⁹ facit consilio diuino,vt duplici lectione duo sensa sacra signifi-
cet: & sic D.August. effugiet argumentum illud insolubile D. Hiero. de quo suprà dictum est,
mentituros fuisse qui illa loca citarent prophetę, vbi aliud dixissent Lxx viri quam prophetę,
nempè quod testarẽtur illud dixisse prophetas,quod non dixere,imo vtrunque dixere,ꝙ du-
plex est lectio, & data opera sit duplex lectio à propheta relicta,vt dictum est.

Certè illud verisimum est,cauisse semper Spiritum sanctum, vt quoties mutaretur scriptu
ra, semper verus esset sensus vtriusque lectionis:quemadmodũ in captiuitate Babylonica cor-
ruptis scripturis cum 70 post anno ex captiuitate redirent Iudæi, Esdræ leuitæ reuocatæ di-
uinitus in memoriam sunt omnes scripturę vt populo restituerentur, vt scribit Irenęus lib.3.
cap.25.& CLEMENS Alexand. Stromaton lib.1.& D. BASIL. in epistola ad Chilonem in asce-
ticis: & de historia Esdræ postea dicendum est latius.

Hęc ego tam multis verbis sum exsecutus quod videbam Iudæos ad id toto pectore incũ-
bere vt

A bere vt memoriam Lxx virorum ex hominum pectoribus euellerent, & eorum authoritatẽ
quam maximè possent,imminuerent. Consilium igitur fuit veterem editionem Lxx virorũ Scopus hu ius operis.
à Iudæorũ calumnia vindicare,frænare Iudæos,qui Græcis,& Orientis Ecclesijs quę Greca e-
ditione Lxx vtuntur hoc exprobrãt,quod scriptura vtãtur quę ab Hebręa veritate discrepet,
cùm nõ discrepet, sed mirabiliter cum ea consentiat: & Latinæ ecclesię obijciunt quod mul
ta quoque legat iuxta tralationem Lxx seniorum. Neq; hoc sat habent,nisi audeant etiã (sunt
enim impudentissimi,& audacissimi) apostolis & euangelistis idem quoq; opponere,quod te
stimonia citent iuxta tralationem Lxx virorum, quę cum veritate Hebræa non consentit. Vt
petulantiam igitur Iudæorum coercerem,& impudentiam,& eos ostenderem mẽdacissimos
tam prolixe hęc sum exsequutus, vt cùm in explanãdo hoc propheta ostenderim tralationẽ
Lxx virorũ mirabiliter cum Hebręa lectione,& cũ euangelio consentire,si pũctum vnum mu
tes, aut si literam vnam leuiter in flectas,aut aliquid simile facias, ne sit necesse eadem quæ di
ximus repetere,cùm iam patefecerim fraudes,& dolos Iudæorum,aperuerim illorũ insidias,
B & astus tectos,& eorũ argumenta,Iudæorum suorum testimonijs refutauerim.

Cap. XXV. refellit testimonia Judæorum ex Josepho & Aristæa.

SEd iam scio,dicet aliquis, me triumphũ canere ante victoriam,restat enim illud quod fir-
missimum est Iudęorum scholę argumentum,Iosephum Iudæum, & Aristeam qui Lxx
virorum historiam conscripsere,libros legis versos esse à Lxx viris prodidisse,nullam de pro
phetarum libris, reliquisque fecisse mentionem,nihil de Lxx cellis,nihil de miraculo illo ma
gno edidisse,non tacituros de re tanta,si vera essent quæ veteres patres omnes,omnes eccle-
catholicæ proceres, quos suprà citauimus memoriæ mandassent. Adde tu his quę schola Iu-
dæorum nobis obijcit: Philonem quoque quinque libros Mosis versos à Lxx senioribus scri
psisse,Philonem, & Iosephum ea literatura,& doctrina fuisse,vt non solum sibi tantum fece-
rint nomen vt clarissimis antiquitatis viris adnumerentur, sed etiam à D. Hieron. D. Chry-
sostomo,alijsque veteribus patribus multa laude in cælum ferantur. Hæc reliqua nobis pars
C est,hic restat actus,in hoc laborandum est: videtur enim Iudæorum natio multiceps illud mõ
strum,quod Hydram veteres nominabant, cui si vnum caput amputes illius loco septem re-
nascantur: mitto dicere de Philone Iudæo,qui nostræ causæ cum primis fauet, de quo postea
dicendum. Nunc de Iosepho Iudæo dicam,& Aristæa.

Quod Aristoteles in omni disputatione prius ambigua diducere præcipit, ne amphibolo-
gia nos decipi cõtingat: illud prius videndum est,quid in sacris literis lex significet,& quo ac
cipi intellectu soleat,quod hi scriptores à Lxx viris legem Grecè redditam prodidere,legem
autem significare omnem doctrinam reuelatam docet D. Hierõ. docent omnes veteres patres
sed eos missos facio omnes,quod mihi disputatio suscepta est aduersus Iudæos, & Iudaizan-
tes,cum quibus iam dudum est sermo,nemo neget,cũ Dñs agebat apud Iudęos,eosq; docebat
verbis vsitatis apud ipsos Iudæos esse vsum,& ea significatione quæ apud ipsos Iudæos esset
receptissima. Ioannes igitur 10. ait Dominus: Nõne scriptum est in lege vestra, quia ego dixi
dij estis? at qui scriptum est psalm.81.& apud eundem Ioannem cap.15.vt adimpleretur sermo
qui in lege scriptus est. Quia odio me habuerunt gratis: quæ verba sunt psal.119.vt appareat Iu
D dæos omnem scripturam, nõ solum libros Mosis,legem appellasse.& D. Paulus non alijs ver
bis est vsus quam his quæ vulgo apud Hebræos erant receptissima,& tamen prima ad Corin
thios cap.14. ait: quoniam in alijs linguis,& in alijs labijs loquar populo huic, quod Esaiæ cap.
28. scriptum est, vbi Esaiæ vaticinia legẽ appellat. Quin, & ipse Esaias nequid Iudæi hisce re au
deant,sua vaticinia nominat legem cap.1. Audite legem Domini populus Gomorrhæ, & no-
men ipsum Hebræum, תורה, quo legem appellant,doctrinam significat, quod nos doctri-
nam reuelatam nominamus, quo nomine contineri omnes libros sacros quis non videat? vt
mirandum non sit תורה .i. Doctrinam reuelatam siue legem Dei, significare ipsos libros
Mosis,& omnes libros sacros, qui legis diuinæ nomine continentur. Nec his repugnat Iose-
phus,qui lib.1. Iudaicę Antiquitatis cap.1. scriptum reliquit,interpretes missos ab Eleazaro iu
sſu Ptolemæi Regis vertisse Grecè ἀντὶ μόνα τὰ τῶν νόμων .i. ea tantum quæ ad legem spectarent .i.
ad doctrinam reuelatam,vt interpretati sumus, scribebat enim Iosephus rerũ gestarum histo
riam,quæ non continebatur libris propheticis, alijsque quibus doctrina reuelata continere-

tur,nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, nisi si quid obiter ex historia in sacris libris prophetarum præstringitur, nam vt ostendemus cum paulo post de fide historiæ Iosephi disputabimus ex collatione scripturę sacrę pene omnia quæ spectant ad legem latam à Deo, Iosephus præterit dicendo, tantũ persequitur ea quæ ad historiam pertinent, quorum multa erant monimenta ea tempestate, quæ citantur etiã in libris sacris, pręter ipsos libros sacros, quos Gręcè reddidere Lxx, & fortasse etiã alij historici erant indigni qui citarétur in sacris literis, vndè Iosephus testatur se texere historiam antiquitatis Iudaicæ, quæ non continetur in tralatione Lxx illorum interpretum, quæ tantũ complexa est libros sacros, & sacros historicos, nó omnes historicos, quod vel manibus prehendes centies, si attentè historiam leges Iosephi, cum multas de Mose narrat fabulas, & multa deliria, quæ fortasse excerpsit ex his historijs quas negat esse redditas Græcè à Lxx senioribus, quod nec continerentur sacris libris, & essent fabulosæ, aliaque deprehendes in historia Iosephi quæ cum sacris literis frontibus aduersis pugnent, quæ aut finxit ipse, aut ab his historijs est mutuatus, quæ non erant sacræ.

Cap. XXVI. Probat libros sacros omnes esse versos à Lxx viris Græcè ex Iosepho & Aristea, quos pro se citant Iudæi.

NEc satis est ostendisse Iosephi historiam non aduersari nostris: iam Iosephi, & Aristeæ testimonijs euidentissimis euincamus libros sacros oẽs à Lxx viris esse tralatos, quod supra necessarijs argumentis est conclusum, IOSEP. li. 12. Iudaicæ Antiq. c. 2. scribit Demetriũ Phalereũ qui regiæ bibliothecæ præpositus erat Alexandriæ, habuisse in animo ex toto terrarũ orbe conquirere libros & in regia bibliotheca reponere: quibus Iosephi verbis apparet Demetriũ Phalereũ cuius inductu rex Ptolemęus vertẽdas scripturas sacras curauit, nó leges aliquas quæsijsse, nó Mosis gloria esse permotũ, vt quinque libros Mosis, cui Pentatheuco nomẽ est sua cura dignos putarit, nobiles vndiq; libros coemere voluisse, & in regia bibliotheca cui erat præpositus reponere. Hinc facilè colliges Demetriũ oẽs libros sacros petijsse, cùm liqueat qua mente petat hos libros, vndè quos petat facilis est cõiectura. Eadẽ verba reperies apud Aristeã vt à primo Iosephus, & Aristeas nobiscũ faciãt, non cũ Iudæis. Pergit Iosephus, & narrat regi Ptolemęo interroganti de libris bibliothecę respondisse Demetrium inaudisse se apud Iudæos esse multa legitimorum volumina, cura, & bibliotheca regia digna: Audin quid dicat Iosephus, multa volumina legitimorum, quod de quinque libellis Mosis non possis interpretari? quis eñ dixerit Aristo. scripsisse multa volumina artis Dialecticę, aut Platonẽ multa de republica scripsisse volumina, atqui vtrunque opus Pentateucho Mosis grãdius est & plures libros habet, necesse est vt intelligamus omnes sacros libros significatos hic esse, præsertim cum subiungat Iosephus: opus vero esse magnis impensis, & sumpto magno, si hęc rex velit in sua bibliotheca habere. Hæc ne verba ad quinque libros Mosis referri queant? magna ne impensa opus erat Ptolemæo Regi potentisimo, si Pentateuchum Mosis Græcè, & Hebaicè describendum curasset? homini priuato locupleti, vix hæc esse magna impensa, ne dum Regi potentisimo, & magnificentisimo, qui ex toto terrarum orbe libros conquirẽdos, & describendos mandarat. Ad omnes libros sacros hæc verba pertinent. quorum multa volumina nõ extãt, vt docet Origenes, & Iustinus, ab impijs Iudęis sublata de medio. Ad hos transferendos magna erat opus impensa, quod res ipsa docet. Nam rex Ptolemæus centum millia Iudæorum qui seruitutem apud Aegyptum seruiebant manu misit, & magnificentisima dona, prorsus regia, templo Domini, & Eleazaro pontifici Maximo donauit: & multa alia Lxx senioribus dono dedit, vt leges apud Iosephum. Hæc ne pro pentateucho facta putas, & non pro omnibus sacris libris? Expende etiã verba illa Iosephi, ὡς ταῦτα τὰ βιβλιοθήκης ἔχειν τὰ πρὸ ἐκείνου .i. ad hæc in bibliotheca habenda quæ apud illos, si Gręcè scis, hęc forma dicendi omnia volumina quę apud Iudæos sunt significat, non Pentateuchum Mosis. Scribit Iosephus lætatum Regem fuisse quod Demetrius ambitiose, sui honoris causa, de numero librorum certaret? lætatur ne rex vno libello Mosis suam auctam bibliothecã? ridiculũ. Quid? illud nó satis est vt Iudęorum refellatur schola quod sequitur apud Iosephum? non parum laboris, & negocij exhibituros hos libros, si in Græcam linguam sunt vertendi: Hic quæso te, paulis per consiste si à Rege potentisimo esset ineunda gratia Pentateuchum Mosis si Grecè vertendũ esset multum ne exhiberet laboris translatori? tu ipse vide an hoc vllo modo de Pentateucho Mosis intelligi pos-

telligi posit, omnes libros sacros, quorum multi nunc desiderantur, Græcè vertere magni laboris erat. Cùm postea fit edictum de vertẽdis sacris libris, aduerte Iosephi verba, quibus ait decretum esse factum de libris Iudaicis Græcè vertendis: vbi nulla Mosis mentio, Iudaici tantum libri describi, & transferri iubentur. Et Demetrius à Rege Ptolemæo apud Iosephũ hoc petit his verbis: de his quæ desunt ad complementum bibliothecæ libris, reddo enim ad verbum data opera lectionem Græcam, vt appareat Demetrium petijsse non Mosis libros, sed Iudaicos omnes sacros, qui ad complementum bibliothecæ pertinebant & eodẽ spectat quod apud eundem Iosephum Demetrius regi denunciat, cum ait: Significo tibi ô Rex deesse legum lationis Iudæorum libros, cum alijs. quod Aristeas dixit, legis Iudæorũ libros deesse significo tibi cum paucis quibusdam alijs: vbi necesse est intelligas, non legem Mosis, sed libros omnes sacros esse significatos, quorum ad comparationem alij Hagiographi pauci sunt. Nam aliter qui posses dicere ad comparationem librorum Mosis appellatos paucos omnes libros sacros? ergo si singula ex Aristea, & Iosepho verba expendas, vel his authoribus, quos schola Iudæorum pro se citat, refelleretur, & reuinceretur Iudæorum schola.

Cap. XXVII. Refutat testimonium Iudæorum ex Philone.

PHILON Iudæus in vita Mosis quinque libros Mosis tralatos à Lxx viris ait. Nihil hoc iuuat Iudæos, non enim negat reliqua volumina sacra esse Græcè reddita iussu Ptolemæi regis. Neque id miratur magnopere si scripta sacra rex Ptolemęus potentisimus Græcè vertẽda curarit. Sed cum Mosen eo loco laudaret, illud merito prædicandum & gloriandũ esse duxit, quod cum reges suis leges, & iura dare soleant, neque finitimorum reguin leges magnopere mirentur, præcipuè Aegyptij reges qui se omnium hominum putabant esse sapiẽtisimos & à se ad Græcos & ad cæteras nationes fluxisse sapientiam, idque cum alijs locis, tũ in Phædro dicat Plato: Ptolemæus Philadelphus Aegypti rex potentiss. leges latas à Mose tanti fecerit vt Lxx duos viros è Iudæa accersierit, & eas Græcè à tot viris, vt exacte redderentur, vertẽdas curarit, & tantoperè eas sit admiratus vt tot dona dederit, tot accersiuerit interpretes, tantam eis vertendis impenderit curam, eaque res diuinitus tanto miraculo sit insignita? hoc nomine commendat leges latas à Mose hoc loco Philon, non negat tamen reliquos libros sacros tralatos esse, neque id admiratur tantoperè: sed Aegyptium regem, Iudæorum leges tantoperè esse admiratum, quod alij reges non faciunt, id iure miratur, quin alia loca citat iuxta translationem Lxx virorum ex prophetis & alijs scripturę locis, quod facilè deprehendat qui Gręca Græcis comparet.

Quòd libri quique Mosis ante Lxx viros Græcè fuerint versi.

Mitto dicere illud, quo solo refelli poterat Iudæorum schola quod CLEMENS Alexãdrinus Stromaton lib. 1. prodidit, ante regem Ptolemæum, atque adeò ante Alexandrum, quinque libros Mosis Græcè fuisse tralatos. Vndè existimat Platonem multa fuisse mutuatum, & indè factum esse vt Platonẽ Numenius Pythagoricus Mosen Attica linguam loquẽtem appellarit, & CLEMEN. Alexandrinum citat EVSEBIVS de præparatione euãgelica lib. 8. & illo authore hoc idem scribit, aitque Clementem Alexandrinum huius rei citare authorem Aristobulum Iudęum, & Numenium Philosophum Pythagoricũ. Interpretatur enim Eusebius Clementem Alexandrinum, & quinque libros Mosis Græcè redditos ante Alexandrum scribit, authoresq; citat Clementem Alexandrinum, & Aristobulum, & Numenium philosophum: & verisimum hoc esse intelliges ex Aristea, & IOSEPHO qui lib. 12. Antiquitatis Iudaicæ cap. 2. in fine, Theopompũ scribit cómota mente fuisse per aliquot dies, quòd quædã ex libris sacris mutuari sit conatus, aut literis prodere quædam, quæ sunt in literis sacris. Et addit Theodectem quendam Tragicum poẽtã cũ in Tragœdiam suam è libris sacris, nescio quid, mutaretur penè oculos amisisse, amisissetque prorsus, nisi resipuisset, & Dei numen placasset. Quod profecto fieri non posset nisi libri Mosis Græcè essent redditi. Vndè colliges, si Ptolemæus quinque Mosis libros petisset, non habuisse necesse illos interpretes accersere, quod Græcè versi erant, sed omnes libros sacros, voluisse vertere, & diligentisime vertere.

Cap. XXVIII. Quod Iudei multa vaticinia de Christo Hebraicè viciarint præsertim quoties leui litterarum flexu hoc fieri potuit.

Sed in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEd inuicta gens Iudæorum est, victi nanq; nequeunt absistere pugna, aduersum Deum,& A aduersum Christum eius redintegrant bellum.imperitos aiũt hos Lxx viros fuisse,in ambiguis fuisse lapsos sæpè,in multis errore literarum hallucinatos, quod quædam literæ apud Hebræos sunt similimæ,alias pro alijs accepisse,quę omnia significasse videtur IVSTIN.Philosophus martyr in dialogo cõtra Tryphonem Iudæum, eum ait,Dicere audent Iudęi, interpretationem, quam fecere Lxx seniores, non esse in quibusdam veram,quæ enim planè, & apertè in scripturis Iudæorum stultam sententiam redarguũt,hęc audent dicere nõ sic esse scripta Hebraicè. Iuuat enim hæc ad verbũ reddere,quo sint emphaticotera, & quo magis apud omnes habeant fidem.Et post hæc Iustinus addit,Iudæos mille vti strophis, vt inuertant omnia quæ de Christo dicuntur, Ettamen sunt(quod non sine lacrymis dicẽdum erat)qui fidem habeant Iudaizantibus, qui has fraudes Iudæorum & hos dolos, sensum literalem scripturæ esse dicant, interpretationem veterum patrum, literalem sensum negent,dicant esse spiritalẽ. Addit ergo Iustinus Iudæus mille vti strophis,& fraudibus, vt inuertant omnia,quæ de Christo dicuntur.Et subiungit,multas etiam scripturas prorsus deletas à Iudęis ex interpretatione B facta iussu Ptolemęi regis à Lxx senioribus,quibus apertè, & dilucide Christus Deus, & homo diceretur, & crucifixus, & mortuus,& resurgens, quibus verbis Iustinus testatur id quod docet D.Hieron.mutilam,& laceram tralationem Lxx virorum esse. Testatur enim Iudęos è libris sacris multa sustulisse de medio,quibus mysteria Christi panderentur, quodque eam non recipiant Iudæi,cum quibus est suscepta contentio,eis se vti negat,neque è tralatione solum Lxx virorum multa sustulisse ait,sed etiam ex lectione Hebręa multa expunxisse in quibus deprehensa ipsorum fraus est. Vndè mirandum non est quod ex Hieremia sublatum sit illud testimonium de 30.nummis,quod citat euangelista, nec in eo quod ab Spiritu sancto dictatũ est fide dignum est,Hieremiam positum pro Zacharia,cum præsertim illud quoque ex eodem Hieremia cœptum sit deleri, Mittamus lignum in panem eius, & deprehensa fraude, repositum sit postea, qua de re Deo bene iuuante dicendum est aliquando latius.Nam deleri cœptum esse hoc quoque leges apud sanctos patres, & apud hunc eundem Iustinum hoc loco quem citamus,repositum vero recognoscimus, quod vt refert D. Iustinus deprehensus est in quibusdam Hebræis exemplaribus vetustis scriptus, & scelus Iudæorum est patefactũ. C Si ergo deleuerant hoc totum testimonium Iudæi ex Hieremia, authore Iustino, quod nunc repositum videmus,quod deprehensa illorum fraus fuit, quis non videat deletum esse illud quoque de triginta argenteis,quod in Hieremia,Euangelista fuisse testatur? & cautius id fecisse Iudæos,& à nostris in quos consurrexerant natio Iudæorum,& populus gentium iuxta illud: Quare fremuerunt gentes,&c.neque in vna sede conquiescebant, sed varijs agitabantur malis,non fuisse deprehensos.quod & suboluit ORIGENI in cap. 10. epistolæ ad Romanos, quodque factum docet alibi multis locis Orig.

Nam quod.AVGVS.in lib.de ciuitate Dei hoc non potuisse fieri putat, ingenij Augustini acumen miror.Cur enim D.August. parum credibile putet,quod vitiarunt Iudæi,potuisse toto orbe terrarum serpere,& in omneis codices Hebræos se se fundere? Quasi vero omnes codices Latini,& multa in Græcis libris non sic sint vitiata vt ex vno librarij errore se se vitium in omneis codices fuderit,quod alij ex alijs describantur.Negabit ne aliquis vitiata esse multa loca tam in codicibus Latinis, quam in Gręcis?nemo sane id neget multa in scriptis veterũ legi vitiosè, cum Plinius quoque suis temporibus queratur quædam in veterũ libris esse corrupta,& nostris temporibus in repurgandis veterum scriptis à mendis quæ culpa librariorũ inoleuerant,doctissimorum hominum multum exsudarint ingenia. Quæro hæc vitia quonã modo irrepserint in veterum scripta? an non quod imperitus librarius immiserit vitium, se se transfuderit in omnia exẽplaria, quod alia ex alijs describãtur? & dubiæ lectiones Hebręę quæ nunc sunt,non quæ olim,non ita in Hebræos codices irrepsere? nisi si qua sunt à prophetis data opera sic relicta,vt dupliciter legi possent, quo duplex mysteriũ significaretur quod suprà dictũ est. Quid refert vtrũ præ imperitia immittas erroré in scribendo, quod serpat in omnia exẽplaria quãdo aliter veterũ scripta nõ potuisse vitiari liquet, an prudẽs vitiose scribas,& consilio,vt quæ indè describantur,vitiosè describãtur? quin hoc pacto multo facilius codices vitiabuntur,si nõ vnus aliquis data opera vitiosè scribat, sed de cõpacto omnes Rabini id faciant. Se enim missis legatis per totum orbẽ mutuo adhortabãtur aduersum Dñm, & aduersum Christum eius. Quanto facilius sic vitiari possunt codices?quod vel ex illa historia

Solonis

A Solonis facile ostenditur,qui cum Athenienses,quorum ipse legum lator erat, de insula Salamine cum Megarensibus contenderent,tãtisper dum lis apud Amphictyonas disputabatur, finxit versiculum,quo dicebat,Salaminios in bello aduersum Troianos naues suas cum Athenensibus iunxisse,vt appareret Salaminios ad Athenienses pertinere, & 2.Rhapsodia Iliados in catalago nauium adiecit versiculum illum Homeri versibus,tecte, ita vt omnes falleret,& curauit multos libros Homeri indè describendos,qui præferrent versiculum illum,quem ipse Homeri versibus adiecerat.Intra 20. annos quibus litigatum est apud Amphictyonas iam versiculus ille pene in omnibus erat exemplaribus,ita vt illo versiculo victa causa fuerit Megarensium.Huius rei meminit Vlpianus in Demosthenem de male obita legatione his verbis: Nota de Solone quod litigantibus Athenensibus, & Megarensibus de Salamine, Soló ex Homeri versibus probationem texuit,inserens versibus Homericis versiculum à se fictum, cum enim diceret Homerus in catalogo nauium, Αιας δὲ ἐκ Σαλαμῖνος ἄγε δυοκαίδεκα νῆας, adiecit ipse de suo versiculum,στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες, & ficto illo versiculo vicit Megarenses in B causa: cuius rei etiam mentionem fecit Quintilianus lib.5.cap.de exemplis his verbis.Nec est ignobile exemplum Megarẽos ab Athenensibus cum de Salamine contenderent victos Homeri versu,qui tamen ipse non in omni ęditione reperiretur,sic enim legendum apud Quintilianum,vitiosè enim legitur, non reperitur, legendũ, non repereretur. Eo enim tempore nõ reperiebatur in omnibus exemplaribus, quia cum victa Megarensium causa est,vix abierant viginti anni ex quo Solon versibus Homeri inseruerat à se fictum illum versiculum, & tamẽ omnia ferè exemplaria versiculum illum præferebant.Quid mirere ergo si intra centum annos,aut ducentos, quingentos ve aut mille quingentos, quæ vitiata à Iudæis sunt, in omnia se Iudæorum exemplaria fuderint?cum præsertim non vnus aliquis Rabinus hæc fecerit tãtum vt olim Solon,sed omnes qui toto terrarum orbe erant Rabini de compacto rem gesserint,& ipsi Rabini qui hæc vitiant,soli Hebræa habeant exemplaria,& scribant, nec penes alios sint, & Rabini Hierosolymitani, vt prodit IVSTIN. miserint legatos in omnes oras ad Iudęos qui toto orbe terrarum erant,vt aduersarentur Christo & Christianis, & res nota sit, Iudæos omnes coniurationem inijsse aduersum Dominum.

Solonis historia.

C Nec his aduersatur D.Hieron.vt quidam ineptissimè putant, ait enim D. Hieron.sublatu rũ se cachinos,si quis diceret Iudæos vitiasse scripturam in vtilitatem Christianorum, & merito adeo rideret D.Hieron.si quis hæc diceret,quid enim nomini Christiano infestius dici, aut fingi potest quam Iudæus? is ne quæreret Christiani populi vtilitatẽ? nihil minus faceret. Nos non dicimus vitiasse Iudęos scripturam ad nostra commoda,sed vt nostra commoda ex pungerent,& quæ de Christo à Prophetis reddita erant oracula. Hoc nunquam risit D.Hier. nec in his sustulit vnquam cachinos.

Iudæos vitiasse libros Hebraicos.

Nam Iudęos vitiasse scripturam, testimonio D.Hieron.& apostolorum, & euangelistarũ his commentarijs liquebit,mitto illud:Foderũt manus meas,& pedes meos:quod manifestissimum Christi cruci suffixi vaticinium iam indè vsque ab apostolis catholica decantat ecclesia,vbi pro,Caaru,foderunt,mutata postrema literula ו in ן vitiarunt,vt esset caari, sicut leo cũ trecentis annis ante crucem Christi Lxxii testes ad nos transmisissent, licet crepent medij Iudæi,& Iudaizantes,Caaru foderunt:& illos clauos quibus cruci affixi sacri pedes Domini, & sacræ manus ob oculos posuerunt.Mitto illud Esaię: In alijs linguis,& alijs labris loquar po- D pulo huic: vbi certum est D.Paulum,& D.Hieron. laaze legisse,& Iudæos, vna mutata litera vitiasse dictionem,& pro laaze legisse laage, qua de re in illum locum pluribus disputatũ est, quæ suprà diximus ex Iustino. Et alias Iudæorum fraudes innumerabiles agnoscet quicunq; primoribus labris litteras Hebræas attigerit, si expenderit quæ nos in similia loca multa hoc opere disputamus

Hæreticos imitatos Iudæos, vitiasse etiã libros sacros & secutos fraudes Iudæorũ, & illos habuisse magistros, quod clamantẽ cælia.

Et hunc modum inuertendi scripturam,à Iudæis didicere Heretici,vt conqueritur Clemẽs Alexan.Stromaton.lib.3.cùm inquit:Hi sunt quile ctionem scripturarum inuertunt immutatione accentuum,interpuctione varia,& varia distinctione, & quæ dicta sunt vtiliter, & sancte ad proprias voluntates trahunt violenter, iuxta illud Malachiæ,Iritantes Deum sermonibus vestris:& in flexu vnius literulæ,aut interpositione turbari sensum sacrũ totũ,docet Basilius in homelia ad locupletes,his verbis.Vna litera interiecta sat est vt totam mutet sententiã, Hęreticos nanque omneis Iudaizanteis fuisse, & ex Iudæorum schola, & officina prodijsse discęs ex epistola Alexandri Alexandrini episcopi,quæ tomo 1.concil est, in præcedentibus

Nicenum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nicenum concilium vbi Ariani Iudaico schemate aduersum Christum rebellasse dicuntur. A
Et Calcedon. concilio act.1.acclamatum est hæretico Iudæum foras mitte & tomo 2.Concil. in additionibus ad Liberati breuiarium. THEOD.contra Sabellium, Iudæi Iudaico sensu inquit,&c.& infra,Sabellio Iudaizanti pergens contrariam viam,&rursus,Sabellius Iudęus est factus,& 6.Synodo Constantinopol.act.18.in exẽplari iussionis Constãtini de Hęretico quodam,Aemulator factus,inquit,Iudaicæ discessionis,& 2.Synodo Nicena act.6. Greg. Nestorium Iudaizantem appellat alijsque multis locis hæretici in sacris concilijs Iudaizantes nominantur neq; alia via procliuiore in hęresim itur, quam siquis Iudaizantes admiretur,aut in Iudæorum versetur libris.

Iudæos corrupisse in quibusdam scripturã. Cõtra eos qui sensum Iudæorum sensum literalem dicunt.

Ergo Iustinus Philosophus martyr merito Iudæos multa vitiasse scribit,quę ipse temporibus Christi proximus nosse optimè poterat, & merito ORIG.in caput 23. Matthæi tractatu 26.longa disputatione hoc probat,& postremo ait Iudęos ad destructionem veritatis scripturarum quędam finxisse,confirmantes sua dogmata falsa,& in cap.10.Hieremię homelia 12. in fine:difficile est, inquit,aliquem se malum confiteri: ideo exemplaria Iudæi nonnulla falsa B
runt.ATHAN.de illo quod dictum est in euangelio.Quicunque dixerit verbum,Non enim inquit,Iudæis curę est si corrumpant scripturarum dogmata,tantum vt negent Christi aduentum,&tamen viri docti audiunt Iudaizantes qui scripturæ sensum Iudæorũ, sensum affirmãt esse literalem:sanctorum sensum literalẽ esse negent.

Cap.XXIX.Doctissimos & sapientissimos fuisse Lxx viros contra Iudæos & Iudaizantes.

SEd redeo ad Iudæorum calumniam, de qua dicere cæperam, insimulant Lxx seniores imperitiæ,quod vt dixit Iustinus, eorum testimonijs manifestissimis configuntur & impietatis damnantur. Nam vt dicendum est cap. 63. hæreticis & Iudæis mos est, nos catholicos omnes imperitos & idiotas appellare, quo nomine Iudaissantes Lxx seniores etiam nostris temporibus appellant. Nunc Iudæos Iudæorum authoritate refellamus. PHILO. in vita Mosis optimos delectos esse ait, & probatissimos, & maximę existimationis, addit- C
que præterea fuisse prophetas,vt postea dicendum est, cùm de cellis agemus. IOSEPH. Iudæus de Antiquitate libr. 12. cap. 2. petijsse ait Ptolemæum ab Eleazaro, postquam manumiserat multa milia Iudæorũ, qui in Aegypto seruiebant seruitutem, & postquam per legatos magna dona miserat templo Dñi,& ipsi Eleazaro,senes doctos legis Iudæorũ. & postea subiũgit Eleazarũ rescripsisse Ptolemęo se senes delegisse, quos petebat ex singulis tribubus senos, & postremo ab omnib⁹ rabinis,& ab omni Iudæorũ populo,qui inter Aegyptios degeret Alexandrię probatã fuisse eorũ interpretationẽ, adeò vt diris execrationibus vniuersus populus deuouerit,vt moris erat Iudæis,si quis è tralatione Lxx quidquã adderet, aut demeret,quando lecta,& examinata ab omni Iudæorum senatu,& ab vniuerso populo, & exactissimè reddita appareret.& Aristeas etiam refert Ptolemæum scripsisse ad Eleazarum vt deligeret viros vitæ integerrimę,senes,legis peritos,qui possent interpretari scripturam:& Eleazarum rescripsisse, delectos à se uiros probos,seniores.& infrà, Elegit ergo Eleazarus optimos,& eruditione præstantes viros,qui non solum Hebraicè,sed etiam Græcè scirent. & postremo, cùm idẽ Aristeas plurimis verbis doctrinam Lxx virorum describisset,& singularem quandam eru- D
ditionẽ, dicta,facta, & responsa,si quid rex Ptolemęus ab eis esset scisciatus; subiecit eadem quæ Iosephus.(Nam Iosephus quoq; in Lxx seniorum laudem excurrerat)probatã fuisse tralationem Lxx virorum ab vniuerso Iudæorum senatu,& ab vniuerso populo,& execratos esse Iudæos si quis quicquam è tralatione Lxx virorum demutasset,quod fidelissimè Græcè esset reddita,& exactissimè. Vides illius tempestatis Iudæos omnes collaudasse Lxx viros? Vides in illos congessisse quicquid potuere laudis? solos eos Lxx virorum esse vituperatores quos Lxx viri impietatis damnant,& ęcitatis? certe si plures Iudęi illorum temporum ad nos sua scripta transmisissent, plures illos vexissent in cælum laudibus. Ergo qui eos nostra tempestate vituperant,nullo veterum testimonio, nulla ratione nituntur, sed solo Lxx virorum odio, quo schola quoque Iudæorum ardet, vt arserat olim.

Cap. XXX. Lxx viros primos viam aperuisse ad dispungendam scripturam.

Nec solum

A NEc solùm Lxx viros doctissimos suę gentis descriptos à Iosepho & Aristea arbitror, sed primos omnium qui literas sacras monimentis literarum mandauere, ita vt legi,& intelligi possent,qui primi aperuere viã, qua puncta vocibus Hebręis adscribi possent, quod vsque ad tempora Lxx virorum,sacræ literæ sine punctis erant scriptæ, & ex traditione veterum patrum quæ à Mose vsq; & prophetis ad illos descenderat,legi,& explanari solebãt,nullis adscriptis pũctis, quæ Hebræis pro vocalibus sunt, vt lex diuina ita esset scripta, vt nõ prorsus esset scripta.Scriptæ consonantes erant,vocales scriptæ non erant, vt semper inuigilarent Iudæi literis sacris,neque negligentia torperent,aut memoria literarum fiderent.Quo spectasse puto Platonem in suo Phædro, cùm inuentorem literarum Theuth nescio quem Aegyptium virum,inducit gloriantem de artibus inuentis,inter quas literarum inuẽtio erat,Thaunum verò Aegypti regem literas non profuturas disciplinis credentẽ, quòd officerẽt memoriæ potiùs quàm prodessent,quod post inuentas literas negligentiùs disciplinæ essent ediscendæ,quas animis hominũ exarari potiùs oportebat,quàm chartis.Quæ verba arbitror Platoné
B à Iudęis potuìs accepisse quàm ab Aegyptijs,quòd Iudæos adierat,& certa res est à Iudæis accepisse adiumenta doctrinæ,idq; omnes veteres patres sunt authores: & ipse sæpè præ se fert, adeundos homines barbaros,eis qui vellent adire studia sapientiæ,futurũ enim vt admiranda & diuina ab illis addiscãt. Quod ergo fortasse acceperat à Iudæis Dei legem,partum scriptam, quòd consonantes essent scriptæ,partim non scriptam, quòd vocales scriptæ non essent, ne possent vnquam torpere negligentia,sed semper studia sacra colerent, litteris sacris inuigilarent,legem Dei animis potiùs quàm chartis exararent,id Plato fabulis inuoluit.Dicam quo argumento id suspicer: primos literarum inuentores Phœnices fuisse confessa res est, hos Phœnices Iudæos esse,vel Græcarum literarum arguunt nomina, si alphabetum Græcũ percurras, & conferas cum Hebræo alphabeto, alphabeti Græci nomina ab Hebræo alphabeto intelliges esse deriuata.Cur ergò primi inuentores literarum, qui literas alijs nationibus tradidere res sacras habent ita conscriptas, vt easdem non conscriptas habeant, nisi ea sit caussa, quam Plato prædicat?Primos igitur Lxx hos viros opinor descriptos ab Aristea, & Iosepho,qui literas sacras plenè & exactè exarauere chartis,vt legi vulgò possint,& intelligi,quare Ptolemęus
C se optimè mereri putauit de Iudæis,& omnibus nationibus: ait enim lib.12.de antiquitate Iudaica cap.2.vbi Lxx virorum historiam scribit,velle se gratificari hac re Iudæis omnibus,qui toto terrarum orbe sunt,& eorum posteris, & ideo decreuisse vt ex Hebræa lingua literæ sacræ Græcè verterentur, quæ verba eadem apud Aristeam reperies, quibusque significatur id quod à nobis dictum est,sacras literas ita fuisse scriptas, vt scriptæ non fuisse videantur, vt benè mereri se rex Ptolemæus dicat de Iudæis, & Iudæorum posteris, cùm Græcè eas curaret vertendas. Græcè enim translata scriptura diuina, velut fax quædam futura ijs, qui Hebraicè scirent, & qui Iudæi nati essent,vt scirent quas vocales addere, & quibus dictionibus oporteret.

Refellunt Iudæorum sententiæ de inuentione punctorum.

Nam quæ Iudæi de hac re disceptant,vinolentorum somnia esse videntur, quæ omnia ex Aristea & Iosepho facilè diffluntur,vt folia farfari,quod aiunt: siquidem Helias in præfatione libri Masoreth, dubitat an puncta vocalium Mosi tradita fuerint à Deo in monte Sina, an longo post tempore inuenta,Rabinorumque sententias citat, quorum alij Mosi tradita aiunt
D à Deo,alij ab Esdra esse excogitata,& ideo in sacris literis velocem scribam nominatum.Quidam Esdram, Neemiam, Aggeum, Zachariam, Danielem, Ananiam, commentos esse vocales. Varietas ipsa facilè arguit Iudæorum hæc esse somnia vana, & hæc omnia simul conuelluntur authoritate Iosephi Iudæi antiquissimi,& doctissimi, qui negat scripturam Hebraicè exactè esse exaratam, quod profectò nec Aristeas vnquam diceret, neque Iosephus si plenè esset scripta vocalibus,& consonantibus. Quid enim esset reliquum quo minus exacte diuina scriptura exarata diceretur? cur diceretur negligenter scripta? & indigere cura regia? si vocales habet & consonantes. Quin si scripta lex erat Hebraicis literis & punctis,& apicibus distincta ante Lxx seniores,nihil erat aut Græcè, aut Latinè, aut lingua alia ita exactũ, ita distinctum,& tanta cura scriptum,cùm confessa res sit numeratas literas,numeratos apices apud Hebræos fuisse.Quid ergò exactiùs dici,aut fingi posset? Cur Iosephus,& Aristeas negligẽter hęc scripta prodidissent? & regia indigere cura,cùm Hebraicis literis essent conscripta sacra volumina,& diligenter scripta? profectò falso proderẽt negligẽter scripta, si puncta habuissent & apices,cùm numeratę essent literę,numerati apices,siquidẽ Dñs ait:Apex vnus nõ prętеribit à

Universidad de Deusto
Biblioteca

lege,dónec omnia fiant.Ergo tẽporibus Dñi erãt apices,erant pũcta,neq; ante Lxx viros erãt, A
quod liquet ex Aristea & Iosepho,qui prodidere temporibus Lxx,literas sacras negligenter
scriptas,non exactè,quod argumentum etiam firmum est,verè prodidisse veteres patres,Lxx
viros aff latu Spiritus sancti vertisse literas sacras.Nã qui sacras literas vertit Græcè,sciẽti He
braicè satis monstrat,quibus punctis, & quibus literis, & quibus apicibus singulæ literæ sint
scribendę, vt Dominus loco citato declarare videatur apices,& puncta declarata à tẽporibus
Lxx, compleri debere, neque quicquam ex ijs periturum. Nam locus ille Esdræ lib.2.cap.8.
infrà explanatur,quomodo à sanctis patribus sit intellectus, vndè petendus scripturæ intel-
lectus,non à Iudæis.Sed sunt imperitissimi Iudæi Rabini,fingunt quæ nusquam sunt,nulla vete
rum nituntur authoritate, & eorum antiquissimi quadringentesimum non transcendunt an-
num,& cùm nullos habeant antiquos scriptores, literis produnt aniles fabulas, quas tatas &
mammas garrientes audiere confictas post passionem Christi.

Cap.XXXI. Lxx viros primos viã aperuisse ad addẽda scripturæ puncta,quia veluti notis,quibus dã quas cifras vocãt,erat scripta sine vocalibꝰ et sine apicibus. B

IGitur Lxx viros fuisse primos,qui viam aperuerint, qua dispungenda Hebræa lectio esset,
intelliges ex Iosepho loco citato, quòd eo cõsilio delectos dicit gentis Iudaę doctissimos
& legis Mosaicæ peritissimos,& tot numero,vt hanc difficultatem punctorũ,quibus Hebręi
pro vocalibus vtuntur explicarent.Cùm enim retulisset Iosephus Demetrium regi Ptolemęo
significasse libros legis Iudæorum,cum alijs quibusdam libris,literis Hebraicis, & voce pere-
grina conscriptos neque nota Aegyptijs,bibliothecæ regiæ futuros ornamento. Subiecit:Ac
cidit autem hæc negligentiùs quàm habet esse significata, quia non sunt sortita regiam curã.
Est autem necessarium hæc apud te esse exacta: quæ verba Iosephi ad verbum reddo, quò sit
perspicuum magis, quod dicere volo. Negligentiùs esse scripta volumina Hebræa ait quam
habet.i.nõ exactè esse scripta,neq; plenè,quòd vocales desint,negligentius quàm habet.i.quã
se habet res. Est enim forma dicendi Greca,& negligentiùs quàm se res habet scripta dicit He C
bræa volumina,quia diuinandum erat quibus vocalibus adscriptis,essent legenda,quia non e-
rant sortita regiam curam.i. quia tandiu carent rege, qui sacris literis puncta adijcienda cura-
rit.Putabant enim Aegyptij negligentia Iudæorũ,& non consilio, sine punctis conscripta esse
sacra volumina,tollendamq; hanc negligentiam esse,vndè subiungit: Est enim necessariũ esse
hęc apud te exacta,i.vt has habeas literas sacras,& tollas tu hanc negligentiam,plenè conscri
benda cures sacra volumina: id enim significat verbũ Græcum ἐπιστῆσαι nam PLATO in Phi
lebo τὸ ἀκριβὲς.i.exactum, καὶ τὸ οὐκ ἀκριβὲς. i.non exactum, sic interpretatur, vt artes exactæ sint
quæ nihil loci relinquunt hominũ prudẽtiæ,& iudicio, quòd plena omnia sint,nec desit quic
quam quod ingenio sit supplendũ,quales sunt Mathematicæ artes,qualis apud nos ars Gram
matica est,tam quæ legendi literas,& scribendi ars est,quam quæ rectè loquendi: plenè enim
omnia docet,vt nihil desit,nihil supersit. Omnia enim regulis sunt præscripta, vt nihil liceat
facere citra præscriptum.Alias artes non exactas appellat,quæ multa iudicio hominum relin
quunt,qualis ars Medica est,quę nequit omnia præceptis cõplecti,qualis est ars nauigãdi,ad-
ministrandæque Reipublicæ, vbi plurimum relictum est hominum prudentiæ, & ingenio.
Hæc sic disputat Plato.Apud nos ergò exacta est ars scribendi,scribimus enim omnes literas, D
vt nihil desit,nihil supersit, nihil ingenio relinquatur loci, sed quæ scripta sunt, plenè legan-
tur,nec legatur quicquam quod scriptum non sit. Queritur ergo Demetrius apud Iosephum
hanc scribendi artem Hebraicè non esse exactam, ꝙ desint puncta quæ pro vocalibus valent
quæ ingenio sunt supplenda,& doctrina:ociosæ quoque multæ sint consonantes, vt ingenio
quoq; intelligendum sit quid supersit.Idem ait Aristeas his verbis: Volumina legis Iudęorum
cum alijs paucis quibusdam desunt.Sunt autem Hebraicis literis, & lingua Hebræa conscri-
pta,negligentiùs tamen,nec ita vt re ipsa se habent sunt conscripta, vt referunt qui hæc nouere,
nunquam enim fortuita sunt regiam prouidentiam,necesse est hæc apud te exacta esse: quibus
verbis Aristeæ constat scripturam sacram Hebraicè quidem fuisse conscriptam, sed
non plenè, quod deerant puncta quæ pro vocalibus sunt apud Hebræos, deerant apices, &
ideo dicitur scripta ἡμιτελῶς καὶ οὐκ ἀκριβῶς, id est, negligenter, & non ita vt est, & ideo regi
Ptolemæo putat gloriosum fore,si curet vt hæc exactè scripta sint apud se,vndè subiũgit Iose
phus,si

Aphus,fr tibi videtur rex scribes Pontifici maximo, vt mittat ex singulis tribubus senos, legis
Mosaicæ peritissimos.Vndè colliges,Lxx viros delectos doctissimos,& paternarum traditio
num peritissimos,vt illam difficultatem punctorum, quæ vsque ad illa tempora durarat, tol-
lerẽt,facta nanq; tralatione,& interpretatione scripturæ omnis tollitur ambiguitas. Sunt enĩ
Hebraicè multa ambigua,quæ solo apice distinguuntur,vel puncto, & multò diuersa signifi-
cant,quæ eo tempore cùm nulla essent puncta obscura erant, & dubia quò essent referenda:
quod significat Aristeas, cùm dicit non sic scripta vt se habent,quòd non haberẽt additos api
ces,& puncta addita,vt certum scriri posset quomodo essent legenda.Sunt enim plurima, qua
lia apud Hispanos sunt, *sacra,sucia,sanas,vallenbaca,huçe:alcalde:alçalde: roça,roca: riça,rica: loça,loca: sana,sana,*
panal,pañal: tina,tiña: lana.laña: tenido,teñido: mana,mañana quæ vno apice addito, tam varia, & tam diuersa
significant,qualia innumerabilia apud Hebræos sunt. Quæ cùm vidẽt nostri tam variè à Lxx
viris esse reddita aliquando mirantur,ignari vocum Hebræarum,quas vnus apex facit tam va
ria,& tam diuersa significare.Ergo cùm deessent puncta, quæ pro vocalibus sunt, deessent api
ces, quibus appositis voces tam variè significant, habes Lxx viros, qui vt scribunt Iosephus, B
& Aristeas primi omnium hanc perrupere difficultatem, & literas sacras ita sunt interpretati,
vt apostolicis & euangelicis literis mirabiliter cõgruerint,adeò vt vel hac vna coniectura,au
thore Irenæo,veteres patres scripserint aff latu Spiritus sancti, eos sacras literas vertisse.Et ip-
dem Lxx viri hac interpretatione his qui docti essent Hebraici sermonis ostendere viam,qua
scire possent quæ puncta,quósue apices addi oporteret. Nam cùm constiterit de significatio-
ne vocis Hebræę, doctis Hebraicæ linguæ,de punctis,quæ pro vocalibus sunt, & de apice li-
queat,necesse est. Quæ omnia eò pluribus sum exequutus,vt appareat è Iosepho, & Aristea sa
eras literas vsque ad tempora Lxx virorum ita scriptas,vt notis quibusdam (quas cifras nomi
namus) scriptæ essent,consonantibus.s.tantum,sine vocalibus,sine apicibus, vndè plures sõt
effici possent,& dictiones plures:Lxx viros primos plenè scripsisse sacras literas.

Cap. XXXII. Quòd interpretatio Lxx virorum in synagogis sit lecta per annos octingentos,et cur indè sit pulsa. C

ACcipe nunc aliud,quo vel oculis cernas tralationem Lxx virorũ, ideo ab impijs Iudæis
improbari,quòd Iudæorũ impietas,& cœcitas euidentissimis eius testimonijs configa
tur:aperiantur doli, & fraudes quibus scripturã fallis interpretationibus peruertunt. Agno-
scunt hoc beneficiũ Iudæi,quod in se cõtuht rex Ptolemæus,cùm literas sacras vertendas Gre
cè curauit,& scribendas exactè, omniũ maximo beneficio se affectos confitentur, Demetriũ
collaudant,& maximorũ bonorũ inuentorem prædicant,per quadringentos annos,& eo am
plius toto orbe terrarũ tralationem Lxx publice in suis synagogis legunt,quòd eo tempore Gre
ca lingua omnibus nationibꝰ cõmunis erat,quod ait Cicero pro Archia poeta verbis illis: Pro-
pterea ꝙ Græca legũtur in omnibus ferè Gentibus, Latina suis finibꝰ,exiguis sanè cõtinentur.
Neq; desitũ est apud Iudæos legere tralationẽ Lxx,quoad est intellectũ,quãtopere ea Iudęo-
rũ impietas iugularetur,& constabiliretur Christiani populi sacrosancta religio. Nam vsq; ad
tẽpora Tertull.& Iustini philosophi martyris publicè in synagogis Iudæorũ tralatio Lxx le-
gebatur,vt iã authoritate veterũ singula ostendemus: Quid? per CCCC annos tantopere Iu- D
dæis Lxx tralatio placuit?& per centũ annos, & eò amplius post Christi crucẽ summo omniũ
consensu Iudæorũ erat in manibus,& in synagogis publicis, cur tantoperè posteà cœpit fœte
re?quæ res tanta aduersus eã Iudæorũ concitauit odia?Age in hac re,vel Iudaizantiũ esto arbi
triũ,illi dijudicent,per CCC annos toto orbe terrarũ in publicis synagogis translatio Lxx le-
gitur,ante Dñi aduentũ,& per multos annos post Christi crucẽ est in manibus Iudæorũ, quæ
res illã è Iudæorũ manibus excussit?quę res illã Iudęis tã fecit odiosam?peius enĩ odere Iudęi
(vt discęs ex Iusti.) Lxx viros ꝙ Christũ Dũm,vndè inter amicissimos (nocturna nanq; & diur
na manu Iudęi Lxx tralationẽ versabãt) hęc tãta nata sunt odia?quę dissidiorũ causa?Hęc nos
fingere dicent: nos nihil fingimus,Iudæi fingunt omnia,quos mẽdacissimos,& impudentiss.
Dns apud Hierem.appellat.Primũ omniũ suprà diximus ex Aristea,& Iosepho,vniuersum se
natum Iudæorũ,& Iudęorum populũ diris execrationibus deuouisse oẽs, qui è tralatione Lxx
quicquã demutassent, quiq; ei verbũ addidissent,aut detraxissent,quòd eã vniuersus populus
cũ Hebræis literis contulisset,& intellexisset fidelissimè tralatam esse,vt Aristeas & Iosephus

Universidad de Deusto
Biblioteca

prodiderunt,quos Iudæi habent authores,eos enim suo gladio iugulamus. Vt autem ego interpretor,quòd tanto illo miraculo de quo posteà pluribus dicendum est, attoniti Iudæi illud sciuere psephisma,& decretum,& deuouere diris,si quis illam sacram tralationem attentaret. Commóstrabo nanq; Iosephum rerum gestarum causas commutare sæpè, vt historiam suam nationibus credibilem faceret,& probabilem. Nã alioqui vndè vniuersus senatus Iudæorũ,& populus vniuersus diris execrationibus prosequitur, si quis ex ea tralatione quicquã mutet? quã tantùm audierant, neq; cum Hebræa lectione sigillatim singula contulerant. Tam leues erant in re tanta? Audi nunc alia,scribit Iosephus,& Aristeas collaudatũ Demetrium à Iudæis, qtantorũ bonorũ populo Iudęorum inuentor fuisset,& effector. TERTVL. prætereà in Apologetico aduersus Genteis,testatur tralationem Lxx, qua libri omnes sacri tralati Græcè sunt (loquitur enim ibi de prophetis)sua tempestate extare adhuc in bibliotheca regis Ptolemæi, & vulgo in Iudæorum synagogis legi. Neq; cùm scriberet aduersum Genteis,citaret testeis ipsas easdem Gentes,& Gentium bibliothecas,nisi veriora veris diceret. Si enim apertè mentiretur fidem sibi in cæteris detraheret, neq; prodidisset vsque ad sua tempora vulgò legi à Iudæis in synagogis,nisi verissimum esset, Gentes enim possent deprehendere verúmne an falsum esset,liber enim semper ad Iudæos in suas synagogas omnibus gentibus,quę inter eos viuebant, patuit aditus. IVSTIN. quoq; in. 2. Apologia aduersus Iudæos, cùm historiam Lxx virorum narrasset, addidit, Manent hi libri ad nostra tempora vsque apud Aegyptios,& vbiq; sunt apud Iudæos: quibus verbis significauit quod Tertullianus dixerat, legi vulgò in synagogis Iudæorum,& sic deprehendi posse à quouis verissimum esse quod scribat, quod liberè pateat aditus ad Iudæos in suas synagogas. Sed quoniam vt conqueritur EVSEB. de præparatione euangelica libr. 10. & cap. quo Tatiani sententiam refert, quod caput Latinè non vertit interpres,multa enim interpres,nescio qua causa,semper omittit. Nescio qua mala sorte apud quosdam nostros parua fides est nostris scriptoribus, hæc à veteribus scriptoribus dicta verissima esse indè disces, quod Philon Iudæus tralationem Lxx virorum sequitur, illã interpretatur, confer tralationem Lxx virorum Græcè cum textu scripturæ sacro, quod interpretatur Philon,& deprehendes à principio operis vsque ad finem, Philonem tralationem Lxx virorum interpretari eo modo,quo nostri doctores sacri, & singula verba Lxx virorum expendere,idq; per omneis libros,quos scripsit,facere. Præscribit enim ternos, quaternósue versus iuxta tralationem Lxx virorum,singulis cómentarijs,quod ita esse deprehendes si Græca Græcis contuleris,& eos enodat & enucleat, & ad alios transit more cæterorũ interpretũ, & quæ citat scripturę loca, iuxta tralationem Lxx virorum citat. Quod signum insolubile est vsque ad illa tempora, Iudæos tralationem Lxx virorum tractasse, legisse, nocturna, diurnaq; manu versasse. Etsi Iosephum legas Græcè,& admoueas aurem, deprehendas mirabiliter cum tralatione Lxx virorum ferè consentire, quæ res indicat accensa odia Iudæorũ aduersus Lxx viros, quos tam habebant familiares, quod posteà deprehendere illorum testimonijs planè & apertè referari Christi mysteria, Iudæorum impietatem damnari. Nam tergiuersari nó possunt Iudæi,nec habent quòse vertant. Erat in manibus tralatio Lxx seniorum, vsque ad Philonis tempora,posteà odio haberi est cœpta. Nam nisi in manibus Iudæorum fuisset, nunquam Philon,qui potissimum Iudæis sua opera scribebat,singulis suis scholijs tralationis verba præscripsisset, cùm scriberet sua opera Iudæis, singulis partibus commentariorum præscribebat partem,quam interpretabatur iuxta tralationem Lxx virorum. Vulgata igitur lectio apud Hebręos,editio Lxx virorum erat, vt dixit Tertullianus,& vel hoc solo verissimus Tertullianus fuisse apparet. Apparet igitur Lxx virorum interpretationem, summo omnium Iudæorum consensu in Iudæorum synagogis per quadringentos annos lectam fuisse vsque ad Iustini philosophi martyris tempora, qui, vt ipse Iustinus refert in. 2. apologia pro Christianis ad Antoninum Pium, scripsit anno C.L. post Christum natum, vndè natus ipse Iustinus apparet post Christi crucem, anno plus minus octogesimo. Huius tempestate tralatio Lxx virorũ Iudæis odio esse cœperat, iam omnibus criminibus,& maledictis à Iudæis incessebatur, ijsdem nimirum quibus nostra tempestate incessitur ea causa, qua dixi modò. Vndè ad id incubuere omnes Iudæi, vt illam synagogis extruderent, & quicunque Christianæ religioni aduersari voluit,eam cœpit oppugnare: Primus (opinor) Aquila, duodecimo Adriani imperatoris anno, post subuersas omnes vrbeis Iudæę Christianus factus, quòd abduceretur à Mathematicis & Astrologicis studijs, quibus erat deditissimus, ab Apostolis & discipulis domini

Iudæos vsos semper tralatione Lxx virorum in synagogis, quoad intellectum est planè et apertè eam de Christo loqui.

Cur à Iudeis repudiata translatio Lxx.

Omnes qui fidei Christianæ aduersati sunt, oppugnauere Lxx viros.

domini,& pertinaciter ad ea studia redibat, ecclesia pulsus, exacerbatus aduersum Christianos est,& relicto Christianismo ad Iudaismũ transijt,& magna animi contentione Hebræas didicit literas,quoad in cognitione linguæ Hebręę summum teneret fastigium, ea mente atque animo (vt refert Epiphanius) vt oppugnaret Lxx tralationem, & vaticinia de Christo inuerteret,& ita interpretaretur, vt nihil minus in eis quam de Christo agi videretur. Et hæc secunda edita interpretatio scripturæ est, non solùm vt in Iudæorum synagogis legeretur, pulsa tralatione Lxx virorum, sed etiam vt Christianæ religioni aliqua ex parte resisteret. Secundi Commodi Romani imperatoris tempore, quòd tralatio Aquilæ multorum manibus teretur, Symmachus exortus est, qui summa cura nouam quoque tralationem scripturæ sacræ cudere aggressus est, quæ tertia fuisse dicitur ab eo edita, vt eandem Lxx seniorum interpretationem oppugnaret (vt refert idem Epiph. vbi de tralatione Lxx virorum disputat) atq; vt vaticinia de Christo subdola interpretatione peruerteret, vt D. Hieronymi verbis vtar. Decimo tertio post anno, Theodocio quidam ab hæresi Marcionis defecit ad Iudaismum, didicitque Hebræam linguam, & quartam editionẽ edidit, vt nobis aduersaretur, faueret Iudæis, pelleretque vna cum alijs tralationem Lxx virorum è synagogis Iudæorum, quæ cùm nostri magis nouerint quàm manus digitos, nescio qua ratione horum tralationibus sint vsi. Longũ est li persequar singula quot alios Iudæos impulerint impij Iudæi, vt nouas cuderent interpretationes scripturæ, ne tralationi Lxx virorum in synagogis locus vllus reliquus esset, & vt Christiano populo persuaderent, eas potiùs legere quàm interpretationem Lxx seniorum. Tam altè egerat radices in Iudęorum synagogis hęc Lxx seniorum interpretatio, vt etiã post editas tot interpretationes alias accommodatas ad Iudaicam perfidiam, post tot Iudæorũ dolos, tot mãchinas, tot fabricas aduersum eam confictas, pelli tamen ex synagogis nullo modo potuerit. Vndè quando hac non succedebat, neque iuuabat tot factas tralationes alias à Iudęis ipsis, vt hæc de medio tolleretur, alia aggrediuntur via. Commenti sunt hos dolos, vt sanciret leges quibus non liceret literas sacras in synagogis legi, nisi Hebraicè, vt sic prorsus interpretatio Lxx seniorum ex synagogis exigeretur. Lis orta est maxima inter ipsos Iudæos, cùm alij magno conatu hoc contenderent, alij retinendam in synagogis interpretationem Lxx seniorum censerent, neque exigendam putarent, quæ per octingentos annos in Iudæorum synagogis legi non desita est. Hanc litem dijudicat Iustinianus Imperator anno à Christo nato quingentesimo trigesimo, quibus si addideris annos trecentos, per quos ante Christi aduentum in Iudæorum synagogis summo omnium consensu est lecta, efficies octingentos & triginta annos. Nã (vt refert Epiph.) à septimo anno Ptolemæi Philadelphi, quo Lxx viri scriptura sunt interpretati ad finem regum Aegypti, quando desiere esse reges Aegypti, cùm Augustus Aegypto potitus est, quod datum erat signum aduentus Domini, vt dicendum est in caput XIX, anni interceßere 249, posteà Christus natus est, Augusti anno quadragesimo secundo, per quos trecentos annos in synagogis publicè legebatur hæc tralatio, & legi non est desita per quingentos & triginta annos, vsque ad Iustiniani imperatoris tempora. Hæserat ergo in synagogis Iudæorum per annos DXXX, & altissimas egerat radices, nec indè poterat exigi, vndè controuersia magna orta inter Iudæos est ea de re, tempestate Iustiniani. IVSTINIAN. Imperator hanc litem dijudicat, Nouellarum constitutione. 146. his verbis: Quia tamen didicimus habere ipsos inter se controuersiam, non sustinuimus eum tumultum relinquere ipsis incommodi sola lingua tenentur Hebraica, eaque vtendum esse in sacrorum librorum lectione volunt. Quidam etiam Græcam assumendam contendunt, & longo iam tempore ea de re seditiones inter se agitant. Nos igitur de hac controuersia edocti, meliores esse iudicamus eos qui Græcam etiam linguam in sacrorum librorum lectione voluerunt assumere. Et infrà: Enimuerò qui Græca lingua legunt, vtentur interpretatione Lxx, quæ omnibus exactior est, & præter cæteras, multa continet occulta. Hæc Iustinianus: & addit miraculum editum, cùm facta Lxx virorum tralatio est, addit fuisse prophetas Lxx seniores, addit illustratos ab Spiritu sancto vidisse Christi omnia mysteria, & ad ea, quæ mente prophetica videbant suam interpretationem accommodasse, vndè facilè coniectet quuis, qua causa Iudæorum odia tantoperè in eam sint accensa, vt quæ suprà diximus sint moliti, & tanto conatu eam oppugnarint, oppugnentúque semper. Nec oppugnant tantùm translationem Lxx virorum, sed etiã D. Hieronymi iam apertè & palàm,

Pugna Iudæorum acerbissima, vsque ad Iustiniani tempora, aduersus Lxx virorum tralationem.

Lis Iudæorum aduersus Lxx.

Iustinian. imperator Iudæos dãnat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Clarissimus ille princeps nulli veterum secundus, de principibus loquor, non de diuis, prin A
ceps, inquam ille, de cuius laudibus nulla vnquam sæcula conticescent, cum omni antiquitate conferendus, conditor Complutensis academiæ, Cardinalis Franciscus Ximenius Cisnerius, cuius fuit pietatis, & religionis, præter alia, quæ exegit monimenta quæ ei peperere gloriam sempiternam, magnum illud edidit, & memorabile opus Bibliorum Complutensium, quod vulgò nominãt, tribus linguis excusum, atque adeò quibusdam locis quatuor, vt singula singu lis citra vllum negocium conferri possint, & comparari. Quæ res quãtum opis, & præsidij ad intellectum scripturarum afferat, verbis exprimi non potest. Cauit summa diligentia præcellentissimus ille princeps, vt admirabile opus illud Bibliorum purum, & sine vlla labe typis excuderetur castigatis. & quàm emendatissimum, conquisitis toto orbe terrarum exemplaribus, accersitis magna mercede viris Hebraicæ, Græcę, Latinę linguæ peritissimis. Præstitit, vt par erat, huic rei tantæ maiorem quam pro hominum opinione diligentiam, tamen vitare nõ potuit, quo minus quoties D. Hierony. à Iudæorum interpretatione discrepat, dictiones ipsæ Hebræę, ne quis persentisceret, punctis velut obelis sint confossæ, tanquam parum fideliter redditę à D. Hieronymo, quòd illo prętextu factum est, quod monent quoties illa pũcta sint B
dictionibus Hebræis adscripta, aliquid esse in Hebræo Onomastico Complutensi notabile, quod scitu sit dignum, quod vt est quidem aliquando, ita tamen frequentissimè sine vlla lexici Hebræi adnotatione punctis illis velut obelis iugulatas Hebræas dictiones reperiet, qui id volet obseruare, intelliget̃que aliquid latere fraudis & doli. Et si illa loca cum Iudæorum scholijs conferat, reperiet D. Hieron. illis locis quæ numero nunquam comprehendas (sunt enim innumerabilia) à Iudæorum interpretatione discrepare. Vndè colliges, quanto odio tralationem D. Hieronymi prosequantur Iudæi, & quantoperè eam oppugnent, quòd non Iudaizet, & simulasse Iudæos à principio se vehementer probare tralationẽ D. Hieronymi vt Lxx virorum interpretationem nobis manibus excuterent.

Mirabere scio, quæ tanta fuerit Iudæorum peruicacia aduersum tot testimonia totius antiquitatis, & aduersum tantum omnium veterum consensum etiam Iudæorum, & hominum à Christiana religione alienissimorum, aduersum eam interpretationem Lxx virorũ, quæ summo Iudæorum consensu per CCCC annos lectain Iudæorũ synagogis est, quæque per alios quadringẽtos & triginta, vsq; ad Iustiniani tempora nullis Iudæorum dolis, nullis machinis, nullis fraudibus ex omnibus synagogis exigi potuit. Desine mirari, eam ex nostris quidam nõ minùs validè oppugnant. Quæres quid dicant, aut quã causam afferant? nihil prorsus. tantùm agunt coniecturis odio Lxx virorum. Imperitos fuisse clamant, patriæ linguę prorsus ignaros. Quidam enim nostri, cùm vetera oppugnant, & conuellere parant antiqua nullis veterum testimonijs agũt, authoritate veterũ nulla, nulla peritia linguę Hebraę, sed suos duces Iudæos imitantur, ita esse clamant, si roges quo testimonio probent, cum veteres omnes repugnent & linguæ Hebraę ratio, contendũt ita esse, & nihil prętereà, qua ratione si vti liceat, quiduis tibi affirmare, & quiduis negare liceat, si sat est dicere, quia ita est. Si opponas citatos esse ab apostolis, & euangelistis Lxx viros, negant id factum. Si digito mille loca ostendas, pernegant. Si syllabatim conferas noui testamenti loca cum tralatione Lxx virorũ, ita vt nulla sit tergiuersatio, parati sunt negare Solem esse, qui est Sol, & diem qui est medius dies, vt inquit ille. Si veteres patres cites omneis, negant se habere fidem veteribus patribus: plùs se credere aiunt D. Hieronymo, quàm reliquis omnibus. Si dicas D. Hieronymũ si quid dixerat aduersum Lxx D
mutasse sententiã, nec damnasse vnquã tralationẽ Lxx, probasse potiùs, & afflatu Spiritus sancti fuisse textã confessum esse, damnasse vitia, quæ in ea inoleuerant fraude Iudæorum, & temporũ iniuria ea sarta tecta reddidisse, quę à Iudęis erant vitiata, & ne Aquilę, Symmachi, Theodocionis Iudæorum blasphemorum vteremur tralationibus, vnà cum tralatione Lxx virorũ, nouam cudisse tralationem ex Hebræa lectione puram, omnibus numeris exactam, nihilominus probasse cum veteri omni ecclesia tralationem Lxx seniorum, & eã fuisse interpretatum, mordicùs tenent quę dixerat aliquando D. Hieronymus aduersum Lxx viros, ita tanto nomine tecti, veluti Aiacis septemplici clypeo, Iudæorum causæ fauent, & coniecturis agunt aduersum Lxx seniores, post clades inuectas ab Antigono genti Iudæę post captiuitatem Babylonicam, post accisas vrbeis Iudæę ab Aegypti regibus, post concisos Iudæos tot ruinis, tot cladibus, nullos fuisse doctos Hebraicæ linguæ, & sacrarum literarum, quòd eo tempore iacerent omnia, nullus locus reliquus fuerit studijs, parum abest quin negent libros vllos sacros reli-

A cros reliquos fuisse, quod omnia ruinis illis concidissent, cùm contra hæc omnia essent, cùm centesimo ante plus minus anno, lisdræ leuitæ scripturæ, diuinitùs essent inspiratæ, floreretque maximè Iudæorum eruditio eo tempore, quod per singula momenta expectaretur Christus, numerarent tempora & signa, appeterę Christi tempus intelligerentur. Nec enim in medijs ecclesiæ persecutionibus defuere literatissimi doctores, quin eo tempore ecclesia floruit maximè viris doctissimis & sanctissimis, qui minus hoc in Iudæę ruinis dicas fuisse, cùm non tantæ fuerint, quantæ ecclesiæ persecutiones, in quibus nihilo minus erant viri doctissimi. Si opponas Iudęis testimonia doctissimorum Iudæorum Philonis & Iosephi, Philonem, quòd semper sequitur tralationem Lxx virorum, quanuis collaudatum à D. Hieron. negant scisse Hebraicè: quo teste probent, si roges, cùm eum tantopere D. Hieron. commendet, & Iudæorum longè doctissimum nominet, quod erret, inquiunt, frequentissimè in interpretandis Hebræis nominibus. Si queras vbi, aut in quibus? in multis aiunt, neque locum vllum proferunt, opinor ego in his, in quibus aduersatur impijs Iudæis, qui rabie tumẽt aduersùm Chri
B stianum nomen. Si Philone misso, opponas Iosephum Iudæum, hoc loco, negant se habere fidem Iosepho: si quo authore se tueantur, quæras, solò D. Hierony. aiunt. Itaq; quòd D. Hier. quædam aliquando in Lxx viros dixit, putant hi sibi licere, plenis in illos inuehi velis, & omnibus veteribus patribus aduersari, & toti antiquitati, & omnibus historijs, quibus summo cõ sensu, quæ diximus omnia de Lxx viris sunt testatissima, respondere se credere nolle historijs aut sanctis patribus, quibus non credidit D. Hieri dicas D. Hier. non legisse, aut oblitũ esse historias illas, & ipsum D. Hieron. fateri, rident, nec putant fieri potuisse, vt Hieron. aut nescierit quicquam, aut oblitus fuerit quicquam, ita viri doctissimi, dum putant se D. Hieronymi esse studiosos, Iudæorum & hæreticorũ causæ magnoperè fauent, suntq; similes illis, quos Epiph. synodo Nicen. 2. act. 6. accusat, quòd neq; euangelicè, neque apostolicè, neque ex sanctorum patrum sententijs, neque probabilibus vllis argumentis, nostra subuertunt, sed proprio ore loquentes contra. s. p. in aciem se constituerunt. D. Hieronymi studiosus est, qui ecclesiæ fauet, & omni conatu Christi mysteria inuestigat, qui insectatur Iudæos & Iudaizantes, ita vt ille fe
C citis Hieronymum sequitur, & D. Hieronymi interpretationem, adhibet Lxx virorum tralationem, quæ D. Hieronymi interpretationi pro commentario est.

Cap. XXXIII. *Quòd vtraque tralatio sit sequenda.*

ADhibuit vtranque tralationem suam, & Lxx seniorum primùm, ipse D. Hieron. in omnibus suis scriptis, quoties loca scripturæ explanat, & præterquam in commentarijs, nõ minus tribuit tralationi Lxx virorum quàm suæ. Idem facit D. August. Leo papa, Chrysologus, cuius marginibus diligens typographus, quasi res noua sit, adscribit: iuxta Lxx interpretes hæc citat, vt huiusmodi scholijs totus liber sit plenus. Hoc idẽ facit B. PROSPER. & alij veteres omnes. D. GREGOR. non solum id facit, sed in operis initio se facturũ id testatur in epistola ad Leandrum episcopum cap. 5. Nouã, inquiens, translationem differo, sed vt comprobationis causa exigit, nunc nouam, nunc veterem, per testimonia sumo, vt quia sedes apostolica, cui authore Deo præsideo, vtraque vtitur, mei quoque labor studij ex vtraque fulciatur. Hæc
D Gregorius, quibus testatur se vtranque tralationem sequi, & D. Hieron. & Lxx seniorum, & docet ecclesiam catholicam vtraque vti, neque vllam aliam in suis operibus adhibet translationem, quam Lxx virorum, & D. Hieron. ne quis putet aliam vllam à D. Gregorio appellari veterem & nouam tralationem. Nam tralationem D. Hieron. nouã appellat, vt INNOMIN. qui cum Saluiano circunfertur in quæstionibus in Ezechielem, veterem editionem nominat editionem Lxx virorũ. Semper deniq; à veteribus sic appellatur, quòd recèns edita eo tempore esset tralatio D. Hieron. hoc idem denique faciunt omnia Concilia, quæ promiscuè vtranque citant, facit vniuersa catholica ecclesia, quæ vtranque, citra discrimen, in suis sacris recinit vsq; ad nostra tempora, vt apparebit toto hoc opere: vt inexpiabile mihi crimen esse videatur à tanta authoritate deficere, vbi summus Pontifex Gregorius id sancit: summus Imperator Iustinianus imperat: Concilia sacrosancta constabiliunt: Doctores omnes sacri post illa tempora obsequuntur: vniuersa Catholica ecclesia in suis sacris, & mysterijs religiosissimè obseruat. Hinc quisquam sine nefario crimine refiliat? præsertim si illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

addat,quod diximus ex Theodoro Antiocheno,Cyrillo episcopo Hierosolymorum,D.Hie A
ronymo, & Augustino, & alijs patribus, hanc ab apostolis ecclesiam accepisse. Improbétne quisquam quæ ab apostolis ecclesia accepit,& accepta obseruat religiosissimè? vt apparet ex his commentarijs,& intelliget qui aduertorit psalmos,librum sapientiæ,ecclesiasticum, & alios libros canonicos,legi iuxtà tralationem Lxx virorum.

Cap. XXXIIII. *Cur potissimum sequamur tralationem D.Hieronymi.*

DIces,cur ergo tralatio D.Hieron.in ecclesia legitur ferè, Lxx virorum interpretatio nó tam frequenter?facilis est respósio,si in memoriam reuocamus quæ suprà dicta sunt ex Iustino,& D.Hieron.Nam confessa res est, Iudæos, Lxx virorũ tralationem vitiasse,plurima quæ planè,& apertè Christum sonarent & Christi mysteria,ex ea expunxisse,quòd nostri circunfusi malis,vagi toto orbe errarent,neque huic malo possent occurrere:& hæc tralatio penes Iudæos ipsos erat, & in bibliotheca regis Ptolemæi Alexandriæ asseruabatur, vbi multa habitabant Iudæorum milia,qui insidias facerent huic tralationi, vt multa multis locis vitiata sint,quod facilè fieri potuisse, exẽplo Solonis ostẽdimus.Opus erat integra tralatione,quæ abesset ab omni suspicione,qualis tralatio D.Hieron.est, cui accedebat hoc quoque, quod in plærisq; interpretatio Lxx seniorum ad verbũ reddita non est,& paraphrasis est potiùs quàm interpretatio,commentarium potius quàm tralatio, quod cùm ante Christi aduentũ prophetiæ ad nationes transmitterentur,quod vocandæ erant ad fidẽ, necesse erat prophetias oratione magis dilucida, & perspicua vti ad nationes, quæ sacris eloquijs non assuecuerant: necesse erat Christi mysteria, quæ obscurè prædixerant prophetæ, nationibus referari planiùs, & apertiùs, & ideo Lxx seniores Dei nutu metaphrasi quadam scripturam enodauere. Simul etiam quod præscius futuri Deus, voluit vt ante lucem Euangelicam mysteria redemptionis essent explicata, vt occurrere possemus falsis Iudæorum interpretationibus, quibus eam obscurare conantur.Iam recepta luce euangelica res ipsa postulabat, quod docet ORIGEN. in epistola ad Aphricanum, vt esset tralatio scripturæ ad verbum reddita ex Hebræa lectione, qua vteremur in disputationibus,& qua Iudæos refelleremus, vt concessis, C
& confessis aduersus Iudæos vteremur testimonijs.Docet tamen Origenes,quod docent omnes veteres patres,legendam etiam in ecclesijs esse tralationem Lxx virorum,adhibendã studijs sacrarum literarum,& ita eam commendat, vt omnes patres veteres.

Sed hic rursum exoritur clamor ingens eorum qui aduersantur Lxx viris:Concilio Tridẽtino(inquit)cautũ esse,vt sola vulgata editio citetur,non relinqui ergo locũ tralationi Lxx virorum. Si hoc illis largiremur, nihil relictum loci tralationi Lxx virorum, ita vt nec citanda vnquam esset hæc tralatio, parúmne commodi tibi situm esse videretur in commentarijs editis trecentis annis ante crucem Domini à Lxxii Iudæis?quibus ad nos transmissa sit sententia veterum Iudæorum de intellectu sacrarum scripturarum,ad refellendos Iudæos? qui vt inquit imperator IVSTINIAN.solá Hebraicam linguam assumunt, vt suo arbitratu malitiosè eam tractent & interpretentur, & vulgi ignorantia suam tegant improbitatem. Quam dices tu in ecclesia catholica,præter libros sacros noui & veteris testamenti,& concilia,rem maioris ponderis,& momenti,quam commentarios antiquissimos tot Iudæorum,quibus Iudæorum impietas refellatur,quæ aduersus multas partes Reipubl. Christianæ grassatur immanissimè? præsertim cùm non reijciatur in concilio Tridentino translatio Lxx,sed tantùm præciD
piatur vt vulgata pro authentica habeatur in publicis lectionibus,& vt nec eam quisquã reijcere quouis prætextu audeat,aut præsumat. Recipiendáne dices falsas Iudæorum fabulas vt Athanas.Hilar. Augustinus nominant: falsas interpretationes,& commenta, vt Iustinus philosophus martyr,& Iustinianus imperator appellant? & ab ecclesia relegandos Lxxii Iudæos, qui tribus sæculis ante crucem Domini,euangelicam lucem repræsentarunt? Sed vndè quisquam hoc sibi persuadeat? aut vndè cuiquam tam stultè quicquam venire in mentem potest, vt damnatam putet concilio Tridentino tralationem, quam apostoli, & euangelistæ citant, quanque apostoli catholicę ecclesię tradiderunt? quanque toto orbe terrarum ab ipsis initijs nascentis Christianæ Reipub.concinit catholica ecclesia,& suis sacris adhibet? quam probãt omnes veteres patres,& interpretantur? & postremò Gregorius papa,& imperator Iustinianus constabiliere?Vulgata,inquiunt,editio tantùm citanda est.Inter Latinas ô bone neque enim dam-

A nim damnatur Græca, aut Hebræa editio, ad quarum fidem iubent D. Hierony. & August. & alij,Latinam castigare editionem,cùm vitiata esse appareat. Quòd si pergas vulgatam editionem obijcere, ostendimus suprà tralationem Lxx vulgatam quoq; esse appellatam, licèt in concilio Tridentino,vulgata editio sit tralatio D.Hieron.Si inistes quoque nomine vulgatæ editionis,non vides eadem ratione damnari psal.& alia multa quæ legunturin ecclesia,iuxta tralationem Lxx,& non D.Hieronymi.Quippe omnes libros,quos D.Hieron.canonicos esse negauit,quibus vtebatur ecclesia, & eosdem catholica ecclesia declarauit esse canonicos. Et ꝙ multa apostoli aliter iuxta tralationẽ Lxx citent,aliter D.Hieron.interpretatur, quæ potior habenda interpretatio est? damnabitúrne tralatio D. Hieron. contra concilia, & decreta pontificũ,an Lxx virorũ? quã probant euangelistæ & apostoli, & vniuersa catholica ecclesia. Non vident doctissimi homines,in quas se demittant angustias, vndè se non possint explicare? cùm planè Concilium iubeat Tridentinum explicari scripturas iuxta sententias veterum patrum,& anathematis fulmine feriat eos qui aliter interpretentur. Iubet interpretari iuxta
B veterum patrum sententiam,qui aut sequuntur solam interpretationem Lxx virorum, aut vtranq; simul,& sibijpsi repugnans rursum, eosdem veteres patres damnat?atq; adeò totam ecclesiam,cùm tralatio nem Lxx virorum damnat,quam sequuntur omnes patres,atq; adeò tota catholica ecclesia? nisi velint quod impium est de sanctissimo Concilio Tridentino dici quod CYRILL.de incarnatione vnigeniti scriptum reliquit de hæreticis, forte etiam falsos mendaceisque dicere omnes sanctos mundi totius,nullum videatur esse detrimẽtum? quod sæpè repetit in epistolis aduersus Nestorium, docetque catholicos semper veterum patrum persequutos esse vestigia,nullumq; maius esse detrimentum quam si tritam viam à sanctis patribus damnemus. Nam quod quibusdam displicet tralatio Lxx virorum, quod non verba numeret sed sacra sensa pandat,id in ea gloriandum,& prædicandum maximè est tot annis ante Domini aduentum referasse Christi mysteria & IVSTINIA. Imp. initio illius constitutionis à me toties citatę Iudæos hoc nomine vituperat graviter, quod sensa sacra nolint verbis nudis delectentur, fugiantque Lxx viros qui reconditos aperiant scripturæ sensus, ait enim.Aequum erat vt Hebræi,cum sacris libris aures præbent,non leuiter & rebus solummodo gestis delectarentur sed reconditos in ipsis sensus spectarent,per quos magnum illi Deum C
& seruatorem humani generis Iesum Christum annunciant.

Cap. XXXV. *De Lxx cellulis quo respondetur D.Hieron.post enumeratas sententias veterum patrum.*

RElíquum est iam vt ad Lxxii cellas veniamus,& ad magnum illud omnium scriptis nobilitatum,miraculum quo Lxx virorum tralatio Diuinitus est commendata, quæ nostri homines ronchis cachinis prosequi solent, nescio quibus furijs perciti, quaue demetia implicati. Vbicunque enim harum rerum mentio est,in libris veterum patrum adscribunt margini bus,Lxx cellarum fabulæ:non credo,lege Hieronymũ,& alia huius notæ. Itáne quod D. Augustinus, quod Irenæus, quod omnes patres veteres sunt authores risu, roncho, & cachinno prosequare? Quid fabulosum quisquam in ecclesia catholica vidit, vt quod authore August. omnes peritiores ecclesię prædicent, nominet fabulas? D. Hieronymus aiunt in præfatione-
D in Pentateuchum: Nescio, inquit, quis Lxx cellas mendacio suo struxerit. D. Hieronymus quod obibat hoc munus vt scripturam sacram ad Hebraicam veritatem summa fide redderet,necesse habuit cuncta rimari,omnia expendere, cũcta manibus iactare,& excutere,sic suã tralationẽ edidit,opus admirabile,quo de Christiana rep.quam optimè est meritus. Hoc munus quod ille obibat compulit,vt ad normam Hebrææ lectionis omnia exigeret, neque id solum sed etiam vt exploraret quæcunque fecissent Lxx viri, & quæ de illis prodita essent omnia, vt iudex omnium esset & arbiter. Neque enim aliter quod susceperat munus exsequi posset,vt haberemus omnia quam emendatissima, quam verissima, non necesse est tamen in omnibus D.Hierõ.collimasse,neque necesse est quoties ecclesiasticos omneis dãnat erroris,fateri errasse ecclesiã si quãdo id forte fecisset,neque in tenui vocula Ecclesiasticos omnes lapsos audio libẽter.Quis enim nescit D.Hier.acri,& vehemẽti fuisse natura,vt dicere possis, amici vitia agnoscenda, & ignoscenda. Nam Chrysippus iubet apud Plutarchum vt prouerbia, & sententias ad similia transferamus,vndè non incommodè dixerimus excellentum Diuorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturas agnoscendas, vt in quibusdam conniueamus, vt in illo, vbi D. Hieronymus ea natura, A
qua præditus erat libera ac vehementi & acri, D. Paulo imperitiam artis grammaticæ obiecit
quæstione 10. ad Algasiam, interpretãs illud, Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ?
Ait enim propter imperitiã artis Grammaticæ eo loco redundare coniunctionem illam, Qui
dem, quod non sequatur, Sed, aliáue coniunctio, quæ solet huic coniunctioni, quidem, respon-
dere, qui velut nævus est inter huius D. virtutes fulgentissimas. Nam quis auderet non dico
D. Paulo, sed ipsi D. Hieronymo artis grammaticæ obijcere imperitiam, quam ille D. Paulo
obijcit? præsertim cum illud genus dicendi apud scriptores Græcos & Latinos sit receptissi-
mum, vt hæc coniunctio, Quidem, sine coniunctione responsiua ponatur, idq; genus sermo-
nis Donatus præceptor eiusdem D. Hieronymi anacoluthon vocet, vt non imperitia artis
Grammaticę illud fecerit D. Paulus, sed summa artis Oratoriæ peritia. Docet enim Deme-
trius Phalereus in opere, cui titulum præfixit, Perihermenias. i. de elocutione oratoria, capite
de compositione orationis, hanc cõiunctionem, Quidem, in loco positã, efficere orationem
sublimem, & magnificam, & suprà paulo ante dixerat, non oportere has coniunctiones sem- B
per habere suas responsiuas, huiusmodi enim tam scrupulosa obseruatione humilem fieri ora
tionem, & abiectam, negligentia verò tam paruæ obseruationis magnificam, & splendidam.
Vt illud omittam, quod apud Dionysiũ Halicarnasseũ est de proprietatibus Thucydidis, a-
pud magnos oratores commendari multa eo nomine, quod faciem solœcismi habeant, & nõ
sint. quod Fabius sit indè mutuatus cum dixit: Habent quandam ex illa vitij similitudine gra-
tiam, vt in cibis interim acor ipse iucundus est. Non igitur imperitia artis Grammaticę factũ
illud à Paulo est, sed summa artis oratoriæ peritia. Nã à Græcis rhetoribus, cum præcepta prę
scribunt artis rhetoricę, summis oratoribus adnumeratur D. Paulus, citatur vt Demosthenes
Homerus, Isocrates, & per excellentiam diuinus apostolus nominatur, cuius sententię D. AV
GVS. est, qui cum ad scripturæ interpretationem lib. 3. & 4. de doctrina Christiana schematis
& tropis, & omni arte dicendi opus esse dicat, Pauli vtitur testimonijs, summamque huic
apostolo dicendi laudem tribuit. Erat ergo hac natura D. Hieron. acri, ac vehemẽti, neque ne
cesse est, vt sibi quisquam persuadeat, D. Hieron. in omnibus collimasse, neq; fieri posse vt re-
licta sententia huius Diui, sententiæ D. August. accedamus potius, nedum omnium veterum C
patrum & catholicę ecclesiæ authoritati. Vt mittam dicere quod nescire se ait quis huius
rei primus fuerit author, & quòd nesciebat quis primus fuerit author, historiam de Lxx cel-
lis mendacium putauit. Cui accessit illud quoque quod Iosephus & Aristeas, qui hãc histo-
riam conscripsere, neque Lxx sunt visi meminisse cellarum, neque illius miraculi ingentis, qui
de re tanta, non tacituri videbantur.

De Aristea postea dicendum erit, nunc de Iosepho Iudęo pauca dicamus: quo authore se Iu
dæorum scholatuetur, negatque Lxx illas cellulas Lxx virorum, & miraculum illud editum
quod Iosephus, qui hãc historiam concripserit, nullam eius rei fecerit mentionẽ. si fides Lxx
cellulis detrahitur, quod præteritas videamus à Iosepho dum Lxx seniorum historiam nar-
rat, eadem opera Iudæi fateantur necesse est multis historijs veteris testamenti detrahendam
fidem quod eas prętierit dicendo Iosephus dum veteris testamenti persequitur historias. Prę
terit enim illud cap. 15. de sopore qui irruit super Abraham: & illud de iudicandis Aegyptijs:
& illud de egressu Iudæorum de Aegypto cum magna substantia: & caliginem illam tenebro
sam, & clibanum fumantem: & completas iniquitates Amorrhęorũ, & mutata nomina Abra D
ham, & Sarai & caussam cur sint mutata nomina, & nulla mentio de pacto seu testamento in
ter Deum, & Abraham, & posteros, & de ineundo pacto illo cum Isaac, & non cum Ismaele,
mentio nulla apud Iosephum, de gentibus omnibus in Isaac benedicendis. Falsa ergo hæc o-
mnia dicant, & fabulosa, quod IOSEPH. historias veteris testamenti scribens harum rerum
nullam fecerit mentionem. confer cap. 4. lib. 3. Iud. antiquit. de ascensu Mosis in montem Si-
na cum historia veteris testamenti, indè colliges quam multa prætereat, nusquam meminit
Idolatriæ Iudæorum (quantum commemini) vsque ad lib. regum nusquam ænei serpentis.
Ne te morer, si fidem abrogent Iudæi ijs, quæ non narrat Iosephus, maiori parti scripturæ
fidem abrogent necesse est.

Igitur Iudæi, qui miraculum illud ingens, & Lxx cellas eo argumento refellunt, quod Iose-
phus Lxx virorum historiam scribens, nullam nec Lxx cellarum, neque ingentis illius mira-
culi fecerit mentionem: futili vtuntur argumento, & casso. Eadem enim opera nullum testa-
mentum

A mentum factum esse dicemus à Deo cum Abraham, aut cum veteribus patribus, quod eius
nullam prorsus fecerit mentionem, falsoque illud prodidit scriptura, falsoq; Zacharias scri-
psit. Memorari testamenti sui sancti. & Iusiurandũ quod iurauit ad Abraham. Si ad hãc nor-
mam rerum veritatem exigas, initum pactum nõ erit cum Isaac, nullus fuerit æneus serpens,
falsa fuerint pleraque quæ in scriptura scribuntur. Si hæc ratio non valet, nec valebit il-
la, non meminit Lxx cellarum Iosephus, aut ingentis illius miraculi, ergo falsum est quod
proditum est de Lxx cellis.

Aristeæ testimonio respondeamus, nam huius quoque Iudæi testimonio subuertunt Lxx
cellas, quod Aristeas nullam harum fecerit mẽtionem, cum scribat historiam Lxx virorum:
& facilis quoque est responsio. Nam Aristeæ libellum illum confictum esse à nescio quo &
compilatum ex Aristęo & Iosepho & alijs quibusdam visum est Ludouico Viui viro doctis
simo in commentarijs in 42. cap. lib. 18. de ciuitate Dei. & fortasse Iudęus aliquis id effecit no
mine Aristeas, & vulgandum curauit quod facilè factu fuit, vt multi libri suppositicij vulgo
B circunferuntur & spurij: & huius sententiæ Ludouici Viuis multa sunt argumenta. Primũ
illud est quod ὑπερασπιστὴς ille regis Ptolemæi, quem se hic esse confingit, qui legatus est mis-
sus ad Eleazarum à rege Ptolemæo, aliud habuit nomen, nõ enim dictus est Aristeas per e psi
lon, vt Græcè se hic author nominat, sed Aristæus per alpha iota scripta penultima, sic illum
Iosephus nominat, sic Epiphanius, Iustinus Eusseb. Nam in Tertullianо scriptore perantiquo,
errore librarij pro Aristæo, Aristeam scriptum arbitror. Deindè quod Epiphanius, & alij pa-
tres multa scripsere de Lxx viris, quorum Aristæum testem citant, quæ in hoc Aristea non
reperies. Vndè necessario colliges suppositicium hunc esse Aristeam, neque enim quisquam
tam exuat pudorem vt viros sanctissimos, & grauissimos dicat impudenter esse mentitos.
Et sunt alia argumenta, quibus intelligi possit libellum hunc Aristeę, qui vulgo circunfertur,
confictum esse à Iudæo aliquo, & ad eleuandam fidem Lxx virorum, & obscurandas Lxx cel
las, & miraculum illud vulgatum, quę postea erunt exsequenda. Vndè appareat huius testimo
nium nullius esse ponderis, & momenti, quod liber ille falsus sit, & suppositicius, compilatus
ex Aristęo & Iosepho, quod prior me vidit Ludouicus Viues vir doctiss. vt dictũ est. Et tamẽ
C huius Aristeæ & Iosephi testimonijs ostendimus, manibus prehendi posse, quę de Lxx cellis
& miraculo illo prodita sunt.

Cap. XXXVI. Probat verissima esse quæ suprà prodita sunt à sanctis patri-bus de Lxx cellulis & de miraculis ibi editis.

Refutatis quæ à Iudęis contra Lxx cellas dicebantur, deinceps locus est vt dicamus autho
res, qui de his Lxx cellis, deque illo ingenti miraculo edito scripsere. Primum omnium
EPHIPH. & IVSTIN. Aristæum illum, de quo modo dicebam regis Ptolemæi hyperaspistẽ,
quem misit legatum rex Ptolemæus ad Eleazarum Pontificem, testem citant, cùm ad natio-
nes infideles is verba faciunt, non mentituri viri sanctiss. & grauiss. in re potissimum manifesta,
quæque manibus teneretur & vulgo circumferretur, quod euidentissimum argumentum est
alium fuisse Aristæum illũ hyperaspisten, ab hoc Aristea suppositicio. Cui accedit illud quo-
que argumentum, mea quidem sententia insolubile, quod mirantes illud miraculum editum
D esset in translatione Lxx virorum, quid tandem erat quod homo Aegyptius Aristeus historiã
hanc literis proderet? nam si fuisset Iudæus hic Aristæus, magnæ laudis erat Ptolemæum Phi-
ladelphum Regem potentiss. tanti fecisse Iudæorum libros vt tot hominum milia manumis-
rit, & tot munera regia templo, & Eleazaro pontifici maximo donauerit, tam enixe petierit
legatione hominũ in magnæ çstimationis Iudęorum libros. At homo Aegyptius Idololatra
qui Iudæorum cærimonias, & sacra contemneret id curasse credendus est? aut dignam rem pu
tasse, quã literis proderet? missos à Ptolemæo legatos, qui peterent Lxxii interpretes, qui Græ-
cè redderent Iudæorum libros, quos Aegyptij rident. Id ne homo Aegyptius historia dignũ
putaret? Si historias euolueres, intelligeres quanto cachino libros Iudæorum prosequeren-
tur Aegyptij eo tempore, quamque eos cõtemnerent & flocci facerent. Si historiam conseri
bere vellet hic Aristæus, alia erant regis Ptolemæi gesta præclara, quæ literis posset mandare.
Hoc fortasse Aegyptijs mouebat cachinum cum fieret, vndè miraculum illud appellat Chry-
sostomus quod perregem barbarum, cui sacrę literę essent pro deridiculo, id Dominus facie-

dum cura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum curarit. Quæ ergo causa compulit Aristæum, vt hæc literis proderet, nisi hæc eadé, quæ A
Aegyptijs omnibus, qui vsque ad illa contemnebant literas sacras, fuit causa vt per CCCC.
annos, & eo amplius, festos dies agerent versionis scripturæ sacræ Alexandriæ? Editum enim
est ingens illud miraculum, quo imbuti admiratione, Aegyptij festos statuere dies, Aristeas
dignam rem putauit, quam sempiterna consignaret memoria.

CLEMENS præterea Alexan. Stromaton lib. 1. hanc eandem historiam scribit cellarum,
& miraculi illius, & scriptam prædicat ab Aristobulo in 1. lib. ad Philometorem, quod Latinè
versum non satis exactè est, quantum opinor.

PHILON quoque Iudæus in vita Mosis huius historiæ Lxx cellarum, & ingétis illius mi
raculi meminit. Atqui Philon suæ tempestatis celeberrimus & maximi nominis fuit, de quo
D. Hieron. ad Marcellam scribit: Iosephus & Philon viri doctissimi Iudæorum, &c. hic inquã
Philon, de quo tantum extat D. Hieron. elogium, quemque in lib. de Viris illustribus D. Hier.
magnopere commendat, ciuis Alexandriæ fuit, & narrat historiam Lxx cellarum, & ingens
illud miraculum editum, & statutos festos dies illius miraculi, & se suis oculis illos inspectas B
se ludos frequentissimè Alexandriæ natus, & educatus. Mentireturne tam impudéter vir ma
ximæ æstimationis ludos hos fieri, & tanti illius miraculi festos dies, illic in proximo, in Pharo
inquam, quæ ab Alexandria septem stadijs distat? vbi, si falsum esset, manifestissimo teneretur
mendacio, si de re scriberet, quæ locis longè summotis fieret, non ferendum esset vt mentire-
tur vir tantæ æstimationis, quanuis redargui eius mendacium non facile possit, Mentiri de ea
re quæ Alexandriæ fieret quotãnis, vbi ipse natus, & educatus esset, & vbi ipse hæc scriberet,
& mentiri inter suos ciueis tam impudenter, ne baiuli quidem esset, nedum scriptoris celeber
rimi. Is ergo 2. lib. de vita Mosis omnem historiam texit Lxx cellarum, & miraculi illius admi
randi cum singillatim singuli scripserint appositis custodibus, ne inter se scripta conferrent,
& postea inuenti sunt consensisse verbis, & sententijs, quæ res fecit, vt prophetæ sint appel-
lati, & vt rex Ptolemæus, & Aegyptij omnes admiratione imbuti festos dies sanxerint illius
tanti miraculi, qui per CCCC. eoque amplius durarũt annos, tantũ enim temporis intercesse-
rit inter Lxxii. viros, & Iustinũ ac Philonem, qui prodidere se inspectasse hos ludos.

IVSTINVS præterea in oratione parenetica ad Græcos hanc historiam scribit Lxx cel C
larum, & hos festos dies tanti illius miraculi fieri, & ciues omnes Alexandriæ, & Aegyptios
quanuis infideles essent, causam ludorum interrogatos hanc solam respondere, & se cellarũ
vestigia suis oculis inspectasse scribit. Quid vis amplius? philosophus Iustinus, & martyr Do-
mini testatur se suis oculis inspectasse cellarũ vestigia, & author est ludos illos, & festos dies
vsque ad sua tempora durare, & Aegyptios à nostra fide alienos, testari causam ludorum fuis
se miraculum, quod Lxx viris accidit. & tamen Iustino apud nos fides non est, qui se suis ocu-
lis vestigia cellarum vidisse ait? neque Aegyptijs omnibus infidelibus? qui hanc causam di-
cunt fuisse ludorum & festorum dierum. Certè Iustinus scribens ad Græcos nunquam citaret
testes Alexãdrinos qui traiecto mari illic in proximo adsunt, si redargui illius mẽdacium pos
se putaret, citat testes Alexãdrinos, & Aegyptios omneis huius rei, & iubet vt illos Græci per
contentur, sciscitentur an ita sit, vulgata ergo res erat hæc inter Aegyptios, & confessa. Atqui
negat D. Hierõ. qui hęc loca peragrauit vlla cellarum esse vestigia. Quid istuc tam mirum est,
erant ne futura sempiterna? Durarunt per CCCC. annos, aut D. vestigia cellarum vsque
ad tempora Iustini & Tertulliani, quũ centesimo quinquagesimo anno fuere post Christum D
natum. Non durarunt vsque ad tempora D. Hieronymi qui post Iustinum, & Tertullianum
CC. anno fuit. Enatne consectarium necessarium si vestigia cellarum dicerẽtur durasse per D.
annos, necesse fuisse vt per DCC. quoque durarent?

Sed iam dudum interpellauisse fortasse lector tacita cogitatione, fatetur celebratos fuisse hos
ludos Alexandriæ per CCCC. quingentos ve annos, negat tamen causam ludorum fuisse mi
racula illa edita in uertendis literis sacris à Lxx viris, quod aliam causam fuisse horum ludorũ
scribat Iosephus, & Aristeas. Respondebimus Iosepho (nam Aristeam compilatum ex
scriptis Iosephi ostendimus, & librum confictum à Iudæo aliquo) Iosephus Iudæus historiã
texebat Græca lingua, quam principibus Romanis, & doctis viris probare conabatur, neque
tam studebat vera scribere, quam credibilia, quod vt inquit Fabius Quintilian. plurima sunt
vera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia. Hæc ergo cau-
sa Iosepho fuit, cur præterierit dicendo vt suprà ostendimus magna rerum miracula, quod
apud na-

A apud nationes infideles fidem non erant habitura. Hæc causa fuit, cur frequenter, omissa
vera historia, narrarit fabulas, quod putarit nationibus infidelibus futuras magis probabiles Refellitur
vt lib. 2. antiquitatis Iudaicæ cap. 5. & sequentibus, multa de Mose fabulatur, neque causam Iosephus.
fugæ Mosis scribit fuisse Aegyptium virũ occisum, & arena obrutũ, sed fabulas nescio quas,
quas ille narrat. Et vt omittam miracula columnæ ignis, & cætera, quæ subticet, decantatiss.
illud miraculum maris rubri, quod diuisum pedibus traiecit Israel, ita extenuat, vt liberum
relinquat opinaturis voluntatene Dei, an casu acciderit, vt maris æstu Aegyptij obruti & Israe
litæ seruati sint. vbi negat miraculum illud ingens & æstum maris causam fuisse ait vt Israel
sit liberatus, Aegyptij verò suffocati. Et simile quiddam Alexandro accidisse, tradit. Sed in-
numerabilia sunt hæc. Lib. 9. cap. 11. prophetæ Ionæ historiam narrans, Niniue profectum ait
iussu Domini nunciaturũ Niniuitis paulo post amissuros imperium Asiæ, idque paulo post sa
ctum esse: inuertitque veritatem historię omnem, nihil de vaticinio subuersionis Niniue, ni-
hil de Niuitarum pœnitentia, deque Domini venia. Sed mentitur quod nunquam à prophe-
B ta scriptum est, aut prædictũ. Sed infinita sunt hæc, si singula conemur persequi, quibus omis
sa vera rerum historia in illius locum fabulas sufficit, nequisquam miretur, quod omissa vera
causa festorum dierum, qui fiebant Alexandriæ, aliam scribat non veram. Quod enim puta
bat apud infideles nationes non habitura fidem miracula illa edita in tralatione scripturæ sa-
cręneq; probabile futurũ horũ miraculorũ causa, festos instituros dies, omissa vera historia,
vt in suprà dictis fecit, confinxit alias duas, quas magis credibiles infidelibus fore putabat.

Cap. XXXVII. Cur Iosephus reticuerit historiam Lxx cellarum, & miracula edita in Ægypto.

IOSEPHVS igitur verè historias sacras mandat litteris, vt liquet ex eius libris, si ipsos cũ
scriptura conferas: mutat tamen multa, multa miscet fabulis, vt historiã texat Græcis, Lati-
nisq; scriptoribus, qui eo tẽpore à fide erãt alieni, probabilẽ, iuxta illud quod diximus Quin-
til. sunt multa vera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter verò similia,
C Quale hoc est quod de Lxx cellis proditum memoriæ est & miraculo illo magno quæ veris
sima quidem sunt, sed parum credibilia futura sunt visa, & ita præterita silentio, neque à Iose-
pho solum, sed etiã à multis ex nostris, vt ostendimus, qui sat habebant si illud daretur, quod
inficiari nemo poterat CCC annis ante Christum Dominum Lxxii Iudæos doctiss. vno consi
lio, & consensu eam texuisse. Quæ res tantũ habet pondus, vt nihil maius dici possit, nisi quod
vere vsu venit Diuino miraculo tantæ authoritati maius quoque pondus accedat. Vt largire-
mur ergo Iosephum præterijsse silentio Lxx cellas, & miracula edita in Aegypto, Aristeamq;
verum fuisse Aristęum, & non suppositituum alium quendam, nihilque prodidisse de Lxx cel
lulis, & adderemus EVTROP. lib. 2. de bello Punico scripsisse verba hęc: Hac tempestate Pto Eutrop. hi
lem. Philadelphus Iudæos, qui in Aegypto erant, liberos ellepermisit & vasa Eleazaro ponti storicus de
fici Hierosolymorum votiua transmittẽs, diuinas scripturas in Græcam vocem ex Hebrea lin Lxx viris.
gua per Lxx interpretes transferre curauit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit & cæte-
ra. Vbi Eutropius prodidit à Lxx viris scripturas versas esse Græcè ex Hebræa lectione, non
meminit tamen aut cellarum, aut miraculorum, vt hæc omnia, inquam, largiremur Iudæis, ita
D hæc ab historicis prodita esse, vndè quisquam ex nostris tam iniustus rerum æstimator est, vt
cellulas confictas putet fuisse à nostris, & cõficta miracula, quę in Aegypto edita dicuntur? Si
historijs infidelium fides habenda est, qui nostra omnia improbant & conuicijs prosequun-
tur, fidem detrahas necesse est sacris litteris veteris testamẽti, quæ aut extenuant infideliũ hi-
storiæ, aut improbant, aut ridẽt homines infideles. Mitto alios, quod infidelium conuicia re-
ferre nolo, Iosephus Antiq. Iudaic. lib. 18. cap. 4. Iesum fatetur, Christũ esse illum expectatum
à Iudæis, mirabilium operum patratorem, cruci suffixũ, morte affectũ, reuixisse tertia die, &
suis apparuisse postquàm reuixerat, iuxta prophetarum prędictiones, qui de eo Christo diui-
nitus multa prædixerant, tamen de bello Iudaico lib. 4. c. 22. & lib. 6. cap. 8. fatetur subuersa
Hierosolyma, & deletas vrbes Iudææ, quod completa sint vaticinia prophetarũ. Sed quis po-
stulet ab hoste acerrimo, vt sibi veritatis testimoniũ impertiat sancte & religiose? Iudaismus
enim cum Gentilitate pugnat, & vtrinq; cum Christianismo, vt ait EPIPH. syn. Nicen. 2. act. 6.
ne quisquã à Iudæis, aut à Gentibus infidelibus, de nostris rebus, sancta & religiosa exspectet
testimo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonia. Quod indè conijcies verisimè dictum, quod de rebus veteris aut noui testamenti vix mentionem vllam apud veteres historicos infideles reperias: nulla euangelistarum, apostolorum, aut prophetarum memoria, nulla miraculorum mentio, quæ à Domino edita sunt. Et si quod vestigium extet, aut tenue est, aut mendacio ferè aliquo mistum. Ausim affirmare, omnium rerum veteris & noui testamenti non extare memoriam rei vllius tã tam, apud infideles historicos, quanta huius rei extat. Nam ego fidem habeo Clementi Alexand. & Eusebio, & Iustino, qui historicos infideleis citant multos authores huius rei. Iosephus ergo, vteò, vndè sum digressus, reuertar, nescio quò refert vaticinia prophetarum, neque refert ad Christum affectum cruce, qua caussa deleti sunt Iudæi, cùm tamen id prius fuerit confessus. Ita historici non tam spectant quid verum sit quam quid sit credibile apud eos, quibus conscribitur historia. Ad normam historię exigat quisquam res sacras? eadem opera turbabit fidem rerum sacrarum. Quisquam ne postulet vt infideles nostra probent? si id facerent, infideles non essent. En Iosephus testimonium veritatis nostris rebus impertit, nec tamen verum in historia fatetur posteà. Cõtinuo nostris rebus fidem detrahat quisquam quod perfidus fuit Iudæus Iosephus? Age Ioannis Baptistæ historia ex litteris euangelicis notissima est, atqui longè secus prodita à IOSEPHO est lib. 7. Iudaicæ antiquitatis cap. 7. Quanuis enim fatetur Iosephus Ioannem necatum ab Herode, necatum tamen ait non ea causa, qua proditum est literis euangelicis, sed ne aliquid tumultus excitaret aduersum Regem & coniectum in vincula eadem causa, non quod reprehenderet Herodem, quod vteretur coniuge fratris sui Herodiade. Scribit etiam missum Macheruntem, & illic occisum, non Hierosolymis, & de baptismo eiusdem Baptistæ alia narrat, quam quæ litterę euangelicę. Detrahet ne quisquam fidem literis euangelicis quod longè secus Iosephus hæc omnia narret? Ergò quòd Iosephus non prodiderit apertè Lxx cellarum historiam, & miraculorum, quæ sunt edita in Aegypto, non continuò vera non est. Neq; assentior ZONARAE, qui tomo primo Annalium de rebus Iudaicis, cùm scribit historiã hanc Lxx interp. veterum, lententiã duplicem esse putat Iosephi quidem, qui vno loco Lxx viros simul vertisse scripturas cõmemorat: aliorum verò, qui diuisos prodidere eos transtulisse scripturam, & posteà inuentos esse consensisse inter se rebus, & verbis: ostendimus enim ex Iosephi, & Aristeæ scriptis etui, eos diuisos scripturam transtulisse.

Sed dubitatio quædam hoc loco videtur suboriri: vt ad id redeã, vndè sum digressus: quod IVSTIN. philosophus martyr, in oratione parænetica ad Græcos, dum historiam hanc Lxx cellarum scribit, se testem quidem oculatum fuisse prædicat huius historiæ, quod vestigia cellarum in Pharo suis oculis viderit, quæ vsque ad sua durarint tempora, & se quoque auritum testem affirmat, qui hanc historiam ab incolis, qui ea loca tenerent, audierit, qui à maioribus suis ita se accepisse affirmabant, & ab alijs hoc idem ei, qui volet hãc rem exquirere licere discere, maximè vero ab ijs qui hanc historiam texuere doctissimis, & probatissimis Philone, & Iosepho. Et Philo quidem hæc eadem, quæ Iosephus vberius, & copiosius multo scribit (vt suprà dictum est) Iosephum vero paulo ante ostendimus hanc historiam huius miraculi, & Lxx cellarum prætermisse silentio, vt multa quoque dum suam historiam texit reticet mysteria, quæ scriptura narrat, multa prætermittit miracula, multa inuertit, quæ suprà dicta sunt, multa fabulis miscet, vt quod 3. regum cap. 3. scriptum est diuinitus Solomoni sapientiam in somnijs esse delibatam, ipse libro 8. cap. 2. sic narrat, vt diuinitus scribat Solomonem à Domino artem magicam esse edoctũ, & alias nescio quas nugas. Quomodo ergo Iudęi, teste Iosepho, has Lxx cellulas subuertere conantur, eodem modo Iustinus Philosophus martyr testimonio Iosephi cum Iudæis. Si Iudæorum schola suæ sententiæ Iosephum habet authorem: quomodo Iustinus miraculum Iosephus, & Lxx cellas, vt Iudæi aiunt, & postea ea scribit, quibus facile appareat prę se tulisse miraculum illud fuisse verum, & Lxx cellas, quod facere solet alijs locis, & alijs in rebus: nam lib. 10. Iud. antiquit. cap. 11. in fine vbi pollicetur maximè se redditurum fideliter, quę sacris litteris Hebraicè continentur, ibi mentitur maximè, & prætermittit multa, quod intelliget qui contulerit cum sacris literis interpretationem somnij Nabucdonosoris: vbi illud, quod traditum est commoratum fuisse Nabucdonosorem cum feris annos septem, somnium appellat, contra sacram scripturam, & postea cap. sequenti vere accidisse narrat sic historiam

Iosephus de Christo. Apud hũc vnos infideles, de nulla re nostra, mentio tanta est quanta de Lxx viris & eorũ historia

Ioannes baptista.

ZONAR. *de Lxx viris.*

A historiam Lxx cellarum, quam prætermittit, quod parum credibilem apud Græcos & Latinos futuram putabat, quod hæc rerum miracula, maiora erant quàm pro captu nationum infidelium, postea verissimam esse significauit, dum plures interpretes adhibitos ad tralationẽ scripturæ scribit, vt ex consensu plurimum, & concordia exactissima veritas tralationis intelligi possit. His verbis Iustinus satis indicari putat singillatim Lxx viros singulis cellis scripturam vertisse. Nam ni ita esset qui posset aliter explorari vbi plurium esset consensus, & cocordia? Et ita Iustinus hęc verba Iosephi citat, postquam enim dixerat ædificatas Lxx cellulas, & adhibitos custodes Lxx viris, ne conferre inter se possent tralationes, subijcit verba Iosephi vt interpretationis veritas exacta, ex concordia & consensu horum intelligi posset. Quæ res fecit vt cum sic hunc locum interpretaretur Iustinus, suæ sententiæ Iosephum citaret authorẽ & Lxx cellas authore Iosepho defenderet, quo authore Iudæi eas subruere conabantur.

Cap. XXXVIII. Diluit argumenta D. Hieron. aduersus Lxx cellulas.

B SEd D. Hieron. Aristeam citat, & eius testimonio probat Lxx viros, vno in loco & vna in basilica sacras litteras vno consensu vertisse. De Aristea dixi suprà quid sentirem, tamen quod illum D. Hieron. citat locus ille Aristeæ si cum alijs huius scriptoris, quisquis ille sit, cõferatur aliter explanari posse videretur. Verba Aristeæ hæc sunt. συνδέμνιον ποιησάμενος διὰ τὴν παραλίαν παῤῥησίαν· εἰς ἑρμηνείαν, οἱ δὲ ἑπτακαίδεκα ἕκαστα σύμφωνα ἀναγράψαντες παρέδωκαν τοῖς ἀνὰ χεῖρα· τὸ δὲ ἴσον καὶ συμφώνως γεγενῆσθαι πᾶσιν ἀναγκαῖον ἦν ἐπὶ πάντων γενέσθαι. quæ ad verbum sic vertere posses: Contubernium faciens in domo ædificata propter littus maris, adhortatus est viros ad facien dam interpretationem, illi autem perfecerunt singula, concordantia facientes inter se collationibus, & quod factum erat concordans, vt decebat, sic scriptum est. Hæc sunt quę maximè ex Aristea aduersari Lxx cellis videbantur, quæ tamen sic posses interpretari, si velles non aduersari scriptis ab eodem Aristea & Iosepho, vt ostendam. Confessum faciens, vel contubernium propter littus maris. i. fecit in illa domo ædificata propter maris littus, contubernium omnibus, non vt in vna basilica omnes habitarent, hoc enim non esset hospitium potentissimi regis, Lxx viros suæ gentis celeberrimos, vna basilica excipere, sed in vna domo suis hospitijs singulos, quas alij singulas cellulas nominant. Posset quidem, συνδέμνιον, significare vnã basilicam, sed non necesse est id tantum significare, potest enim domum vnam significare & hospitium vnum, vbi multi simul commorentur, vbi tamen singulis cellis multi habitent singillatim. Posteà, admoniti sunt vt aggrederentur interpretationem, Illi autem, inquit, perfecerunt singula, quæ verba nescio cur non significent illos perfecisse singillatim. Deindè, Concordantia facientes inter se. i. fecere singuli, quæ concordarent inter se, non solum sententijs, sed etiam verbis eisdem: collationibus. i. dum conferrentur. Postremò, quod cum factum esset, consentiens, & concordans, vt decebat. i. cum inuenti sunt fecisse tralationem, quæ inter se concordaret, sic scripta est. Nam ni ita interpreteris hæc verba, nec consentient superioribus, & erunt superuacanea. Quorsum enim singuli singula perficerẽt, & collationibus facerẽt, vt inter se concordarent? Quorsum mutuò inter se conferrent, quæ Græcè vertissent, & collatis tralationibus concordare eas facerent, sed potius in vna basilica Lxx viri, & vno consensu

D scripturam verterint, quod Iudæi volunt, & nostri recipiunt, figura illa vsitatissima apud Oratores, quæ concessio dicitur, cum aliquid, etiam iniquum, causæ fiducia, patimur. Esto, vt nó verterint Lxx viri instinctu Spiritus sancti scripturam, sat habemus Lxxii Iudæos vno consensu tot seculis ante tẽpora Christi eas vertisse. Et quis non videat, Lxx viros sigillatim Lxx hospitijs à rege magnificentissimo fuisse exceptos? Quis vnquam hospites Lxx vna excepit basilica, & non singulos cellis singulis? Ita, aiunt, factum dicimus: quis enim id infitietur? sed affirmamus vna in basilica vno consensu hos Lxx viros texuisse hanc tralationem. Cur ergo Ptolemæus ad Eleazarum scribẽs apud Aristeam, petit vt deligat senes, vitæ integerrimos, legis peritiss. qui possent interpretari sacras litteras, ex tribubus singulis senos, vt ex pluribus, quod consonum esset, deligi posset, quod de magnis rebus consideratio esset (reddo enim ad verbum Aristeæ verba.) Ergo his verbis Aristeas rationẽ reddidit, cur Ptolemæus tot numero petierit interpretes, vt id fideliter versum Græcè intelligeret, in quo consentirent inter se plures, id porrò intelligi nullo modo poterit, nisi singuli verterẽt singula. Nec rex Ptolemęus qui huic rei tantum studium impendebat, & tantoperè periculum facere cupiebat, quæ fideliter red-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter reddita essent, quæque minus fideliter, certum quidquam scire poterat, nisi singillatim omnes verterent scripturam, appositis custodibus, & ipse rex postea omnes inter se conferret simul, & deligeret, quòd ait Aristeas ex omnibus singula, in quibus plurium cõsensus esset, id eũ erat regis consiliu, alioqui non tantũ numerũ interpretũ adhibuisset, quod Iosephus quoque his verbis significat: κρ' ὧν τὰ τῶν βιβλίων ἐκρίνε, τῶν σύμπαντων ἐπιμελόντως καὶ τὰ κατὰ τὴν ἑρμήνειαν ἀκριβῶς. i. à quibus (Lxx viris scilicet) quod certum est & concordans, & quod exactè, & fideliter versum est, deligamus. i. tot numero volo esse interpretes, vt quæ plana sunt, & certa, & ea in quibus concordent, plures consentiant, deligantur, & quod exactum fuerit chartis mandetur, vt par est, in re tanta, vt hoc fieret singulos per se scripturam vertere oportebat, vt postea collatis tralationibus deligerentur quæ inter se concordarent. Adde illud, quod si hæc æque commodè in vtranque partem pertrahi possent, tamen illud hic valere oportebat, quod semper in explicandis locis scriptorum ambiguis valet, vt ex alijs scriptoribus alios enodemus, omnes veteres scriptores hoc scribunt, quis ergo ambigat, si nihil aliud esset sic hæc esse explanãda? Ergo quod Aristeas, συνήθειαν, appellat. i. contubernium: sic intellige vt vnũ contubernium putes quod cellulas illas omnes habebat, quod sic intellexisse videtur ZONARAS, qui exceptos à rege ait Lxx viros hospitijs pulcherrimis. i. cellis illis nobilitatissimis. quanquam interpres numero singulari vertit, cùm Græcè sit numero multitudinis: Zonaras tamè putat Iosephum sensisse in vno tabernaculo Lxx viros scripturã simul vertisse, quod lõgè secùs intellexit Iustinus & si singula excutias res ipsa longè secùs se habet.

Zonaras scribit alios historicos putasse Lxx diuisim vertisse scripturam, Iosephum verò simul oẽs.

Cap. XXXIX. Refellit eos qui authoritatem D. Hieron. anteferant authoritati totius consensus omnium veterum patrum.

ADhuc quidam importuni initãt, & plus apud se valere aiunt vnius D. Hieron. authoritatem, quam omnium simul veterum patrum, quam omnium scriptorum, & omnium historicorum veterũ, quo non video quid ítultius dici possit. Finge D. Hieron. nõ mutasse sententiam, & non eadem postremo sensisse de Lxx viris, vt ostendimus, quæ reliqui veteres patres. Quis vnquam vnius doctoris sacri sententiam omnium sanctorum patrum atque omnis antiquitatis authoritati opponat? an non hæc pertinacia est, vt nihil grauius dicam, Si D. Hieronymus tempestate Lxx virorum fuisset aut Philonis Iudæi, aut Iustini martyris, vt oculatus multarum rerum testis esse potuisset, & multũ diuersa prodidisset literis, quam Philon Iudæus, & quam Iustinus, & quam Aristobulus, non esset tamen cur illius authoritatem in scribenda historia cæteris anteponeres. Nũc verò cum hi scriptores oculati testes fuerint, D. Hieronymus longò post fuerit tempore habeat fidem oportet D. Hieronymus rebus, historijs veterũ consignatis. An non ridiculũ esset, si plus fidei habere me dicerem ei, qui nũquam Indos vidisset, neque ea adijsset loca, quam ijs, qui ea loca obijssent pedibus, & lustrassent singula, & suis oculis ea notassent? tam essem importunus, vt ijs obtrepererem, mentiri dicerem? Non animi importunam quandam naturam, & acerbissima odia præ me ferrem si istuc facerem? Qui minus ij sunt importuni, qui eam rem inficiantur quam Philon Iudæus nominis celeberrimi Alexandriæ natus, & educatus vbi res est gesta memoriæ prodiditq; quæ nisi esset verissima profitetur, quam Iustinus philosophus martyr proximus temporibus Christi verissimam esse scribit, & se testem fuisse oculatũ affirmat? qui vestigia cellularum suis oculis lustrauerit, & affirmat Aegyptios omneis ita rem gestam narrare, & affirmare sic à suis maioribus accepisse, quam CLEMENS Alex. Stromaton lib. 1. scribit, & authorem citat Aristobulum. 1. ad Philometorem (quod Latinè mihi non satis commodè redditum videtur.) & Epiphanius Aristęi testimonio confirmat, quamque omnes veteres patres Græci & Latini, quos suprà citauimus veram esse testantur, & peritiores omnes ecclesiæ & multi alij non indigni fide (vt Augustini verbis vtar) in re tali & testimonijs tot grauissimorum hominum & Diuorum, testatissima & in receptissima sententia apud omneis veteres audeat quisquam dicere plus se fidei habere vni Diuo Hieron. qui hæc non viderit, qui CC post fuerit anno, qui postea mutarit sentẽtiam, quod ei prius non in mentem venerat hanc rem à tot scriptoribus proditam, & ita quærit quis huius rei fuerit primus author quo plane præ se tulit nó meminisse vbi hęc scripta ab historicis esset historia? qui inquam huic tantę authoritati se opponit, & plus fidei se habere dicit D. Hieronymo, non D. Hieronymo fidẽ habet. is eñ plus commendat Lxx quam cæteri patres, sed

A patres, sed odio plusquam Vatiniano (quod aiunt) Lxx viros prosequitur, & nomine D. Hieronymi se conatur tueri.

Cap. XL. Argumentis et rationibus probat verissima esse quæ de septuaginta cellis, et de miraculis sunt prodita ab ecclesijs.

AGè, nunc illud videamus, quam conuenienter rei quæ gereretur, illa sint edita signa. CYRIL. episcopus Hierosolymitanus 4. catechesi de Lxx senioribus, & rege Ptolemęo agens: Voluit, inquit, Ptolemæus rex periclitari, diuinine libri essent an non, & noluit vt interpretes simul eos verterent, sed sigillatim, suspicans fieri posse, vt sibi verba darentur. Hæc Cyrillus. Vndè intelliges Deum Opt. Max. cuius impulsu, vt diximus ex Chrysostomo, Ptolemæus hæc facienda curabat, conuenienter illud fecisse, vt signa illa ederentur diuinitùs, vt regi nulla reliqua esset dubitatio, intelligeretque libros illos esse diuinos, & diuinitùs Græcè
B redditos, quo maior reuerẽtia tralationi sacræ scripturæ præstaretur, & religiosiùs in bibliotheca asseruaretur, & iam ex eo tempore gentium animi pararentur ad recipiendam veram religionem. Ostendimus suprà Augustinum eadem verbis ijsdem dixisse.

IREN. lib. 3. cap. 25. scribit regem Ptolemæum timuisse, ne Lxx viri de compacto rem gererent, & celarent se veritatem scripturæ, nempe quod Iudæi sua sacra non communicabant alijs nationibus, nec clàm erat quantoperè Iudæi sacras literas venerarentur, & quanti eas penderent. Cum Ptolemæus igitur dubitaret hæc duo, an hæ literæ sacræ essent, datęque diuinitùs Iudæis, & an bona fide illi Lxxii viri reddituri essent sacras literas Græcè, indulgentiss. Dominus cũ Christi aduentus appeteret, se demisit ad eius vota, & miraculo illo effecit, vt vtrunque cognosceret, & illas literas esse sacras, & afflatu diuino Græcè esse redditas, & non secùs illa Ptolemæo aperuit mysteria, atque olim Balam impio reuelauit prophetiam Pharaoni, & Nabucodonosori, & eius filio magna mysteria ostendit, in ædificationem omnium hominũ, vt ita se gessisse videatur Dominus cum Ptolemæo, vt olim cum Palæstinis, cum periclitabantur an ob arcam fœderis illis plagis diuinitùs afficerentur, & plaustro iunctis iuuencis primi-
C peris remisere arcam, vt si contempto fœtu iuuencæ arcam Dei recta reduxissent via, intelligerent illa facta esse diuinitus, Tunc Deus, vt CHRYS. inquit in cap. 2. Matth. homil. 6. demisit se ad illorum vota, neq; indignum maiestate sua putauit illo tanto miraculo edito, pateface re se barbaris & infidelibus, vt ipsi aduersarij testes essent diuinæ potentiæ, multaq; à Deo eodem modo facta commemorat. Ad id exemplum IREN. lib. 3. cap. 25. illo miraculo ait, Deum fuisse glorificatum apud Aegyptios, & creditũ à Ptolemęo scripturas verè esse diuinas, & afflatu diuino tralatas, & summa reuerentia exceptas, & in regia bibliotheca collocatas. Et IVST. in oratione parenetica ad Græcos, ait regem ipsum Ptolemæum tanto miraculo edito, admiratione perculsum, credidisse diuina potentia, interpretationem illam esse factam, & regem Ptolemęum re tanta permotum Lxx viros, vt Deo charos, omni honore esse prosequutum, & libros sacros, vt par erat, admiratum, in sua bibliotheca reposuisse, & festos dies tanti illius miraculi constituisse, quæ ad sua vsque durarent tempora. Rogo, quid hoc distat ab illo, quod apud Danielem rex Babylonius, post miracula ingentia prædicari iubet per omnes nationes Deum Israël verum esse Deum? Quid hoc distat ab euentu aliorum miraculorum, quę sacris li-
D teris continentur? quibus parabantur animi gentium ad recipiendam fidem, neque aliud miraculũ historicorũ literis tã testatum videas, quàm hoc Lxx virorũ: si quæras, cur nó credidit ergo Ptolemæus? rogabo ego te rursus, cur non credidere alijs miraculis gentes quas suprà commemorauí? nempe quod parabantur animi gentium ad fidẽ, non vocabantur eo tempore.

Igitur si res controuersa esset, quæ penè tenetur manibus, quis tam in literis sacris est plumbeus, qui hoc quod dicimus non intelligat esse verosimilius, multò probabilius quàm sit scholæ Iudæorum sententia? An cùm lex vetus lata Iudæis est tot rerum miracula facta fuerint, tot facta signa ingentia, nunc cùm eadẽ lex feratur Gentibus, & nationibus, credibile est nullum à Domino signum esse editum? Nam vt ait CLEM. Alexand. Stromaton lib. 1. cùm versæ literę sacræ sunt à Lxx, lex diuina lata est Gentibus, prophetiæ datæ sunt nationibus. Cum populo ergo Iudæorũ lex lata est, ostenduntur signa de cælo, eduntur innumerabilia miracula, & cùm eadẽ lex gentibus & nationibus detur, nulla miracula fient? An Iudęorũ tantum cura est Deo? CHRYS. in cap. 6. Esaiæ scribit Dñm fuisse solitũ edere miracula, vt prophetas magnificaret

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vt palàm fieret,quod non loquerentur prophetæ ipsi,sed Dñs per prophetas, hic cùm pro- A
phetæ omnes dantur Gentibus quiescet Dñs?nulla miracula ostendet?qui in re simili tanta e-
rat solitus edere. Vndè tanta ista mutatio?Olim inter barbaras gentes quas prępararet Dñs ad
prędicationem euangelij, fulsisse Dominũ miraculis videmus,vt ait CHRYS.in cap.1.Matth.
vt multi ex barbaris nationibus essent proselyti , vt testata esset apud omnes Dei potentia , vt
olim in Aegypto ingens turba se populo Dei adiungit, & posteà in Babylone in fornacis igni
bus, in interpretationibus somniorum, in eremo inter infideles . Cur igitur non agnoscimus
hunc Dei morem?si historici hoc ingens miraculum reticuissent, nobis non futurum erat veri
simile Deum qui inter barbaras gentes fulsisset miraculis, antiquum non seruasse morem, vbi
nationibus legem daret,& prophetas. Et certè vt Chrysost.ait in cap.7.Matth.homil.35.impijs
reuelata mysteria sunt in ædificationem omnium hominum,vt cùm Balaã impio data est pro
phetia,& cùm Pharaoni,& Nabucodonosori prænunciata sunt,quæ post multas ætates erant
futura,quòd euangelicæ prædicationis exordia præfulgebant, multaq; oportebat diuinæ po
tentiæ probationes claresc̃ere,ideo plurimi etiam indigni accipiebant dona gratiæ.His Chry
sostomi verbis quàm cõsentanea sunt quę de Lxx viris sunt tradita. Ante enim quàm dilucs- B
ceret lux euangelica , iam appetente Christi tempore , veluti ante Solis exortum , quod alibi
Chrysost. ait,clarescit miraculis Aegyptus,quo sit paratior prædicationi legis nouæ, vndè po
steà in euangelij prædicatione incredibili turba sanctorũ Aegyptus toto orbe refulsit.Itaq; si
res controuersa esset,prudens rerum æstimator in memoriam reuocaret,quod idem Chry
sostomus ait in cap.4.Matth.homil.14.Dominum in introductione legis inopinata quædam,&
noua facere miracula solere,vt præstet pignora suæ potentiæ ijs , qui legẽ eius essent acceptu-
ri.Sic mundum creauit,inquit,laturus legem homini in paradiso , sic magna mirabilia edidit,
cùm mundum obruit aquis, Noë iura daturus : Abrahæ multa signa præstitit , priusquàm cir-
cuncisionis ei legem ferret : innumerabilia Iudæis ostendit signa , priusquàm Mosi legem da-
ret : & cùm viam præmuniret legi nouæ , cuius hæc omnia erant vmbræ credibile est siluisse
Dominum? & suæ potentiæ splendorem repressisse?

Cap. XLI. Miracula edita in tralatione Lxx virorum. C

Idem ait Iosephus, & Aristæus, & Zonaras.

ERgo nemo ambigat tria hæc esse edita miracula,& illud quod CYRIL.episcopus Hie-
rosolymitanus admiratur intra 72 dies negociũ tantum esse confectum.Quantunuis eñ
Librarij & Amanuenses citissima manu omnia exciperẽt (erant enim eo tempore Amanuen
ses,qui orationem Oratoris quam contentissima voce haberet in medio foro,totam notis ex
ciperent,vt ne syllaba quidem excideret) magno tamen miraculo factum esse quiuis confite-
bitur,vt intra tam breue tempus res tanta peragi potuerit, quod simile esse videtur illi , quod
templum Solomonis , quod septem illa orbis miracula superabat , septem annis est ædificatũ,
vt scriptum est .3.Reg.cap.6. Et domus Solomonis quæ dignitate,& magnificẽtia tẽplo longè
longeque inferior erat annis tredecim , vt statim cap.7.testatur scriptura , quod Iosephus lib.
8.cap.2quanquam omnia refert non ad veritatem historiæ, sed ad id vt historia Græcis , Lati-
nisque credibilis esse videretur,qui eo tempore à religione erant alieni, non tamen negat diui
nitus id,& miraculo factum esse,quanque miraculum extenuet,vt extenuat miraculum maris
rubri,& alia,de quibus suprà dictum est. Et leges apud ESDRAM cap.5.lib.3.hoc idem tem- D
plum à Babylonijs dirutum,intra alios annos septem esse instauratum.Et CHRYS.secundum
miraculum putat,vt suprà diximus,quòd per idolatram,& alienum à religione res tanta sit cõ
fecta.Sed illud tertium longè maximum,quod est nobilitatum omnium scriptis,singulos di-
uisos per se vertisse literas sacras,ita vt nõ solùm ijsdẽ sententijs consentirent , sed etiã verbis
ijsdẽ.Quo facto manifestè apparet,vt aiunt,oẽs veteres afflatu Spiritus sancti transtulisse Græ
cè sacras literas,quæ omnia omniũ veterum patrũ testimonijs testatissima suprà ostendimus.

Ex Iosepho quem schola Iudæorũ pro se citat, de prehendun tur verasi isse hæc omnia mira cula.

Sed & hæc omnia, vel ex solo Iosepho , quem schola Iudæorum pro se citat, verissima esse
facilè conijcies. Primùm omnium refert Iosephus , regem Ptolemæum constituisse festos
dies aduentus Lxx virorũ , qui per omne vitæ tempus quotannis celebrarentur , quod eo die
etiam victoriam ex Antigono nauali prœlio retulerit. Quis non videat hoc loco inuertisse
historiam Iosephum? quod facere solitum suprà ostendimus frequentissimè, quodque fecit
lib.9.Iudaicę antiquitatis cap.14 . Cùm enim.4.Reg.cap.17. scriptũ esset post ductas captiuas
decem tri-

A decem tribus Israël immissos leones , qui vastarent colonos deductos ab Assyrijs in vrbeis
Israël : Iosephus non leones immissos narrat, vt scriptura testatur , sed pestem immissam.
Et Iudaicæ antiquitatis lib.20.cap.8. Iacobum fratrem Iesu, nominati Christi, sic enim ille ait,
scribit reum factum ab Anano pontifice,quòd legem violaret,& cum quibusdam alijs tradi-
tum vt lapidaretur:idque factum omnibus bonis,& legis studiosis displicuisse,deque eo ipsos
clàm apud regem Iudæorum esse conquestos,cum authore D.Hieronymo in finem cap.1.epi
stolæ ad Galatas, Iacobus hic frater Domini fuerit primus episcopus Hierosolymorum, à Iu-
dæis è templo præcipitatus.Et cùm Iosephus se centies in historia verum appellet,& omnium *Iacobꝰ fra ter Domini apud Iose phum.*
verissimum,idque identidem repetat,quibusdam ex sanctis patribus hoc persuasit,qui si con-
tulissent singula cum litteris sacris,deprehendissent illum mendacissimum.Neq; scio vbi Su-
das legerit apud Iosephum, subuersa Hierosolyma ob cædem allatam Iacobo fratri Domini, *Christus a- pud Iosc- phum.*
cùm nusquam(quantum commemini)Iacobi fratris Iesu Christi mentionẽ faciat,nisi loco ci-
tato.Quin confessus lib.18.cap.6. Iesum Dñm fuisse Christũ illum expectatum à Iudæis, cruci
B suffixum,resurrexisse mortuum,& apparuisse suis tertia die viuum,vt prophetæ prędixerant,
& completas in eo prophetias prophetarum omnium, posteà de bello Iudaico lib. 4. cap.22.
&.6.cap.8.perijsse Hierusalem ait,quòd completa sint vaticinia prophetarum, & fingit vatici
nia quæ nusquam sunt, quasi prædictũ esset à prophetis propter seditiones peritura Hieroso-
lyma, & non propter Christum repudiatum, & cruce affectum , quod idem repetit lib. 20.
cap .6.cùm prius fuerit confessus , penè omnia quæ nos confitemur. Sed satis exemplorum
citatum est suprà . Agè, coniecturis hanc rem dijudicemus. Rex Ptolemæus aduentu Lxx, *Cõiecturis etiam pro- batur ad racula.*
festos constituit dies . vndè? aut quamobrem ? Cur Lxxii Iudæos tanti faceret nihil erat, ne-
que cur literas Hebraicas homo infidelis tanti penderet , neq; erat cur Aegyptij , aut rex ipse
Ptolemæus tanti æstimarent victoriam ex Antigono partam.Aliud accipe:Subijcit idem Io-
sephus lætatum regem Ptolemæum,& omnium maxima bona sibi contigisse cõfessum,quod
didicisset,quonam modo optimè regnare posset. Fatetúrne Ptolemæus se omnium fortuna-
tissimum factum,quod libros Hebræos esset consequutus? qui philosophus erat Platonicus,
idolatra à vera religione alienus? qui tot librorum milia in suam bibliothecam congesserat,
C vbi multa mirabiliter erant conscripta de regno gerendo,quæ ille optimè intelligebat,literas
sacras intelligere nullo modo poterat. Illud,illud erat quod triumphabat , quod sempiternis
ludis sanciebat celebrandum quotannis,quo se prædicabat fortunatissimum factũ , & omniũ
maximis bonis potitum,quod miraculo declaratum est,litteras illas Hebræas,quibus potitus
est,diuinitùs datas,& Græcè à Lxx viris redditas esse diuinitus,& tanto se beneficio affectum
esse. An non hoc erat quo merito triumpharet rex philosophus & sapiens ? librorum cupi-
dissimus? qui sapientiæ studijs inhiaret , cùm videret se potitum libris diuinis , & qui vide-
ret se honoratum tanto miraculo diuinitus . Illud etiã expende quod sequitur paulò pòst,ad-
miratum regem quæsijsse ex Demetrio cur ad hæc vsque tempora sacri libri delituissent , cur
historici illorum librorum nõ meminissent? Tam citò ne rex Ptolemęus sacrorum librorum
diuinitatẽ potuit intelligere? Erátne epistola aliqua,aut libellus vnus aliquis, qui vno die per
legi posset? sed fac perlegisse,homóne idolatra corticem literę tantoperè philosophorũ scri-
ptis anteponebat,qui neq; crederet sacras illas esse literas,neque religionẽ Iudæorum,aut suis
studijs philosophicis,aut suæ religioni anteponeret?libros quidẽ magni pendebat fateor, qui
D nulli parcebat impensę,vt eos ex toto orbe congereret.At vt tanti faceret,vt se appellaret for
tunatissimũ,& festos tanto boño consecraret dies,& vt miraretur cur libri tam sacri vsque ad
illa delituissent tempora,magna quędam res effecit,& quæ se longè suprà humana bona attol
leret.Agè quod scribit Iosephus , Menedemum philosophum admiratum,diuina prouidẽtiã
omnia gubernari dixisse,quò spectat? certè eò quod illo miraculo intellexit bonis proposita
esse præmia,& malis æternas pœnas.Id enim Græca verba significant *ἐκπλαγέντα δ' αὐτὸν μάλιστα τοῦ βασιλέως ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, ὡς ἄρα εἰσὶ μετὰ θάνατον ἀγαθοῖς μὲν ἀγαθὰ κακοῖς δὲ κακὰ τοῖς εὐσεβέσι.* i.Admirante ipsos non solum rege,sed etiam Menedemo philosopho,dicente gu-
bernari omnia prouidentia,& propter hoc credibile esse vim orationis,& pulchritudinem es
se inuentam . Libet enim ad verbum Græca verba reddere , quo magis appareat quid senserit
Iosephus.Nunc agè,singula expendamus.Quid demiratus est rex Ptolemęus aut Menedemus
philosophus?quòd vno consensu Lxx viri scripturam vertissent?laudanda quidẽ erat Lxx mo
destia & concordia, sed nihil erat cur id tantoperè rex Ptolemæus & philosophus Mene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

demus admirarẽtur, Quid quod sequitur, Dicente omnia prouidentia gubernari, vel vt vertit A
Tertullianus in apologetico aduersus Gentes, de Lxx viris agens, prouidentiæ vindex. Solúsne philosophus Menedemus sensit mundum prouidentia gubernari? & quis hoc philosophorum non intellexit, & docuit? exceptis paucis quibusdã quos ἀθέους vocauit antiquitas, quosque acerbissimè in Epinomide, & libro de legibus decimo insectatur Plato, de quibus IVVENAL. Et mundum credunt, nulla ratione moueri, Natura voluente vices, & lucis, & anni. Quod obscurè ergò Tertullianus dixit, planiùs multo Græcè Iosephus ᾧ μενεδήμου φιλοσόφου περὶ τοῦ ὅλου διανοουμένου καὶ φάσκοντος. i. Et Menedemo philosopho dicente, vel affirmante mundum prouidentia regi. Quibus verbis planè significat post tantum miraculum admiratione perculsum fuisse Menedemum philosophum & affirmasse verè mundum prouidentia regi, quod Tertullianus dixit obscurè. Prouidentiæ vindex. i. post tantum miraculum vindicem se ostendit prouidentiæ, hoc est, affirmauit mundum verè prouidentia regi. Vndè quæso Menedemus post tantum miraculum ait apud Iosephum, mundum regi prouidentia? nisi quòd tanto edito miraculo intellexit literas illas esse sacras, & legem illam diuinam, quam Deus tulisset hominibus, qui veram religionem colere vellent? Hoc ergo Tertullianus & si perobscurè, cùm ait Menedemum vindicem fuisse prouidentiæ. i. tanto miraculo permotum affirmasse esse prouidentiam, & suspexisse illos de communione sententiæ. i. admiratum fuisse illos, quòd cùm sigillatim vertissent scripturam, eodem tamen modo vertissent, ob miraculum illud editum scilicet: quæ quidem perobscurè dicta sunt, sicut cætera, est enim Tertullianus scriptor perobscurus. Planiùs Iosephus, quanquam obscurè hic quoque: non enim audebat auribus infidelium tanta hæc miracula credere. Cùm enim dixisset Menedemum affirmasse post illud miraculum mundum regi prouidentia, quæ scilicet bonis diuinas leges ferat, malis pœnas parat æternas, subiecit: Propter hoc potentiam sermonis, & pulchritudinem credibile est fuisse inuentam. i. propter hoc quod mundus regitur prouidentia, credibile esse hanc tantam potentiam sermonis, quam hodiè vidimus hoc tanto edito miraculo, quo omnes verbis, & sententijs consensere, & hanc pulchritudinem sermonis. i. hanc scripturam sacram, credibile est inuentam esse. i. apparet datam diuina prouidentia.

Quid? illúd leue cuipiam esse videtur? quod scribit Iosephus, Iudæos omnes vno consensu C
tralationem Lxx virorum probasse, diris execrationibus deuouisse eos qui ei quicquam adderent aut demerent. Erátne chartula aliqua tenuis, scriptura omnis, de qua tam citò Iudæi ferrent iudicium? quam tam cito cum Hebræa lectione possent conferre & probare tam citò, & tam citò facere sacrosanctam? certè nisi talpa cœciores simus, clare oculis cernemus tot simul edita miracula id effecisse, vt Iudæi magnitudine miraculorum perculsi id sanxerint, sanciendumque toto orbe terrarum apud omnes Iudæos curauerint, & ita obseruauerint per annos octingentos & triginta, cum tralationem Lxx seniorum in suis synagogis legerint summo consensu per annos quadringentos, neque synagogis eam per alios quadringentos & triginta annos exigere potuerint, vt liquet ex constitutione 146 Nouellarum Iustiniani imperatoris. Nam tu te cogita vndè tanta Lxx virorum tralationi accesserit authoritas, vt æquè legeretur in synagogis per tot annos, atque Hebræa lectio. Certè tanta authoritas ei accedere non potuisset, nisi editis miraculis quæ narrat Aristobulus, Aristęus, Philon Iudæus, & alij scriptores, quos suprà enumerauimus.

D

Cap. XLII. De authoritate tralationis Lxx virorum.

Vide quid addam, Augustinus & Origenes vt suprà dictum est, sic commendant tralationem Lxx virorum, vt si integra esset, & non vitiata, ex æquo citetur ab euangelistis & apostolis atque Hebræa lectio. Ego illud addo, si expendissent Augustinus & Origenes ea, quæ modò dixi, hinc quoque fuisse commendaturos Lxx seniores, quòd eorum tralatio æquè legeretur, atque Hebræa lectio in synagogis Iudæorum, cùm ibi Spiritus sancti essent charismata, ante Christi aduentum scilicet, quod certè nunquam Iudæi paterentur, nisi certum haberent vtranque datam diuinitus, vtranque afflatu Spiritus sancti esse textam. Nam quòd postea aliæ tralationes Iudæorum, Aquilę, Symmachi, Theodocionis, in synagogis legebantur exemplo tralationis Lxx virorum fiebat, & priorum temporum. Et id factum est, postquam desierunt esse in

A esse in synagoga Iudæorum charismata Spiritus sancti longo tempore post passionẽ Domini, Lxx viri extruderentur, postquàm enim per quadringentos annos summo consensu, vt centies repetitum est, tralatio Lxx in synagogis Iudęorum est lecta vsque ad tempora Philonis Iudæi, qui, cum Iudęis scriberet, interpretatur tralationem Lxx virorum, tanquam receptissimã & vulgatissimam apud Iudęos editionem. Vt primum ei aduersari cœperunt, Aquilam subornarunt Iudæum, vt tralationem Græcã cuderet, quam Iudæi in synagogis legerent, relicta interpretatione Lxx interpretum, quodq; hoc non malè cesserat (quidam enim eam in synagogis legebãt) Symmachum quoq; impulerunt, vt idem faceret. Deindè Theodocionẽ, vt multæ essent, & quælibet suos haberet amatores, veniretque in obliuionem tralatio Lxx virorũ. Sustuleruntque de medio Aristæum, qui eorum historiam conscripserat, penes Iudæos enim erat Aristæus, non penes nationes infideles, quæ libros sacros ridebãt, & historicos, qui illorũ historiam scripserant, quod vel ex illo Horatij intelliget qui volet, vin' tu curtis Iudæis oppedere? Dicebant enim hæc impiæ nationes, quanuis vt apud Iosephum leges, & ex Platone lib.
B 10. de legib. nemo qui Deum contemneret, impunè tulit vnquam, tamen infideles hæc nõ magni pendebant. Itaque si qui fortè Aristæi libri toto orbe essent, Iudæi non pepercere operæ, nec impensæ, & eos de medio sustulere: nec enim poterant tralationem Lxx oppugnare, nisi Aristęum, qui illorũ historiam scripserat, de medio sustulissent. Tunc confarcinatus est hic Aristeæ liber, qui vulgò circunfertur ex Iosepho & Aristęo, ita vt celarentur miracula & testimonia veritatis tralationi Lxx impertita diuinitùs. Nam toto hoc opere ostendimus Iudęos omnem mouisse lapidem, omnia esse molitos, vt aduersarentur veritati. Et suprà ostendimus Aristeam hunc, qui se fingit esse Aristęum illũ hyperaspistem Ptolemæi, alium fuisse ab hyperaspiste Ptolemæi regis.

Cap. XLIII. Vbi legatur quòd Esdræ diuinitùs sint suggesta scripturæ.

ET quoniam repetitum est illud sæpiùs, veteres patres hoc miraculum editũ in tralatione Lxx virorũ, illi putasse fuisse simillimum, quod Esdrępost captiuitatẽ Babylonicam,
C scripturæ, quæ in illa ruina perierant, sint suggestæ diuinitùs, vt illas populo Iudæorum restitueret. Nec defore puto, qui huic quoq; rei fidem abrogent, nec illud habent rationis quidã, multa ex traditione apostolorum, & maiorũ vsq; ad veterum patrum tempora, quasi per manus fuisse transmissa, quæ illi suis chartis posteris tradidere. Quid vanum, fictũ, aut fabulosum quisquam in ecclesia catholica videat, vndè hæc illis similia esse coniectet? Omnia verissima sunt, quæ veteres patres scribunt, mendacio aut fabulæ in eorum scriptis, nunquam fuit locus. Vtinam nunquã cuiquam venisset in mẽtem demutare quicquã ex ijs quæ veteres patres, qui doctrinam ab apostolis imbiberant, & ex Spiritus sancti fontibus hauserãt, nos docuissent. Si enim recte examinentur, omnia veriora veris reperiẽtur, omnia magno fundamento niti. Neque enim fundebant sine sensu sonos in cassum, temerè. Aliquando fortasse hanc quæstionem maiori studio disceptabimus. Núc veteres patres historiani illã Esdræ, cui scriptura diuina diuinitùs est suggesta post captiuitatem Babylonicam, mutuati videntur ex lib. 2. Esdræ cap. 8. ex illo loco: Populus autem stabat in gradu suo, & legerunt in libro legis Dei, distinctè & a-
D pertè, ad intelligendum, & intellexerunt cùm legeretur. Quæ verba Lxx viri aliter vertere, quos suprà dixi in plærisque esse metaphrastas, sententiam scripturæ exprimere, non numerare verba. Hi ergo Lxx viri quod in principio capitis dictum erat, Esdram sacerdotem attulisse legem, & legisse, & quod hoc loco, quod illic dici cœptum erat, explicatur fusiùs, vertere: Legerunt in libro legis Dei, & docebat Esdras, ᾗ ἐπίστατο ἐπὶ τὴν ἐπιστήμην τοῦ θεοῦ. Et distinguebat in scientia Domini, & intellexit populus lectionem. Quæ verba apertè præferunt sententiam veterum. Si enim quæ ibi scripta essent, legisset, nunquam diceretur legisse scientia Domini, humana nanque scientia legitur ab eo, qui literas nouit: qui diuina scientia legit, & distinguit, suggesta diuinitùs verba legit, neque de interpretatione hæc dicere possis, cùm sequatur, Populus intelligebat ἐν τῇ ἀναγνώσει Id est, In lectione, hoc est, quæ legeret: quæ vox Græca non potest ad interpretationem referri.

Sic THEODOR. in præfatione in psal. hæc intellexerat his verbis: [illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Id est, Admirandus Esdras, centum quinquaginta annis ante interpretationem Lxx virorum, A
plenus gratia cęlesti, sacros libros descripsit præ Iudæorum incuria, & ob Babyloniorum impietatem iam olim corruptos & deprauatos. Si igitur ille inflatu Spiritus sancti, horum librorum renouauit memoriam, &c. Sic intellexisse videtur CLEM. Alexandrinus Stromat. lib. 1. de Esdra agēs, scripsit: Δι' ἐγκύψεως τῆ ἀναλήψεως τοῦ λαοῦ, ἐχρήσθη τῶν θεοπνεύστων ἀναγεγραμμένων, ἐφ' ἁπάντων τῶν βιβλίων. Id est, Per quem Esdram facta est liberatio populi, & recognitio, & liberatio sacrorum librorum. Et rursus de Lxx eodem libro infrà: Corruptas scripturas è captiuitate Babylonica, Esdras diuino afflatu, antiquas omnes renouans scripturas prophetauit. Et IREN. lib. 3. cap. 25. Inspirasse Deum Esdræ sacerdoti, prophetarum omnes sermones, vt in memoriam redigeret, & populo restitueret, cùm corruptæ fuissent captiuitate Babylonica, quod idem ait BASIL. in Asceticis ad Chilonem ipsius discipulum: Esdras, inquit, diuinos libros Dei iussu eructauit, & cæteri sancti patres hoc idem aiunt, & translatio Lxx virorum hoc præfert lib. 2. Esdræ cap. 8. Legerunt, inquiunt, in libro legis Dei, & docebat Esdras, & distinxit in scientia Domini, & intellexit populus in lectione, vt planè dicant Esdram scientia Domini inspirata distinxisse, & distinctè legisse omnia, quanuis vitiata & corrupta essent, quod apertiùs præfert B
Hebræa lectio, quam sic distinguunt Lxx. Et legerunt in libro in lege, quòd de Esdra præeunte mentio facta est, & alijs quos legisse dicit in libro in lege præeūte Esdra. Et posteà: Deus manifestans, & ponens intellectum. Sic enim lectionem Hebræam intellexere Lxx viri, vertere enim, & legerunt in libro legis Dei, & addidere de suo, & docuit Esdras. Et posteà: Et distinxit in scientia Dñi. Si ergo lectionem Hebræam sic interpretere: Et Deus erat manifestans, & ponens intellectū, potuit apertiùs dici, quod sancti patres aiunt? quæ hæc pugna tanta nostrorū hominū quorundā, qui Hebraicè discunt aduersus Lxx & aduersus sanctos patres? an ideo linguas discunt vt nos, & nostra oppugnēt, & Iudæos sequantur? Insusurrari audio, mihi quoque vitio verti, quòd multa discam, & mutuer à Iudaizantibus, & tamen illos oppugno, quorsum ergo sacerdos Christianus, operam impendi perdiscendis linguis, nisi vt Iudæos & Iudaizanteis oppugnem? An ideo Hebraicè discet quisquam vt Iudaizet? pereant potiùs linguæ, si hanc pestem sunt importaturę. Lectio ergo Hebræa est.

Quæ verba possunt quidem — lectione in intellexere & intellectū ponere & distinctè — manifestāns Deus — legis — in libro — legerunt Et
verti vt reddidit וַיִּקְרְאוּ בַּסֵּפֶר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים מְפֹרָשׁ וְשׂוֹם שֶׂכֶל וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא
D. Hieronymus, vt significetur legisse Esdram distinctè & apertè, quod miraculo quoque factum apparet, cùm deessent vocales, deessent apices, & velut notis quibusdam scripturæ conscripta esset, quas nos cifras appellamus: & quanuis non omnia intercidissent captiuitate Babylonica quòd ibi commentarentur quoq; legem Dñi, interciderant plurima tanta ruina, & miraculo apponitur, quod etiam vitiata & mutila legerit Esdras diuino afflatu. Lxx viri aliter hæc intellexisse videntur, vt dixi, qui sic sunt interpretati: וַיִּקְרְאוּ, Et legerunt: בַּסֵּפֶר, in libro: בְּתוֹרַת, in lege. i. Et legerunt in libro in lege, quod de Esdra interpretantur Lxx viri. Quanuis eīn vertant: Et legerunt in libro legis Dei, & adiecere de suo: Et docebat Esdras. Posteà, מְפֹרָשׁ Deus: הָאֱלֹהִים, erat manifestans (addidere enim alia puncta.) Si sic vertas, potuit apertiùs dici qđ veteres patres scribunt, legisse Esdram quæ Deus manifestaret? si scripta essent quæ diceret, nũ quam scriptura addidisset: Et Deus erat manifestans. i. Deus suggerebat quæ legeret: nã quòd Pagninus vertit passiuè, legerunt in lege Dei expositi: quid sibi velit nó video, quantò meliùs D
vertisset si actiuè reddidisset, Dei exponentis, vt esset: Legerunt in libro Dei exponentis. i. Dei qui exponebat & manifestabat quæ legeret. Nam docuimus ex D. Hieron. pro ratione sententiæ licere hæc vel illa apponere puncta, & puncta faciunt, vt hoc verbum actiuum aut passiuũ rat suggerens, & manifestans, non possis ad interpretationem referre, sed ad lectionem, vt sit & verbum Hebræum non significat interpretari, sed legere, vt hà elohim mephares. i. Deus esensus: Deus erat suggerens quæ legebat, vel Deus suggesserat verba illa quæ legebat, vt Esdras conscripta afferret quæ suggessit Deus ex lege, & quæ ibi legebat. Posteà sequitur: וְשׂוֹם, & ponere, vel ponendo: שֶׂכֶל, intellectum: vt sit, Et ponendo intellectum. i. ponebat intellectum, vel posuerat intellectum, quòd si ad lectioné referas, nec enim potes aliò referre, quod neque verba Græca nec Hebræa aliò referri possunt, certè eodem spectant, an vt ego legam quæ scripta sunt, necesse est vt denuò mihi Deus addat intellectũ? Sequitur postremò, וַיָּבִינוּ, & intelligebant: בַּמִּקְרָא, in lectione: qđ miraculi quoq; loco est, quę legeretur tam fa-

A tam facilè populum intellexisse, neque assuetum lectioni sacræ, neque magnoperè linguæ Hebraicæ, sed Chaldaicæ, sic Lxx viri hunc locum intellexisse videntur, qui illam sententiam reddidere. Et fortasse à Iudæis suis maioribus hoc acceperāt ita euenisse, & indè dimanasse ad primos nostros patres credibile est, & hoc quoque apostolos eis tradidisse. Nam quod tam receptum est apud nostros maiores, non sine magna ratione receptum est, & hic locus si aut Græcè, aut Hebraicè expendas, id planè præfert, quod dicunt patres veteres. Quòd Iudæi verò, & Iudaizantes, qui Iudæos sequuntur aliter interpretantur, mirandum non est. Notant eñ id veteres patres, vt iam erit dicendum, Iudæos ad id toto pectore incumbere, vt prophetias faciant ad nihilum recidere, vt nihil dicant, aut vt mendacia dicāt, & quæ manifesto falsa sint. Vnde IVSTIN. Imperator, Dum commentis, inquit, inter ipsos interpretationibus se committunt Iudæi in hunc vsque diem à recta sententia aberrarunt: & dum Iustinianum cito sapientissimorum ecclesiæ catholicæ illius tempestatis consensum cito, de quorum sententia
B leges sancire solebat. Scio quendam doctum virum hæc aliter interpretari, mihi nunquã placuit sententia, quæ à veterum patrum interpretatione desciuerit. Nanque quod idem scriptor prodidit ex lib. 2. Machab. cap. 2. Neemiam congregasse de regionibus libros, & prophetarum, & Dauid, Græcè legitur non congregasse de regionibus libros, sed quòd construens bibliothecam Neemias congregauerit ea quæ de regibus, & de prophetis erant scripta. Et epistolas Regum de donarijs, quem locum intelligere possis, non de scriptura sacra, sed de alijs libris qui multi erant de regibus, & de prophetis. Quòd si libros sacros intelligas, congregauerit ille quidem libros de regionibus, vt textus Latinus præfert, quanquam Græca lectio præferat, congregauit de regibus libros, Esdras vero diuino afflatu quæ deerant, restituit, & germanam lectionem, quod idem author ait, & ita verisima sunt, quæ veteres patres scribunt. Nam congregasse Neemiam intelligi potest libros sacros ex omni gente Iudæa, quod per partes memoria tenebantur scripturæ singula à singulis, nam quæ quisque nouerat, ea suos filios docuerat. Sic enim olim discebantur disciplinæ, cùm nondum erat literarum vsus tam frequens, vt olim Homerus tenebatur memoria per parteis & opera Pisistrati Athenienſis tyranni, qui singulos versus emebat drachmis singulis, Homerum ab interitu
C reuocauit. Sic enim cùm singuli referrent versus, quos tenebant memoria integer Homerus est restitutus, & opera Aristarchi, & Grammaticorum, quos Criticos vocant, fuit repurgatus vetustate adulterinis, mendis, vitijs. Et sic fortasse significatur hoc loco congregatam ex vniuersa gente Iudæa scripturam sacram, vt conferrent quæ quisque tenebat, aut nouerat: Esdras verò, regente Deo, & addente intellectum, in pristinum ordinem reuocauit mutila, & trunca, afflatu Spiritus sancti reddidit sarta tecta, vt non Aristarchus aliquis expurgarit mendis, non Grammaticus aliquis Criticus, sed Esdras diuino afflatus numine, vt idem Spiritus sanctus, qui scripturæ author erat expurgaret, in pristinum reuocaret nitorem, quæ deerant reponeret, cùm Esdræ suggerebat, quæ erat facturus, & addebat intellectum, vt hæc faceret. Sic hunc locum veteres patres enodant & interpretantur sic Græca & Hebræa lectio præfert. Hęc ego de paupere penu dicere potui, de locupletiore alius plura promet.

Cap. XLIIII. Continet recapitulationem de Lxx cellis & miraculis.

D NIsi tam multa dixissem de hac re, pluribus quererer, adeò paruam haberi fidem à quibusdam, sacris scriptoribus, vt necesse habuerim ex monimentis scriptorum Iudæorum, aut alienorum à fide, eruere veritatem. Dicerem illud quod Athanasio semper erat in ore, consensum veterum patrum non pro iudicio aliquo, sed pro diuino responso habendum esse: citarem prophetarum testimonia, quibus Iudæi mendacissimi, & impudentissimi à Deo nominantur, populus fidelis appellatur verus, & sanctus: Expostularem cum quibusdam ex nostris, quòd à mendacissimis & impudentissimis Iudæis veritatem petere postulent, aquam videlicet ex pumice, è tenebris lucem, populo sancto Dei abrogent fidem? citarem illud Ciceronis pro L. Corn. Balbo cùm Q. Metellus vir summę authoritatis, de pecunijs repetundis causam diceret, & cùm ipsius tabulæ circunferrētur, fuisse iudicé nullũ, quin remoueret oculos, & se totũ auerteret, ne quod ille in tabulas publicas retulisset, dubitare quisquã verúmne an falsum esse videretur: Allegaré, quod de Aristide refert idem Cicero, qui cùm iurãdi causa ad aras accederet, iurare est prohibitus, quod omnes iudices vna voce, ne is iuraret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

reclamarint, quod spectato viro iniurato fidem habendam putauerunt. Et contra, quidam ex A
nostris tot sanctis scriptoribus, & martyribus etiam, cùm citent historicos Christiani nominis inimicos, etiam cùm se suis oculis vidisse testentur, putant non habendam fidem? Atqui laudabant veteres illud factum populi Romani, quod cùm Aemilius Scaurus vir grauiss. accusante Varo Sucronense proditionis reus esset, neque Scaurus se vellet tueri verbis, sed tantùm dixisset Q. Varus Sucronensis ait me Aemil. Scaurum Rempubl. prodidisse: Ego Aemil. Scaurus nego: neq; plura dicens aduersus accusationem Q. Vari, aduersum testeis, aduersum omnia argumenta, neque refellens quicquam, sed sua se authoritate tuitus, iussisset populum Romanum sententiam ferre: populus Rom. eum cunctis suffragijs absoluit. Quantò melius hic constitui hoc genus probationis posset? schola Iudæorum hoc ait, consensus veterum patrum negat: multum hoc est, si non plus dicerem, quam schola Iudæorum hoc ait, minimus ex veteribus patribus negat, apud æquos iudices caussam vicissem. Quot causas refert VALER. Maximus grauissimi viri testimonio victas aut defensas? & quidam de testimonio omnium sanctorum patrum dubitant? cùm præsertim Lxx viri sua se authoritate defendant, tot numero, & Iudæi, & tribus seculis ante Christi tempora, qui ita vertere scripturas, vt euangelica & apostolica verba representarint, quòd multò maius est, quàm illis fulsisse miraculis, quæ Iudæus Aristobulus, & Philon Iudæus testantur esse verissima. B

Cap. XLV. Quòd necesse sit ita quenque Græca et Hebræa vertere, vt mente concipit, si Iudaicè, Iudaicè: si Euangelicè, Euangelicè.

PLærique (vt iam ad nostros transeamus) itaque potissimum, qui hæresiarchæ fuere, nouas nostra tempestate veteris testamenti edidere tralationes, quas ad veritatem Hebraicam asserunt editas, quarum plures ad Iudaicam perfidiam redditas esse contendimus. Vbi prima illa exoritur dubitatio, cum in vinea Domini, vt inquit Augustinus, etiam si multi, & admirandi sint vindemiatores, semper reliquus futurus locus sit alijs, semper futura sit racematio, cur non solum hæresiarchas auersemur tantopere, sed quosdam etiam (neque enim omnes damno) qui nouas cudunt ex Hebræa lectione interpretationes? & iuuant D. Hieron. & veterum patrum labores, quæ vltima pars est huius nostræ disputationis. Et huius quidem rei qui primoribus labris Græcas, & Latinas attigere literas erunt arbitri, qui Græca Latinè vertere pro suo modulo possunt, aut versa legere. Intelliget nanque (quanquam hoc facile cuiuis est animo cernere) quæ mente concipimus, & qualia concipimus, ea nos & talia verbis exprimere, neque alia verbis posse eloqui, quam quæ animo concipiamus. Si Græca Latinè reddere volo ita ea reddam necesse est, vt ea intelligo, quanuis ad verbum reddere sit consilium, quod voces fere multos habent intellectus, præsertim apud Hebræos, vbi punctorum varietas, varij apices multum diuersa significant, sæpè ego hoc, ille alio intellectu verbũ accipit, vndè tralationes ipsę aliquando toto cælo distare videntur. Et pro vt quisque intellectũ scripturę concipit ita varie distinguit & dispungit. Quid si verbum subaudire, aut vocem aliquam, aut orationem necessitas ipsa cogat? quod in Hebræa lectione, quod Hebræus sermo sit magnopere concisus, frequentissimum est, quanta hinc nascitur, Deum immortalem varietas & tralatio num diuersitas? Nam vndè factum putas cum Lxx viri & D. Hieron. Hebræam lectionem ad verbum verterint, non solum vbi Lxx sint paraphrastæ, aliquando inter vtranque tralationẽ sit mira diuersitas? Age ex vno cap. verbi caussa multa exempla sumamus. Quinquagesimo tertio cap. huius prophetæ Esaiæ redditur caussa cur non sit agnitus à Iudæis Deus homo factus, iuxta tralationem Lxx virorum: quia ascendit sicut puerulus lactens: iuxta tralationem D. Hieron. Quia ascẽdit sicut virgultum coram eo: rursum, iuxta tralationem D. Hieronymi describitur in passione sic: Non erat ei aspectus, & desiderauimus eum. iuxta Lxx, Non habebat speciem neque decorem. Rursum D. Hieron. De angustia & de iudicio sublatus est: Lxx: In humilitate iudicium eius sublatum est: Et pro, Dñs voluit conterere eum in infirmitate: Lxx, Dominus vult mundare eum à plaga. & innumerabilia alia quæ sunt huius notæ quæ D. Hieron. luce euangelica illustratus, & Spiritus sancti luce perfusus (facit enim spiritus sanctus quosdam doctores, quosdam vero prophetas) ita vertit vt sensus pandat sacros. Lxx viri vt accepere à Mose & prophetis, & à maioribus doctrina spiritali quasi per manus tradita, vt ait Hilarius, atque vt voluere veteres patres, vt spiritus sanctus aspirauit, vt vterque sensus sacer sic C D

vbi ali-

A vbi aliqua videtur esse diuersitas, vtrunq; Christi præferat magna mysteria, quod multa scripturæ loca duos & plures habeant sensus literales, vndè versio D. Hieron. verissima est, & tralationem Lxx virorum citant apostoli, vt illic dicendum est. Nam vndè factum putemus (vt dictum centies est, repetendumque millies) vt cauerit Deus, vt CCC annis ante Christi aduentũ per ludęos ipsos & tot numero verterentur scripturæ, & ita verterentur, vt euangelicâ & apostolica verba sonarent? nisi quod verba Hebræa pro varietate punctorũ, & apicũ varia significant. Et si post lucem euãgelicã versa esset Græcè aut Latine scriptura videri posset ingenio applicata ad apostolica, & euangelica verba, vt re ipsa est diuinitùs applicata ad euãgelica verba. Quanuis em CCC annis vt Iustinianus Imperator cõstitutione illa toties à me citata, scribit, Lxx pręcesserint apparitionẽ magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, tamẽ illã gratia Spiritus sancti circũfulgente, quasi presentib⁹ oculis cernẽtes, ita suã fecere interpretationẽ, vt ad apparitionẽ magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi referrent quæ vertebant omnia & sua interpretatione Christi mysteria exprimerent. Hoc si factum esset post euangelicam lucem

Quid Iustinianus de Lxx scripserit contra perfidiam Iudæorum.

B non solum Iudæis, & infidelibus, sed nobis omnibus esset vehementer suspectum: non enim reddunt scripturam ad verbum semper, sed plerunque quadam euangelica facta paraphrasi vt ait Iustinianus, & vt affirmant omnes veteres patres ad vnum. Ideo ergo cauit Deus, vt Iudæi ipsi, & tot numero, seni de singulis quodecim tribubus CCC annis ante Christi tempora scripturas verterent, ne vllus suspitioni, aut dubitationi relinqueretur locus. Vndè IREN. impudentis hominis esse putat, vbi argumentum hoc insolubile sit in re tam nota, & tam perspicua dubitare. Iudęi hãc tantam Spiritus sancti illustrationem, qua tãto ante tempore Christi mysteria viderunt Lxx viri & ea sua interpretatione expresserunt, imperitiã vocant! vt est apud IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem & in epistola Orig. ad Aphricanum. Nec enim reliquũ erat aliud, quo confugerẽt cum tralatione Lxx virorum, quoquo se vertant, dãnentur. Quibus suprà responsum est. Sed est operæ pretium audire colorem, quem huic rei dedere, multò enim inęquiores sunt Iudæi & Iudaizantes nostri temporis nobis, quàm erant olim, & multò magis peruertunt scripturam. Expectabant, aiunt, Lxx aduentũ Christi, & ideo omnia referũt ad Christũ. Deus vobis bonã mentẽ: ita Lxx errant, dũ referunt ad Christum, vt

Lxx omnia ad Christũ referũt & curt

Ridicula Iudaizãtium responsio de Lxx.

C semper cũ euangelio cõcordent, & citentur ab apostolis, & euangelistis? Semper attingere scopũ, ait Arist. nõ fortunę est, sed intellectus. D. ergò Hieron. & Lxx, luci euãgelicæ cõuenienter vertere scripturã, Iudæi verò toto pectore incũbunt ad id, vt vaticinijs prophetarũ offũdant tenebras, & vt falsa interpretatione, qđ ait D. Hieron. & aiunt oẽs veteres patres omnia perueꝛtãt, & quę apertè dicta sunt & plane à D. Hieron. & à Lxx viris obscurẽt, & tenebris inuoluãt, omniũ oculis prospectum eripiant, ne veram religionem videant, vt errent, vt in tenebris versentur obscura nocte tecti. Nec meus hic sermo est, sed omnium veterũ patrum, vt iam apparebit. Neque ego hoc primus moneo nostros, Imperator Iustinianus id publica lege monuit constitutione illa toties repetita: Dum commentis, inquit, inter ipsos, interpretationibus se cõmittunt Iudæi in hunc vsque diem à recta sententia aberrarunt. Et infrà damnans Iudæos qui interpretationem Lxx, & alias Græcas tralationes scripturæ vitabãt, & manibus reliquorum Iudæorum excutiebant, vt falsis interpretationibus quas ipsi comminiscerentur oculis reliquorum Iudæorum offunderent tenebras, ne veram religionem videre possent, vt cœca nocte inuoluti, vitam degerent, damnans, inquam, Imperator Iustinianus, has Iudæorũ fraudes,

Quæ arte nos oppugnent Iudæi.

D quibus suorum oculis offundunt tenebras, ne veritatem videre possint, vetat id facere, vetat excutere Iudæorum manibus tralationes scripturæ, etiam quacunque lingua sint, vt intelligãt scripturam, vt paratiores sint ad recipiendam fidem, subijcitque: Neque facultas sit ipsorum interpretibus, hoc est, Rabinis Iudæorum, qui solam Hebraicam assumunt linguam, vt suo arbitratu malitiosè hanc Hebraicã linguã tractent & interpretentur, vt sic tegant Iudæos facere vetat, ne interpretatione sua malitiosa Hebrææ linguæ abutantur imperitia vulgi, dum inter imperitos Hebrææ linguæ malitiosè interpretantur Hebræam lectionem, hoc Iudæi faciunt per nostros homines aduersum nos. Quòd enim ignoramus Hebræam linguam abutuntur nostra ignorantia, & ex nocte faciunt nobis diem, & ex die noctem, vt inquit ille, suis interpretationibus, subornatis quibusdam ex nostris, qui nostris oculis offundere tenebras moliantur, vetat Imperator Iustinianus, Iudæos hos impios, populo imperito Iudæorũ, falsis interpretationibus facere impostura, tantum abest vt legibus obtemperent impij Iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæi,abstineantque decipere suos, vt per nostros aduersum nos versent dolos, & ad nos quo- A
que transmittant falsas illas, & malitiosas(quas Iustinianus nominat)interpretationes. Nam
nostri cùm horum scrinia compilant,& cum ex horum Iudæorum commentis suas texãt tra
lationes,necesse est vt tralationes huius modi Iudaicam impietatem redoleant:& cum ad ve
ritatẽ Hebraicam dicantur editę,ad perfidiam Iudaicam expressæ potius sint. Siue igitur qui
dam ex illis de compacto rem gesserint cum Iudæis & sub persona Christianorum,Iudæorũ
causam agant, & ad nos transmittant venena quæ Iudæi porrigunt,quæ nostris propinẽt, nec
opinantibus, siue nostri commentaria Iudæorum, vbi hæ fraudes sunt, compilant & clàm ad
nostros transmittunt suppresso rabinorum nomine, quidam etiam citatis rabinis sanctos pa
tres oppugnare omnes mihi videntur. Atqui nulla iura sinunt res Iudicatas, & iudicio tran-
Iudaizantes Iudæorũ causam agunt,siue scientes, siue insciẽtes. sactas rescindere, quæ iura re iudicata stari censent, vndè natum vulgo prouerbium, a-
ctum ne agas, quod iudicio transactum est,& decisum necui ius sit in iudicium reuocare. Et
ostensum suprà est tot edita fuisse miracula cum verterentur scripturæ à Lxx viris, vt decre- B
to omnium Iudæorum publice in synagogis Iudæorum litteræ sacræ Græcè redditę à Lxx vi
ris æque legerentur, atque Hebraicè scriptæ, quod viderentur translatæ afflatu Spiritus san
cti vt olim eiusdem Spiritus sancti inflatu scriptæ fuissent.Et eo tempore id decretum osten
dimus cum Iudæa religione floreret, cum synagoga Spiritu sancto regeretur,haberetq; cha
rismata Spiritus sancti, idque factum esse per CCCC penè annos,quibus communi consen
su omnium Iudæorũ æquè literæ sacræ Græcè legerentur & Hebraicè. Posteà cum Iudæi vi
derent se teneri manifestissimis testimonijs scripturæ, manifestissima quæque expungere
cœpisse monstrauimus. Cumque sic quoque,quoquo se verterent,iuxta tralationem Lxx vi
rorum,se inderent in laqueos,vndè non se possent expedire,& animaduerterent interpreta
tione Lxx seniorũ se prohiberi inuertere prophetias,quæ erant de Christo,&refelli se transla
Iudæorum lis aduersus Lxx,et condẽnatio tione Lxx,ad id incubuisse monstratum est, vt eam è synagogis exigerent. Litigatumq; inter
Iudæos esse,cum alij exigendam dicerent,alij retinendã contenderent,quę per tot annos rece
pta & Iudæorũ manibus trita esset,neq; veritatem obscurandã putarent,neque dolis & frau
dibus aperiendã viã censerent.Durat hęc lis inter Iudæos per CCCC & XXX annos,quoad
Iustinianus Imperator hanc litẽ diiudicat, damnat Iudæos qui translationẽ Lxx ex synagogis C
exigere vellent,iubet vt legatur in synagogis Iudæorũ, aperit fraudes eorũ qui aduersarentur
Lxx viris,dicitq; ea causa eos id facere, vt possent scripturã Hebraicè interpretari malitiosè,
ne refellerẽtur à Lxx & ab alijs. Peiores em̃ in dies Iudęi fuere,& multò magis inuertebãt scri
pturas. Ita lis hęc est iudicata millesimo ante anno,condẽnati sunt Iudęi,cautumq; lege Impe
ratoria ne cui ius sit ꝓhibere, ne translatio Lxx in synagogis legatur. Si leges & iura iubẽt stari
re iudicata,cur Iudęi,& Iudaizãtes nó sat habẽt violasse legem ab imperatore latã,prohibuisse
è synagogis Iudæorũ contra leges imperatorias Lxx interpretationẽ nisi etiã ecclesijs Chri-
Iudaizantes videntur postulare causã iudicatã in integrũ restitui sibi. stianorũ eandẽ prohibeant? An rẽ iudicatã post mille annos,& eo amplius in iudiciũ reuoca-
bunt?& quod Iudæi per DCCC & XXX annos efficere non potuerunt,condẽnati postremo
ab imperatore Iustiniano nostris temporibus iã victi & profligati per nostros homines effi-
cient, vt quã interpretationẽ ex suis synagogis pellere nó potuerũt, pellant ex ecclesijs Chri-
stianorum & ex nostris omniũ manibus excutiant,vt liberè scripturã inuertant?Et si Deo pla-
cet audiuntur à nostris,& plausibiles sunt apud nostros quosdam,neque reprimũtur,quanuis
ta alijs non obesse debet,& quanuis Iudæi sint damnati ab Imperatore Iustiniano,Iudaizantes D
integram sibi suam causam seruatam putant. Iuris legumq; periti id nouerint & respondeant
an Iudaizantibus liceat quod millesimo ante anno iudicio transactum est, in iudiciũ reuoca-
re,& victam Iudęorum causam & profligatam erigere,& subleuare.Mihi non solum contra
iura Diuina facere videntur, sed etiam contra legem latam ab imperatore Iustiniano. Ve-
retationis Græcæ, & decipi malitiosis interpretationibus Rabinorum, quibus abutuntur
imperitia eorum, qui non didicerunt Hebræam linguam, & quisquam tanta fuerit confi-
dentia,vt contra iura diuina,& humana faciat?& non solum Iudæos imperitos orbet luce in-
terpretationis Lxx virorum, & Iudęorum commentis decipiat, sed etiam Christianos ipsos
abducat ab interpretatione D.Hieronymi & Lxx virorũ & traducat ad Iudæorum commen
ta?& veritatem Hebraicam nominet cum Iudaica perfidia sit potius, & malitiosa intepreta-
tio,vt ap-

A tio vt appellat Iustinianus,contemnat leges imperatorum,nó solũ Dei optimi max.& admo-
nitus insidiarum,& fraudum nõ caueat, nec sit pœna Iustiniani deterritus, qui vetat Iudæorũ
commenta,& fraudes ad Iudæos transmitti imperitos,aut de medio tolli tralationẽ Lxx, qua
prohibentur id facere liberè,non abstineat id facere,sed nos ijsdẽ dolis adgrediantur, orbare
conentur Lxx virorum & D. Hieron. tralationibus,vt nobis obtrudere Iudaicas fabulas pos-
sint. Non futurum erat impune Iustiniani Imperatoris legem violasse, à lectione Lxx viro-
rum Iudæos abduxisse, ad suas commentitias & falsas Hebraicæ lectionis interpretationes
traduxisse,& impune est quibusdam ex nostris Christianos viros à veteri interpretatione Di
ui Hieronymi & Lxx virorum auocasse,& traduxisse ad Iudaica deliria? Lex(inquies) Iusti-
niani in illos Iudæos lata est qui Iudæis Hebræę linguæ imperitis, quod Hebræam linguam
ignorent,fucum faciunt cõmentitijs quibusdam, & falsis Hebręæ lectionis expositionibus.
Quid? non longe maius crimen est,Christianos homines à veris interpretationibus scripturæ
abducere,& ad falsas,& Iudaicas traducere? quæ huic tanto crimini par pœna dici, aut fingi
B potest?Aequũ erat hoc auferre impune quéquam? ¶ Sed redeo ad id,quod dicere eram ex- *Exemplis docetur fieri nullo modo posse vt Iudæus eodem modo scripturã interprete tur et Christianus.*
orsus,ita quenq; aut Græca aut Hebræa scripta Latinè vertere,vt ea intelligit,si Iudaicè intel-
ligat,verbo erit Iudaica, si euangelicè euangelica etiam si ad verbũ reddat,quod verba,& Gre
cè,& Latinè,& Hebraicè multa significant,nos hoc modo,Iudæi alio modo vertũt. Nostra ra
tio plus valet quod Iudæi post Christi crucem commenti sunt interpretationem, qua nostra
subuertant: nostra interpretatio non à nobis est facta,sed ab ipsis Iudæis pluribus numero,& ante
trecentis & eo amplius annis ante crucem Domini, vt nulla possit esse suspicio.Illi quod ver-
ba multa significent, alio deflectunt omnia quo nobis aduersentur, & sine vlla contentione
hoc fit vt vnam,& eandem rem, ego hoc, tu illo interpretere modo,vt 1.Regum cap.15.de Re
ge Amalechitarum, vertit Hieronymus, Agag pinguissimus, Ioseph.lib.6. cap. 8. Agag for-
mosissimus,quod verbum Hebræum vtrunque significat,& mente concepta vterque suis ver
bis significat. 2.Regum cap. 14. de Absalone tondente capillum Hebræa lectio ad verbum sic
reddi potest: In attondendo caput erat à fine dierum ad dies quando attondebatur :quæ ver-
ba obscurum sensum habent,Iosephus sic interpretatur.In attondendo caput:idum attonde
C batur caput, erat à fine dierum ad dies.i. durabat tonsura per multos dies, quasi diceret,tantũ
& tam pulcherum erat capillamentum Absaloni vt tonsura capillamenti Absalonis quando
tonderetur,non perfici posset vno die,sed per multos dies duraret. & ita vertit Iosephus pro:
in attondendo caput erat à fine dierum ad dies .i. tantum erat ei capillamentum vt vix octo
diebus tonderi posset,quod enim putauit scripturam dicere tonsuram Absalonis durare per
multos dies cum tonderetur, præfiniuit Iosephus dies,& pro,durabat per multos dies, dixit
durabat per octo dies.D.vero Hieronymus verba illa Hebræa,in attondendo caput erat à fi-
ne dierum ad dies:sic interpretatur: in attondendo caput. i. cum tondere deberet caput, erat
à fine dierum ad dies.i.erat à fine dierum quo tonsus esset ad dies. i. ad multos vsq; dies post,
hoc est post longum tempus,vt esset sensus, tanta erat vis comæ,& tam formosa Absaloni,vt
nunquam tonderetur nisi longo post tempore, quando caput grauabat capillamentũ.& quod
indefinitum erat in sacris literis, quantum temporis intercedebat inter vnam tonsuram,& a-
liam,præfiniuit id D.Hieronymus & vertit pro hoc toto,semel in anno tõdebatur,sensum vi
delicet exprimens,non verba numerans. Hęc exempli causa dicta sunt vt appareat ita quenq;
D vertere scripturã,vt eã intelligit,& discas à syn. Nicen.2.act.6.Iudaismũ cũ gentilitate pugna
re & vtranq; cũ Christianismo:nec posse conuenire Christianis cũ Iudęis nisi in historijs & ce
rimonijs,in cæteris Christianos cũ Iudęis fere directa fronte pugnare. Vndè necesse est illorũ
in interpretanda scriptura contrarias esse sententias,vt illud omittam quod cum verba multa
significent, orationes quoq; varios habeãt sensus necesse esse:& vbi nulla est cõtentio, aliter
Iudęos,aliter doctores sacros interpretari sępè Hebręã lectionem : vtrosq; iuxta sensus quos
mente cõcipiũt:doctorem sacrũ iuxta sensus euangelicos,Iudęũ iuxta Iudaicos sensus,hoc in
teresse quod nostri multis sęculis ante rem gestam habent textam interpretationem, atque
adeo textam ab ipsis Iudęis,& pluribus numero: Iudęi post crucẽ Dñi ardẽtes odio Christiani
nominis suas cudunt interpretationes, & semper aliquid noui afferunt,semper nouas molian
tur fraudes. Nam illud vel capti oculis,& mente videant etiã si nullas versent fraudes, nullos
nectant dolos qui sensa scripturę non intelligunt,neque verba posse interpretari,Neque si ti-
bi Demosthenes,& Cicero suam eloquentiam vtendam darent,si rudis Dialecticę,& Philoso-

phię

Universidad de Deusto
Biblioteca

phiæ esses, Aristoteleos libros Latinè redderes benè, errares fere in omnibus, tertio quoque A
verbo labereris, quod imperitus esses illius disciplinæ, & falsos sensus mente conciperes, &
mendaces, & necesse esset quos mente conciperes sensus verbis redderes, & mentireris, atque
imperitiam tuam proderes, & pueris, qui non multum Latinè & Græcè promouissent, si pri-
moribus labris attigissent Dialecticam, venustissimos de te ludos dares, & Græcę Latinęque
linguæ peritissimus alioqui, appareres rudis, quod quę nō intelligis: etiam si linguæ sis peritis-
simus, pessimè interpreteris necesse est: delires, desipias, & sis ridiculus. Atqui ex litteris euāge
licis, & propheticis liquet Iudæos cæcos esse, & cæcorum duces. Vocabula inquies non intel
ligent Hebræa Iudæi, non vertent proprie, cum sint doctiores Hebræę linguæ quam nostri?
Vt interim hoc tibi largiar Iudæos Hebręę linguę doctiores esse nostris illud non concedam
verba ipsa scripturę melius intelligere quam nostros, nisi in historijs, aut sacris, aut cerimo-
nijs, in quibus à nostris non dissentiunt, in reliquis non intelligunt verba melius nostris, non
inquam, vt neque ipse Græca verba, aut Latina vtriusque iuris, aut artis Medicæ rudis cum
sim harum disciplinarum, intelligam melius quam qui has artes factitant, qui his disciplinis à B
pueris studuere, quanuis Greçę Latinęque linguę cognitione infinitis partibus me sint infe-
riores, neque Greços libros etiam si mihi promitterentur Persici montes, qui aurei esse perhi
bentur (vt in prouerbio est) eius disciplinæ quam ignoro Latinè vllo modo reddere possem,
nisi vellem omnium doctorum cachinos aduersum me concitare, nisi tales essent vt historiæ
quędam viderentur, nec in his esset summa artis difficultas. Historias Iudæus reddat bene, &
ceremonias, in his quoque quod verba multa significent, quod orationes varios habęant sen-
sus, à nostris sæpè multum diuersa reddent, in cęteris vero in quibus Christi mysteria sunt
prædicta, talpa cęciores delirant semper, præsertim si ea mente scripturam interpretentur vt
omnia inuertant. Nec nostra hęc inquam sententia est, sed omnium veterum patrum

Cap. XLVI. Quod impia sit & falsa ipsa Iudæorum interpretatio scripturæ, ex veterum patrum decretis.

Sāctorum sentētiæ de interpretatione Iudæorum.

IN primis D. Hieronymus qui ad Algasiam quęstione 10. scribit: Frustra inflatur Iudęus, & C
tumet sensu carnis suę, carnaliter cuncta intelligens, & traditionum Iudaicarum deliramē-
ta perquirés, nō tenens caput scripturarum Christum. Quibus verbis D. Hieronymus Iudęo-
rum interpretationem scripturę vocat deliramenta, negatque Iudęos posse intelligere scri-
pturam, qui omnia referunt ad Senacheribum, ad Babylonios, ad Dauidem, ad Solomonem,
non ad Christum qui caput est scripturę. Et in caput 50. Esaiæ in illa verba: Dominus dedit mi
hi linguam. Hoc Iudæi dixerunt, inquit, qui omni ratione contendunt Domini euertere pro-
phetias, & ad peruersam intelligentiam praua interpretatione torquere. Hæc Hieronymus
quibus similia testimonia in his commentarijs millies ex eodem Diuo Hieronymo sunt repe
tenda: quæ paucissimis verbis omnia quæ diximus vera esse confirmant. AVGVS. cum alijs
locis multis tum contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 27. interpretationem Iudæorum ap-
pellat fabulas, sequutus Paulum ad Titum 1. vbi monet ne attēdamus Iudaicis fabulis, & man
datis hominum: vere enim iuxta interpretationem Iudæorum præcepta scripturę nō sunt prę
cepta Dei, sed hominum præcepta, & mandata. & paulo infra idem Paulus: Sunt, inquit, mul
ti non subditi: ac vaniloqui, & seductores, quos oportet redarguere præcipuè ex circuncisio
ne. Paulum ergo secutus Augustinus, interpretationes Iudæorum fabulas nominat, posset etiā D
appellare iuxta eundem Paulum vaniloquentias, & seductiones. ORIG. in caput 31. Numero
rum homelia. 26. Nemo potest ambigere, inquit, quanuis sit Iudaicis fabulis insatiabiliter de-
ditus: quibus verbis Origenes docet suis quoque temporibus, ne nostra tempora miremur,
fuisse qui Iudaicis delirijs attonitis animis inhiarent. & Idem ORIG. in lib. Regum homelia
1. in fine: Sed Iudæorū fabulis spretis, nos hæc consideremus. D. ATHAN. de fide vnitatis, &
Trinitatis, secundum, inquit, fabulatores Iudęos: & de incarnatione lib. 1. cum euidentissima
signa aduentus Christi esset persequutus, subiungit: Fabulosa igitur dicunt Iudæi: & in lib. de
terpretationem Iudęorum scripturę, appellat Iudęorum stultiloquentiam cum impietate cō
iūctam. AMBROS. cum alijs locis plurimis, tum de interpellatione Dauid lib. 1. cap. 5. Iudæo
rum interpretationes deliramenta vocat. Si canon ecclesiasticus est, vt veterum patrum sequa
mur cōsensum, vel ex his locis intelliget qui catholicę doctrinę admouerit aurem, veteres pa
tres tan-

A tres tantum abfuisse vt aliquid à Iudæis addiscerent, aut vt Iudæorum doctrinam admirarentur, quod aliqui è nostris faciunt, vt eam, deliria, deliramenta, aniles fabulas, stultiloquentiā nominauerint. Vndè & qui iuxta Rabinorum interpretationem nouas cudunt tralationes, quid aliud, quam quos mente concipiunt Iudaicos sensus, verbis exprimunt? & letalia venena, neque opinantibus affant? Sed vbi Diui Pauli authoritas est, qui fabulatores & seductores & vaniloquos Iudæos nominat, quid aliorum testimonia moramur? Sed reliquos agè audiamus.

Contra eos qui sensum Iudæorum sensum literalem dicunt.

INNOMIN. in cap. Matth. 9. Homelia 33. de interpretatione Iudæorum sic ait: Israel prophetas occidit, furtum veritatis scripturarum commisit, quod ait Dominus: Quia irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. vbi fures nominat Iudæos, & pro doctrina Dei, impiam suam hęresim legentibus propinare dicuntur, vt intelligant, qui sensum litera lem hinc hauriendum putent, quam pestem hauriēdam dicāt audientum animis, & ad quam
B dantur Iudæi, nos insistamus viam à sanctis patribus tritam, & à sancto concilio Tridentino sancitam, nec indè vel latum pedem discedamus. Nam vt inquit idē INNOMIN. in cap. 20. Matt. homelia 55. crucifigunt Christum Iudæi, nunc falsis expositionibus, & deludunt, & flagellant. I, nunc, & cum Iudęis Christū rursum crucifige, & delude & flagella, qui ex scrinijs Iudæorū explanationem scripturæ petis, & rursum in cap. 23. homilia 44. Iudęi falsa interpretatione claudunt ianuam legis, & prophetarum, qui de aduentu Christi manifestissimè prędixere vt à fide Christi homines separent.

Hæc si diligenter cum animis suis expendissent viri literatissimi quidam, nunquam vel tenuissima in re Iudaizantium scripta defendissent. Sed delibant, inquiunt, flosculos è Iudæorum libris, flosculos appellas venena præsentissima? IREN. lib. 3. cap. 3. Tātum inquit apostoli, & horum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbotenus communicarent alicui eorū, qui oppugnarent veritatem. Sed fuere aiunt ex veteribus qui aliquando Iudæorū sententiam
C sint secuti, vt Euthymius, Procopius, & Euseb. parcè tamen, & cum magno temperamento, & quæ à Iudæis mutuantur, veneno expurgant, & pura ad nos transmittūt, quod vtinam nunquā factum esset, quanquā ecclesiam iuuere. Horum enim exemplo præcipites quidā feruntur ad Iudaismū & quod hi parcè fecerūt, & cū temperamēto, alij sine modo faciunt, & præceptores sibi adsciscunt Iudęos, Christi, & crucis inimicos, neque moniti à sanctis patribus resipiscunt. Neq; vident id vitio datū D. Hieronymo à quibusdam obtrectatoribus: quanuis D. Hieronymum hoc suum munus obire viderent, & scripturam ad verbum ex lectione Hebręa Latinè reddere, & quę fraude Iudęorum, vt Iustinus docet, erant in litteris sacris lacera, & adulterata sarta, tecta efficere: & vt hoc munus obiret Christianę reipublicę maxime vtile, necesse habuisse Iudęorū libros euoluere, cum Iudęis multa conferre, omnia rimari, omnem mouere lapidem. Nam qui posset aliter ad Hebraicam veritatem, scripturam vertere, Iudæorum sententiam refellere, impia Iudęorum dogmata refutare, expurgare omnia? tamen vitio ei datū est, immeritò quidem, sed tamen vitio datum, quod refert aliquando Iudæorum, quibus vtebatur præceptoribus, sententiam, vbi non incommoda est visa, quo crimine se in apologia adu ersus Rufinum expurgat, quod non potuisset aliundè discere Hebręas litteras nisi ab Hebręo: nisi putabant quenquam sine Hebræo præceptore Hebraicè potuisse discere. Tamen
D id ei vitio datum est, Iudęorum libros euoluisse, cui id facere necesse erat, quique Iudęos & Iudaizantes præter cęteros omneis sanctos patres, infectatur, Iudęorum & Iudaizantium hostis accerrimus, doctrinę apostolicę, quam acceperat à maioribus, signifer, & antesignanus. Hoc igitur nihil iuuerit Iudaizanteis quod quosdam dicant è nostris maioribus quędam ex Iudęorum libris delibasse. Monent enim omnes ad vnum, & tanquam ex ęditissima specula voces ad nos vsque transmittunt, quibus hanc vastam Carybdim vt vitemus monent. Nam præter D. Hieronymum, quem diximus negasse, Iudæos posse intelligere scripturam, quod nō teneant scripturæ caput Christum: quemque ostendimus interpretationes Iudæorum, traditionum Iudaicarum deliramenta nominare, & ad impiam intelligentiam, scripturarum sensa torquere. AVGVS. de vtilitate credēdi ad Honoratum contra Manichęos cap. 6. dolet quenquā tam esse stultū, vt ab inimicis fidei discat, & deferat ecclesię doctores, & his se discipulū præstet, qui doctoribus ecclesiæ acerbissimum indixere bellum. Quis enī vnquam, inquit, libros Aristotelicos ab inimico Aristotelis sibi exponi postulat? & tamen illius disciplinis sine sacrilegio er-

Universidad de Deusto
Biblioteca

legio errare potes. Quis Geometricas literas Archimedis discere parat ab eo qui Geometri- A
cam disciplinam,& Archimedem ipsum oppugnat? Idem ait ATHAN.in lib. de incarnatio
ne, Iudæis inquiens cura nó est si corrũpãt scripturas, tantũ vt negẽt Christi aduentũ. Neque
hoc reticuit HILAR.in Matt.canone 24.in illa verba: Væ vobis scribæ, & Pharisæi, ait enim
claudunt Iudæi regnum cælorum quod in scriptura Christum & eius doctrinæ veritatem oc
cultant,& Christi aduentum abscondũt.& in psal 131.in illa verba. Audiuimus eum in Ephra-
ta, vbi multa in Iudæos dixit,& postremò addidit, Si Iudęorum sententia vera esset, fatendum
fuisse mentitum esse prophetam. Non enim dubitant Iudæi, inquit Hilarius vt nobis aduer-
sentur, mendaces facere prophetias. quod, vt Germanus epistola ad Thomam episcopũ ait,
Synodo Nicena 2. Iudæi quid aliud quam canes latrantes contra ouile Christi sunt? & sunt si
Deo placet, qui ecclesiam veluti rudem & imperitam, quasi non Christi & sanctorũ eius do-
gmatis imbutã, docere conantur Iudęorũ dogmata, quod Epiphan. ait synodo Nice. 2. act. 6.

Neque solum hi viri sacri hoc aiunt: omnium veterum patrum communis hæc sententia
est, ne quis admiretur Iudaizanteis, & scholia è Iudęorum scrinijs consarcinata, neque eorum B
interpretationes, quæ, vt diximus ex lib. 4. IRENAE. cap. 25. & è Iustiniano Imperatore &
alijs veteribus patribus ea quæ ad aduentum Christi pertinent, vbi cardo nostræ salutis ver-
titur, inuertunt, & tenebris inuoluunt, vt toto hoc opere apparebit, & quædam auferunt, quæ
dam addũt, scripturæ diuinæ veri corruptores. Si tabellio publicis tabulis, aut testamento ver
ba adderet, corrupisse tabulas publicas diceretur, & magnas pœnas lueret. Videas quosdam
verba addere, & orationes Dei testamento, & sacris litteris, vt ab ecclesiæ sententia homines
auertant, & ad Iudaicum sensum conuertant, quod eo loco ait Irenæus, & non semel factum à
Iudaizantibus nostri temporis intelliges si hos euolueris commentarios. & non sat est vt im-
pune auferant, nisi etiam contra omniũ veterum patrũ monita, in precio sint. Hic ergo huius
operis scopus est, vt insidiarum nostros admoneamus, quędam adnotabimus, nó omnia vt in
cæteris, nostri admoneantur ne contraria sententiæ veterum patrũ, scripturæ sensa concipiãt,
semperque in scriptura Christum quærant, qui scripturæ finis est, hoc in litteris sacris enodan
dis cum D. Paulo teneant caput, non Assyrium, aut Babylonium, aut Iudæorum reges. Qua
dere si veterum patrum sententias exposuero, & quæ à quibusdã dicuntur refellero huic di- C
sputationi imponam modum.

Primùm IVSTIN. Philosop. martyr cẽties in dial. aduersus Tryphonẽ scribit Iudęos fal-
sos scripturarum interpretes esse, quod non bibant ex fonte Dei viuentis, quod omnia vatici-
nia Christi inuertant, & alio referant, quod se ipsos decipiant, & alios erroris, & caliginis ne
bulis compleant. Quod si voculam aliquã arripiant, qua ocasio sit inuertendi scripturam, ad
impietatem scripturæ sensum rapiant, humiliter scripturam interpretentur, vt nihil altũ præ
ferre videatur. Hęc, & alia multa Iustinus in eo Dialogo aduersus Tryphonem. ORIG. in leui
tici cap. 16. homilia 10. Iudæi, inquit, & Iudaizantes faciunt subdolis, & falsis interpretationi-
bus vt prophetiæ nihil minus sint quam prophetiæ. Quomodo enim prophetam probabis tu
cuius litteras asseras esse communeis, futuri nullius consçias, neque occulti aliquid mysterij
continenteis? historias rerum gestarum? quæ verisimè dicta sunt ab Origene, prophetię nan-
que fiunt à Iudæis veluti historiæ quædam mendaces: nam cum mysteria Christi prædicũtur
sine typo, sine figura, Iudęi subdola interpretatione, vt aduersum Rufinum D. Hieronymus
ait, Christi mysteria obscurant, & ad Senacheribi historiam referunt, & alio deflectunt. HI D
LAR. quoque in Psal. 124. Iudæos ait facere falsis interpretationibus prophetias, vt nihil mi-
nus sint quam prophetiæ: CLEMENS Alexand. Stromaton lib. 6. Mendaces, inquit, sunt, non
qui verbo labuntur, sed qui in rebus maximis, in quibus cardo nostræ salutis versatur, ca-
dunt, qui quantum in ipsis est Dominum repudiant: qui improbant Domini veram doctri-
nam, qui non secundum veram dignitatem Christi scripturam interpretantur. Depositum e-
ctrinam. Additque preterea depositum Domini apud apostolos esse interpretationem scri-
pturarum, ne ille alter dicat petendum sensum scripturæ à Iudæis, cum Dominus apud aposto-
los deposuerit scripturarum sensum, qui transmisere ad doctores ecclesiæ tam literalem quã
spiritalem sensum, vt reuincantur Iudaizantes, qui dicebant nostros, quòd ignorarẽt sensum
ctiones, & nomina, intelligũt Iudęi, nos scripturæ sensa nominibus expressa videmus. IREN.
lib. 3. cap.

Iudæi scripturæ addunt, & detrahũt multa authore Irenæo.

Scopus huius operis.

Vnde petẽdus sit scripturæ sensus, tam literalis quã spiritalis.

A lib. 3. cap. 4. cùm docuisset à doctrina ecclesiastica quæ eadem est apostolica, sumere oportere
potum vitę, quod hic est vitę introitus, subijcit reliquos omneis esse fures, & latrones, & lib.
4. cap. 25. idem Irenęus interpretans illud: Quare vos transgredimini præceptum Dei propter
traditionem vestram? non solum, inquit, prævaricatione frustrati sunt Iudęi verbum Dei, sed
suam legem è contrario statuerunt, quę Pharisaica vocatur, in qua quędam auferunt, quędam
addunt, quędam, vt volunt, interpretantur, legi Dei, quę docet eos aduentum Christi, subiecti
esse nolunt. Expende hęc Irenæi verba quicunque pius Iudaizantiũ sententiam probas, & iux-
ta eorum sententiam scripturam interpretandam censes, in vniuersum, ait, Iudæos interpre-
tationem suam contrariam legi Dei facere. Iubebit ne quis nos contrarios esse Deo, & Gigan-
tæo more cum Deo bellare? Additque præterea Iudæos quædam addere, quædam auferre,
quædam inuertere: quę verisimè dicta ab Irenæo centies his commentarijs ostẽdimus. Subi-
bimúsne maledicta legis, quæ sacrę literę imprecantur ijs qui detrahũt, aut aliquid scripturæ
addunt? Postremo subiungit Iudæos non credere ea quę aduentum Christi significant, & alio
B deflectere. Hunc ne sensum literalẽ dicet quisquã quo obscurantur ea in quibus nostræ salu-
tis cardo vertitur? atqui dictum suprà est Irenęum virũ apostolicũ fuisse, & vt virum aposto-
licum citari à Clemente Alexandrino, & D. Basilio. Idem IREN. eodem lib. cap. 4. post Chri-
sti aduentum lex habet apud nos liquidam, & certam expositionem, apud Iudæos, lex fabulæ
similis est, quod non habet expositionem de aduentu filij Dei. Audis quid dicat Irenęus? a-
pud nos expositionem scripturæ esse perspicuam, apud Iudęos esse fabulam, quod Iudæi illã
non referant ad aduentum filij Dei, sed ad Assyrios. s. Senacheribum Dauidem, aut Solomo-
nem, & illos adscisendos preceptores quisquam putabit? & subijcit Irenæus. Nobis cùm
legitur scriptura thesaurus est absconsus in agro, cruce Domini reuelatus, ditans sensum
hominis. Hic ager, quem describit hoc loco Irenæus diuenditis bonis omnibus, vt monet
Dominus, emendus est, non reijciendus.

Attentè hæc Irenæi verba audi quicunque admiraris Iudæorum interpretationes.

Nota Iudæos multa addere & detrahere scripturæ, quo Christum obscurent.

Cap. XLVII. Quod diabol⁹ per nostros nos oppugnet per q; viros magni nominis

C ATEPIPHANIVS. 3. lib. aduersus hæreses tomo 2. in principio: Diabolus, inquit, qui ad-
uersus nos assiduè bellat, imitatur eos veneficos, qui venena poculis vini generosi infu
sa nec opinantibus porrigunt, toxica miscent preciosissimis quibusque cibis, & edulijs iucun
dissimis, vt veneni acerbitas vini suauitate aut escæ iucunditate delitescat, sic enim Zabulus
per viros magni nominis Christianis insidias tẽdit, per Christianos ipsos magnæ ęstimationis,
qui authoritate apud alios valent, qui literis, & eruditione excellere creditur, hoc enim opus
Zabuli est, inquit, vt fallat, & quærat per quos fallat. & D. BASIL. in epistola ad Alexãdrinos
technam Demonis hanc esse docet, quando aperto marte, & directa fronte pugnare aduersus
ecclesiam non potest, vt insidijs agat, versat dolos, aduersus nos pugnet per eos qui Christia-
norum sibi aptarint insignia: neque per hæreticos solum, vt per Arium, Nestorium, nostra tẽ-
pestate per Lutherum, Oecolampadium, similesque nostrę tempestatis hęreticos homines,
sed per quosdam etiã viros, fortasse bonos, qui tamẽ errore decepti, Rabinorum scriptis de-
lectati, ad Rabinorum prę scriptum contra sententiã omnium veterum patrũ scripturã sacrã
D veteris testamenti Latinè verterunt, & aliquid magni muneris se ecclesiæ adferre putarunt,
neque sat habent aquas catholicę ecclesię infecisse veneno, & letalia pocula incautis propinat
se. Defendunt etiam Iudęorum sententiam, & authoritate insignes prę muniunt viam ad Ra-
binorum libros contra veterum patrum sententias, respondẽt veteribus patribus sensum scri
pturę Iudęorum literalem esse, sanctorum patrum sensum esse spiritalem. Docent spiritalem
sensum ex scriptis sanctorum patrum, literalem è Iudęorum libris esse petendũ, transmittunt
ad nos Pharisaicam doctrinam, vt per imprudentiam incauti ex nostris sanctorum patrum ca
stris excedant, in Iudęorum castris versentur, aliena signa sequantur, nó sua. Hoc viri Christia
ni faciũt summę authoritatis, & ęstimationis, dęmonis inductu, arte, & dolo. Nam si Iudęi pa
lam falsas, & Pharisaicas, vt veterum patrum verbo vtar, scripturæ sacræ interpretationes suo
rum Rabinorum. R. Moseh, R. Selemoh, R. Kimhi, R. Dauid præfixis titulis ad nos transmisis
sent, nemo esset quin se tãquam à venenatis serpentibus totum auerteret, quin illas præsentis
simas pestes auersaretur, tantum abest vt illas manibus attrectaret, oculis legeret, animo ex-
penderet, ne manibus, oculis, animo venenum traheret quod Christianorum præfixis nomi-
nibus Iu-

Contra eos qui sensum Iudæorum sensum literalem esse affirmãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus Iudæorum venena ad nos deferuntur suppresso in quibusdam Rabinorum nomine, in A
quibusdam citatis Rabinis, ab aliquibus doctissimis viris defenduntur, in pretio sunt, quid
dixi in precio esse? leguntur, manibus quorundam teruntur, relicta sanctorum patrum doctri
na. Sunt enim vt in principio dixi quibus opobalsama fœteant, & Arabici odores, contra vero
bene oleant res fœtidissimę, quod illis assueuere. Persuadere imperitis conantur è sanctorũpa
trum libris spiritalem sensum esse petendum, non literalem, adduntque doctorem Theolo-
gum literalem sensum potissimum interpretaturum, & è Iudæorum libris hunc literalem sen
sum petendum esse. Quo quid suadeant ipse videris: nam si literalis sensus potissimum quæré
dus est in scriptura, vt re ipsa est, quod literalis sensus cęterorum est basis & fundamentum, if
que non è libris sanctorum petendus est, sed è libris Iudæorum, Iudaizandum est, confugien-
dum est ad Iudæorum synagogas, ridenda, & explodenda sanctorum patrum sententia, quæ
suprà scripta est. Hoc viri doctissimi legunt, & defendere conantur, hoc etiam erit refellendũ
vt à nostris Deo benè iuuante hanc tetram auertamus pestem.

Cap. XLVIII. *De Iudaissantium aduersus nos technis*

DOcet Arist. in sophisticis Elenchis duas has artes Rhetoricen, & Dialecticen, natura om
nibus esse innatas, perfici doctrina, & exercitatione, quod ideo dixerim quod harũ dua
rum artium captiones Iudæis sunt meditatissimę. Est ergo quoddam genus dicendi quod rhe
tores appellant figuratum, de quo QVINT. lib. 9. cap. de figuris sententiarum, cum obliquis
sententijs aliquid explicamus, non aperte, cuius generis frequentissimus vsus est si dicere pa-
lam parum tutum est, tunc enim non aperte rem dicimus, sed obliquis sententijs, ne capitis
discrimen incurramus. Hoc dicendi genere figurato hoc loco Iudaizantes vtuntur, ne viri do
ctissimi qui eis assentiuntur, errent, neve à Iudaizantibus decipiantur. Quod enim parum tutũ
erat dicere, falsa est sanctorum patrum interpretatio; scripturę, statim enim sęuissimis combu
rerentur ignibus, aiunt, spiritalis est sanctorum patrum interpretatio, non literalis. Nõ potuit
honestius dici sanctos patres non intelligere sensum literalẽ scripturæ, & ideo persequi tro-
pologias, nescio quas, & quod non tutum erat dicere: mentiuntur sancti patres, qui Iudęorum C
interpretationes fabulas vocant & deliria, præsentissimum enim incurrerent incendiũ si hoc
dicerent. sic leniere, Iudęorum interpretatio, vera interpretatio literalis est, quod quid distat
ab illo, sanctorum illud dictum quo interpretationem Iudæorum appellant fabulas aniles, fal
sum est, & mendax, continet enim Iudæorum interpretatio verum literalem sensum? Hac
ergo fraude aduersum nos Iudaizãtes vtuntur, quam viri doctissimi si intellexissent, nunquã
eorum sententiæ accessissent. Sed in literis sacris, aiunt, viri doctissimi hi esse sensum literalẽ,
& spiritalem, quis hoc negat? de hoc nulla contentio est, neque quisquam damnat Iudęos cũ
sensum interpretantur literalem in historijs, in sacrificijs, cerimonijs, similibusque, in quibus
Iudæi cum sacris doctoribus consentiunt, ibi non dicuntur fabulatores, aut deliri, sed habere
velamen super cor, quod in illis typis, & figuris Christum non vident, quod omnia facta, &
dicta illius populi Christi typi essent, & figuræ, in quibus Christus sub factorum, & verbo-
rum inuolucris, est veluti thesaurus in agro absconditus, prædicitur tamen Christus locis in
numerabilibus scripturę, sine typo, sine figura, nudis verbis, planè, apertè, vt oculis cerni pos-
sit, prehendi manibus, quorum expositio liquida est & perspicua apud nos, apud Iudæos fabu D
læ similis vt suprà dictum est ex Irenęo. Hic delirare dicuntur Iudæi à nostris, quod manife-
stissima de Christo vaticinia, quæ sole ipso sunt illustriora, praua interpretatione ad peruer-
sam intelligentiam torquent, vt D. Hieronymi verbis vtar, hanc prauam interpretationem,
& peruersam hanc intelligentiam quam D. Hieronymus nominat, hanc interpretationem fa-
bulę similem, vt ait Irenæus, hanc interpretationem quæ Christũ rursum crucifixit vt ait Ori
genes sensum quisquã dicet esse literalẽ? quid hoc aliud est, quàm obliquis sententijs, vt dixi
affirmare errasse veteres patres illos & omnes, quorum suprà de hac re sentẽtiam retulimus? nega
bit ne quisquam sanctos patres litteralem sensum interpretari, & spiritalem? Sententiæ o-
mnium sanctorum repugnat, & Iudæis fauet, qui id ait, aut trifolia sanctorum non legit, vel
captus luminibus est. Qui negat sanctos patres sensum literalẽ priùs interpretari, & postea spi
ritalem, legat libros Augustini contra Faustum Manichæum, vbi intelliget literalem sensum
explanari priùs, & postea diuinitùs enodari spiritalem. Sed quid ego libros illos cito? quasi ve
rò non

Aro non omnia volumina sanctorum patrum veterum conscripta sint hoc ordine, vt priùs lite
ralis sensus, postea spiritalis enucleetur. An quisquã hoc poterit inficiari? Sũt, aiunt, qui tantũ
allegoricè interpretentur scripturam. Fateor, continuò quod vnus aut alter sic scripturam ex-
planet, sanctorum omnium chorus damnabitur? Puduit, aiunt D. Hiero. quædã sic olim fuis
se interpretatum, puduit, fateor, quod persequutus erat tropologias, quòd eotempore literalẽ
sensum non erat assecutus, adolescens non tantoperè in literis versatus, non tamen ideo nega-
bis, quod adolescens D. Hieronymus, aut quod aliquis ex veteribus aliquid ignorauerit, vete
res patres omnes literalem intellixisse sensum. Sed id esse quod malè habeat Iudaizantes, scias
quod multa apertè de Christo scripta sint, sine typo, sine figura, vbi sensus litteralis historia
quædam euangelica est. Ibi Iudaizantes omnia moliuntur vt persuadeant sensum literalẽ esse
de Senacheribo, de Dauide, de Solomone, de quouis dum non de Christo, ibi sensum literalẽ
Iudæorum verum esse aiunt, spiritalem esse sensum sanctorum, mentiuntur impientissimi: ibi
à sanctis patribus delirare dicũtur & fabulari. Hic, vt ait IREN. Iudæorũ interpretatio fabulæ
B similis est. Hic, vt ait ORIG. fallis interpretationibus à Iudęis rursum crucifigitur Christus, qđ
THEOD. in præfat. in psal. his verbis nos docet, oẽs prædictiones de Christo & de ecclesia, nõ
alijs historijs adscribere oportet id quod Iudæi facere solẽt qui malitiæ assueti sunt, & suæ in
fidelitatis excusationẽ contexunt. Vbi Theodor. planè idẽ ait quod Iustinianꝰ imper. Iudæos
scripturã interpretari malitiosè, & quę de Christo prædicta sunt, ad fabulas aniles deflectere.
Vtuntur quoq; Iudaizantes (vt decipiant) petitione in principio de qua Arist. 2. Priorum &
Topicon. 8. quod miror doctissimos quosdam viros ingenuarum artium, & Theologiæ scię-
tissimos non intellexisse. Est enim petitio in principio cùm refutaturi aliquam propositionẽ
petimus, vt similis quædam, & quæ idem significet propositio nobis concedatur, vt refutaturi
Iudæi, & Iudaizantes hanc sententiam veterum patrum, de qua modo dicebam, interpreta-
tio Iudæorũ est fabulosa, & delira, & impia, & malitiosa, petũt sibi concedi hanc propositio-
nem: interpretatio Iudæorum est vera literalis. An viri doctissimi qui hæc defendunt, nõ sen-
tiant eũ qui tuetur interpretationem Iudæorũ esse deliram & fabulosam & malitiosam, & fa
bulis similem, qua rursum Iudæi Christũ crucifigunt, nunquam largiturũ veram esse atque lite
C ralẽ? Est (inquiunt) in historijs, in cæremonijs, in sacrificijs Iudæorũ interpretatio literalis, & in
similibus, ibi nõ dicuntur deliri, nec fabulatores, vbi Christi oracula ad Solomonẽ referunt, &
ad Dauidem, & ad Senacherib, & ad Babylonios, & ad alias historias, vt dicebat Theodoretus
ibi deliri dicuntur & fabulatores, ibi tamen Iudæi & Iudaizantes postulant sibi dari illã inter-
pretationem esse literalem. Quiduis enim potius vellẽt quàm concedere sermonẽ esse de Chri
sto. Si Iudaizantes viris imperitis verba darent, & sophisticis cauillis hominibus rudibus fucũ
facerent, mirandum non esset. At satis demirari non queo viros versatissimos in Dialecticis ac
Philosophicis studijs hac decipi fraude. An non hæc est manifesta petitio in principio quam
Arist. vocat, hoc est, petitio rei cõtrouersæ in principio? Cõtrouertebatur enim in principio in-
ter nos & Iudæos, an sententia sanctorũ, quæ diceret interpretationẽ Iudæorũ esse fabulas, ve
ra esset, & petunt Iudaizantes sibi dari Iudæorum interpretationes esse literales, ridiculum: si
largior esse literales, vere sunt, & bases & fundamentum cæterorũ sensuum. Et largior mentiri
sanctos patres, vndè absum longissimè (toto cælo quod aiunt) mendaces ego noui Iudęos (do
cente Domino) veritatem habere sedẽ in Christiano populo. Rursum cùm Iudæi oppugnare
D illud vellent, vera est interpretatio sanctorũ, petunt sibi dari, interpretatio sanctorũ non est li
teralis sed spiritalis, nã petitio in principio (vt docet Arist.) non vno fit modo, neque semper
petit idem quod controuertitur verbis alijs quæ fallant, sed aut petunt idem sibi dari, aut ali-
quid quod spectet eodem. Et certè qui defendit verem esse sanctorum patrum sensum, cùm
scripturam interpretantur, non largientur non esse sensum literalem scripturæ sensum sancto
rum, cùm explanant scripturam. Quis enim tam in disputando est plumbeus, qui hanc fraudẽ
non videat? nec Dialectica est opus, vt viri prudentes videre possent hæc fuisse reijcienda vt Iu
daica, an non videant pię dici nullo modo posse sensum sanctorum patrum literalem nõ esse?
nisi sic accipiant literalem & spiritalem, vt D. Hieron. in cap. 11. Esaię in fine cùm scribit, vt quę
Iudæi, & nostri imo non nostri Iudaizantes, carnaliter futura contendunt, non tranfacta, spiri
taliter doceamus Vbi D. Hieron. spiritaliter intelligit literaliter, cùm allegoricè aliquid di-
ctum est, quod literaliter intelligi nullo modo potest, sed allegoricè de hominibus, qui bel
luino ritu vitam degebant, qui sensus allegoricus est, & literalis, & spiritalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XLIX. Quosdam ex nostris non intelligere technas Iudaizantiũ, et ideo Iudaizantibus non aduersari, cùm rem Christianam prorsus subuertant.

ILlud verò demiror multo maxime quosdam viros doctos, & in studijs literarum sacrarũ maxime versatos, non aduertere quò tendat horum Iudaizantium impudentia. Quæ enim maior fingi, aut dici potest, quam omnium sanctorum patrum, quos supra retuli, sententiæ aduersari? non enim hanc, vel illam partẽ fidei catholicæ labefactant, sed vniuersam eneruant. Quod enim Augustinus inquit, sensum literalem esse adhibendum ad disputationes, & ex literali sensu concludendum quod volumus, quia spiritalis sensus ad conuincendos aduersarios non tantum habeat roboris, negant veterum patrum sensum scripturæ literalem esse, vt hoc vno dicto omnia scripta veterũ patrũ, vniuersam disputationẽ sanctorũ, non hanc, vel illã inquã, sed vniuersam, aduersus Iudæos & Iudaizantes, aduersus infideles omnes & hęreticos, ab imo subruant: quippe quę nihil cõcludit ex sensu literali, ex quo argumenta sunt texenda potissimũ. Si vt ad singula descendãt postules, recusant, vniuersalitate pugnare volunt, ad singula descendere detrectant, clamoribus agunt & vociferationibus. Imitantur palestritas exercitatos, qui cũ valentiore conferere manus nolũt, sed assultibus, tergiuersationibus, & motu corporis agillimo aduersariũ deludunt. Si res ita est, & Iudæi non reuincuntur à nostris, neq; Iudaizantes literali sensu, frustrà sine victoria triumphũ canunt de Iudæis deuictis sancti patres Iustinus martyr, August. Athan. alijq; omnes veteres: frustrà appellãt insolubilia argumẽta euidentissima, manifestissima, quod his cõmentarijs plurimis locis apparet: ruet omniũ veterum patrũ authoritas, quæ nõ concludit quicq̃ iuxta horũ sententiã aduersus Iudæos ex sensu literali. Hoc si viris quibusdã doctissimis opponas, nihil morantur, nihil opus est (inquiunt) testimonijs scripturæ, vt credamus. benè hoc largiri Iudaizantibus possumus, satis firmè credim⁹. Neq; videt quidã, Iudaizãtes similes esse lupo Aesopi, qui cũ ouibus inire fœd⁹ parabat (quod refert Demosth. aduersus Philippũ Macedonię regẽ) ea lege vt suspenderẽtur canes, quod cõciliata amicitia inter lupũ, & oues, canibus opus nõ esset, vt posteà suspensis canibus, lupus suo more sæuiret in gregẽ. Hic conat⁹ est Iudęorũ & Iudaizãtiũ, vt suprà diximus ex Athanasio & Chrysost. dicendum q; posteà pluribus est, vt vaticinijs omnib⁹ de Christo offundãt tenebras, ꝓphetias oẽs inuertãt, & aliò deflectãt, negẽt de Christo esse ꝓphetias. Largiamur hoc Iudęis inquiũt quidã, largiamur Iudaizantibus, satis firme credimus. Magnã ab illis inirẽt gratiã qui hoc facerẽt, tũc liberè insultare Christiano nomini possent, tũc possent audacter suã impietatẽ tueri. Satis firmè credũt ij viri docti, qui hoc aiũt, & fiducia sue causę, ecclesię catholicę muros, vallũ & munimenta omnia ab imo subrui patiuntur, vt hostibus Iudæis, & hęreticis esset peruia, infesta, vt satanę esset prædę. An nõ videt D. Paulũ ad Ephes. docere nos, ecclesiã superædificatã esse super fundamentũ apostolorũ & prophetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu? Qui prophetas detrahit ecclesiæ, & prophetarũ testimonia, nõ dimidiã partẽ fundamẽti detrahit, quamuis audiat D. Paulũ dicentẽ, nos fundatos super fundamentũ apostolorũ & prophetarũ. Quare si ꝓphetas detraxeris, apostolorũ quoq; ruit authoritas, qui prędicabãt Iesum. Quippe D. Petrus Act. 10. Huic omnes, ait, prophetæ testimoniũ perhibẽt. Et Paul. Act. 24. Credens, inquit, ego quæ in lege, & prophetis scripta sunt, spẽ habeo in Deũ, &c. & sic fidẽ in Christũ tuetur. Et ad Rom. cap. 1. Segregatus, inquit, in euangeliũ Dei, quod antè promiserat per ꝓphetas suos. Deniq; Christus Dñs (nõ solùm euãgelistę & apostoli) ꝓphetarũ testimonijs vtitur, & super prædictiones prophetarũ doctrinã euangelicã ædificat, vt si prophetæ ruãt, ruat quoq; authoritas apostolica & euangelica. Quod tu firma fide credis, patiere detrahi catholicę ecclesiæ prophetas? de quib⁹ Dñs ait, Nõ fecit taliter omni nationi, Iudicia suanõ manifestauit eis. Testimonia euidẽtissima & manifestiss. eaq; innumerabilia prophetarũ, quibus nititur euãgelica & apostolica doctrina, subrui sines? fundamenta ecclesiæ, quę ait Paulus, subuerti ęquo animo feres? neq; intelliges quantã plagã Iudaizantes ecclesiæ catholicæ inferre parẽt? illãne turris Dauid quæ ædificata est cũ propugnaculis, suis nudabitur propugnaculis, quod tu firma fide credas? & patiere hoc Iudæos & Iudaizantes facere, vt quæ acceperimus à maioribus arma, manibus amittamus? Mille, inquit, clypei pendẽt ex ea, omnis armatura fortium. Hos clypeos aliquis, hanc armaturam à Iudaizantibus diripi sinet, quod ipse firma fide credat? nihil opus esse dicet armis ecclesiæ? Frustrà Dominus scrutari nos iubet scripturas? non dixit, Legite (dicit Chrysost.) sed scrutamini. Quidam ergo docti viri has Iudaizantium insidias contemnunt: ego

A nunt, ego nunquã puto ecclesiam catholicam oppugnatam validiùs: alius enim hãc vel illam partem oppugnauit, hi Iudaizantes vniuersam. Nam si hoc illis demus, vt quidam turò eis dari posse putant, omnibus sanctis patribus os obturabitur, vt nihil concludãt aduersum Iudæos quod ex D. Augustino, & alijs patribus colligant ex sensu spiritali, non benè concludi aliquid à nobis: id necessariò colligi, quod concluditur ex sensu literali, qui si apud sanctos patres nõ est, nihil firme concluditur. Sed vt videas Iudaizantium amentiã, negant apud sanctos patres esse sensum literalem scripturæ, & citant Augustinũ, & alios patres, qui in exordio suarũ disputationũ illa primò iaciunt fundamenta, in disputationibus vtendũ esse literali sensu. Literali sensu vtendum ait August. in disputat. antequam ad ipsam disputationem aggrediatur, & statim veluti oblitus promissi spirituali sensu vtitur, & nõ literali. Sed doctor Theologus (aiunt) sentire contra consensum veterũ patrũ potest, & quẽ veteres patres literalem sensum esse putauerũt, dicere spiritalem. Si ita est, cur damnatus Nestorius aut Pelagius? cur cæteri hæretici? si vnus theologus potest sentire contra sanctorum patrũ consensum, Cõtrà putauit omnis an
B tiquitas, consensum sanctorũ patrũ non consensum esse, sed diuinũ responsum, & fides catholica est, spiritum sanctũ dedisse quosdam prophetas, quosdam doctores. Errare vnum aut alterum posse fatemur, errare veterum patrum consensum qui affirmet, impietatis crimine se obligare contendam. In rebus fidei (aiunt) ita esse, in alijs non item, quasi verò scripturæ interpretatio iuxta traditionem apostolorum & veterum patrum non sit res fidei, quasi quicquam maiores exceperint vnquam, vbi errare sancti patres possent.

Cap. L. Quòd Iudaizantes putent se nobis verba dare.

NEque sibi persuadeant Iudaizantes, quanuis cornicũ oculos configant, non intelligere nos quò spectent, nõ hæc solùm mala quæ enumerauimus, ecclesiæ catholicæ inferre parant, sed à nobis eblãdiri conantur, vt largiamur sensum spiritalẽ esse apud sanctos patres, literalẽ sensum à Iudæis esse petendũ, vt posteà spiritalẽ sensum negẽt omnino, & eludãt omnia prophetarũ vaticinia. Fuit enim Marcionistarũ hæresis (vt suprà dictũ est ex Tertull.) nullos esse typos Christi in veteri testamento, figuras nullas. Et D. AVGVST. cùm alijs locis, tũ contra Faustum Manichęũ lib. 12. c. 38. docet Iudæos ridere typos scripturę, quos conuincimus, vt
C idẽ August. ait c. 41. eiusdẽ libri, tanta cõsonantia rerũ pręfiguratarũ, & nunc impletarũ, & alijs vaticinijs ꝓpheticis apertis & manifestis. Quibus verbis Augustini liquet Iudęos ridere typos & ideo Iudaizantes hoc conari à nobis eblãdiri, vt cùm dederim⁹ literalẽ sensum apud Iudęos esse, typos cachino prosequãtur. Apparet & illud typos scripturę enodari, & enucleari alijs vaticinijs propheticis apertis & manifestis, quæ si Iudaicè intelligãtur, prorsus nihil erit quo obscura enodemus. Nam ex manifestis, rebus dubijs fieri solet fides, neque enim incerta incertis declarantur: si manifesta patiamur obscurari à Iudæis, nihil erit quo nostra probemus. E Iudæis solus Philon, vir eruditissimus, allegorias interpretari cœpit: & quoniam Christum non habebat (vt inquit August.) quò referret quæ diceret, ostio non inuento, neque certo scopo scripturæ præfixo, varijs actus est huc, & illuc erroribus.

Neq; intra hæc se continẽt Iudaizantes, audent dicere, & cum plausu quorundã ex nostris, veteres patres quòd interpretari scripturam literaliter non possent, aut nescirent, spiritaliter eam esse interpretatos. Quid reliquum est ergo, nisi vt dicant falso dici sensum scripturæ esse
D in ecclesia cùm sit apud Iudęos? Dicunt veteres patres quod nescirent interpretari scripturam literaliter, ad sensum spiritalẽ accurrisse. Ergo veteres patres scripturam ignorãt, neque illam ecclesiæ referat clauis Dauid? Mentietur ergo Esaias, qui librum signatum Iudæis prædixit futurum, quem Iudæi nobis referant, & resignant. Neq; credemus Domino, qui Iudæos cœcos & duces cœcorum appellauit? Sed Hieron. (inquiunt, qui hos defendũt) quosdã ait lymphatico errore sensum spiritalẽ interpretatos, quòd ignorarent literalem. Scitè, quod D. Hieronquosdã indoctè fecisse dicit, viri doctissimi de omnib⁹ sacris doctorib⁹ tuto à Iudaizãtib⁹ dici potuisse defendẽt. Neq; sensus spiritualis tãtũ est (vt dixi) tropologic⁹, quo sensu pudet Hieronymũ quędã explanasse, sed ille spiritalis sensus est admirãd⁹, qui typos interpretatur scripturę, quo neminẽ puduit vnq̃ scripturã explanasse. Neq; ꝙ vnus, aut alter scripturã nõ intellexerit, & se cõuerterit ad tropologias, & allegorias, cõtinuò id de omnibus sanctis patribus erit dicendũ? neq; sensus tropologicus, si qua oportet grauitate tractetur, conteněnd⁹ esse videretur.

Cap. LI. Refellũtur Iudaizãtes, qui negãt nostros literaliter explanare scripturã

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEd agè, expendamus quàm perfricta fronte Iudaizantes negent veteres patres literaliter A
scripturã esse interpretatos, quanq; parum cõsideratè viri rerum sacrarũ scientissimi illorũ crimẽ deprecentur. Mitto dicere quod suprà dictũ est August. de vnitate ecclesiæ lib. vno ante disputationẽ illa iecisse fundamenta, vt testimonijs scripturæ literali sensu vtẽdum esset, literali ergò sensu testimonijs scripturæ veteres patres vtebantur. Ideo his cõmentarijs hanc disputationẽ prætexui, ne in magnum volumẽ si singula suis testimonijs confirmarentur hæc disputatio excresceret, essentq; in his cõmentarijs exẽpla ac testimonia, quib⁹ singula quę hic dicerentur, possent constabiliri. Sic ergò leges in his cõmentarijs Augustinum testimonia scripturæ citare vt non explanet, sed auditori explananda relinquat: quod cùm fit te rogo literalis ne sensu scripturę citentur, an spiritali? literali, velis, nolis fateare necesse est, quem doctor sanctus auditori intelligendum relinquit. IVST. proponit ea mysteria fidei quæ probanda susceperit. deinde subijcit prophetarũ vaticinia quæ recitat tantùm, quòd interprete nõ egeant. Illũ ne tu dices spiritalẽ esse sensum, an potiùs literalẽ, quẽ auditor suo ingenio intelligit? an nõ hunc morẽ secutus est Eusebius Cęsar. his libris quos de demonst. euang. conscriptos reliquit, B
vt singula mysteria œconomię redẽptionis præscribat, & sine interpretatione subiungat prophetias, quibus singula prædicta manifestissimè appareant, quę videat qui legerit, & intelligat tantò antè prædicta, & cõpleta singula, mente atq; animo lustret. Potuit hoc fieri, nisi literali sensu scripturæ citarentur, ita vt litera ipsa, & verba ipsa sonarẽt singula tã apertè, vt lector sua sponte prædicta cerneret, cõpleta intelligeret? Nõ sic Tertullianus Iudæos vrget, & premit testimonijs manifestissimis citandis, quæ clara voce Christũ personẽt, & singula eius mysteria? Et in apologetico aduersus gẽtes, non ait ad gentes irrũpite Iudæorum synagogas (liber enim aditus in synagogas Iudæorũ patebat omnibus) audite prophetias quæ ibi legũtur iuxta translationẽ Lxx, & credere cogemini? Id ne diceret Tertull. nisi literę ipsæ, & voces ipsæ planè Christũ testarentur? cùm Athanasius Iudæos premit, Cyrillus, Procopius & alij patres, cùm Iudæos vrgẽt prophetarũ euidentissimis vaticinijs, quę planè & apertè Christi Dñi loquãtur œconomiã redẽptionis, non literã scripturę citãt, & literalẽ sensum? Hunc solũ prophetã expende, & ex hoc cætera iudica: si ex cathena quã conteximus ex scriptis veterũ patrum, nõ intellexeris C
verba omnia à principio capitis ad finẽ vsq; inter se cohærere, omnia sibi respondere mutuò Christũ & Christi mysteria sonare, nõ causam dico, quin ego habeam mẽdacissimus. Vbi ergo verba ipsa præ se ferũt sensum quẽ sancti patres interpretãtur, negabit quisquã scripturã literaliter explanari? literalẽ potiùs sensum dicet esse Iudęorũ & Iudaizantiũ, quo verba inuita, & reluctãtia trahũtur, vbi antecedẽtia nõ cohęrent cũ sequentibus, & sequẽtia medijs repugnãt, hunc potiùs literalẽ sensum quisquã dicet? cur? quòd Christo repugnat, & Christi mysterijs? quod sic placet Iudęis? Certè si verba expẽdas singula, & propria significatione voces singulas interpretere Christũ sonant omnia, literali ergo sensu (rũpantur licet Iudæi) Christũ sonant.

Sed quidã viri docti, hos Iudaizantes variè tuentur. Longè secùs aiunt patres veteres interpretantur scripturã, cùm eã editis cõmentarijs explanant, atq; cùm eam citant, quid ni? Cùm enim interpretantur scripturam editis commentarijs, non solùm literalem sensum, sed etiã spiritalem enucleant. Est enim ferè hic sanctorũ mos, vt priùs literalẽ sensum, posteà spiritalem enodent: neq; quisquã qui versatus in studijs sacris sit, legeritq; veteres patres hoc poterit insciari. Non enim quod vnus, aut alter allegorias persequantur tantum, continuò oẽs eandẽ instituisse viã dicendi sunt, verùm cùm citantur scripturæ, præsertim aduersum Iudęos, aut infideles, hæreticósue, sensu literali citãtur: quod faciendũ docuit D. Augustinus de vnitate ecclesię D
cap. 5. his verbis: Hoc etiã prędico, atq; propono, vt quæq; aperta & manifesta deligamus, quę si in sanctis scripturis non inuenirentur, nullo modo esset vndè aperirentur clausa, & illustrarentur obscura. Et eodem lib. cap. 16. aliquid proferte ex scriptura, quod non egeat interprete, &c. Et paulò suprà dixerat: Eruite de scripturis aliquid manifestum. Quibus verbis Augustinus docet, quo sensu ferè scripturæ citentur. Et illud quod suprà dixeram, esse plurima in scriptura, manifesta, quæ interprete non egeant, quibus illustrantur obscura, quibus Iudæi reuincuntur erroris, quæ Iudæi & Iudaizantes tenebris inuoluere conantur, & aliò deflectere, & detorquere, ad Dauidem, ad Salomonem, ad Assyrium, ad Senacheribum: sunt enim multa manifestissimè dicta, qualia sunt illa quæ contra Faustum Manichæum lib. 12. cap. 43. citat Augustinus illa præfatiuncula. Quis quęrat expositorẽ dum legit, Velut ouis ad victimã ductus est? & omnia quę illic euidẽter dicũtur: Quia liuore eius sanati sum⁹. Peccata nostra ipse portauit.

Citátne

A Citátne hæc Augustinus spiritali sensu, an literali? neminem quæsiturũ expositorẽ dũ hoc legit, affirmat, euidenter esse dicta profitetur, & subijcit idẽ August. Quis non quasi euangeliũ cantari arbitretur? Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Diuiserunt sibi omnia vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, &c. quæ adiecit. Literali sensu hæc citantur omnia, quæ sic citat Augustinus, vt nõ interpretetur, neq; interprete putet esse opus, neq; longè repetere exempla necesse est. Iam à principio huius prophetæ lege illa: Terra vestra deserta: &, Derelinquetur filia Sion: &, Nisi Dominus exercituum, & quæ sequuntur, reliqua expende his commentarijs, quomodo explanẽtur à sanctis patribus, & an litera ipsa sonet sensum illum sanctorũ patrum. Confer Iudaicas nugas, & hæc inter se cõpara, damnabis certò scio eorum impium errorem, qui Iudaicas nugas literalem sensum dicunt, & negant scripturam sensu literali citari à sanctis patribus. Si piget totos hos euoluere commentarios, vel illa expende ex cap. 2. Domus Iacob venite: & illa, Idola penitus conterentur: & illa, In die illa proiiciet homo idola: & quæ scripta sunt in principium capitis tertij. Hæc sola con
B fer cum nugis Iudæorum, quæ leges apud Vatablum, & manibus prehendes, fabulas Iudæorũ appellari ab his literalem sensum. Nam memini me olim in sanctissima cathedrali ecclesia, cupiditate allectum audiendi virum nominis celeberrimi, sedere inter auditores, & audire prælectionem qua scripturam interpretabatur, & visum fuisse mihi, non doctorem Christianum audijsse legentem, sed quendam virum bonum, qui Iudaicas nobis narraret fabulas: quo malo nihil mihi visum est dici, aut fingi posse exitialius.

Cap. LII. Refelluntur Iudaizantes et hæretici, qui catholicos idiotas et imperitos appellant.

SEd Iudaizantes multa (aiunt) consensu sanctorum dicta, quæ falsa sunt, & inepta, quòd vnus, aut alter ea dixerit, continuò omnes infamant, vt sanctorum fidem eleuent, & imminuant, quo minor sit sanctis patribus apud oẽs fides. Non meminere Seuerini papæ dicti illius epist. 2. Væ, væ illis, qui detrahunt seruis Dei, quia detractio eorum ad eum pertinet, cuius mi-
C nisterium agunt. Aiunt, inquiunt, præ imperitia, angelos esse corporeos, tantúmne crimen est Platonem fuisse secutos, & philosophos Platonicos? qui cùm in controuersiam vocassent, quę nã essent animalia quæ hominibus dormientibus, & vigilantibus se sisterẽt corporibus igneis, aẽrijs acerrimi intellectus, & euanescerent è conspectu subitò, putarunt Deum Opt. Maxi. vt fecerit terrena animalia, sic fecisse animalia aẽrio corpore, & igneo, & corpore cælesti multò subtiliore. Si eos rogẽ vndè sciant hanc Platonis opinionẽ improbandã, fortasse hæreant: itaq; dũ alterum insectari volunt, suam produnt. Angelos incorporeos esse, receptissima apud omnes sententia est, tamen non vituperãdos esse affirmamus viros sanctos, quod doctrina omni liberali instituti, Platonicos aliquando sequantur, nec hoc imperitiæ est, illud potiùs imperitiæ adscribendum, si non intelligas quò spectarit Augustinus, cùm angelos corporeos esse dixerit, neq; intelligere illud quod Arist. 1. Post. docet non benè redargui Mathematicũ, si cum Grammaticè redarguas, aut Dialecticè, aut Medicè, neq; Theologũ si ostendas nescisse aliquid quod ad alias spectet disciplinas. Itaque si largiar errasse Platonem, & meritò refelli
D ab Aristotele. 1. de Anima, vbi putat corpora vno simplici elemento constare non posse, refumodo posse, aliquid quod ad philosophiã spectet, ignorasse Augustinũ, aliumúe sacrũ doctorem, pro tanto crimine putandum est vt sint reijciendi doctores omnes, vt indocti, vt imperiti? si Iudæorum deliria persequi vellemus, non vnum, aut alterum obijceremus, sed mille nugas, fabulas aniles mille, quas nemo defenderet, nemo negaret ab insciti a profectas. Sed hæc dicta Augustini à summa doctrina profecta sunt, quam combibisset ex Platone. Vocabant enim veteres patres omnes ancillas ad arcem, neque inficias eo multa excidisse sanctis patribus negligenter dicta, rebus non excusis, & declaratis sanctorum patrum concilijs, multa quoque dicta negligenter, quòd non morarentur auram popularem, aut quod non didicissent Hebræã linguam, aut Græcã, aut alias disciplinas Theologię non magnoperè necessarias. Nec imperitiæ damnãdus est Augustinus, quod angelos aliquando fecerit corporeos, Platonem locis citatis secutus, & Platonicos, & nostros adeò qui nominis celeberrimi, angelos corporeos esse putarunt, vt syn. Nicen. 2. act. 5. leges in principio, & in ea sententia Basilium fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Athanasium,& Methodium,& alios qui eos sequuntur,quæ sententia Caietano,& Nypho & Bonauenturæ,ex scholasticis placuit.Sed sancti patres non sic se defendi volunt, nō sic hoc crimen deprecantur,non enim nostris temporibus primū stulti,& indocti vocantur,ab initijs nascentis ecclesiæ his nominibus à Iudæis nominantur. Vnde qui tangit picē, inquinabitur ab ea,qui Iudaizātes manu versat, aliquid mali indè trahet,inde enim hæc sunt hausta.Vt enim leges apud IREN.lib.1.cap.1.Hæretici,& Iudæi sanctos patres idiotas appellāt, & nihil scientes, semetipsos extollunt,perfectos vocant,& semina electionis. Et D.BASIL.de spiritu sancto, Quæ,inquit,conuicia nobis non faciunt hæretici? quæ probra in nos non iaciunt? quę tantum abest,vt molestè feram, vt ipsorum quidem hæreticorum iactura angar, & mœreā, conuicijs verò lęter,& illis gratiam habeam.Et D.CHRYS.in homilijs ex varijs in Matthæum locis,homil.17.Ecclesia habet veros oculos(ecclesiasticos videlicet,ac doctores) qui vident in scriptu ris mysteria Dei,qui rectè oculi ecclesiæ appellantur.Hos sequamur,nec molestè feramus nos appellari indoctos,& idiotas. Nam vt idem Chrysost.inquit,de incomprehēsibili Dei natura homil.2.stultum me appellet in Christo,nam vel hoc nomine, tāquam adepta corona,gloriabor cum Paulo,nos stulti propter Christum.Porrò hęc stultitia prudentior omni sapiētia est. Hæc viros doctissimos nosse oportebat,non combibere pestem à Iudæis & hæreticis, neque si quid negligenter exciderit alicui ex veteribus, continuò illum contemnere.

Hæretici catholicos ab initijs ecclesiæ Idiotas nominānt & stultos,& sancti se gaudent sic appellari causa Christi.

Sed quis ignorat hanc fuisse viam hæreticorum tritam vestigijs Arij, atque adeo omnium qui catholicam doctrinam oppugnarunt iam indè à principijs nascentis ecclesiæ? vt excutere conarentur nobis doctrinā apostolicam,quam per pontifices summos, & præsules, quasi per manus ab apostolis acceperamus, & nouas traderent doctrinæ vias, vt docet Cyrillus aduersus Nestorium, Omniū hęreseon hæc sola via est,vt ab ea doctrina homines abducant,quę ab apostolis est tradita,quam suis scriptis sancti patres ad nostra vsq; tempora transmisere. Cur ergo audeat quisquam dicere,noua via hæc est interpretandi scripturā, à Iudæis accipere sensum literalem,prætermissum à sanctis patribus? sic accenduntur ad studia sacra omnes,& reliqua huius notæ sapientiæ inanissima,& stultitiæ plenissima,quæ Iudaizantes ad nos afferunt? Noua omnis via, si Cyrillum audias, hæresim quandā redolet,aut ad hæresim premunit viam. Sed argumentantur perpulchrè quidam docti viri,qui Iudaizantes hos tuentur. Si August.ait vbi commodè fieri possit, sine ignominia saluatoris, vt interpretatio referatur ad Christum, ad Christum esse referendam: rectè nos quoque posse colligere,si sine ignominia fieri possit, vt interpretatio referatur ad Dauidem,aut Solomonem, aut Assyrios, aut Babylonios eò esse referendam.Docti viri sunt hi, sed hoc sine magna illorum ignominia refelli non potest,& per se videtur non satis pium.

Via omniū hæreseon quæ. Nostrorū quorūdam error ingens.

Argumentatio quorundam.

Cap.LIII.Quomodo catholici,et quomodo hæretici,doctores sacros citent

DOctorem nescio quem,negasse aiunt aduersus Lutheranos, authoritate sanctorum, aut scripturæ vtēdum esse: benè sanè narrat. Huic doctori parebimus potiùs quàm omniū uere hæreticos.Viā detritam sanctorū vestigijs relinquemus, insistemus nouā viam, doctore nescio quo duce? Relinquemus ea signa,quę Christus Dūs primus omnium sustulit,cùm citat apphetas,& legē,cùm scripturas scrutandas monet,ea inquā signa,quę à Christo excepere apostoli,tradidere doctoribus sacris,vt testimonijs scripturę nitantur semper,doctoris nescio cuius vexilla sequemur? Sed Lutherani,aiunt,scripturę & sanctorum vtuntur testimonijs.Luthe ranorū est igitur,sanctorū & scripturæ testimonijs vti. Lutheranos nos faciunt, si Deo placet, quod ecclesiā dicimus fundatam super fundamentum apostolorum, & prophetarum. Nunquam vidi Lutheranorum causam tam bonam fieri. Si Lutherani sanctorum patrum testimonijs vterentur, eosq; ad interpretationē scripturæ adhiberent, Lutherani non essent, exuerent Lutheranismum,se reciperent ad Christianismū,catholici essent, nunquā latū digitū à fide catholica discederent.Non vtuntur testimonijs scripturæ Lutherani, neque sanctorum patrum scriptis,vt sis sciens, sed hæreticorum viam insistunt tritam iam indè ab ecclesiæ initijs vestigijs hæreticorum.Vt Iudæos imitati,quod suprà pluribus est dictum,particulis scripturarum aduersus nos agant,neque expendant antecedentia aut sequentia, inuertant omnia, varietate distinctionis,mutatione punctorum,dolis omnibus aduersum catholicos crassentur. Sic hæretici Lu-

A retici Lutherani scripturam citant,sic veterum patrum scripta. Nam si hæc ratio valeret,veteri testamento vtendum non esset,quod eo vtuntur Iudæi. Quis hoc dixit vnquam aut cogitauit? sed aliter rosa(vt in prouerbio est)aliter sus olet: aliter Christianus prophetas citat, aliter Iudæus,& hæreticus.Sed sunt(vt dixi)quibus fœtulentissima quæque,opoballama videantur spirare. Huius rei poterant admoneri ab EPIPH.synodo Nicen.2.tomo.2. Qui spiritalem impugnant Hierusalem,inquit,hoc est,catholicam ecclesiam, studēt sanctorum patrum vti sermone,vt Rapsaces Hebraica lingua contra Israēlem est vsus 4.Reg.cap.18. & Esaiæ cap.36. siquidem contra catholicam ecclesiam,ecclesiasticam doctrinam vsurpant. Et rursum idem Epiphanius infrà eadem synodo Nicen.2.act.6. Omnes hæresiarchæ,inquit,suorum errorum occasiones è diuina scriptura collegerunt,& quæ rectè ab spiritu sancto dicta erant, peruersa animi intelligentia cōuellunt. Quod D.Petrus prædixerat,quę imperiti secundū proprias cupiditates peruertunt.Hæc Epiphanius.Quibus apparet, hæreticos & Iudæos testimonijs scripturæ vti,& sanctorum patrum,inuersa tamen sententia. Adde quod tomo.2.Concil.6.synodo Constantinopol.act.8.sub finē, admonemur hæreticos loca scripturæ deflorare, dum ea citant,& detruncare,& falsare:quod idem repetitur eadem synodo act.11.sub finem.& act.14. à principio plurimis verbis idem ostenditur.Et synodo Nicen.2.act.5.aperiuntur doli & fraudes hæreticorum in citandis testimonijs veterum patrum,ne quis hæreticorum esse putet, citare sanctos patres,& loca scripturæ,nisi inuersa sententia,aut deflorata.i.vitiata. Sanctorum patrum hic mos est,& ecclesiæ catholicæ,vt scripturæ, & veterum patrum testimonia citent. Mitto CYRIL.qui ex veterū patrū sententia,in epistolis Nestoriū refellit. Mitto D.AVGVS. qui sanctorum testimonijs redarguit hæreticos: & Basilium,Epiph. qui eandem hanc insistūt viam.An Concilia aliundè catholicæ fidei dogmata,& nostras res omnes constabiliūt, quàm ex scripturæ,& sanctorum patrum testimonijs? sexta synodus Constantinopol.act.8.suorum dogmatum authoritatem veterum patrū scriptis confirmat.& act.12.non solùm citat sanctos patres,sed ab aduersarijs petit,vt suæ sententiæ testimonia proferant sanctorum, & probabilium patrum,quos omnes communes doctores confitemur,quod idem facit act.18.Et syn.Nicena.2.vnde suæ sententiæ probationē petit nisi à sanctis patribus? act. 4.tota,& act.6.7. Et tomo.1.Concil. LEO papa in epist.ad Leonem Aug. sua decreta authoritate sanctorum confirmat. Quos omnes hoc opere sequimur, eaque tantum vera putamus, quæ sanctorum probat consensus.

B

C

Cap. LIIII. *Quomodo prodesse possit studiosis sacræ scripturæ linguarum peritia,et quomodo obsit.*

DIces,quid iuuat ergo Hebræas,aut Græcas literas didicisse? quorsum veteres patres semper in vinea Dñi putauerunt futuram racemationē? quod vinea Dñi nullo modo posset exhaurīri? quorsum ad cognitionem linguarum nos vocat Augustinus? Quorsum CHRYS. in singulis literis & syllabis,ingenteis putat delitescere thesauros, si vti cognitione Hebrææ, Græcæq; linguæ non licet? ridiculum.quasi quis dicat nullum esse armorū vsum,quod aduersum nostros armis vti non liceat.Quis non videat aduersum hosteis vtendum esse armis, non aduersum tuos? Is armorum est vsus,vt tuos defendas,hosteis vincas. Ad hoc exemplum si cognitione linguarū vtaris,& ingenuarum artium peritia,vt defendas tuos,& ecclesiæ seruias,re
D fellas hæreticos,Iudæos refutes,ineredibileis tibi parient commoditates hę disciplinę. Sin verò illis vtare aduersum tuos,vt quæ in ecclesia sunt receptissima,stata,& fixa, subuertas,sequaris Iudæos,nihil his artibus pestilentiùs,nihil exitialiùs,quæ faciunt,vt inquit EPIPH.syn.Nicen.2.act.6.vt nec euangelicè nec apostolicè, nec ex sanctorum patrum sententijs scripturam explanent,sed proprio ore loquentes in aciem contra catholicam ecclesiam se constituant.

Vis cognitio linguarum,& ingenuarum artium tibi profit? vis D.Hieronymi, & Lxx virorum iuuare labores,aliorumq; veterum patrum? propone tibi scopum, quò dirigas & referas omnia,ecclesiasticum canonem,quem lib.6.stromaton Clemens Alex.præscribit ab initijs nascentis ecclesiæ,quasi per manus traditum scripturæ interpreti, vt tum demū rectè scripturas interpretari se putet,si concordent lex,& prophetæ cum aduentu Domini, cum lege noua ab ipso Deo lata.Hunc si tu canonem interpretandæ scripturę adhibeas,ad lucem euangelicam eas interpretandas iudicabis,non ad Iudaicā perfidiā:quod IREN.ait cap.66.lib.4. Legite, inquiens,diligentiùs euangelium & prophetas,& inuenietis singula à prophetis esse prædicta.

Canon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adde secundum canonem ex eodem CLEMEN. Alexand. Stromat. lib. 7. ne latũ vnguem A
à consensu sanctorũ discedere audeas, reliquos, vt adulteratã monetã fugias. Quem canonẽ
paulo ante ostendimus, & sanctos patres omnes, & concilia fuisse secuta, & de sanctorũ patrũ
sententia sua statuisse decreta. Hoc si feceris, mirabile dictu, quantos fructus cognitio linguarum cum ingenuis artibus, & cũ sacrata Theologia coniuncta, tibi sit paritura: si modo IREN.
virum apostolicum habeas doctorem, qui lib. 4. c. 45. à doctoribus ecclesiæ docet veritatem
scripturarum esse petendam: quod apud illos apostolica doctrina est, non in ludæorum scri
nijs quod suprà diximus ex Chrysostomo. Et ob oculos pone, qui docuit nos ecclesiã habere
veros oculos, ecclesiasticos videlicet, & doctores qui vident in scripturis Dei mysteria. & cõ
ciliorum vox est, adhortari eos qui contra starent testimonia proferre sanctorum & probabi
lium patrum, illorũ, quos omnes conmuniter doctores cõfitemur, quod hi quasi per manus
ad nos transmittũt doctrinam ab apostolis ecclesiæ traditã, vndè hæretici & ludæi, ac Iudaizantes nos detlectere sunt conati ab initijs ecclesiæ, vt inquit CYRILL. in epistolis aduersum
Nestorium, nec id facere potuerunt, nec poterunt vnquam. Per veterum patrum scripta pu- B
ram nostram & incorruptam tuemur fidem, nec res vlla alia est qua puram tueri possimus
fidem, vt ab apostolis nobis tradita est, nisi sanctorum patrum scripta, qui eam nobis ab eccle
siæ initijs per manus tradunt.

Cap. LV. Quod finis scripturæ Christus sit, non Dauid, Solomon, Assyrius, aut aliquid huiusmodi, quod putant Iudæi & Iudaizantes.

POstremò hunc canonem semper ante oculos habeto, quod Christus Dominus, non Assy
rius, aut Babylonius, non Dauid, aut Solomon, radiat in scripturis admirabili splendore:
quod te docet D. AVGVST. contra Faustum Manichæum li. 12. Christus mihi inquiens vbi
que scripturarum sonat. & in epistolam B. Ioannis, tract. 2. Omnis scriptura Christum sonat
sed si aures inueniat. & serm. 72. idem repetit. & in cap. 5. Ioan. tract. 24. Putemus, ait, scripturã
agrum esse vbi aliquid volumus ædificare, non simus pigri, neque superficie contenti, fodia- C
mus altius, donec perueniamus ad petrã, petra autem erat Christus. Quibus verbis docet Au
gustinus quando Christus absconditus in agro est, hoc est in typis, & figuris scripturæ, fodien
dũ altè vt inueniatur Christus: tantùm abest, vt sit obscurandus, cùm sine typo & figura nobis
apparet, vt obscuratur à Iudæis, & Iudaizantibus. D. CHRYS. quoque in Marcum homil.
10. in illa verba, Amen dico vobis: Ego, inquit, omnia quæ in scripturis intelligo sine
Christo, & Spiritu sancto, & Patre, nolo intelligere, nisi intellexero in Trinitate,
quæ me saluauit, dulce mihi non potest esse, quod intelligo. Et rursus infrà
idem Chrysost. Quando testimonia de prophetis lego, solum Chri
stum consydero, sic vidi Mosen, sic vidi prophetas, vt de Christo
intelligerem loquenteis. Hoc idem docet D. Hieronymus
ad Algasiam, quæst. 10. vbi Iudæos negat intelligere
scripturam, quòd Christum non tenent,
qui caput est scripturę. Admiren-
tur ergo Iudaizantes Iudæo-
rum fabulas: catholicos
id solũ iuuet, quod
referat clauis
Dauid.
★

FINIS

AERI-

AFRICANI AD ORIGENEM DE HISTORIA SVSANNAE EPISTOLA, è Græco in Latinum sermonem conuersa, Leone Castro interprete.

Africanus te salutat, domine mi, et fili ornatißime Origenes.

B QVando dialogum conscripsisti, cui præfixus est titulus: Ad ingratum, vel stul
tum, mentio a te facta est prophetiæ Danielis, quam adolescẽs est vaticinatus,
& tunc quidem, vt par erat, id, quod à te scriptum est, sum exosculatus. Demi-
rari tamen satis non possum, quo modo te fugerit illud, partẽ illã libri Danie-
lis suppositititiam esse, & adulteratam. Caput enim illud, alioqui lepidum, &
facetum, commentum tamen, recens, & fictum esse liquet, fabulosumque
pluribus modis arguitur. Nam capitis damnata Susanna, afflatus spiritu propheta exclamas-
se perhibetur, iudicium illud iniustum fuisse pronunciatum. Primùm omnium Daniel
alio quodam modo vaticinabatur, aut visionibus, aut insomnijs, aut angelorum colloquijs,
& non prophetica inspiratione. Deindè, præter quam quòd cum omnium admiratione vo-
ces illas edidit, parum credibiliter ipsos reuicit, ita vt neque Philistiõn mimus, minus grauiter eos redargueret. Neque enim sat fuit per spiritum sanctum ipsos reprehendisse, nisi priua-
tim seorsum vtrunque interrogasset, vbi ipsam mœchantem deprehendissent. Vt autem alter
sub Prino concumbentem cum adolescente vidisse, diceret, respondit, futurum, vt angelus
ipsum, prisi. i. secet, à prino arbore agnominatione facta secandi, quod, πρίω, verbum Græcũ
secare significat. Alteri verò dicẽti vidisse illã cum iuuene sub Schino, scindendũ ab Angelo
similiter minatur ab schino agnominatione, vt dixi, facta, σχιστῶσι. i. scindẽdi quod, σχίζω, scin-
C do significat: in Græcis nanque vocibus hæ congruunt agnominationes, à prino, πρίω. i. secare,
& σχίσαι, .i. scindere, ab Schino, quod in Hebræa lingua toto cælo distat. Ex Hebræa porrò lin
gua totum vetus testamentum translatum Græcè est, vt illud omittam quod apud Chaldæos
cùm captiui vitam degerent in media Babylone, cumque quotidiè per omnia cruciamẽta necarẽtur, & per vias iacerent inhumati, quod proditum est de captiuitate Israel priore, Cumq;
filij, è parentum cõplexu auellerentur, & euirarentur in Eunuchos, & filiæ in pallacidas abducerentur, quod præsignificatum à prophetis erat, qui conuenit per tot diuersitates, vt hi quasi suis iuris essent, iudicium de re capitali constituerent, & morte mulctandã decernerent vxorem Ioachim, qui inter ipsos regnarat, quemque Regni participem Babylonius rex effecerat,
& regiæ mensę accumbere iusserat, habebatque quotidiè conuictorem, & amicum? Sin verò
non hic erat, cuius vxor Susanna capitis iudicio damnata sit, sed alius de media plebe Ioachim
Regi cognominis, vndè tam lautę ędes captiuo suppetebant? vndè tam culti, & amœni horti?
Quodque omnium maximum pondus habet, hoc caput cũ alijs duobus deinceps, quibus Da
nielis liber clauditur, in Hebræa lectione desiderantur, neque ab Hebræis agnoscũtur. Postre-
D mò cum tot extiterint prophetæ, nemo alterius vsus est testimonio, aut sententia. Non enim
ipsorum sermo ab alijs quidquam emendicabat, cum verus esset, quippè ab spiritu sancto pro
phetarum pectoribus delibatus: hic vero cum illorum alteri minaretur, meminit Domini
dicentis: Innocentem, & iustum non interficies. Ex quibus omnibus hoc caput
suppositititium esse cõijcio, quod ipsa dictio, & styli character arguit. Obiecti
quæ mihi videbãtur, hoc caput facere suspectum. Tu me doce, & re-
scribe, vt me erudias. Dominos meos omnes saluta: te omnes
noti saluere iubent, & ego Deum precor, vt cum
omni comitatu valeas corpore, & animo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORIGENIS AD AFRICANVM epistola, eodem Leone Castro interprete.

Origenes Africano cariss. fratri in Domino, Patri verò filij sancti mei per Christum IESVM. S.

EPistola, qua in dubium, incertumque reuocas historiam Susannæ, quæ per ecclesias toto orbe terrarum circunfertur, breuis, & concisa esse videtur. At intra verba paucissima, multa habet dubia, quorum vnumquodlibet non vulgarem, neque extemporalem disputationem exigit, qualis epistola posset pertractari, sed iustum volumen sibi vendicaret. Ego me, meo pede, & modulo metiens, ne ignorare me videar, imparé me esse video huic oneri, quod meis humeris imponis, vt diluam dubia, quæ obijcis, & tuis litteris rescribã. Tantùm abest vt intra paucos dies, quos Nicomediæ sum commoraturus, literis tuis, & dubijs tuis facere possim satis. Dabis veniam ergo, & æqui bonique cõsules, quæ exclusus temporis angustia, hâc breui epistola potero percurrere. Quæ dixero nanque, animo amico, & beneuolo erga te dixero: tu, pro tua humanitate, si qua in re defecero, de tuo addes, quod mihi deesse videbitur.

Primùm ergò aiebas quando cum communi amico Basso disceptarem, sermonesque conferrem, vsum fuisse me Danielis testimonio de historia Susannæ, & præ me tulisse nescire me librum illum suppositititum esse, & falso adscriptum Danieli prophetæ. Aiebasque te laudare historiam illam tanquam festiuam, esse tamen scriptionem fictam ab aliquo, non antiquam, neque legitimã prophetæ, sed commentitiam. Addebas, & illud quod Philistion nobilis illemimus vix ita scurriliter confinxisset scriptionem, & paronomasia adeò mimica esset vsus ab arbore prino ad Prisim, & ab arbore schino ad schisin (quasi Latinè diceres à pruno arbore per agnominationem, ad prunas, prunis sæuissimis vstulabere: & à malo arbore, malis cruciabere sempiternis.) Quæ quidem agnominatio Græca Latinaque lingua facta esse videtur: Hebraica non item. Vide igitur his quantum malorum excites, non enim de Susannę historia agitur tantùm sed de omnibus quæ in catholica Christi ecclesia Græcè conscripta circunferuntur, quorum non extant libri Hebræi archetypi, vndè sunt translata, & Græcè reddita. Neque res est de duobus libellis alijs qui sunt in fine Danielis prophetæ de Bel, & Dracone, quam historiam Hebræa lectio non præfert, sed de alijs innumeris: quæ pro nostra tenuitate collata Græca editione cum lectione Hebræa, varia esse deprehendimus, qualis in eodem Daniele de camino ardente, in quem reuinctos pueros illos coniectos legimus, cùm in nostris codicibus multa alia legãtur, quæ non agnoscit lectio Hebręa, & in Ecclesia Catholica sunt receptissima, qualis est illa precatio Ananiæ, Azariæ, Misaelis, vsq; ad illa: Cum audiret rex ipsos laudãteis Dominum: & alibi, vbi legitur: Deambulabant in media flamma laudantes Dominum, vsque ad illa: Benedicite Domino omnes colentes Dominum, &c. cùm Hebraicè statim subiungatur illud: Et viri illi tres Sidrach, Misach, Abdenago, ceciderunt in medium ignem vincti: rex Nabuchdonosor admiratus est, & surrexit summa cura, & dixit Megistanibus suis. Sic etiã Aquila seruiens Hebraicæ lectioni edidit, qui creditur apud Iudæos vertisse fidelius, & magis ad præscriptum Iudæorũ, & quo maximè vtuntur, qui Hebræam linguam ignorant, quod maximè omnium literæ hæreat. Nostra exemplaria, quorũ testimonia citamus, & Lxx seniorum sunt, & Theodocionis, & vtrique præferunt historiam Susannæ, quam tu commentum alicuius esse putas, & postrema capita Danielis, quæ conficta arbitraris, cum plus CC versus habeant suprà Lxx, & in alijs multis libris sacris multa deprehẽdimus, vbi plura legũtur. Græcè, q̃ Hebraicè: multa, vbi pauciora, verbi caussa (quãdo omnia cõplecti nõ licet pauca dicem⁹.) In Hestèr neque Mardochæi precatio, neque precatio Hester, quæ legentem ad pietatem, & religionem mouere possent, Hebraicè leguntur. Neque epistolæ aut Aman ad delendam nationem Iudæorum, aut Mardochęi nomine Artaxerxis in Hebręa lectione sunt ad liberandã morte Iudęorum nationem. & in Iob ab illis verbis: Scriptum est ipsum rursum resurrecturum, cum quibus Dominus resurrexit, vsq; ad finem, quæ omnia desiderantur in Hebręis codicibus, & in tralatione Aquilæ, leguntur autem in editione Lxx, & Theodocionis. Et innumera alia

A mera aliã huius notæ in Iob deprehendimus, vbi plura alibi in nostris codicibus, alibi pauciora legerentur, quam in Hebræis. Pauciora, vbi scriptum est, Iob supplicasse quotidiè prò filijs, & tot numero obtulisse victimas, &c. Et quando venere Angeli Dei, & circunstetere Dominum, & diabolus inter ipsos erat: Circũiui terram, & perambulaui in ea, Hebraicè nõ legitur. Neq; illud: Dominus dedit: Dominus abstulit, vt Dño visum est, sic est factum. Multa in nostris sunt exẽplaribus, quæ Hebraicè desiderantur. Quid fiet ergo quando huius notę sunt innumerabilia, quę verbis, & sentẽtia ab Hebræa lectione discrepare videãtur? Videtur ne tibi abrogare libros in omni ecclesia catholica receptos? & cauere legibus vt fratres omnes, vbiq; terrarum receptos apud se in suis ecclesijs libros abrogent? Iudæis ne adulabimur? vt ab illis eblandiamur libros castigatos, & quam emendatissimos, qui nihil habeãt commentitiũ, aut fictitium? Quid ergo? prouidentia Diuina, quæ impertit omnibus Christi ecclesijs, ædificationem in scriptura sacrã paruam præstitit curam ijs, quos tãto pretio redemerat? pro quibus Christus est mortuus? qui filio charissimo prę amore, quo nos, pśequitur, non pepercit: sed pro

B omnibus nobis tradidit illum, vt cum ipso nobis simul omnia donaret? Ad hæc, vide an meminisse oporteat illius: Non mutabis terminos sempiternos, quos præfixere tibi tui maiores. & hæc dico, Christum, qui legem tulit etiam veterẽ, ita cauisse, non vt vocaret nos ad desidiã, & auocaret nos ab scrutãdis scripturis, qui & ipse author est, vt scrutemur scripturas, & nostros libros cũ Hebræis conferamus, & expendamus singula, quæ consentiant, quæ discrepẽt, quod (absit verbo inuidię) feciſſe me, pro virili parte puto. Excusi nãq; omnes omniũ editiones, & varietates, vt collata varietate tralationũ, meliùs intelligerẽ Lxx interpretationẽ, & illi⁹ sensus sacros eruerẽ. Non eñ fuit consiliũ cudere quidq̃, quod discreparet ab scriptura in catholica ecclesia recepta: neq; volui ansam dare ijs qui quærũt occasiones, vt res receptiſſ. cauillẽtur, & communẽ sentẽtiã catholicæ ecclesiæ damnent. Meditor autẽ, & Hebręã lectionẽ, & receptos libros apud Hebręos etiã, vt cum disceptẽ aduersum Iudęos, nõ diuersis, sed ijsdẽ scripturarũ testimonijs certis, & cõfessis apud illos, vtamur, etiã si à nostris codicibus discrepẽt. Nam si sic aduersum eos sit instituta disputatio, nõ contemnent, nec cachinnos tollent, quod facere solent aduersum credẽteis ex nationibus, tanquã deceptos falsis scripturarum testimo-

C nijs, quæ Hebræi codices non agnoscunt. Hactenus de historia Susannæ dictũ sit, quam Hebræi codices non præferunt. Expendamus nunc crimina, quæ obijcis eidem historiæ tuâ epistolã: & primùm illa diluamus quæ auertũt quosdam à recipienda illa prophetia, quorũ prima est agnominatio illa Prini, ad Prisim: & Schini, ad Schisim, quod Græca lingua hæc agnominatio facta esse videatur, Hebræa lingua non item, qualis si apud nos agnominatio fieret à pruno, ad prunas: & à malo ad mala, quæ mihi quoque oborta dubitatio est. Nam diu multumque mecum dubitans, & cogitans, expendi locum illum, cum multis Iudæis contuli, scisciatus ab eis, apud eos quo nomine arbor prinus diceretur, & secare, quod haberet apud illos nomen: & arbor, Schinus, quo modo nominaretur Hebraicè, & quo pacto Hebraicè dicere-

D tur scindere, illi negabãt se scire Græcè: aut quænam esset arbor, prinus, aut schinus. Petebant sibi digito demonstrari has arbores, vt docere possent quo nomine Hebraicè nominarentur, &, quod dicendum est verũ, has arbores commonstrare non potui. Alius dicebat, quę scriptura sacra nominata non sunt Hebræa lingua, exprimere posse neminem, quod alios nõ haberét codices, aut alias voces Hebræas, quam quibus sacra scriptura est conscripta: reliqua Syriaca lingua pro Hebræa se solitos esse enunciare. Et addebat, si haberem locum aliũ scripturæ vbi nominaretur, schinus, aut prinus Græca lingua, cuius extaret archetypum Hebræum, indè dilui posse hoc dubium, & agnominationem illam posse inueniri. Quod si nusquã sint hæc arborum nomina, neminẽ posse euadere ad coniecturã huius Hebraę agnominationis. Hęc ego ab Hebręis, quibus cum contuli sermonem, accepi. Itaq; nec ego tibi Hebræam agnominationẽ dicere possem: tu autem, qua ratione affirmes harũ vocum agnominationẽ Hebraicè fieri nõ potuisse, ipse videris. Memini tamẽ me cõtulisse etiã cũ Hebræo perdocto, filio doctissimi Hebræi, hos sermones simileisque de rebus multis, qui vt se dignũ patre viro doctissimo probaret, Hebraica doctrina erat apprimè institutus, ab hoc didici Susannæ historiã nõ esse ãbrogatam apud Hebræos: didici nomina illorum senum esse, quę sunt apud Hieremiam: Faciat te Dominus vt Sedechiã, & vt Achead, quos sartagine frixit rex Babylonis, propter scelus, quod fecere in Israel. Quomodo aũt ab Angelo secatur alter, alter scinditur, dici posse de futuro iudicio, quod illos exspectabat, cum de vita exirent, esse dicta, nõ de cognitione causse, quę Babylone fa-

Nota quosdam Origenes alias aliorũ adhiberet interpretationes cum translatione Lxx. Receptiſſima in catholica ecclesia non esse attentanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bylone facta est, aut de pœna à rege Babylonio eis irrogata. Vt enim malum illum Oeconomum dicentem in mora est Dominus, & ideo crapulantem, epulantem, conseruos plagis afficientem, Dominus veniens diuidit, & partem ipsius cum infidelibus ponit: ita hos senes, qui male suum magistratum gerebant, ad exemplum illius œconomi diuidit. Angeli nãque qui pœnis damnatorum præfecti sunt, hac pœna hos afficient, & alter quidem scindet hunc inueteratum dierum malorum, iudicantẽ iudicia iniusta, &c. alter verò secabit vt sperma Canaam & non Iudà, illum quem species, & forma deceperat, & quem transuersum egerat praua cupiditas. Alium Iudæum inueni, qui de ijs senibus hęc memoraret: Iudæos in captiuitate Babylonica tota cogitatione defixos fuisse in expectationem Christi, cuius aduentu putabant se à seruitute hostili perpetuo liberatum iri, & hos senes finxisse Christi mysteria optimè nosse, & singillatim horum vtrunque quoties cum fœmina spatium colloquendi daretur, si vsurã eius corporis vellet capere, clam dicebat sibi à Deo datum esse, vt suo semine Christus nasceretur, vt decepta spe mulier pariẽdi Christum copiam sui improbo seni faceret. Ita hi senes Achead & Sedechias suorum ciuium vxores mœchizabant. Vndè pulchre apud Danielem alter inueteratus malorum dictus est, alter verò audiuit à Daniele, Sic faciebatis filiabus Israël? & illæ timentes acquiescebãt vobis? sed filia Iudà non tulit vestrum flagitium. Forte enim fraus, & timor faciebat has fœminas his senibus facere copiã sui. Sed fortasse quæres si apud Hebrços hæc historia est, vt docti Hebræi tradũt, cur cum libris Danielis Hebrçis non circunferatur? Facilis est responsio: quod, quæ potuere, omnia expunxerunt è sacra scriptura, quæ præferrent seniorum, aut principum, aut iudicum crimina, ne manibus vulgi tererentur, & apud plebem haberétur despicatui, quorum quædam seruantur in apocryphis, horum exemplum est quod de Esaia traditum est memoriæ, qui medius serra fuit dissectus. cui similia sunt illa, quæ in epistola Pauli ad Hebræos conscripta sunt: quæ nusquam in codicibus Hebræis reperiuntur. Ait enim de prophetis: Lapidati sunt, secti sunt, &c. Interrogabimus enim ad quem referatur verbum illud, Secti sunt, certè de vno pluraliter loquitur more apud Grçcos, & Hebræos receptissimo, de Esaia nempè qui medius serra dissectus est, vt in apocryphis testatum est, & quod facile factu est, Iudęorumq; techna quasdã dictiones, & orationes Iudęi intertexunt scripturæ quo reliquis fides abrogetur. Et scio quosdam, quod in codicibus Hebræis harum rerum historiam commostrare non possent, in has angustias redactos, vt epistolam ad Hebræos faterentur à Paulo non esse conscriptam: qua de re alias pluribus dicendum est, & euidentiss. rationibus ostendendum, epistolam ad Hebræos Pauli esse, sed vtar testimonijs euangelij vt liqueat vera esse quę diximus, afferamque quę de prophetis testatur Christus Dominus, quæ nusquam in Hebræis codicibus reperies quod prçferrent seniorũ, & iudicum crimina. Ait enim Dominus: Veh vobis scribę, & pharisęi hypocritę, &c. vsque ad illa: Ecce relinquetur domus vestra deserta. Quę quis inficiabitur esse verissima? quanuis ea Hebrea scriptio non prçferat. Nam qui ędificabant sepulchra prophetarum & ornabant monimenta iustorum, damnabant sane seniorum in iustos, & prophetas impietatem. Aiebant enim: Si essemus in diebus patrum nostrorum nũquam fuissemus participes eorum in sanguine prophetarum. Agè, respondę mihi, quorum prophetarum sanguine? si nihil fidem habere apud nos debet, quod litteris Hebrçis non sit testatum, vbi in literis Hebræis tale quidquam proditum est de Esaia, aut Ieremia, aut aliquo ex duodecim prophetis? aut de Daniele? Nã quod Zacharias filius Bapturanon didicimus: Vndè apparet sapientes principes, & seniores ex literis sacris expũxisse, quæ illorũ præferrẽt crimina ne illorũ authoritas apud plebem exolesceret. Vndè historiam Susannę, cui locatę insidię sunt ab illis luxu perditis senibus, qui non longè aberant ab illorũ luxu, & libidine, exemere è numero sacrorum librorum. Et in actis apostolorum Stephanus testatur hæc in conspectu Iudæorum: Quem prophetarum non persequuti sunt patres vestri? & interfecerunt eos qui prçnuntiabant de aduentu iusti, cuius vos proditores, & extinctores estis. Vera dicere Stephanum fatebuntur omnes apud quos acta apostolorũ sunt recepta, non commonstrabit tamen quomodo accusęt patres Iudęorum, qui in Christum fuerunt impij quod persecuti fuerint prophetas, & interfecerint. Tantum hoc liquebit ex nouo testamento. Paulus enim in prima ad Thessal. epistola hæc de Iudęis testatur inquiens: Vos imitatores facti estis ecclesiarum Dei, quę sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quòd vos eadem patimini à vestris contribulibus Iudęis, qui Christum & prophetas interemerunt, & vos persequũtur, &c.

Iudæorum fabulæ.

Quod Iudæi multa expunxerint èlitteris sacris.

Iudæos multa expunxisse ex literis sacris.

& puto me

A Et puto me ostendisse satis fieri potuisse vt verissima sit historia Susannæ, & spiritus sancti afflatu conscripta, exempta tamẽ è numero scripturarum à principibus Sodomorum, quod spiritus sanctus ait. Ad hæc dicebas, quòd Daniel inducitur ab hac scriptura tanquam inflatu spiritus sancti significans iniustum fuisse iudicium, prophetia verò Danielis alio quodam modo inducat ipsum vaticinãtem, hoc est visionibus somnijs, & angeli apparitione: nunquã tamen afflatu spiritus sancti. Vndè mihi videris non valde obseruasse multis modis Deum ad patres loquutũ fuisse in prophetis, non solum in omnibus, sed etiam in singulis. Obseruans inuenies sanctis Dei interim insomnia, apparitiones angelorum interim adfuisse, aliquando afflatum spiritus sancti. Sufficit in prçsentia testimonijs de Iacob cõscriptis vti, qui de sanctis in somnijs narrat quo pacto capri, & arietes albi, aut varij inirent capras, & oues: & angelum sibi adfuisse in quiete, & se proprio nomine compellasse, Iacob? & se respõdisse: Quid est? &c. quæ adiecit de insomnijs, & angelorum apparitione. De apparitione illa esse videntur, quæ de Iacob prodita sunt: Et luctabatur homo cum eo vsque mane, &c. vsque ad illud: Vidi
B Deum facie ad faciem, & seruata est anima mea. Afflatu spiritus sancti vaticinatur etiam Iacob cum benediceret filijs iam moriturus. Quid igtur tam mirum est Danielem modo afflatu spiritus sancti redarguisse senes, & si per insomnia aliquando esset vaticinatus, aliquando visione, & angelorum apparitione aliquando? Alia verò dubia visa sunt mihi à te non ea grauitate, qua par erat, neque ita reuerenter, vt decebat, proposita. Est enim à te scriptum ad hoc exemplum: Prçter quam quod scribit illa historia rerum miracula parum credibilia, ipsam redarguit, quòd neque Philistion nobilis ille mimus ita scurrilitèr dixisset. An non sat erat afflatu spiritus sancti senes illos reuicisse, nisi vtrunque separans interrogaret, vbi adulteratã illam vidisset, & vt alter dixisset sub Prino, dixit angelus, Secet te Dominus, alteri verò dicenti, sub Schino, itidem scissurum illum Dominum minatur? quasi verò non sit simile in scriptura sacra 3. Regum, quod ipse fatebere, scriptum persanctè, non in mimo Philistione prodita historia est duarum fœminarum meretricum, quæ in conspectu Solomonis de puero litigabant, Ego, & mulier hęc habitabamus in domo vna, &c. vsque ad illa, Audiuit Israel iudicium, quod iudicauit Rex, & timuerunt à facie Regis. Nã si de libris, quos nobis per manus tradidit
C ecclesia, quiq; in omnibus ecclesijs leguntur, sententiã ferre oportet, mimicè magis & magis ridiculè historiã de duabus meretricibus hanc textam esse dicemus, magisque similem Philistionis mimo, quàm eam, quam improbas, historiam venerandæ Susannæ. Nam quemadmodum non sat fuit ad fidem populi, & ad vulgi persuasionem dixisse Solomonem: Date huic puerum viuum: hæc enim mater eius est: sic non sat fuit Danielem damnasse senes, nisi ab inuitis extorsisset confessionem: cum aperirent sub qua arbore Susannam cum adolescente cõcumbentẽ vidissent, neque eorum oratio inter se cohęreret: cum alter sub vna, alter verò diceret sub alia arbore concubuisse. Et quoniam, vt à primo dicebas, Daniel è sancti spiritus inspiratione senes damnauit, nunc hoc nunc illo modo redarguens: aduerte simile quoddam factum posse videri in hac Danielis prophetia Solomonis illi iudicio, de quo testatur scriptura, ita factum fuisse diuinitus, vt viderit populus vniuersus sapientiam Dei esse in eo ad faciendũ iudicium: quod posset dici de Daniele, intellexisse populum, hoc iudicio de senibus constituto, Dei sapientiam in eo fuisse, ad faciendum iudicium. Illud me minus mouit, quod attexere
D necesse est, de agnominationibus, à Prino arbore, & Schino prisin, & Schisin. i. sectionem, & scisionem, cum dicenti: Sub Prino vidisse concumbentem Susannam cum iuuene, respondit Daniel: Prisi te Deus. i. Secet te Deus: & respondenti sub Schino, respondit, Scindet te medium Angelus. Multa sunt Grçcè si agnominationem facere libeat, quæ Hebraicè non conuelis non respondebunt similiter. Quid igitur isthuc tam mirum est, in hac historia Susannæ, gruent. Multa contrà Hebraicè, si agnominationem facias, cadunt benè, quæ si Græcè vertere cum Hebraicè facta agnominatio Hebraicè congrueret optimè, Grçcè nó item, interpretes, quod verti Grçce nullo modo posset, Hebraicam agnominationem sustulisse, & in locum agnominationis Hebraicę similem quandam Græcam agnominationem suffecisse? quale si nos nostro sermone eandem agnominationem exprimere vellemus, esset, si sic verteremus: At ille dixit, sub malo: dixit autem Daniel: Recte mentitus est in caput tuum, iam enim Angelus Dei accipiens sententiam à Deo, malum tibi dãbit. Vides igitur si pro: sub Schino, dicas Latinè, sub malo, factam agnominationem, à malo, malum, vt Grçcè ab Schisi, Schisin. & rursum, si pro illo, quod sequitur. ille autem dixit sub Prino, dicas, ille autem dixit sub Pruno, & subiungas: Re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gas: Rectè mentitus es & tu in caput tuum], manet enim Angelus Dei, vt te mittat ad prunas A
æternas: videbis factam agnominationem, à pruno, in prunas æternas, similem Græcę agnominationi à Prino, in prisin. cui simile interpretes feciſſe puta, vt loco Hebraicæ agnominationis Græcam ſimilem ſubſtituerint. Nam non credo Hebraicè eandem eſſe agnominationem. Age ſimile aliquod ex ſcriptura ponamus exemplum: Ait Adam de muliere ædificata à Deo de coſta ſumpta ex viri latere, Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro ſuo aſſumpta eſt hæc: vbi non expreſſa Latinè eſt agnominatio, quæ Hebraicè eſt, ab is, iſa. i. à viro, virago, quale ſi redderes: Hæc vocabitur virago, quia de viro ſumpta eſt: quod Græcè fieri non potuit. Aiunt Hebræi, fœminam appellatam eſſe Iſa, & ſignificari hac voce ſumptam à verbo, naſà, ſumo, nam in illo: Calicē ſalutaris accipiam, pro, accipiam, Hebraicè eſt, eſà, &, is, vox Hebræa, virum ſignificat, quod patet ex illo: Beatus vir. vbi pro viro, eſt is, vt ſit: Sumpta de viro. Apud Hebræos igitur eſt hæc agnominatio, is, iſa. i. à viro, virago, quod de viro ſuo ſumpta ſit. Non mirandum eſt igitur interpretatos eſſe quoſdam hiſtoriam Suſannę, quæ Hebraicè in arcanis, vt credibile eſt, apud ipſos aſſeruatur, & à doctoribꝰ legitur, & veri amatoribus, B
& reddidiſſe ad verbum Hebræam lectionem, & agnominationem. Aut ſi Hebræa agnominatio reddi non potuit, in locum Hebræę agnominationis ſimilem quandam ſuffeciſſe, vt poſſemus Græci ſcripturam ſanctam intelligere, idq; ſępè factitatū eſt ſummo artificio, & ſummo conſilio ab ijs qui Hebræas litteras ſacras Græcè reddiderunt, vt ſenſa potius exprimerent, quam verba nobis numerarent, quod nos obſeruauimus dum omniū interpretationes inter ſe conferremus. Ad hæc addubitas, vt tuis verbis vtar, quo modo qui captiui Babylone exulabant cum quotidiè per omnia cruciamenta necarentur, & per vias iacerent inhumati, quod proditum eſt de captiuitate Iſraël priore, cumque filij è parentum complexu auellerentur & euirarentur in Eunuchos, & filiæ in pallacides abducerentur, quod præſignificatum à prophetis erat, qui cōuenit per tot diuerſitates, vt hi tales, quaſi ſui iuris eſſent, iudiciū de re capitali conſtituerent? & morte mulctandam decernerent vxorem Ioachim, qui inter ipſos regnarat, quenq; regni participem Babylonius Rex effecerat, & regiæ menſæ accumbere iuſſerat, habebatque conuictorem, & amicum quotidiè? Sin verò non hic erat, cuius vxor Suſanna capitis ſit iudicio damnata, ſed alius è media plebe Ioachim Regi cognominis, vndè tam lautę C
ædes captiuo ſuppetebant? vndè tam culti, & amœni horti? Scies Thobiam, vndè hęc ex mutuatus, & Iudith, vndè ſumpſiſti, quod per omnia cruciamenta necarentur captiui, & per vias iacerent inhumati, Hebraicè non exſtare, neque Iudæis hos libros recipi. Quanquam Hebraicè apud ipſos in arcanis aſſeruantur, quod à quibuſdam ipſorum Iudæorum mihi renunciatum eſt. Sed quando Eccleſia hos probat libros intelliges pro tua prudentia, & doctrina quoſdā Iudæos in illa captiuitate fuiſſe opulentos, & benè rem geſſiſſe. Et ipſe Thobias ſic ait, poſtquam dixerat ſe tota mente, ac animo Deum coluiſſe, & Dei memorem fuiſſe: dediſſe ſibi altiſsimum gratiam & formam in conſpectu Enemeſſari: & fuiſſe eius emptorem: Et profectus ſum, inquit, in Mediam, & tradidi Gabelo fratri Gabriæ in Rages Mediæ decem talenta: & vt diues, & opulentus ſubiūgit: In diebus Enemeſſari eleemoſynas multas faciebā fratribus meis, panes meos dabam eſurientibus: & veſtimenta mea nudis, & ſi quempiam de genere meo videbam mortuum, & proiectum poſt murum in Niniue, ſepeliebam eum: & ſi quępiam occidit Senacherib Rex, quando venit fugiens de Iudæa, ſepeliui eum furatus: multos enim perdidit in furore ſuo. Tu ipſe tecum cogita tot beneficiorum Thobiæ & tantæ beneficētiæ com- D
memoratio, quantas arguat diuitias, & quantas opes: præſertim cum ſubijciat: Cognoſcens autem quod quæror vt moriar, timens ſeceſsi, & direptæ ſunt omnes ſubſtantię meę. Sed & alter captiuus Achiacharus filius Anael fratris Thobiæ ſuper omnem computationem regis Achirdoni poſitus eſt, & ſuper omnem gubernationē, qui Achiacharus Regis pincerna fuiſſe dicitur, & Regius procurator, cui anuli ſignatorij Regis cura eſſet demandata, & computator Regis, vel quæſtor, & Mardochæus in aula regis verſabatur & tanta apud Regem gratia valebat, vt adſcriptus eſſet in albo eorum qui dicerentur Artaxerxis Regis euergetæ. i. amici, vel benemeriti de ipſo Rege. In Eſdra præterea Neemias, pincerna regis, & eunuchus ipſius, Hebręus genere, petijt à Rege inſtaurationem templi, & impetrauit vt ſibi cum plurimis alijs demandaretur cura repetendi Hieroſolymam, & inſtaurandi templi. Cur igitur miremur hortū & domum ſiue amplam, & magnificam, ſiue modicam quandam & tenuē? nec enim hoc plane indicat ſcriptura quendam de media plebe Ioachim nomine poſſediſſe. Sed dices: Quo

Interpretes ſępe potius redunt quam verba.

modo in

A modo in media captiuitate, capitis iudicium diſceptabant? Nec ſcio vndè orta tibi dubitatio eſt, fuerit ne vxor Regia Suſanna, quod eius vir Regis Ioachim fuerit cognominis. Dicendum nihil eſſe quod miremur, cū magnę nationes captiuę Regi ſeruirent, à Rege eſſe permiſſas proprijs legibus vti, & proprijs iudicijs. Nunc enim cum Romani nationibus imperēt, & Iudęis: Iudęique ipſi Imperatori Romanorum didrachmum penſitent quotannis, quo iure vtantur, quamque permiſſu Cæſaris, liberè viuant, vt vix differant à nationibus, quæ ſub proprio Rege, ſuo iure vtuntur, nouimus omnes qui inter illos ſumus verſati, & intelleximus quo pacto vitam exigant. Fiunt enim clàm iudicia ſecundum legem, & damnātur quidam morte, non tamen omnino audacter, & publicè, nec ſic clàm tamen, vt Cæſarem fallant. Et quod in eorum regione multo tempore ſumus verſati, hæc nouimus benè. Proditum tamen eſt memoriæ duas ſolas tribus ſub Romanis (*Credo legendum, ſub Babylonijs*) fuiſſe, Iudà, & Beniamin, his adde ſane Leuiticam tribum. præter has erant decem tribus aliæ, quę dicebantur Iſrael. Et vero ſimile eſt ſat habuiſſe Aſſyrios has decem tribus abduxiſſe captiuas, & habere dicto audiēteis, per
B miſiſſe tamen ipſis ſua habere iudicia. Prætereà in tua epiſtola illud erat (vt tuis verbis vtar) Poſtremo cùm tot extiterint prophetæ, nemo alterius vſus eſt teſtimonio, aut ſententia: non enim ipſorum ſermo ab alijs quidquam emendicabat, cum verus eſſet, quippè à ſpiritu ſancto prophetarum pectoribus delibatus. Hic verò cum illorum alteri minaretur, meminit Domini dicentis: Innocentem, & iuſtum non interficies. Et vehementer ſum admiratus, quod, cū ita in ſacris litteris ſis verſatus, & tantopere ſacra ſtudia meditatus ſis, non obſeruaſti prophetas, priorum prophetarum ſermonibus vti, & ferè eoſdem repetijſſe ſermones. Quis enim nó nouit illud quod vel vulgus nouit, apud Eſaiam cap. 2. Et erit in nouiſsimis diebus manifeſtus mons Domini, & domus Dei in ſummitatibus montium, vſque ad illa, Et non diſcēt vltra prę liari? Huic ſimile non ſolum ſententia, ſed verbis ijſdem reperies apud Michæam cap. 4. Et erit in nouiſsimo dierum manifeſtus mons domus Domini, pręparatus ſuper verticem montium, & eleuabitur ſuper colleis, & feſtinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multę, & dicēt, Venite aſcendamus ad mōtem Domini, & ad domum Dei Iacob, & oſtendet nobis viam ſuā, & ambulabimus in ſemitis eius, quia de Sion exiuit lex, & verbum Domini de Hieruſalem, &
C iudicabit inter populos multos, & arguet genteis forteis vſque in longinquum & concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falceis, & non vltra tollet gens contra gētem gladium, & non diſcent vltra præliari. Ad hęc in primo Paralipomenō ordinatus ille pſalmus à Dauid ad laudandum Dominum in manu Aſaph, & fratrum eius, cuius intium eſt, Confitemini Dominum, & inuocate nomē eius: Fere ijſdem verbis repetitus pſal. 104. cuius etiam initium eſt, Confitemini Dominum & inuocate nomen eius, vſq; ad illa, Nolite tangere Chriſtos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et poſtea pſal 95. Cantate Domino canticum nouum, vſque ad illa: Quoniam venit iudicare terram. Quę, quia erant longiora, non ſuis verbis expoſui. Sed hæc breuiter, vt dixi, quod ad id de quo agimus ſatis eſſe putabam. Inuenies autem de non tollendo onere in die Sabbathorum non ſolum ſcriptum apud Moſen, ſed repetitū apud Hieremiam, & de paſcha, & de legibus ſacerdotalibus inuenies apud Moſen, & poſtremis vaticinijs Ezechielis, ipſas tibi dictiones, & ipſa verba adſcripſiſſem, & alia plurima, niſi videre
D diſsidere à prophetæ ſtylo: quod mihi non ſic eſt viſum. Et hæc mea eſt de Suſanna apologia, & defenſio. Deinceps locus erat poſt refutata crimina attexere encomium hiſtorię Suſannæ, & ſingillatim verba ſingula expēdere, & aperire abditos, & occultos, & admirabileis ſcripturæ intellectus, quod priuatim faciet aliquis, qui ſtudioſē, & ſatis diuina ſtudia ſit meditatus.

Hæc ad obiectiones tuas: quas appellas: reſpondi, & reſcripſi: vtinam erudire te poſsim, ſed non tantum mihi tribuo. Salutat te, qui vna mecum dictauit hanc epiſtolam, & qui ſcribendæ interfuit, & quæ voluit correxit Dominus meus, & frater ſacer Ambroſius. Salutat te & fidiſsima coniux eius Marcella, ſimul cum filijs, & Anicētus. Tu quoque ſaluere iube Papam optimum noſtrum Apollinarium, & omnes amanteis nos.

FINIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

LEONIS CASTRI, INGENVARVM ARTIVM, ET SAcræ Theologiæ magiſtri, in Eſaiam prophetam Commentaria.

IN ESAIAE CAP. I.

D. HIERONYMVS.

Viſio Eſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam, et Hieruſalem, in diebus Oziæ, et Ioatham, Achaz, et Ezechiæ regum Iuda.

LXX. VIRI.

Viſio, quã vidit Eſaias filius Amos, quam vidit contra Iudæam, & contra Hieruſalem, in regno Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ, qui regnauerunt in Iudæa.

חָזוֹן יְשַׁעְיָהוּ בֶן אָמוֹץ אֲשֶׁר חָזָה עַל יְהוּדָה

A INuitus facio, vt à rebus minutulis initium ſumam, &à reprehenſione virorum excellentium hoc opus auſpicer: tamen, quod, vt inquit ille: Vir bonus facillimè decipitur, vnde natum prouerbium: Bonus vir ſemper tyro eſt: in huius operis initio admonebo ego, Iudaicæ fraudis viros bonos, de re literaria optimè meritos, qui Catholicam eccleſiam inductu Iudæorum, poſt M.DC. annos loqui docent, vt Ieſaiam, dicat, non Eſaiam, aut (vt horridiùs ſonent) Ieſaiahu: Irmiahu, non Hieremiam: Iechezchel, non Ezechiel: Tzebaoth, non Sabaoth: Tzion, non Sion: Sedom, non Sodoma: Hamorrah, non Gomorrha: Iehudah, non Iuda: Hieruſalaim, non Hieruſalem: Iechezchiau, non Ezechiam: & multa alia, vt non agnoſcas eandem ſcripturã eſſe. Volunt tamen Iudæi impij oſtendere eccleſiam Catholicam διαφθόρως vix loqui didiciſſe, tantùm abeſt, vt ſenſa rerum perceperit: nam reprehenſiones inſcitię verborum (vt docet M.F. Quintil. cap. de refutatione, facitque Cicero aduerſus Rullum, & pleroſque) ſunt aptæ ad conciliandum ijs, quos inuiſos facere volueris, odium, quòd ſint tam rudes, vt etiam in quotidiano ſermone errent. Quod cùm ipſi Iudæi ad nos tranſmittere literis non poſſent, perſuaſere quibuſdam viris doctiſſ. qui velut munus quoddam magnificum inimicorum donum offerrent eccleſiæ Catholicæ. Qui ſi didicerint à Platone prouerbium illud, quod illi ſemper in ore eſt, τὰ ἀκίνητα μὴ κίνει. i. non mouenda, ne moueris, quod
B præcipuè in ſacris legibus putat obſeruandum, nunquam Iudæis fidem habuiſſent, præſertim cùm contigiſſet illud quod VIII. de Leg. Plato, vt contingeret, vota faciebat, vt haberemus leges à Deo latas, vt inde, ne apicem quidem liceret demutare: & verè valeret illud, Τὰ ἀκίνητα μὴ κίνει, non mutanda, ne mutaris, quæ talia ſunt, vt impium ſit mutare, ne mutes. Sat fuerat intellexiſſe LXXII. viros Iudęos, CCC. annis ante Chriſti crucem voces Hebraicas ſic vertiſſe Græcè, Hieronymum, & doctores ſacros ſic edidiſſe Latinè, vt fixa res eſſet, & ſtata, nequis eas auderet attentare: vt illud præteream, quod prudentium hominum erat intelligere, ſi Hebraicam in Græcam linguam vertes, Hebræa nomina propria non more Hebraico enuncianda fuiſſe Græcè, ſed eo modo, quo apud Græcos enuncientur. An quiſquam tam iniuſtus rerum æſtimator eſt, vt ab interprete, qui Luſitanam linguam, aut Gallicam, in noſtrum vertat ſermonem, illud poſtulet, vt propria nomina non eo modo proferat, quo nos proferimus, ſed, quo Galli, aut Luſitani? certè interpres, ſi aliter Hiſpani dicerent nomina propria Gallica, quàm Galli ipſi enunciant, ſi in Hiſpanam linguam verteret, Hiſpano

Universidad de Deusto
Biblioteca

more,non Gallico pronunciaret,aut magnos aduersus se cachinos concitaret. Qui minus fa- A
cias,cùm Hebræam linguam in Græcam vertas? An non Hebraica nomina propria, Græco
modo enuncies,& non Hebræo? prudentis, inquam, erat hoc videre. At si hoc tantùm esset,
peccatum imprudentia esset.Nam non miror, nescisse viros in sacris versatissimos, antiquos
authores Græcos & Latinos,qui suum expoliuere sermonem, barbara nomina emollisse, vt
sonarent molliùs Latinè & Græcè, quòd erat tam vulgatum, vt Geographię scriptores que-
rerentur, tam horrida quorundam locorum esse nomina, vt ad vsum Latini sermonis, non
possent emolliri.Hæc non miror,inquam,viros doctissimos nescisse, non ita versatos in hi-
ce literis.Audissent tamen Origenem,qui quinto tomo in Ioannem scripsit: ὁ καινὸς διαθήκη ἐβραϊκὸν
ἐχει ὀνόματα ἐξαπατῶσι καμηλοῦς κοιλὰ ἑπτὰ ὄνομα .i. Nouum testamentum, Hebraica nomina, ad Græ-
cam formam reuocat, figura & forma Græcorum nominum,ipsa enuncians.Si Origen.non
legerant,cùm Lucas capite.5.scripserit Græcè,vbi lectio castissima seruatur, ne vitiosè qui-
quam legi caussari queat, scriptum esse in libro Esaiæ Græcè ἡσαΐου & eodem modo cap.4.
eiusdem. D. Lucæ, & Ioann. cap. 12. hæc dixit Esaias Græcè ἡσαΐας & sic Paulus,enunciet quo-
ties huius prophetæ facit mentionem, cur doctissimi viri Iudæis potiùs quàm Euangelistis,
& Apostolis fidem habent?Cùm Matth.cap.1. dixerit Ezechias, cur Iechezchiau potiùs cum
Iudæis,quàm Ezechias cum Euãgelistis,cũ Lxx.seniorib.cum doctorib.sacris,eis libet pronũ
ciare? Dediscemus Christiani Christianismum,discemus Iudaismum? Voces,inquiunt,profe
runt melius Iudæi,quàm nos, quippe hæc illis naturalis lingua est,in qua nati sunt, & educa-
ti.Iudæi erant Lxxii.viri,qui verterunt literas sacras,qui hæc nomina pronunciant, vt Apostoli
& Euangelistę,& doctores sacri.Iudæus erat Ioannes & Paulus,qui ita enunciant,& D.Paulus
doctior infinitis partibus his nebulonibus Iudæis: sed sciebant Græcè sic enunciari, quæ He-
braicè aliter enunciarentur. Sed quòd sunt quidam, qui non tam mouentur Apostolorum &
Euangelistarum authoritate, quàm suorum Iudæorũ, citemus illis suos Iudæos. Iosephus Iu-
dæus doctissimus,& Hebraicè & Græcè linguæ,lib.X.Antiquitat.cap.1. ὀνόματι ἑρμήνευε scripsit,
non Iesaiam,aut Iesaiau.&cap.3.eiusdem lib.ter scripsit ἡσαΐου ,& non Iesaiam:& Ezechiam,nõ
Iechezchiauh.& eod.lib.cap.X.Hieremiam prophetam,non Irmeiauh: & ita enunciat, quo-
ties huius Prophetę facit mentionẽ,vt vel illo cap.facta sæpè mẽtio illius Prophetę est. Et Phi
lo Iudæus de Cherubim,& romphæa flammea, qua paradisum defendebat, Ieremiam pro-
nunciat,non Irmeiahu:& Sodoma,& Gomorrha,non Sedom,& Hamorrah. Idem Philo de
ebrietate in fine.& Iosephus de Antiquit.lib.1.cap.12.deniq; Philon & Iosephus Iudæi, ita vt
Lxx.seniores pronunciant,& Euangelistæ,& tota Ecclesia Catholica: atqui doctissimi erant,
& Græcè,& Hebraicè,& multò doctiores cęteris Rabinis:sed sciebant barbara nomina emol
liri,solere à Græcis,vt blandiùs sonarent,aut si piget,barbara nomina appellare Hebræa: scie
bant,cùm vertuntur nomina Hebræa in sermonem Græcum,aut Latinum, eo modo esse ver-
tenda & enuncianda, quo modo Græci enunciant, & ita ipsi fecêre: non igitur scribunt ne-
que enunciant Mosen, sed Moses, aut Moyses, citra discrimen Philo & Iosephus Iudæi,
quoties illius mentionem faciunt. Appellamus igitur liberè pascha, non pesah: nam vocem
hanc vel Iudæis authoribus defendemus. Sic appellat Iosephus de dello Iudaico libro secũdo
de Antiquit.cap.5.in fine. & lib.9.ca.13.in fine,& alijs multis locis. Sic Philo de peregrinatio-
ne,cùm dixit Dominus Abraham:Egredere de terra tua,& cognatione tua. Neque necesse est
dicere Somron,Iehudah, Ahaz: cùm Samaria,Achaz,Iudęa vel ab ipsis Iudęis dicantur nõ so B
lùm ab apostolis: Damascus,nõ Damesec.Hæc nomina Hebræa propriè sic reperies esse tran-
slata ab ipsis Iudæis, vt vertêre Lxx.sen.& Euangelistæ, & Apostoli, & vt enunciat Catholica
ecclesia,vt Iudæos,vel Iudæis authoribus reuincamus, & vt intelligant viri docti non temerè
credendum Iudæis. Idem Iosephus Antiq.Iudaicę lib.1.cap.7. (vt alios rhetores & scriptores
omittam) & vt Iudæos & iudaizantes,authore viro Iudæo refellam:præceptum hoc præscri
bit, solêre Hebraica nomina,cùm Græcè vertuntur,leniri,quò sonẽt blandiùs,eamq; causam
prætexit,cur Hebraica nomina nõ Hebraicè nominet,sed molliùs & blandiùs,vt Græci appel
lãt.Idemq; repetit lib.eod.1.ca.7.& li.2.ca.1.vbi Edom Hebręã vocẽ ait Græcos nominare Idu
mæam,quò suauior hæc vox auribus accidat.Deniq; toto opere,Iosephus,&Philõ,ita Hebręa
nomina vertunt,vt Lxx, vt Euangelistæ, & Apostolicæ literæ, non vt Iudæi, & Iudaizantes.
Mitto eum interpretem, qui Græcè vertit sapientiam Iesu Sirach, ante tempora aduentus Do-
mini,qui hæc omnia nomina ita enunciat Græcè,vt nũc enũciat Catholica ecclesia: & Iudæus
is erat,

is erat,vt Iosephus,& Philon.Saltẽ dicet aliquis,Hesaiã cũ aspiratione dicẽdũ esse in principio,
A quod Græcè ἡσαΐας dicatur,& corrigẽdũ errorẽ publicũ,qui in omnibus Latinis libris inoleuit,
in quibus semper scribitur,Esaias,sine aspiratione.Quibus facilè respondebimus,nõ semper La
tinos sequi Græcos. Quòd enim illi tropæon, nos trophæum dicimus:& φ illi triambon, nos
triumphũ appellamus:multaq; sunt huius notæ.Sic,φ Græci Esaiam,consuetudo tenuit,vt nos
diceremus Esaiã sine aspiratione:& φ Græci Ezeciel,sine aspiratione,nos Ezechiel. illi Ezeciã,
nos autem Ezechiam cum aspiratione dicamus. Nam sic Cicero in Oratore,inquit,se vsum lo
quendi populo concessisse,& indoctã consuetudinẽ in addenda,detrahẽdaue aspiratione fuisse
sequutũ:nos sanctorũ doctorũ,& Ecclesiæ sanctæ Latinæ cõsuetudinẽ nõ sequemur?Nã nõ di
cendũ esse Isaiam nec Iesaiam,vt à quibusdã enunciatur,qui aliquantulũ in literis promouerit
monendus non est. De Sion,& reliquis, nullã fecimus mentionẽ,ne longos traheré sermones,
quod qui obseruare volet, sic reperiet omnia enunciari à Iosepho & Philone, vt nominantur
literis Euangelis & Apostolicis.Hæc libuit annotare,cum alij alia è Iudaismo parùm cõsidera-
tis hominib⁹ obtrudere conẽtur,ne penitùs ad quosdã se Iudaismus penetraret. Vir enim Chri
stianus illud semper ante oculos habeat,φ sexta synodo Constãtinopolitana actione.12.dictũ
B est,Omninò necesse est,non solũ secũdum sensum,sequi sanctorũ patrũ dogmata, sed eisdem
vocibus vti cum illis,nihilq; penitùs innouari.

NOstrum hoc opere institutũ est, vt in ingressu disputationis de translationibus dictũ est pluribus, tueri vulgatam D.Hiero. NOTA.
ditionem,& sententias veterũ patrũ in interpretanda scriptura defendere,quod repositoriũ ecclesiæ appellat Irenæus tra Authoris in
ditum ab Apostolis ecclesiæ,& per manus pontificum, ad nos transmissum,idq; aduersus ingruentes nostra tempestate magno im stitutum de
petu Iudaizantium phalangas,qui longè secus quam præfert æditio vulgata,& quam veteres patres explanant,interpretatur scri claratur, &
pturam,Christum obscurant,docent eam viã,qua AMBR.de fide lib.2.c.2.perisse Iudæos docet,dũ sensuum profunda despiciunt toti⁹ huius
& sequuntur nuda verborum. Ideo consilium fuit huic operi præfigere quam rationem potissimum fuerimus secuti, vt appareat operis red-
nos non solũ antiqua tueri,sed in ea re facienda ne latum quidem vnguem à veterum vestigijs discessisse. φ Vtranq; editionẽ, vul ditur ratio,
gatam.s.D.Hieron.& Lxx virorum interpretationem apposuimus,exemplo D.Hieron.qui id fecit in omnibus prophetis vbi ali qua pateat,
qua erat varietas:& faciendum præcepit in principium cap.49.his verbis: Vtranq; editionem posui, vt quod in altera obscurum quidquid
esset,alterius lectione reseretur.Sequutus etiam sum hac in re canonem præscriptũ ab August.lib.20.de ciuit. Dei. quo docet ex fit, qua ra-
vtraq; tralatione conuncta erui posse sacrosanctos sacræ script.sensus, cui rei accessit quod transl atio Lxx commentarium,& tione fit.
paraphrasis in pleriq; est.vt PROCO.docet in illa verba cap.1.Conuertam manum meam ad te, vbi admonet Lxx viros ænigma
ta,& res obscuras scripturæ non reddidisse ad verbum,sed plana,& dilucida oratione explicasse.Quod innuit etiam Origen.in
Ioannem interpretãs illud: Qui manducat mecum panem leuabit contra me calcaneum suum,quod cũ citatum esset ab euangelista
C nec esset ad verbum redditum ex Heb.lect.causa inquit Orig.est quod non respondet adverbum lectioni Hebraæ, quod hic locus
quem citat euangelista, metaphrasi quadam à Lxx est explanatus,quod etiam D.Hiero.nos docuit in illud cap.1. Conuertam ma
num meam ad te,vbi Lxx sensum potius quam verba vertisse ait.Et in illad cap.24. Vocaui fortes meos: ait Lxx,& Theodocio-
nem voces Hebraeas Græcis nomenclaturis appellasse,quo res lucidior esset.Et in illud cap.1.Quomodo facta est meretrix!Lxx,in
quit,vt sensum facerent manifestiorem,addidere vocem illam Sion,& in principio cap.21. verbum additum à Lxx perspicuum
facere locum docet, & de optimo genere interpretandi ad Pammachium nos monet apostolos,& euangelist. non verba reddidis
se semper,sed expressisse sensa sacra.Et B.GREG.lib.8.epistolarũ epist. 24. ad Eulogium cõqueritur se magna difficultate im
plicatum,quoties translatores verba sequuntur,sit enim crebrò,vt vtriq; ad verbum reddãt lectionẽ Heb. & Lxx & D.Hiero.
& quoties id fit hærere se ait Greg. Apposuimus ergo translationem Lxx his causis pro commentario vulgatæ & pro eo com
mentario, quod prodidere omnes veteres patres spiritus.s. afflatu editũ, Nam vt Iustinianus Imperator scriptum reliquit No-
uellarum constitutione.146.Lxx viri longo quidem tempore præcesserunt salutarem apparitionem magni Dei & Seruatoris no
stri Iesu Christi, tamen illam futuram quasi præsentibus cernentes oculis,prophetica quodammodo gratia ipsos circumfulgente,
ad illam suam interpretationem accommodarunt.Quibus verbis Iustinianus duo nos monet,translationẽ Lxx inflatu spiritus.s.
esse textum,& commentarium potius esse quam translationem, si quidem ait hos Lxx viros accommodasse suam interpretationẽ
ad apparitionem Christi, quam prophetica quadam gratia ipsos circunfulgente præsentibus oculis quasi cernebant, hoc non est
vertere scripturam Græcè, sed enucleare & explanare velati commentario,hos tales commẽtarios translationi vulgatæ attex-
tos volui. φ Defendo Lxx,mutatione punctorum,exemplo D.Hieron. qui Aquilam,Symmachum,Theodocionem,ita defendit in
D illud cap.31.Conuertimini sicut,& in illud cap.56.Speculatores,&c. vbi varietate punctorum factum esse docet, vt eandẽ vocẽ
Hebræam alij verterint,pastores,alij pęstnos,& in illud cap.26.Esa.Mortui vitam non videbunt: varietates translationum, va
rietate punctorũ defendit. φ Muto punctum aliquando,vt Christi mysteriũ aliquod aperiã exemplo D.Hierõ. qui in illud cap.
21.Esa.Onus Dumæ:ait elat verbũ Hebr.i.ad me,si volueris legere eli,mutato puncto,significabit Deus meus,sed de varietate pũ
ctorum dictũ est pluribus in disput.de transl. φ Varias translationes mutatione literarũ defendo exemplo D.Hieron. quid fa
cit in illud cap.38.Sicut pullus hirundinis,& in fine cap.44. in illud: Qui dico Cyro.& alijs locis innumeris, & cum dico muta
tione literarum,non muto literas,sed dico Lxx viros aliam agnouisse literulam,quam si mente atq; animo mutes,agnosces lectio-
nem Lxx.& mysteria Christi in pleriq; splendidius astris fulgentia.Sed de his quoq; in disput.transl.pluribus dictum est.
φ Varia translatio,varia verbi significatione defenditur,exẽplo D.Hieron.qui id facit in illud cap.3.Effœminati dñabuntur
eis:& in principiũ cap.28.vbi vocẽ Hebr.varijs punctis verti posse docet mercenarios,& ebrios,idq; facit D.Hieron. mullies.
φ Ex præcedentibus & sequentibus explano scripturam exemplo D.Hieron.in illud cap.11. Eleuauit signũ, & alibi millies.
φ Quæ verba alter interpres reddidit superiori sententiæ, dico alteros reddidisse inferiori,exemplo D.Hieron.in illud cap.38.
Cessauit generatio mea:vbi verbum,Cadal,ait se iunxisse superiori versiculo,& posse aliò referri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D HIERONYMVS

Visio Esaiæ filij Amos, &c.

LXX VIRI.

Visio, quam vidit Esaias, &c.

A

PRocopius in cap. Esaiæ. XIII. Visio prophetica mentis oculis fit, quibus videntur, quæ futura sunt, tam planè, vt oculis cernuntur quæ videmus, ꝙ Deus, prophetarũ mẽteis illustrat, Basilius in cap. 1. Esaiæ: Visus, sensuum acerrimus, & ideo prophetia, visio dicitur, ꝙ ante oculos & conspectum ponat, quæ reuelantur prophetis. Nullus enim sensus, ita res sensileis apprehendit, vt visus, vndè cõtẽplatio rerum diuinarum, delibata ab Spiritu sancto, prophetarũ animis, propter perspicuitatẽ, visio nominatur: & prophetæ, videntes, ꝙ consilia diuina videãt, & ideo prophetæ se vidisse significant: per formas enim quasdã impressas à Deo, eorũ animis vident, nec enim Deo voce est opus, vt intellectũ rerũ nobis excitet, sed formas rerũ, intellectibus imprimit, quibus res vidẽt prophetæ clariùs, ꝙ ea quæ cernũtur oculis. Qui de prophetia discere volet, quid & Philosophi senserint, leget Platonẽ in Timæo, & in Phædro. Origen. in Ezechielem. Tralationẽ D. Hieron. interpretantur Lxx viri sic, Visio Esaię, id est, visio, quã vidit Esaias. Filij Amòs. Clemens Alexand. Stromaton lib. 1. hunc Amòs patrẽ Esaiæ, & Esaiam, prophetas fuisse ait, simulq; prophetasse: quẽ redarguit D. Hieron. in cõmentarijs, ꝙ scriptura repugnet, nã Amos propheta scribitur Hebraicè עָמוֹס. i. onerosus, durus, & grauis, vt interpretatur D. Hieron. in Amos prophetam, & rationem pluribus reddit, cur ita appellatus sit, Amòs verò pater Esaię scribitur Hebraicè diuersis literis אָמוֹץ quę vox Latinè sonat, idẽ ꝙ fortitudo, robur, aut fortis, & robustus. Nam Esaias, Iesus Dei est, quod Iesa, Iesus est, & Ia, Deus, quasi dicas, Iesus Deus, hic filius est fortis Dei, nam fortis, Dei nomẽ esse, cũ absolutè dicitur, docet Irenæus lib. 3. cap. 8. vbi rationẽ reddit, cur diabolus fortis dicatur in illo: Abstulit vasa fortis: & prophetas typos fuisse Christi, res est cõfessa, de qua dicendũ alibi latiùs est. *Quam vidit super Iudam, & Hierusalem.* interpretantur Lxx. i. quam vidit contra Iudæam, & Hierusalẽ. Ostendunt enim Lxx hac interpretatione præsignificatã hoc cap. Christi passionem, & vastitatem inuectã Iudæis à Romanis post crucẽ Dñi, & Iudæorum exclusionem. Sic explanat Eusebius Cæsarienſ. lib. 2. demonstra-

Scholium Lxx.

Euang. demonst. 36. his verbis. Magnus hic, & admirandus propheta, totius prophetiæ argumẽtum ob oculos posuit, cũ dixit. Contra Iudæã, & contra Hierusalẽ, putauit enim hæc scripsisse prophetã, cũ Lxx virorũ hæc laus sit, qui sic sunt interpretati, vt ipso titulo argumentum prophetiæ ante oculos posuerint, quod inquit Eusebius, vbi hæc, & sequẽtia omnia de Christi passione, & vastitate Iudææ interpretatur. D. Hieron. in cap. 2. Esa. quærit, cur cùm eadẽ verba Hebræa sint in titulo huius primi cap. & in titulo cap. 2. al Ieuda. i. super Iudà, Lxx in titulo primi cap. interpretentur. i. contra Iudæam, in tit. 2. capitis interpretentur super Iuda. i. de Iuda. Et declarat præsignificasse Lxx, cùm interpretantur in titulo primi cap. Super Iudà. i. contra Iuda, de passione dñi agi. Et rursum cũ in tit. cap. 2. explanãt, Super Iuda. i. de Iuda, significasse. 2. cap. de fœlicitate euangelica esse sermonẽ. Tamen D. Hieron. Lxx seniorum sententiam improbat, ꝙ hoc primo capite promittat etiam dñs læta, secundo verò etiam aduersa minetur. Cõtrà putat Euseb. Cæsarienſ. cũ enim demonstrat. Euang. lib. 2. demonst. 37. plurimis verbis ostẽdisset hoc primo Esaiæ vaticinio, præsignificatum Hierosolymorum excidium, armis Romanorum inuectum, quòd Iudæi Christum affecissent cruce, admiratur titulum ipsum capitis, vt dixi, quo totius prophetiæ argumentum ponitur ante oculos, cùm dicitur: Visio, quam vidit Esaias contra Iudæam, & Hierusalem. Idem sensit Orig. tomo secundo in Ioannem, in illud, Et verbum erat apud Deum, vnde petes huius loci interpretationem. Ibi ergo docet Orige. præsignificasse Esaiam hoc capit. quæ vltimis diebus euentura erant, tum Hierusalem, tum vniuersæ Iudææ. Procopius etiam Gazæus (qui Theologorum Græcorum omnium veterum scripta in vnum volumen congesit) hoc idem sensit, qui in capit. 2. hæc scripsit, Prima visio contra Iudæam erat, hæc verò de Iudæa, quòd hic prædicit læta & fausta, illic minas significabat, & rerum mutationes, optimè verò hic inquit, pro Iudæa, quia hinc Euangelicæ gratiæ incipit initium, illic verò contra Iudæam, quòd illic prædicitur Hierosolymorum euersio post crucem Dñi. Hæc, & alia plurima, in hanc sententiam Proco. Idem etiam in comment. suis Cyrill. videtur sensisse. Ergo Euseb. hoc nomine commendat magnopere prophetam, quòd suis vaticinijs, tali quodam titulo, facem quandam videtur præluxisse laudaturus potiùs, si scisset Hebraicè Lxx seniorum interpretationẽ, qui verbum anceps ita reddidêre, vt vaticinio facem quandã fulgentissimã præluxerint, & tituli substulerint ambiguitatẽ. Nam, Super Hierusalem, significare poterat, forma illa Hebręa dicẽdi, cõtra Hierosolyma, & de Hierusalẽ, quę interpre-

tationes

A tationes explanari poterant. i. contra Hierusalem, aut pro Hierusalem, ipsi maluere dicere, contra Hierusalem, quòd vt ait HILAR. in 1. Psalm. Verborum ambiguitatem tollunt spiritali scientia, quam à Mose & Prophetis acceperunt per manus. quòd etiam CHRYSOS. in Psalm. 50. ait homilia. 1. docetque, quantùm his titulis inuemur ad intellectum scripturarum: ait enim: Superscriptione constringimur, ne possimus euagari, & aliò transferre mentem, statim enim ipso titulo ea demonstrantur & docentur, quæ textus continet. Quòd si post prædictam vastitatem Hierosolymorum, & vrbium Iudææ, quod regem gloriæ in crucem sustulerint, & post prædictam abrogationem legis Mosaicæ, & Iudæorum exclusionem, tribus versibus, aut quatuor ad summum, præsignificarit baptismum, aut legem gratiæ, benè promittat fidelibus, non continuo D. Hierony. erat damnaturus sententiam Lxx virorum, qua hanc prophetiam contra Iudæos esse putarunt, quod Dominum in crucem sustulerint, cùm statim redeat Propheta ad minas, & ad capitis scopum, & de lege noua, baptismoque vnam tantum periodum intertexuerit. At dices, bene illis promittit, non sanè infidelibus, quibus
B exitium & vastitatem minatur, imò hoc quòd reliquijs, quæ saluæ factæ sunt, & gentibus, læta promittit, infideleis Iudęos excruciat maximè, quale illud Domini: Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum, cùm præsertim dicere possimus, quod ex Augustino sæpè repetamus oportet, vbi ita completum videmus, vt vertere Lxx. de fide Lxx virorũ nullus dubitationi relinquitur locus.

Super Iudam] Lxx interpretantur. i. contra Iudæã vt referant hoc ad vastitatẽ Iudææ, post crucem Domini, vt suprà dictum est ex Euseb. & doctoribus sacris, repetendaque sunt Chrysost. verba, sæpè animo & cogitatione, quæ suprà diximus, super scriptione ipsa constringimur, ne possimus euagari, & aliò transferre mentem, sed statim ea demonstrentur, & doceantur, quæ textus continet, & titulis ipsis Lxx viros interpretari scripturas, verbis etiam additis, docet etiam HILAR. cum alijs locis, tum in psalm 142. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam, his verbis. Lxx seniores, quibus legis ac prophetarum scientia vltra præscriptum, & ambiguitatem litteræ fuit, addendum hoc putauerunt: & in
C Psalm. 143. Benedictus Dominus Deus meus. Et huic quoque psalmo addendam Lxx superscriptionem putauerunt, quę Hebraicè non est, quòd non sine spiritali ratione effectum fuisse, psalm. ipsius textu docetur, & infrà, cùm Hebraicè non sit hæc superscriptio, intelligimus Lxx. seniores voluisse nobis spiritualis scientiæ sensum dare. In eadem sententia est EPIPH. qui verba addita & mutata à Lxx viris, inflatu spiritus sancti, addita & mutata putat cum Augustino, Iren. & alijs sanctis patribus. Ergo quòd Hieronymus: super Iudã] dixit, conuenienter lectioni Hebrææ, interpretantur Lxx. i. contra Iudæam vniuersam, quòd cruce affecerint Dominum, idque fecisse videntur, quòd verba sequentia non ad duas tribus tantùm, sed ad duodecim tribus pertineant vt docet EVSEB. Cęsarien. lib. 2. demonst. 36. Omnem nationem Iudæorum, inquiens, reprehendit hoc loco, siquidem ait: Israel me non cognouit, &c. quibus verbis EVSEB. quòd Propheta dicat: Israel me non cognouit, de duodecim tribubus hic agi cõtendit, quæ vastatæ sunt post crucem Domini, non de duabus tantùm. Et infrà idem Eusebius. Postea detestans, & miseram appellans omnem Iudæorum nationem subijcit: Væ genti peccatrici. vbi Euseb. omnem nationem, siue omnem tribum Iudæorum, terreri hoc oracuIo, docet, idque probat hoc nomine, Israel, quod generale nomen est duodecim tribuum: & hoc no
D mine, gens, quòd totius nationis Iudæorum appellatio est. Quæ eo diximus pluribus quòd D. Hieronymus in princip. comment. quęrit, cur Lxx verterint, contra Iudæam, cum Propheta dixerit, de Iuda? Dico ergo, scientia spilitali, & traditionibus maiorum, quas à Mose vsque, & à Prophetis per manus acceperant trecentis annis ante tempora Christi, vt dixi ex authoritate sanctorum patrum, sustulisse huius loci ambiguitatem, & retulisse ad omnes tribus Israel, quę vastãdæ erant post crucem Domini. Et summopere notandum puto hoc loco, quod EVSEB. notat demonst. euang. lib. 3. cap. 2. interpretãs locum illum: Nõ deficiet princeps de Iudà, vbi de Iudà, inquit, non tribũ vnã appellat. aut duas sed vniuersam prouinciã Iudęę, quod prophetico spiritu uiderit Moses vniuersam prouinciã posteris temporibus à regno tribus Iudà, appellandã Iudęã. Nec enim tempore Mosis appellabãtur Iudęi, aut inter omnes tribus regnabat tribus Iudà. Mirabiliter ergo & propheticè, oẽm nationẽ Iudæorũ Moses Iudà appellauit, vt ante tẽpora Christi Iudęa appellabatur, quod eo tempore cùm defecit princeps de Iudà vniuersa prouincia, Iudæa erat dicenda. Vt ergo Euseb. Mosen ait vniuersam prouinciã appel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lasse Iudã,& Iudà accepisse pro Iudæa: sic dico Lxx viros Iudà interpretatos esse hoc loco Iu- A
dæam,vt ostenderent sententia spiritali, hoc vaticinium ad vniuersam prouinciam Iudæam
pertinere. Mitto dicere, quod pro Iudà Lxx semper reddunt Iudæam, ratione ea qua pro
Somron, Samariam:& pro Edom, Idumeam, de quibus suprà pluribus diximus, de duodecim
tribubus, & quo pacto essent tempore Christi, quanuis essent ductę captiuæ, nec reductæ
vnquàm, dicendum est infrà.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
In diebus Oziæ, Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda.	In regno Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ, qui regnauerunt in Iudæa.

DE Temporibus regum, nihil est quod multa dicamus: illud notum est, Oziam regem Iudæ binominem fuisse, dictumque Azariam. 4. Regum cap. 15. & Oziam, Paralipomenon lib. 2. cap. 25. Nam Amasias rex Iudæ filium hunc reliquit regem Iudæ, qui 4. Regum dicitur Azarias, 2. Paralipomenon Ozias, cuius filius Ioatham. De Ioatham, Achaz, Ezechia, 4. Regum capit. 15. 16. 17. & deinceps scriptum abundè est, & Paralip. lib. 2. cap. 25. 26. 27. & deinceps. De temporibus prophetæ Esaiæ, & aliorum prophetarum AVG. de ciuit. Dei lib. 18. cap. 27. Et EVSEB. præparationis euangel. lib. 10. cap. de antiquitat. Mosis, & prophetarũ apud Hebræos. Vndè colliges, hunc prophetam Esaiam, & Oseam, fuisse prima Olympiade, captiuitatem verò Babylonicam accidisse. 64. Olympiade: vna Olympias quatuor annos continet, vt ipse docet EVSEB. loco citato. Si numeres igitur, & multiplices LXXIIII. Olympiadas per quaternos annos, reperies quater sexaginta quatuor, efficere ducentos quinquaginta sex annos. Igitur fuit Esaias ducentis quinquaginta sex annis, ante reditum ex captiuitate Babylonica: ante crucem verò Domini octingentis & quatuor annis, quòd à reditu ex captiuitate Babylonica, vsque ad decimum quintum annum Tyberij Cæsaris, quo passus est Dominus, interfuisse dicũ
tur centum triginta septem Olympiades, quas Olympiadas singulas si multiplices per quatuor annos, efficies quingentos quadraginta octo. Hunc numerum annorum, qui interfuit, inter reditum ex captiuitate Babylonica, & crucem Domini, si coniungas cum ducentis quinquaginta sex annis, quibus fuit Esaias ante reditum ex captiuitate Babylonica, efficies octingentos & quatuor annos, plus, minusue. Hæc ex EVSEB. loco citato. CLEMEN. Alexãdrinus Stromaton libro primo, tempora prophetarum numerat, docetque, qui prophetæ simul fuerint, indè petat qui volet. Illud liqueat, fuisse Esaiam ante crucem Domini octingentis quatuor, plùs minùs annis, quòd tantùm temporis interfuit, inter Oziam regem Iudæ, quo tempore fuit Esaias, & inter decimum quintum annum Tyberij Cæsaris, quo cruce affectus est Dominus. Sed dices, quid hic numerus annorum refert? aut quò hæc annorum tam exacta supputatio spectat? Permagni interest, veteres patres hoc insolubile argumentum, maximè aduersos Iudæos, esse putarunt veritatis fidei Catholicæ: ne temere scriptum putes sub Ozia rege, prophetasse Esaiam, qui octingentis annis fuit ante tempora redemptionis. Sic persuasere gentibus, & nationibus nostri maiores veritatem fidei catholicæ, cum octingentis ante annis, prædicta omnia mysteria Christi ostenderent, & in Christo completa omnia. Sic AVGVSTIN. in euangelium secundum Lucam, de arbore ficulnea, quæ per triennium fructum non adferebat: Audi, inquit, prædicta, & vide completa, Christus de virgine promissus est, & natus est: promisit miracula, & fecit: promissa est passio, & facta est: promissa est resurrectio, & impleta est: promissum est propagandam ecclesiam per totum mundum, & impletum est: promissum est conterenda idola, & contrita sunt. Et in Psalmum 66. in illa verba: Et metuant eum omneis fines terræ. prædicta inquit, sunt omina, exhibentur omnia, it Euangelium per orbem terrarum, implentur omnia quæ in scripturis prædicta sunt, sicut vsque ad hodiernum diem omnia venerunt, sic quæ restant, euentura sunt. Et contra Faustum Manichæum libro duodecimo, capite quadragesimo quarto, docet conuinci omnes Genteis, & Iudæos ipsos, quod scripturas completas videant. Et de vnitate ecclesiæ, libro vno, capite septimo in fine, cùm recitasset scripturarum testimonia, subiungit. Quàm multa? quàm clara? & tamen resistitur & contradicitur, non cui-

A non cuiquam homini sed spiritui Dei, & euidentissimæ veritati. Vides Augustin. euidentissimam veritatem appellare, cùm octingentis ante annis prædicta mysteria Christi ostendat omnia & completa: doleteque Christianos homines gloriæ Christi inuidere, & oraculis Christi offundere tenebras, vt intelligamus, non solùm nostris temporibus, sed etiam tempestate Augustini fuisse, qui iudaizarent. Et in fine cap. 9. lib. de vnitate Ecclesiæ, cùm dixisset dominum, postquàm reuixisset glorioſus, & corpus glorioſum contrectandum præbuisset discipulis, ait maiori documento voluisse eos confirmare scripturarũ. Vt putarit Aug. magnum quidem fuisse, quòd Christus resurgens, corpus glorioſum contrectandum præbuerit discipulis: sed multò maiùs esse, quòd octingentis & mille ante annis propheticis testimonijs & psalmis prædicta omnia essent & prænunciata. Et sic dominus, cùm se visibilem atque palpabilem sensibus præbebat, aperiebat scripturas, vt maius illud testimonium ostenderet scripturarum, quàm quòd se videndum & palpandum præberet post crucem, cùm se ostendebat resurrexisse, quòd alibi D. Petrum significasse ostendit, cùm dixisset, vocem delapsam cæ
B lo à magnifica gloria patris & subiecerit. Habemus firmiorem propheticum sermonem, quasi diceret, propheticum sermonem octingentis, aut mille annis ante prædictum, validiùs testimonium esse, & inconcussum magis aduersum infideles, quàm quòd dicta est vox patris delapsa cælo, qua pater omnipotens Christũ dominum testatus est filium suum vnigenitum esse, quòd infideles factum esse negarent, & apostolicis euangelicisque literis fidem non haberent, aut magicis carminibus factum dicerent, qui infideles propheticis testimonijs fidem abrogare nullo modo possunt, cùm prædictum videant, & Hebræorum codicibus, qui penes hoſteis nostros sint octingentis annis antè, atque adeò mille, arsura Hieroſolyma, arsisse videãt, conflagraturum templum Domini post crucem Christi, conflagrasse videant, ruituras omneis vrbeis Iudææ, incendio delendas, ferro, igni, perituros Iudæos omneis, reliquos pellẽdos in omneis oras, neq; recuperaturos sua vnquam, neq; instauraturos suas vrbeis, sic facta hæc omnia cernant, ruitura idola, ruisse videãt, & sic omnia millesimo ante anno prędicta, cõpleta appareant. Ait tamen Augustinus inquam contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 9. Fortè gentilis cum risu dicat, non credo prophetis, qui gentilis ipse idola in speluncis abscondit metu
C regum, vt prædictum est ab Esaia, quomodo ergo dicat, Non credo prophetis? cùm in se completum videat, quod à prophetis est prædictum. & cap. 10. magis verendum esse ait, ne confusi, & connicti infideles rerum euidentia tanta, cùm octingentis annis antè prænunciata omnia, & completa suis temporibus cernant, fortasse dicant Christianos has literas cõposuisse, vt antè diuinitùs prædicta putarentur, ne Christo temere viderentur credidisse, nisi populi Iudęorum inter nos essent, vt ex illorum codicibus, quos nobis seruant inimici nostri, prænunciata probaremus mille ante annis, quæ nunc cernuntur impleta. Quòd si obijceretur Iudæos, quorum libris hæc sunt prænunciata, hæc non credere, cùm ostenderemus hoc quoque no credituros, scilicet Iudæos ab eisdem prophetis esse prædictum, quis tam demens est, inquit Augustinus, vt hęc non videat? quis tam impudens qui se hæc videre dissimulet? Repetitq; eadem centies, & præ se fert nostræ veritatis insolubile argumentum esse, quòd mille, bis mille annis, quingentis, octingentis ante annis prædicta & prænunciata sint omnia de Christo mysteria, quæ cùm completa videamus, quæ tergiuersatio, inquit, cuiquam reliqua est? quin verissima dicat quæ de nostra fide prodita sunt literis Euãgelicis omnia. Quæ, quàm
D verè dicta sint ab Augustino, rerum euentus planum fecit. Iudæi namq; manifestissimis prophetarum oraculis constricti & reuincti, nullam aliam qua elaberentur repererunt rimam, quàm quòd inficiaretur quidquam tale Hebraicis literis contineri, & Lxx. viris abrogarent fidem, qui. CCC. ante crucem Christi annis, tot numero lectissimi & sanctissimi gentis Iudææ vertere scripturas tã planè, tam apertè, vt nisi illis abrogaretur fides, insolubile argumentum verè esset, neque elabi vllo modo possent Iudęi, quid enim dicerent? aut quo se verterent? cùm Augustinus & alij veteres patres, vt apparebit toto hoc opere irent per singula prophetarum oracula, & dicerent: Audi Iudæe prędicta, vide completa. Hæc tam aperta testimonia vides, & tam plana, & impius esse pergis, & tuum errorem foues? Cauit Deus vt literis Hebraicis hęc tu apud te haberes testatissima, & tuis codicibus ea nobis seruares, obuiã quoque itũ est tuæ pernicacię, cõsuluit enim Deus. CCC. ante crucem Christi annis, vt Lxx. duo Iudæi doctissimi delecti sint à tuis maioribus, ne posses obijcere quidquam, aut causari, corruptos esse trãslatores à Christo aut ab Apostolis, neque haberes quò te verteres, licèt impuden

Euidentissimam veritatem August. vocat quia certissima, aut eo sęsu quo infrà dicendum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimus sis,cùm res esset tam certa,& argumentũ tam insolubile , quòd tuis literis Hebraicis consignata est nostra veritas , quas apud te habes,& adseruas.Interpretatio tuarum literarum facta est tribus seculis ante Christi tempora,ne dubitationi locus vllus reliquus esse posset,vt diximus, ex Irenæo & alijs patribus : exuere tamen pudorem Iudæi,& huic parti se opposuere,& abrogauere potiùs fidem Lxx. viris , quòd videbant nullo alio modo se posse dissoluere argumenta illa,quibus nostri maiores illos premebant, cùm per singula ibant & dicebant: Audi prædicta,vide completa. Et satis magna necessitas, ne dicam omnium maxima est,quæ illos cogit, vt abrogent fidem translationi, quam fecère Lxx. duo Iudæi delecti ab Eleazaro summo pontifice Iudæorum, doctissimi legis Mosaicæ,& peritissimi paternarum traditionum , & tot numero , & tot annis ante Christi tempora,& huc incubuere omnes , & intendere neruos suos,vt huic tralationi fidem abrogarent, vt pluribus docet Iustinus in dialogo aduersus Tryphonem , quòd aliter tueri suam impietatem nullo modo possent, propheticis enim testimonijs apertè reuincebantur, quòd Lxx. viri commentarij potiùs sint scripturarum, quàm tralatores in plærisque , & hæc testimonia prophetica ad comprobandam fidei nostræ veritatem maximum habent pondus.Sic Lactantius Firm.lib.5.de iustitia. cap.3.Hanc causam cur credidimus, ait, nõ quia Christum mirabilia fecisse videmus, sed quia vidimus in eo facta omnia, quæ nobis prænunciata sunt vaticinio prophetarum, vnde obiter notandus est idẽ Lactant. qui eodem lib.cap. proximo Tertullianum & Cyprianum reprehendit, quòd infideleis nationes refutarũt scripturarum testimonijs , qui argumentis & ratione potiùs refellendi essent: nunquam tamen argumentis,& ratione fides nostra,quæ supernaturalis est, probari poterit , quam putauit omnis antiquitas testimonijs scripturarum , & vaticinijs tam planè,& tam apertè probari,vt dementis sit non credere , sic enim Augustinus . Quis tam demens,inquit,est,qui non videat, quis tam impudens,vt se videre dissimulet? Sic Iustinus philosophus martyr,sic Athan. sic Cyrill. sic omnes nostri maiores abduxere ab impietate genteis,& ad fidem traduxere , cùm ibant per singula mysteria nostræ fidei, & dicebant: Audi prædicta,vide completa , quòd rebus supernaturalibus & diuinis,factisq; diuinitùs hoc genus probationis potissimũ esset, si prædicta multò antè omnia ostenderẽtur,& sic cõpleta apparerent omnia , neq; inconcussum tantùm esset & insolubile hoc probationis genus , sed valeret apud omneis genteis, apud omneis nationeis , omnibus temporibus , omnibus locis, quodque rem faciat(vt ait Augustinus)euidentem, opinor,quod qui Græcè sciat benè videat prædicta , & cernat completa. Tam enim nos prædicta videmus verbi causa,quæ de vastitate Iudææ dicuntur hoc cap. & completa cernimus , quam Augustinus & nostri maiores proximi Christi temporibus , & multò adeò magis , quòd diruta omnia iaceant nostris temporibus per mille quingentos annos,videbuntq; posteri docti omnes prædicta , & cernent completa: quam euidentiam,inquam credo, veteres patres nominare,& talem euidentiam , vt refelli nullo modo possit. Vnde Eusseb.demonstrationem nominauit,cùm libros conscripsit de demonstratione Euangelica , cùm singula nostra doceat prædicta , & ostendat completa. Neque enim argumentum minus insolubile est hoc,si vera sic probes,vides singula millesimo ante anno prædicta, nostris temporibus esse completa: verissima igitur,quam si dixero,peperit naturaliter,ergo cum viro concubuit, nõ fuit Salmanticæ,qui hora eadem fuit Pinciæ,quæ insolubilia nominat Quintilianus,genus quoddam demonstrationis Aristoteles. Certè Athanasi. Tertull.Cyprian.Cyril.Procop.& omnes patres veteres,vt toto hoc opere apparebit,nullo alia re Iudæos & infideleis vrgent,quàm propheticis testimonijs, eaque putant insolubilia nostræ fidei argumenta,vt intelligas quantum pondus fidei Catholicæ aduersum infideleis in literis propheticis sit.Nam infideles riderent Euangelicas literas,& apostolicas , nisi premerentur literis propheticis . Deniq; propheticis testimonijs vtebantur nostri maiores , potissimùm ad conuertendum orbem terrarum,quibus cùm accessisset spiritus sancti numen , & miraculorum claritas effectum est, vt Euangelium toto orbe reciperetur,quòd prænũciata viderentur omnia,& completa.Vndè prodidere maiores, cùm vastitas inuecta est Iudææ post Christi crucem , quæ prædicta apparebat propheticis oraculis , quàm gentes & nationes legebant in prophetis præsignificatam millesimo antè anno (erant enim eo tempore Græcè docti plusquàm Latinè)obstupefactas nationes, tanto rerum miraculo confluxisse ad fidem,& Euangelium toto orbe admirando quodam lumine fulsisse . Neque maiores nostri soli in hac fuere sententia (quanquam veterum patrum sententia,spiritus sancti sententia est) dominus enim hoc

enim hoc vsus argumento solo sæpè est in literis Euangelicis tanquam insolubili,cùm enim Lucæ.7. discipuli Ioannis à Ioanne missi Dominum interrogassent: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?in ipsa hora dominus multos curauit à lãguoribus,& plagis, & spiritibus malis,& respondens dixit illis:Euntes, renuntiate Ioanni quæ audistis,& vidistis,quia cæci vident , claudi ambulant , leprosi mundantur,surdi audiunt, &c. quasi diceret: renunciate Ioanni vidisse vos completum oraculum Esaiæ cap. 25. Tunc aperientur oculi cæcorum , & aures surdorum patebunt,tunc saliet sicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorum . Sic angelus Matthæi.1.completum docet illud Esaiæ cap. 7. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium.& cap.2. vt impleretur quod dictũ est per prophetas: quoniam Nazaræus vocabitur, quòd infrà ostendemus, per quos prophetas id prædictum erat,vnde Orig.in Ioannem interpretans illa verba,vt testimonium perhiberet de lumine : planum est & manifestum , inquit, ex prædictionibus prophetarum, multos in Christi admiratione venisse,perculsos admiratione , quòd tot prophetarum vocibus prędicta esse omnia viderent: patriam , vbi Christus nasceretur,locum,vbi erat educandus,doctrinæ vim, admiranda miracula ,passionem, resurrectionem,& reliqua omnia.Quæ tot verbis sum exequutus,vt appareat quantũm pondus in propheticis literis situm sit,illisq; & ipsum dominum,& angelos ipsos vsos fuisse, & nostros maiores præcipuè eas adhibuisse ad abducẽdas genteis ab infidelitate, & traducendas ad fidẽ Catholicam,& hunc esse aditum ad conuertendas nationes ad Christi fidem , nam si Mauris Euangelium cites,dicunt à nobis vitiatum esse , & maiorem fidem habent suo Alcorano. Testimonijs propheticis erant premendi, cùm singula prædicta ostenderentur,& in Christo cõpleta.Sed huic quoq; reiilli intercluſere aditum, cùm neq; Græcè neque Latinè sciant,interseperintq; aditum omni doctrinæ & disputationi. Cauit enim Mahoma diaboli inductu & suasu,ne literas discerent,ne errorem possent dediscere aliquando,si Græcè & Hebraicè prophetas legerent,& prædicta nostra viderent, & completa omnia. Hoc fidei nostræ aduersus infideleis maximum robur credidere veteres patres , hoc è manibus extorquere nobis conantur Iudæi,extorsere penè suis vociferationibus & clamoribus tralationem Lxx. virorum , vt inquit Orig.in epistola ad Aphricanũ,& Iustinus in dialogo aduersus Tryphonem , quæ scripturam non ad verbum reddit,sed sensa sacra exprimit, tribus seculis ante crucem dñi edita, euangelica & apostolica verba sonat,quamq; commẽtarium potiùs appelles quàm tralationem.Pergunt extorquere translationẽ D. Hieronymi , tralationibus recens editis ad veritatẽ Hebraicam,vt ipsi aiunt,cùm plæręq; ad perfidiam Iudaicam sint editæ , & cùm penè extorserint nobis tralationem Lxx.virorum,quæ. CCC. annis ante crucem Christi explanat nobis literas ad lucem euangelicam, pergunt extorquere tralationem D. Hieronymi , quæ lectionẽ Hebræam ad verbum reddit,& inuertere testimonia prophetarum de Christo,vt propugnacula nostræ fidei labefactent,idq; per Christianos homines , qui , vt diximus suprà ex Augustino,gloriæ Christi inuident . Quantò illi maiori conatu prophetias inuertunt , quæ nostræ fidei sunt propugnacula firmissima,& munimenta validissima, aduersus infideleis,tantò maiori conatu à nobis sunt defendendæ prophetiæ,& arcendæ Iudæorum interpretationes. Habemus nostræ fidei veritatem,Iudæorum libris,qui nobis sunt infestissimi, consignatam. Habemus libros sacros Hebræos Latinè versos à D.Hieronymo, vbi prædicta sunt omnia mysteria nostræ fidei,quæ completa videre possunt etiam infideles , quod insolubile argumentum catholicæ veritatis putarunt veteres patres,q̃ hoc titulo significatur, cùm dicitur Esaias fuisse temporibus Oziæ regis,& Ioatham & Achaz.i.octingẽtesimo quarto anno ante crucẽ Domini,& tantò antè tempore,historiam euangelicam texuisse,vt Euangelista dicatur Esaias,magis quàm propheta,vt intelliges ex tralatione D.Hieronymi . Si Iudæi, & Iudaizantes D.Hieronymo fidem non habent,quòd ecclesiæ Catholicæ lumen D.Hieronymus nostris fauisse rebus credatur,& scire aueant Iudæorum sententiam,habent Lxx.duos Iudæos,qui tribus seculis ante aduentum Domini literas sacras sunt interpretati . Quorum scriptis ita planè Christi mysteria referantur,vt Euangelicis & Apostolicis literis concordent mirabiliter.Hos legant, qui liberis odio,& gratia mentibus vertere scripturas:non rabie cæcos Iudæos,Christiano nomini infensissimos,& meminerint quod Chrysost.ait,quòd Christiani propter hoc vocamur & sumus,vt Christo pareamus,non vt ad hosteis curramus. Vt enim Chrysostomus aduersus Iudæos inquit oratione prima.Non exiguum interuallum est inter nos & Iudæos, neq; de leuibus ac vulgaribus rebus inter nos est controuersia,ne tu vnum,& idem esse credas nostrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& illorum institutum, ac non miscenda misceas. Illi crucifixere Christum, tu crucifixum ado- A
ras: vide quantùm interest. Quæ omnia eò pluribus dixi, vt appareat, maxima hæc vaticinia
prophetarum aduersus infideleis esse munimenta, propugnacula, arma, quibus orbem vicere
nostri maiores, & conuertere genteis, & nationes, quæq; nobis habenda sunt ad manus aduer
sus infideleis: quæ conantur Iudæi, ac iudaizantes inuertere, vt eos submoueamus à nobis lon
gissimè, & eorum interpretationes: quòd labefactare vallum firmissimum nostræ fidei conen
tur: intelligamusq; nobis consultum esse optimè, cùm literæ sacræ, penes nostros hosteis sint,
penes Iudæos (inquam) qui eas adseruant, versæq; sint à D. Hieronymo fideliss imè. Quòd si is
Iudæis suspectus sit, quòd sit noster, & sulgentissimum Ecclesiæ decus, versæ sunt à Lxx. duo
bus Iudæis tam planè, vt Euangelica verba & apostolica sonent, & mille miraculis (de quibus
suprà diximus) confirmatæ à Deo Opt. Max. sit tralatio Lxx. cùm primùm est edita, vt impu
dentis sit illi abrogare fidem, quod inquit Irenæus. Quis enim vnquam ab hoste suo didicit?
quòd suprà diximus ex Augustino. Quis ab inimicis Aristotelis, Aristotelis petijt interpreta
tionem? aut Mathematicas disciplinas discere parat ab ijs, qui nihil peiùs Mathematicis disci- B
plinis odêre? Et cùm hæc vociferetur Augustinus, vociferentur & patres omnes veteres (vt su
prà pluribus diximus) per tot annorum spatia, cùm hæc personent, & ad nostras aureis trans
mittant, pergimus pergere, & venenatas aquas de Iudæorũ fontibus haurire. Nam vt sis scien
commenti Iudæi sunt post tot annos, non solùm quid responderent veteribus patribus: qui il
lis obturabant os manifestissimis prophetarum vaticinijs: sed etiam quid responderent Chri
sto domino. Reuicti enim à domino illo loco psalmi: Dixit dominus domino meo. & cõstri
cti in vinculis illo vaticinio, ita vt elabi non possent, neque quid dicerent haberent, tandem
millesimo quingentesimo post anno, postquàm benè commenti sunt mendaciũ, inuerso psal
mi sensu, respondent Domino (vt leges apud Vatablum, & alios) ne mirere, si loca explanata
ab Euangelistis & Apostolis aliò Iudæi deflectant. Vt enim diximus suprà ex authoritate an
tiquorum, Iudæi rursum peruertendis scripturis crucifigunt dominũ: & tamen in oculis quo
rundam feruntur. Hos audiemus, qui Christiani nominis odio ardent? qui omnia inuertunt,
vt Christo aduersentur? Quin audent Iudæi, & Agareni, parem suam causam nostræ dicere.
Sic enim agunt nobiscum, vt tu Christianis parentibus ortus, parentum fidem tueris & co- C
lis: neque Iudæus esse posses, aut Saracenus: sic nos Iudæi, aut Saraceni orti è gente Iudæa,
aut Agarenis parentibus nati, nunquam bona fide discemus Christianismum. Itáne par causa
nostra vestræ erit, ô impij? nos Christum colimus, non quòd fidem hanc nostri coluere paren
tes (non enim fouemus parentum errorem) colimus fidem à Christo, & ab Apostolis innume-
dictam à prophetis mille antè annis, & ab hoc Esaia propheta præsignificatã octingentesimo
ante anno. Et ne quisquam nos dicat confinxisse hæc tot & tam manifesta de Christo vatici-
nia: seruantur codices prophetarum à Iudæis offensissimis hostibus nostris, versa sunt Græcè
à Lxxii. Iudæis. CCC annis ante crucem domini, ne locus vllus dubitationi relinqui possit, &
gustinus sæpissimè repetat ea, quæ suprà citauimus, dicatq; de consensu Euangelistarum lib. 1.
cap. 31. Quid contra hanc euidentiam expressionemq; rerum, & prædictarum, & impletarum
dici potest? Et infrà cap. 32. An discipuli Christi finxerunt quòd prophetæ, quorum libri nunc
in manibus inimicorum Christi habẽtur tam longè, antequàm Christus filius hominis fieret, D
præsignificarunt? Ergo cùm veteres patres prophetias, tam valida ecclesiæ Catholicæ propu
gnacula putent, vt expugnari ab hostibus nullo modo possint: cùm tanto tempore ante Chri
sti aduentum prædicta sint hæc vaticinia, quòd significat Esaias hoc loco, cùm docet octingen
tesimo quarto anno ante Christi passionem se fuisse, nos ea tueamur ab insidijs Iudæorũ, nec
patiamur tantum bonum nobis è manibus eripi. Habemus eas versas à sanctissimo viro D. Hie
ronymo: & tribus seculis ante crucem Christi à Lxxii. Iudæis, & ita planè, ita apertè, vt prædi
cta omnia nostra appareant, & completa. Amandemus ergo in vltimas terras Iudæorum inter
pretationes, qui tam splendidæ luci prophetarum, Iudaicas conantur offundere tenebras.

D. HIERONYMVS.

Audite cæli, auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est.

LXX. VIRI.

Audi cęlum, auribus percipe terra, quia Dominus loquutus est.

Quòd

A QVòd apud Latinos, Græcos, & Hebræos, sunt quædã nomina, quæ quanuis vnã quandã ré
significẽt, tamen pluraliter tantũ declinantur: ideo, Samain vocẽ Hebræã, quæ plurali, dua
liue numero tantũ declinatur apud Hebræos, Lxx viri vertũt ferè singulariter [Audi cælum] Il
lud adnota, translationẽ Lxx verti potuisse [Audi cælũ, auribus percipe terra, quòd Dñs loquu
tus est] Hoc est, audi id quod olim Dñs loquut⁹ est per Moysen. CHRYS. to. 5. de pœnit. hom.
3. penẽ totũ hoc caput explanat, & sic hunc locũ interpretatur. Esaias, qui Seraphim vidit, & qui
mysticũ illud hausit melos, cùm dixisset [Visio quã vidit Esaias] subiecit [Audite cæli] quẽ sic
percontabimur: Cùm præmiseris, ô Esaia, Visio quã vidit Esaias. & expectaremus visionẽ, alia
dicis? cælũ alloqueris? & in terrã sermonẽ declinas? dimittens rationaleis homines, cùm irratio
nabilibus elementis disputas? Ita, inquit, quoniã irrationalibus irrationabiliores facti sunt, ne
que hac tantùm ratione hæc facit propheta, sed quòd Moyses volens eos inducere in terrã pro
missionis, prædixit eos expellendos ex illa, si nõ seruassent legẽ latã à Deo, & testatus est cælũ
& terrã, inquiés: Audite cæli, auribus percipe terra, &c. Testatus est, inquit CHRYS. si ingressi
B promissionis terram, Dñm reliqueritis, dispergendi estis in omnes terras. Esaias hoc loco, cùm
hæc cõminatio cõpleri deberet, nunc citat illã obtestationẽ Moysis, &c. Quibus verbis Chrys.
docet præsignificari ab Esaia, cõminationem illã Moysis nunc esse complendã, & pellendos Iu
dæos è terra promissionis post crucem Dñi, vt congruat benè interpretatio Lxx. Visio super
Hierusalẽ, id est, contra. & describatur vastitas Iudæis inuecta à Romanis, post crucẽ Dñi, quod
diximus esse huius capitis argumentũ. Et notandus est Canon scripturæ, de quo sæpè facienda
mentio est, ex authoritate Procopij, & veterũ patrũ, quoties Esaias citat verba, aut historiã ve
teris testamenti, significari ea fuisse aut typũ, aut vaticinium eius rei, quã vaticinatur, vt hoc lo
co, cùm verba Moysis repetit, significat spectasse Moysen ad hanc vastitatẽ, quã hoc cap. prædi
cit Esaias, Hierosolymorũ & vrbiũ Iudæę, q̃ Iudæi Christũ Dñm in crucẽ sustulerint. CLEM.
Alexand. in fine lib. 4. Stromaton, sic hunc locũ explanat: quòd stultos & incredulos, terrã, scri
ptura appellet, docet Hieremias contrà Ioachim, & fratres, inquiens: Terra, terra, audi verbum
Dñi, &c. Et alius propheta: Audi cælũ, & auribus percipe terra] intellectũ, auditũ vocans: & cæ
lum, animã intelligentẽ sermones Dei, & quæ cælo, & rerũ diuinarum contẽplatione lætetur:
C contra verò eos, qui affectant ignorantiã: & homines duro corde, terrã appellat. ORIG. in Le
uit. cap. 26. homil. 16. Moyses, inquit, verbũ Dñi, nunc pluuiã nominat, nunc rorẽ vocat, nũc im
brẽ, nunc etiã niuẽ dicit, quòd facit Esaias cùm dicit: Audi cælũ, auribus percipe terra] & vnus-
quisq; prophetarũ cùm aperit os, imbrẽ deducit super faciẽ terræ, hoc est, auribus & cordibus
auditorũ. Terra ergo nostra] nostrũ cor, susceptit frequẽter pluuiã doctrinæ spiritalis venien
tem super se, & edit fructũ, & accipit benedictionẽ à Deo. Si verò nostrum cor accepta cælesti
pluuia, edit spinas & tribulos, fit ignis materia. PROC. Cælos, sanctos appellatos putat, quòd
Dei sint sedes, vt cælũ dicantur, qui audire iubentur verbũ Dñi, vt sint testes Dño, cùm malos
ad sempiternas pœnas detruserit: & terrã] putat dictos terrigenas, qui hæc caduca & terrena
sequuntur, quos etiã Plato terrigenas nominat: quos auribus percipere iubet, quòd mali & ter
reni homines hæc percipiant auribus, nunquã in cor dimittant. CYRIL. & PROC. docẽt præ
significari hoc cap. Deũ repudiaturũ Iudæos, & vocaturũ Gentes ad fidẽ, & testari hoc his ver
bis, apud angelos, quos per cælum intelligit: & apud homines, quos nomine terræ significat:
per continens, id quod continetur intelligens, & testari se meritò excludere Iudæos, & delere
D populum Israeliticum. Lege IREN. lib. 4. cap. 2. & ORIG. tom. 1. in cap. 26. Leuit. homil. 16. vbi
multa in hunc locum dicit. Lege D. BASIL. de spiritu sancto cap. 13.

D. HIERONYMVS.

Filios enutriui, et exaltaui, ipsi autẽ spreuerunt me.

LXX VIRI.

Filios genui, & exaltaui, ipsi autẽ spre
uerunt me (vel, repudiauerunt me.

CYPRIAN. serm. 6. de oratione Dñica, interpretans illa verba: Pater noster, Eorũ, inquit,
qui per regenerationẽ spiritalẽ filij Dei esse cœperunt, pater est: quæ vox Iudęos perstrin
xit, qui Christũ sibi per prophetas enunciatũ, nõ tantùm spreuerunt, sed crudeliter necauerũt,
qui iã non possunt patrem Deum vocare, cùm Dominus eos confundat dicẽs: Vos ex diabolo
patre estis. Et per Esaiam [Filios genui, & exaltaui] D. HIER. cùm alijs locis, tum in cap. 8. ad Ro
manos, Iudæos filios Dei fuisse sensit, iuxta illud: Filius meus primogenitus Israël. Contrà pu
tat THEOPH. in cap. 8. epist. ad Romanos, in illa verba: In quo clamamus, Abba pater. vbi
quærit, cur Iudæi non vocabant patrem Deum, cùm scriptura dicat Deuteron. 32. Nunquid nõ

ipse est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui doctores sacri Iudæos filios Dei appellatos putēt, typicè tantum, & nō plenè.

ipse est pater tuus? &, Deū qui te genuit, dereliquisti. &, Pater vnus omnium vestrūm Deus. Et A subijcit: Etsi hæc dicta sunt de illis, nemo tamē inuentus est, qui in orationibus Deū vocaret patrem, vt nos vocamus post baptismā ex spiritali motione & operatione. Et suprà dixerat idem THEOPH. in illa verba: Non accepistis spiritum seruitutis, Iudæos filios vocatos ait tanquā seruos. Et idem THEOPH. in cap. 1. Ioann. in illa verba: Qui non ex sanguinibus, Et Iudæi, inquit, filij Dei dicebantur, quoniam lex in omnibus vmbram habet futurorum, neque Iudæis adoptionē filiorū dedit, nili in typo & figura, nos secundū veritatē accipiētes spiritū Dei per baptismū clamamus: Abba pater. Iudæis enim vt fuit baptismus tantū in figura & vmbra, sic filiatio figurabit nostrā filiationē, etiamsi filij vocabātur, tamē per vmbrā, & nō habebāt ipsam veritatē filiationis, vt nos per baptismū. OECVM. in idē cap. Pauli idē ait, nos filios esse Dei adoptatos per baptismū, Iudæos verò figuratiuè, quemadmodū & alia in figura gratiæ illis cōtingebant. Et addidit, nō datū fuisse Iudæis, vt Deū vocarent patrē, & si Iudæi Deū patrē vocabāt, negat hoc illis fuisse permissum. Et loca illa: Filius meus primogenitus Israël. &, Ego dixi, dij estis & filij excelsi oēs. & reliqua huius notæ, vbi Iudæi filij Dei appellātur: interpretantur hi sancti patres per figurā, & per typū, vt reliqua omnia illis cōtingebāt p figurā. Idē ait CHRYS. in cap. 8. epist. ad Rom. in illa verba: Non accepistis spiritū seruitutis, nā cùm paulò supra dixisset in superiore cōmentario, Iudæos appellatos filios Dei vt nos, & nomina esse eadē, res verò nō itē, ait, illi quidē vocati sunt filij, nō aliter q̄ velut serui. Et infrà: Erat igitur apud Iudæos adoptio, honor quidē in verbis, apud nos res verè etiā ipsa sequuta est. Et AMBR. in cap. 4. epist. ad Galat. in illa verba: Quoniā autē estis filij Dei, nomē filiorū Iudæi acceperant velut in imagine, vt posteà cōfirmaretur per Christū, quia sine spiritu nō erat plenū. Et AVG. in cap. 1. Ioan. idē significasse videtur, cùm eū dixisset, interpretās illa: Quotquot aūt receperūt, &c. nā si nō nascūtur filij Dei, quomodo esse possunt? Subiecit posteà: Filij Dei ex Deo nascūtur, vt aūt homines nascerētur ex Deo, primò ex ipsis natus est Deus. Et infrà: Noli mirari homo, quia efficeris filiꝰ per gratiā, quia nasceris ex Deo, prius ipsum verbū Deus, voluit nasci ex homine, vt tu nascereris ex Deo. Et tamē idē Augustin. in quæst. ex vtroq; Testam. quæst. 102. Iudęos filios Dei appellatos ait per Moysen in nube, & in mari baptizatos, vt Iudæos baptizatos typicè, & in figura, & filios appellatos eodē modo significare videatur. Et iuxta horū patrū sanctorū sententiā, cùm Deus dicitur synagogæ vir apud prophetas, intelligitur typicè & figuratiuè, & significatū esse hoc matrimoniū quod nūc est Christi cū ecclesia. Certè CYRIL. in Ioan. li. 1. c. 14. Iudæos filios Dei appellatos dicit nō secundū veritatē, sed figuratè vsq; ad gratiæ tēpus, quia futurorū Iudęorū quasi in vmbra depingebatur. Nō abhorret ab hac sentētia ATHAN. qui de passione & cruce Dñi: Subsannabāt Dñm, inquit, nec videbāt, q̄ adoptionē filiorum reijcerēt, vt ipse Dñs ait [Filios genera ui, & exaltaui, ipsi aūt me reijcere voluerūt] i. præstabā illis vt renasci possent filij Dei, si credērēt in nomē meū, ipsi autē id reiecerūt. Et certè nunq̄ verbū quod erat apud Deū in principio caro factū, q̄ pingēti munere pollicetur clāgoræ tubæ euāgelicæ, quod Iudæi haberēt à prima gētis origine. Ergò Lxx, quod Hebraicè est verbis vulgatissimæ significationis: Filios grādes feci, vel magnos feci, interpretantur. i. regeneraui filios, genui filios meos, quasi dicerēt. Quod Hebraicè est, Grādes feci, vel magnificaui filios, nihil aliud significari q̄ extuli in summā dignitatē, vt regenerarētur in filios meos. Interpretati sunt videlicet Lxx eodē modo quo LEO papa serm. 6. in natiuit. Dñi: Magnū, inquiēs, sacramentū, & omnia dona excellit hoc donū, vt Deus hominē vocet filiū, & homo, Deū nominet patrē. Per has eū appellationes sentitur & discitur, quis ad tantā altitudinē ascēdat affectus. Ergò si Leo papa ait regenerari filios Dei in summam altitudinē esse ascensum, videntur Lxx, quod Hebraicè est, filios magnos feci, interpretari [genui filios?] i. regeneraui illos in filios meos, & in hāc tantā altitudinē euexi, q̄ dedi eis potestatē filios Dei fieri. An licuit R. Dauid, & R. Emanuel interpretari, Filios magnos feci. i. educaui, & enutriui, quoad adolescerēt & essent magni: & non licebit Lxx hoc interpretari modo quo dictū est, cum nō cohæreat Iudæorū interpretatio: nā quæ magnitudo hæc intelligēda est? an more hominū filios, p creauit Deus? & fecit eos adolescentes, & iuuenes? aut principes orbis terrarū fecit? potentiores alij fuerūt, & multis partibꝰ potētiores, carnaliter intelligi nō potest, vt aiūt sancti patres. D. Hieron. pro [magnos feci] vertit [enutriui] vt referat ad adoptionē filiorū, & nutrimentū ecclesiæ spiritalis sacrosanctæ eucharistiæ, Magnificaui filios, alens eos pane cælesti [ipsi autē spreuerūt me, vel reprobauerūt me, nā ἀθέτησαν, id significat, vt sit idē cū illo: Lapidē quē reprobauerūt ædificantes. Et verbum Hebræum, pasu, eò quoque spectat,

A spectat, quod significat, præuaricati sunt in me, quod referre potes ad illas voces, si sanctorū patrum sententias sequi velis, quas edidère Iudæi. Non habemus regem nisi Cæsarem. Alij carnaliter accipiunt: Filios crescere feci, vel enutriui, & eduxi, quoad adolescerent, & essent magni: ipsi autem: cùm adoleuissent, me contempserunt. Mihi autem, hic scopus propositus est, vt ad Euangelij lucem, de veterum patrum sententia, huius prophetæ vaticinia explicem. Lege etiā Irænеum lib. 4. ca. 79. Lactan. li. 4. ca. 11. quòd Iudæi Dominum suum non recepissent, luisse eos pœnas, ait, deletos à Romanis, post crucē Domini, & sic eos esse facturos olim, prophetas ceci nisse docet, idque hoc loco Esaiam præsignificasse, quem Iudęi serra cōsectū, crudelissimè necauerunt, & eo spectasse hæc verba: Audi cælum, & auribus percipe terra, quoniam Dominus loquutus est: Filios genui, &c. itaque sententia Lactātij est, significari hoc vaticinio venturum Dominū, & Iudæos non recepturos esse illum, ac pœnas pro facinoribus suis luituros, & quod hæc prædixerit, à Iudæis serra consectum esse crudelissimè.

Cur serra consectus sit Esaias

B

D. HIERONYMVS.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

LXX VIRI.

Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe domini sui, Israël autem me non cognouit, & populus me non intellexit.

D. Chrysost. in sermone de natiuitate Domini, explanans illud Euangelij: Reclinauit illum in præsepe: ait hoc factum esse, vt compleretur vaticinium Esaiæ: Cognouit bos possessorem suum: significat ergo Chrysost. vaticinatum esse Esaiam his verbis, ponendum Dominum recens natum in præsepi, & prædixisse his verbis Esaiam futurum, quod factum testatur Lucas, cùm dicit: Reclinauit eum in præsepe. Et August. contra Iudæos, & Paganos, eodem hæc referre videtur, qui capit. 13. inquit: In præsepio iacuisti, agnouit bos possessorem suum. Ergo August. hæc verba: Agnouit bos possessorem suum, retulit ad illud, in præsepio iacuisti. Et D. Ambros. in Luc. li. 2. cap. 2. de natiuitate Saluatoris: Audis infantis vagitus, & nō audis bouis Dominum agnoscentis mugitus, & cætera, quæ ibi leges, etiam de sensu spiritali & literali huius loci. D. Prosper de promissionibus Dei, parte. 3. Cognouit, ait, bos possessorē suū, dixit Esaias. firmat hoc Lucas Euangelista dicens: Cùm autem impleti sunt dies Mariæ, peperit filium, & posuit eum in præsepio. Orig. in cap. 2. Lucæ, homil. 13. Venerunt, inquit, pastores, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & puerū ipsum Iesum, iacentem in præsepio: illud erat, de quo Propheta vaticinatus est, dicens: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Bos, Christum, & chorum Apostolorum significat, animal mundum: asinus, immundum animal, genteis idolatras. Idem sensit Athanas. in lib. quem inscripsit de verbis Euangelij. Euntes in vicum, qui contra vos est. Fortasse propter hunc pullum, Iesus reclinatur in præsepio, in illo: Cognouit bos possessorem suum, & reclinatur inter bouem & asinum: significans se futurum lapidem angularem, inter Israëlem, & populum Gentium, qui per asinum significabatur. Neque huic sanctorum patrum interpretationi obstiterit, quod Hebræa lectio præferat: Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dominorum suorum, quod receptum sit apud Hebræos plurali numero vti, pro singulari, nisi intelligas, dominorum suorum, Emmanuelis, & Dei genetricis, nam quanta sit dignitas Mariæ in sanctis literis, dicendum posteà latiùs est. Et cum hoc sanctorum sensu, mirifice congruit lectio Hebræa: Agnouit bos possessorem suum, asinus præsepe dominorum suorum, Israël non agnouit, populus meus non intellexit. Non est enim pronomen illud, me, Hebraicè, sed perspicuitatis causſa, adiectum est à Lxx. viris, & D. Hieronymo. Significātior tamen lectio Hebræa est, si dicatur sic: Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dominorum suorum, Emmanuēlis, & Mariæ virginis. Positus enim erat Dominus inter duo animalia, recèns natus, vt vulgo depingitur, sic enim veteres patres interpretantur, vt dictum est. Et agnitus fuit ab animalibus his: Israël autem non cognouit, & populus Domini non intellexit, subaudi, eundem dominum positum in præsepi, admonitus hoc vaticinio, & vaticinio Abacuc, In medio duum animalium cognosceris, de quo aliquando, Deo benè iuuante, latiùs dicendum erit. Dominum ergo positum in præsepio quem agnouere bos, & asinus, vaticinijs prophetarum admonitus Israël, & angelorum de cælo tanto concentu, & tam aperta denunciatione facta pastoribus, & tot iustorum testimonio,

Magorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Magorum aduentu,& eorum ſtella duce,totque rerum miraculis,non agnouit,vt aſinis ſtolidiores,bobus ſtupidiores eſſe conuincantur Iudæi. D.Aug.in Pſal.126.in illa verba: Sicut ſagittæ in manu potentis,ſic filij excuſſorum:duos huius loci putat eſſe ſenſus, ſpiritalem alterum, alterum literalem,quos diximus,nam aſinum,populum Dei putat ſignificare, qui iumentum Dei eſt,portans ſeſſorem Dominum,ne erret in via:& bouem,prædicatorem verbi Dei, Apoſtolum Domini,qui prædicat verbum Dei,monet,obiurgat,triturat aream,& bouis implet officium:venit bos de gente Iudæorum, inde enim prædicatores Apoſtoli: venit aſinus à gente præputij.i.à gentibus,& venit vt portaret Dominum:& ideo in aſino ſedit Dominus,qui nunquam portauerit hominem,quoniam ad gentes lex non erat miſſa,nec prophetæ. Ergo, quia Dominus noſter, noſtrum pabulum & alimentũ voluit eſſe, natus eſt in præſepi, vbi cognouit bos poſſeſſorem ſuum,& aſinus præſepe domini ſui.Igitur D.Aug.his verbis indicat ſignificari hoc vaticino,Dominum recèns natum,poſitum in præſepi,intra bouem & aſinum,quod factum narrant Euangelia:ſignificari autem,poſitum Dominum in præſepio,tanquã pabulum bouis & aſini.i.Eccleſiæ ex populo Iudæorum,& populo Gentiũ.nã Apoſtolos,& verbi prædicatores,appellari boues,probat Pauli authoritate hoc loco.Et in cap.2.Ioannis, tractat. 10. Et idem Aug.contra Fauſtum Manichæum lib.13.cap.11.tam planum huius loci ſenſum eſſe putat,vt repetat ea quæ ſuprà dicta ſunt,quibus ſolet hic diuus vrgere Iudæos, quis tam demens eſt,vt non videat?tam impudens vt ſe videre diſſimulet?Cyprianus lib.1. aduerſus Iudæos ca. 3.hoc vaticinio præſignificatum putat,quòd Dominum nec cogniturі,nec intellecturi, nec recepturi eſſent Iudæi.Lege Gregorium Nazianzenum in theophaniam,ſeu genethlia Domini & Gregorium.lib.2.cap.2.expoſitionis in cap.primum.1.lib.regum.& Baſil.in Aſceticis,interrogatione.212.Scias tamen,ſacros ſcriptores ſimpliciter hanc ſimilitudinem accepiſſe multis locis,aſinos & boues dominos agnoſcere,pleroſque tamen aſinis ſtupidiores, bobus ſtolidiores non agnoſcere dominum,quòd omnia hæc,locus hic ſignificat.Aſinum verõ eſſe appellatum populum Gentium,putat Gregorius in.1.cap.Iob.lib.1.cap. 7. quòd ſaxa & lapides colebat pro numinibus,& animalia muta,& porrum,& cepe,& alia monſtra:bouem verò,populũ Iudæorum,quòd legis iugum ceruice ſubijt.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequã: filijs ſceleratis: dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſraël, alienati ſunt retrorſum.	Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, ſemen peſsimũ, filij iniqui, (vel filij tranſgreſſores legis) dereliquiſtis Dñm, adiracundiã cõcitaſtis ſanctũ Iſraël, alienati ſunt retrorſũ.

D Cyprianus, vt ſuprà dixi, lib. 1.aduerſus Iudæos in principio docet Iudæos, his verbis argui, quòd Chriſtum nec eſſent cognituri,nec recepturi. Tertullianus aduerſus Marcionem libr.3.putat Chriſtũ ſemper loqui in Prophetis,& hoc loco exprobrare Iſraëli,quæ in illum erat commiſſurus: & quod Chriſtum reſpuerint, & intremerint, nec patrem nec filium agnouerint, & rurſum eodem libro idem Tertullianus. Terra Iudæorum facta deſerta eſt, & ciuitates exuſtæ à Romano imperatore Veſpaſ.quod Iſraël Deum non cognouit, & Iſraël eum non intellexit, & ad indignationem vocauit ſanctũ Iſraël:vbi ſubijcit Tertullianus, Hæc res ergo probat dominum Chriſtum fuiſſe,quòd perierint Iudæi, quòd illum non receperint. Et inſolubile hoc argumentum putant veteres patres aduerſum Iudæos, quòd poſt Chriſti crucem ſint deleti Iudæi,ſubuerſa ſint Hieroſolyma,ab imo ſint verſæ vrbes, omnes Iudææ, vt prædictum erat Prophetarum vaticinijs, quòd ſenſiſſe Ioſephum Iudæum, ſuprà oſtendimus,repetendumq; eſt ſæpiùs.Procop.negat hunc locum aliter intelligi poſſe, quam ſi referas ad tempus,quo poſt Chriſtum crucifixum, tradita Romanis armis hæc natio eſt, ſi quidem hoc maximum Iudæorum peccatum fuit,quo conclamatum à Iudæis eſt: Tolle, tolle,crucifige ipſum,cuius cauſa nunc dicitur: Væ gens peccatrix. Et infrà idem Procopius, ſanctum Iſraël,Chriſtum,inquit,intellige.Cyrillus in Ioannem,interpretans illud: Quotquot autem receperunt,Gentes inquit quotquot Chriſtum receperunt,fruentur bonis fidei,fœcũdæ inquit,maturæ oliuę inſerti,Iſraël audiet: Væ gens peccatrix. Hilarius in Pſal.2. Quare fremuerunt gen-

A runt gentes:qui totus ſcriptus de paſsione Chriſti eſt,& contra Iudæos,interpretãs illum verſum: Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & illa,& hæc verba idem ſonare putat,& ad excluſionẽ Iudæorum, & vrbium Iudææ vaſtitatem ſpectare, quòd Chriſtum non receperint: idemque alijs multis locis repetit Hilarius. Origenes quoq; contra Celſum lib. 2. eaſdem videtur putare has eſſe minas Eſaię, cum illis Domini: Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ incenſæ igni.Cyrillus rurſus hæc omnia iam inde à principio, ad excluſionem Iudæorum ſpectare docet.Idem ſentit D.Hierony.verùm is omnibus ad manum eſt, & actum, aiunt, ne agas. Ergo quòd D. Hieron.reddidit: Vę genti peccatrici,populo graui iniquitate,&c.Lxx.viri caſu nominandi reddidêre:Vę gens peccatrix, populus plenus peccatis, ſemen peſsimum, filij tranſgreſſores legis: quòd Hebræa nomina indeclinabilia ſint, &, quo velis caſu ea potes reddere: & Lxx.caſu nominandi reddidêre,quo acrior & vehementior eſſet oratio,& exacerbaret magis immane illud,& horrendum facinus,quod Iudæi in Chriſtum edidêre, per figuram illam,quam Clemens Alexandrinus Pædagogi lib.1.cap.9. ἐπιπλῆξιν. & infrà κατάληξιν nominat, v-
B bi hæc loca explanat.1.acrem obiurgationem,& contumeliam: tu exclamationem vocare potes cum Cicerone & Quintiliano,quę Oratorum figura,quanquam & dandi caſu fiat, vt facta eſt à D.Hierony.Vę genti,&c.acrior tamen eſt & vehementior, caſu nominandi. Gens ergo peccatrix dicitur, quòd immane illud peccatum in ſe admiſit, cùm Dominum in crucem ſuſtulit. Populus grauis iniquitate.i.plenus criminibus,vt interpretantur Lxx.viri, quòd illuſêre Domino, & ei fecêre conuitia, colaphis faciem eius cecidêre, ſputo os illud diuinum inquinauêre, eius corpus affecêre plagis, mille ſe nefandis irretiêre peccatis. Semen nequam. i. ex diabolo nati Iudæi, vt eos Dominus appellat: Filij ſcelerati, ἔκγονοι, vt interpretantur Lxx. tranſgreſſores legis. Procopius: Quòd dixerunt: Non habemus regem niſi Cæſarem: vbi reliquêre Chriſtum qui finis eſt legis, & qui prædictus eſt Prophetarum vaticinijs, & tranſiêre ad iura Cæſaris? Quòd verò tertia perſona Hebraicè eſt, vt vertit D. Hieronymus: Dereliquerunt Dominum, &c. Ipſi, ad ſecundam perſonam tranſtulerunt apoſtrophè ad Iudæos facta: Dereliquiſtis Dominum: videlicet, cùm relicto Chriſto, tranſiſtis ad iura Cæſaris. Pro: Blaſphemauerunt ſanctum Iſraël, quòd D.Hierony. vertit conuenienter He-
C bræę lectioni: quoq; conuicia Chriſto facta ſignificantur, & ludibria, reddidere: Ad iracundiam concitaſtis ſanctum Iſraël: nam ipſe Chriſtus, infrà cùm prædicit inflammationem Iudææ poſt crucem ſuam, ſubijcit: Propter me hæc facta ſunt vobis: & infrà latiùs dicemus, quàm acerba pœna affecerit Dominus poſt crucem ſuam,has Iudęorũ blaſphemias,& quàm acerbè exeruerit in gentem Iudæorum iram Dominus. Alienati ſunt retrorſum.i. Chriſtum ſequi noluerunt,cùm eis dixêre Apoſtoli: Vobis primùm oportebat prædicari regnum Dei. ſed quoniam noluiſtis,ecce conuertimur ad Gentes.

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, omne cor mœrens: à planta pedis vſq; ad verticem, non eſt in eo ſanitas: vulnus, et liuor, et plaga tumens,	Quid vltrà percutiemini? addentes præuaricationem (vel iniquitatem, vel legis tranſgreſsionem)
D *non eſt circunligata, neq; cumta medicamine, neq; fota oleo.*	omne caput in languorem, omne cor in triſtitiam (vel, totum caput in labore, totum cor in triſtitia) à pedibus vſque ad caput non eſt in eo ſanitas (vel, integritas) vulnus, liuor, plaga tumens, non eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.

PAucis, horum verborum interpretatio tranſigenda eſſet. Quid enim neceſſe eſt, inaniter tundere, vbi non ſolùm vna eſt D.Hieronymi, & omnium ueterum patrum ſententia, ſed etiam vbi noſtris cõuenit cum Iudæis,& eodem modo, & noſtri & Iudæi hunc locũ intelligunt,& interpretantur? cùm præſertim meum inſtitutum hoc ſit ſcripturam interpretari, de veterum patrum ſentẽtia. Perſtringam igitur pauciſsimis verbis,ſanctorum ſententiam, quando hic nullus locus controuerſiæ relinqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

relinquitur:posteà dicam,quid mihi suboleat quando Græcam lectionem & Latinam, cum A
Hebraica confero,quando etiam canon interpretandæ scripturæ est, quem præscribunt om
nes patres,vt ad lucem Euangelicam, scripturam interpretemur, quòd eam sola claues Dauid
referet. Ergo tam nostri omnes ad vnum, quàm Iudæi, huius loci sensum esse docent, quòd
à principibus Iudæorum vsque ad infimam plebem, ab ipsis pharisæis vsque ad imperitũ vul
gus, in nullo sit sanitas: omnes declinauerint vsque ad vnum: omnis Iudæorum populus sce
leat sceleribus, summi, medij, infimi, sacerdotes, pharisæi, & rude vulgus, cooperti flagitio
sint,& omni scelere,centies castigati à Domino,& vulneribus concisi, adeo vt noua plaga nõ
inueniat locum:non relipiscant tamen, sed se nouis subindè criminibus implicent, vt sic hu
ius loci sensus: In quo percutiam vos? .i. tot plagis à me affecti estis ob vestra peccata, vt lo
cum non inueniat noua plaga, & tamen peccata peccatis cumulatis, cùm scilicet, post crucẽ
domini corrumpitis custodes pecunia,vt negent resurrexisse Dominum: persequimini Apo
stolos, & fideleis blasphemare docetis nomen Domini,additis præuaricationem, persequen B
do Christum,scilicet: Omne caput languidum,quòd Pharisæi, & principes sacerdotum pec
cato implicantur maximo, quòd plebem à Christo auertunt. Omne cor mœrens,quo omnis
senatus dolet Iudæorum, Christum miraculis clarescere: A planta pedis vsque ad caput, ab
infimis vsque ad primos principes:Non est in eo sanitas:in hoc populo nõ est sanitas:sed sum
ma malitia,& perfidia: nolunt enim intelligere vt bene agant, in omni populo videas, in sum
mis, medijs,infimis, vitiorum vibices, scelerum carcinomata, vulnera vitiorum, neque suis
vitijs medicinam adhibent, & vt in vitijs yelutentur, & libidinibus, Christo nolunt credere.
Itaque sancti patres hæc etiam ad populum Christianorum referunt,vbi tam principes,quàm
medij, & plebei vitijs implicantur, neque medicinam adhibent vulneribus vitiorum. Quæ
res & Iudæis olim,& nostra tempestate hæreticis causa fuit, cur lucem Euangelij auersarentur, vt liberè in vitiorum luto volutari possent: quod faciunt etiam plærique, etiam qui inter
catholicos sunt quibus hæc quoque prophetæ verba congruunt.

Posses tamen hunc locum sic interpretari ad lucem Euangelicam etiam: Super quo percu
tiam vos vltrà? i.quorsum vobis vltrà pœnas irrogem? si fortè vos contingat emendari: Ad
dentes præuaricationem. i. qui flagitia flagitijs additis, non solùm Domino in crucem acto, C
sed etiam in Apostolos sæuiendo post tot signa, & rerum miracula: quasi dicat: Flagitia ve
stra non coercentur pœna, delendi potiùs estis,& tollendi è medio. Vt enim docet Tertullia
nus,expectauit Dominus Iudæos post Christi crucem, quadraginta duos annos, vt resipisce
rent,& conuerterentur ad Dominum,& illi tantùm aberat, vt conuertentur, vt flagitia flagi
tijs adderent,& impendio magis ac magis,indiès persequerentur Christum: quòd verba hæc
significare videntur, (vt inquit Tertullianus) aduersus Iudæos, de claritate gentium in Chri
sto Iesu, & aduersus Marcionem,libro tertio. Ergo hoc loco significare videtur: Quare per
cutiemini. i.Quorsum vos castigem? qui indies,magis ac magis in Christum impij estis: flagi
tia vestra non coercentur pœna,delendi potiùs estis,& tollendi è medio. Posse esse hunc hu
ius loci sensum,arguunt verba Hebræa. עַל מֶה תֻכּוּ עוֹד תּוֹסִיפוּ סָרָה׃

Quæ verba reddi possunt,vt reddit D,Hierony.Quare percutiemini vltrà:vel,Percutiam vos
vltrà,additis præuaricationem: pro quo D.Hierony. vertit: Addentes præuaricationem,eo
ribus addi,& detrahi,pro ratione sententiæ: & docti Hebræi nil morantur puncta,ipsi addũt D
& detrahunt quando oportet,& vt oportet, vt plurimus dictum est, in disputatione de tra
laneo ego nostros,si Hebræam lectionem sine punctis scripserimus, vt relicta est ab Esaia posse
cationem? quæ verba,quis non videat ob oculos ponere immane illud facinus Iudæorum,
quòd in Christum ediderẽ,verbera,alapas,spineam coronam,arundinem capiti illisam,mal
leorum ictus? postquàm ergo dictum erat: Væ gens peccatrix,post tam acre principium & ve
hemens,quale neq; apud hunc Prophetam,neq; alibi vnquam reperias,vbi ab exclamatione,
& obtestatione cæli & terræ,sumptum est initium, & Mosis minæ de delenda gente Iudæo
rum,ipsius Mosis verbis sunt repetitæ,& subiuncta similitudo tam acris,vt asinis stultiores,bo
bus stolidiores Iudæi sint dicti,consequutaq; sit amplificatio, ex congerie verborum, & sen
tentiarum idem significantium,qua apud ipsos Oratores nihil reperies vehementiùs: Væ gens

peccatrix,

A peccatrix,populus plenus peccatis, semen pessimum,filij iniqui: dereliquistis Dominum, ad
iracundiam concitastis sanctum Israël,post tantam acrimoniam, vbi necesse erat, omniũ ma
ximum expectari crimen, sequi potest optimè,& euangelicis literis conuenienter:Quare per
cutitis vltrà? i.cur tot plagis Dominum percutitis,& regem gloriæ? & additis præuaricatio
nem,cum alapis cæditis,corona spinea afficitis, arundinibus caput illud sacrum contunditis,
diuinum os sputo fœdatis,clauis sacras manus, & sacros pedes configitis, lancea latus rumpi
tis? sed negabis sic lectionem Hebræam esse distinctam: fateor ita esse: sed quæso, expecta
bas vt Iudæi sic distingerent? suo se gladio iugularent: nam quò se verterent? aut quem co
lorem dicerent? hoc vno testimonio tenerentur in vinculis constricti. Nos qui intelligimus
omneis sacros scriptores,& D.Paulum(vt posteà apparebit) hæc omnia ad Christi crucem re
tulisse,facilè intelligere possumus,verbum Hebræum verti potuisse:Quare percutiam vos vl
trà? vt reddidit D.Hierony.quod necesse erat ita vertere, vt distpungunt Iudæi, vt concessis,
& confessis aduersus Iudæos in altercationibus vteremur testimonijs, vt docet Origenes in
B epist.ad Aphricanum,& intelligere quoq; facilè possumus verti potuisse: Quare percutitis vl
trà,& additis præuaricationem? quæ verba in vaticinio passionis Christi, verbera, alapas, a
rundinum plagas,malleorum ictus,ponunt ob oculos. i.quorsum tot plagis cedtis rege glo
riæ?Deinde: Omne caput languidum: quòd frustrà Pagninus vertit, dispositum ad infirmita
tem.Et VATAB. Affectum morbo:cùm verbum Hebræum significet: langues vulneribus,
vt apud Naũm cap.4 נחלה מכתך . i. languens percussione: quod vide quam congruat Christi
capiti arundinum ictibus contuso, spinis transfadacto. Omne cor mœrens D.Thomam roga,
qui omnium longè maxima tristitia Christum affectum probat: 3.p.q.446. artic.3.&.6. Ver
bum illud Hebræum תכו actiuè & passiuè verti potest, si tantum vnum mutes punctum,
& multa actiuè & passiuè explanantur in sacris literis, cuius rei nos admonet Rabbi Kimhi,
qui multa in scripturis explanari posse actiuè & passiuè docet in comment.in Psal.39.idemq;
docet D.HIER.in cap.3.&.7. Amos prophetæ in illa verba: Vxor tua in vrbe fornicabitur:
vbi D.Hieron.magis probat versionem Symmachi, qui passiuè verterit verbum Hebr.quàm
aliorum interpretum,qui actiuè reddiderant. Lxx.ambiguè etiam reddidere πληγὴν vt actiuè
C quoque & passiuè posset accipi,quòd hi aoristi secũdi passiui, actiuè & passiuè apud Græcos
significent.Iam illud quod sequitur, mirificè congruit cum passione Dñi, à planta pedis, pro
quo Lxx.à pedibus reddidère,quòd non hærent litteræ: A planta ergo pedis vsq; ad verticẽ
non est in eo sanitas: quæ verba ad passionem Christi relata interprete non egent, multò ma
gis iuxta distinctionem Lxx.virorum, qui vno spiritu hæc sic legunt à pedibus vsque ad ca
put non est in eo integritas,vulnus,liuor,plaga tumens: potuit magis describi Christus, pla
gis cæsus,corona spinea transfixo capite,contusus pugnis, alapis concisus, & vulneribus? A
pedibus vsque ad caput,non est in eo integritas: hoc enim significat verbum Græcum ὁλοκλησία
i.integritas,hoc est pars integra, vt sit, à pedibus vsque ad caput, in Christo non erat pars in
tegra,ita omnia erant confossa ictibus & vulneribus,nec pars vlla erat,quin aut plagis lacera,
aut vulnere saucia,aut vibicibus liuida,aut ictibus tumida: hoc enim verba illa significare vi
deutur,vulnus,liuor,plaga tumens: postquàm enim dixerat:Non est in eo integritas,subiecit,
vulnus,liuor,quasi diceret,in eo omnia erant vulnus,aut liuor,aut plaga tumens.R.Abraham,
& Rabbi Dauid in commentarijs,referente Pagnino in Thesauro linguæ sanctę, in dictione
D mata,docent verti hunc locum posse: A planta pedis vsque ad verticem capitis, non est in eo
forma humana, quod מתם vox Hebræa reddi possit, sanitas: vt vertit D.Hierony. & integri
tas,vt reddidère Lxx.viri:& figura humana,vt reddidère R. D. &. R. Abraham: & expende,
quàm cum illo congruat: Vidimus eũ,& non erat aspectus ei, vel, vt reddidère Lxx. vidimus
eum,& non erat ei species,& cum sequentibus,vbi describitur eius passio: ergo dictum vide
tur,non erat ei species vel figura hominis: quia,quoquo ferres oculos,non humana membra
sed carnem contusam iudicares,non nasum,non frontem,nõ denique os hominis, sed ossam
quandam carnis,ita contusa omnia mẽbra plagis, ita vulneribus saucia, liuida tumentia,quòd
tralatio Lxx.significasse videtur,quæ vno,vt dixi spiritu,hæc legit: A pedibus vsque ad caput
non est in eo integritas,vulnus,liuor,plaga tumens. i. nihil in corpore Christi erat integrum,
sed quoquo circuntulisses oculos, omnia vulnus erant, aut liuor, aut plaga tumens: sed Pa
gninus vertit: Non erat in eo perfectio: semper Pagnino libet aliquid afferre noui, fateor
verbum Hebræum מתם significare perfectionem quoque, sed nunc non erat his locus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam verbum significat inter cætera, prouerbium: nemo tamen in illo Euangelij: In principio erat verbum, interpretabitur: in principio erat prouerbium: nec quòd Græcè dicitur, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. i. in principio erat verbum: quòd ἀρχὴ magistratum, aut principatum significet, & λόγος rationem reddiderit quisquam in magistratu vel principatu erat ratio? nam sic, cui non liceat omnia quę scripta sunt inuertere? Atqui, vt sis sciens ad hoc exemplum, Iudæi, vt obiter huius rei admoneam nostros, omnia inuertunt, ne quis magnopere Iudæorum interpretationes admiretur: sed redeo ad Pagninum, non si verbum Hebræum reddi posset perfectio, continuò hæc interpretatio huic loco conuenit: & sat est, quòd meton significet idem quòd sanitas aut integritas, vt reddidere D. Hierony. & Lxx. viri: ergo hic locus ad Christum referri potest, & huic sententiæ Hebræa verba conueniunt magis, atque adeò Latina. Nam cùm de Iudæis Propheta semper pluraliter loquatur: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, abierunt retrorsum, quare percutimini addentes præuaricationem? & postea, quòd D. Hierony. reddidit: Non est circumligata nec curata medicamine: Hebraicè est: Non circumligauerunt, nec curauerunt medicamine, nec fouerunt oleo: cùm ergo de Iudæis Propheta loquatur hoc loco semper pluraliter, & nunquam singulariter, congruit magis vt interpreteris: Non est in eo sanitas. i. non est in eo sancto Israël sanitas: non enim, est nomen singulare aliud, quo illud relatiuum in eo referre possis, & sanctum Israël, Christum dici manifestum est, quàm vt dicendum sit: tamen, quia D. Hierony. & omnes veteres patres aliter explanant, posses dicere, referendum esse illud relatiuum singulare ad populum, quæ vox suprà præcesserit: Væ genti peccatrici & populo: aut si videtur durum referre ad dictionem tam longè summotam, dicere commodè potes transitum factum à plurali numero ad singularem, quòd apud Hebræos fit frequentissimè: posset tamen multò commodiùs, ad sanctum Israel, hoc est, ad Christum referri. Sit quanuis doctores sacri, omnes ad vnum ita interpretentur, vt suprà dictum est, cùm canon scripturę sit vt explanetur ad lucem Euangelij: & alter canon, quem Orig. præscribit & Epiphanius, & cæteri veteres patres, vt sermonis consequutio seruetur, & vt vetus testamentum nouo respondeat, commodè mihi videtur referri relatiuum illud, ad sanctum Israël, cùm nullum aliud antecedens singulare antecesserit, & videatur hic describi Christi passio, quòd maximè ostendit verbum Hebr. תכו. quod passiuè verti potest, vt reddidit D. Hierony. & actiuè si aliter dispungas, & vtruuque fieri posse ostendimus ex Rabi Kimhi, & D. Hierony. actiuè verò redditum, non potest aliò referri, quàm ad Christi passionem, vt ostensum est. Si enim omnis Iudæorum coëat manus, non poterit aliò referre hoc vaticinium, si actiuè interpreteris & dispungas.

Canon scripturæ.

Veterũ patrum sententiæ.

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili.	Terra vr̃a deserta, vrbes vr̃ę succensæ igni, regionẽ vr̃am corã vobis alieni deuorant eam, desolata est, & subuersa à populis alienis.

AVGVST. in dialogo de altercatione Ecclesię & synagogę, hoc testimonio, suo more premit Iudæos: putat enim aduersus eos insolubile argumentum esse, vt dictum est, cùm prædicta ostendat à prophetis omnia quę completa videmus in œconomia redemptionis: Videres (inquit) prædictam ab Esaia tuam desolationem, ô synagoga? vides quo pacto iuxta legẽ, derelicta es, & desolata? quasi dicat Augus. vides octingentesimo ante anno prædictum ab Esaia, quod completum nunc vides in te. CYPR. lib. 1. aduersus Iudęos cap. 6. his verbis significari ait: quòd post crucem Dñi, Iudæi Hierusalẽ perditi essent, & terram quã acceperant, relicturi: & hoc vaticinium significasse Dñm cùm dixit: Relinquetur domus vestra deserta. PROCOP. de excidio inuecto Iudæę à Romanis post crucẽ Dñi interpretatur. In eadẽ sententia est Cyrill. EVSEB. demonst. euang. li. 2. eodẽ refert & subijcit: Si mente lustres tẽpora aduentus Dñi nostri, vsq; ad nostrã ætatẽ hæc reperies cõpleta omnia, describitq; vrbeis Iudæę incensas, tẽplũ Dñi absumptũ incendio, vniuersam Iudęã Romano imperio parere, Iudęos indè pulsos, eos inq̃, qui ex tãto incẽdio & clade tãta superfuêre. Quo loco Eusebij leges alia multa in hoc cap. notatu digna, alijsq; locis plurimis hic idem Euse. hoc vaticinio Esaię, ꝙ DCCC. ante anno prædictũ est, & completũ tẽporibus Christi Iudæos premit & vrget, & in angustias vnde se

A vnde se explicare nequeant, redigit. TERTVLL. aduersus Iudæos, de claritate gentium in Christo Iesu, quòd Christum populus Iudæorum non recepit, inquit: Post crucem Domini expectatus à Tyberio vsq; ad Vespasianum, vt resipisceret, & rediret ad Christum, quòd peruicax in sua impietate se obfirmauit, & persequutus est multò magis Christũ & Christianos, Facta est eorum terra deserta, & ciuitates eorum igni exustæ sunt. Idem repetit Tertull. aduersus Marcionem lib. 3. quòd non resipuerit populus Iudæorum à tempore Tyberij Cęsaris, sub quo passus est Dominus vsq; ad tempus Vespasiani, quod medium tempus illis velut inducias Dominus dedit, vt resipiscerent tandem aliquando: Facta est, inquit, eorum terra deserta, & ciuitates eorum exustæ. Et frequentissimè his, & alijs locis, Tertullianus Iudæos premit & vrget, quòd hoc vaticinium tantò antè prædictum, in se completum videant, quod insolubile signum est eorum perfidiæ. Idem sentit ATHANAS. de passione & cruce Domini lib. 1. qui hoc vaticinium Esaiæ explanat illo Euangelij loco: Ecce relinquetur domus vestra deserta: & posteà subijcit: Iudæi sua ipsorum malitia sese, ex orbe terrarum, in solitudinem ejecerunt, neque hodierno die habent ciuitatem: quòd Athanas. de suis temporibus dicebat, vsque ad nostra tempora durat. Non enim habent ciuitatem, neque vnquam sunt habituri. Denique omnes patres ad vnum, sic hunc locum explanant, & euentus ipse, qui, vt ostendimus, scripturarum optimus est interpres, hæc verissima arguit per mille quingentos annos iacent dirutæ vrbes Iudææ, alieni ea loca tenent, & vident Iudæi, & ipsi vagi suis sedibus pulsi, miseri exules toto terrarum orbe. Hoc, vt suprà dictum est pluribus in illa verba: In diebus Oziæ, &c. aduersus Iudæos insolubile argumentum est, & vnum ex firmissimis, & maximè nostræ fidei inconcussis argumentis: vides quòd millesimo ante anno prædictum est, completum temporibus Vespasiani, & Adriani: nulla ergo terguersatio est, & nulla fuga: Quid faciant Iudæi? quò se vertant? an manus vinctas dent, anguillæ sunt, elabuntur, ad tempora Babylonicæ captiuitatis hæc referunt: nec meminere vastas & dirutas vrbeis iacere per mille sexcentos annos post tempora Christi. Et VATAB. hanc interpretationem sequitur, & alij viri boni & Catholici. Iudæos refellamus: Quas vrbeis succensas igni in captiuitate Babylonica vidit Iudæus, nisi vnam vrbem Hierosolyma? reliquæ captæ, non incensæ sunt, nec dirutæ. At legat Iudæus Iosephum de bello Iudaico, & Dionem Cocceium de vita Adriani: & post Christum intelliget omneis vicos, & vrbeis vniuersę prouinciæ Iudææ conflagrasse post crucem Domini, absumptos Iudæos igni, gladio, peste. Deinde, quomodo alieni deuorabant regionem Iudæorum coram ipsis in captiuitate Babylonica? cùm non coram ipsis deuorarẽt, quòd ipsi tam longè summoti essent à Iudæa, nec Hierosolyma, aut vrbes Iudææ colerentur ab alienis, sed vastæ iacerent fermè: Non videbant ergo sua bona deuorari ab alienis: cõgruit autem benè temporibus Christi, nam vt docet IVSTIN. in apologia. 2. pro Christianis: Terram vestram alieni deuorant: Lege cautum erat, ne quis Iudæorum, pedem inferret in vrbeis Iudææ post crucem Domini, post vastatas vrbeis Iudææ: & si quis introijsset, plectebatur capite. Vides quo pacto coram ipsis, alieni terram Iudææ deuorabant, quòd idem TERTVLL. aduersus Iudæos inquit. 1. cap. Populus Israël, inquit, secundùm sua merita in sanctam ciuitatem ingredi prohibebatur, secundùm verba Prophetarum: Vestram regionem in conspectu vestro, alieni comedent. Et aduersus eosdem idem Tertull. cap. de claritate gentium in Christo Iesu: Interdictũ erat, inquit, ne in cõfinio regionis Iudæorum, quisquam Iudęorum demoraretur, vt impleretur illud Prophetæ: Terram vestram in conspectu vestro, alieni comedent. EVSEB. Cæsar. demonstrationis Euangeli. lib. 6. cap. 16. legibus imperatorum post vastitatem inuectam ab Adriano, Iudæam Iudæis inaccessam scribit. AVGVST. in Psalmũ. 58. in illa verba: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ. Gens Iudæorum, inquit, certè victa est à Romanis, certè deleta ciuitas eorum, non admittuntur ad ciuitatem suam Iudæi, & tamen sunt Iudæi. Attẽde quid dicat Augus. sunt Iudæi, inquit, cùm videant hoc vaticinium completum, quo prædictum erat arsuras omnes vrbes Iudææ incolendas ab alienis inspectantibus ipsis: arsisse vident, & ab alienis incoli in suo conspectu, nec sibi intrare eò licere, & tamẽ sunt Iudæi, nec redeunt ad bonã mentẽ, nec resipiscunt in re tã aperta, quę oculis videtur, manibus tenetur. Ne mireris, ô magne Diue, illud mirare potiùs quod sunt Christiani, qui hęc nõ vident, qui vident captiuitatẽ Babylonicã, vbi nõ incensæ sunt vrbes Iudææ, aut dirutæ, sed tantùm subuersa sunt Hierosolyma, & Iudæi captiui sunt ducti, & qui residui fuerãt, in vrbibus Iudææ poterãt habitare, quę tantùm Lxx. durauit annos. hãc vastitatẽ nõ vidẽt, quę. M. D.

Iudæi refellũtur.

Iudæa inaccessa Iudæis, legibus imperatorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

annos durat,nec finem vnquam est inuentura: quæ omnia eò pluribus dixi, quòd nostri non aduertunt,quantum in hoc sit mali.Maxima,maxima inquam,Catholicæ fidei robora & propugnacula,quæq; insolulibilia aduersus Iudæos putauit omnis vetustas,labefactãtur à Iudęis per hos viros bonos,qui præclarum aliquod donũ Reipubl.Christianę se putant afferre,& patimur tamen,si Deo placet,quid dixi patimur?cæteris eos anteferimus,nã vt sis sciens,vt alios mittam, CHRYSO.in cap.12.Matth.homi.44.maximum hoc signum putat aduentus Christi,quòd post Christum hæc mala implicarunt Iudæos,vt terra eorũ deserta, ciuitates eorum exustæ sint igni,nec liberati sunt,nec liberabuntur vnquam his malis: & quanuis multi conati sint,restaurare templũ & vrbes Iudæę in Christianorũ odium,nemo tamen potuit aut potuit Iudęos miserijs & malis liberare, qua de re alibi ex eodem Chrysost. latiùs dicendum est: quòd autẽ postremo ait:Desolabitur sicut in vastitate hostili,illud,sicut non est aduerbiũ similitudinis,sed rẽ ipsam significat,quale apud Ioann.Gloriã,quasi vnigeniti à patre.i.gloriã vnigeniti filij patris. Sic interpretantur Lxx.seniores:Desolabitur sicut in vastitate hostili.i. desolabitur,& subuertetur à populis alienis.i.ab Impp.Vespasiano & Adriano, neq; instaurabitur vnquam. Lege Isychium in Leuiti.li.6.in illa verba:Quia sanctus ego sum:sanctificaui eos.

Quod arguẽtum veteres putarunt maximum ad uẽtus Christ

D. HIERONYMVS.

Et derelinquetur filiâ Siõ vt vmbraculum in vinea, sicut tuguriũ in cucumerariò, sicut ciuitas quæ vastatur.

LXX. VIRI.

Derelinquet filia Siõ sicut vmbraculũ in vinea, sicut pomorũ custodia (siue casula) sicut ciuitas obsessa.

Hic locus iuxta tralationem Lxx.virorũ,variè dispungitur à sanctis patribus. AVGVST. enim in dialogo de altercatione ecclesiæ & synagogę,sic legit: Terra vestra deserta,ciuitates vestrę exustæ, regionem vestram in conspectu vestro alieni comedent: & illic apponit distinctionem,additque: Ecce deserta est à populis alienis, & rursum nouo principio, derelinquetur filia Sion,sicut vinea,& sicut custodiarium in cucumerario,& quasi ciuitas quæ expugnatur:& subijcit,vt dixi,August. Nunc ergo synagoga iuxta hanc prophetiam:Derelicta est,& desolata. IRENAE. eodem modo distinguit li.4.ca.8. Quando,inquit,relinquetur filia Sion,nempe quando venerit veritas,quando cessauerit typus, quando nullus erit eius fructus,vt subuertitur casula siue vmbraculum in vinea,facta vindemia, quia nullus est iam, collecto omni fructu,vsus vmbraculi,illuc enim se abdebat custos vineę, vt seruaret fructus:collectis fructibus,vmbraculi nullus est vsus. ORIG.in Leuitic.cap.16.huius rei causam reddit: Vbi venit veritas oportuisse deleri typum: erat priùs Hierusalem typus illius Hierusalem cælestis matris nostrę,cùm ad eam cælestẽ Hierusalem per Christum patefactus est aditus, deleta est terrestris Hierusalem.Erat templum Solomonis,postquàm venit verus Solomõ.i. verus pacificus qui nos reconciliauit Deo,qui erat verum Dei templũ: nam ipse dixit: Soluite templum hoc,quod de corpore suo intellexisse Euangelista declarat,postquàm venit ergo Christus Deus verus,& secundùm humanitatẽ,verum Dei templum, deletum est templũ Solomonis,quod eius typus erat,erat pontifex, qui sanguine animalium purificabat populum, typus Christi veri pontificis, cessauit,postq̃ venit verus pontifex Christus,qui sanguine suo sanctificauit credenteis.Deletę sunt vmbrę postq̃ venit veritas,prouidit Deus,vt ciuitas ipsa, & templum,& omnia illa subuerterentur,ne quis paruulus post Christum, aliquid illa esse putaret: prouidit ergo nostræ infirmitati, & volens multiplicari ecclesiam suam, omnia illa subuerti fecit,& de medio auferri,vt sine vlla cunctatione hæc vera esse crederemus, quorum typus in illis præcesserat.Et idem ORIG.in fine tractat.super Iesum Nauè,interpretans hunc locum: Translata est ad Genteis gratia Spiritus sancti, translatæ sunt solennitates ad nos, quia tranſitaleis apud nos,vbi ædificatur templum Dei ex lapidibus viuis,hoc est, ecclesia Dei viuentis. Quæstiones vero in hunc locum reperies apud ORIGEN. in cap.26.Matth. tractat.26. sed lege attentè totum tractatum. Et apud eundẽ Origenes in cap.2.Lucæ,homi.20.vt typicè in templo erat, inquit, ita typicè è templo recessit, cùm dixit: Ecce relinquetur domus vestra deserta, relinquens domum illam, venit ad possessionem Dei patris, id est,ad Ecclesias toto orbe dispersas. Et in Matthæum tractat. 24. in illa verba: Non relinquetur lapis super lapidem: neque Iesus,neque regnum Dei apud Iudæos est, inquit,quia relicti sunt sicut tabernaculum in vinea,propter facinus quod commiserunt in Christum, & sic semper hunc locum explanat Origen. TERTVL. in fine li.4.aduersus Marcionẽ, de illo interpretatur quod est apud IOSEP.lib.6.de bello Iudaico,quòd angelorum audita vox est sub excidiũ templi,in templo se mutuò adhortantium, vt relinquerent illas sedes,& indè migrarent,relinquerent filiam Sion,tanquam in vinea speculam,& in cucumerario casulam.Qui plura volet,legat EVSEB.de demonst.Euangel.lib.2.cap.36.qui toto illo cap.hunc locum disceptat, & Iudæos premit, & vrget his oraculis, quæ tantò antè prædicta, vident completa, miraturque cur non credant,cur non redeant ad bonam mentem. CYPRIA. aduersus Iudæos lib.1.disputauit aliter hunc locum cap.6.legit enim sic: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igni exustæ, regionem vestram in conspectu vestro, alieni comedent eam, & illic apposuit distinctionem,& nouo initio legit rursum .Et deserta, & subuersa à populis alienis,derelinquetur filia Sion: sicut casa in vinea, sicut custodiarium in cucumerario, quasi ciuitas quæ expugnatur,quæ distinctio est admirabilis,neq; repugnat lect.Hebræa, quæ hoc & illo modo distingui potest.Ecce è transuerso se fert nescio quis, qui se opponat omniũ sanctorũ authoritati:nam nullus est,quin sic hunc locum interpretetur, quos omneis, ne nimis longum facerem, citare supersedi, Iudæorum sententiam nobis narrat, nihil horum inquiens propheta ait: neque D.Hierony.neque Lxx.seniores,benè hunc locum reddidêre,qui sic potiùs reddendus erat: Relicta est filia Sion,sicut tuguriolum in vinea,sicut diuersoriolum nocturnum in cucumerario,sicut ciuitas obsessa. Et in commentarijs:Relicta est filia Sion, vel:Relinquetur filia Sion. 1. capientur vrbes Iudá omnes, excepta Hierusalem, quæ sola relinquetur immunis à vi hostili.Et rursum Hebræi hoc intelligunt de expugnatione illa,qua Sennacherib cœpit omnes vrbeis Iudæę,excepta Hierusalem. Audet ergo quisquam sententiã Iudæorum sententiæ veterum patrum anteferre? & firmissima fidei nostræ argumenta infirmare,& labefactare? quibus nostri maiores Iudæis obturabant ora,& conuertebant nationes. Et quando eò indignitatis ventum est,vt disceptandum sit, vtra melior sententia sanctorum patrum an Iudæorum,quando eam etiam nostri nobis conantur obtrudere:age,Iudæos suo gladio iugulemus. HIERON. & cæteri Patres explanant: Derelinquetur filia Sion.i.deseretur,desolata,euersa,& excisa. Iudęi,vt docet VATAB.in commentarijs:Relinquetur filia Sion.i.reliqua erit,salua, & incolumis: benè est, vtrunq; congruere verbo Hebræo,Græco,& Latino potest,si reliqua consentiunt: nihil est quod Iudæos damnemus in huius verbi interpretatione,nisi quòd priùs hæc ad Babylonicam captiuitatẽ referebant,reluctantia, & inuita,vt ostendimus,iam hoc verbum,ad Assyrios putant referendum,& ad Sennacheribum: nam vt inuertant Christi oracula,Iudæi omnia turbant,omnia miscent.Quid quæso Sennacheribo cum Babylonijs conuenit,qui perijt multò ante Babylonicam captiuitatem? sed agè,hæc mittamus, expendamus cætera:primùm,similitudinem illam excutiamus an faciat cum ecclesia, an cum Iudæis,vt vmbraculum in vinea, sanè vmbraculum vineæ, facta vindemia, custos vinearum, qui vt seruaret vuas eò se recipere solebat,relinquit, diruit,domum apportat ignis pabulum, vt ait IREN. libr. 4. cap. 8. hæc ergo similitudo Iudæos iugulat,à nobis facit vmbraculum enim facta vindemia,dirutum,& disiectum relinquitur, non saluum & incolume: quod argumentum est non esse explanandum verbum illud(derelinquetur) erit vobis Hierosolyma salua,vt interpretantur Iudæi,sed erit diruta, vt diruitur vmbraculum vineæ. Pergamus porrò: Sicut tugurium in cucumerario: hîc se vicisse putant, cucumeres, inquit, refrigerant, & Hierusalem incolumis refrigerabat Iudæos in tantis malis: hoc enim voluit ipse dicere: Deum immortalem,quàm frigidè quàm imperitè: Sed vt interim largiamur ferendas esse tales ineptias: agè, quid cucumeri cum vmbraculo cucumerarij? quod vmbraculum post cucumeres, & melones lectos disijcitur, & domum apportatur, & igni exuritur, magis congruit quod suprà ex Origene,& Irenæo diximus, promulgata luce Euangelij relinquendum, deserendum, & euertendum templum, diruenda Hierosolyma, quia vinea traditur alijs agricolis, vt lectis melonibus casa qua abditus custos erat, relinquitur ac dissipatur: deinde sequitur: Sicut vrbs quæ vastatur: hoc planiùs vertit PAGNINVS & VATABLVS in commentarijs qui sic reddunt: Sicut vrbs desolata & deserta, sic enim interpretatur hoc verbum Rabbi Dauid, & Rabbi Abraham, referente Pagnino in Thesauro linguæ sanctæ in dictione נְצַר. Sed prò supreme Deus, sanum quibusdã ex nostris (Iudæos enim mitto) sinciput erat: Si relinquitur Hierusalem, sicut vrbs excisa & euersa,

Veterũ patrum sententia.

Refellũtur Iudæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo relinquitur salua & incolumis? quomodo ad Sennacherib refertur hoc, qui Hierosolyma non attigit? vna tamen in re maximè vtilis est Vatablus, vt intelligas quàm inepti sint in interpretanda scriptura ludæi, qui (vt Origen. ait in Matth. in illa verba: Diuiserunt sibi vestimenta mea) imitantur sacerdotes & pontifices, qui cruce affecêre Christum dominum, sic enim ipsi verbum veritatis positum in scripturis crucifigũt falsis expositionibus suis, & occidunt suis mendacijs, sed eliget Deus vasa, in quibus resurgat & viuat, & adhuc confundat suos interfectores: sed ad institutum redeamus. Chrysost. in cap. Matth. 12. proponit hãc quæstionem in hunc locum, cùm Esaias relinquendam dicat filiam Sion, quomodo Dauid ce- *Dubia.*
cinit: Quia non repellet Dominus plebem suam? Diluit ex D. Paulo relictam esse iudeam, quę secundùm carnem, de qua Esaias loquebatur, non derelictam plebem suam, quæ secundùm spiritum fuit Iudæa. i. confitens Deum, id enim vox hæc significat, hæc enim derelicta nõ est, sed potiùs electa, iuxta illud Pauli. 9. ad Romanos: Non omnes qui sunt Israëlitæ, neque qui sunt semen Abrahæ filij sunt, sed in Isaac vocabitur tibi semen: ergo, non qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij promissionis, æstimantur semen: vt enim in homine duplex est homo, homo exterior carnalis & corrũpendus, & homo interior spiritalis & incorruptibilis: & duplex circũcisio, carnalis & amputãda, spiritalis & adimplẽda: sic duplex Iudæa, carnalis, quæ expellitur, & spiritalis, quæ nõ expellitur: & sic Iudæa in Iudæa erat. i. Iudæa spiritalis inter Iudæos carnaleis: & populus in populo erat clausus, populus Iudæorum spiritalis, in populo carnali Iudæorum: de hac re August. disputat in Psal. 94. Difficiliorem quæstionem proponit Chrysost. in cap. 23. Matth. homi. 46. & diluit ibi, quam non suis verbis exposui quòd longior erat, qui scire volet, inde petet ex tom. 2. in illa verba: Ecce ego mitto ad vos prophetas.

D. HIERONYMVS.

Nisi Dominus exercituũ reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus.

LXX. VIRI.

Nisi Dominus Sabbaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma vtique facti essemus, & quasi Gomorrha assimilati essemus.

A Vgustinus in Euangelium Matthæi sermone. 6. diluens dubium illud quod dicebamus, quomodo dicit Esaias: Derelinquetur filia Sion, cùm dixerit Dauid: Non derelinquet Dominus plebem suam, gratiæ, inquit, imputandum est, quòd plebs tua, in qua tu es, electa est, quia vt esset aliquid residuum gratię in te Dei, non tuum meritum fuit, quòd Esaias ait: Nisi Dominus Sabaoth, &c. quòd interpretãs Paulus ad Rom. Reliquiæ per electionẽ gratię saluæ factę sunt, si autẽ gratia, nõ ex operibus. Isychius lib. 7. in Leuiti. in illa verba: Quia domus vrbium Leuitarum: Semen hoc, inquit, de Apostolis est intelligendum, si enim non relictum esset semen apostolorum, nihil prohiberęt in modũ Gomorrhę & Sodomę omnem plebem Iudaicam perire, sed apostolorum causa non omnes perierunt. Euseb. Cæsa. li. 2. cap. 36. cùm explanasset superiora verba: Derelinquetur filia Sion, *Veterũ patrum sententiæ.*
& descripsisset dirutas vrbes Iudææ à Romanis, absumpta incẽdio Hierosolyma, subijcit: Residuus fuit apostolorũ chorus, & qui ex Iudæis crediderunt, ad instar seminis, qui peragrauerunt omnes terras, & semine Israëlitico compleuerunt orbẽ, ex quo semine sese sustulêre spicæ pulcherrimę & speciosissimæ, hoc est, ecclesiæ toto orbe dispersæ, quòd significari ait his verbis Esaiæ: Nisi Dñs reliquisset nobis semen. August. rursus ad Simplicianum li. 1. quæst. 2. hunc locum enodans, quòd alibi reliquias, hic semen dixit vt appareret, reliquias illas paucas velut semen fuisse, vnde messis toto orbe consurgeret. Quæ eò spectant omnia, vt appareat, quod cùm Hebraicè sit, nisi Dñs reliquisset nobis residuũ vel reliquias, Lxx. viri verterint pro residuo, semen: Nã quòd Hebraicè est. Nisi Dñs Sabaoth reliquisset nobis residuũ, reddidere, nisi Dñs Sabaoth reliquisset nobis semen. Sunt enim cõmentarij in plærisq;, & quòd August. facit & Euseb. vt residuum hoc interpretentur fuisse, velut semen, vnde messis toto orbe consurgeret, hoc fecêre primi omnium Lxx. viri, nec temerè faciunt, sed ex alijs scripturæ locis faciunt paraphraseis, vt huius loci faciunt paraphrasim ex postremo versu. capitis. 6. & semen sanctum erit quod steterit in ea, qua paraphrasi vtuntur sæpissimè Lxx. viri, & magnam, si attendas animum, scripturę lucem afferunt, interpretantur enim semper ad lucem euangelicam scripturam trecentis annis, & eo ampliùs, ante scripta euangelia, quæ res quantum commoditatis ecclesię Catholicę attulerit, quantumque Dei Optimi Maximi in ecclesiam suam fuerit beneficium, nemo verbis vllis queat explicare. Trecẽtis enim annis ante tempora Christi re- A
sellunt impios Iudæos & iudaizantes, & verba euangelica nobis representant. Dicet Iudæus, & fortasse Theologus etiam pientissimus & vir optimus, mallem reddidissent fidelissimè verba Hebræa, & ea numerassent mihi, nec ea interpretarẽtur, ita tu quidem, non mallet ecclesia quæ hoc habet inter alia inconcussum & inexpugnable suę veritatis propugnaculum, quod Lxx. viri tanto tempore ante scripta euangelia verba sonent euangelica, vis scire hoc sibi palmarium putare ecclesiam, vt plurimis verbis suprà dictum est, cùm agebamus de tralatione Lxx. virorum, hac vna re probant omnes veteres instinctu Spiritus sancti versionem Lxx. virorum esse textam, quod tanto ante tempore, apostolica & euangelica verba sonent, vin intelligere ecclesiã catholicam has paraphrases amplecti? & sacram scripturam putare editã sancti spiritus afflatu? Accipe argumentum insolubile, doctior omnibus Rabinis. D. Paulus erat, & præterea ita commendatus à sacris scriptoribus, vt eum sic citent: Paulus ille
in quo Christus loquebatur, rursus, Paulus ille qui in cælos raptus, vidit arcana Dei, interpres B
optimus scripturę, tamen hic Paulus tot nominibus cõmendatissimus, cùm sciret Hebraicè esse: Nisi Deus Sabaoth reliquisset nobis residuum: citat hunc locum iuxta tralationem Lxx. virorũ ad Rom. cap. 9. & hoc est, quòd suprà nos facturos esse polliciti eramus, vt ostenderemus tralationem Lxx. virorum citatam ab apostolis & euangelistis, etiamcùm non reddit ad verbum lectionem Hebręam, sed paraphrasin facit ex alijs locis potiùs, quàm interpretationem, quòd alijs locis multis factum ostẽdemus, quodq; argumentũ insolubile putat August. (vt dictum est pluribus in disputatione de tralationibus) factam esse tralationem Lxx. virorũ afflatu Spiritus sancti, cùm æquè citetur ab apostolis & euangelistis, etiam cùm non exprimit eadem prophetæ verba, sed sensa, quòd certè fieri nullo modo potuisse putat, nisi Spiritus sancti instinctu esset edita, hoc enim loco non cõcordat cum lectione Hebræa, verbis, sed sententia, facta enim est paraphrasis ex cap. 6. huius prophetię: & tamẽ vt ait August. citatur à D. Paulo. Reddidere ergo Lxx. hunc locũ conuenienter literis euangelicis: Origenes enim in *D. Paulus citat Lxx. viros, etiã cùm nõ reddant verba Prophetæ, sed sensa.*
Numerorũ cap. 28. homi. 23. eandem sententiam putat expressam his verbis cum illa Domini: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, &c. Vt ergo Eusebius demonstra- C
tionis euangelicæ, libro. 2. enodans verba illa cap. 10. Esaię: Non adijciet residuum Israël, interpretatur, residuum. i. semen. idq; repetit eodem. lib. sic Lxx. comment. vice funguntur & interpretantur: Residuum. i. semen illud, quod in fine cap. 6. semen sanctum vocatur: & hanc explanationem sequitur Paulus & D. Hierony. vnde discet Lector, quæ causa sit cur Lxx. viri videantur quibusdam locis disidere à lectione Hebræa: reddunt enim sensa & non verba, quod nos docet D. Hierony. quanquam aliquando aliter putarat: tamen posteà hoc nos docuit D. Hierony. qui vt suprà dictum est, nos monet, Apostolos & Euangelistas, & Lxx. viros non vertere scripturam ad verbum, sed reddere sensa: & vt diuino consilio hoc factum dicas vt Hierony. ad verbum verteret scripturas ex Hebræa lectione, & Lxx. viri trecentis annis ante Christi tempora, non verba sed sensa magis in plærisque expresserint, eaque euangelica. Disces ex Vatablo, Iudæos huc omnes incumbere, vt oracula de Christo & Christi mysterijs aliò deflectant, & insolubilia illa argumenta, quæ innumera sunt, quibus veteres patres eos premunt, & in maximas redigunt angustias labefactent & infirment, quòd facere nõ pos- *Iudei Lxx viros oppugnant.*
sunt, nisi aliò referant, dispungant aliter, nam alioqui, quid diceret ad illa Augustini, & Euse- D
bij, & Athanasij, & aliorum patrum: Audi prædicta millesimo ante anno, vide completa: hucigitur referunt omnia, vt hæc insolubilia argumenta conuellant, quod vtinam nonnulli ex sacris scriptoribus animaduertissent: nunquàm enim Procopius & Eusebius aliquando, alijque nonnulli in quibusdam, in quibus non magna res agebatur, illorum sententiam essent secuti: igitur Iudæi non dant operam vt nos doceant, sed vt firmissima nostræ veritatis argumenta subuertant, & ad hæc neruos omnes intendunt suos, quod ex hoc loco discès, & quibusdam alijs: nec enim est consilium, vt omnia persequar, aperiam enim in aliquibus locis Iudæorum fraudes, vt inde qui volet, sibi discat cauere. Vatablus ergo, contra D. Hieronymum & contra Lxx. viros: quid dixi contra D. Hieronymũ, & septuaginta viros, contra D. Paulum, audet hunc locum referre ad Babylonicam captiuitatem, & ad Sennacheribum: nam cùm suprà dixisset Vatablus, referenda hæc ad captiuitatem Babylonicam, & subiunxisset, Hebræos referre nescio, quem versiculum ad Sennacheribum vertit sic hunc locum. Nisi Dominus exercituum reliquas fecisset nobis reliquias admodum paucas, & sic interpretatur perse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

i.persecutio magna erit,in qua omnes perituri sumus, nisi succurrat Deus: retulerat enim suprà verba prophetæ vt dixi,ad captiuitatem Babylonicam, & ad Sennacheribum. Quando succuret Deus? vt ipsius verbis vtar, quando deleuit vna nocte angelus,omnem Sennacheribi exercitum. Hæc enim dicere voluit Vatablus,vt colliges ex superioribus: Delusus ergo est, ô Vatable, Paulus, & nos fecit ludos: nam quid cum Pauli verbis hæc tua interpretatio confine habet? nisi statim succurrat Deus,perituri essemus in captiuitate Babylonica, aut in aduẽtu Sennacheribi: si tua sententia vera est, delusus est Paulus & nos lusit: Nec defore scio, qui sensum hunc litteralem esse dicunt, currunt enim ad illud illicò, nec est quisquam tam malus,quin suos habeat patronos etiam viros optimos, quòd vir bonus sæpè tyro est: nemo,vt inquit ille,faciliùs decipitur,quasi verò sensus spiritalis sit, quoties aliquid ex authoribus ingenio ad aliud accommodatur. Eadẽ opera Homerus,& quiuis ex Poëtis propheta de Christo dicetur, quis enim versus est,quin ad aliquid œconomię redẽptionis, ingenio possit applicari? magno emerẽt Iudæi,vt hoc nos reciperemus,vt vere dicere possent,quod ait Eucherius in lib.4.Reg.in fine,ingenio fieri,vt prophetas ad significationẽ Christi interpretãdo vertamus. Figurę quę sunt de Christo (totum enim vetus testamentum typus est nouí) ita sunt figurę,vt res tota sensu sit tincta,& veritatis expressissima imago: vt exaltatio serpentis in deserto,vt medicina fieret morsibus serpentum: vt agnus paschalis immolatus,qui typus erat illius qui sicut agnus coram tondente,&c.& manna,quod de cælo datum est veteribus patribus,vbi veritas ipsa post euangelicã lucẽ ipsa se prodit: Iudæos in hac re nihil est quòd refellamus, magna necessitas est,quę illos cogit res multùm inter se distantes coniungere,& nunc quædã de captiuitate Babylonica,rursum alia de Sennacheribo interpretari. Nó possunt vobis,ô impij Iudæi,diuersa prodesse: eligite,vtrũ velitis,si de captiuitate Babylonica sermo est, quas reliquias hîc narrat Propheta,cùm oẽs Iudæi captiui sint ducti aut perîere? Si de Sennacheribo, nó cõuenit illud: Terra vestra deserta. Sed prophetas furere aiunt, nũc hæc,nunc illa fundere oracula,furiunt ipsi,prophetę non furiunt: qua de re suprà pluribus est dictum. Si ergo interpretere scripturam, vt Iudæi,omnia inter se dissident: si verò sequaris veteres patres, mutuo omnia cohærent,consentiunt inter se omnia,vt illud omittã nó verosimile esse prophetas 70. annorũ vastitatem Iudææ vidisse,hanc verò quæ mille quingentos durat annos non vidisse,& quòd suprà dixi, hæc huius Prophetę verba captiuitati Babylonicæ non conueniunt.

A

C

D. HIERONYMVS.

Audite verbum Domini,principes Sodomorum: percipite auribus legẽ Dei nostri,populus Gomorrhæ.

LXX. VIRI.

Audite verbum Domini, principes Sodomorum: attendite legem Dei nostri populus Gomorrhæ.

DHierony.ex loco superiore,quem citat D.Paulus & interpretatur de temporibus Christi liquere ait superiora omnia, nõ de captiuitate Babylonica esse dicta, sed de temporibus Christi & eius passione, vsus illa regula interpretandę scripturę veterum patrum, vt si de sensu alicuius loci ex Apostolo, aut Euangelista, aut sanctorum consensu liqueat cohærentia omnia & coniuncta,eodẽ referantur. Orige. in cap.Matth.26. tract.35. interpretatur illud: Ne tu multus fiat in populo, verè populus erat Gomorrhæ qui dixerunt: Crucifige, crucifige, tolle talem de terra. Conuenit enim hic locus Esaię illis insidiantibus Iudæis, qui fuerunt temporibus Christi: & quòd dicit Ezechiel ad Hierusalem: Iustificata est magis Sodoma ex te,magis tamen conuenit hoc Hierusalem,super quam Dominus fleuit, quàm conueniebat Prophetę tum omnis creaturę,in crucem sustulerunt: & propter atrium illud,in quo consilium fecerũt contra Iesum,desolata est Hierusalem,non enim oportebat superesse ciuitatem, quę occiderit omnes prophetas,& posteà interfecit Dominum vniuersę creaturę. Idem Origenes contra Celsum lib.4.hanc historiam Sodomę & Gomorrhę,typum esse passionis Christi innuit,quę res facit,vt magnoperè annotandum putem,quòd in sequentibus apparebit,Lxx.viros docere nos,quoties Esaias,aliusue Propheta,has historias veteris testamenti,suis vaticinijs intẽxunt,significare typum esse eorum vaticiniorum,de quibus sermo est. Accipe ergo, quonam modo Procopius typum esse dicet hanc historiam Loth,passionis Christi: primum omnium Loth, qui

Canon scripturæ.

Sodomæ historia.

Typus temporũ Christi.

Explanatur typus historiæ Sodomorum.

A Loth qui typus Christi est,Latinè sonat idem quod inuolutus & tectus: Deus verbum porrò erat inuolutus & tectus humanitate,vnde ab hoc eodem Propheta, dicitur Deus absconditus, qua de re lege quę scripta sunt in cap.45. hinc ergo putat Procopius apud Hieremiam & Ezechielem dictum esse,maius peccatum peccasse Iudæos Sodomitis: Sodomitę enim,Loth repulerunt: Iudæi Christum,qui tantò maior est,quantò typus & vmbra ipsa veritate minor est quantùm homo Deo est inferior: Sodomitę repellebãt hospitem, Iudæi illum qui in propria venerat: illi in angelos,hi in Deum peccauerunt. Hæc Procopius: Nec te perturbet,quòd veteres patres angelos illos duos, personam Filij,& Spiritus sancti referre aiunt, in quos peccauêre Iudæi,& adhuc peccant, cùm negant Filium & Spiritum sanctum,cuius typus erat,quòd Sodomitæ in duos angelos fuêre impij,in Filium & in Spiritum sanctum, quòd vt significaretur, substitit ex tribus angelis, vnus, qui Patris personam referebat, ne te hæc perturbent, quanuis enim hi duo angeli Filium & Spiritum sanctum referebant, rectè Procopius Sodomitas in angelos ait peccasse, Iudæos in Deum. Pergit Procopius: in Sodomitis decem non
B sunt inuenti: in Hierusalem,ne vnus quidem, vt est apud Hier. Sodomitę, publicè contra naturã, brutis irrationabiliores, canibus impudentiores, vt ait Chrysost. in 1.cap.epist.ad Roman. sermo.4.in fine: peccare volebant, & comprimebant Loth,& affligebant: Iudæi publicè consilio inito, dixêre contra Deum: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? & publicè surrexêre omnes contra Deum,& affixêre Loth. 1. Deum tectum & absconditum, hoc est Christum, hoc enim significat hæc vox Hebræa Loth: si ergo, vt Chrysost. (inquit) peccatum Sodomorum contra naturam, quo se ostendere irrationalibus peiores, canibus impudentiores fecit, vt Deus ignem inextinguibilem gehennę hominibus ostenderit, vt posteri crederent post resurrectionem esse gehennam,& meliora saperent: tale enim, inquit, fuit Sodomorum incendium, quale futurum est incendium gehennę, quid futurum erat contra illos, qui contra naturam peccauerunt,& contra Deum. Cœpêre enim consilia contra Deum, quòd contra naturã est, vt apparet fecisse, cùm dixêre: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, nam vt dicendum alibi est latiùs, sciebant Deo peculiare esse, vt cùm introducere legem vellet, aut nouam politiam, facere signa & miracula, vt docet Chrysost. in cap.4. Matth. homi. 14. his ver
C bis: Ingressus Dominus in synagogas non modò prædicabat, sed etiam signa edebat, quando enim nouum fit aliquid atque inopinatum, & politię alicuius introductio, signa Deus facere consueuit, præstans quædam signa suę potentię: & posteà in cap. 5. eiusdem Matth. homil. 15. solitum Dominum ante doctrinam præmittere signa & miracula, vt facillimè crederent, cum ergo faceret Dominus hæc, & se Deum esse testaretur, & diceret: An non nostis quia ego in patre, & pater in me est? edebat multa miracula & signa, vt nemo posset ei abrogare fidem, & non rogans, sed cũ potestate dicebat & imperio: Tolle grabbatũ tuũ, & ambula: volo sanare: hoc cùm videret Iudæi, intellexêre id & dicebãt: Quid facimus? quia hic homo magna signa facit & miracula, & omnes ei credent, ergo parabant aduersari Deo & eius consilijs obsistere, quod contra naturam est: naturaliter enim cognitum est, Dei consilia impediri nullo modo posse, & affectabant ignorantiam, ne agnoscerent Christum Deum esse, quem multis videbant editis miraculis dicere se esse Deum. Pergit Procopius, vt Sodomitę Loth consilia auersabantur, quòd aduenam venisse dicerent, vt apud ipsos habitaret, non iudicem, sic hi
D auersati sunt Christum, cùm sustulêre vocem, & dixêre: Crucifige, crucifige. Iustinus quoque in dialogo aduersus Tryphonem, historiam Sodomę, Iudæorum typum esse putat: Sodomitę inquit, Loth auersabantur & afflictabant, & conuicijs afficiebant: erat enim olim conuitium, aliquem vocare aduenam, quòd eos à nefario scelere deterrebat, sic Iudæi Christum, quòd corũ scelera reprehenderet, afficiebãt conuicijs: Nónne benè dicimus nos quòd Samaritanus es, & dæmonium habes? & similibus: igni de cælo absumpti sunt Sodomitę, igni deletę sunt omnes vrbes Iudææ, ita vt si attentè Iosephum legas, igni de cælo conflagrasse templum Domini, & vrbs Hierosolyma videatur: percussi sunt cœcitate Sodomitę, percussi sunt Iudæi cœcitate, Origenes in cap.24.Matth.tract.30.in illa verba: Videbunt Filium hominis, vt Ioannes inquit in Apocalypsi: Locũ in quo Dominus est crucifixus, vocauit Sodoma: sic hoc loco Esaias Sodomam & Gomorrham vocauit Hierusalem. In eadem sententia est Irenæus libr.4. cap.8.& si non explanat typum, tamen historiam Sodomæ typum esse putat, vastitatis Hierusalem. Iudæos enim ait similes Sodomitis transgressione,& eadem apud Iudæos quæ apud Sodomitas fuisse peccata,& propter similem operationem eodem vocabulo fuisse appellatos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

denique eadem veterum patrum sententia est. Lege Irenæum lib. 4. capit. 51. si reliqua quæ spectant ad typum vis attexere. A

D. HIERONYMVS.

Quò mihi multitudinem victimarũ vestrarũ? dicit Dominus: Plenus sum, holocausta arietum, et adipem pinguũ, et sanguinem vitulorum, et agnorum, et hircorum, nolui.

LXX. VIRI.

Quid mihi multitudo victimarũ vestrarum? dicit Dominus: Plenus sum holocaustis arietum: & sanguinem taurorum, & hircorum non volo.

EVseb. lib. 1. cap. 4. plurimis verbis exequitur, cur spiritus sanctus vnũ quendam præscripsit locũ Hierosolyma, intra quem, & alibi nusquam veteris legis sacrificia perfici possent, vnde dirutis Hierosolymis ad nostra vsque tempora, Iudæi nec habent sacrificia, nec altare excitant, neque vngunt sacerdotes, neque reges, neque celebrant festos dies veteris legis, neq; dona Deo offerunt, quod intra Hierosolyma tantùm hæc facere licebat, hic enim locus præscriptus est & præfinitus veteris legis cæremonijs, alibi nusquã licet hæc facere: vndè Iudæi obnoxij maledictioni Mosis sunt, quædã enim seruare contendunt, in vniuersis legirupæ sunt, & pleraque nisi Hierosolymis facere non possunt, vndè maledictioni Mosis sunt obnoxij, qui apertè scripsit: Maledictus omnis qui non manet in omnibus scriptis in lege vt faciat ipsa: quæ scripsisse ait Mosen quod spiritu sancto plenus, prospexerit testamentum nouum, per Christum sanciendum, & dandum omnibus nationibus, & superuacuam vidit esse eo tempore legem veterem: quam merito intra vnum concluſit locum ea causſa, vt si pellerentur Iudæi illo loco, & excluderentur ea regione, intra quam solam præfinisset, celebrari posse sacrificia veteris legis & cærimonias, non possent vllo modo legem veterem seruare Iudæi & intelligerent nouum testamentum, quod per Christum erat sanciendum, recipere oportere. Lata igitur à Christo lege noua, statim Romani ab imo vertere Hierosolyma, & incendere templum domini, & sic antiquata est lex Mosis, quod Hierosolymis tantùm seruari poterat, alibi non poterat: & iam ex eo tempore Iudæi maledicto Mosis sunt obnoxij, quod quædam ex lege faciunt alibi quã Hierosolymis, quod contra legem Mosis est, & maledixit Moses ijs, qui contra legem facerent, neque seruant omnia quæ sunt in lege, quod Hierosolymis tantùm possunt ea fieri, & maledixit Moses omnibus qui non seruant omnia, quæ sunt in lege scripta. Hoc ergo prædicit Esaias, cùm enim præsignificasset vastitatẽ Hierosolymorum, quasi respondeat Dominus tacitæ obiectioni, quæ poterat esse, si vrbs Hierosolyma subuertatur, neque sacrificia veteris legis, neque festos dies, neque solenitates, nec alias cęremonias seruari posse, quod cautum lege Mosis sit, ne alibi hæc fiant quam Hierosolymis, quasi tacitæ, inquam, obiectioni respondeat Dominus, ait peracta œconomia redemptionis, se iam nolle sacrificia veteris legis: quin ideo ea omnia quæ in lege veteri fiebant, cauisse lege veteri, vt in vno tantùm loco fierent, neque tantùm lex vetus seruari poterat, simul deleretur lex vetus. Amb. in Psal. 45. Vbi venit veritas, cessauit figura inquit: inde his verbis: Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? abrogatio veteris legis significatur: sic etiam hunc locum explanat Irenæus lib. 4. cap. 32. & Cyprianus aduersus Iudæos lib. 1. cap. 13. significari his verbis ait, q̃ sacrificiũ vetus euacuaretur, & nouum celebraretur. Tertul. aduersus Iudæos in fine cap. primi: Quomodo, inquit, reprobata sacrificia intelliguntur illo loco Esaiæ: Quo mihi multitudinem sacrificiorum? sic sacrificia spiritualia nouæ legis accepta prædicãtur. & Euseb. demonstrat. Euangel. libr. 2. cap. 36. cùm mul ta de hoc cap. disputasset, interpretãs postremum hũc locum, inquit, subiungit propheta abrogationem legis Mosis, & legis nouæ introductionem, & testamenti noui, quod promissum est omnibus Gentibus, per lauacri regenerationem. Et aduertendum est Cyprianum, Tertullianum, & Euseb. hoc loco vti, ad refellendos Iudæos & hoc loco ostendere sacra Iudæorum esse abrogata negareque, posse Iudæos huic tam aperto testimonio aduersari, vt posteà apparebit iuxta tralationem Lxx. virorum. Te rogo, quid facere volebas Iudæos, redactos in summas angustias à nostris maioribus? vnde elabi non possent, tu te dispice & etiam atque etiam B C D

A etiam cogita, si saperent quidẽ, initiarentur Christianismo, sed si perstare in impietate volunt: quid faciẽt? quo se vertent? tenẽtur manifestissimis argumẽtis, neq; elabi possunt, necesse est aliquam reperiãt rimam, qua effugiant, nam veteres patres negabant huic tam aperto testimonio Iudæos posse aduersari. Ergo distinguunt aliter lectionem hebræam, vt aliò hunc locum possint referre. D. Hieronymus necesse habuit sequi distinctionem lectionis Hebraicę, quã videbat in codicibus Hebræis, quod, vt sæpè diximus ex epistola Origenis ad Aphricanum, necesse est agnoscere lectionem Hebrçam, & sic vertere, vt vulgò distincta est, vt concesis, & confesis in disputationibus aduersum illos vtamur testimonijs, tamen D. Hieronymus eodem modo explanat, quo cæteri veteres patres, & abrogationẽ veteris legis his verbis ab Esaia significari putat, nam lectio Hebræa, etiam aliter dispuncta quàm dispungunt Lxx. viri huc spectat tamẽ. Igitur tralatio. Lxx. virorum distinctionem antiquam lectionis Hebrææ nobis repręsentat, confirmatque sententiam D. Hieronymi, & refellit Iudæos, & ostendit apertè his verbis abrogari sacrificia veteris legis, & eorum solennitates: quem sensum verisimum esse hinc conijcies, quòd veteres patres apertè negant, Iudæos huic tam manifesto testimonio posse contradicere, & quòd Iudæi necesse habuerunt aliter distinguere lectionem Hebræam vt elabi possent: nam. CCC. annis ante tempora Christi ita erat distincta, vt distinguũt Lxx. viri. Huius rei Lxxii. Iudæos testeis habemus, & vniuersos Iudæos, qui per nongentos penè annos, vt ostendimus, vsi sunt tralatione Lxx. virorum, tanquam probatissima & fidelissima, quoad intellectum est manifestissimis eius testimonijs redargui Iudæorum impietatem: magna ergo necessitas fuit, quæ Iudæos coëgit aliter distinguere lectionem Hebræam, neque certè vlla alia, quàm vt rimam aliquam aperirent, vt elabi possent: nam cur mutarẽt interpunctionem antiquam, quam Lxxii. testes testarentur esse verisimam? nihilo seciùs tamen vtraque distinctio abrogationem legis veteris significat, dispunctio tamen Lxx. virorum Iudæis obturat os, Ergo D. Hieronymus se quutus interpunctionem lectionis Hebræę, sic dispunxit Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus, & illic adposuit distinctionem, eodem modo interpunxêre Lxx, deinde D. Hieronymus: Plenus sum: appositа rursus illic distinctione. i. abundo meis, non quæro vestra, vt explanat Ambros. de interpellatione Daniel in fine. Ac rursus nouo initio: Holocausta arietum, adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolo: quibus verbis planè, & apertè reijciuntur sacrificia veteris legis, vt docet Hieronymus: Lxx. quòd indeclinabilia nomina sunt apud Hebręos, & quo uis casu verti possunt sic distinguunt & vertunt: Plenus sum holocaustis arietum, & illic apponunt dictinctionem, quasi dicant: Satias cœpit me iam sacrificiorum veteris legis, deindè nouo initio, sanguinem taurorum & hircorum nolo, deest enim vna dictio ex lectione Hebręa: est enim lacera, & trunca tralatio Lxx. virorum, quæ castiganda est. Ex lectione Hebræa sic hæc legenda sunt, vt ter repetita oratione sacrificia veteris legis repudientur: Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum holocaustis arietum, sanguinẽ taurorum, & hircorum nolo. Potuit ne apertiùs reijci & abrogari lex vetus? Atqui hæc nihil sunt, si conferanur cùm sequentibus, quibus plenissimè repudiat Iudæos de quibus statim dicemus, si priùs cùm D. Chrisost. eius genibus aduolutus, paulisper disceptem, qui aduersus Iudæos oratione 4. quærit, cur D. Paulus hæc & alia testimonia prophetarum non citarit: quibus planè excluduntur Iudæi, & repudiantur sacrificia veteris legis, cùm alia loca minus aperta citarit, ad Rom. 11. & causſam putat quod Iudæi his verbis negant antiquatam esse veterẽ legem, neque repudiatã quod esset imperfecta, neque quòd inducta sit maior, nostra videlicet religio, sed propter improbitatem illorum qui sacrificia offerunt, quod probant verbis sequẽtibus. Si extenderitis manus vestras auertam faciem meam, quia manus vestræ plenæ sunt sanguine. Hoc inquiũt Iudæi: non est sacrificia accusare, sed offerentium iniquitatem criminari. Hæc Iudæi aduersum nos, vt inquit Chrisost. Iudæos refellemus hoc loco, & cùm infrà explanauerimus verba Esaiæ, quæ secum facere putant Iudæi, redeo ad D. Chrys. O magne diue, si Paulus non citasset hunc locum, quod Iudæi aliò referunt, & aliter interpretã tur, neque Paulus, neque Euangelista vllus, neque apostolus, atque adeo nec ipse dominus vlla citassent scripturæ loca, sciebant enim aliter interpretaturos Iudęos, & scripturarũ sensa inuersuros, quòd si ea ratione deductus Paulus, hoc non citasset testimonium, nullum sanè citasset: omnia enim inuertunt Iudæi, & vix vllum locum reperies in scriptura sic explanatum à Iudæis, vt enodatur ab apostolis & euangelistis, sunt enim cœci, neque veritatem scripturarum videre vllo modo

Tralatio Lxx. confirmat sententiam D. Hieronymi & sanctorum patrũ.

Dubiũ propositum à Chrysost.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modo possunt. Cur ergo dices, Paulus obscuriora citat, hæc apertissima testimonia non A
citat? hoc enim quærit Chrysost. & hac nos vrget interrogatione, nempè quòd Paulus, in quo
Christus loquitur, vt ait idem Chrysost. more optimi præceptoris obscuriora enodat, neq;
omnia loca scripturę citare habet necesse, quod Euangelium, compendium dicitur, quod vti
que non esset, si omnia repeterentur legis veteris testimonia, & magis è re nostra facit, cùm
enucleat quæ obscura sunt, quod dilucidiora ab illo edocti facile intelligemus. Esse autē hęc
manifestissima testimonia, docet eodem loco idem CHRYSO. his verbis, quòd autem ha-
buerit Paulus testimonia tum maiora tum vehementiora, oēs confitebuntur: ait enim Esaias:
Plenus sum holocaustomatis arietum: & adipem agnorum, & sanguinem taurorum, & hirco
rum, nolo. Et oratione. 1. aduersus eosdem Iudęos, sic hūc locum explanat his verbis: Qua gra-
tia o Iudæe tuam vrbem Hierosolyma demolitus est Deus? nam si voluisset sacrificia veteris
legis remanere, alterum è duobus illi faciendùm fuit, aut non debebat præcipere vt vos Iudęi
vno tantum in loco sacrificia faceretis, cùm vos per omneis mundi plagas esset dispersurus: B
aut si volebat vos in ea tantum vrbe sacrificare, illam erat seruaturus: ergo Deus, qui voluit
abrogare legem veterem, non solum debuit vos per vniuersum orbem dissipare, verum etiam
solam illam ciuitatem desertam, & inaccessam reddere, in qua sola victimas iusserat immo-
lare. An secum pugnat Deus? qui vno in loco sacrificare iusserat? & rursus ab hoc ipso loco,
quem præscribit, excludat? Nequaquam, &c. Ergo hoc insolubile argumētum est, hoc diluāt
Iudæi, & Iudaizantes, quod est argumentum omnium veterum patrum aduersum Iudæos, &
quo facilè euincitur, dirutis Hierosolymis vbi tantū poterant fieri sacrificia veteris legis, ab-
rogata esse omnia sacrificia veteris legis. Quòd vt paulò infrà ait CHRYSO. nullo orbis lo
co permisit Deus sacrificia fieri nisi in vnis Hierosolymis, dirutis Hierosolymis, vel inuitos
abducere voluit illos à victimis, nam si palàm dixisset, desistite, haud quaquā facilè ab immo
landi insania destitissent, ergo subuerso templo necessario destiterunt, quòd vt alibi dicē
dum est ex eodem Chrysosto. centies instaurari in inuidiam Christianorum à tyrannis ini-
micissimis Christiano nomini in gratiam Iudæorum est cœptum, & miraculo sunt impediti à
domino, neque enim templum, neque Hierosolyma, neque vrbeis Iudæę passus est vnquam
instaurari, neque patietur vllo vnquam tempore: Hæc diluant Iudæi, his respondeāt, quę pla C
nè significat tralatio Lxx. virorum, vt diximus, quod etiam tralatio. D. Hieronymi. significat.

Cur post Christi crucem sunt diruta Hierosolyma.

D. HIERON.	*LXX. VIRI.*
Cùm veneritis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atrijs meis?	
	כִּי תָבֹאוּ לֵרָאוֹת פָּנָי	Cur venitis ad videndā faciē meā?
	מִי בִקֵּשׁ זֹאת מִיֶּדְכֶם	Quis quæsiuit hæc de manib⁹ vris?
	רְמֹס חֲצֵרַי לֹא תוֹסִיפוּ	Calcare atria mea ne addatis.

Dictum est commentario proximo, veteres patres hoc vaticinio ostendisse sacra veteris
legis esse abrogata, & affirmasse Iudæos non posse huic tam aperto testimonio aduersa-
ri. Et de superioribus verbis dictum est, quàm planè hoc ipsum, quod diximus, præferant.
sed multò manifestiùs verbis sequentibus hoc significandum promisimus. Ergo tralatio D.
Hieronymi hoc significat, neque hoc solùm sactificia veteris legis, nó propter se accepta fuis-
se Deo, sed quòd essent typus nostri sacrificij, hoc enim significant verba hæc: Cùm veneritis
ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris? id est: Non requirebam ego D
sacrificia veteris legis, ait Dominus, cùm veniebatis in templum meum, sed quòd essent typus
noui sacrificij, mihi erant accepta, neq; olim erant mihi grata propter se, sed propter typum,
& nunc cùm venerit veritas, cessauit vmbra, quod verba hæc significant: Quis quæsiuit hæc
propter se: neq; nunc, cùm veniebatis in atria mea? id est, neque anteà requirebam hæc sacrificia
refert, vt diximus ex Chrysostomo? negant hoc Iudæi, nostrū hoc aiunt esse commentum:
Iudæi omnia inuertunt & in daizantes. huius loci sensum esse dicunt, Dñm non requirere sacrificia, sed cor contritum, & hoc loco
non auersari Dominum sacrificia, sed offerentium iniquitatē criminari: hæc Iudæi referen-
te D. Chrysosto. & multis nostrorum hoc persuasere Iudæi, nam conquestus alibi sum,
quòd nostri clamoribus Iudæorum, cessere aliquando, quòd tot diuorum venia sit dictū:
nam vt dictum est, repetendumque est sæpiùs ex epistola Origen. ad Aphricanum cum
apertissima testimonia, & notissima de Christo quæ ora Iudæis obturarent, citarentur à no-
stris

A stris, nostros Iudæi obtundebant clamoribus, vociferabantur, nihil tale Hebraicè esse, falsis
testimonijs nostros cōuertere ad fidem nationes: nostri, modestiores ne dicā, an timidiores?
quod innumera loca alia essent, quibus nostræ fidei veritas probaretur, illis cedebant, & ita
interpretabantur illa loca vt Iudæi. Non audebant manifestissima Christi testimonia iuxta
tralationem Lxx virorum citare: timebant, ne verum esset quod Iudæi vociferabātur, & ab-
stinebant illis locis, ne falsis testimonijs scripturę vti viderentur: & eum sensum esse dicebāt
qui consentaneus esset tralationibus Symmachi, aut Theodocionis, aliorumque Iudæorum.
Et sic Hilarius in enarratione in psalm. 2. & CYPRIA. aduersus Iudæos, & AMBRO. de
interpellatione Dauid, distinctionem D. Hieronymi sequūtur, quæ eadem est Symmachi,
scripsere enim ante editam tralationem D. Hieronymi inter loca quæ raro attinguntur à ve-
teribus patribus, quod clamoribus negarent Iudæi quidquam tale esse Hebraicè, & hic locus
est iuxta tralationem Lxx virorum quo apertè repudiantur Iudæi, quanquam & iuxta trala-
tionem D. Hieronymi satis planè repudiantur, vt diximus. Nam quod negant Iudæi accu-
B sari hic sacrificia, sed offerentium iniquitatem, facile confirmari potest, & probari: nec enim
Deus mutus est, vt quid velit eloqui non posit: si iniquitatem repudiasset, non sacrificia reie
cisset, sed iniquitatem: si grata sunt sacrificia veteris legis, & bona, non auersaretur sacrificia
sed offerentes: sed hoc planè significāt inquam Lxx viri, qui sic vertere: Nec veneritis appa-
rere mihi: vel nequaquam veniatis in cōspectū meū, sic enim hūc locū citat D. CHRYSO.
in oratione 1. aduersus Iudæos, & his verbis excludi Iudæos putat, & repudiari veterem legē.
Et CYPRIA. aduersus Iud. lib. 1. ca. 6. Nam superiore commentario Eusebium, Tertullianū
& alios citauimus, qui totum hunc locum interpretantur, sed dices Græcè quidem sic esse, ne
gabis sic esse Hebraicè, verba Hebræa sunt לָמָּה cur, aut quare (nam hoc etiam significat hæc
vocula) תָּבֹאוּ venitis, aut venietis. לֵרָאוֹת ad videndum. פָּנַי faciem meam. 1. Quare venietis
ad videndum faciē meā? quorsum venitis ante conspectum meum, qua oratione quis non vi
det reijci Iudæos? & si cōuenienter superioribus explanari oportet, quis nō videt Iudæos re-
pudiari post crucem Domini si sic lectionem Hebræam distinguas? Deindè: Quis quęsiuit hęc
de manibus vestris? quæ verba CHRYSO. in cap. 12. epist. ad Rom. sermo. 20. in principio
C citat, & ait, his verbis & aliās sepenumero, repellere deprehenditur Dñs sacrificia Iudæorū,
nostrum verò nequaquam. CYPRIA. aduersus Iudęos li. 1. cap. 16. his verbis euacuatum ve
tus sacrificium, & nouum introductum putat, cùm apertè dicat dominus: Quis quæsiuit hæc
de manibus vestris? & Epiphanius lib. 3. cótra Photinianos, cùm Iudæos apellasset reiectos, &
repudiatos hoc versiculo probat: Quis quæsiuit hæc de manibus vestris? & Hebraicè sic est, si
aliter destinguas מִי quis, בִּקֵּשׁ quæsiuit, זֹאת hoc, מִיֶּדְכֶם de manibus vestris? i. Quis quæ-
siuit hæc de manibus vestris? Quibus verbis planè negat dominus se velle sacrificia Iudęorū.
omnibus Iudæis dixit, quorsum venitis ante conspectum meum, omnibus dicit, Quis quæsi-
uit hæc de manibus vestris? repudiat ergo apertè omnes. Postremò, Calcare atriū meum nō
apponetis: potuit planiùs? potuit apertiùs, quàm quum ingressu domus suæ Iudæis dominus
interdicit? nequaquam intretis, inquiens, ampliùs in domum meam. nescio an perspicuè ma-
gis & dilucidè dominus potuerit excludere Iudęos. GREG. Naziāzenus in oratione ad. 150.
episcopos sic legit hunc locum, & interpretatur: Calcare atrium meum ne addatis, calcabunt
enim ipsum mansuetorum pedes qui nouerunt me, & filium meum vnigenitum: & Hebraicè
D quoque sic est, si aliter interpungas quam Iudęi interpungunt Hebraicam lectionem, רְמֹס cal-
care תֲּצֵרַי atrium meum לֹא תוֹסִיפוּ ne apponatis. Vertant se Iudæi in mille facies his verbis
fateantur se teneri necesse est, cùm dicatur illis à domino: Ne apponant vltra calcare atria do-
mini, idque re prestitit dominus cùm illud deleuit armis Romanorum, vt cū iussi non abstine
rent ingressu templi, vi cogerentur, quanquam & confessi sunt se hoc oraculo teneri constri-
ctos, quando interpunctionem antiquam Hebrææ lectionis mutauere cuius testeis habemus
Lxx duos viros doctissimos gentis Hebrææ: magna necessitas est quæ illos id facere coegit.
Sed Vatablus probat sententiam Iudæorum, quam suprà diximus ex Chrysostomo, non re-
pudiat, inquiens, sacrificia veteris legis, sed sola: vbi est quæso te verbum quod tu addis? sola:
cùm sensum huius loci dicis: Solis sacrificijs non potestis me placare, nescis literis sacris nihil
esse addendū, aut detrahendū, sub diris imprecationibus? nescis ad hoc exemplū quiduis pos-
se effici, si liceat subaudire quæ voles? ait Dominus: Nauseam mihi mouent sacrificia vestra,
& addis de tuo: si sine fide fiant: vetat Iudæos in conspectum suum venire, addis tu, sine fide:

Probatur his locis, excussa esse sacrificia veteris legis, & Iudæi refelluntur.

vetat

Universidad de Deusto
Biblioteca

vetat Dñs Iudæos calcare atria sua,addis tu, sine fide: ergo loqui non licebit Deo per Iudæos, A
quando Iudæi omnia eius responsa detorquent aliò,si sine Christiana fide dicerent:non rectè
adhuc dicerent,quòd sacrificia veteris legis omninò repudiãtur. Nec Euthydemus Platonis,
nec alius quisquam Sophista sic eluderet disputantium dicta, verborum præstigijs & arte fu-
bdola,vt Iudæi eludunt diuina responsa. Non enim est demonstratio (vt inquit Aristoteles)
ad exteriorem sermonem, nam irretitus aut constrictus vinculis demonstrationis peruicax
potest reluctari,ne Vatablus aut quisquam miretur Iudæos,quod centies victi, repugnent, &
mille vinculis demonstrationum constricti(velut Proteus olim)effugiant vincla, quòd non
est demonstratio, inquam, ad exteriorem sermonem, verùm cùm stulta respondent & stoli-
da,se fatentur victos: sciunt enim scripturæ nihil esse addendum, nihil detrahendum: hæc
vidisse oportebat Vatablum, & alios viros bonos, nec Iudæorum fallacijs decipi. Sed vt re-
deam ad id vnde sum digressus,IRENAE.lib.4.ca.32.nouũ testamentum his verbis pręsigni
ficari docet,& vitæ sanctimoniam præcipi: ne mireris apud veteres patres, nunc ad hæc,nũc B
ad illa referri,quòd vtrumq; hoc loco significatur.

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Ne offeratis vltrà sacrificium fruſtrà: incensum abominatio est mihi: neomeniam,et sabbatum,et festiuitates alias non feram.	Si obtuleris siliginem vanũ, incensum abominatio mihi est, neomenias vestras,& sabbata,& diem magnum,non feram.
הָבִיא מִנְחַת שָׁוְא	Venire facere sacrificium vanum,
קְטֹרֶת תּוֹעֵבָה הִיא לִי	incensum abominatio est mihi,
חֹדֶשׁ וְשַׁבָּת קְרֹא מִקְרָא לֹא אוּכַל	nouiluniũ,& sabbatum, & vocare vocationem,
	(non ferre possum. C

QVod D.Hieronymus vertit:Ne offeratis vltrà sacrificium fruſtrà:Hebraicè, si vertas ad
verbum,est:Ne addatis facere venire sacrificiũ fruſtrà,pro quo D.HIERO.dixit:Ne
offeratis vltrà sacrificium fruſtrà:expresit enim sententiam lectionis Hebrææ,non vertit le
ctionem Hebręam ad verbum, verùm lectio Hebræa ad verbũ reddita est, ne addatis facere
venire sacrificium fruſtrà,ex qua oratione priorem partẽ,ne addatis, Lxx.viri superioris ora-
tionis fecêre finẽ,vertêre enim: Calcare atria mea ne addatis,& sic nouo initio vertere:Facere
venire sacrificium vanum.i.vanum est vobis facere venire huc sacrificium ampliùs, excludit
enim Iudæos, & repudiat,vt dictum est superioribus commentarijs. Vtriusque tamen trala-
tionis eadem sententia est:repudiantur enim Iudæi,cùm illis dicatur:Ne offeratis sacrificium
fruſtrà.i.Ne offeratis ampliùs sacrificia,quæ vobis non sunt profutura,&:vanum est vobis fa
cere venire huc sacrificia.Quibus verbis tam planè excluduntur Iudæi, vt nihil possit planiùs
dici.Sed quod,minchà,vt rabbini aiunt,significat holocaustum, & iuxta aliorum rabbinorũ
sententiam,sacrificium ex fructu terræ.D.Hieronymus reddidit,sacrificium. Lxx vertêre sili D
ginem,nec malè: nam sunt qui putent,minchà, esse nostrum sacrificium secundùm ordinem
Melchisedech,qui panem,& vinum obtulit, vndè nostram missam dictam quidam putant:
nec illud obstat,quòd quidam nostri Theologi ex pane siligineo negant Christi corpus posse
confici,credidêre enim quòd siligo id esset quod nos vulgò centenum nominamus: est enim
siligo tritici genus lectissimum.Ergo Lxx,pro venire facere siliginem vanum,reddidêre:si ob
tuleris siliginẽ vanũ. Deinde:Incensum abominatio est mihi, nempè quòd vt ait AMBRO.
in cap.1.Lucæ.li.1.de ingressu Zachariæ in templum domini: & in præfatione in psal.45. Et
AVGVS. in cap.7.euang.Ioan tractatu 28 in illa verba: hæc cùm dixisset,ipse manſit in Ga
lilæa:vbi venit veritas cessauit vmbra:& idem dictum sit de sequentibus: verùm quod D.Hie
ronymus vertit,festiuitates alias,Hebraicè est,conuocare cõuocationem,nam lectio Hebręa
sic ad verbum reddi posset, neomenias & sabbata conuocare conuocationem non ferã.Ve-
rùm quod conuocare conuocationem,forma dicendi Hebræa est,qua festi dies significantur
quòd ad celebrationem festorum dierum,conuocatur conuocatio Iudæorum.i. conuoca-
bantur

A bantur Iudæi,pro,conuocare conuocationẽ reddidit D.Hieron.festos dies.i. festiuitates om-
nes,quibus conuocatur conuocatio,vt sit sensus:post crucẽ Domini sabbata,neomenias, & fe
stiuitates omnes,repudiari à Deo,quod ante crucem Domini typi erant Christi,et œconomię
redẽptionis,&Iudæi,qui hæc celebrabãt,Christũ,sub his vmbris adorabant, vt nos vere ado
ramus,& grati erant Deo,quod eandem fidem colebant,quam nos colimus, & eundem Chri
stum sub vmbris adorabant,quem nos adoramus. Post crucem verò domini erant hæc om-
nia ingratissima Deo cùm à Iudæis celebrabantur,quòd quẽ sub his vmbris confitebantur &
agnoscebant,cruce affecerant,& persequebantur etiam postquam resurrexerat, in suis mem-
bris.Nam neomenias,& sabbata,& festiuitates Christi fuisse typos & vmbras notius est quã
vt à me dicendum sit.Sic Hieronymus vertit hũc locum.ISYCH.lib.2.ca.8.& alijs locis ad-
notat Lxx. viros euangelica nobis representare verba, quo argumento IRENAE. lib.3.cap.
25. afflatu spiritus sancti, textam tralationem Lxx. virorum colligit, quòd locis innumeris
B Lxx.congruant cùm verbis Euangelicis & apostolicis, quod factum reperies hoc loco: nam,
pro:Conuocare cõuocationem,pro quo D.Hieronymus reddidit festiuitates,seu festos dies,
quod forma illa dicendi apud Hebræos festos dies significet omneis, quibus conuocabatur *Sacrificia veteris legis, quãdo Deo grata, & quando ingrata.*
conuocatio Iudæorum ad celebrandos festos illos dies.Lxx viri magnum illum diem sabbati
de quo Ioannes cap.19.scripsit,sunt interpretati.Nouerant Lxx viri quid esset conuocare con
uocationem:sunt enim verba Hebræa notissimę significationis,in quibus vel puer nõ posset
allucinari:nouerant,conuocari conuocationem Iudæorum omnibus festis diebus,&ideo pro
omnibus festis diebus apud Hebræos accipi, conuocari cõuocationem, tamẽ pro magno illo
die sabbati accepere: & vt Ioannes dixit, ὑψηλὴ μεγάλη ἡμέρα, sic Lxx. viri, pro conuocare con-
uocationem,vertere: μεγάλη ἡμέρα, quòd si Hebraicè fuisset hoc verbum, non tantopere admi-
rarer concordasse cum verbo euangelij,sed cùm interpretantur scripturam,repræsentasse no
bis magnum illum diem sabbati,qui apud Ioannẽ est,dignum est quod admiremur. ORIG.
in Numerorum cap.28.interpretans hunc locum, quoniam in loco sancto, in die festiuitatis
occiderunt Dominum meum Iesum Christum:dicit Esaias:Neomenias & sabbata, & dies fe-
stos vestros odit anima mea: sequitur enim ORIG.tralationem Symmachi:suspectam enim *Magnus dies sabbati.*
C Iudæi faciebant suis clamoribus tralationem Lxx.virorum,quòd manifestissimis testimonijs
Iudæos configat:Ergo,dies magnus sabbati gratissimus erat Dño, cùm celebrabatur à Iudæis
passio Christi sub typo,& vmbra,eadem fide qua à nobis celebratur,& cùm Christus cruci su
ffixus à Iudæis adorabatur sub vmbra,vt à nobis verè adoratur. Cùm vero qui crucifixerant
Christum & qui regem gloræ in crucem sustulerant,typũ passionis Christi celebrabãt,vide-
bantur iactare se in immani illo facinore quòd in regem gloriæ admiserãt,& ideo sunt ingra-
tissimi.Idem ORIG. in illa verba Matt.Per diem autem solennem cõsueuerat pręses dimit-
tere vnum vinctum, arbitror propter istum diem festum Iudæorum in quo Barrabbas ad vi-
tam electus est,Christus damnatus,dominum dicere per prophetam, Ieiunia,& ferias & dies
festos vestros odit anima mea: & rursus ORIG.in Geneseos cap.24.homil.10.inquit:Iudęo
rum est dies certos & raros obseruare,& ideo dicit Deus:Neomenias vestras,&c. Christiani *Abroga-tio legis Mosis.*
omni die carnes agni comedent,& verbo Dei pascentur.TERTVL.aduersus Marcionem
libro.1.cap.6. Cessare dies festos neomenias, & sabbata probat post Christi passionem
his verbis. Et in libro, aduersus Iudæos cap.1.vbi hæc verba omnia citat, & sabbata notat,
D quæ temporalia erant, excludi: sabbatum vero æternum Christianis dari, hoc est cessatio-
nem à peccato, & requiem illam sempiternam, cùm erit perfecta sanatio & redemptio, id
enim est sabbatismus perfecta sanatio à peccato,& perfecta cessatio,&illa sempiterna beati-
tudo, qui sabbatismus æternus celebratur in cælesti Hierusalem.1.sempiterna quies. CY-
RIL.contra Iulianũ lib.9.diluit illud dubium,quòd per Mosem constituit dominus festum
legitimum sempiternum:rursum per Esaiam:nouilunia,& sabbata vestra odit anima mea, ait
enim quod vmbra significatum est,compleri veritate,multa enim prædicta sunt, quæ in vm
bra non complentur,in veritate conplẽtur,quòd perspicuum est: loquitur enim Deus verbis
& factis,queadmodũ verba prętereũt,ita & facta,cõpletur tamen id quod significatur verbis
& factis, hic idem CYRI. hunc locum explanat in Ioannem in illa verba: Vos ascendite ad
diem festum hunc,sed quando Lxx viri quòd vertit D.Hieronymus festiuitates vestras, red-
didere diem magnum,& concordant cum Ioanne Euangelista & significant diem illum ma-
gnum sabbati,scias quòd D.Hieronymus & Lxx. vertere,Neomenias vestras,& sabbata.&c.

Hebraicè

Universidad de Deusto
Biblioteca

posse quoque reddi:Mensem vestrum,& sabbatum,& diem magnum non feram : quòd He- A
braicè legitur,quodès,quæ vox Latinè sonat, Neomenia,calendæ,seu nouilunium:quibus no
minibus primus dies mensis significatur:significat etiã mẽsem,vt hìc significari posit, Deum
odisse mẽsem Iudæorum,quo immolabatur agnus,quod antea cultus huius mẽsis gratus erat
Deo,quòd sub typo & vmbra colebatur lex noua,& Christus:nam vt cap.12.Exodi significa-
tum est,mensis quo immolabatur agnus, principium mensium erat, typus principij Euange-
lici temporis,& dies magnus,& pascha,& immolatio agni,typi erant passionis Christi. Ante
Mẽsis quo immolabatur agnus. crucem ergo sub his vmbris typus colebatur à Iudæis,quem nos in veritate colimus, post pas
sionẽ Christi,quẽ colunt Iudæi sub vmbra,vere persequuntur,& ideo ait dominus: se mẽsem
& sabbata,diemq; magnũ Iudęorũ post crucem domini odisse. Itaque hoc loco : neomenias,
.i. primũ diem mensis,& primũ diem anni interpretabimur,& primũ mensem anni,nã paulò
pòst sequitur:Neomenia,aut calendæ,quod idẽ significat,& in sacris literis nihil redũdat.

D. HIERONYMVS.	*LXX. VIRI.*	B
Iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras,et solennitates vestras,odiuit anima mea.	Ieiunium,& ocium,&neomenias, & festiuitates vestras,odio habet anima mea.	

anima mea odit solennitates vras, & neomenias vras, ocium & conuocationes Afflictionem

נַפְשִׁי שָׂנְאָה מוֹעֲדֵיכֶם וּ חָדְשֵׁכֶם עֲצָרָה וְ אָוֶן

VAria significatio Hebræarum vocum,varias facit interpretationes D.Hierony.& Lxx.vi
rorum:nam אָוֶן auen frequentiùs sonat Latinè iniquum,vt reddidit D.Hierony. וְ ua cõ
iunctio copulatiua est,quæ sæpè apud Hebræos pro ornamento ponitur, & sic putat Hieron.
hoc loco poni, עֲצָרָה afara,cœtus,conuentus,congregatio,vt sit totum,iniqua &congregatio
vel iniqui,& cœtus , pro quo D. Hieron. reddidit iniqui sunt cœtus vestri: reddit enim sen-
tẽtiam, non numerat verba , ergo iniqui sunt cætus vestri,dicit propter iniqua cõsilia Iudæo
rum,quæ inierunt aduersum dominum. Lxx.viri hunc locum altiorem credidere habere sen
sum,& profundum magis: nam auen,ieiunium sunt interpretati,quod auen authore R.D. re-
ferente Pagnino in thesauro,afflictionem significat, & ab Esaia ca. 58. Ieiunium Iudæorum de
finitur afflictio,his verbis: Nunquid tale est ieiunium,quod elegi,per diem affligere hominẽ
animam suam? deinde Lxx.viri עֲצָרָה Afara vertere ocium , quòd à Mose duplex festum hoc
appelletur nomine , nam octauus dies tabernaculorum עצרת aseret dicitur Hebraicè , Leui-
tici cap.26.& paschatis septimus dies aseret quoque ab eodem Mose appellatur Deutero-
mij.17.vtrunque festum,authore.R.Ioseph ocium dicitur à Iudæis, vt vertere. Lxx . seniores
quod populus Iudæorũ hoc die prohiberetur opus seruile facere:Itaque ea causa est,cur Lxx.
seniores,quod.D:Hieronymus reddiderat iniquum cœtum, cùm verterit , iniqui sunt cœtus
vestri,verterint ipsi ieiunium , & ocium , legerintque vno spiritu & vna periodo : Ieiunium,
& ocium,& neomenias,& festiuitates vestras, odit anima mea : nam calendæ idem significãt
quod Græcè neomenia : itaque ocium , festum significat sanctissimum , de quo latiùs dicen-
dum est:est enim sensus:quandoquidẽ venit veritas has omnes cessasse figuras, quod ait Am
bros. & Augustinus. PROCOP. Christus,inquit,his omnibus solẽnitatibus significatus erat, B
aduenies ergo,omnibus finem imposuit. TERTVL.aduersus Marcionem lib.5.docet,præ
dictam esse,his verbis:Cessationem legis veteris & ceremoniarum , Idem sensit D. Hierony-
mus & Cyrillus & alij patres sed de his satis suprà dictum est . Sed quando loca illa Mosis in-
signia mihi esse videntur,dignaque quæ à veteribus patribus celebrarentur in primis, eorum
interpretationem perstringamus,vt appareat,non temerè Lxx viros aseret pro festo illo acce
Dies qui dicebatur aseret.i.ociũ. pisse.Primum omnium quod R.D.ait &.R.Ioseph,festum hoc ocium esse appellatum quod
in eo populus prohiberetur opus seruile facere credibile non est, nec verum arbitror,nã mul
ti erant dies festi quibus prohiberetur populus opus seruile facere cur potius hic dies dicere-
tur ocium quam alij dies.Consulamus ergo nostros & ab eis quæramus,quorsum hic dies di-
catur ocium,& requies?& quomodo hic dies aseret, Christi sit typus? qui nostra pax & no-
stra requies est,quod dixit Procopius.August in cap.7.Ioannis tract.28. in illa verba: Erit in
proximo dies festus Iudæorum scenopegia, de quo die festo , Moses hoc loco agit, quid sit,
inquit,

A inquit scenopegia.i.dies tabernaculorum,vel fixio tabernaculorum,notum est : faciebant ta-
bernacula ad similitudinem tabernaculorum,in quibus habitauerũt,cùm ex AEgypto educti
essent: vt infrà idẽ AVGVS. Non vacat mysterio,quòd latenter Christus ad diem festum istũ
ascendit,quia ipse latebat in isto die festo,omnia enim quæ in isto populo fiebant, vmbræ e-
rant futurorum quę implentur in Christo.Celebratio tabernaculorum,quæ monimentũ erat
populi qui ex AEgypto liberatus,habitabat in tabernaculis, nos significabat liberatos ex AE-
gypto,vbi Zabulo tanquam Pharaoni seruiebamus,vbi lutea opera in terrenis desiderijs age-
bamus,& in eis multum laborabamus, nobis ergo quasi lateres facientibus, Christus clamat:
Venite ad me omnes qui laboratis,& inuenietis requiẽ animabus vestris.hęc AVGVST.vnde
discęs hoc festum appellatum requiem & ocium , quòd apertè dicat euangelium : Inuenietis
requiem animabus vestris: & hoc festum tabernaculorum,diem primum habet celeberrimũ,
atque sanctissimum,vt prędscribit Moses,qui mihi videtur esse ille,qui ab August.describitur,
cùm per sacrum baptisma, Zabuli seruitute liberamur , & transimus per mare rubrum.i. per
B Christi sanguinem extinctis omnibus inimicis ,id est, deletis omnibus peccatis : sed antequã
ad terram promissionis.i.ad æternum regnũ veniamus,in deserto in tabernaculis sumus.i. pe
regrinamur à Domino in hoc mundo,& ad patriam æternam suspiramus,& ideo primus dies
tabernaculorũ,quãuis dicitur à Mose sanctissimus atq; celeberrimus , nondũ dicitur aseret.i.
ociũ.Octauus dies celeberrimus atq; sanctissimus dicitur à Mose,& aseret.i. ociũ,& requies,
vt Iudæi interpretantur,quòd,asár,claudere significat,aseret, liberatio è claustris, aut ocium è
claustris:vnde Lxx.cùm interpretantur locũ illum Mosis:aseret Græcè reddunt ἔξοδον.i.exitũ
ac liberationẽ è claustris,eodem scilicet modo quo Iudæi,vt significẽt liberationem sanctorũ *Explanatur loca Mosis.*
ex infernis, in resurrectione Christi ex inferni claustris ἔξοδος enim exitus est ex inferni clau
stris,scilicet,aut exitus corporum nostrorũ è sepulchris,qui erit in vltima resurrectione,cuius
argumentum est firmissimũ, quòd octauus dies tabernaculorũ dicitur sanctissimus, & aseret
etiã ocium explanatur à Lxx.senioribus hoc loco,& alibi exitus,vt sit exitus ad ociũ,& ad re-
quiem,nã vt inquit CYRIL.in hunc locũ Mosis:Reflorebit atq; reuirebit rursus caro nostra,
ipse enim nobis resurrectionis initiũ,& verè scenopegię ianua factus est,nã carõ Christi, taber
C naculũ est sumptum à sanguine Dauid , primùm ad immortalitatẽ virtute Dei patris excitatũ
solutis inferni doloribus. THEOPHY. Scenopegiam vice gratiarũ actionis factã olim putat
mense Septembri,pro collectis frugibus:& resurrectionem significare,quando prout gesserit
quisq; in corpore ita metet:quando soluta morte,nostra tabernacula.i. corpora nostra rursus
compingentur,& resurgent virtute resurrectionis Christi,quæ facta est octauo die,ruptis in-
ferni claustris.Hæc Theophyl.vnde apparet,cur octauus dies tabernaculorũ à Iudęis dicatur
aseret.i.ocium & requies,quòd ad æternam requiẽ bonos transmittat die vltimo resurrectio-
nis,& cur Lxx. viri dicant ἔξοδον .i. exitum è claustris sepulchrorum, aut itionem & reditio-
nẽ,quod descendant animę à beatitudine ad propria corpora, & resurgant corpora glorioſa,
& se sistant Deo iudicanti, & glorioſi repetant proprias sedes : totum hunc discursum ἔξοδος
vox Græca significat : dies tamen primus tabernaculorum dicitur sanctissimus, quod, vt do-
cet CYRILL.de spiritu & litera : & ORIG. in Numerorum cap. 24. homilia. 27. fixio taber-
naculorum , quę primo die fiebat , erectio ecclesiarum toto orbe est, quod in die vna resur-
rectionis instituta sit ecclesia, & finita sit vetus lex. Est etiam festum aseret, septimus dies *Festum Aseret.*
D paschatis , dies magnus ille sabbati,quod docet Moses Deuteronomij cap.16.his verbis : Im-
molabis phase vesperi ad solis occasum,in tempore , quo egressus es è terra AEgypti. Et in-
frà : Sex diebus comedes azyma , in die septima , quia est collecta domini Dei tui , opus non
facies , pro hoc postremo : in septimo , quia collecta est domini Dei tui . Hebraice est die
septima , aseret , Deo , Deo tuo , id est , in die septima exitus , aut discursus Deo , de Deo tuo,
& sic Lxx. vertere : In die septima , festum exitus domino Deo tuo. Hebraicè tamen est:
Festum exitus Deo , Deo tuo : quæ forma loquendi est frequentissima in scriptura, vt alibi
dicendum est latiùs : mihi videri verum posse : Deo de Deo tuo , id est , Christo, qui est Deus, *Explanatur Moses.*
de Deo , & lumen de lumine : nam etsi Hebraicè non est præpositio illa, de, nemo tamen po
test inficiari posse verti , Deo Dei tuo , vt sit sensus : Erit exitus Deo tuo Dei filio , vt conue-
niat cum illo Ioann.cap.13.Ante diem festum paschæ , sciens Iesus quia venit hora eius vt tran
seat ex hoc mundo ad patrem:non inficior significari typum.i.erit festus, exitus Deo Dei sup
ple filio , quòd te liberabit ex AEgypto , sed scriptura magis spectat ad sensum spiritalem,

C nam pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam pascha vox Hebræa,transitum significat,ex AEgyptiaca seruitute ad libertatem per ma- A
re rubrum,qui typus erat nostri transitus à diabolo ad Christum,& ad Christi requiem,& li-
bertatem,vt AVGVS.docet in Ioann.cap.13.tractat.55.significat etiam transitum Christi ad
patrem,& sic hoc loco in die septimo transitus Deo,de Deo tuo,vtrumq; significat,transitū
ex AEgyptiaca seruitute per mare rubrum,quæ figura erat nostri transitus ad Christum,qui
est pax nostra,& requies: & transitum Dei,Dei filij ad Patrem,qui dies dicitur,aséret,à Lxx.vi
ris.i.discursus,quòd descenderit ad inferos Dominus,redieritque ad nos,liberatis è claustris
inferni sanctis patribus,apparuerit multis locis Apostolis,& discipulis,ascenderit cælos po-
stremò: hæc omnia significabat,aséret.i.ocium,& discursus.Sensus igitur huius loci est, Do-
minum odisse has figuras omneis post aduentum Christi, quia vbi venit veritas, cessauit vm-
bra. ORIG.in Ioann.tom.10.aliud esse pascha Iudæorum, & ieiunium,aliud pascha Dei: Dei
pascha,& Dei cęremonias nunquam Deus dicitur odisse,odisse verò dicitur Iudæorū pascha,
& solennitates,quibus compleuêre vaticinia occidendo Christum : fuerunt enim illæ solen-
nitates Iudæorum,non Dei.Et idem Origen.in Ioann.tom.3.interpretans illud: Erat propè pa B
scha Iudæorum:Pascha,secundùm legem,inquit,pascha Dei est: pascha legiruparum, pascha
Iudæorum,quod Dominus odisse dicitur apud Esaiam.

D. HIERONYMVS.

Facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens.

LXX. VIRI.

Facti estis mihi in satietatem, non ampliùs remittam peccata vestra.

parcere sustinere	defatigatus sum	ad grauitatem	super me	Fuerunt
נְשֹׂא	גְּלֵאיתִי	לָטֹרַח	עָלַי	הָיוּ

VErbum Hebræum שרח vt aiunt doctores Hebræi, semel aut bis in sacris literis reperitur, hoc loco,&apud Iob cap.37.& dubitãt Hebręi,quo intellectu accipi debeat,significétne, grauabitur nubes aqua,nam,nubi,adiunctum est hoc verbum Hebræum, an plena erit nubes C
aqua,vt reddi optimè potuerit hoc loco, vt vertit D.Hierony. Facta sunt mihi molesta siue
grauia,vt referas ad sacrificia veteris legis, quæ Dominus hoc loco repudianda significat post
Christi passionem:& potuerit optimè verti,vt edidêre Lxx.viri:Facti estis mihi in satietatem.
Hoc interest quòd D.Hieron.(vt dixi)hæc refert ad sacrificia veteris legis,quæ repudiat.Lxx
viri referunt ad ipsos Iudæos, vt ipsi Iudæi excludantur hoc vaticinio : & verbum Hebræum
היו ad vtrumq; referri potest,& ad sacrificia,& ad Iudęos,facta sunt,&,facti sunt:eadé vtriuſ-
que lectionis est sentẽtia:tamẽ Lxx.viri post exclusa sacrificia, putãt excludi hoc vaticinio Iu
dæos ipsos,vertêre enim:Facti estis mihi in satietatem: quibus verbis Lxx.viri significant post
crucẽ Christi dicere Dñm Iudæis:Facti estis mihi odio,ingrati, vos auersor, vos repudio, vos
repello.Deinde,quòd Hieron.reddidit: Laboraui sustinens.i.magno labore vos potui sufferre vsq; ad hæc Christi tẽpora,quo perageretur œconomia redẽptionis,quod apparet ex Hie-
remia,& Ezechiele:iam vos non ferã ampliùs,hoc Lxx.vertêre,non ampliùs remittã peccata
vestra,quod verba Hebræa propter varias significationes,vtroq; possint referri נלאי יי defa-
tigatus sum,laboraui. נשא sustinere,parcere,vel,vt verti possit : defatigatus sum sustinere: &
sic Hieron.reddidit:laboraui sustinens,& reddi possit:defatigatus sum parcere,pro quo Lxx D
viri reddidêre,nó ampliùs parcã vobis,facta paraphrasi ex Hiere.ca.4.11.&.18. & ex Esa.cap.
2.dimisi populũ meũ,alijsq; prophetarũ locis.Ideo enim delecti sunt tot numero, & doctiſsi
mi legis Mosaicæ,& paternarũ traditionũ,qui interpretationem scripturæ, vt inquit Hilarius
in procœmio in psalmos,& in.1.Psal.à Mose accepissent & ab alijs prophetis,vt veros eruerent
scripturæ sensus: & hanc interpretationẽ verisimã esse apparet, quod CCC. annis ante crucẽ
Dñi prædicũt,quod euentus ipse cõprobat,& res ipsa:docẽt enim verba illa:Defatigatus sum
parcere,significare idẽ,quod,non parcã eis.Videmus enim per M.D.annos,vrbes Iudæę iace-
re dirutas,& Iudęos exules,vagos toto orbe,nec suas vrbes instaurasse vnq̃,nec instauraturos:
dixêre ergo Lxx.viri,CCC.annis ante crucẽ Dñi,quòd iam factũ durat per M.D. annos, & eo
ampliùs,quodq; post lucẽ euãgelicã,verisimũ esse intelligimus oẽs,Iudęã nunq̃ recuperãdã à
Iudęis: & Iudęos semper futuros,vagos,exules,miseros,illud magnoperè attendendũ est,Lxx
viros CCC.annis ante crucẽ Dñi Iudęos refellere,& iudaizãtes,cùm planè hæc omnia ad Chri
sti tem-

A sti tępora referũt,nàm si aliò Iudæi referant hanc traiationẽ Lxx.virorũ : Facti estis mihi ad sa
tietatẽ,nõ ampliùs dimittam vobis,mendacẽ facerent prophetiã: planè enim dicit Dñs,se nõ
dimissurum hoc peccatum Iudæis:cætera omnia dimisit, hoc postremum non dimisit : si aliò
referant,mendacem,inquam,prophetiam facerent. ORIG. in cap.9. epist.ad Roman. in illa
verba:Non plebs mea,Iudæi,inquit,quoniam obseruare acceptam gratiam nescierunt,audie-
runt de synagoga ab Esaia,dimisi eam,dedi ei libellũ repudij,&alibi.Facti estis mihi in satieta
tem,iam non dimittam peccata vestra. PROCOP.vmbra,inquit,postquàm venit veritas, sa-
tietati est,& vt inutilis excluditur.Et rursus idem PROCOP. superiora omnia dicta sunt con
tra Iudæos,qui in Christum dominũ immane illud facinus admisere,& priora omnia ait Do-
minus se condonasse, nam ductos captiuos Babyloniam, septuagesimo post anno, Dominus
in patriam reduxit,eorũ vrbes instaurauit,bonis eos auxit, rebus omnibus fecit florenteis, ex
omnibus alijs calamitatibus eos eripuit, quibus ob peccatum implicabantur, hoc nefas vlti-
mũ quod in se admisere,cùm regẽ glorię in crucem sustulêre,negat Dñs se condonaturum.
B

D. HIERONYMVS.

Et cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis : et cùm multiplicaueritis orationem,non exaudiam:manus enim vestræ sanguine plenæ sunt:lauamini,mundi estote.

LXX. VIRI.

Cùm extẽderitis manus, auertam oculos meos à vobis:& cùm multiplicaueritis orationem, nõ exaudiã vos, nam manus vestræ sanguine plenæ: lauamini,mundi estote.

HIc locus erat,vt suprà dixi,ex D. Chrysost. quo Iudæi suam sententiam tuentur, cùm ne-
gant sacrificia veteris legis hoc capite repudiari,sed offerẽtium crimina,quod dicat Dñs:
Cùm extenderitis manus vestras auertam oculos:& statim subiungat:Lauamini:quo ostendi-
tur,vt ipsi putant puritatem offerentium,hoc loco exigi,& munditiam:nam, vt IVST.in dia
logo aduersus Tryphonem ait:Si Iudæi aliquas voculas reperiant, quæ cum eis facere videan *Iudæorum obiectio.*
C tur,eas arripiunt, antecedentia,consequentia nihil morantur. CHRYSOST. loco citato,
de pœnitentia homilia. 3. hunc locum explanat, sed mihi eius interpretatio non probatur.
IRENAE.lib. 4.cap.32.hęc ad nouum testamentum refert,vt antiquata lege veteri introdu-
catur lex noua,cùm enim illis verbis:Quò mihi multitudinem sacrificiorum? & sequentibus,
reiecisset obseruationem legis veteris: in fine suasit eis quæ salutaria sunt, baptismum , & sa-
crificia nouę legis intelligit.IVST.apologia.2. pro Christianis,hunc locum de baptismo in-
terpretatur,& idem esse cum illo Euangelij putat:Si non renati fueritis ex aqua & Spiritu san-
cto,non intrabitis in regnum cælorum,quod dixerat:Non ampliùs dimittam peccata vestra:
lauamini,mundi estote.Quid enim aliud est,Non enim dimittam peccata vestra, quàm : non
intrabitis in regnum cæiorum? &,lauamini,quàm,nisi lauemini?nisi renati fueritis ex aqua &
Spiritu sancto. CYPRIAN.aduersus Iudæos lib.1.cap.24.ait significari hoc oraculo , quòd
sola hac re Iudæi accipere veniam delictorũ possunt,si sanguinem Christi occisi abluere eius
baptismo voluerint:ait enim,inquit:Non relaxabo peccata vestra,lauamini.i,nó relaxabo pec
cata vestra nisi lauemini:ergo Lxx.viri CCC.annis ante crucẽ Christi,refellunt subdolã inter- D
pretationẽ Iudæorũ, & ostendunt hæc cũ interpretatione sanctorũ patrũ conuenire:nó cum
Iudæorum perfidia,qui verterunt: Non dimittam peccata vestra, lauamini. i. non dimittam
peccata vestra nisi lauemini. Eadem ratione qua Petrus Actor.cap.2. cùm de Christi passione
ad Iudæos multa dixisset,cùm Iudæi cõpuncti corde,Petrũ interrogassent & apostolos:Quid
faciemus viri fratres? respondit : Pœnitentiam agite,baptizetur vnusquisque in nomine Iesu
Christi: nam quid minus fecit hîc Esaias,cùm multa de passione Christi prænunciasset,& ver
bis Domini dixisset:Non relaxabo peccata vestra,vt interpretantur Lxx. quasi quærentibus,
quid faciemus ergo? penè respondit : Baptizetur vnusquisq; vestrûm in nomine Iesu Christi:
nam quid interest hoc dixisse,an lauamini,mũdi estote?i.lauamini,mũdi eritis. PROC.quæ-
rit:quomodo cùm dixerit,non dimittam peccata vestra , quòd inexpiabili crimine se obliga-
uerint Iudæi,cùm in crucem Dominum sustulêre,addideritq;:Si multiplicaueritis preces ve-
stras nũc,&c.subijciat : Lauamini,mundi estote : & respondet,nempe quod id quod per legẽ
peccatum est immedicabile,Christus veniens sanat sacro baptismate, iubens sacro baptismа-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti virtutes superædificare, quòd sacrum baptisma, & vitæ sanctimoniam, hoc loco præcipiat Deus: nec vnum, inquit tantùm, sed duo hæc simul, quòd notandum summopere est, quòd sacri scriptores hunc locum nunc ad sacrum baptisma, nunc ad vitæ sanctimoniam referant, quòd ideo fit, quod vtrunque hoc loco significatur, vt inquit PROCOP. qui pergit dicere, cùm vsque adhuc abrogauerit legem veterem, & sacrificia veteris legis, oportebat nouam legem introduci, quod fit hoc loco. Et rursum idem Procop. penè Esaias hoc loco clara voce personat illud Euangelicum: Nisi qui renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto: ait enim, Non relaxabo peccata vestra, & lauamini, quasi dicat, non intrabitis in regnum cælorum, nisi lauemini. EVSEB. libro. 2. demonstrat. Euangelicæ cap. 36. Cùm sustulerit legis Mosaicæ sacrificia, introducit alium quendam modum remissionis peccatorum, per salutare lauacrum, per vitæ puritatem, & sanctimoniam, quam simul cum sacro baptismate prædicauêre verbi ministri. Nam Euseb. vt Procop. vtrumque hoc loco præcipi ait, & baptismum, & vitæ sanctimoniam. Ne miremur, quòd Augustinus & Chrysostomus, & alij patres, vitæ sanctimoniam, hoc vaticinio præcipi doceant. OECVMEN. in cap. 15. epist. ad Romanos. HILAR. in præfatione in Canticum graduum. AMBROS. in apologia Dauid cap. 12. & in caput primum epistolæ ad Hebræos, & alijs locis. GREG. NAZ. in theophaniam, seu genethlia Domini ad sacrum baptisma hoc referunt, & ad vitæ puritatem. Lege BASIL. in ascetics interrogatione. 261. Iam verò illud: Manus vestræ tinctæ sunt sanguine, non solùm Hieronymus & Cyrillus de sanguine Christi intelligunt, quo Iudæi suas commacularunt manus, sed, & alij patres, vt PROCOP. qui ait: Manus vestræ plenæ sunt sanguine Christi, videlicet: Non enim, inquit, hoc capite Dominus Iudæos accusat, tanquam idolatras, sed quòd non nouerunt Dominum cùm venit quòd reliquerunt ipsum, quòd exacerbauerunt sanctum Israël. EVSEB. Cæsarien. de demonstrat. Enangelica lib. 2. cap. 26. qua causa, inquit Dominus, Iudæos appellarit principes Sodomorum, declarant, inquit, Manus vestræ plenæ sunt sanguine: & continuò subijcit: sanguine iusti Christi. Diximus CYPRIAN. sic explanasse aduersus Iudæos libro primo cap. 24. ORIG. in Matthæum in illa verba: Sanguis eius super nos: Rei facti sunt, inquit, Iudæi, non solùm sanguinis prophetarum, sed Christi: vnde Esaias: Manus vestrę tinctę sunt sanguine, & verè sanguis Christi, factus est non solùm super eos, sed super filios eorum, fietque vsque ad consummationem sæculi, propterea enim, domus illorum relicta est, & deserta vsque nunc: Hęc Origenes, quibus verbis innuere videtur, hunc locum esse eundem cum illo Matth. cap. 23. vt veniat super vos omnis sanguis iustus à sanguine Abel, &c. docetque ORIG. hunc locum intelligi debere sic: Manus vestræ tinctæ sunt sanguine iustorum, & prophetarum, & Christi: nec malè conuenit, nam illud verbum, plenæ, congruit cum illo Euangelico: Et vos implete mensuram patrum vestrorum, de quo alibi dicendum est latiùs, & propheta eos mensuram implesse significat. Et aduerte, quo pacto Origenes ex rerum euentu contendat veram esse scripturæ expositionem, quo argumento suprà ostendebamus, Lxx. viros pro eo quod Hebraicè est: Defatigatus sum parcere, verissimè, & rectissimè reddidisse, non dimittam peccata vestra: propterea enim Origenes contendit veram esse scripturæ expositionem, quòd domus illorum derelicta, & deserta sit. ATHAN. de passione & cruce Domini: Manus vestræ plenæ sunt sanguine, inquit, Christi: quem locum vt intelligas, aduerte IOSEP. lib. 4. de bello Iudaico cap. 22. fateri, Iudæos dum vaticinia prophetarum habent despicatui, & putant esse sacrificulorum somnia, omnia complesse, & perijsse, nam Iudæi nunquam putabant complenda vaticinia, & ridebant prophetas, vt leges apud Ezechielem cap. 12. Fili hominis, quod est prouerbium istud, in terra Israël dicentium: In longum differentur dies, peribit omnis visio, ideo dic ad eos: Hæc dicit Dñs: Quiescere faciã prouerbiũ istud, non enim erit vltrà omnis visio cassa: itaq; prouerbiũ inter Iudęos erat, procrastinatio rerũ fit subindè, neq; quę pręsignificata sunt mala, veniẽt vnquã, neq; quę promissa bona: & quanùis intelligerẽt, quot, & quãta essent prædicta mala, & prænũciata, quę exceptura erant Iudæos, si Christũ nõ reciperent, non credebant tamẽ cõplenda: dixere enim: Nostra erit vinea, & cassa est omnis visio, & nec quę prænũciata sunt mala, venient vnquã, nec quę promissa bona. Ait ergo Iosephus Iudęus, suos Iudęos dũ conténerẽt vaticinia, & somnia vana crederẽt, cõplesse omnia, & perijsse, & vastitatẽ suis vrbibus, & sibi exitium traxisse: deniq; excidij tẽpli, & Hierosol. & vrbiũ Iudæę, eã causam solam putat, repetitq; centies esse plurima prophetarũ vaticinia cõpleta, quę necessario Iudæę vastitas cõsequatur: sed dicas Iosephum

A Iosephum hæc vaticinia quæ cõpleta memorat, nõ expressisse, nec ad Christũ retulisse, quin potiùs nescio quæ vaticinia commemorasse, quæ nusquã sunt, & ad seditiones quasdã domesticas, malorum illorũ reuocasse causas, & vaticinia quędam de seditionibus domesticis esse cõmentum: Ita est, sed aduertas, oportet, quod suprà pluribus diximus, in disputatione de translatione D. Hieronymi & Lxx virorum. Iosephum texuisse historiam, ex sacris literis collectam Græco sermone, eo consilio, vt nationibus infidelibus, quæ tunc rerum potiebantur, eam faceret credibilem, & nõ tam veritati studuisse, quod suprà mõstrauimus, quam vt Romanis & Gręcis credibilis esse videretur. Sunt enim plurima, inquit Fab. vera quidem, sed parum credibilia, sicut falsa quoque frequenter verisimilia, sic quæ mirabilia sunt in sacris literis ferè præterit, aut extenuat, vt de transitu maris rubri intelliges, si Iosephi historiam cum sacris literis conferas, & de Iesu Nauè cum traiecit Iordanẽ, de Mosis fuga ex AEgypto, & alijs multis: vbi vera præterit dicendo, quòd apud infideles nationes, quibus dabat operam, vt suam historiã

B probaret, fidem non essent habitura, & comminiscitur falsas causas, & mendacia, quæ sibi persuaserat futura verisimilia. Atqui Iudæus erat & rerum miracula veteris testamenti credebat esse verissima, præterit tamen ea, & sciens scribit falsa, ea ratione, quam diximus, vt satis habeas si fatetur Iosephus conflagrasse templum, & perijsse Hierosolyma, & vrbeis Iudææ quod completa sint vaticinia prophetarum, & quod Iudæi dum ea contemnerent compleuerint omnia, post quæ completa, necesse erat Iudææ vastitatem consequi. Nec expectes dum numeret tibi vaticinia de Christo & passione eius, & resurrectione, & exclusione Iudæorum & vastitate Iudææ, & reliquijs quæ saluæ factæ sunt: quæ omnia infideles nationes cachinno, & risu exciperent, quibus ille operam dabat, quod tum rerum potirentur, vt suam historiam faceret probabilem. Sat esse puta quod habes Iudæum confitentem cõflagrasse Iudæę vrbeis quod cõpleta sint vaticinia. Reliqua vel cœcus videat, ne expectes ab alio, tute tibi suggere, nõ largientur tibi impij Iudæi hoc, perijsse Iudæam, quod completa sint vaticinia: nam si hoc largirẽtur, reliqua inficiari nullo modo possent. Ergo ATHAN. hoc docẽs de passione, & cruce domini ait, Iudæos hanc prophetiam: Manus vestræ plenæ sunt sanguine, nec opinanteis com-

C plesse, dũ Christo inijciebant chlamydẽ coccineã. Tunc enim suas manus Christi sanguine impleuere: erat enim Dominus totus sanguine madẽs. Quidam cum Vatablo hæc ad crudelitatẽ Iudæorũ referunt: &, Lauamini, mundi estote, sic interpretantur: Manus vestras sanguinolentas abstinete à cæde, & nullam hîc de baptismo mentionem fieri putant: relicta enim sententia sanctorum patrum, sequuntur interpretationem Iudęorum quam refutauimus & Iudæorũ sententię conuenienter hæc interpretantur. Quis (vt inquit Augustinus de vtilitate credendi ad Honoratum) expositionem librorũ Aristotelis, peteret ab inimicis eius? Quanto stolidiùs est, si quis cœcos Iudæos sibi deligat duces, relinquat lucem euangelicam, quæ scripturarum fulgentissima fax est? sed quando quibusdam placet audire etiam Iudæos, age deligamus arbitros Lxx duos Iudæos, qui CCC. annis ante crucem Christi hæc vertere Grecè, omni odio & gratia vacui, doctissimi legis Mosaicæ, qui interpretationem scripturæ à Mose vsque & prophetis per manus accepêre, qui apertè prædicunt abrogationem legis Mosaicę vt dictum est, & posteà subiungunt: Non ampliùs dimittam peccata vestra, quia manus vestræ plenæ sunt sanguine: Num benè cohæret vt neget Dominus se ampliùs dimissurum Iudæis peccata, & di-

D cat se auersurum oculos cùm precentur veniam, quia sanguinei sunt, & statim sibi repugnet, & contradicat? non negaret sanè se ampliùs dimissurum peccata, si vllus locus relictus esset pœnitentiæ Iudæis, neque tanto fulmine feriendos putaret, quòd sanguinei essent, vt præcideret Dominus spem veniæ. Tantisper, inquies, dum non resipiscunt, & non agunt pœnitentiam: hoc, omne peccatum habet, vt non remittatur nisi post pœnitentiam. Qui conuenit ergo vt dicat? Non ampliùs dimittam peccata vestra, auertam oculos cum extenderitis manus, quia manus vestræ plenę sunt sanguine. Solebat Dñs dimittere peccata sine pœnitentia? aut tantum Dñs hoc Iudęis crimen obijcit? & Iudæos hoc solo nomine accusat? itáne reliqua Iudæorum vita pura erat? pro vno hoc crimine tanto pœnarum feriuntur fulmine? vt dicat dominus: Nõ ampliùs dimittam peccata vestra. Deindè cum dixerit: Non amplius dimittam peccata vestra quomodo cohæret vt statim dicat: Lauamini, mundi estote? nisi intelligas vnam spem veniæ relictam esse Iudæis, si confugiant ad sacrum baptismi lauacrum, & pręterea nullam.

Explanatur Iosephus.

Refellitur Iudæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Lauamini, mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite benè facere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, et venite, et arguite me, dicit Dominus.

LXX. VIRI.

Lauamini, mũdi estote, auferte nequitias ab animabus vestris coram oculis meis: cessate à nequitijs vestris, discite bonum facere, quærite iudicium, liberate iniuria oppressum, iudicate pupillo, iustificate viduam, & venite & disceptemus, dicit Dominus.

Dictum est de sententia veterum patrum, duas res hoc loco præcipi, baptismum, & vitæ puritatem: & ideo hunc locum à veteribus patribus ad vtrunque referri: nam cùm abrogata sit vetus lex superioribus vaticinijs, hoc vaticinio introducitur lex noua, nam Iudęis non erat relictus locus pœnitentiæ post crucem Domini, præcisa erat illis omnis veniæ spes: dixerat Dominus per Prophetam, iuxta tralationem Lxx: Non amplius relaxabo peccata vestra, quasi quærentibus: quid faciemus ergo? Respondet Dominus, quod Petrus Actor. 2. Iudæis compunctis corde, & quærentibus: Quid faciemus ergo fratres? baptizetur vnusquisq; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: hęc sola Iudæis spes est relicta, si transeant ad Christum. Sic veteres patres hunc locum interpretantur, vt superiore commentario demonstratũ est: itaque hoc loco prædictum videtur illud ESDR. quod citat LACTANT. de vera religione lib. 4. ca. 18. & dixit Esdras ad populum: Hoc pascha saluator noster est, & refugium nostrum, cogitate, & ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno, & post hæc sperabimus in eum, ne deseratur hic locus in æternum tempus. Dicit Dominus Deus virtutum: Si non credideritis ei, neq; exaudieritis annunciationem eius, eritis derisio in gentibus. Hoc testimonium Esdræ, cùm citasset Lactantius, subiecit, vnde apparet, Iudæos nullã aliam spem habere, nisi se abluerint à sanguine, & sperauerint in eum ipsum, quem negauerunt: ergo hæc sola spes reliqua est Iudæis, quibus dixerat Dominus: Nõ relaxabo peccata vestra, nisi sacro Baptismate peccata abluantur. Sic GREG. NAZ. in Epiphania locũ hunc de sacro baptismate explanat. CHRYS. in cap. Matth. 3. homil. 3. in illa verba: Facite fructus dignos pœnitentiæ: ex hoc loco notat, nó sat esse, currere ad Baptismum, vt peccata abluamus, nisi omni cura, & diligentia, ad id incumbamus, vt abstineamus ab omni peccato, & purissimam vitam exigamus, omnium virtutum splendeamus ornamentis. Quòd D. Hieron. dixit: Auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis: quod alij verterunt: Remouete malum operum vestrorum ab oculis meis: quod verbum Hebræũ cogitationes & opera significet. Lxx. viri reddidêre: Auferte nequitiam animarum vestrarum ab oculis meis: nequitias enim cogitationũ interpretantur. i. nequitias animarum. CHRYS. in cap. 7. epist. ad Hebr. in illa verba: Quod minus est à meliore aliquo benedicitur, in Morali interpretans hunc locũ: Coram oculis meis inquit, quia multi videntur boni hominibus, Deo manifesti sunt, sepulchra sunt dealbata. Et de Pœnitentia homil. 5. Non satis erat, inquit, auferre malum animarum: quid igitur addidit? E conspectu oculorum meorum, quoniam aliter oculi hominum vident, aliter oculi Dei, homo in faciem videt, Deus in cor. Neq; per ostentationem, inquit, pœnitentiam degenerem facies, sed in conspectu oculorum meorum occulta scrutantium ostẽditur fructus pœnitentiæ: decet autem, & nos purgatos à peccatis eadem ante oculos habere peccata, quanquam remissa sint à Domino, vt eorum memoria à peccando frænemur. PROC. Oportet resecare prauas mentis cogitationes, non solùm abstinere ab omni peccato, hoc enim perfectæ charitatis est, iuxta illud Pauli: Charitas non cogitat malum, & hoc propriè est baptizari Spiritu sancto, & igne Spiritus sancti, omnes animi sordes liquefacere, & exurere: atque illud docet Propheta hoc loco: nequid simulemus, quòd occulta cordium scrutatur Deus: quòd autem sequitur: Quiescite agere peruerse, discite benefacere: vulgatum est esse virtutum gradus, primùm enim est, abstinere à peccato, posteà facere bonum. Quòd autem dixit: Quærite iudiciũ TERT. aduersus Marcionẽ li. 4. inde dictũ putat, quòd infrà imputat vineę sorec, quòd non iudiciũ fecisset, sed clamorẽ: intelligit clamorẽ illũ Iudæorum, quẽ edidêre cùm dicebãt: Crucifige,

A cifige, crucifige, vt desistant incepto, nec persequantur bonos, sed foueãt, & amplectantur ominibus obsequijs. Et ident Tertull. ad vxorem lib. 1. Duo, inquit, ista nomina, pupillus, & vidua, quò magis habentur despectui hominibus, eò magis diuinæ misericordiæ sunt curæ, quòd idem reperies apud PLATON. in Minoe, vbi monet, ne quisquam pauperem despiciat, cui cùm nihil præsidij relictum sit, nisi Deus, Deus illum habet curæ, & nullus est tam officiosus amicus, qui suos ita vindicet, vt suos pauperes Deus vlciscitur, & de alijs vindicat. TERTVLL. aduersus Marcionem lib. 4. Estote, inquit Dominus, misericordes, sicut pater vester misericors est: an non agnoscis veterem doctrinam? Iudicate pupillo, & iustificate viduam: &, misericordiam malo quàm sacrificium. Iustificate Græcè dicitur δικαιώσατε quod verbum, vt docet ARISTOT. 5. ad Nicomachum, est ad iustitiam reuocare, & ab eo qui plus abstulit auferre, & reddere ei cui ablatum est: vnde significat etiam vlcisci, & punire aliquem ob aliquod crimen, quasi dicat: punite eum qui læserit viduã, seruate ius viduæ, reddite viduę quod ei ablatum erat. Venite, disputemus, dicit Dominus. CHRYSOST. in sermon. de ieiunio,
B & geneseos lectione: Non vult nos ad disputandum venire, hoc est, ad iudicium de caussa nostra tractandum, sed habere aliqua adiumenta iustitiæ, tunc enim ad disputandum audacter veniemus, si ea fecerimus, quæ priùs præcepit. Denique aliâs dicit: Dic tu priùs iniquitates tuas, vt iustificeris. sed quo modo culpam fugiamus ostendit, antequam veniamus ad iudiciũ. GREG. in Iob lib. 9. ca. 20. interpretans hunc locum: Ei quem arguimus, rationis authoritate contraimus, quid est ergo, quòd Dominus, cùm agere sanctè vsque adhuc præceperit, adiungat? Venite, & arguite me: nisi quòd apertè insinuat, quantam bonis actibus fiduciam prętet, ac si planè dicat: Recta agite, & animaduersionis meæ motibus, non iã per deprecationis meritum, sed per fiduciam authoritatis obuiate. Vnde Ioan. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & Moses irascentem retinet Dominum. PROCOP. cùm descripserit vsque adhuc baptisma, & vitam euangelicam, subijcit, vt sacris mysterijs euangelicis initiatus, audacter cum Deo in ius veniat: pro immensa nanq; humanitate erga nos Deus
C dignatur disceptare nobiscum causam nostram, & quot, quãque maiora omni prędicatione in nos contulerit beneficia, & pro tot beneficijs, quæ nos illi contrà rependerimus maleficia, quæ tamen omnia nobis condonat, sanguine nanque, qui ex eius sanctissimo corpore, in cruce pendente, fluxit, madentes sacro baptismate purgat, & regnum cælorum prætereà promittit: conuicti ergo à Domino dicamus: Quid retribuam Domino, pro omnibus quę retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. AMBR. in Psal. 118. idem est se putat cum illo: Non sunt condignæ passiones ad futuram gloriam, inquiens: Venite, disceptemus, quia iudicasti viduam, oculus tuus fons gratiæ factus est, sepulturæ mortuum mandasti, generauit tibi oculus misericordiam redemptionis. AVGVST. in Psal. 103. quæ est disputatio hominis ad Deum? nisi confessio peccatorum: confitere quod est, & disputasti cum illo, disputa ergo cum Deo, hoc est, te illi indica scienti, vt ille se tibi indicet nescienti. Suauis est disputatio, sacrificium humilitatis tuæ, contribulatio cordis tui, holocaustum vitæ tuæ. Quid hoc suauiùs? Ego iucundabor in Domino, hæc est mutua disputatio quã dixi. ORIG. in cap. 3. epist. ad Roman. hunc locum Esaiæ videtur retulisse ad exclusionem Iudęorum, & ad intromissionem nationum in Ecclesiam: quòd enim abalienauit à se Iudæos, vetueritque intrare in suum conspectum, vt intelligatis, inquit, ô Iudæi, me hoc iure fecisse, baptizamini, &
D vitam euangelicam viuite, & disceptate mecum, cur infideles Iudæos excluserim, ipsi enim huius rei culpam sustinent, vos enim qui credidistis, sicut niuem dealbabo. Verba Origen. quibus hoc significare videtur hæc sunt, licèt enim non crediderint quidam Iudæorum, de infidelitate eorum dicendum est, quòd solus Deus sit verax, omnis homo sit mendax: quòd ergo omnis homo sit mendax, propterea quidam Iudæi vt mendaces, abierunt retrorsum, & non crediderũt, & ideo cùm ad iudiciũ venerit Dñs cum hominibus, solus ipse iustificabitur in verbis suis, ipsius enim verba, in omnibus vera, quia verba sunt veritatis. Quòd autem Dñs in iudicium cum hominibus veniet, dicit Propheta: Venite, & iudicemur. Igitur hæc verba Origenes de iudicio Domini intelligit, quo aperientur libri, & iusto iudicio Deum omnia fecisse apparebit. Quod D Hieronymus vertit, Arguite. Lxx reddidere, disceptemus: Pagninus, Increpemus nos: Vatablus, disceptemus, vel, videamus: omnia verbum Hebræum significat, verbum autem Hebræum videtur esse in prima persona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Si fuerint peccata vestra vt coccinum, sicut nix dealbabuntur: et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana erũt.

LXX. VIRI.

Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, velut niuem dealbabo: si autem fuerint sicut coccinum, sicut lanam dealbabo.

CHRYSOST. in cap.7.epistolæ ad Hebræos: Nemo eorũ, inquit, qui in profundũ iniquitatum deuenerunt, desperet de seipso: nam si habitum vitiorum inueteratum contraxeris, non solùm sanaberis, sed sicut lana candida dealbaberis: vide quanta sit pœnitentiæ vis? si fueris inquinatissimus, sicut niuem te dealbat. Et in cap.Ioann.13.in illa verba: Qui lotus est, non indiget, &c. Vide quantum mercedis sit si benefeceris pupillo, & viduæ? Si fuerint peccata sicut coccinum, sicut nix dealbaberis. GREG. in Epiphania: Si peccata rubra erunt, vt penè sint sanguinea, dealbabimini vt nix: si coccinea.i.tam rubra quàm sanguis, sicut lana candidi efficiemini. Itaque, phœnicium putat minus exprimere colorem sanguinis, & non æquè sanguinea significare peccata: coccinũ maiora peccata significare, & magis sanguinea: & hæc GREG. NAZIANZ. penè omnium sanctorum sententia est, mihi magis placet sententia TERTVLL. quæ & aliorum veterũ patrum est, quòd Sepphora AEthiopissa, quę ecclesiã ex Gẽtibus significat, dixit angelo: Sponsus sanguinum tu mihi es, significans se ita nupsisse Christo, vt Christus pro illa sanguinẽ funderet, & quos pareret ipsa filios, sanguinem pro Christo funderent: & hæc lex fuit matrimonij ecclesiæ cum Christo, & ideo sponsus sanguinum dicitur. Ergo sensus huius loci est, vt putat Tertull. vt sermo fiat ad baptizatos, quos iussit decedere à malo, iustitiam colere, fauere viduæ, & pupillo, & promittere sibi omnia à Deo. Quòd si peccata admissa, fuerint rubra sanguine, martyrij scilicet, futuros candidiores niue: si coccinea fuerint peccata: repetitio est eiusdem sententiæ. Cur hæc sententia magis placeat, & ea, quam posteà subijciam, iam dicamus: si priùs Tertulliani verba apposuerimus, in scorpiaco enim, aduersus Gnosticos sic explanat hunc locum: Si peccata vestra sanguine Christi abluerit, dealbabuntur sicut nix: vt sit sensus: si fuerint peccata vestra sicut rubrum.i.si rubent sanguine Christi abluta, iuxta illud: Qui lauerunt stolas suas in sanguine agni, sicut nix dealbabuntur. Et rursus: Si fuerint rubra quasi vermiculus.i.si corona martyrij rubeant, quasi lana candida candidabuntur: cùm enim multa dixisset de his, qui sanguine agni suas stolas dealbassent, subiecit: Vestitus animæ, caro est, & sordes baptismate abluuntur: maculæ animæ martyrio candidantur. Interpretatio D. Hierony. & Lxx. seniorum videntur discrepare, non tamen discrepant, nam vocibus dissident, re consentiunt siquidem, שני vt inquit rabbi Dauid: est color rubicundus, quem Lxx. appellauêre puniceum: Hieronymus coccinum: idem enim est phœniceum Græcè, & puniceũ Latinè, & vestes purpureas, phœniceas.i.puniceas, & coccinea vulgò dicimus, quæ res facit, vt probem ego vehementer sententiam Tertulliani: Si fuerint peccata vestra sicut puniceus color.i.si sanguine agni stolam.i. carnem vestram laueritis, vt suprà dictum est, si Christum indueritis sacro baptismate, qui infinitis partibus splendidiùs nitet coccinis, & ianthinis, tunc enim peccata coccinis induta dicuntur, & radiare coccinis fulgentiùs, bombycinis, tyrijsque vestibus splẽdidiùs, cum Christi sanguine ea abluimus: certè CHRYS. sanguine Christi abluta peccata, ait splendere nitidiùs rosa: nam homil.ad baptizãdos tomo. 5. quando purpura, inquit, diuino sanguine tincta decorabimini, quando coronam solis radijs splendidiorẽ sentietis? Et de sacerdotio lib.3.quando conspicies turbam pretioso illo sanguine tingui, ac rubefieri conspicies, nam alioqui qui conuenit fœditatem peccati, re pulcherrima & speciosissima significare? an quod oratores obseruant vt rebus atrocibus, & fœdis, à rebus atrocibus & fœdissimis accõmodent metaphoras, non à rebus pulchris, quæ aspectu delectẽt, spiritus sanctus non obseruat? nunquàm reperies factum, vt peccata, in sacris literis significentur quando significantur per metaphoras & similitudines, nisi metaphora ducta à rebus fœdissimis & inquinatissimis: esse autem hos speciosissimos colores & pulcherrimos, non sanguineos (vt nostri putant) iam commonstrauimus. PLIN. lib.21.ca.8. micare ait coccum gratiùs & splendidiùs rosis, & vesteis coccineas colore flores ipsos prouocare: conuenitne hoc peccatis, an potiùs Christi sanguini, quo tingimur (cùm sacro baptismate dealbamur) cùm Christus flos campi, & lilium conuallium dicatur? Anima ergo cùm sacro baptismate Christum induit, aut, cùm Chri-

cùm Christum martyrio est imitata, ardenti cocco radiare dicetur, non cùm fœdissimis peccatis est inquinata: quod vertit D.Hierony. Si fuerint rubra, quasi vermiculus: Hebraicè est, si assimilaueris illa vermiculo: pro vermiculo Hebraicè est tolà, tolà porrò vermiculus est, vt docent Hebræi, qui lanuginem facit, vt Hebræi aiunt, vnde sericæ vestes contexuntur, fiuntq; colores qui vulgò appellantur *carmesi, scarlatte,* & vestes eius notę. Moses Leuitic.14. & Exod. 25, tolà.i. vermiculum nominat vestes, quas nos appellamus bombycinas: itaque idem color est, qui suprà est significatus, licetque superiorem appellare phœniceum, siue coccineum, & hunc eisdem nominibus nominare. Idem TERTVLL. lib.4. aduersus Marcionem ita legit hunc locum: Si peccata vestra fuerint tanquam roseum, aut puniceum: vide tu an rosea appelles peccata grauia, an potiùs cum sanguine Christi abluta sunt? Quòd autem Tertull. his locis citatis, aliquid putat interesse inter rosea, & coccinea, vt rosea sanguinem prophetarum significent & martyrum, in puniceo colore sanguis Domini declaretur, inde factũ puto, quòd Hebræi sermonis rudis erat, vnde potuit discere eundem, & priore & posteriore loco significari colorem. Et certè AVGVST. tomo. 6. contra Faustum Manichæum lib.12. cap. 42. sic intellexisse videtur hunc locum, cùm enim ageret de loco illo Exodi: Lauit in vino stolam suam: stola (inquit) quam lauit in vino, ecclesia est, quam sibi exhibet, non habentem maculam nec rugam: de qua Esaias: Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, sicut niuem dealbabo: vnde nisi dimissis peccatis? in quo ergo vino lauat ecclesiam, nisi in illo de quo dicitur: Quòd pro multis effundetur in remissionem peccatorum? ipse est enim botrus ille, qui pependit in ligno, Hæc August: Dic, illo sanguine lota Ecclesia, fulgebitne nitidiùs rosis, & floribus, coccino, purpura, an non? non his conuenit meliùs hæc similitudo quàm peccatis? Certè AMBROS. lib.2. de fide cap. vltimo huc alludere videtur, & D. BASIL. in Asceticis interrogat.10. quanquam lib. de pœnitentia: Si fuerint peccata vestra sicut phœnicium, & coccinum.i. ita ineluibilia, vt hi colores sunt ineluibiles.

D. HIERONYMVS.

Si volueritis, et audieritis, bona terræ comedetis: quòd si nolueritis, et me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos, quia os Dñi locutum est.

LXX. VIRI.

Si volueritis, & exaudieritis me, bona terræ comedetis: si autẽ non volueritis, nec audieritis, gladius vos deuorabit, nã os Dñi locutum est.

PRo eo quod Hierony. dicit: Me ad iracundiam prouocaueritis, Lxx. vertêre: Nec audieritis me, quasi interpretarentur hoc esse, prouocare ad iracundiam Deum, non facere eius imperata: nam Hebraice est, vt vertit D. Hierony. sed dixi, Lxx. viros facere sæpè paraphrasim, quasi dicerent: si prouocaueritis.i.si non feceritis mandata. ORIG. περὶ ἀρχῶν lib. 3.cap.1. Nostræ voluntatis esse ait, bonos esse aut malos, hoc Esaiæ loco probari. CHRYSOST. hoc centies repetit, & in prologo in euang. Ioan. interpretans hũc locũ: Vidẽsne, inquit, sola nobis opus esse voluntate? voluntate, inquam, non qualibet, & quæ nonnullorum est. Nam quis ad cælum euolare nollet? sed diligenti, & exquisita, & quæ re ipsa probatur: nam mercator qui ditescere cupit, non cupit tantùm, sed nauim parat, se opponit labori, periculisq;, & in hoc totus est, & vitam amittit in vndis sæpè: itidem tu fac. EPIPH. de hæresibus li.1.tom.1.cap. contra phariseos, docet etiam pluribus hoc loco probari liberum arbitrium esse homini. AVG. cùm alibi tum in fine lib.7. de perfectione iustitiæ, refellit Pelagianos hæreticos, qui putabãt, liberi arbitrij nostri esse, bonos aut malos esse: & vtebantur hoc Esaiæ loco: Si volueritis, &c. & colligebant, voluntatis ergo nostræ est. Respõdet August. voluntatis nostræ est, sed sanatæ à Deo & adiutæ: neq; enim id potest nostra volũtas, nisi à Deo sanetur, & adiuuetur: ait enim Augustinus, an quia dictum est, si voles præcepta, seruabunt te, non debeat Deo gratias agere, quia præcepta voluit, qui desertus omni lumine veritatis, hæc velle non posset? positis ante hominem igne, & aqua, quo vult porrigit manum: sed altior est qui vocat, altior quàm omnis humana cogitatio. Initium corrigendi cor, fides est: & quòd Dominus ait: Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum: magnum ergo aliquid pro sua causa inuenire se putabant illud Esaiæ: Si volueritis, &c. quasi non tota lex huiusmodi conditionibus plena sit. Data est lex, & superbis, præuaricationis causa fuit: & abundauit delictum donec veniret semen, cui promissum est, & data est gratia adiutrix, & superabundauit gratia. TERTVLL.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canon scripturæ.

lib.de resurrectione carnis interpretãs hunc locum, præscribit hunc canonem,pro re, & pro loco,quoties terra in scriptura nominatur,intelligendos bonos,aut malos homines,quippè è terra factos,vt cùm comminatur terræ,intelligamus Deum comminari hominibus è terra factis, non terræ ipsi elemento inanimo: & cum pollicetur terræ,carni polliceri Deũ intelligamus,vt apud Dauidẽ:Exultet terra: num terra subsiliet,& tripudiabit? an potiùs beati cùm resurrexerint cũ corpore glorioso, sic Iren.li.5.explanat illud Euangelij: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã.i.corpus glorioſum cùm resurrexerint: Montes sicut cera liquati sunt, inquit TERTVL.de carne superborũ intelligas oportet,nisi credis fore,vt liquescant montes.Sic hũc locũ explanat:Bona terræ comedetis.i. bona carnis quæ illã in regno Dei manent reformatã,& angelificatã,quæ nec oculus vidit,nec auris audiuit.Sic CLEMEN. ALEX. in pædagogo li.3.cap. vlt. subijcitq; Tertull.nã satis vanũ esset,si sic intelligeremus, vt Iudæi de rebus terrenis,quibus fortunatiores infideleis videmus,q̃ populũ Dei. Et verissimè quidem hæc Tertul.quę enim gens toto terrarũ orbe,si spectes bona extera non fuit fortunatiòr populo Dei? vt missos faciã eos,qui rerũ sunt potiti,Assyrios,Lacedæmonios,Athenienses,Persas, Romanos,& alias nationes barbaras,& cùm apud alios prophetas,tũ apud Malachiã queruntur Iudęi,quòd qui seruiunt Deo minus fortunati sunt quàm qui non seruiunt Deo,& Dñs ita se facere ait, & iubet eos expectare finẽ,& pollicetur bonis patris indulgẽtissimi animũ,& beneficia.Hoc ergo modo Iudæi faciunt mendaceis prophetias suis interpretationibus, nã si de rebus terrenis intelligas,falsa erũt hęc.Vndè CYRIL.Terra,inquit,quę sanctis præparata est de qua dominus:Beati mites,quia ipse hæreditabũt terram. Quod autem ait,Gladius deuorabit vos de igne interpretatur IVST. martyr in apol. pro Christianis.2.Ne intelligas,inquiés, de gladio humano,sed gladius Dei ignis est.TERTVL.lib.aduersus Iudæos de claritate gentium in Christo Iesu:machęra hæc siue gladius,Christus est,quem non audiendo perierunt,& ita interpretatur TERTVLL. illud: gladius deuorabit vos, Christus vos perdet,quia eum non audieritis.Christus enim inquit Tertullian. in Psal. dispersionem eorum postulat à patre: Dispergе illos in virtute tua. & per Esaiam eorum exustionem orat: propter me, iniquit, hæc facta sunt vobis. Et vide quo modo veteres patres ex euẽtu rerum interpretabantur scripturas,subijcit enim Tertullianus hæc,de sensu totius huius capitis. Cum pati hæc prædicentur Iudæi,& passos eos esse inueniamus,& in dispersione versari cernamus,manifestũ est propter Christum Iudæis ista accidisse cõspirante sensu scripturarum cum exitu rerũ & ordine temporum.Aut si nondum venit Christus propter quem hæc passuri prædicabantur,cùm venerit ergo patientur.Vbi ergo filia Sion relinquenda quæ nulla est?nec erit? vbi ciuitates exurendæ,quę exustę sunt?vbi dispersio gẽtis quę iam est extorris? Hęc Tertullianus.Alibi quę rit aduersus eosdem Iudæos: Vbi Hierosolyma, vbi Bethleem? vbi reliquæ vrbes Iudææ? de quibus erãt tot vaticinia prophetarũ,vbi oriturus Christus,passurus, per quas erat ambulaturus,vnde lex proditura,cum iam nullæ extent neque vllo vnquam tempore sint instaurandę. GREG.NAZ.in illud euangel. quando perfecit Iesus sermones hos, explanans, cur varijs nominibus nominetur Christus, & nominum rationem reddens, machæra, inquit, seu gladius dicitur,quòd resecet à bono quod malũ est,quòd AMBR. sensisse videtur cum in comment.in cap.5.Lucæ li.5.de secunda similitudine, aufer dñe Iesu potente machæra tua,meorũ putredines peccatorũ,quæ res multũ facere videtur,ad illã August.quæst.super Leuitic.lib.3. quæst.94.vbi quærit,quomodo Iudæos gladius consumpserit,& quomodo terra eorũ deserta,cùm sint in terra inimicorũ suorũ,& respondet August.an consumet tantùm, de his intelliges,qui gladio ceciderũt,nã residui toto orbe sunt dispersi,quod etiã prophetarum vaticinijs prædictũ est.hæc August.Si ergo interpretationẽ Greg.Nazianz.expendamus:Gladius deuorauit,quos resecuit à bonis,& resectos,incendio,fame,pòst hostiũ armis consumpsit,aut disseminit in omnes regiones,orasq; terrarũ: sic enim gladius malos à bonis resecat,& separat, siue dispergat per terras inimicorũ,vt sint exules,siue consumat bello & incendio.Quia os Dñi locutum est, REMIG. Altisiodorẽsis in.1.cap.Abdiæ:Os Domini,inquit,cuius dixisse fecisse est. GREG. Moral.lib.27.cap.10.potest per os Dei,vnigenitus filius designari,per quẽ facta sunt omnia:vt apud Esaiam: Quia os Dñi locutum est, per quem omnia nobis loquitur, ac si oris nomine planè dicatur verbũ,sicut nos quoq; pro verbis,linguam dicere solemus,cùm linguã Græcam,Latinamúe dicimus,ita scriptura os pro verbo:quò spectat illud:Osculetur me osculo oris sui.i.tangat me dulcedine præsentiæ vnigeniti filij sui.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea,nunc autem homicidæ.	Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Siõ,plena iudicio? iustitia habitauit in ea, nũc aũt homicidæ.

DIctum est suprà ex Epiphanio,Hilario,& alijs sanctis patribus, Lxx.viros scientia spiritali addisse aliquando verba scripturæ, quæ Dei oraculis lucem afferrent, & perspicuitatẽ adderent,quæ verba August.& Orig. tantæ putant authoritatis, quantę sunt verba Hebræa, quòd æquè citentur ab Apostolis & Euangelistis, hæc verba addita à Lxv.viris, atque verba Hebræa. Quòd non aliud sonent,quàm quæ prophetæ dicũt,sed tantùm dicta prophetarum faciant planiora & dilucidiora: hoc ergo loco addidêre Lxx.viri vocem illam, Sion, vt pateret verba fieri ad Hierusalem,nec quisquam alio posset deflectere.Quòd D.Hierony. reddidit:Habitauit,interpretabimur vt illud:Fuit ilium & ingens gloria Teucrorum. i. fuit, & iam non est: sic, iustitia habitauit olim.siam non habitat. Hebraicè enim est לִין .i.dormiuit, vt vertunt Lxx.viri,quod interpretatur D.Hierony.i.habitauit olim in ea,iam non habitat. CYRIL.in Genes.lib.9.explanans illa verba: Hæ sunt generationes Isaac, iustitiam dormisse in Sion ait,quòd iam olim complures essent,qui legem non obseruarent, quòd iam multis ante annis diffluebant vitijs & libidinibus,obliti mandatorum Dei. Nunc autem homicidæ: aut, vt Lxx.reddidêre:Nunc autem interfectores,sic enim est Græcè & Hebraicè, vt sit: Nunc autem interfectores Christi.s.PROCOP. interfectores aut homicidas eos appellat, inquit, propter Christi sanguinem quem fuderunt. EVSEB.Cæsarien.lib.2.demonst.cap.30.de exclusione Iudęorum,hunc locum interpretatur:Ergo iustitia pro omni virtute accipienda,quã olim in ea cessasse ait, & dormijsse in Sion, nam vt leges apud CHRYS. luxus fuit Iudæis caussa,vt Christum non reciperent, & perirent, quòd apud Iudæos inualuerant vitia,perierat omnis virtus:ergo si ex sententia D.Hierony.Cyrill.Procop.Euseb.hic locus ad interfectores Christi refertur,optimè Græcè & Hebraicè est: Nunc autem interfectores,vt dicas: Nunc autem interfectores Christi. s. sitque clausula quam appellat Quintil. lib. 9. cùm vehemens aliquis sensus in verbo est,& in fine orationis ponitur & assignatur auditori, & infigitur animo auditoris,quod verbum si in medio orationis positum esset,transiri potuit intentione,& obscurari circumiacentibus,& ideo ab Oratoribus dicitur, mucro, quod positum in fine, velut mucro animo auditoris infigitur,vt hoc loco: hactenus omni flagitio eratis cooperti, nunc autem interfectores Christi.Hoc iudaizantes ad tempora Esaię referunt,quòd fieri nullo modo potest,vt docet D.Hierony.& non posse explanari hunc locum, nisi de ijs qui Christum cruce affecêre,facilè intelliget qui velit expendere illud aduerbium,nunc,& Iudæorum mores iam indè vsq; à prima gentis origine. Dic quæso te,quicunque probas Iudæorum sententiam de sensu huius loci,ecquando tu putas leneis & mansuetos fuisse Iudæos, à sanguine, & cædibus alienos? vt de ijs dicatur: Nunc homicidæ & interfectores, quasi verò hoc vitium apud Iudæos temporibus Esaiæ esse cœperit.Repete memoriam Hierosolymorũ, & dic quando cœperint esse homicidæ Hierosolymitani,quòd si pigeat historias à principio repetere,discces hoc quod dico,verum esse ex Actib.Apostolorum cap.7.vbi Stephanus inquit:Quẽ prophetarum non sunt persequuti patres vestri? Et ex Matth. cap. 23. vbi ait Dominus: Ecce ego mitto ad vos sapienteis & scribas,& ex illis occidetis,& crucifigetis:vbi Dominus ipse declarat,Iudæos ipsos iam inde vsque ab Abel fuisse sanguinarios: ne dicas Hierosolymitanos cœpisse temporibus Esaiæ esse interfectores & sanguinarios. Vin' scire,quò hic locus sit referendus? consule literas apostolicas & euangelicas: abyssus enim abyssum inuocat,& vetus testamentum à nouo illustratur.Expende verba Stephani.7.cap.Acto. & illic idem hoc aduerbiũ, nunc,reperias:sic enim Stephanus: Quem prophetarum non sunt persequuti patres vestri? & occidebant eos,qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius vos proditores & homicidę estis. En,quò referas vocula illam,nunc, apud Esaiam,quò retulit Stephanus,ad Christum, videlicet cùm dixit:Cuius nunc vos proditores & homicidæ estis: eandem vocem apud Prophetã, & in apostolicis literis reperias,eodem referas necesse est, quando ostendimus apud prophetam Esaiam aliò referri non posse.Vnde apparet optimè Lxx.viros vertisse: Nunc autem interfectores,sic enim Græcè est & Hebraicè & diuinitus quoq;,D.Hierony.vertisse:Nunc autẽ homicidæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

homicidæ,vſus videlicet verbo D.Stephani, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuiſtis, A
vt idem aduerbium, nunc, & idem nomen, homicidæ, in Eſaia ſit, & in actis Apoſtolorum.
PROCOP.Plena iudicio,interpretatur Dei caſtigatione,vbi Dei vindicta iudicium,inquit,
dicitur, quod cum iudicio fiat: & iudicium vltionem appellat, qua incendio, fame,& ferro
abſumpta Iudæa eſt.Et infrà idem Procop. Quãdo Deus poſt crucem Chriſti,meritas pœnas
erat Iudæis irrogaturus,tanquam optimus artifex,qui igni ſeparat diſsimilia, & indice diſcer
nit legitimum aurum & argentum, ab auro & argento adulterato, vt aliud ſeruet, aliud igni
tradat,aut conſumat in vaſa contumeliæ:& quemadmodum agricola, qui triticum ventila-
bro ſeparat,ſeparauit apoſtolos & fideles.ſuperbos & legirupas:qui pugnabant cõtra Deum,
tradidit incendio,quòd tollerent cornu in altum,quòd loquerentur contra Deum iniuſtitiã.
CHRYS.in cap.12.Matth.homil.30.idem putat eſſe & hoc quod ait Eſaias: Quomodo facta
eſt meretrix,cum illo Euangelij:Generatio mala & adultera ſignum quærit, dictumque eſſe,
quia Iudæi videbantur eſſe Dei cultores,erant aũt amatores diaboli,vt ſit plena iudicio,plena B
tot vaticinijs,tot ſignis aduentus Chriſti,quibus iudicares, & intelligeres cõpleta eſſa omnia
ſigna Chriſti aduentus,cùm videres omnia vaticinia compleri, quibus plena eras, quomodo
facta es meretrix.i.quomodo te duci voluiſti potiùs & gubernari à poteſtatibus tenebrarum,
quàm à vero Deo: hoc enim dicitur fornicatio in ſcriptura.

D. HIERONYMVS.

Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, vinum tuum mixtum eſt aqua, principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillos non iudicãt, cauſa viduæ non ingreditur ad eos.

LXX. VIRI.

Argentum tuum reprobum, caupones tui miſcent aquã vino, principes tui non obediũt, participes furum, diligentes munera, ſequentes retributionẽ, pupillos non iudicantes, iudiciũ viduarũ nõ attendẽtes.

QVòd D.Hierony. conuenienter Hebræę lectioni reddidit: Argentum tuum verſum eſt C
in ſcoriam,Lxx.non reddunt ad verbum,ſed facta paraphraſi interpretantur. i.argentum
tuum reprobum: facta inquam paraphraſi ex illis verbis cap. 6. Hiere. Argentum reprobum
vocate eos,quia Dominus proiecit illos:vt idem hoc loco & illo ſignificari nos docerent: nã
D.Hierony.ferè ad verbum reddit Hebræam lectionem: Lxx. viri veluti commentarij ex a-
lijs locis ſcripturæ faciunt paraphraſin,veluti hoc loco,quaſi dicerent conuenienter ſuperio-
ribus: Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam.i. argentum reprobum facti eſtis, quia Domi-
nus proiecit vos: vide quàm ſuperioribus congruat de abrogatione legis Moſaicæ, & exclu-
ſione Iudæorum.ORIG.in Leuit.cap.3:homil.3.pecunia proba, inquit, quæ veri regis præ-
fert imaginem,reproba verò quæ non præfert veram regis imaginem,ſed adulteratam:multa
enim ſunt,qui Chriſti nomen habent,ſed veritatem Chriſti nõ habent,vt hæretici. AMBR.
in cap.22.Luc.lib.10.cap.de Petri proditione,videtur interpretari argentum reprobũ,de con-
uerſatione & doctrina Iudæorum,contra eos qui Rabinorum,& Iudęorũ conuerſationi ſunt
dediticſsimi. CHRYS. in ſermone aduerſus hæreticos tomo. 5. Eſaiam hoc loco vocare pu- D
tat, argentum reprobum,& vinum mixtum aqua,diuinum eloquium, vitiatum apud Iudæos,
& diuinam doctrinam humanæ malitiæ lenocinio adulteratam.Et in Matth.cap.21.homil.38.
quemadmodum pecunia quæ non habet characterem Cæſaris reproba eſt,ita homo qui non
habet in ſe Dei imaginem,reprobus dicitur,quia in templo Dei nummi ſpiritales eſſe debent,
qui Dei imaginem habeant,non qui terreni regis.i.diaboli. PROCOP. ita dictum putat,ar
gentum reprobum,vt à Domino generatio praua & adultera. EPIPHAN. de hæreſ. lib.2.
in oratione Methodij:Quemadmodum,inquit,vt vas conflles argenteum, purgas argentum,
& emundas ferro & ære, quæ dura ſunt, & non cedunt aurifici, ſic anima tua carnis intempe-
rantijs emundanda eſt,vt Deo aurum purum ſis & argentum. PLATO hæc ex Eſaia & Hie-
remia mutuatus eſt in.3. de Republ. lib. vt aureos homines nominet viros cæleſtibus virtuti-
bus præditos,quòd aurum cæleſte, eorum pectoribus ſit delibatum.i.iuſtitia, & omnis virtus:
argentũ verò cæleſte,illorũ inſitũ animis dicebat, qui virtutibus communibus eſſent inſignes
reliquis hominibus pro varitate morum,aut æs,aut ferrum,aut ſtannum, animis inditum eſſe.

Hæc Pla-

A Hæc Plato ex his locis propheticis,libris de Republ.& alijs dialogis interſperſit. Quòd verò
Hierony.dixit:Vinum tuum mixtum eſt aqua,Hebraicè eſt סָבְאֲךָ מָהוּל בַּמָּיִם vbi primũ ver-
bum Hebræum ſignificat vinum,& ſi hoc intellectu accipias,efficitur tralatio D. Hierony.ad
verbum:Vinum tuum mixtum aqua,ſubaudit D.Hieronymus verbum, eſt:ſignificat etiã cau
ponem & ebrium,& ſic accepère Lxx viri & reddidère: caupones tui mixtum aqua, & ſubau-
diuere (vendunt vinum)vt eſſet totum: Caupones tui mixtum cum aqua vendunt vinum: nã
Hebræus ſermo eſt admodum conciſus & breuis,eadem vtriuſque trãlationis ſententia eſt, &
hunc locum ſuprà interpretati ſumus ex Chryſoſt. PROCOP.appellat,inquit,eos caupones,
miſcentes aquam vino,quod Iudęi poſt audax illud facinus aduerſum dominum fingũt ſcho
lia fabuloſa ſcripturæ, vt meritò illos nomines caupones miſcentes aquam vino, quod merũ
illud ſcripturarum, quod animos hominum ad ſe conuertit,& ebrietate quadam cæleſti, &
crapula afficit, delectat cor hominis,& lætificat,fabuloſis ſuis commẽtarijs, & interpretatio-
B nibus,veluti aqua diluũt.Hæc Procop.I nunc, & admirare Iudaizantes,qui nugas tibi Iudæo
rum venditant.IREN. lib 4.cap.25.Iudęorum traditio quam ex lege obſeruare fingebant,cõ
traria erat legi Moſis,propter quod ait Eſaias:Caupones tui miſcent vinũ aqua:contraria enim
legi docebant quod dominus indicat:Quare vos tranſgredimini præceptum Dei propter tra-
ditionem hominum?Quædam enim auferebant ex lege,quædam addebant,quædam quem-
admodum volebant,interpretabantur.GREGO. NAZ.in apologetico ad concionatores
hoc etiam refert,quòd verbum Dei,quod lætificat cor hominis,miſcent aqua.i.re fluxa,& ca
duca,vt cauponentur ex verbo Dei,& lucrum faciant. AMBRO. in Pſal. 118. ſerm.12. in illa
verba: Narrauerunt mihi iniuſti exercitationes,ſed non vt lex tua:multi fures ſunt qui verbũ
Dei ad vtilitates ſuas furantur,hoc eſt,ad fraudem,& malitiam,quique patrimonium ſcriptu-
rarum cæleſtium in ſua furta detorquent, adulterina ſibi compendia colligentes dolo magis
quàm veritate quæſita,ij ſunt qui miſcent aquam vino, tanquam caupones peſsimi adulteran
tes ſermonẽ Dei.Sic etiam CYRIL. D. HIERON. & BASIL.interpretãtur.Principes tui
infideles,quia ſocij ſcribarum & phariſæorum erant,& vnà conſilium capiebant aduerſus do
minum: vnde ſequitur,Socij furum.i.ſocij ſcribarum & phariſæorum corrumpentium ſcri-
C pturam:vel ſocij furum. i.Iudæ proditoris (vt interpretatur D.Hieronymus) nam receptiſsi-
mum eſt pluralem numerum poni prò ſingulari. Principes enim ſacerdotum ſocij Iudæ pro-
ditoris fuere vt ait PROCOP.& dixère:Hic eſt hęres venite,&c.Nõ obediere ergo legi,vnde
non obedientes,& non credentes appellantur. Omnes diligunt munera,& ſequuntur retribu
tiones, dixère enim noſtra erit hæreditas: quod Hieronymus vertit: Principes tui infideles
Hebraicè eſt, סוֹרְרִים quod ſignificat,declinantes retrorſum, rebellantes,apoſtatantes, vt alijs
locis vertũt Lxx. Repetit ergo propheta quod ſupra dixerat:Alienati ſunt retrorſum:quod à
Iudæis factum eſt cum dixere, Non habemus regem niſi Cæſarem. Hoc loco Lxx, verbum
Hebræum סוֹרְרִים reddũt (ἀπειθοῦσι) non credunt,aut non parent Chriſto vocanti,aut non obe
diunt.CYRIL.his verbis accuſat principes,qui ſublata ceruice obedire noluerunt, nec, enim
voluère fidem Chriſti admittere,quanuis viderent completa vaticinia,vt Dominus dixerit il
lis: Putatiſne me vos accuſaturũ apud Patrem? eſt qui vos accuſat Moſes. Et infrà cum furacis
ſimo Iuda conſpiraſſe ait,vnde ſocij furum dicuntur. IREN.lib.4.cap.5.ait Eſaiam hoc loco
D dicere ſcribas & phariſęos,cœpiſſe temporibus legis,contemnere Deum,non iudicare viduã,
nec pupillum,vt lex iubebat: & cùm aſſueuiſſent contemnendæ legi, poſtremò Chriſto non
credidiſſe,quin ſocios fuiſſe Iudæ, proditionis, & coniuraſſe aduerſus Dominum, iuxta illud
Dauidis: Quare fremuerũt gentes? ſed quia obſcurè hæc dicta ſunt ab Irenęo,eius verba ſub-
iungam: Ideo ſcribę & phariſæi,qui cœpère à temporibus legis contemnere Deum,neq; ver-
bum eius receperunt.i.qui à principio aſſueuerant contemnendę legi, poſtremò Chriſtum nõ
recepère.Principes tui indicto audientes.i.non audientes dicto,ſubaudi Chriſto,quia Chriſto
non erant dicto audientes.Poſteà ſubdit:Qui priùs à priſcis temporibus dilexère munera, ſe-
ctati ſunt retributiones: quaſi dicat, nihil miri fecère, ſi maluère Cæſari placere quàm Deo,
qui aſſueuerant priùs diligere munera,& ſua commoda quærere,non cæleſtia dona, ſiquidem
ſemper fuère auari,& præ auaritia non iudicauère viduam:ſic ergo Irenæus hunc locum expla
nat,eodem ſpectat D. CYRIL.in commentarijs,nec ab hac ſententia alienus D. Hieron. eſt.

D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Propter hoc ait dominus Deus exercituum, fortis Israël.

LXX. VIRI.

Propter hoc hæc dicit dominator Dñs sabaoth, Væ fortes Israël.

væ	Israël	fortes fortis	Sabaoth	Deus	dominus	dixit	Propter hoc
הוֹי	יִשְׂרָאֵל	אֲבִיר	צְבָאוֹת	יְהוָה	הָאֲדוֹן	נְאֻם	לָכֵן

D. Hieronymus in tralatione huius loci, secutus est distinctionem quæ in Hebræis codicibus est, & interiectionem, heu, principium fecit sequentis orationis, vt iuxta tralationé D. Hieronym. nihil hac oratione dicatur, quàm quod dici à prophetis frequentissimè solet: hæc dicit Dñs. quæ sequuntur reliqua omnia dei cognomina facit: Deus sabaoth, Fortis Israël. Lxx viri his verbis significari putant illud Euangelij: Væ vobis scribæ & Pharisæi, vertêre enim, væ fortes Israël, aut vt legit TERTVLL. lib. 4. aduersus Marcionem: Væ qui valent in Israël, quod idem est. & de sacerdotibus & principibus Iudæorũ interpretatur. PROCOP. de eisdem hunc locum explanat, & CYRIL. & D. BASIL. quod hi culpam sustinuere passionis Christi & incredulitatis Iudæorum: nam Iudæi perierunt falsis scripturæ interpretationibus & suasu Pharisæorum, quod euangelistæ omnes testantur, & EVSEBI. demonstrationis euangelicæ lib. 2. caput conscripsit. 27. de accusatione principũ Iudęorũ. & THEOPHY. in cap. 14. Lucę, interpretans hæc verba: Exi in vicos & plateas, repudiati sunt, inquit, principes Iudæorum, & ex his nemo in Christum credidit, & ipsi sua perfidia gloriabantur, præter eos qui literis euangelicis significãtur intellige: hi igitur inquit, vt ait propheta, stulti facti, excidere gratia, humiles & minores venêre ad fidem: hic igitur huius loci sensus est iuxta tralationem Lxx virorum, & ex Iosepho dicendum est sępiùs, omnem vim mali cùm vastitas inuecta est Iudæis à Romanis, incubuisse super principes Iudæorum & super primarios, & locupletes. Hos cœsos frequẽtissimè flagris, & fustibus, leges apud Iosephum in libris de bello Iudaico, crucibus suffixos tot numero, vt ligna & loca deessent in agris, per omnia cruciamenta necatos: postremò cùm capta vrbs est, hos citra discrimen gladio peremptos, valentiores, & iunio res captos, cõstrictos vinculis, vt in theatris per omneis vrbeis belluis dilacerandi obijcerentur, constricti vinculis captiui ducerentur: venia data est pauperibus, vt liberi abirẽt quo vellent, vt leges in fine li. 6. de bello Iud. Quòd si euentus est optimus scripturæ interpres, vt docent omnes sancti, hinc vel manibus prehendemus sanctorum expositionem esse verisimã. Cur autem hic locus à sanctis tam rarò citetur, caussa suprà dicta est, quòd vehementer hic locus Iudæos premeret, quòd planè sonaret illud Euangelicum: Væ vobis scribæ, & pharisæi: & subuerteret omnem interpretationem Iudæorum huius capitis, confirmaretque sanctorum patrum sententiam, clamoribus Iudæi obtundebant nostros, negabant quidquã tale Hębraei nostri hæc attingere, aut attingebant timidè. Lectio autem Hebræa consentit cum Lxx virorum tralatione, si addas vnam litterulam, quæ instar vnius puncti est, quam ostendimus suprà, etiam sine ludęorum fraude solere excidere sępissimè, nam, si pro, אביר legas, אבירי addita vna literula, efficies, forteis Israël. i. potentes & nobiles, vt veteres patres interpretantur. Neque illa litera tantùm interest, sed quod Lxx viri interiectionem illam, heu, quam D. Hieronimus fecit initium sequentis sententiæ, finem sententiæ fecêre, & sic edidêre: fortes Israël, heu, & interiectionem illam præposuêre, ne posset tribui sequentibus: Heu fortes Israël, seu, Væ fortes Israël. GREG. lib. 1. super Ezechielem homil. 9 in fine docet hoc interesse inter lamentationem, & carmen, & væ, quæ distinguit Ezechiel: quòd lamentatio, pœnitentia peccatorum est: canticum, vel, carmen, gaudium iustorum: væ, reprobationem damnatorum significet. Vndè: vę fortes Israël, sic dictũ videtur à Lxx, vt vę mundo à scandalis, vę vobis qui ridetis, vę multo tamen vehementior, & acerbior posita in fine, vt Hebraicè est: Fortes Israël væ: aut fortes Israël heu, per apostopesin, quæ magna hic minatur. CHRYS. in cap. 6. Geneseos tomo. 1. homilia 23. considera quomodo per væ declarat, quanta illos pœna maneat: væ enim lamenti nuncium verbum est, vnde quasi miseros eos vocans, ait: væ vobis.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS.

Heu ego cõsolabor super hostibus meis et vindicabor de inimicis meis.

LXX VIRI.

Non cessabit meus furor cõtra aduersarios, & iudicium de inimicis meis faciam.

de hostibus meis	vleiscar	de hostibus meis	pœnitebit me consolabor	Heu
מֵאוֹיְבָי	וְאִנָּקְמָה	מִצָּרָי	אֶנָּחֵם	הוֹי

Et hîc quoque locus est ex eorum numero, quos veteres patres (vt superiore commentario dixi) attingere non audent, Iudęorum clamoribus deterriti, vt docet ORIG. in epistola ad Aphricanum: quòd vociferarentur Iudæi, nihil tale esse Hebraicè, & nostros falsis scriptu-
B rarum testimonijs nationibus facere inposturam, quod planè hoc testimonio excluso Iudęorum significetur iuxta tralationem Lxx virorum, repetaturque quod suprà dictum est: Non amplius dimittam vobis peccata vestra, idem enim significat: Non cessabit furor meus in vos: Quę enim apertiora testimonia dici aut fingi possunt in Iudæos? quæ vaticinia quæ illos premant magis? quę verisima comprobat euentus, optimus scripturarum interpres, cùm per mille quingentos annos vrbes Iudææ dirutæ iaceant, templum incensum, & solo æquatum, ipsi vagi toto orbe, suis sedibus pulsi alijs seruiant: vel hæc duo oracula illos sui erroris nõ admonerent? cùm præsertim dicendum alibi sit latiùs, tyrannos sęuissimos in Christianorum inuidiam, Iudæorũ templũ instaurare esse conatos, igni de cælo, et terræmotu grauissimo impeditum opus, & disiectum, neque viribus vllis nationum & Iudæorum, qui vnà in Christianorũ nomen conspirarant, instaurari vllo modo potuisse, vt CHRYS. docet tomo. 5. in demonst. quòd Christus sit Deus sub finẽ. & initio lib. 1. aduersus vitæ monasticæ, & alijs locis, idque suis temporibus penè accidisse testatur. non inficior tamen tralationem D. Hieronymi lectionem Hebræam ad verbum expressisse, & significare hoc idem quod dixi: Heu consolabor de
C hostibus meis, vt sint verba Dei minantis mala, quæ oppressere Iudæos, & oppriment in omne tempus: sed veram esse hanc interpretationem arguunt Lxx viri qui CCC. annis ante crucem Christi præsignificauerint hoc quod verisimum rerum euentus comprobauerit: si nihil aliud esset quam Lxx duos viros tribus seculis antè prędixisse quod videmus factũ, idque nõ semel, sed semper, prophetas illos diceremus. Sed sic explanant hunc locum Esaię vt facta paraphrasi ex Hieremiæ cap. 4. ex illis verbis: Quia non cessabit furor Dei à vobis, idem his verbis, & illis putant significari: vt autem intelligas quomodo congruat tralatio Lxx virorũ cum lectione Hebræa, hunc canonem ante oculos habeas necesse est, semper Lxx viros pro interrogatione non reddere interrogationem, sed interrogationis responsionem. Ergo נחם significat, consolationem accipere, & pœnitere: & R. Abraham, vt leges in thesauro linguæ sanctæ duobus modis hunc locum explanat, Nunquid cõsolationem accipiam super hostibus meis? & hoc modo vertit D. Hieronymus, vel: Nunquid pœnitebit me mali quod facturus sum hostibus meis? quasi dicat, non. & hunc posteriorem modũ magis probat R. D. hęc interpretans, & hanc sententiam expressisse videntur Lxx, excepto quod pro interrogatione ponunt sem-
D per responsionem interrogationis, perspicuitatis causa. Pro hac ergo interrogatione: Nunquid poterit me pœnitere mali quod facturus sum hostibus meis? Vertunt, nõ poterit me pœnitere mali quod facturus sum hostibus meis, & sensum expressere non verba: edidere enim Non cessabit furor meus contra aduersarios meos: & quod D. Hieronymus vertit conuenienter lectioni Hebræę: vindicabor de inimicis meis, reddidere Lxx viri, Iudicium faciã de inimicis meis, facta paraphrasi ex loco superiori: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sió plena iudicio: Lege quæ in hæc verba scripta sunt.

D. HIERONYMVS.

Et conuertam manum meam adte, et excoquam ad purum scoriam tuam, et auferam omne stannum tuum.

LXX VIRI.

Et inducam meã manum in te, & igni examinabo te ad purum: at inobedientes perdam, & auferã oẽs iniquos à te, & omnes superbos.

LXX. VI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

LXX VIRI GRAECE.

καὶ ἐπάξω τὰς χεῖρά μου ἐπὶ σὲ καὶ πυρεύσω σὲ εἰς καθαρὸν, ἀφὼς δὲ ἀπωλοῦσίας ἀνομίαν, καὶ ἀρτὶῶ πάντας ἀνόμους ἀπὸσου καὶ πᾶσαν ὑπερηφάνου.

LXX VIRI LATINE ALITER.

Afferam tibi manus meas, & inflammabo te ad purum, non credentes perdam, auferam omnes transgressores legis à te, & omnes superbos.

PROCO. qui veterum patrũ Græcorũ scripta in Esaiam, in vnũ quoddam volumen redegit, hęc interpretans, inquit: Quæ per allegoriam à propheta dicuntur Lxx viri planiùs dicunt. Ergo Procopius nos monet, Lxx viros agere paraphrases & facere commentaria in scripturã, nec verbum verbo reddere, sed veros scripturarum eruere sensus, & ita scripturam interpretari eos videas, ac si in rem prẹsentem venissent. Summopere igitur anuertẽdum hoc est quod hoc loco nos docet Procopius, Lxx viros explanare allegorias, & quę obscurè dicta erant interpretari dilucidè, & sępè in Esaiam scribere commentaria, quæ ab apostolis citari ostendemus: hoc præceptum ob oculos semper est habendum, si intelligere voles Lxx viros fideliter reddidisse sacras literas. Vnde habere nos intelliges tralationem D. Hieronymi ad verbum redditam, & interpretationem Lxx virorum quæ sensa scripturæ sacra exprimat, trecentis annis ante crucem Christi, ad refellendos Iudæos & Iudaizantes, quæ res illos suprà quam dici potest, peius habet, & ideo Lxx viros sanguine viperino peiùs odêre. Quòd ergo cõuenienter Hebraę lectioni, vertit Hiero. Conuertam manum meam ad te, interpretantur Lxx viri. i. afferam tibi manus meas, & afferre manus alicui, est ferire aliquem & percutere, quod factum est à domino per Vespasianum & postea per Adrianum, cùm omnes vrbes Iudææ igni & ferro sunt consumptæ, deinde: Excoquam ad purum scoriam tuam, interpretantur. i. igni inflammabo te ad purum, quibus verbis satis planè significatur inflammatio vrbium Iudææ, ex qua puri & sancti soli mansere apostoli & fideles: reliqui, aut absumpti sunt ferro, peste, aut incendio, aut dispersi in omnes partes orbis: ducta ergo metaphora à metallis, quæ igne expurgantur vt maneat purum aurum, purũ argentum: propheta dixit: excoquam scoriam tuam ad purum. i. more purgantium aurum & argentum igni consumam scoriam tuam & purgamenta, Lxx viri modum quo id futurum erat, expressere. i. inflammabo te igni Romanorum, postea: Auferam omne stannum tuum, quibus verbis propheta in supradicta perstat metaphora quam vt Procop. ait, sic explanant Lxx viri. i. non credentes vel non obedientes, perdam & auferam omnes iniquos: aut omnes legis trangressores à te, & omnes superbos. Quæso potuêre Lxx viri planiùs dicere, si legissent euãgelia & historias quibus proditum est infideles Iudæos qui Christo credere noluerunt esse deletos? fideles (vt posteà dicendũ est pluribus) esse admonitos ante inuectã vastitatẽ, vt relinquerent Hierosolyma? Ergo Lxx viri illam allegoriam excoquam te ad purum explanant. i. inflammabo te, vt tantum quod purum est in te & sanctum maneat, hoc est, apostoli & fideles qui per spiritum. s. sunt admoniti, vt abscederent Hierosolymis & sese in tuta reciperent, ne partem traherent mali. Et rursum illam allegoriam: Auferam omne stannum tuum, interpretantur. i. non credẽtes perdam & auferam omnes transgressores legis à te, eos. s. qui dixerunt non habemus regem nisi Cæsarem, qui imperio Romano parere maluerũt, quàm legi & prophetis, & omnes superbos auferam à te. i. scribas, pontifices, & Pharisæos, de quibus lege quæ scripta sunt in illa verba: propter hoc ait Dñs deus exercituũ. Hæc omnia sic PROC. nec ab eo dissentit CYRIL. VATAB. pro excoquam ad purũ scoriam tuã, vertit: Purgabo instar saponis scorias tuas: Vatable, quæso te, sapone purgantur scoriæ? igni purgantur scorię non sapone: sed in hoc à suis Rabinis damnatur. Vatablus ad auaros iudices D hęc refert, non ad Christum, Lxx viri tam planè hæc ad Christum referunt cum nostris, vt nõ potuerint apertiùs, nisi Christum suo nomine nominassent.

D. HIERONYMVS.

Et restituam iudices tuos vt fuerunt priùs, et cõsiliarios tuos vt antiquitùs.

LXX. VIRI.

Et instituã iudices tuos sicut priùs, & cõsiliarios tuos sicut ab initio.

LXX. VIRI GRAECE.

καὶ ἐκατατήσω τοὺς κριτάς σου ὡς τὸ πρότερον, καὶ τοὺς συμβούλους σου, ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς

LXX. ALITER.

Et constituam iudices tuos vt priùs, & consiliarios tuos vt ab initio.

EOdem modo hic locus redditus est à D. Hierony. & à Lxx. viris, excepto, quòd verbum, fuerunt, quòd D. Hieron. perspicuitatis causa de suo addidit, mihi potiùs videtur aliquan-

A tulum perturbare sensum. Si Græca verba excuties, hoc loco planè Esaias, vt docent PROC. & CYRIL. & D. HIER. & BASIL. præsignificat lectionem Apostolorum, diruta nanque synagoga à principio, ait: Deligam tibi apostolos & Euangelistas, qui sint tui iudices, & tui consiliarij, vt priùs. i. vt olim, hoc est, sicut constituebam Samuelem, & Mosen, & cæteros. Lectio Hebræa hoc magis significat, quæ sic ad verbum reddi potest: Reuerti faciam iudices tuos tanquàm in principio, & iudices tuos tanquam in initio. i. faciam eos reuerti tanquam ad nouum principium, legis nouæ, scilicet.

D. HIERONYMVS.

Post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis.

LXX. VIRI.

Post hæc vocaberis ciuitas iustitiæ, metropolis fidelis Sion.

B ALiter hunc locum dispungunt Lxx. viri, aliter D. Hierony. nam D. Hierony. facit finem sententiæ: vrbs fidelis, sic, Post hæc vocaberis, ciuitas iusti, vrbs fidelis. Lxx vero dictionem sequentem, quam D. Hieron. fecit principiũ orationis sequentis, huius clausulæ fecêre finẽ sic: Posthæc vocaberis ciuitas iustitiæ, metropolis fidelis Sion: de cætero, quòd D. Hieron. ciuitas iusti, Lxx viri reddidêre, ciuitas iustitiæ, quod verbum Hebræum צדק varijs punctis, vtrunque potest significare, Hebræi nunc ea apponunt puncta, vt verti debeat ciuitas iustitię, vt reddidêre Lxx viri: sed mihi multò, multoq; magis placet versio D. Hiero. quanquã enim idem vtraque tralatio significet, significãtior est tamen multò interpretatio D. Hieronymi & re ipsa completum est hoc vaticinium, nam vno omnium patrum veterum consensu hic locus de ecclesia dicitur, quæ dicitur Christi ecclesia & Dei, vt ca. 1. ad Ephes. & ad Roman. cap. 16. & Christus caput est ecclesię qui dicitur, iustus, in scriptura. Deinde, quod Hieronymus vertit, vrbs, Lxx reddidêre metropolis, quod verbum Hebræum קריה semper redditur à Lxx senioribus metropolis, quanquam D. Hieronymus sit author, à quibusdam Hebræis pro paruo oppido hanc vocem accipi, qui errant toto cælo: nam, קרי robur significat & victoriam, vndè, chirià, vrbs potẽtissima: & sic à Lxx vertitur, metropolis: & maius argumento quod

C Hierosolyma à prophetis semper vocatur, chiria, quæ non solùm potentissima & nobilissima totius Iudææ describitur à Plinio, cæterisque Geographis, sed totius Asiæ longè celeberrima. Sensus huius loci omnium cõsensu est: O Sion. i. ô ecclesia metropolis, & victrix orbis terrarum, vocaberis ciuitas iusti. i. ecclesia Christi, vel, ciuitas iustitiæ, quia iustitia & lex à Sione exiuit, & verbum Domini à Hierusalem: metropolis, inquit PROCO. quia sancta mater ecclesia vocaberis, & prælucebis alijs ad fidem. CHRYS. in Matth. cap. 21. homil. 37. metropolis i. mater vrbium, inquit, hoc est, ecclesiarum: Iudæa enim secundum Deum, mater est gentium. Idem CHRYS. in. 1. cap. Matth. homil. 5. Est, inquit, mos scripturæ, euentus rerum ponere nominum loco, & citat hunc locum: Ciuitas, inquit, vocabitur, ciuitas iustitiæ: neque tamen inuenimus, quòd ciuitas iustitiæ sit nominata, semper enim est dicta Hierusalem, tamen propter iustificatos, & quòd mater ecclesiarum fuerit, quia illud euenit in melius populi moribus conuersis, ciuitatem prædixit ita vocandam.

Hierusalẽ à prophetis semper chiria dicta

Mos scripturarum,

D. HIERONYMVS.

D *Sion in iudicio redimetur, et reducent eam in iustitia, et conteret scelestos et peccatores simul, et qui dereliquerunt Dominum, consumentur.*

LXX VIRI.

Cũ iudicio enim saluabitur captiuitas eius, & cũ misericordia, & conterentur legis trãsgressores, & peccatores simul, & qui dereliquerunt Dominum, consumentur.

DIxi Lxx seniores, primum verbũ huius sententiæ, superioris orationis fecisse finẽ, cùm dixêre: Metropolis fidelis Sion, quod D. Hieron. vertit: reducẽt eã: Lxx reddidêre, captiuitas eius: quod verbũ Hebræũ, שָׁבְיָהּ & verbũ esse potest. i. reducẽt eã, vt vertit D. Hieron. & nomẽ. i. captiuitas eius: vt redditũ est in Biblijs Vatabli. Sic Lxx hunc locũ reddidêre: cũ iudicio enim saluabitur captiuitas eius, & cũ misericordia, nã pro iustitia, qua iustificati sumus per Christũ dñm, semper Lxx reddũt, misericordiã vt PAVL. appellat gratiã: Gratia salui facti sumus. & ad Ephes. 2. Dñs dies in mia. & ad Titũ 3. secundũ ipsius miam. PROC. cũ iudicio saluabitur captiuitas. i. qui digni iudicabũtur salute,

D per Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per Christum soli salui fient,& adipiscentur Dei promissa, hoc enim significat, cum iudicio.i. qui digni iudicabuntur salute,iuxta illud Matt.22.sed qui inuitati erant,non fuerunt digni.Et captiuitatem,inquit PROCO.vocat errorem idolatriæ,& saluatam captiuitatem, liberatam ab errore idolatriæ, iuxta illud: Spiritus Domini super me prædicare captiuis remissionem. Idem significat tralatio D.Hieron.Sion redimetur.i. redimetur ecclesia in iudicio. i.qui digni iudicabuntur : & reducet eam,reuocabit eam ad se à cultu dæmonum: in iustitia iustificatam Iudaizantes suos sequuntur Iudæos , & ad Sennacheribum hæc referunt , & ideo non placet vt hoc loco vertatur captiuitas eius, quòd sciunt Israël captiuitatem nunquam esse reductam in patriam,sola captiuitas Iudæ est reducta : sed Iudæi, & iudaizantes hoc caput non possunt referre ad captiuitatem Babylonicam,sed neque ad Sennacheribum , vt ostendimus suprà,nã tenentur in vinclis constricti,nisi quòd centies victi,impietate absistere recusant. Cõteret sceleslos,& peccatores simul,hoc Lxx.viri interpretantur.i.conterentur legis transgressores, & peccatores simul,nam ἀνόμους AMBR.& HILAR.interpretantur,legis transgressores. BASIL. in commentarijs in hunc locum:qui diuinę legis præcepta, & vaticinia audire noluerunt,sed post Christi crucem persequebantur fideles,deleti sunt Romanorum armis , & absumpti incendio.Sed aduerte,duo genera hominum, consumpta fuisse post crucem Christi, & eos qui legis præcepta,& vaticinia audire noluerunt,quos ἀνόμους vocat. i. legis transgressores , doctores legis scilicet,& Pharisæos,qui persequebantur Christum,& fideles, & auertebant plebem à Christo:& alterum genus illorum, quos nominat peccatores, eos, qui obtemperantes principibus,& pharisæis, Christo non credidere,hos appellat peccatores, iuxta illud Ioan.cap.15. si non venissem,& locutus eis fuissem,peccatum non haberent.Hæc duo genera hominũ perditurum se ait Dominus,atq; adeò perdidit:& eos qui dixerunt : Hic est hæres, venite occidamus eum,& eos,qui horum inductu,& suasu non credidêre Christo.Et qui dereliquerunt Dominum,consumentur:hoc dictum est,quia in reliquis captiuitatibus, negat Dominus se factum consummationem,vt apud Hierem.in fine cap.4.& posteà cap.5.apertè dicit:Non delendam prorsum illis diebus Iudæorum nationem , quòd agebat de captiuitate Babylonica : at cap.11.describitur calamitas,quam nunquam Iudæi sunt excussuri dorso,quę hæc est,qua nũc premuntur . & cap.9.Dispersurum se dicit Dominus Iudæos, quoad eos consumat , quod factum videmus: totam enim subuertit Iudæam,& Iudęos suis sedibus expulit,adeò vt in vrbes Iudææ,Iudæo homini pedem inferre,esset capitale,quòd suprà dictum est . Hinc ergo intelliges,quoties dicitur à Prophetis:Consummabo eos,aut consumam, intelligendũ esse,de vastitate inuecta Iudææ à Romanis, post crucẽ Dñi, qua tota subuersa Iudæa est , quòd de reliquis captiuitatibus solet dicere Dñs apud Hiere.& alios:Non consummabo, aut nó consumã eos.

D. HIERONYMVS.

Confundentur enim ab idõlis, quibus sacrificauerunt , et erubescetis super hortis,quos elegeratis.

LXX. VIRI.

Quia confundentur ab idõlis suis, quæ ipsi voluerunt, & erubuerunt in hortis,quos desiderauerunt.

SEmper vaticinijs de Christo, & cœcitate Iudæorum subiunguntur peccata idolatriæ, & alia peccata,quasi nobis significent prophetę obcœcationis Iudæorum,caussam fuisse idolatriam,& alia crimina,& sua culpa Iudæos fuisse obcœcatos,ne Christum agnoscerent . CYRIL.& PROCOP.hæc crimina germana fuisse, aiunt,relicto vno Deo colere idola,& postea, cùm apparuisset nobis Dominus,negare ipsum,& Cęsarem potiùs agnoscere regẽ.Quid enim aliud fuit,relicto Christo,vero Deo,Cæsarem præoptare Regem,quàm relicto vero Deo, seruire idolis? Ait ergo Dominus luituros magno Iudæos , hoc tam immane facinus , quod reliquerunt Dominum,& præoptauerunt consecrare nemora idolis,afficiendosq; summa ignominia,ob tam nefarium facinus significat. Nam residui ex tanta illa clade , dispersi in omneis parteis terrarum,summa cum ignominia viuunt,& vixêre adhuc.Hortos autem appellat prophęta nemora,quæ consecrari solebant idolis.

Idolatræ fuere Iudæi negãdo Christum.

D. HIERONYMVS.

Erũt enim quasi terebinthus defluenti bus foliis,et velut hortus sine aqua.

LXX VIRI.

Erũt autẽ sicut terebinthus, quę amisit folia,& sicut hortꝰ sine aqua.

IOSE-

A IOSEP.lib.6.de bello Iudaico cap.1.erat,inquit,vniuersa regio Hierosolymitana,omnibus qui eam priùs nouerant,miserabilis,nam quæ olim oliuetis,arboribus,hortis,erat amœnissima,quoquo te verteres,vasta erat,nemo qui Iudæam vidisset olim,& Hierosolymorum regionem,nemoribus,hortis,syluis,oliuetis,arboribus,quoquò circuntulisses oculos , vernantem, si tunc videret vastam,desertam,arboribus,& omni amœnitate nudam,etiam si alienigena esset,lachrymas non teneret: confer hanc historiam cum hoc vaticinio , nullũ alium interpretem desiderabis: אלה verbum Hebræum,genus quoddã arboris significat, quod alij quercum nominant,alij terebinthum,alij alio nomine appellant: ego fidem habeo potius D. Hieronymo,& Lxx.viris,qui scripsêre ea ætate,cùm Iudæa literis & religione florebat: rabini indocti sunt,sutores,cerdones,quorum antiquissimus ducentesimo ante anno scripsit,cùm Iudæa iacebat subuersa, & perierat omnis Iudæorum doctrina, mille ante annis. Erunt ergo Iudæi quasi terebinthus amissis foliis: vt enim arbor cùm vernat est amœnissima , amissis foliis deformis,sic fœda erat,& deformis vniuersa Iudæa,vastata à Romanis, quæ olim erat amœnissima,& erat velut hortus siccus & aridus,olim amœnissimus.

B

D. HIERONYMVS.

Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ,et opus vestrum quasi scintilla, et accendetur vtrunque simul, et nõ erit qui extinguat.

LXX VIRI.

Et erit fortitudo eorum sicut stipula stuppæ,& opera eorũ quasi scintillæ ignis, & succendentur transgressores legis,& peccatores simul, & non erit qui extinguat.

SI historiam rerũ gestarum legeris,dubitabis,planúne sue historia,intra tã pauca verba rem gestã exprimere potuisset,quàm expressit Esaias : erat ergo vrbs Hierosolyma in quatuor editissimis collibus sita,à tergo præruptis & inaccessis,in quorum vniuscuiusque vertice summo,planities lata sese fundebat in omneis parteis , vbi ædificata domicilia innumera , & turres munitissimæ structæ maxima saxorum mole,inter medios hos colleis,profundissimæ C intererant valles,cincta pręterea triplici muro erat vrbs:postquàm enim toties capta erat,munita maximè est à suis,aduersum hostium incursus,ciuibus frequentissima, opibus abundans totius Asiæ,vt PLIN. inquit,vrbs nobilissima, quòd colliges ex IOSEP. de bello Iudaico, cũ alijs multis locis,tum lib.5.tot erexerat turreis,tot belli munimenta parauerat,tam validis muris erat septa à suis(ne te morer multis)vt contempserit Romanos,& omneis nationes,& Romanorum arma prouocauerit,qui tũ rerum potiebantur . Ait ergo Propheta: Omnis hæc vestra fortitudo,vt fauilla stuppæ. i.omnis hæc fortitudo , qua freti estis tam facilè deflagrabit, quàm stipula aut calamus stuppæ,vt præfert lectio Græca: aut,quàm stuppa,vt præfert lectio Hebræa.An ita res ceciderit,vel Iosephum Iudæum roga , qui templum conflagrasse temporis mometo scribit,dubitatq; vnde flammę traxerint initium. Turreis munitissimas,quæ vix viribus humanis capi posse viderentur, sponte furore quodã mentis à Iudæorũ tyrannis esse desertas,adeò vt Vespasianus fateretur,non humanis viribus captã vrbẽ esse, sed ira Dei vrbẽ ruisse.Lege cap .47.lib.6.eiusdẽ Iosep.& intelliges,q̃ verè & planè dictum sit:Fortitudo ipsorum,vt calamus stuppæ.i.quàm facilè deflagrat calamus stuppæ,tam facilè ruet omnis Hiero D solymorum fortitudo.Et opus vestrũ quasi scintilla:vel,vt vertêre Lxx. opera eorũ quasi scintilla ignis.i.omnes illi muri,validissimis structi saxis , omnia illa vrbis munimenta , non plus habebunt momenti ad arcendos hosteis,quàm scintilla ignis. Quòd Hierony.dixit: Accendetur vtrunq; simul,Lxx.potiùs explanant quàm transferunt Græcè: dubium erat,quid esset vtrunque,& quò referendum esset,docent id Lxx.viri,quod suprà dixerat Propheta,duo genera hominum perdenda esse à Deo, transgressores legis.i.principes,& pharisæos,qui auertebant populum à Christo,& eos qui inductu,& suasu pharisæorum, Christo non credebant, vtrosq; perdendos dixerat propheta.Lege quę scripta sunt suprà in illa verba:Sion in iudicio redimetur,&c.de duobus generibus hominũ,quos perditurus erat Dñs . Et non erit qui extinguat.i.nó erit qui tantũ malũ vrbi Hierosolymorũ defendat: Leges enim apud IOSE. perijsse Iudæos,ꝙ cùm Vespas.optimas conditiones pacis Iudæis ferret,ne Hierosol.nobilissimam Asię vrbs subuerteretur, Iudæos non accepisse conditionem, dum per singula momenta expectabant,vt Deus, quemadmodum solebat, suam vrbem defenderet : & leges ibi elegantiss.ora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionẽ,quam habet Iosephus ad eos: qua illis significat hoc,quod propheta hoc loco pri. dicat, A
Deum non subuenturum Iudæis,subuenisse olim in summo discrimine semper,sed eo tempore illis se flagitijs,mortis.s.Christi,& persecutionis fidelium,obligasse Iudæos, vt non esset à Deo sperandũ auxiliũ,ne ruat vrbs: semper enim Iosephus præ se fert cõpletas prophetias,& ideo Hierusalẽ perijsse.Ergo Lxx viri reddidẽre:Accendentur transgressores legis,& peccatores simul.Sunt enim hoc loco Lxx.viri commentarij, cùm enim dubiũ esset,quò referendum esset,vtrunque,hoc loco:Accendentur vtrunque simul,vtrunque genus hominũ, aiunt transgressores legis, scilicet,& peccatores, facta paraphrasi ex illo loco superiori quem diximus: nec erit qui subueniat tantæ vrbis ruinæ, non subueniet Deus vt solebat. EVSEB.Cæsarien. demonstrat.euangel. lib. 2. cap. 37. his postremis verbis planè prædici, ait, inflammationem Iudæorum post crucem Domini, vt vel hoc solum argumentum esse potuerit, superiora omnia de Christi passione esse dicta: sed est operęprecium videre, quibus se torqueant modis Iudaizantes,& quot moueant machinas,vt hæc ad captiuitatem Babylonicam referant,quàm omnia mutent,quàm multa verba de suo addant, vt suam causam tueantur: sed quàm ineptè B
interpretanturhæc Iudæi?quorum interpretationem nobis quidam conatur obtrudere.Artifex,aiunt,erit caussa combustionis idoli: vbi quęso in lectione Hebræa artifex est?aut vbi idoli mentio, ô impientissimi Iudæi? פָּעֳלוֹ opus eius significat, vt vertère D.Hierony. & Lxx.viri,non fabrum, aut artificem, vt vertunt Vatablus, & Pagninus de vestra sententia (ô Iudæi) nulla mentio idoli, nam,chothèn, fortitudo est, non idolum, idque Iudæorum nemo negat, quanquã hoc loco sic vertunt,vt hæc vaticinia inuertant: at fortitudo illorum,inquiunt,idolum erat,ideo fortitudo ponitur pro idolo.Quas,malùm,cudunt tenebras Iudæi? si cætera cõgruerent,ferendum aliquo pacto hoc erat.Verba Hebræa sunt הַחֹסֶן לִנְעֹרֶת fortitudo in stuppam,vt interpretatur R.D.fortitudo vestra erit vt stuppa, & opera vestra sicut scintilla.i.tam facilè absumetur incendio omnis fortitudo vestra,quàm facilè stuppa igni deflagrat. Hic neque idolum est,neque artifex:oratio perspicua valdè est:quære ab historia,ficne factum sit an non. Artifex, aiunt, erit caussa combustionis idoli, præterquàm quòd neque artifex hic est, neque idolum: Deus vos perdat malè,impij Iudæi: idolum ne combustum est igni, an vos potiùs absumpti incendio estis cum vrbibus vestris? toties absumpti flammis, non sentitis prædixisse prophetas sæuissimas flammas, quibus toties estis vstulati miseri? artifex ne fuit caussa combustionis Hierosolymorum an vos? qui idolis seruiebatis, & ideo occœcati fuistis, ne Christum agnosceretis, & eum crucifixistis, quanquam quod idolum,quem artificem fingitis, quorum mentio in Hebræa lectione nulla est? C
(:?:)

D. HIERONYMVS.

Verbum quod vidit Esaias, filius Amòs, super Iudæam,et Hierusalem

LXX. VIRI.

Verbũ quod factũ est ad Esaiã, filiũ Amòs,de Iudæa,& Hierusalem.

EVSEB.demonst.Euang.lib.2.demonst.36.& Hierony. indè mutuatus in cõment. in hoc cap.Lxx.viros accusant,ꝙ hoc loco verterint,de Iudæa,& Hierusalẽ:& in titul.ca.1.verterint eandẽ voculã Hebræã לַ contra,quasi innuerét cap.1.fuisse prædictã vastitatẽ Iudææ vrbibꝰ inuectã à Romanis post crucẽ Dñi, hoc loco verterint, de Iudæa,ꝙ ecclesiæ, & euãgelicæ prædicationis fœlicitas,hoc cap.prænũcietur: qua de re ledã sunt,quæ scripsimus in tit.cap.1.vbi de cõtrouersia orta inter D.Hiero.&Euseb.discepta tio est:illic enim dissentiũt,hoc loco cõsentiũt D. Hiero.& Euseb.ꝙ putant improbandã esse versionẽ Lxx.virorũ,vbi,ꝙ pace dixerim,sanctiss.D.Hieronymi,laudãdi, & in cælũ tollendi B
erãt encomijs Lxx.viri,ꝙ.CCC.annis ante crucẽ Dñi viderint.1.cap.de cruce Dñi,& Iudæorũ cœcitate,& vastitate illata vrbibus Iudææ, & illorũ ab Ecclesia exclusione esse prænũciatum, quod vno veterũ patrũ omniũ consensu probauimus, & re ipsa apparere ostendimus,quòd si ita interpretére omnia sibi mutuò respõdet,prima medijs,& media infimis:& verba ipsa Lxx seniorũ,hoc planè præferũt,qua de re satis prolixè est disputatũ,& sententię omniũ veterum patrũ sunt attextę:sed hoc cap.quo vertère Lxx.de Iudæa,& Hierusalẽ,quasi prænũcietur hic fœlicitas euãgelicę prædicationis (hoc enim inter omneis liquet,vnã, & eandẽ vocẽ Hebræã, quę priùs cõtra Iudęã est reddita,nũc esse versam de Iudęa,quasi hic Christi triũphus prædicetur)hoc inquã cap.quo significarũt Lxx,vaticiniũ esse fœlicitatis euãgelicæ,multò magis erãt prædicãdi,gloriãdi,in cælũ ferẽdi,ꝙ ante crucẽ euangelij hoc viderint, quòd post crucẽ euangelij multi nõ tã benè vidét:quod signũ est euidentissimũ,nõ sine afflatu spiritus sancti eos hæc vertisse: nã euangelij fœlicitatẽ hoc cap.præsignificari & prędici,iã cõmonstrauimus testimonijs omniũ veterũ patrũ,& præcipuè D.Hiero.& Euseb.Cæsari. neq; obstiterit quod prædicitur hoc cap.quòd Christus post resurrectionẽ sacrã sit deleturus populũ Iudęorũ infidelium: C
hæc.n.vastitas Iudææ,ecclesię fœlicitas est,cui hæc læta nunciãtur,vt suprà dictũ est in illaverba:Derelinquetur filia Sion,&vt dicendũ est proximo cõment.nã ridiculũ est,quod Euseb.citat verba cap.3.quibꝰ minatur Dñs mala Iudæis,vt improbet titul. cap.2. nã nunc de tit.cap.2. agitur,nõ de tertio cap.CHRYS.tom.2.in Marcũ homi.3.caussam quærit,cur tã crebrò in prophetis repetatur illud vulgatiss.Dixit Dñs,ait Dñs,factus est sermo Dñi,& respondet, qm̃ spiritus sanctus descẽdebat quidẽ in prophetã,sed rursus secedebat. Quãdo dicitur ergo: Factus est sermo Dñi,ostẽditur,quia spiritus sanctus,qui recesserat,rursum veniebat: vnde Ioan.1.dicitur de Christo,super quẽ videris spiritũ sanctũ descendentẽ & manentẽ:in Christũ enim spiritus sanctus descẽdit,& permansit:cæterũ in prophetas descendit quidem, sed nõ permanet. ORIG.in Ioan.tom.2.in illud:Et verbũ erat apud Deum,interpretãs hũc locũ:Vulgus,inquit, simplicius exponit prophetarũ dicta,velut de sermone facto ad ipsos prophetas: hũc locum interpretatur vulgus,tu vide,an potiùs hoc verbũ factũ ad Esaiã, verbũ patris sit,verbũ Deus, filius Dei vnigenitus sit factus.i.fit missus ad Esaiã.Hæc Orig.vt verbũ & visio idem sint,filius scilicet,missus à patre ad prophetas, qui loquutus est in prophetis, vnde ipse filius infrà: Qui D
loquebar,ecce adsum.i.ecce qui loquebar in prophetis,adsum homo factꝰ.Eodẽ spectasse videtur AVG.in cap.5.Ioan.tract.18.Filius,inquit,Dei,audit,& videt,& est ipsa auditio & visio, hoc est enim illi audire quod esse,& hoc est illi videre quod esse: Christum autem loquutum fuisse in prophetis, docet IREN.lib.4.cap.3.& cap.37.alijsque locis: vnde visio Esaiæ Christus est,qui est visio prophetarum,iuxta Augustẽ.& Origenem.

Disputatio de titulo capitis secundi.

Verbũ.& visio,quid in prophetis,

D. HIERONYMVS.

Et erit in nouissimis diebus,præparatus mons domus Domini in vertice montium,et eleuabitur super colles.

LXX. VIRI.

Quia erit in nouiss. diebus, manifestꝰ mõs Dñi,& domꝰ Dei in sũmitatibus mõtiũ, & eleuabit̃ sup colles.

ET, In tralatione D.Hiero.poni pro causali coniunctione,quoniã,docent Lxx. viri, qui reddidére pro,Et erit in nouissimis diebus,quia erit in nouissimis diebus,vel,quoniã erit,&c.& Hebræa vocula] quæ cõiunctio apud ipsos est,significat,&,quoniã,nam,nanq; in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

telliges autẽ hoc loco,& accipi pro, quoniã,more receptiſsimo,etiã apud Latinos ex ORIG. A
in Leuit.ca.16.homel.10.vbi neceſſe erat,inquit,cùm veniſſet veritas,deleretur vmbra,& cùm
lex noua inciperet,aboleretur vetus lex,& ſubuerteretur templũ,quod vmbra erat veri tẽpli,
delerẽtur Hieroſol.ne vlla eſſent ſacrificia legis veteris,ne eſſent pontifices:non enim poterant
fieri ſacrificia veteris legis niſi in tẽplo Hieroſol. & ideo cõflagrauit vrbs & tẽplũ,vt ceſſarẽt
cæremonię Moſis,& dirutæ ſunt oẽs vrbes Iudææ,occidione occiſi Iudæi,reſidui diſperſi ſunt
toto orbe,vt appareret ille populus repudiatus,vt inciperet eccleſia & creſceret:nã ſi floreret
ſynagoga,& florerẽt vrbes Iudææ,fuiſsẽt magno impedimẽto eccleſię ne creſceret:oportebat
illa omnia ſubuerti,& de medio tolli,vt eccleſia creſceret,& oportebat apparere cõpleta vati
cinia eſſe,quæ de vaſtitate Iudææ erãt in prophetis:hæc færè Orig.quæ omnia tã prolixè dicta
Cur LXX. viri hocce caput auſpicentur per coniunctionem cauſalem, Quoniã, vt coniungere videantur cũ principio hoc, caput præcedẽs. vno verbo ſignificarunt Lxx.viri,cùm enim cap. ſuperiore prædicta verbis plurimis, vaſtitas
Hieroſol.ſit,& abrogatio ſacrificiorũ,& Hieroſoly.excidiũ,& incendiũ tẽpli:initio cap.2.red
ditur cauſſa quoniã ſic oportebat fieri, vt creſceret populus fidelis, & lex euãgelica latiùs fun B
deretur & creſceret:ſenſus ergo eſt,deletas eſſe vrbes Iudææ,quia erat in nouiſſ.diebus,quibus
illa fiẽt,promulgatio euãgelij,cui oportebat tolli impedimẽta.CHRYS.tom.2.in ſerm.de na
tiuitate Ioann.Bapti.de agricolis illis qui dixẽre:Noſtra erit hæreditas:neceſſe habuit paterfa
miliãs,malos,malè perdere,& in locũ eorũ alios cultores ſubſtituere,qui pẽſiones debitas ſuis
tẽporibus perſoluant.Ex Sion,inquit,exiuit lex: quòd ergò Chryſoſt.dixit:neceſſe habuit pa
terfamiliãs,malos,malè perdere,& in locũ eorũ alios ſubſtituere, hoc Lxx.viri, vno illo ver
bo expreſſere,quaſi enim cauſam redderẽt,cur paterfamiliãs malos malè perdidiſſet,ſubiectũ
eſt:quoniã loco illorũ ſubſtituebatur populus nouus: hoc idẽ ſignificat EVSEB.li.1.demonſt.
euang.cap.4.his verbis:Lex Moſis intra vnã prouinciã concluſa erat,vt ſi illa priuarẽtur Iudæi
ſacrificia Moſis in aliena regione perfici nõ poſſent,quando verò lex noua, omnibus nationi
bus erat prædicanda, Romanorũ armis deletæ ſunt oẽs vrbes Iudææ,deleta Hieroſoly.incen
ſum eſt templum,& ſic ſolutus eſt omnis ordo legis Moſaicæ,abrogatũ eſt teſtamentũ vetus,
quod lege Moſis ſancitũ erat,ne extra Iudæã ſacrificia veteris legis herent, néue extra templũ
Hieroſoly.vt incenſo tẽplo,& Iudęis reſiduis ex illa vaſtitate pulſis Iudææ vrbibus,neceſſariò
ſit conſecuta ceſſatio ſacrificiorũ,vt inciperet lex noua:vnde Dñs: Venit hora,& nunc eſt,quã
do veri adoratores non adorabunt in Hieruſalẽ.Hinc AVGVS.contra Fauſtũ Manichęũ lib.
12.cap.44.conuincantur,inquit,à nobis Iudæi,iã rebus ipſis apertiſsimis, non ſolùm fide om
niũ gentiũ,quas Chriſto ſeruituras prædixit eadẽ ſcriptura, cui cedere coguntur. Fides enim
ita clareſcit toto orbe terrarũ,vt omniũ tergiuerſantiũ feriat oculos, verumetiã hoc patet ex
ipſis,quæ in ipſa gente Iudæorũ facta ſunt,quod ſacrariũ euerſum eſt,quod ceſſauit hoſtia, &
ſacerdotiũ,quę omnia Daniel ſignificauit futura,quando ſanctus ſanctorum vnctus eſſet.i.quã
do veniſſet Chriſtus: quæ omnia ſi expendas, iudicabis Lxx. viros interpretari hunc locũ ex
Lxx. viri interpretãtur principium huius capi. 2. ex Daniele. Daniele,& quaſi dicere prædictũ eſt,euerſum templũ,& ceſſaſſe ſacrificia,quoniã venit Chri
ſtus,quoniã vnctus eſt ſanctus ſanctorũ,hoc enim ſignificare verba ſequentia iã oſtendamus.
Nouiſſimũ tempus. Nouiſſimis diebus.i.eo tẽpore,quod finis prophetię erit,hoc eſt temporibus Chriſti,qui finis
eſt ſcripturæ:tẽpus enim Chriſti nouiſſimũ,& vltimũ tempus eſt,quo ſpectat omnis prophe
tia,& dicitur nouiſsimũ tẽpus,iudicij tempus:de nouiſsima hora ſcripſit epiſt.vnam AVG.ad
Heſichyũ epiſtolam octogeſimam:qua quid nouiſsima hora in ſcripturis dicatur multis ver
bis docet,& D.Hieron.in comm.in hũc locũ. Prępараtus mons,Hebraicè eſt נָכוֹן quę vox in ſ
ter alios intellectus,quos habet,ſignificat certum,& confirmatũ: Lxx confirmatum interpre
tati ſunt,cõfirmatũ miraculis,quò reſpexiſſe videtur Eſaias,cùm dixit:Sicut lãpas accendetur,
& ſicut lux orietur,quod aduẽtus Chriſti claruit miraculis,& toto orbe ſole multò ſplẽdidiùs
reſulſit: quo ſpectaſſe vidẽtur Lxx. cùm edidère ἐμφανὲς ἐσόμενον τοῦ κυρίου .i. manifeſtus mons Dñi,
& ſplendẽs & fulgens mons Dñi,vtrũq; enim ſignificat vox illa Græca, ἐμφανὴς videtur etiã di
ctũ iuxta illud Pauli ad Coloſ.1.myſteriũ quod abſconditũ eſt à ſeculo, nũc autẽ manifeſtatũ
ſanctis eius,vt ſit ſenſus:Nouiſsimis tẽporibus.i.poſtremis,quo ſpectãt prophetię,manifeſta-
bitur mõs ille Chriſtus,& Chriſti myſteriũ,quod abſconditũ erat à ſeculo.Significat etiã vox
Mons Dominus. illa Hebr. נָכוֹן id quod Latinè dicitur,præparatus,vt vertit D.Hier. PROCO.& THEOD.
his verbis reuinci aiũt Iudęorũ impietatẽ,quod tẽporibus Eſaię manifeſtus,& præparatus erat
mons Sion,manifeſtum & prẽparatum erat templum,ſi de eo ageretur, nunquam enim dice-
retur:Erit tẽporibus nouiſsimis,quod iã erat,ſpectabat igitur vetus lex, dũ mons hic editiſſi.
Chriſtus

A Chriſtus reuelaretur & manifeſtaretur toto orbe.Mons TERT.aduerſus Iudæos: Mons,hic, *Contra Iudæos.*
inquit,Chriſtus eſt,ſine manibus præciſus,implens omnẽ terrã,apud Danielẽ oſtenſus.AVG.
in epiſt.Ioan.tract.1.lapis apud Danielẽ,præciſus de mõte ſine manibus, Chriſtus eſt præciſus
de regno Iudæorũ ſine opere marítali:ille lapis cõfregit omnia regna terrarũ.i. omneis dñina-
tiones idolorũ:creuit hic lapis,& factus eſt mons magnus.i.obtinuit eius eccleſia omneis gen-
teis,cùm iuxta id,quod promiſſum erat Abrahę: In ſemine eius benedictæ ſunt oẽs gentes: hic
eſt mõs implẽs vniuerſam faciẽ terrę,de quo Eſaias:Erit in nouiſsimis diebus manifeſtus mõs
AVG.in oratione aduerſus Iudęos:Mons Dñi,inquit,Chriſtus eſt ſecundùm carnẽ paratus ſu
per cacumen montiũ,quod omnes celſitudines eorũ,eius celſitudo trãſcendat,nã mõtes,pro-
phetę & patriarchę appellãtur,ſuper quos poſitus dicitur Dñs,quòd ab his prænũciatus, & q
tanto interuallo Chriſtus ſecundùm carnẽ exſuperauit Moſen omniũ prophetarũ maximũ:
quantò maiorẽ honorẽ habet Dñs familię,qui fecit ipſam domũ,ſeruo qui præeſt familię.Sic
explanat D.HIER. CYRI. BASI. GREG.ſuper Ezechielẽ, mõs ille appellari dignatus eſt,qui
B incarnari dignatus eſt,excelſus inuentus ſuper omneis ſanctos.Sed quòd D.Hier. vertit: Mõs
domus Dñi.i.mons eccleſię Dñi,mõs caput ſuæ eccleſię.Lxx.reddũt:Mõs Dñi & domus Dei. *Montes ſancti.*
Quòd enim verba Hebræa indeclinabilia ſunt,mons domus Dñi,quod Hebraicè eſt,ſi ad ver
bũ velis interpretari lectionẽ Hebræã, reddes: mons & domus Dñi, & interpretantur: mons
Dñi,& domus Dñi,vt ſit dictũ per aſyndeton, mons domus Dñi. i. mons & domus Dñi, ex-
planandumq; per zeugma:mons Dñi,& domus Dñi, quæ figuræ ſunt multò vſitatiores apud
Hebræos quàm apud Latinos,& videntur interpretari hũc locũ,ex verbis prophetę ſequenti
bus:Aſcendamus in montẽ Dñi,& domũ Dei Iacob:vtraq; ergo lectio cõgruit cũ editione He
bræa. AVGV.in oratione aduerſus Iudæos,ſequitur interpretationẽ Hieron.quod veteres pa
tres vtraq; editione vtuntur promiſcuè. TERT.aduerſus Marc.lib.3.mons Dñi,inquit,ſubli-
mitas Dei,domus Dei ſuper ſummos mõteis,vtiq; Chriſtus eſt,Dei tẽplũ ſacratũ in quo Deus
colitur,conſtitutũ ſuper omneis eminẽtias virtutũ. ORIG.cõtra Celſum li.5.poſtremis dieb°,
inquit,Ieſus noſter aduenier,conſpicuus & excelſus dñi mons,qui verbũ ſit, quod omne ver-
bũ excedit,vtiq; verbũ quod in principio apud Deũ,& domus Dei, quę eſt Dei viuentis eccle
C ſia,colũna,& fundamentũ veritatis,quæ ædificatur in montiũ ſummitate,omniũ ſcilicet pro-
pheticorũ dictorũ,quæ dicta prophetica conſtat huius domicilij.i.eccleſię eſſe fundamentũ.
PROCO.montẽ hunc,Chriſtũ eſſe declarat,& domũ dñi eccleſiã,ſubditq; rationẽ,cur Chri- *Cur ſancti montes,*
ſtus dicatur mons,his verbis:Deſcenſus Dei in terrã,monti ſimilis eſt,quia ſuper terrã mõs eſt
excelſus:& hæc natura montis eſt,vt in terra ſitus,ſe ad ſydera vſq; attollere videatur:& caro
dñi pro conditione humana terra erat,& quòd verbo vnita erat,cęlos omneis tranſcendebat:
hunc dñm qui imitantur,ab eo mutuantur nomẽ,montes,petræ,colles dicuntur:domũ Dei ſu
pra ſe ſuſtinentes,qualis Petrus erat,ad quẽ dictũ eſt: Tu es Petrus,& ſuper hanc petrã ædifica
bo eccleſiã meam.Omnes ergo ſancti,cùm in terra erant,quòd cõuerſarentur in cælis, mõtes
dicebantur,quòd in terra viuebãt,mente verò & animo tranſcendebãt ſydera:ſuper hos mon
teis,& ſuper hos colleis,ædificata eſt eccleſia.Non prætereundũ eſt ſilentio, נָכוֹן verbum He
bræũ,ſignificare ſtabile,& inconcuſſum,& D.CHRYS.hoc intellexiſſe(prę ſe enim fert ſæpè,
aut per ſe,aut per alios,Hebraã lectionẽ cõſulere ſe ſolere)apparet: quod in demonſtratione
quòd Chriſtus ſit Deus,refert hoc ad ſtabilitatẽ eccleſiæ,aduerſum quã portæ inferi non ſunt
D prævalituræ,ꝙ ſemper futura ſit ſtabilis & incõcuſſa:vt enim probaret eccleſiã præſignificatã
à prophetis indiſciſſam & incõcuſſam(hoc enim verbũ Græcũ ἄχραντον ſignificat)quod diſcindi
nõ poſsit,nec corrũpi:citat hoc teſtimoniũ Eſaiæ:In nouiſsimis dieb.&c.quę Latin° interpres
ſuo more reddidit,vt vulgò circũferuntur, cùm aliter Græcè ſcripſiſſet Chryſ. ſubijcit enim
idẽ interpretans quæ dixerat,& quòd nõ ſolùm firma,ſolida,& immobilis, futura eſſet eccle
ſia(de ea enim loquitur)ergo ita recitauit hoc teſtimoniũ, vt eo probaretur quod intenderat,
prẽſignificatũ hoc vaticinio eſſe eccleſiã futurã firmã,ſolidam & immobilem,adũerſus quam
portæ inferi non erant prævaliturę,ſed multum ſibi ſumunt interpretes: quæ enim ſcriptores *Interpretũ error.*
ſacri citant iuxta tralationem Lxx.virorum,aut iuxta aliam tralationem,ipſi vertunt pro arbi
tratu,iuxta eam tralationem,quæ ſibi placet magis, & ſic ſcripta veterum patrum ſibi non cõ-
hærent,ſunt ingenioſi ſcilicet in alieno opere. Videtur ergo mihi D. Chryſoſtom. ſic vertiſ-
ſe lectionem Hebræam, vt verti optimè poteſt: Et erit in poſtremis diebus, ſtabilis, & im-
mobilis mons, & domus Domini, &c. nam ſi ſic vertas : Stabilitas, & immobilitas, eccleſia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canon. significabitur vt vult D.Chrysostomus. Adhibendusque canon ille cuius sepè facienda mentio est,cùm verbum Hebræum aut oratio Hebrea, plureis sensus habet qui conueniant rei de qua agitur,omneis illos significatos esse ab spiritu sancto, de quo canone postea pluribus dicendum est,& si sic legas,magis premere Iudæos poteris,cum Theodoreto & Procopio:valebit enim argumentū ex disiunctionibus aduersum illos aut hoc,aut illud,nō hoc,igitur illud. aut enim hoc de Iudeorū templo intellexit Esaias: aut de alio,nō de templo Iudæorum quod conflagrasse videmus,& iacere dirutum per mille iam & quingētos annos,de alio igitur hoc intellexisse necesse est,nec aliud spectant vaticinia prophetarum,etiam Iudæorum concessu, Contra Iudæos quam aut templum Iudæorum,aut Christum & eius ecclesiam:igitur si sic interpretēre, multo magis etiam tenentur Iudæi,presertim iuxta tralationem Lxx virorum,erit mons domini & domus domini: dicent enim Iudæi (quæ illorum est impudentia) ibi esse montem domini stabilem & immobilem: domum domini ibi esse, hoc est templum Iudæorum, quamuis perfricent frontem dicere non possunt: de ecclesia dei igitur hoc intelligi necesse est.

D. HIERONYMVS.

Et fluent ad eū omnes gentes, et ibunt populi multi,et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, et ad domū dei Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem.

LXX. VIRI.

Et venient ad eum omnes gētes,& ibunt gentes multæ, & dicent: Venite,ascendamus ad montem Dñi, ad domum Dei Iacob,& anūciabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea, ex Sion enim exibit lex, & verbū Domini de Hierusalem.

AVGVS.de ciuitate dei lib.10.cap.32. hoc loco probat euangelium non vnius gentis esse, sed vniuersarum gentium,& verbum domini non mansisse in Sió,nec in Hierusalem, sed se per omnes gentes diffudisse,& hoc esse quod dominus dixit, oportuisse cōpleri quæ scripta sunt in lege & prophetis, Christum pati, & resurgere, & prædicari in nomine eius pœnitentiam in omnes gentes,incipientibus apostolis prædicationem ab Hierusalem. ORIGEN. contra Celsum lib.5.in hanc domum Dei,hoc est in ecclesiam,gentes omnes conueniemus, & gentes tam multæ ambulabimus,&ad diuinum cultū,qui per Iesum nobis illuxerit,nos hortabimur.Et homil.5.in diuersos,hoc esse putat quod Dominus dixit: Dico vobis,quòd multi ab oriente & occidente venient,& recumbent cum Abraham,Isaac,& Iacob.Et cū illo: Alias oues habeo,quæ non sunt ex hoc ouili.Ad domum Dei Iacob, AVGVST.tom.6.aduersus Iudæos,domum Dei Iacob putat, intelligi Apostolos, & eas ecclesias quæ post Christi resurrectionem in Christum crediderunt, traditque Iacob intelligendum spiritaliter, & significare populum Christianum,qui cùm sit minor natu quàm populus Iudæorum, eum crescendo superauit,quod dictum est,de duobus illis fratribus,maior seruiet minori. TERTVL.aduersus Iudæos: Domum Dei Iacob, non in Esau domum, prioris filij intelligit, non in domum populi Iudaici prioris filij,sed in domum Iacob sequentis. i. populi nostri, cuius mons Christus est.Ex Sion exibit lex,TERTVL.aduersus Iudæos:Ex domo Iacob, ex populo fidelium, qui credidēre Christo legē processurā annunciat,dicens:De Siō exibit lex, hæc erit via nouę legis euangelij,& noui sermonis in Christo:sic etiam explanat idem TERT.lib.3. aduersus Marcionem,& in princip.lib.4. HILAR. in Psal.52.interpretans illa verba: Quis dabit ex Sion salutare Israël,iuxta illud,inquit:Ex Sion exibit lex,& de Hierusalem verbum Domini:hoc verbum Domini,inquit,caro factum est,hæc caro, Sion nobis est & Hierusalem. i. ciuitas nouæ pacis,& speculatorium nostrum,salutare nostrum, Iesus noster, salus nostra, hinc exiens,venit ad gentes,vt addit idem HILAR.in Psal.121.AVGVST.in cap.1.Ioann.tract.6. de Sió prodijt lex:ibi enim audierunt apostoli,ite,baptizate gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.CYPR.lib.1.aduersus Iudæos cap.10.hoc vaticinio significatum ait,quod lex noua deContra Iudæos beret dari.EVSEB.demonst.euang.lib.1.cap.2.interpretans hunc locum,inquit: Legem latam à Mose,in eremo latam esse in monte Sina,aliam ergo esse hanc quæ non prodijt ex monte Sina,sed ex Sion &Hierusalem,vnde manifestum,inquit, esse Christi legem hanc, quæ ex Sion prodijt,& Hierusalem,& percurrit omnes gentes: lex ergo noua,hæc est, inquit, & euangelij prædica-

A prædicatio: Euntes,docete omnes gentes,inquit Dominus,& iubet incipere à Hierusalē. Hæc eadem ait aduersus Iudæos THEODOR.ne quis ignoret veteres patres,huc omnes incubuisse,& huc suos omnes intendisse neruos,vt Iudæos refellerent,qui semper contra stant, nō eos adhibuisse præceptores & magistros, quòd nostra tempestate fit à quibusdam. AVGVST. etiam in oratione aduersus Iudæos: De Sion exijt lex, inquit, ex illo loco vbi Christus est affectus cruce: lex & verbum Domini processit ad gentes,lex enim,quę per Mosem data est,nō prodijt ex Sion,sed è Sina monte,nam accepta lege,quadragesimo post anno venere Hierosolyma,euangelium verò Christi,& lex fidei,ex Hierusalem processit: vnde Dominus,post quā reuixit,ostendens omnia quæ à prophetis prædicta erant,esse completa: iussit apostolos prædicare euangelium,& vt inciperent ab Hierusalem.24.cap.Lucæ, & vt lex Mosis quæ processerat à monte Sina,quinquagesimo die post celebratum pascha,conscripta est digito Dei,quo significatur Spiritus sanctus,ita lex ista quæ processit ex Sion,post verum pascha celebratum,
B post Christi passionem, quinquagesimo post die,hoc est,die pentecostes,quo missus est Spiritus sanctus: conscripta est digito Dei, hoc est, Spiritu sancto misso, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis apostolorum,& euangelistarum,& sanctorum omnium: hæc August. loco citato, vbi Iacob secundùm spiritum, docet populum Christianum appellari, & Iacob secundùm carnem esse populum Iudæorum,& docet significari hoc loco omnes gentes properaturas ad domum Iacob, ad apostolos, & ecclesias Iudæę, & ad populum Christianum è gentibus. IVSTIN.in apolog.2.pro Christianis: verbum Domini, aut Propheta, exisse ex Hierusalem,quòd sic factum esse videmus: ab Hierusalem enim, viri duo decim numero profecti, idiotæ,dicendi imperiti & rudes, sed nixi ope diuina, conuertēre totum orbem: missi enim sunt à Christo,vt docerent omneis genteis sermonem Dei.

D. HIERONYMVS.

Et iudicabit gentes,et arguet populos multos, et cōflabunt gladios suos in vomeres,et lanceas suas in falceis.

LXX VIRI.

Et iudicabit inter gēteis, & arguet populum multum, & contundent gladios suos in aratra, & lanceas suas in falceis

C TERTVLL. aduersus Marcionem lib.3. sic explanat hunc locum: Iudicabit inter genteis,de errore earum intellige, & concident machæras suas in aratra, animorum nocentium,& linguarum infestarum,& omnis malitiæ ingenia conuertent in studia modestię,& pacis, & non accipiet gens super gentem, machæram vtique discordiæ, & non discent amplius bellare, inimicitias perficere. Idem TERT. in lib.aduersus Iudæos: Iudicabit inter genteis, inter eos qui ex gentibus sumus vocati. Concident gladios suos in aratra,nos Christianos intelligit,qui ista obseruamus, noua lege edocti,obliterata lege veteri, cuius abolitionem futuram,euentus ipse demonstrat:nam vetus lex vltione gladij se vindicabat,& oculum pro oculo eruebat,noua clementiam designat,& pristinam fœlicitatem gladiorum ac lancearum, ad tranquillitatem conuertit. ATHAN.lib.1.de incarnatione verbi hoc eodem modo explanat multis verbis. IRENAE.lib.4.cap.67.ab aduentu Domini,inquit,nouum testamentum valet, ad pacem reconcilians,& viuificatrix lex in vniuersam exiuit terram.Concident gladios suos
D in aratra,interpretatur etiam IREN.de pace,quam dedit Christus: Pacem,inquiens,meam,do vobis:& pergit: Si igitur hæc lex aut verbum,exiens ab Hierusalem,tantam pacem fecit apud eas genteis, quæ eam receperunt, & per eas arguit imprudentiæ multum populum: videtur consequens esse de lege euangelica hoc dixisse prophetas, nam lex libertatis exijt ex Sion. i. verbum Dei quod prædicatum est ab apostolis, exiens à Hierusalem, ita mutauit orbem terrarum,vt gladios conciderint in aratra,in organa pacifica, & iam nesciūt pugnare,& percussi præbent alteram maxillam: de Christo hæc dicta sunt,& euangelio Christi,quoniam ipse est qui aratrum fecit,& falcem.i. primam seminationem quæ fuit in Adam: & in fine, aratrum ostendit ferro copulatum,& sic suam purgauit terram, quoniam firmum verbum, quod per ferrum significatur,vnitum carni,& habitu tali confixum emundauit syluestrem terram,&c. quæ adiecit. Lege hæc eadem apud CHRYS. in sermone de natiuitate Ioannis Bapt.ex cap.1. Lucæ. BASIL.in asceticis vbi de virginitate disputat: Quia, inquit, completa est terra hominum multitudine,& completum est illud,quod prænunciatum erat de pace euangelica: Con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cidét gladios in aratra,nec discent militare,quod nó est tanta corruptio hominum,& est satis magna hominum multitudo, valet iam virginitas euangelica. Quòd D. Hieronymus vertit: Gladios suos conflabunt in vomeres: Lxx viri,in aratra,verterunt,nam חרשׁ variè explanatur ab Hebræis, & ab ipso D.Hieronymo:Nam hoc loco D.Hieronymus vomerem reddit, loco vero cap.3 eandem vocem vertit,aratrum,vbi dicitur: Concidite aratra vestra in gladios. Hebræi verò reddunt ligones.Ergo vbi tanta varietas est,tãta fides haberi debet Lxx duobus viris Hebræis doctissimis suæ gentis cum florebat Iudæa,doctrina,& religione,quanta duobus tribúsue rabinis, qui rebus Iudæorũ iam olim accisis, & perditis nunc è sutrina prodeunt rerum sacrarum Aristarchi,sunt enim omnes rabini cerdones,sutores, omnium disciplinarũ rudes.Rursus quòd Hieronymus ait: Arguet populos multos,cõuenienter Hebræę lectioni, Lxx viri vertêre singulariter,more suæ gentis,qui vtũtur numero plurali pro singulari, & edidêre: Arguet populum multum,quæ res in errorem traxit TERTVLL. aduersus Marcionem lib.3.vt putaret explanandum: Arguet populum multum.i. reuincet populum multum Iudæorum & proselytorum,cùm Hebræa lectio præferat: arguet populos multos, & apertè ostendat ad nationes debere referri, quas dominus veniens arguit erroris, quanquam idem TERTVLL.lib.4.aduersus eundem Marcionem:Traducet, inquit, populum plurimum, non vnius gentis Iudæorum, sed nationum, quæ per nouam legẽ Euangelij iudicantur, quod significari putat per illa verba:Iudicabit gentes: Iudicantur, inquit, gentes, & nationes per nouam legem euangelij,& arguuntur apud semetipsas de pristino errore simul atque credidérunt. Concident machæras in aratra.i.feros, & sæuos animos conuertẽt in sensus probos, & bonæ frugis operarios.PROCOP.sic explanat hunc locum:Iudicabit inter genteis,se cernens sibi dignos & eligens vocatos:redarguet populum multum:scilicet non credentem tanquam sua ipsorum culpa pereuntem.

D. HIERONYMVS.

Non leuabit gens cõtra gentem gladiũ, nec exercebuntur vltrà ad prælium.

LXX. VIRI.

Non accipiet gens contra gentem gladium, nec discent vltrà pręliari.

IVSTI.in apolog. 2. pro Christianis hæc ad populum fidelem, quanquam subobscurè refert,qui non armis se tutabanturaduersus infideles,qui armis conlurgebant aduersum dominum & aduersus Christum eius,sed sponte præbebant iugulum & petebant martyrij coronã, & sic totum orbem subegêre,olim enim ait Iusti. ante Christi tempora mutuis bellis se conficiebant gentes: temporibus Christi,non solum non bellabant cum inimicis, verum libenter moriebãtur & subibant omne cruciamentorum genus,ne viderentur mentiri aut decipere in his quæ de Christo pollicerentur, cùm de Christianis haberetur quæstio,aut cum tormentis aut cruciatu veritas fidei quæreretur: hæc Iustinus: quibus verbis videtur citans hunc locum eum explanare de apostolis & martyribus qui totum orbem subegêre,non bellando sed moriendo,sancti namque martyres nõ arma cœpere vt bellarent,sed prębuere iugulum:& ita totum orbem ad fidem traduxere,quæ sententia mihi suprà cunctas placet: hoc enim significatum videtur illo quoque oraculo,sicut vitulus ablingit in campis herbam viridem,ita oblinget populus hic populum qui super terram est:quod oraculum ORIG.in exodi cap.17. & 18 homelia. 11. indicat iuxta maiorum interpretationem significare,quod populus Dei non tam manu pugnabit & armis q̃ lingua, & subiget orbé terrarũ, & certè populus hic scripturæ, intelligi non potest de populo Iudæorum,pugnauit enim armis,quanquam precibus & oratione multas & luculentas retulit victorias, tamen de eo dici non potest,quod ablinxerit populum, qui super terram est. i. quod vicerit & duxerit omnes populos ad se, immo protritus & conciisus à nationibus est: de apostolis & sanctis martyribus nostris maioribus hoc dictum est planè & apertè,qui non armis sed lingua oblinxerint omnes nationes, quæ sunt super terram & sibi concorporarint.CHRYS.tom.5. in demonstratione quod Christus sit Deus, putat hac prophetia significari interituras omnes monarchias,& vnum quoddam Christi regnũ propagandum.EVSEB.de præparatione euangelica lib.1.cap.1.& demonstratione euangelica lib.9.cap.17 hoc loco putat significari tempora aduentus Christi quibus summa pax toto terrarum orbe erat futura,quod factum est temporibus Augusti Cæsaris quibus Christus venit,idem sensit CHRYS.in cap.6.Matthæi homelia.20.& D.Hieron.quẽ nõ sępe cito quod

Locus scripturæ.

Sũma pax in aduẽtu.

omnibus

A omnibus est ad manum,& ORIG.contra Celsum lib.2.& reddunt causam cur Dñs pacauerit totum orbẽ tempore aduentus Christi:quod nisi omnia essent pacatissima,non poterat orbis terrarum prædicationi apostolorum esse peruius: & cur hoc signum fuerit aduentus Christi, nimirum pax totius orbis terrarum.Ex hoc signo,cũ cęteris alijs multis,probat ORIG.Christum venisse,& verum Christum fuisse,quod venerit eo tempore,quo pacatissimus orbis fuisset,quod signum nobis aduentus Christi per prophetas erat datum. THEODOR. etiam hæc & superiora eodem spectare putat, & esse vaticinia summæ pacis futuræ temporibus aduentus Christi,quę fuit temporibus Augusti Cæsaris, cùm venit Christus, quo tempore, imperiũ Romanum omnia dissoluit regna,& Romani rerum sunt potiti: summa ergo pace fruebãtur omnes,& non vtebantur instrumentis bellicis,sed agriculturæ bonis fruebantur. Ego semper adhibendum puto,illum scripturæ Canonem,cùm locus aliquis, multos sensus habere videtur,qui ad id de quo agitur,spectant:omnes illos significatos esse ab Spiritu sancto, vnde D. Augustinus putat,sæpè vnius loci,multos esse literales sensus.

Sũma pax in aduentu Christi.

Canon.

B

D. HIERONYMVS.

Domus Iacob, venite, et ambulemus in lumine Domini: proiecisti enim populum tuum domum Iacob.

LXX VIRI.

Et nũc domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dñi: dereliquit enim populũ suum domũ Iacob.

AVGVST.in oratione aduersus Iudæos,cùm docuisset domum Iacob, suprà accipi spiritaliter,pro populo Christiano, hoc loco docet accipi pro domo Iacob secundum carnẽ, & esse sensum:O domus Iacob.i.ô Iudæi,occidistis Christum in vestris parẽtibus,tandiu non credidistis,& contradixistis,habetis pœnitentiæ spatium,nũc venite,olim debuistis,sed nunc venite:docet inquam August.duplicem esse Iacob:Iacob secundum spiritum.i.populũ Christianum,& Iacob secundum carnem.i.populum Iudęorum,qua de re suprà latiùs est dictum. Idem ait IVST.Martyr in dialogo aduersus Tryphonem,interpretans hunc locum,vbi quęrit,cur hic remittat domum Iacob,& suprà dixerit:Ascẽdamus in domum Dei Iacob, & subC iecit,necesse esse duas hic intelligi domus Iacob,alterã secundum carnem,alterã secundũ spiritum:Nec enim,inquit,par erat eandẽ,& vnam domũ Iacob ad promissa admitti,& ad Dei hęreditatem:& rursus repudiatam dici: Dereliquit enim populũ suum domum Iacob. Et EVSE. Cæsarienſ.lib.2.euang.demonst.ca.37. hunc locum & sequentia explanat mirabiliter. AVG. de consensu euangelist.lib.1.cap.28.de Iudæis exclusis hoc explanat: Impletur, inquiẽs,quod per prophetam prædictum erat:Remisit enim plebem suam,non quidem totam, quia multis ex Israelitis credidêre in Christum,nam inde erant,& discipuli,& apostoli Domini, & multi qui in Christum credidêre.Lege eundem AVGVS.in Psal.134.in illa verba: Quoniam iudicauit Dominus plebem suam.CYPRI.aduersus Iudæos lib. 1. hoc oraculo significari putat Iudæorum exclusionem,& quòd Iudæi amissuri essent lumen Domini: & idem esse cum illo euangelij:Mundus eum non cognouit,& sui eum non receperunt: & cum illo: Dilexerunt magis tenebras,quàm lucẽ. Sic BASIL..D.HIER. CYRIL. PROC. Sed iudaizantes inuertunt loca,quæ exclusionem Iudæorum significant, vt illum: Non dimittam ampliùs peccata vestra: & illum:Non cessabit furor meus contra vos: & hunc:Dimisit populum suum,& reliqua quę

D sequentur oracula de Iudæorũ exclusione,sic enim hunc locũ interpretatur Vatab. in cõmentarijs:Inuitat hoc loco Iudæos ad pœnitentiam, quasi dicat, ante hac perditè viximus,redeamus nunc in viam & expectantes Messiam, viuamus iuxta legem Domini, sed mittamus nostros, Iudæos tamen vrgebo verbis Theodoreti, & Procopij, quibus suprà docuimus Iudæos vrgeri. Mons erat Sion temporibus Esaiæ, & domus Dei Iacob: cur igitur dicit:Nouissimis temporibus erit? si duraturam dicis domum Iacob, falsa est prophetia, iacent omnia diruta, quas genteis prætereà, quósue populos confluxisse vides ad Iudæos? sed hæc pressiùs Euseb.& August.& Procop.& Theodoretus,cum huius capitis vaticinijs, Iudæos vrgent, & premunt.Tantùm eum,qui è nostris hoc loco sententiam Iudæorum sequitur Augustini verbis in oratione aduersus Iudæos cap.9.vrgebo:quibus ille Iudæos vrget,& interrogabo: Quænam est hæc domus Iacob? quam propheta ait esse à Domino dimissam, quid dices? quid respondebis? An hoc homo Christianus potes inficias ire? dimissam synagogam à Domino, in locum illius,catholicam ecclesiam esse suffectam? non inficior,inquies, nec enim homo Chri

stianus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christianus hoc posset diffiteri,sed dices,superiorem orationem ad tempora Esaiæ esse refe- A rendam.Cùm superiora de euangelica luce sint dicta,& hic iã dicatur populus Iudæorum exclusus,quo deflectis media?& cum omnibus doctoribus sacris pugnas?vt Iudæis faueas?Nunquam enim legitur Iudæorum populus exclusus,nunquam legitur dimissus, vt neque regem habeat,neque sacerdotes,neque sacrificia,neque prophetas,nili post Christi passionem. Sed credo quidam è nostris volũt nobis nota esse Iudæorum deliria: legendus inquam AVGVS. in oratione aduersus Iudæos,præsertim cap.9.vbi his vaticinijs refellit Iudæos quibus, respõdeat quicunque pro Iudæis caussam dicere parat.

D. HIERONYMVS.

Quia repleti sunt vt olim, augures habuerunt vt Philistijm, et pueris alienis adhæserunt, repleta est terra eius argento, et auro, et non est finis thesaurorũ eius, et repleta est terra eius equis, et innumerabiles quadrigæ eius.

LXX. VIRI.

Quia repleta est, vt initio, terra eorum augurijs, vt terra alienigenarum, & filij multi alienigenæ nati B sunt eis, repleta enim est terra eorum argento, & auro, & non est numerus thesaurorum eorum, & repleta est terra eorum equis, & non fuit numerus curruum eorum.

PROCOP. in cap. 42. Esaiæ: semper, inquit, Propheta caussam exclusionis, & occœcationes Iudęorum esse ait idolatriam, iuxta illud Mosis: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus: Contendant Iudæi, vt ipsis libitum fuerit Iudæos non fuisse idolatras post captiuitatem Babylonicam, & libris Machabæorum abrogent fidem, & turbent, quæ volent, en Lxx seniores tribus seculis ante Christi crucem, & eo amplius dimissum populum Israël vertunt, & exclusum, & vnam ex causis, & primam subijciunt quod essent idolatræ, & dicendum est posteà, vnum è signis aduentus Christi fuisse, quod eius temporibus cæsura essent idola, tam è Iudæa, quàm ex alijs locis. Semper igitur vaticinijs de Christo & exclusione Iudęo C rum, subijciunt prophetæ peccatum idolatriæ, & alia crimina, vt appareat Iudæos sua culpa tã ta incurrisse mala. Eadem sententia est D. Hieronymi qui in commentarijs inquit, proiectum fuisse populum Iudæorum quia repleti erant vt à principio, augurijs & somnijs, & cunctis idolatriæ sordibus: sic BASIL. etiam CYRILL. nescio quo malo fato, siue à Latino interprete, siue à Græculo aliquo, quibusdam locis Iudaicis fabulis est refertus, cuius rei coniecturam facio, quòd fuerit apud me codex Græcus manuscriptus, clarissimi viri Diegi Furtadi Mendozæ, vndè hic Latinus codex multis in locis discrepat, atque addit multa. sineret quicunque in hac re malè meritus est de re literaria, syncerè legi scripta diuina Cyrilli, quibus lectissima quæque Esaiæ explanabantur, non omnia, quę nescio quis Iudaicis inserit fabulis. EVSEB. 2. lib. demonstrat. euangelic. cap. 37. vbi hunc locum explanat, docet etiam Iudæos post passionem domini abiecisse idola. Sensus ergo huius loci est: dimissus est populus Iudaicus, quia repleta erat regio eorum: Iudæorum scilicet, augurijs, vt ab initio, cum possidebatur à Cananæis, & infidelibus nationibus, & vt terra alienigenarum. i. plena erat Iudæa idolatria, vt terra nationum infidelium. Cur pro Palæstinis, Lxx. reddãt alienigenas, alibi D dicendum est latiùs. Tralationem D. Hierony. sic interpretabimur: Quia repleti sunt idolatria, scilicet Iudæi, vt olim cùm ducti sunt captiui, & eos perdidi: augures habuerunt vt Philistijm. i. augurijs credebant, vt Palæstini infideles. Lectio Hebræa planiùs hæc sonat.

Idolatriæ crimen, vna ex causis exclusionis Iudæorum.

Cyrilli cõmentaria Latina adulterata, nescio à quo.

כִּי מָלְאוּ, Id est, quoniam repleti erãt, מִקֶּדֶם, id est, plusquàm subaudi, Iudæi, anteà, vel, cùm educti sunt ab Ægypto, & ab initio gentis, vel, plusquàm anteà. i. plusquàm Cananæi, quos expulêre illis locis Iudæi, cũm intromissi sunt in terrã promissionis, vel, plusquàm anteà, cùm ducti sunt captiui: nam, miquédem, vox Hebræa, significat plusquàm olim, plusquàm priscis temporibus, plusquàm ab initio, vt possis referre ad omnia quæ dixi. וְעוֹנְנִים & augurijs, supple, repleti erãt. כְּפְלִשְׁתִּים vt Philistæi. i. tam pleni erant augurijs, vt nationes idololatræ, & millies castigati, nunquam resipuerunt, & exclusionis Iudæorum

Philistæi	vt	augurijs	plusquàm olim. plusquàm ab initio. plusquàm anteà	impleti sunt	Quoniam
כִּפְלִשְׁתִּים		וְעוֹנְנִים	מִקֶּדֶם	מָלְאוּ	כִּי

A dæorum caussa prædicitur à propheta. Notandum tamen, quod repetendum sæpè est, prophetam hunc Esaiam, citare loca scripturæ, & ea interpretari de prophetia illa de qua vaticinatur, & hoc loco citare verba illa cap. 23. Iesu Nauè: Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, scitote, quod Dominus Deus vester, vos auferet, atque disperdet de terrà hac optima, quam tradidit vobis. Quibus verbis scripturæ explanatur optimè hic locus quod Esaias caussam reddit exclusionis Iudæorum & vastitatis, quod voluerint gentium earum, quæ inter illos habitabant, adhærere erroribus, pleni idolatria, vt Palęstini, & vt idolatræ, cum quibus olim habitabant. & infrà eodem cap. Iosuè: sicut impleuit operè, quod promisit, sic adducet super vos quidquid malorum cõminatus est, donec vos auferat de terra hac optima, quam tradidit vobis, eo quod præterieritis pactũ domini, & seruieritis dijs alienis. Vides quo pacto Esaias causam exclusionis Iudęorum eandem dicat esse, quam Iesus Nauè prædixerat? pellendos esse ex Iudæa, quam illis tradiderat dominus, quòd seruierint dijs alienis, & præterierint pactum Domini: quæ verba repe- B tuntur Deueteronomij cap. 18. & 19. quo spectant verba sequẽtia iuxta tralationem Lxx. Et filij multi alienigenę nati sunt eis. i. quia ducebant vxores alienigenas fœminas: hoc enim dixerat Iesus Nauè cap. 23. si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitãt, errroribus adhęrere & cum eis miscere cõnubia, scitote quia Deus auferet vos de terra hac optima. Ait ergo Esaias pulsos esse Iudęos suis sedibus, & exclusos à Dño, quod cum alienigenis connubia miscuerint, vt prædictum erat à Iosuè, & à Mose. THEOPHY. in cap. 8. Ioan in ea verba: Vnum patrem habemus Deum, ait, ex adulterio multos eorum procreatos, nam fœminæ Hebræę miscebantur alienigenis, & viri Hebræi cõcumbebant cum fœminis alienigenis: & tralatio quidẽ Lxx virorum ad vtrunque spectat: Filij multi alienigenæ nati sunt eis, siue, quod fœminæ Hebræę miscebantur alienigenis, siue, quòd viri Hebræi concumbebant cum fœminis alienigenis, & eas ducerent vxores. Tralatio D. Hieronymi magis spectat ad fœminas quæ miscebantur cũ alienigenis. Pueris alienis adhæserunt. i. fœminæ coierunt cum pueris alienigenis. i. cum filijs alienigenarum nationum. Et vtrunque conuenit cum Hebræa lectione:

conglutinati sunt	conglutinatæ sunt	peregrinis	puellæ ad pueros	Et
יִשְׁפְּקוּ		נָכְרִים	בְּיִלְדֵי	ו

C יִשְׁפְּקוּ, adhæsêrũt, conglutinati sunt, vel, conglutinatæ sunt, referri enim potest ad viros, & ad fœminas. נָכְרִים, alienigenis, peregrinis, vt possis vertere: Conglutinatę sunt fœminæ viris peregrinis, vel, cõglutinati sunt viri fœminis peregrinis. בְּיִלְדֵי, ad pueros, supple, procreandos, & filios: sensus ergo est: Vastatam Iudæam, & exclusos Iudæos, quòd completa sint hæc vaticinia, quibus prędictum erat pellendos suis sedibus, si erroribus idolatrarum adhæsissent, & cum eis miscuissent cõnubia, & seruijssent dijs alienis, & abijssent post argentum, & aurum, quod multis alijs scripturæ locis vetitum erat. PROC. sic hunc locũ explanat: THEODOR. etiã his verbis: Idolatriæ, & idolorum crimen obijcit Iudæis, & quòd filios procrearint ex alienigenis, & quod aceruarint diuitias, & quod contra legem facerent, lex enim diuina hæc omnia vetabat, equis fidere, & diuitijs, ne proprijs viribus fiderent, sed semper spectarent diuinum auxilium.

Cur Iudæi exclusi ab ecclesia, et suis sedibus pulsi.

D. HIERONYMVS.

Et completa est terra eius idolis, opus D *manuum eorum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum: et incuruauit se homo, et humiliatus est vir, ne ergo dimittas eis.*

LXX. VIRI.

Et repleta est terra abominationũ manuum eorum, & adorauerunt, quæ fecerunt digiti eorum: & incuruauit se homo, & humiliatus est vir, & non dimittam eos.

HIs verbis eadem dicuntur, & repetũtur, quæ superioribus verbis erant prædicta, dicitur enim vastitatis & exclusionis Iudæorum esse caussa, crimẽ idolatriæ, qua de re satis multa diximus superiore commentario. CYPRIA: hæc sic legit: Adorauerunt eos quos fecerũt digiti eorum, & curuatus est homo & humiliatus est vir, non laxabo eis. Nam epist. 7. ad Epictetum fratrem, his verbis similibusque admoneri nos quoque putat, vt si ingruant omnia in nos cruciamenta, perstemus forti animo, & illud cogitemus, multò maiora nos expectare supplicia, eaque sempiterna, si vincamur minis, aut supplicijs ab infidelibus nationibus, cum dicat Do-

Mos Esaiæ in citandis testimonijs veteris testamenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudei idolatræ.

eat Dñs sacrificans dijs,eradicabitur, sed soli Deo:& Esaias: Adorauerunt deos quos fecerũt A digiti eorum,& curuatus est homo,& humiliatus est vir,non laxabo eis. Et in APOCALYP. quoque legimus iram domini comminantis & dicentis:Si quis adorat bestiam & imaginem eius, accipiet notam in fronte sua, & in manu; bibet & ipse de vino iræ dei, punietur igne & sulphure in oculis sanctorum angelorum, & sub oculis agni, & fumus de tormentis eorum in sæcula sæculorum ascendet,nec habebũt requiem die ac nocte. & sermone.5.de laplis hoc idem multò apertiùs TERTVL. An non pleni spiritu sancto (inquiens) prophetę iustorum præsũras prædicauerunt & iniurias gentilium? an non fidem nostram armauêre? & Dei seruos cælesti voce corroborauêre?an non iram diuinę indignationis ostendunt, cùm dicũt Adorauerũt eos &c.non laxabo illis:& in euangelio,negantibus æterna supplicia, confitentibus sempiterna prę̃mia promittit? AVGVS.de consensu euangelistarum lib.1.cap.28. vbi citatur bona pars huius capitis,sic legit hunc locum: & explanat CYRILL.videtur Dñs indignari vehementer,quod homo suam naturam tanta affecerit contumelia, vt cùm ad dei similitudinẽ sit factus, se prosternat lapidibus,& fœdissimis vitijs,vnde artifex indignatus ait Incuruatus est homo,deiectus est vir,non dimittam eos,immutabilitatem diuinæ iræ ostendit,quòd diuinam maiestatem offenderint,& quòd suam naturam fœdauerint, sic etiam explanat D.BASIL. & THEODO. lege EVSEB. demonstrat. euangelicæ lib.2.cap.37.Hebraicè tamen est vt vertit D.Hieronymus: ne dimittas eis,sed cùm Lxx viri non verbum verbo reddant,sed scripturæ sensa exprimant,quo planior esset intellectus, ad primam personã transtulêre:nam cùm propheta docuerit,qua caussa Iudæi à Deo fuerint repudiati,quod dñm prouocauerint ad irã idolatria,auaritia,legirupio: subijcit propheta:ne ergo dimittas eis quæ non est precatio,vt ANACLET.papa epist.3.tom.1.conciliorum docet, sed vaticiniũ: huiusmodi orationes non optantis animo,inquiens,sed prophetantis mysterio denũciantur. Hoc idem Lxx viri omniũ antiquissimi scripturæ sacræ commẽtarij & scholiastę docẽt sua breui paraphrasi cùm pro,ne dimittas eis,quod D.Hiero.reddidit Hebręę lectioni conuenienter ipsi edidêre,non laxabo eis:quid enim aliud prę se ferunt hac interpretatione, quàm quòd diximus, quoties huiusmodi orationes quæ videntur esse precantium,in literis sacris inuenium tur non esse orationes precantium sed prędicentium quod futurum est: docuereq; sic orationes similes esse explanandas:dorsum eorum semper incuruа:& episcopatum eius accipiat alter,reliquasque huius notæ. HILARI. in Psalm.121.Israël à Domino de Pharaone vindicatus,in mari ablutus,in deserto angelorum cibo pastus,in lege eruditus, in prophetis obiurgatus,in natiuitate à Domino per consortium corporis susceptus:in cruce (si crederet) saluatus, in resurrectione,si cõfiteretur glorificatus:nihil horum admisit,habens mannà, cucumeres desiderauit, legem à Deo expectans, vitulum adorauit,prophetas audiens,occidit:virginis partum prophetatum sibi,infamauit,Deum in carne non credidit,peccati remissorem,falsi peccati reum arguit,emit ad mortem, in crucem sustulit, testeis resurrectionis ad silentiũ corrupit, apostolos,& fideleis morte multauit, ob hęc(inquam)animo prospiciens propheta,meritissimo repudiatum Iacob secundùm carnem, & quod idolatræ & auari, & legis transgressores essent, dixit: Ne dimittas eis, quod Lxx interpretantur.i.non laxabo eis.

Ingratissimi Iudæi, & ideo repudiati à Domino.

D. HIERONYMVS.

Ingredere in petram, absconde in fossa humo,à facie timoris Domini, et à gloria maiestatis eius.

LXX. VIRI.

Et nũc ingredimini in petras,& abscondimini in terram,à facie timoris Dñi,& à gloria fortitudinis eius quando surrexerit frãgere terram.

DBASIL. intelligit hanc esse alterã adhortationem illi similem:Venite ambulemus in lumine Domini, quòd nemo sit adeò scripturæ contemptor, vt putet eam suadere vt à facie timoris domini,nos abdamus in speliscas,& rupium cauernas,cùm dictũ sit, quò ibo à spiritu tuo? & cùm rursum dicat,si se abscondant in Carmelo,illinc assumam eos:si fugerint in mare, illic mandabo draconi & mordebit eos:lubet igitur dominus vt se abscondant in cauerna petræ,in qua positus est Moses,vt videret dominum .i.in ecclesia,quod hæc Iudæis & gentibus sola fuga malorum sit, vt se abscondant in fossa humo.i.vt per lacrum baptisma consepeliantur Christo vt simul cum illo resurgant,& simul cum illo cœlum ascendant,&regnẽt cùm surrexerit dominus confringere terrã .i.excutere

A .i.excutere ex nobis quidquid terrenum est, & de Petra pro ecclesia & pro Christo multa in scriptura ait esse testimonia.Solus CYRILL.ad captiuitatem Babylonicam refert,sed dixi mihi hoc vehementer esse suspectum, quòd Cyrillus, nugis nescio cuius Iudaizantis est adulteratus. PROCOP.eadem scribit quæ Basilius: vna, inquit, fuga malorum est si ingressus fueris in protectionẽ Petræ, in firmamentum fidei in Christum,vbi Moses est positus,visurus Deum,& terra nos iubet occultari,vt sepeliamus nos per sacrum baptisma, vt simul consepulti & peccato mortui,cum Christo in nouitate vitæ ambulemus,sic enim fugiemus à timore domini confringentis terram.i.terrenũ hominem,vt habeamus vitam spiritalem cũ Christo,quam nulla res terrena retardet. THEODOR. hæc ad exercitum Romanorũ refert his verbis,per hæc Romanum bellum post crucẽ domini vaticinatur:cùm enim aduenissent exercitus Romanorum,in speluncas plurimi & cauernas rupium se abdebant:& quando concessu omnium veterum patrum euentus est optimus scripturarum interpres, dices hanc Theo-
B doreti interpretationem esse verisimam ex IOSEPH.de bello Iudaico lib.6.cap.49.& alijs locis vbi leges Iudæos præ metu se abdidisse in cauernas, & cryptas, & in sepulchra, & illic à Romanis esse interfectos ac contrucidatos,vt non malè putarit Theodoretus, præsignificatũ hoc loco,fore, vt Iudæi metu malorum se abderent in cauernas, defossamque humum, nam semper ille canon est adhibendus,cùm prophetæ imperare aut precari videntur quæ sunt,futura, non imperare nec precari, sed futura prædicere. EVSEB. demonstrationis euangelicæ lib.2.cap.37.vbi hæc omnia explanat,his verbis quæ sequuntur: Quando surrexerit Dominus frangere terram,significari putat,terram Iudęorum,& domini resurrectionem,quod post domini resurrectionem conterenda & confringenda erat terra Iudæorum,vt factum est: itaque Euseb.totum hoc caput de temporibus Christi interpretatur, & hunc locum de resurrectione domini & Romanorum exercitu cum THEODO. TERTVLL. de resurrectione carnis cap.17.hoc ad diem iudicij referre videtur & aduersus Marcionem lib. 4. cap.47. & locis suprà citatis, ad vastitatem Iudæę inuectam à Romanis post crucem domini: itaque vnus & idem Tertullianus hunc locum,modò ad diem iudicij, modò ad vastitatem Iudæę refert, ne
C quis miretur quosdam sacros doctores multa ex hoc capite ad diem iudicij retulisse,alios ad excidium Hierosolymorum,& vt intelligas rectè hoc fieri posse,Audi quid LACTAN.li. 4.cap.26.dicat,quæcunque passus est Christus,& quæ fecit, habuêre figuram & significantiã magnam, valuêre quidem in præsens, sed declarauêre aliquid in futurum: vt aperuit cæcorum lumina,& hoc facto significauit, se orbis terrarum illuminaturum pectora, luce sapentiæ,qui ignorantiæ tenebris circunfusus erat,surdos fecit audire, sed hoc facto significauit orbem, qui vsque ad illa surdus fuerat, auditurum diuinas voces. & sic multa explanat Lactantius & multis exemplis vtitur, quæ repetere non est necesse: in his enim versatur omnis sanctorum patrum cura,cùm explanant sacras litteras. Ergo ad hoc exemplum arbitror, literalẽ sensum esse,quem suprà scripsimus de vastitate inuecta Iudæis à Christo per Romanos, vbi apostolos,& fideleis seruauit,perdidit infideleis Iudæos,& expulit à se,& ex patrię terminis, qui typus & vmbra fuit iudicij vltimi,quo recipiendi in æterna tabernacula sunt boni, perdẽdi mali:& hæc his verbis à propheta dicta sint, vt vtrunque sensum reddant:docent enim veteres patres, quòd infrà dicẽdũ est, verba scripturæ quòd sint verba spiritus sancti,sępè duos & tres,& plures literaleis habere sensus.Neque reperies doctores sacros tantùm duos literaleis sensus de scriptura dare, sed apostolos etiam et euangelistas, qua de re lege quæ scripta sunt in illud cap.53.Verè languores nostros ipse tulit:quem locum alius ad terrena refert,alius ad cælestia: quibus similia multa hoc opere reperies. Verba autem illa: Quando surrexerit dominus frangere terram,subaudita sunt à Lxx viris per zeugma ab inferiori, quod hæc verba posteà dicuntur à propheta in fine totius sententiæ, vt sunt in tralatione D. Hieronymi qui hæc omnia conuenienter Hebraę lectioni reddidit,Lxx viri, non tam tralatores quàm scholiastę, & commentarij hęc verba posita in fine sententię ad singula referunt per zeugma ab inferiori, vt diximus,vt singula futura dicãt:Cùm resurrexerit dominus,& vindicauerit Iudæos in ipso Romanorum exercitu. Citantur hæc verba APOCALYP.ca. 6.vbi in fine cap.dicitur:Principes tribuum diuites absconderunt se in speluncis,& sub petris montium, & dicunt montibus,& petris:Cadite super nos,abscondite à facie sedentis super thronum. & cap.9.Apocalyp.& ad vtrunque referri possunt, quanquam præcipuè spectent ad diem vltimum iudicij,non conuenient malè vastitati Iudæę: quærent enim homines mortem,& non inuenient eam.

D

quæ à christo facta sunt, alia sensu literali significant, spiritalia alia.

Lxx. viri scholiastæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam. Tantus enim fuit terror Domini punientis Iudæos per Romanos, post passionem Chri-A sti, vt præoptarint mori, & mors fugerit ab eis. Quod enim D. Ioan. dixit fore, vt se abderét in cauernas montium, historia prodit, in vrbiũ cryptas & sepulchra se abdidisse, & vrbs Hierosolyma sita erat in quatuor collibus seu montibus, vt constat ex IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico. Neque mirandum est, si D. Ioannes vaticinatus fuerit Hierosolymorum vastitatem: leges enim apud LACTANT. lib. 4. de vera religione, & sapientia cap. 21. Petrum & Paulum Iudæorum excidium fuisse vaticinatos, cùm Romæ essent.

D. HIERONYMVS.

Oculi sublimes hominis humiliati sũt.

QVòd D. Hierony. vertit: Oculi sublimes hominis, humiliati sunt, Lxx. viri vertêre: Oculi Domini sublimes, at homo humilis: vtrunque significare potest lectio Hebræa: quæ sic ad verbum reddi potest: Oculi sublimitatis, vel, oculorum sublimitas, homo humilis: Lxx, cùm de Deo sermo esset, subaudiuêre Dei, vt esset: Oculorum Dei sublimitas, vel, oculi sublimitatis Dei, homo humilis: & sic reddidêre, pro: oculorum Dei sublimitas, homo humilis, oculi Domini sublimes, at homo humilis, si nihil subaudias, erit lectio D. Hieronymi: oculorum sublimitas hominis humiliata est, pro quo D. Hieronymus reddidit: Oculi sublimes hominis humiliati sunt. THEODOR. Qui Domino illudebant, inquit, cum dicerent: prophetiza nobis quis te percusit? & inducntes eum coccinis, & per ludum iocumque salutantes nomine regio, & insolenter insultantes tanquam alios saluos fecerit se non saluet, intelligẽt experientia naturarũ differentiam, quod altissimus Deus, excelsi eius oculi, homo, terra, & cinis. Vndè sic explanabitur tralatio D. Hieronymi: Oculi hominis. i. oculi hominum insultantium Christo: frequentissimum enim est apud Hebræos singularem numerum vsurpare pro plurali: Oculi ergo sublimes, & arrogantes Iudæorum Christo insultantium humiliati sunt à Romanis, & protriti, & omnibus ignominijs affecti. CYRILL. Docebit experientia in die illa hominem esse humilem, Deum excelsum. BASIL. Nihil eorum quæ fiunt latet eum, qui è sublimi despectat, eius oculis subiecta sunt omnia, homo autem humilis est. PROCOP. Iussit nos Deus fuga petere petram Christum, & ne putes hanc fugam à facie domini corporis esse & pedum, subijcit propheta: à summo cæli vertice Deum humana omnia contemplari, sublimeis esse eius oculos, qui omnia vno obtutu lustrent, hominem esse humilem & abiectum: & cùm hoc dixerit iubet, inquit Procopius, vt te recipias in cauernam, vt res ipsa te cogat ad spiritualem sensum transcendere, nam aliter qui conuenit dicere: Nihil Deum latet, & posteà iubere vt fugiamus in cauernas? Quid enim iuuat fugere in cauernas, si nihil Deum latet? TERTVLL. in lib de prescript. aduersus Hæreticos: Oculi, inquit, Domini alti. i. homo in faciem, Deus in præcordia contemplatur, & ideo cognoscit qui sunt eius, & plantã, quam nõ plantauit pater eradicat, & primos facit nouissimos, & palam in manu portat ad purgandã aream. Dixi centies EVSE. Cęsariensem lib. 2. demonst. euangelicæ cap. 37. hæc referre ad vastitatem Iudææ inuectã à Romanis.

Hebræis frequenter singularis, pro plurali vsurpatur.

LXX. VIRI.

Nam oculi Domini sublimes, at homo humilis.

D. HIERONYMVS.

Et incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autem solus Dominus in die illa: dies enim Domini exercituum, super omnem superbum et excelsum, et super omnem arrogantem, et humiliabitur, et super omneis cedros Libani sublimeis, et erectas, et super oẽis quercus Basan, et super omneis monteis excelsos, et super omneis colleis eleuatos, et super omnem turrim excelsam, et super

LXX. VIRI.

Et humiliabitur altitudo hominũ, & exaltabitur Dominus solus in die illa: dies enim Domini sabbaoth, super omnem arrogantẽ & superbum, & super omnem excelsum & sublimem, & humiliabuntur, & super omnem cedrum Libani excelsarum & sublimium, & super oẽm arborem glandis Basan, & super montem excelsum, & super omnẽ collem

A *et super omnem murum munitum, et super omneis naueis Tharsis, et super omne quod visu pulchrum est.*

collem excelsum, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum excelsum, & super omne nauigium maris, & super omnem aspectum nauium pulchritudinis.

THEODOR. hæc omnia putat esse vaticiniũ vastitatis Iudææ vniuersæ, & EVSEB. Cæsari. li. 2. cap. 37. si attentè legas, eodẽ refert, & CHRYS. in demonst. quòd Christus sit Deus: cùm explanat illud: Exaltabitur super oẽs colleis, eodẽ videtur spectare: planiùs tamen multò Theodor. prædicit, Romanos non solùm homines consumpturos ferro, & igni, sed agros esse depopulaturos, arbores succisuros, turreis altiss. & arceis editiss. deiecturos, clausuros omnia maria, vt non sit locus aut cõmeatibus, aut mercaturis, quę omnia post crucem Dñi simul Iudæis euenisse ait Theod. in ea vastitate quam Iudæis inuexit Vespasianus, vbi neq; cani erant, inquit, verendi, neq; gentis splendor, neq; opũ claritas illis proderat: quin & pauperes potentibus, & adolescentes senibus illudebant, quòd ipsi Dño illuserant. Et quando euentus est optimus scripturarũ interpres, qui contulerit cum hoc vaticinio historiã Iosephi, nullo alio egebit commentario: nã quòd hic dicitur: Curuabitur altitudo virorum, apud IOSEP. factum reperies de bello Iudaico li. 2. cap. 25. in fine, & cap. 26. & 27. vbi optimates Iudæorum virgis cæduntur, cruce afficiuntur, vt ipsi Dñm flagris cęciderant, cruce affecerant, occiduntur innumera Iudæorum milia. eodem lib. cap. 34. & sequentibus capitibus, illudũtur, torquentur, cruci suffiguntur. & lib. 4. de bello Iudaico cap. 17. 18. 19. sed lib. 5. de bello Iudaico cap. 18. tot milia Iudæorũ nobiliũ cruce afficiuntur, vt iam nec in agris locus esset crucibus, nec ligna supperetent faciendis crucibus, lib. 6. in fine: væneunt vilissimo precio, trucidantur per vias, ducuntur captiui, vt ducantur in triumphũ, vt in theatris obijciantur laniandi feris, & pabulũ præbeant belluis immanibus, Ita quæcunq; in Dñm edidêre, passi sunt miseri Iudæi, vt Dñm humiliauerũt, & affecêre ignominia, sic ipsi humiliati sunt, & omnibus affecti ignominijs, cùm nobilissimi quiq; per vias cædebantur fustibus, plagis, cruce afficiebantur, obijciebantur pa-
C bulũ feris. Exaltabitur Dñs in die illa, quo enim tẽpore subuersa Iudæa est, & impij Iudæi immanis illius flagitij, quòd edidêre in Christum, luere pœnas, cùm nationes infideles intellige rent completa vaticinia, quæ legebant in tralatione Lxx virorum Græcè, propterea quòd Græcè legebatur in omnibus ferè gentibus: vt pro Archia Cicero ait, & prædicatores euãgelij gentibus ostendebant prædicta, quæ ipsi suis oculis legebant, & legi audiebant in Iudæorum synagogis: habitabãt enim Iudæi inter nationes, & omnibus in synagogas patebat aditus, & eò mittebantur à nostris, vt ea audirent, & completa videbant: res enim erat tam manifesta, vt ne ipsi quidé Iudæi, auderent diffiteri, cùm Iosephus satis apertè id fateatur, vt suprà diximus in illud cap. 1. Manus vestrę plenę sunt sanguine: cùm vidit ergo vniuersus orbis prędictiones prophetarũ de vastitate Iudææ, si Christũ non recepissent, & rerũ euentus, vt infrà etiam latiùs est dicendũ, vniuersus orbis cõfluxit ad ecclesiã, & solus Christus est exaltat⁹ toto orbe: ruere enim omnes dij gentiũ, & ita hunc locũ explanat AVGVS. de consensu Euangelistarũ. lib. 1. cap. 28.
D Dies enim Dñi exercituũ super omnem superbũ, & excelsum, super omnem arrogãtem, & humiliabitur, vel, vt vertêre Lxx: humiliabuntur, vt ad omnes Iudęos referrent. Eiusdẽ sententię vaticiniũ est, quam diximus ex Theodor. & August. & Euseb. & Ioseph. Et super cedros Libani sublimes & erectas, super omnes quercus Basan, super oẽs montes excelsos, super oẽs colles eleuatos. Vaticiniũ hoc est, vt suprà diximus ex Theodor. vniuersæ Iudææ vastitatis, & depopulationis arborũ, syluarũ, montiũ. Leges historiã apud IOSEP. de bello Iudaico, cum alijs locis multis, tũ li. 3. cap. 4. vbi describitur Iudæa, & describuntur duæ prouinciæ Galilææ, tã arboribus consitæ, tam amœnæ nemoribus, vinetis, oliuetis, vt vix vlla pars soli nuda esset, vbi mentio Libani est, Carmeli, & aliorum montiũ, quæ omnia ita vastata sunt, vt prorsus nudum solùm manserit, quæ omnia ibi describuntur à Iosepho, &. 1. cap. lib. 6. & à DIONE Nicæo in vita Adriani, proditum est vniuersam Iudæam bello & incendio vastam esse relictam: si ergo hoc loco Libano, & montibus, & arboribus minatur, & rerũ gestarũ historia narrat, post crucẽ Dñi arbores succisas, montes in vastitatẽ redactos, qui arboribus vinetis, oliuetis erãt amœnissimi, & qui mira arborũ proceritate vernabãt, quã aliã quæramus interpretationẽ, q̃ Theod. qui hæc sic explanat, & ipsius euentus, qui, vt veteres docent, est optimus scripturæ interpres.

Vastitas Iudææ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Super omnem turrim excelsam,& murum munitum .vt aliud nihil legas, quàm cap.43.lib.6. A
de bello Iudaico,intelliges turres & arces,quę viribus humanis capi non poterant,captas esse.
vt Vespasianus fateatur,non humanis opibus,sed ira Dei tantùm illa capi potuisse, vt mittam
dicere,quod proditum est à Dione, quinquaginta vrbes munitissimas Iudææ fuisse subuersas
ab Adriano,& vicos celeberrimos nongentos octoginta quinque:& tèporibus Vespasiani,te
docebit Iosephus,munitissimas Iudææ vrbes fuisse subuersas. Super omnes naues Tharsis,&
super omne quod visu pulchrũ est: host postremum:Super omne quod visu pulchrũ est, Lxx
viri videntur interpretati in nauigijs.s. quòd enim de nauibus sermo erat in his verbis: Super
omne quod pulchrũ est,videntur subaudijsse in nauibus.s.& ita verterunt: super omné aspe-
ctum nauium pulchritudinis,aut,vt verteres melius: super omnem speciem, vel spectaculum
nauium pulchritudinis: Huius rei mentionem,non memini me legere,tamen ex Dione in vi-
ta Adriani intelliges,non solùm aduersus Romanos surrexisse vniuersam Iudęam,sed conflu
Rebellant Iudei aduersus Romanos. xisse vndiq; ex omnibus orbis partibus Iudęos vniuersos:& necesse erat nauibus conf luxisse, B
nam varijs partibus orbis habitabant,& tanta Iudæorũ vis conf luxit(vt author sit Dion)per-
terrefactum fuisse orbem terrarum, & Romano imperio magnum incussum fuisse timorem,
vt rectè THEOD. sit interpretatus de nauibus Iudęorum,& de commeatu intercluso Iudęis,
meliùs tamen interpretaturus de classe pulcherrima, qua ex omnibus partibus orbis, infinita
Iudæorum manus affluebat,quæ toti terrarum orbi metum ingentem incussit: Cùm enim in
vastitate,quam importauit Iudææ Vespasianus, Iudæi sint deleti: pauperum tamen multa mi-
lia liberi abire quò vellẽt,sunt permissi,& plurimi relicti per vrbes,plurimi ducti captiui: fœ-
minæ tamen,saluæ relinquebantur,aut captiuæ ducebantur:& quòd fœminæ Iudææ sterilita-
tem pro maximo crimine esse putabãt,de vno Iudæo multæ susciebant sobolem,ne steriles
essent,& sic intra pauciss imos annos,tanta erat Iudæorum multitudo, vt non viderentur vn-
quam vllam accepisse cladem,quæ omnis multitudo surrexit aduersus Romanos, vt Iudæam
recuperaret,& instauraret templũ, & vrbes Iudææ, super quæ omnia Dominus fuisse dicitur,
quia ipse Dominus infrà dicet: Per me hæc facta sunt vobis: Dominus enim resurgens,contri
uit Iudæos,primùm per Vespasianum,posteà per Adrianum, vt ait EVSEB.Cæsarien.lib.2.de-
monstrat.euang.cap.37.alij tamen patres hæc omnia,de die iudicij interpretãtur,quos sequi- C
tur Innominatus,qui tom.2.Chrysost.vnà cum D.Chrysost.circunfertur in cap.8. Matth.ho-
mil.23.hæc postrema verba de die iudicij interpretatur, vbi nauim maris omnem ecclesiã hæ-
reticorum, dictam putat, quòd lenocinijs verborum, quas picturas prophera appellat, mul-
titudini fucum faciunt: alij allegoricè hæc enodant. PROC. Vsurpat,inquit,scriptura in vni-
uersum naturas animantium,&arborum,aliarumq;, rerum formas,ad exprimendos varios ho
minum mores:sic per cedros, quæ præter cæteras, procera arbor est & infrugifera, significat
homines superbos,& infructuosos,& homines quacunq; ratione tumidos, & arroganteis,&
dæmonas,qui elationis fuère principiũ,vnde:Confringet Dominus cedros Libani. Per quer-
cus,duros homines,qui vitijs obduruêre,qui glandibus porcorum, pabulo pascuntur: vnde
quercus Basan dicuntur.i.confusionis,& pudoris: id enim significat vox Hebræa Basan. Na-
ues aspectu pulchræ,leues homines appellantur,qui comam calamistris crispant, qui vultum
comunt,qui se picturant:His enim,inquit PROC.minatur Dñs,non nauibus. Illud verò. Su-
per omnem montem excelsum,super omnem collem: aduersum dæmonas, & eius membra, D
superbos & arroganteis dictum putat:vt sit sensus, deiecturum Dominum omnem dæmonũ
potestatem,& superbos,& insolenteis omneis. Ait quoq; posse sic explanari hunc locum:Do
minum, cùm resurrexerit secundum carnem,superaturum reliquos prophetas omneis, cæle-
steis omneis intelligentias,superlatione gloriæ suę: magni nanq; montes prophetæ,apostoli,
& turres magnæ,& validi muri sunt:Ad Christi verò comparationem, nemo illorum aut po-
tens,aut sapiens,cuius ad comparationem secundũcarnem, Moses ἰσχυρότατος βατεύγλωσσος, i.gra-
cillimæ vocis est,& balbus: Abraham puluis & cinis: obscurantur in splendore gloriæ Chri-
sti secundum carnem,vt in fulgentissimo sole reliqua lumina.

D. HIERONYMVS

Et incuruabitur oĩs sublimitas hominis, et humiliabitur altitudo virorũ, et eleuabitur Dominus solus in die illa.

LXX VIRI.

Et humiliabitur omnis homo, & cadet altitudo hominũ,& exaltabi tur Dominus solus in die illa.

IRE-

A IRENAE. lib. 4.cap.67. Significatur,inquit,his verbis, quoniam post passionem,& assum-
ptionem,omnes qui contra Christum fuerunt, sub pedibus eius subijcientur à Deo, & ipse
Christus super omneis exaltabitur, & nemo erit qui iustificetur, aut comparetur ad eum.
THEODOR. Tempore Vespasiani,inquit,cadet omnis splendor dignitatum Iudæorum, nõ
erunt verendi cani,non opum splendor quidquam eos iuuerit, flagris cædentur, & illuden-
tur Iudæi,& eo tempore magis clarescet gloria Christi: Sed mea sententia,tralatio Lxx,quan-
quàm nihil discrepat à tralatione D. Hieronymi, spectare videtur ad lapidem Danielis, qui
contriuit omnia regna,& creuit in montem magnum: sic enim vertère: Humiliabitur omnis
sublimitas hominis.quòd omne regnum videtur significare humiliandum: & cadet altitudo
virorum,regum,& principum: nam Romani confregêre omnes reges & principes, & posteà
ipsi cecidêre. Et eleuatus est Dominus in die illa. i. creuit in montem magnum: sic videtur
CHRYSOS.intellexisse tom.5.in demonstrat.quòd Christus sit Deus: & eodem modo expla
nat verba illa: Concidẽt gladios in vomeres, & exaltabitur super omneis colleis: præsidebit,
B inquiens, orbi, multa cum pace Christus: interibunt principatus multorum, & monarchiæ,
vnum quoddam regnum propagabitur in pace: & subijcit, hæc omnia fuisse completa, nam
Christo aduenìente,omnia regna dissoluta sunt,& bella conquieuêre:nam pauca quędam bel
la,quid ad crebra illa,& continua,quæ olim gerebantur? TERT.aduersus Marcion.li.4.hæc
de vltimo iudicio explanare videtur,& minas esse putat aduersus diuites: & sic interpretatur:
Humiliabitur homo,vtiq; exaltatus diuitijs,& inhonorabitur vir,vtique ob substantiam ho-
norabilis.Lege AVGVST.lib.13.contra Faustum Manichæum cap.9.

D. HIERONYMVS.

Et idola penitùs conterentur, et introibunt in speluncas petrarum, et in voragines terræ,a facie fortitudinis Domini,et à gloria maiestatis eius,cùm surrexerit percutere terram.

LXX. VIRI.

Manufacta omnia abscondent inferentes in speluncas,& in scissuras petrarum, & in foramina terræ, à facie furoris Domini,et à gloria fortitudinis eius, quum surrexerit confringere terram.

AVGVST. de consensu Euangelistarũ lib. 1. cap. 28. sic explanat hunc locum: Dixerat Propheta,dimissurum Dominum plebem suam,non quidem totam, quia multi ex Israëlitis crediderant, & indè erant apostoli & discipuli Domini: addiderat idem Propheta, humiliaturum Dñm omnem superbum,& iniu
riosum,vt ipse solus Dñs exaltaretur.i.solus altus &potens,hominibus manifestaretur,donec
proijcerentur à credentibus idola,& à non credentibus abscónderentur, cùm eius timore ter
ra confringitur.i.terreni homines timore franguntur,timendo leges,vel ipsius,vel eorum,qui
credentes in eum,gentibusq; imperantes,talia sacrilegia prohibebant. Ergo August. hæc ver-
ba explanans, docet significare prophetam deiecturum Dñm per principes & reges idola. Et
idolatras: abdituros idola in speluncas, & hoc fuisse signum aduentus Christi, quod eius
tempore prædictum erat casura idola,& conteréda, quòd plurimis verbis docet EVSEB. præ- *Casus idolorũ, signũ aduentus Christi.*
parat.euangel.lib.1.cap.1. Idem EVSEB. demonst.euangel. lib.2.cap.37. vbi huius cap.partem D
bonam explanat: significare ait,prophetam his verbis tempore aduentus Christi, Iudæos, & *Iudæi idolatræ vsq; ad Christũ*
reliquas nationes, abiecturos idola, & discessuros ab idolatria, quòd factum esse videmus.
Quo loco nota,quòd suprà diximus, veteres esse authores, Iudæos vsque ad tempora Christi
fuisse idololatras,quòd suprà dixit Esaias,& testantur libri Machabæorum, quodque hoc lo-
co scribit Eusebius. Negant Iudæi,quid ni homines mendacissimi? vtuntur euangelij testimo
nio,quòd nunquam Dominus hoc illis crimen obijciat: quasi verò Dominus omnia illis ob-
ijciat crimina, neque enim necesse erat idololatriam reprehendere, quæ sub ipsum Domini
aduentum erat ruitura, ea reprehendit Dominus, quæ nobis erant futura exemplo, vt nos ea
quoque precaueremus: sed negabit aliquis interpretationem Lxx conuenire cum lectione
Hebræa: sic enim solent Lxx virorum eleuare fidem, & sententiam sanctorum de intellectu
scripturarum labefactare: Lege cõiunctim interpretationé D.Hieron. & eandem sententiam
efficies.Idola penitùs conterentur,& introibunt in speluncas petrarũ,supple, idola,& in vora
gines terræ.i.deportabũtur in spelũcas,vt ibi abscondantur. Itaq; D.Hier. lectionem Hebræa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad verbum reddidit: Lxx viri, CCC. annis ante crucem Christi sic interpretantur, vt posteà A
Contra Iudæos. euenisse videmus. & sic AVG. & EVSEB. hoc loco vrgent Iudæos, & nationes, quod videant prædictum casura idola, & abscondenda ab idolatris metu regum, in speluncis: & videant omnia hæc vaticinia completa, & tamen perfricent frontem, vt impij sint. Et idem AVG. contra Faustum Manich. lib. 13. cap. 9. cùm verba hæc prophetæ recitasset, subiunxit: Dicet Gentilis, non credo prophetis, & quomodo hoc dicet gentilis? certè qui negat se credere prophetis, aliqua idola abscondit in specu, aut cauerna terræ: aut aliquem amicum scit hoc fecisse, à facie timoris Domini, qui per reges terræ, secundum eandem prophetiam sibi seruientes, seuerissimis legibus terram confringit. i. terreni hominis frangit audaciam: quomodo ergo dicat: non credo prophetis, cùm in seipso completum fortè cognoscat, quòd olim prædictum est à prophetis, & posteà subijcit: Quis tam demens est, vt hæc non videat? quis tam impudens, vt hæc se videre dissimulet?

D. HIERONYMVS.

In die illa proïciet homo idôla argenti sui, et simulacra auri sui, quæ fecerat sibi, vt adoraret talpas et vespertiliones: et ingredietur scissuras petrarum, et in cauernas saxorum, à facie formidinis Dñi, et à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram.

LXX VIRI. B

Nam die illa, abijciet homo abominationes suas argenteas & aureas, quas fecerunt, adorare vana & vespertiliones, ingredi in foramina durissimæ petræ, & scissuras petrarum à facie timoris Domini, & à gloria fortitudinis eius, quando surrexerit conterere terram.

Iudæi præmuntur. TERTVLL. lib. aduersus Iudæos, cap. de claritate gentium in Christo Iesu, hoc testimonio Esaiæ, premit Iudæos: Cùm signum inquiens, aduentus Christi hîc detur proiectio idolorum, & Hierosolymorum subuersio, recognoscant Iudæi mala quæ passuri præcinebantur post aduentum Christi, ob impietatē qua eum despexerunt & interfecerunt: nam ex quo die proiecit homo abominamenta sua. i. ex
Iudæorum casus. quo gentes dilucidato pectore, per Christi veritatem proiecere idola, videant Iudæi, quæ ipsi tulerint, & intelligant completa esse vaticinia. Eadem repetit idem TERTVL. lib. 3. aduersus Marcionem: vt ad vtrunque retulerit hanc partem Tertull. & ad iudicij diem, & ad Christi tempora, qua ratione dictum est suprà. AVG. vt dictum est in interpretatione loci superioris, vsque ad finem capitis, putat esse prædictionem de abiectione idolorum sub aduentum Christi, idque completum esse, & compleri, cùm nationes, quæ se aduersus Christum erexerant, pro idolis persequentes, interficientesque Christianos, nunc certè quærunt vbi se abscondant, cùm sacrificare volunt, vel vbi deos ipsos suos retrudant, ne à Christianis inueniantur, & frangantur: vnde hoc? nisi à timore legum, atque regum, per quos suam Deus Israël exerit potestatem, sicut multò antè promiserat. Hæc AVG. de consensu euangelistarum lib. 1. cap. 27. B. PROSP. de prædictionibus Dei part. 3. promissione 38. hoc dicto Esaiæ, promissam esse ait, abiectionem idolorum, confirmatumq; illo Lucæ cap. 11. Omne regnum in se diuisum, desolabitur. Dixi EVSEB. demonstrat. euangelicæ lib. 2. cap. 37. hæc interpretari de abiectione idolorum post aduentum Christi: & verba illa: Cùm surrexerit confringere terram, explanare. i. cùm resurrexerit Dominus, & contriuerit Iudæam: de ea enim loquitur Propheta: Tunc abijcientur, inquit, idola. PROC. vt dixi, confringet terram, est interpretatus: confringet hominem terrenum, vt habeat vitam spiritalem post sacram eius resurrectionem. Interpretationē D. August. scripsi satis multis verbis, commētario superiore. Quòd Hebraicè est, idola auri & argenti, & simulacra, vt vertit D. Hierony. Lxx viri reddidêre: abominationes suas aureas, & argenteas: vt videas ipsos non morari verba, sed reddere sensa. Quòd Hebraicè est, vt adoraret talpas, & vespertiliones (vt vertit D. Hieronymus) Lxx viri reddiderunt: vt adorarent superuacua, & noxia, & vespertiliones, vt legit D. AVGVS. vel, vt Græcè est: adorare vana, & vespertiliones. Sæpè repetere necesse habeo, quod PROC. in cap. 1. nos docuit, Lxx viros, ænigmatum & allegoriæ facere paraphrasim, & quæ obscurè à propheta dicta erāt, perspicuè magis, & planè dicere: nemo enim, quantùm commemini, inter veteres, talpam adorabant aut vespertilionē, sed Iouem, Venerem, Martem, Mercuriū, & dæmonas, quòd: Dij gentiū, demonia; sed, vt

A sed, vt inquit PROC. adorare vespertilionē dicūtur, qui potestates tenebrarū pro numinibus colunt, & ideo propheta, nocturnas aues, pro potestatibus tenebrarū posuit. Quòd igitur talpa capta oculis sit, & fœtidum animal in sempiternis tenebris delitescens, pro potestatibus tenebrarū ponitur, & pro dæmonū fœtulentia: hoc ænigma Lxx explanant, cùm pro talpa reddidêre vana, quasi dicerent, adorarent vana numina: itaq; alterū nomen allegoriæ explanauêre, reliquêre alterum, quòd mistum genus allegorię frequentissimū est, vt inquit Quintil. quo in genere authoritas accersitis verbis venit intellectus ex proprijs, quòd docet D. AVG. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. Loquutiones, inquiens, tropicæ proprijs, prophetico more miscētur, vt ad intellectū spiritalē, intentio sobria, cum quodā salubri & vtili labore, perueniat. Notandū tamen hoc, quod tantoperè August. laudat in prophetis, quòd propria miscuerint allegoria, & tropicis loquutionibus, vt ex propriè dictis, & sine allegoria: reliqua intelligeremus etiā Lxx seniorū esse laudē: & quanquam hoc faciunt prophetę, vt ait August. tamen etiā hoc fa- *Lxx. viro rum laus, cōmunis cū prophetis,*
B ciunt Lxx, vt sensa prophetię aperiant: quod si Hebraicè scisset Augustinus, sæpè hanc laudem tribuisset Lxx viris. VATAB. sequitur Iudęos, quibus omnis prophetia est Assyrius, Babylonius, Dauid, aut Solomon. Ingredietur in scissuras petrarum, & in cauernas. PROC. qui se abducit à dæmonum cultu, ingreditur cauernam solidæ petrę, nimirum fidei Christi. Scissurę verò saxorum membrorum, ipsius vulnera significant, quòd ne quis allegoricum sensum putet, sed litteralem potiùs: subijciam, Gręcam tralationē Lxx. seniorū τοῦ ἐισελθεῖν εἰς τὰς τρῶγλας τῆς πέτρας. i. ingrediendi in cauernas solidæ petrę: nā si vel primoribus labris quis linguā Græcā attigerit, sciet infinitiuū cū articulo genitiui verti quidē solere per subiunctiuū cū coniunctione: vt, valere tamen pro gerundio genitiui, & subaudiri apud Gręcos ablatiuū, Causa, vt sit, ingrediēdi in cauernā petrę. i. causa ingrediendi in cauernā petræ: cùm ergo dixisset propheta, abiecturas nationes idola, & subijciat causa ingrediendi in cauernā petræ, vide an referri alio possit, quā quo Procop. retulit ad foramē petræ, in quo positus est Moses visurus Dñm, nec dissentit lectio Hebræa, vbi legitur לבוא ad ingrediendū, vt sit totū, proijciet homo idola quæ fecit ad adorandū vana, ad ingrediendum foramina petræ. De foramine petræ
C ORIG. in Hierem. vide dispensationē assumpti corporis à verbo, videbis foramē petrę, quòd per posteriora Dei, iuxta possibilitatē imbecillitatis suæ, humanus intellectus intuetur: inueni vnā cauernā vnius petræ, quęro alias cauernas & alias petras: inuenio chorū prophetarū & apostolorū, quia omnes imitatores Christi petræ sunt: quia sicut Christus habet foramē per quod videtur Deus, ita vnusquisq; apostolorū & prophetarū per sermones suos, viā pandit ad intelligendū Deum, & facit se foramen petrę. A facie formidinis Dñi, & à gloria maiestatis eius. TERTVL. aduersus Marcionē, lib. 5. de epist. ad Thessalon. 2. vno validissimo vtitur argumēto, vt reuincat hæc omnia, ad vltimū iudicium esse referenda, quòd PAVL. epist. 2. ad Thessal. cap. 1. verba hęc Esaię citans ad verbū, de vltimo iudicio interpretatur, sed vt suprà pluribus diximus in illa verba: Ingredere in petrā: nō solùm à sacris doctoribus, verùm ab apostolis & euangelistis, dupliciter locus vnus explanatur, & sensu corporali, & sensu spiritali, vt leges in illa verba cap. 53. Verè languores nostros, &c. & alijs locis toto hoc opere. Non mirandū est si hęc omnia cap. 2. ad excidiū Iudææ spectent, & ad vltimū iudiciū, qua ratione fiat, suprà pluribus dictū est. Notandū tamen, D. Paul. hæc verba citare iuxta tralationē Lxx virorū, solum hoc in
D terest, quòd Lxx dixêre: A facie timoris Dñi: Paulus, A facie Dñi: neq; necesse est, qui aliquod testimoniū citat, omnes numerare litteras, & syllabas: de cætero, si Græca Græcis compares, reperies tralationem Lxx virorum citari à Paulo, vt docet Tertull. D. HIER. nos docet, hæc omnia à Iudæis ad captiuitatem Babylonicam referri. VATAB. tamen Iudæos sequitur, quā- *Tralatio Lxx virorū, citatur à Paulo.*
quam admonitus erroris à D. Hierony. & Iudæos quidé non miror, quippe velamē positū est ob oculos eorū: nostros homines satis mirari nó possum, quibus Iudæorū saliua sapiat tātope re: Iudęos & iudaizantes refellit Theodor. ꝙ hoc cap. nó posit agi de lege Mosis: quòd neq; sub Zorobabele, neq; in captiuitate Babylonica, vllas nationes legamus, se mutuò adhortatas vt ascenderent in montē Dñi, & ꝙ lex Mosis ex Sina móte prodierit, nó ex Sion, neq; Hierusalē, neq; domus Dñi. i. tēplum Dñi steterit immobile in móte Sinà, neq; necesse fuisse, si de tem- *Contra Iudæos.*
plo Iudæorū ageretur, vt propheta diceret: Erit in nouiss. diebus mons manifestus, & domus: iā enim tēporibus Esaię, templū Dñi erat manifestū, & cętera quę Theod. & Procop. pręcipuè pluribus exequitur, nā illud est cōmune omnibus doctoribus sacris, vt obturent ora Iudęis, ꝙ lex noua hic prædicetur, quæ exijt de Sion, & Hierusalē, & ἐυφημῶς accipiunt illud, exijt: verè

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim non solùm prodijt ex Sion & Hierusalem,cùm missi sunt à Domino apostoli,vt prædicarent omnibus nationibus Euangelium,sed à Iudæis exijt.i.reliquit Iudęos & transijt ad Gentes.Consentanea igitur,& consequentia temporibus Christi sunt,quæ à sanctis patribus, cùm hoc caput interpretantur,dicuntur:de Iudæorum vastitate: quid enim facit ad tempora Christi Babylonica vastitas?sed doctores sacri,vt diximus,& vt apparebit in commentarijs in cap. proximum,ex præcedentibus,& sequentibus refellunt Iudæos. A

D. HIERONYMVS.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est,quia excelsus reputatus est ipse.

AQVILA.

Quiescite vobis ab homine, cuius respiratio in naribus eius, quoniã in quo reputatus est?

DHierony.nos docet in comment.hunc locum deesse in tralatione Lxx virorum, & repositum esse ex tralatione Aquilæ Iudæi. Multa enim iniuria temporum, & Iudæorũ fraude,vt ait Iustin.in dialogo aduersus Tryphonem, intercidere ex tralatione Lxx virorum, & multa aliorum tralationibus sunt adulterata,multa deprauata à Iudæis, quò magis D.Hier. tralatio necessaria fuit. Tralatio huius loci D.Hieronymi est admirabilis,sed D.Hieron.omnibus est ad manum:sensum huius loci,illinc petet qui volet : satiùs est haurire ex fonte, quàm consectari riuulos . Tralatio Aquilę Iudæi non mala est,nec malè cohæret præcedentibus,& sequentibus,non quo sensu Iudæi interpretantur,quem vituperat D.Hierony.sed si sic explanes: Quiescite ab homine, cuius respiratio in naribus.i. cuius vita tenui spiritu pendet, quod Iudæi dicebant:Non habemus regem nisi Cæsarem, & conuenit benè : cùm enim prænuncuta sit lux euangelica,& Christi resurrectio,& victoria contra infideles,erupit indignatio prophetæ in reprehensionem Iudæorum,qui gratiam Cæsaris prętulere Christo,quasi dicat:Quę tanta hæc est insania,vt magis fidatis homini, cuius vita tenui pendet filo quàm Deo? nam in quo reputabitur homo? quasi dicat,pro nihilo reputabitur: & potest esse hic locus idem cum illo Domini:Nolite timere eos,qui corpus occidunt,sed timete eum,&c. B

IN ESAIAE CAP. III.

HILAR.in Matth.canone.24.interpretans illa verba:Væ vobis scribæ & pharisæi,qui clauditis regnũ cælorũ: claudunt,inquit,regnũ cælorum, quòd veritatẽ vaticiniorũ de Christo occultant,inficiantur veritatem,inhibẽt cæteros,ne adeant regnum cælorum,obserant quibus possunt regnũ cęleste.Eadem querela est D.ATHAN. de incarnatione verbi li. 1. Habent,inquit,Iudæi de scripturis,suæ infidelitatis interpretationẽ,quanuis sint quæ dicant scripturæ ipso sole clariora.Quòd eo dixerim, quòd non solùm primũ & secundũ caput Iudæi & iudaizantes inuertunt,& obscurant,& aliò defectunt, cùm sint tot mysterijs plena, consensu omnium veterũ patrũ,quanuis sint sole clariora,vt ait Athanas. pergunt pergere Iudæi & iudaizãtes,& hoc cap.3.innumeris mysterijs refertissimum,ad captiuitatẽ Babylonicã,Assyriosq; referunt. Nã vt Augustino,quòd ipse testatur de se, lib.12.contra Faustũ Manich.cap.27.in scripturis sanctis semper occurrit Christus: sic Iudæis & iudaizantibus semper occurrit Babylonius, Assyrius,Sennacheribus,Dauid,Solomon,prætereà nihil:si quid tam planè Christum sonet, vt volentibus incurrat in aures,vt ait IVSTIN.aduersus Tryphonem Iudęum: negant tale quicquam Hebræis literis præferri,& clamoribus nostros obtundunt,si ea testimonia citent, vt leges in epist. Orig. ad Aphricanũ,& vno mutato apice lectionis Hebræę,aut vna, duabúsue literis permutatis,aut verborũ varia distinctione,aut mutatis punctis,faciunt, vt lectio Hebræa aliud sonet,quòd apostolorũ testimonio,& D.Hiero.suprà probatũ est in eo tractatu quẽ perpsimus de tralatione D.Hieron.& Lxx.virorũ,aduersus recẽs editas tralationes scripturæ. Nostri verò siue præ modestia, siue ꝙ timuerint,ne illa addidissent de suo Lxx seniores aut aliter vertissent,quàm Hebraicè sit,manifestissima de Christo testimonia citare non sunt ausi: cuius notęiã quædã hoc capite reperias,quę Iudæis omnibus obturare possent os, ne auderẽt huiscere,vt: Alligemus iustum,quod inutilis est nobis,& quæ sequũtur & antecedunt,quæ Augustꝰ citare

Contra Iudæos & iudaizantes.

Deprauãt scripturas Iudæi.

A citare non audet Hilarius,cùm de eadem re loquantur millies, & citant non tam plana testimonia,rarò hæc citant veteres patres,idq; timidè & diffidenter. Iudæorũ deniq; vociferationibus extorta sunt è manibus nostrorũ,manifestissima de Christo testimonia,quòd,quanquã iniquissimum erat,tamen optimæ causæ fiducia id passi sumus : sed quid agas? clàm irrepsere in nostra,& pergunt extorquere omnia,iam pulsis Lxx viris, D.Hieron.loco mouere pergũt, & tanquàm D.Hieron.parùm fideliter,scripturã verterit,nouas cudunt tralationes:iam neglectis veteribus patribus,Rabinorũ nobis obtrudunt cõmentaria,quæ HILAR.claudere regnũ cælorũ dixit,& occultare Domini veritatẽ: & quę Athanas.commentaria infidelitatis & perfidię Iudaicę dicit esse.Quæ in principio libuit admonere, vt intelligant omnes Iudæos & iudaizantes,abscõdere Christi mysteria,& ad id toto pectore incũbere, vt Christum obscurẽt: Nec meus hic sermo est,sed omniũ veterũ patrum,vt ostendi. Vatablus ergò admonitus à D. Hieron.& ab alijs sanctis,Iudæos & iudaizantes hæc referre ad captiuitatẽ Babylonicã, & Iudęis hanc esse curã,vt Christum obscurent:sic claudit commentaria in cap.2. vt dicat finẽ cap. B 2. ad tertũ cap.pertinere:Ait enim, interpretãs illud : Cuius spiritus in naribus est: hic versus ad sequẽtia pertinet &sic explanat: Babylonios & Assyrios timetis , quãtò magis Deũ timere debetis: sic enim Iudæi explanãt scripturas, vt aut falsum dicãt , aut ad nihilũ recidãt scripturæ.Expende fodes,q̃ profunda sentẽtia,pro qua omniũ veterũ patrũ relinquatur authoritas.

Iudaizantes oppugnant D. Hierony, & ecclesiam

D. HIERONYMVS.

Ecce dominator Dominus exercituũ auferet ab Hierusalem,et ab Iudà validum,et fortem, omne robur panis, et omne robur aquæ.

LXX VIRI.

Ecce iam dominator Dñs sabaoth, auferet de Hierusalem,& de Iudea validum , & validam robur panis, & robur aquæ.

PRimùm omnium notũ est D.Hierony.hæc sic interpretari,post Christi passionem,regnũ esse auferendũ Iudęis,& dandum genti facienti fructũ. Sic etiam explanat D.AMBROS. in Psal.118. in illa verba: Principes persequuti sunt me gratis. D.ATHAN.lib.1.de pass.& cruce Dñi,cùm citasset hunc locũ:Ingens,inquit,miraculũ seruatoris,quòd crucifixus,passus qui dem est ex humana natura, cõpleuit tamen omnia quæ scripta erant hic: vt enim abiecerunt à seipsis lumen & veritatẽ,ita ab illis ablatũ fuit lumen. CYPRIAN.lib.1.aduersus Iudæos cap. 22.quòd panẽ,& calicem Christi,& omnẽ gratiã eius, amissuri essent Iudęi, prædictum est ex illo:Ecce dominator Dñs,&c. TERTVL.in lib.aduersus Iud. cap.de claritate gentiũ in Christo Iesu:quoniam,inquit,adhuc contendunt Iudæi,recognoscant exitũ suũ,quem prædictum erat à prophetis eos,post aduentũ Christi esse relaturos , ob impietatem qua ipsum despexerunt,& occiderunt.Primo enim , ex qua die nationes secundum vaticiniũ Esaiæ in fine cap.2. recepta luce euangel.abiecêre idola,abstulit Dñs à Iudæa inter cætera , sapientem architectũ, qui ædificat Dei ecclesiam,& ciuitatẽ sanctam,& domũ Dñi,nam statim apud illos gratia Dei desijt esse.Idem repetit TERTVL.lib.3.aduersus Marcionem, & hoc oraculo premit Iudæos & hæreticos: si Iudæi negant,inquit,Christum,videant,an postq̃ in crucem actus sit Christus, & postquàm Gentes accepêre euangelium,& abiecêre idola,in se completa illa videant:Ecce abstulit dominator,&c.Paulùm hic subsistamus,quiduis facerent Iudæi , hoc oraculo pressi à D nostris maioribus,& in angustias redacti?vnde se explicare nullo modo possent: si saperent, reciperent Euangelium: sed si tueri volunt impietatem , aliquam fabricam fingerent , necesse erat,& Babylonicæ captiuitatis garrirent nugas.Apud Vatablum leges,quę vt se tueantur Iudæi,omnia fingunt,ne constricti in vinculis à nostris maioribus videantur. Agnosce igitur iudaismum : & quę vera sententia sit huius loci , intellige ex consensu veterum patrũ . EVSEB. Cęsarien.lib.2.cap.37.postquàm, inquit, ad lucem euangelij hortatus est Genteis,& vastitatẽ Iudæis est minatus,prædicit se ablaturum ex Iudæa omnem cultum religionis. PROCO.Minatur,inquit,hoc cap.ablaturum se Iudæis omnia Dei charismata,quòd prophetas omneis ad se missos occiderint , consilium inierint aduersum iustum , rerum dominum , & vitæ principem cruci suffixerint. GREGOR. in cap.5. Canticorum in illa verba: Fons hortorum,robur aquæ auferri putat,cùm scripturæ à Iudæis non benè explanantur,& quòd Iudæi non habent verum intellectum scripturarum . Hæc Greg. & tamen sunt qui admirantur Iudæorum deliria.Deniq; CHRYS.in homil.de spiritu sancto tom.3. CYRIL. D.BASIL. sic hunc locum exE 4 planant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

planant. Quòd autem D. Hieronymus edidit: Ecce dominator Dominus, Lxx viri reddidêre: A
Ecce iam dominator Dominus, vt legit D. Athanaſ. vel: ecce itaque, vt legit CYPRIA. neque
diſſentit hæc lectio ab Hebræa lectione, quam vertere poſſes: Quoniam ecce dominator
Dominus, pro quo edidere, Ecce iam, vel, ecce itaque, vt oſtendatur hoc caput. 3. cohærere cũ
fine ſecundi cap. vt citatur à TERTVL. & explanatur optimè. Quod reddidit D. Hieronymus, validum, & fortem, edidere Lxx validum, & validam, quod conſentit etiam cum Hebræa lectione מַשְׁעֵן validum וּמַשְׁעֲנָה & validam. D. BASIL. validum, qualis Abraham, & veteres patres: validam, qualis Rebecca, Debora, Anna, Eliſabeth prophetiſſa. Quid ſit validus & valida, BASIL. in Pſal. 28. in fine: robur panis, & aquæ illius, de quo Dominus: Caro mea verè eſt cibus, ſanguis meus eſt verè potus. Si alimenta tibi deſint, deficient vires corporales: ſi hæc deficiunt, deficit robur ſpiritale. CHRYS. tom. 5. orat. 3. aduerſus Iudæos ex hoc cap. duo inſolubilia ſumit argumenta, quorum vnum hoc eſt: quod omnia chariſmata Spiritus ſancti, quæ olim plena manu populo Iudæorum ſuppeditabantur, ſublata ſunt, quod hoc cap. ſignificabatur. Quanuis enim, inquit, ſacrificia fiebant, & altare erat ex inferioribus, ignis venturus in adyta illa, & victimas conſumpturus è ſupernis veniebat, nec enim homo inferebat ignem in templum, ſed flamma è cælo veniens, conſumebat hoſtiam: & ſi quando cognoſcendum erat aliquid è propitiatorio, vox è medio Cherubim prodiens, prędicebat futura. Rurſus, è lapidibus B
qui erant in pectore ſummi ſacerdotis, id vocabant declarationem, relucebat fulgor quidam futura ſignificans: quoties eſſet aliquis inungendus, deuolabat ſpiritus gratiæ, & inſiliebat in vnctum. Hæc adminiſtrabant prophetæ, quin & nebula frequenter & fumus adyta corripiebant: deinde, quòd Iudæi cauſſabantur Romanos Hieroſolyma, & vrbeis Iudææ ſubuertiſſe, & viribus humanis, non diuinitùs, mala quibus premũtur, ſibi eſſe importata: vrget CHRYS. Quid? ſi hæc mala hominibus imputas, potuiſſent homines aduerſum vos, niſi Deo placuiſſet? & exempla repetit ex vetere teſtamento, hoc enim paulò antè dixerat. Inſtat ergo rurſus: Eſto ſanè, murum veſtrum diruerunt homines: num ignem de cælo deuehi, qui cõſumebat hoſtias quas faciebatis, vetuit homo? aut vocem audiri ex propitiatorio? aut declarationem fieri futurorum, in lapidibus ſummi ſacerdotis? num ſacram vnctionem ſuſtulit homo, & cætera omnia? an non Deus hæc omnia ſummouit? nemini ignotum eſt, qua cauſſa Dominus hæc ſuſtu- C
lerit. Et quòd reſpondent Iudæi, quòd defecerit templum defeciſſe hæc, ſignificat pluribus Chryſoſt. etiam cùm defeciſſet templum, & vrbs, fuiſſe prophetas, Dominum multis miraculis tuitum eſſe ſuos, etiam cùm decem tribus idolis ſeruirèt, & in innumeris impietatibus perſiſterent, tamen prophetię donum non ceſſaſſe, & tempore Moſis: vnde concludit, cauſſam horum, iram Dei eſſe, quòd magis ipſum Dominum ad iram prouocarint, inſanientes in Chriſtum, quàm cùm vitulum adorarint: quę omnia hoc cap. prędicuntur, delenda eſſe ex populo Iudæorũ, omnia Spiritus ſancti chariſmata, poſt Chriſti crucẽ. Quid ſit robur panis & aquæ, interpretatur AVGVS. quæſt. ſuper Numer. lib. 4. cap. 62. ſed mihi non placet.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et fortem, et virum bellatorem, et iudicem, et prophetam, et ariolum, et ſenẽ principem ſuper quinquaginta, et honorabilem vultu, et conſiliariũ, et ſapientem de architectis, et prudentem eloquij myſtici.	Gigantem, & fortem, & hominem bellatorem, & iudicem, & prophetam, & coniectorem, & presbyterũ, & principẽ ſuper quinquaginta & admirabilẽ conſiliariũ, & ſapiẽtẽ architectũ, & prudẽtẽ auditorẽ.

QVod D. Hieron. reddidit: Fortem, & virum bellatorem, Lxx viri vertêre: Gigantem, & fortem, & virum bellatorem, quòd vocem Hebræam גִּבּוֹר guibor, vocem ambiguam dupliciter verterunt, vt ſcires poſſe reddi duobus modis, aut gigantem, aut ingenti magnitudine virum, aut virum fortem. CYRIL. gigantem, intellexit virum ingenti magnitudine ſpirituali, qui donis ſpiritalibus longè, multumq; excellit: fortem verò, hoc minorem, qui excellit tamen virtute ſpiritali, quę eſt eadem ſententia BASIL. Mihi magis placet ſententia D. HIER. & PROCOP. qui de Chriſto interpretantur: quòd Chriſtus qui ablatus ſit Iudæis, ſit verus gigas, qui à ſummo cælo egreſſus, cucurrit viam ſuam, verus bellator, qui triumphauit aëreas po-

teſtates: vir fortis, vnde vera fortitudo: vnde PAVL. omnia poſſum in eo qui me confortat: A
verus architectus, qui fundamenta iecit Hieruſalem, quæ habitatur ſine muris toto terrarum orbe. i. eccleſiæ, quæ non intra vnam gentem quandam ſubſiſtit, vt olim ſynagoga, ſed omnes gentes eſt complexa. TERVTL. lib. 3. aduerſus Marcionem, architectum, ſpiritum ſanctum interpretatur, qui ædificat eccleſiam templum. ſ. & domum Dei, quem aufert dominus à Iudæis, quod à paſſione Chriſti deſtitit eſſe apud illos dei gratia, & mandatum eſt nubibus ne pluerent imbrem ſuper vineam Iſraël. i. cæleſtibus beneficijs ne prouenirent domui Iſraël, quod ſpinas fecerat quibus dominum coronauerat, & non iuſtitiam, ſed clamorem ediderat quo in crucem tolli dominum petebat. Idem ait in li. aduerſus Iudæos cap. de claritate gẽtiũ in Chriſto Ieſu, lib. tamen. 5. aduerſus Marcionem ſapientem architectum, D. Paulum intelligi poſſe ait, qui ablatus eſt de iudaiſmo in ædificationem Chriſtianiſmi, poſiturus vnicum fundamentum, quod eſt Chriſtus, iuxta illud: Ecce ego inijcio in fundamẽta Sionis, lapidem pretioſum. Quòd D. Hierony. reddidit, ariolum, Lxx viri edidêre, coniectorem, quòd idem eſt B
& verbum Hebræum קֹסֵם ſignificat diuinare, quod verbum in ſcriptura, in bonam & in malam partem accipi ſolet, hoc eſt, de veris prophetis, & mendacibus: vt potuerit optimè reddi, ariolus, coniector, & diuinator: quæ omnia, vnam & eandem rem ſignificant: reliqua etiã eodem modo verſa ſunt à D. Hierony. & à Lxx viris, nam presbyter idem eſt, quod ſenex: tralationem D. Hierony. ſic diſtingues ex tralatione Lxx virorum: ariolum, & ſenem principem. i. & principem ſuper quinquaginta: quæ omnia de Chriſto poſſes interpretari, quem auferendum à Iudæis, prædixerat propheta, qui vetus iudex viuorum & mortuorum eſt, verus propheta: ſic enim appellatur in ſcriptura, verus coniector & diuinator: videbat enim hominũ cogitationes: verus presbyter, qui in ſcriptura dicitur, qui plurimos dies in virtute tranſegit, qui perfectus eſt omni virtute, qui vir eſt ſuper hunc ſacrum numerum quinquagenarium, vt enim leges in illa verba cap. 2. Et fluent ad eum omnes gentes, quinquagenarius numerus, numerus eſt ſacer, & ſpiritus ſancti miſsionem deſignans, ſuper hunc numerum eſt Chriſtus, ipſe enim dat ſpiritum ſanctum qui ab eo procedit, & dicitur ſpiritus Chriſti. Quòd Hierony. vertit Hebræę lectioni conuenienter: honorabilem vultu, & conſiliarium, Lxx viri ſic videntur C
interpretati: honorabilem vultu. i. quem omnes admirentur præ ſeueritate vultus, & vitæ ſanctimonia: coniunctionem verò copulatiuam, &, pro ornamento acceperunt, quòd apud Hebræos ſic frequentiſsimè ſolet accipi: & ita hunc locum interpretantur: conſiliarium honorabilem vultu. i. conſiliarium, quem omnes admirari ſolent, & ita edidêre: admirabilem conſiliarium. LACTANT. lib. 4. cap. 6. docet, filium Dei à Triſmegiſto appellatum eſſe, architectum Dei, vt ſic explanari poſsit hic: ſapiens architectus. i. filius Dei, per quem facta ſunt ſæcula, id enim ſignificat architectus, & certè ab omnibus Philoſophis Deus dicitur demiurgus i. opifex rerum omnium & effector, & idem eſt demiurgus & architectus, quo nomine filius Dei dictus eſt à Triſmegiſto, vt eodem loco docet Lactantius, per quem omnia facta ſunt: docet quoque dictum eſſe à Sibylla, conſiliarium, eundem filium: quaſi dicas, conſiliariũ patris, per quem omnia facta ſunt: vt architectus & conſiliarius, filius dicatur, per quem facta ſunt ſæcula. CLEM. Alexand. ſtromaton lib. 6. Chriſtum ſapientiam Dei, appellatum à prophetis ait, & præceptorem omnium creaturarum, & magiſtrum, & Dei conſiliarium, quòd à principio ſæculorum, multis modis creaturarum ſit doctor & magiſter, & perfector omnium angelorum & hominum, vnde dicitur: Nolite appellare magiſtrum ſuper terrã, ipſe enim omniũ D
magiſter eſt: hoc etiam olfecêre veteres philoſophi: ideo enim filius Dei dictus eſt à philoſophis, phanes. i. angelus, hoc eſt, docens, & doctor: vt dicendum eſt in illud: Angelus magni conſilij: & PLATO in Epinomide, Dominum in cælo ſedere docet, veluti omnium magiſter de cælo, vt magiſter de cathedra, omnes docens res diuinas. Quòd vertit Hierony. ſapientem de architectis, vt Hebraicè eſt, vel, ſapientem architectorum: interpretantur Lxx viri, ſapientem architectum, quòd ea forma dictum putant, qua vulgò dicimus: multi Græcorum. i. multi Græci, multi Latinorum. i. multi Latini. Quòd Hierony. vertit: Prudentem eloquij myſtici, Hebraicè eſt לַחַשׁ quod verbum, inter alia ſignificat loqui arcana, vnde Hebræi interpretantur hunc locum, prudentem locutionis occultæ, prudentem ſiue intelligentem ænigmatis, & locutionis arcanę: vnde D. Hierony. reddit prudentem. i. intelligentem eloquij myſtici. i. eloquiorum, aut ſcripturarum, quæ ſunt myſteriorum plenæ: id enim ſonat myſticum, quod plenum eſt myſteriorum: Lxx. viri vertêre, prudentem auditorẽ, vt quę myſteria dixerit ſapiens

Universidad de Deusto
Biblioteca

architectus,intelligat prudens auditor: ablatus est igitur à Iudæis hic prudens lector scriptu- A
ræ,qui doctrinæ sacræ abdita mysteria referet, & qui rectè intelligat, quę dicuntur à doctis
Omnia enim,iam recipiunt carnaliter,quidquid spiritale est,illis stultitia est,vt inquit Paulus
at hic auditor intelligens eloquij pleni mysteriorum,Christianus est lector & doctor qui in
telligit quæ dicũt prophetæ, quæ Paulus, quæ sacri euangelistæ. CHRYSOS. in homelia de
spiritu sancto sic hunc locum interpretatur: accipit,inquiens, qui docet spiritum sapiẽtiæ,ac
cipit discens spiritum intelligentiæ,vt intelligat vnde Esaias sapientiam adscribit docenti,in
tellectum audiẽti,sapientem,inquit,architectum, & intelligentem auditorem.Sed ad veterũ
patrum sententiam redeamus.AMBRO.in Psalm.108.in illa verba:Exulto in verbis tuis,sicut
qui inuenit spolia multa:totum hunc locum significare,ait, idem quod illud euangelij:Aufe
retur à vobis regnum,& dabitur genti facienti fructum:Abstulit inquit Iudæis, nobis dedit,
inuenimus Iudæorum spolia multa,inuenimus pentateuchum Mosis,inuenimus Regnorum
libros, Prophetas, Psal.Prouerbia, inuenimus admirabilem consiliarium Christum, Paulum
prudentem architectum, sapientem auditorem populum Christianum,qui nouit ea, quæ le- B
guntur audire,ille enim audit,qui ea,quæ audit, intelligit,lex spiritalis est, non illam audit Iu
dæus, qui illam audit corporaliter, non spiritaliter: Iudæus habet libros, sensum librorum
non habet: habet prophetas, non habet quem illi prophetarunt Iesum dominum: iuxta sen
tentiam D.AMBRO.hæc possis interpretari de spolijs Iudæorum,quæ ablata sunt illis,tra-
dita sunt ecclesię.iam Iudęorum non est validus,nec valida,id est,non est Abraham,Sampson
Helias,Dauid,Heliseus,Anna, Debora: non est robur panis, neque robur aquæ Iudæorum.i.
panis ille in cuius fortitudine peruenit Helias ad montẽ Oreb,typus panis qui de cęlo descen
dit:prætereà gigas ille qui exultauit ad currendam viã,non est Iudæorum,noster est. Vir bel-
lator,& iudex.i.liber Regum,& liber Iudicum non sunt Iudæorum. Propheta.i. prophetarũ
liber noster est,non Iudæorum: non est Iudæorum ariolus.i. Balam propheta dæmonum,per
cuius os,vaticinatus est dominus Christum venturum,& benedixit Israeli:non est Iudęorum
præsbyter.i.Lxx præsbyteri non sunt Iudæorum,sed nostri: neque sapiens architectus Paulus
est Iudæorum,sed noster,nec prudens lector, nec intellector eloquij mystici.i. mysteriorum
scripturæ non est Iudæorum, sed noster, ablatum est enim à Iudæis regnum, & datum genti C
ecclesiæ facienti fructum. ORIGEN. in cap. 3.epistolæ ad Rom.lib.2.in principio & in Hie-
remiã homil. 8. in caput 12. explanat hunc locum: Quia lex, inquiens, & prophetæ vsque ad
Ioannem.Migrauerunt ab Iudęis architecti,& venerunt ad ecclesiam,posuerunt fundamentũ
Iesum Christum,huic superędificant quicunq; post eos crediderũt,in fame verbi Dei relictus
est Iudęorum populus. & idem ORIG.in eundem Hierem.homil.11.in ca.15.ita explanat hũc
locum,vt AMBR.Auferetur,inquit,à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructum.& ab-
stulisse ait dominum regnum Iudæis,nobisque largitum fuisse.Nam & si habent legẽ & pro-
phetas,non intelligunt tamen,atque ita regnum Dei ablatum est ab eis,dum scriptur ę sensus
aufertur:cessauit apud eos legis interpretatio, legunt omnia, & non intelligunt, completa est
illa prophetia:auditione audietis & non intelligetis, & illa:auferet dominus à Iudæa &c. Ab-
stulit enim Dominus ab illis,& nobis tradidit:vt duplex hic sensus esse possit huius loci, abla
turum Dominum à Iudæis scripturam omnem,& promissa quæ data erant in scriptura vete-
ribus patribus & tradidisse nobis. Et ablaturum esse dominum ecclesiam & fundamenta ec-
clesiæ à Iudæa,& architectos,& ædificatores ecclesiæ, & viuos lapides, quibus ędificatur ec- D
clesia,& traditurum nobis, viui enim lapides sunt, validus, valida, bellator, propheta, senex
quinquagenarius, & viri pleni spiritu sancto.

D. HIERONYMVS.

Et dabo pueros principes eorum, et effœminati dominabũtur eis, et corruet populus, vir ad virum, et vnusquisq; ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis cõtra nobilem: apprehendet enim vir fratrem suum

LXX. VIRI.

Et instituam iuuenes principes eorum, & illusores dominabũtur eis, &corruet populus,homo ad hominem, & homo ad proximum suũ, offender puer contra senem, ignobilis contra nobilem, quia apprehendet

A *suum domesticum patris sui, et dicet: vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua: respondebit q; in illa die dicens: nõ sum medicus, et in domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite cõstituere me principem populi.*

hendet homo fratrem suũ, vel domesticũ patris sui dicens: vestimentum habes,princeps esto noster, & cibus noster sub te sit,& respondẽs in die illa dicet: non ero tuus princeps,nõ enim in domo mea est panis, neque vestimentum, non ero princeps populi huius.

QVòd D. Hieron. ait: Dabo pueros principes eorum,eodem modo verterunt Lxx. Et instituam iuuenes principes eorũ, quòd
B ATHA.de passione,& cruce Dñi videtur interpretari de Iudęorũ tyrannis,quorũ seditionibus ruit Hierosolyma vrbs,nam intus seditionibus agitabatur tyrannorum[t], foris premebatur Romanorum obsidione:neque vlla malorum quies erat,cùm fame,peste,seditionibus horum tyrannorum intus conficeretur vrbs, foris bello grauissimo premeretur Romanorum, vt leges apud IOSEP.de bello Iudaico li.5.& 6.Hæc mala traxisse Iudæos,ait ATHAN.quod poposcere Barrabam seditiosum hominem,& regem gloriæ occidere, seditiosos adepti sunt duces,& tyrannos,omnesq, seuitiæ,ac cædes tyrannorum seditiosorum hominũ fuere apud ipsos,quod ipsi præoptauerè videlicet seditiosum, & homicidam, seditionibus, & cædibus, ruerunt. Magis enim cecidere Iudæi seditionibus tyrannorum quibus conficiebantur, & excarnificabantur intus,vt intelliges ex Iosepho, quam Romanorum bello, quo premebantur foris.sic Athan.hunc locum intellexisse videtur loco citato,Ignorabãt(inquiens)cùm poscerent Barrabam, dominum occidentes quod vitam victuri essent Barrabæ,omnesque sæuitię ac cædes apud eos essent augendæ,& hoc ait Athan.enumerans prophetias, quas Iudæi compleuerint inscientes,ac imprudentes.Sic hunc locum explanat PROCOP.Hoc sensit D.BAS.
C in illa verba: Et corruit populus aduersus populũ.Sic ergo explanabitur hic locus: Dabo pueros.aut iuuenes principes eorum.i.constituam iuuenes seditiosos tyrannos eorum: quòd seditiosum Barrabam præoptauêre,seditiosos tyrannos eis præficiam,vt seditionibus,& homicidijs pereant, qui Regi glorię seditiosum hominem prætulêre, & homicidam: neque solùm horum tyrannorum seditionibus perière Iudæi, sed seditionibus ac cædibus aliorum multorum iuuenum,vt disces ex Iosepho lib.2.de bello Iudaico ca.25.26. pręcipuè tamen ex cap.22. & sequentibus.& ex lib.4.cap.17. & verbum Hebræum נער puerum significat,& iuuenem,vt reddi optimè potuerit: Ponam pueros,& ponam iuuenes,& vtriusque orationis idem est sensus: neque D.Hieron.ab hac abhorruit sententia, qui in illa verba: Corruet populus, vir ad virum,ait: Hæc proculdubio ad Vespasiani tempora spectant. Et effœminati dominabuntur eis: hoc Lxx vertêre: & illusores dominabuntur eis: vtrunque cum Hebræa lectione congruit,nam עלל, præter alia multa,significat illudere,vt Iudic.22.illusisti mihi: vbi pro,illusisti,
D est hoc verbum Hebr. & Hebræi docent hoc verbum frequentissimè significare, quod dicimus illudere: vtraque significatio huic loco conuenit benè, nam Ioannes, & Simon tyranni, qui vrbem hominibus armatis occuparant,& inter se dissidebant, vt leges lib.5.Iosep.de bello Iudaico cap.16.Non erant Iudæi,sed ex alijs nationibus imbellibus, & effœminatis, & oppresserant tamen vrbis seruitutem: igitur ij effœminati tyranni.i.orti ex nationibus,& gentibus effœminatis dominabuntur eis: aut quòd magis credo, effœminati dicuntur idolatræ, & significatur hoc vaticinio,Iudæos post crucem Christi ducendos captiuos sub idolatris,& infidelibus nationibus,quòd factum est: nam idolatrę dicuntur effœminati, quòd se eurrabant vt sacrificarent falsis dijs, & ex parte significatur totum, nam.3.Reg.cap.14.scriptum est: Sed effœminati fuerunt in terra.& 4.Reg. cap.23. destruxit quoque ædiculas effœminatorum. Si verò legas (vt legunt Lxx) illusores dominabuntur eis, de Romanis interpretere necesse est. ATHAN.loco citato explanans quod dixi, Iudæos,dum rident prophetias, nec opinanteis impleßе eas,illudebant infœlices Domino,nec videbant illud propheticum dictum aduersus eos implendum esse: Illusores dominabuntur eis, nam est hoc ingens miraculum Seruatoris, quòd crucifixus, & passus, compleuit omnia. PROCOP. Illudebant Christo ante crucem, quem tradiderant Romanis cruci suffigendum: traditi sunt Romanis, vt ab his mutuò illuderentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rentur.& infrà idem: Qualem ſemẽtem fecêre,talem demeſſuere meſſem,vt Ieſum tradidere Pilato,& crudeliſsimis militibus,& vt ei illuſerunt,ſic ipſi ſunt armis Romanorum traditi,ac illuſi:& quoniam euentus optimus ſcripturarũ interpres eſt, vt diximus ex Auguſtino: Ambroſio,Irenæo,Procop.& alijs patribus. IOSEPH. illuſos Iudæos à Romanis docet,cum alijs locis multis,tum lib.6.de bello Iud.cap.19. Eadem tamen eſt ſententia D.Hieronymi effœminatos Iudæis dominatos fuiſſe.i.Romanos:Nam eo tempore effœminatiſsimis moribus fuiſſe Romanos,diſces ex Iuuenali cum alijs locis,tum Satyra. 6. ---Turpi fregerunt ſecula luxu Diuitiæ molles-- & ex Sat.7.& ex alijs Poëtis.Et ſi Hſychius,quod ſuprà diximus,tãquam magnum adnotat,quod verbum Lxx ſeniorum ſit idem Græcè cum verbis euãgelicis, hoc idem quoque poterit adnotari,ἐμπαίκται .i.illuſores,quo verbo vtuntur centies Lxx, iteratur à Matt. cap.20. Tradent eum gentibus ad illudendum.& cap.27. ſimiliter & principes ſacerdotum illudentes cùm ſcribis.Et Mar.10.& illudent ei,& flagellabunt ipſum.& c.15.Principes ſacerdotum illudebant ad inuicem cum ſcribis. & Luc. 18. illudetur,flagellabitur,& mille alijs locis: vbi hoc verbum Græcum repetitur: verba verò quæ ſequuntur: Et corruet populus,vir ad virum:vel, vt Lxx dixêre:corruet populus,homo ad hominem,planè ſpectat ad ſeditiones, & cædes,quibus concidit vrbs Hieroſolyma,quòd ſuprà diximus. & vt liquet ex IOSEPH. de bello Iudaico lib.5.& 6.quòd ſatis planũ eſt.& id etiã D.Hieron.docet,& D.Baſil. non ſolùm PROCOP.CYRILL.ATHAN.mutuis enim cædibus ſe ciues trucidabant,& puer contra ſenem arma capiebat,& ignobilis contra nobilem : Elegerunt Barrabam ſeditioſum,& homicidam,ſeditioſi,& homicidæ ſunt effecti, vt dixit ATHAN. Vnuſquiſque ſibi quærebat ducẽ, vt tanto malo liberarentur:nam oppreſsi tyrannide Simonis,& aliorum tyrannorum non poterant,cùm perirent fame,& peſte,& obſidione Romanorum, reperire fugã mali : hinc enim tyrannorum ſeditionibus,illinc premebantur bello,& armis : alia ex parte,peribãt dira fame, quærebant ducem aliquem ſalutis quemuis de turba, fugiebant enim tyrannos viri locupletes,pontifices & Phariſæi,in hos enim potiſsimum ſęuiebant tyranni, vt diſces ex IOSEPH. cum alijs locis,tum li.5.cap.27.& vt fugerent tyrannos quenuis ſibi aſciſcebant ducem,cui vel veſtimentum ſuppeteret. Apprehendet vir fratrem ſuum domeſticũ patris ſui. hoc. Lxx viri interpretantur : Apprehendet vir fratrẽ ſuum,id eſt, domeſticum, vel domeſticum patris ſui, hoc eſt,vel miniſtrum patris ſui. Ruina hæc ſub manu tua, Lxx viri : cibus meus ſub te ſit,omnes opes meæ, & quicquid habeo ſub te ſit,& eſto dux noſter : ſi quem videbant de mediatur ba,vel tenui amiculo tectum, dicebãt:dux noſter eſto,vt nos ſeditionibus liberes,habeto tibi omnes meas opes, & vtere pro tuis : Hanc tralationis varietatem fecit vna littera, quòd pro הַמַּאֲכָלָה legêre Lxx הַמַּאֲבָלָה .vna tantùm mutata litera & tranſpoſita.i.pro ruina,cibus:& cohęret benè tralatio D.Hiero.Ruina hęc ſub te ſit, dux eſto nobis ad moriendũ. Niſi velis hoc referre ad locupletes & principes ſacerdotum, & Phariſeos, qui fortunas ſuas volebant commutare cum pauperibus,& ſub illorum præſidio delitescere,dare illis omnes ſuas opes, illos habere duces,in illorum eſſe turba: quòd vt centies toto hoc opere dicendum eſt, omnis vis mali incubuit in principes Iudæorum,& Phariſæos,quòd Chriſtum cruce affecerant, & apoſtolos & fideles erant perſecuti:& id ſignificauit illis dominus cum dicebat, Væ vobis ſcribæ & Phariſęi &c.afficiebantur enim à Romanis flagris, fuſtibus,cruce,& omnibus cruciamentis,paſsim citra diſcrimen necabantur per vias,vincti ſeruabantur, obijciendi belluis pabulũ, vt leges in fine li. 6.& multa milia pauperum ſunt permiſsi à Veſpaſiano abire liberè quò vellent : Ergo quærebant ſibi ducem & offerebant veſtimentum: en habe à me veſtimẽtum, eſto princeps noſter,& habeto meas opes tibi, vel ſub tuis vexillis mori volo : quo ſpectat, quod domeſtico & miniſtro patris ſui hanc fert conditionem locuples & opulentus. Non ſum medicus:Lxx viri:non ero dux tuus,vtrunque eodem ſpectat.i.non poſſum mederi tanto malo,& non poſſum eſſe dux tuus,ne peream vna tecum.verbum enim Hebręum חֹבֵשׁ ambiguũ eſt,ſignificat ducem,& medicum.Quòd autem D.Hiero. ait,Lxx viros addidiſſe de ſuo illud verbum:reſpondebit,negetque eſſe in Hebręa lectione:quid ſibi D.Hiero. voluerit non aſſequor.certè Hebræa lectio eſt יִשָּׂא בַיּוֹם הַהוּא לֵאמֹר .i.reſpondebit in die illo dicés,& certè ipſe D.Hiero. ſic hunc locum verterat Latinè, Quamobrem ipſe non intelligo quid ſibi voluerit D.Hiero.aut quid accuſet Lxx viros.Nolite conſtituere me principem. hæc.D.Hiero.ad verbum vertit ex Hebręa lectione,Lxx viri expreſſere ſententiam,edidêre enim:nõ ero dux populi huius:vt ſint verba pauperis, nam cùm Veſpaſianus imperator Romanus multa pauperũ milia

A milia abire liberos reliquiſſet,quo vellent : nolebat pauper locupletes ſecũ ducere, ſed alios pauperes,ne vna cum populo locupletum periret. THEODOR.tamen ſic explanat hæc omnia, his verbis:Omnia hæc Iudæis euenêre in obſidione Romani exercitus, nec enim vlla camis eo tempore præſtabatur reuerentia, nec generis aut diuitiarum ſplendori habebatur honos,& pauperes potentibus inſultabant, & adoleſcentes ridebant viros ſeniores:& hæc illis euenere propter blaſphemias, quibus prouocarant dominũ,quas in diuinis euangelijs leges.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Ruit enim Hieruſalem, et Iuda concidit,quia lingua eorum, et adinuentiones eorum,contra Dominum,vt prouocarent oculos maieſtatis eius.	Quia corruit Hieruſalẽ, & Iudæa cõcidit,& linguæ eorũ cũ iniquitate,quę erga Dñm nõ credẽtes,quare nũc humiliata eſt gloria eorum.
B LXX VIRI GRAECE. Ὅτι ἀπῴκισται Ιερουσαλὴμ καὶ Ἰουδαία συμπέπτωκεν, καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν μετὰ ἀνομίας τὰ πρὸς κύριον ἀπειθοῦντες, διότι οὐ παρωξύνθη ἡ δόξα αὐτῶν.	LXX VIRI LATINE ALITER. Quoniam dimiſſa eſt Hieruſalem, & Iudæa corruit, & linguæ eorum cum legis tranſgreſsione, quæ erga Dominum non credentes,quare nunc humiliata eſt gloria eorum.

QVòd D.Hierony. reddidit : Ruit enim Hieruſalem, & Iuda concidit : conuenienter Hebręę lectioni: interpretantur ſic Lxx.viri:Ruit Hieruſalem.i.dimiſſa eſt à Domino,& ideo ruit: Et Iuda concidit.i. Iudæa prouincia perijt gladio, & fame, & incendio. Dixi enim, magis eſſe commentarios Lxx viros, quàm tralatores : intellexêre ergo, Ruit Hieruſalem.i. dimiſſa eſt,ſignum eſt enim euidentiſsimũ,dimiſſam eſſe,quod ruit: vt dicemus ex Chryſoſt. & ruit: quia,vt AVG.inquit in Pſal.64.Hieruſalẽ illa terrena,eccleſię typus erat, & vbi cœpit veritas,vmbra dimiſſa eſt,& corruit,hoc eſt,Hieruſalem terrena. Hoc idem prodidit IOSEP. de bello Iudaico lib.6.cap.31. angelos magna voce teſtatos, cùm templo Hieroſolymitano, cum maximo ſtrepitu emigrarent,dixiſſe : Tranſeamus hinc, vel, migremus hinc.i.relinquamus has ſedes,& aliò tranſeamus : & illum qui nullis cruciamentis potuit prohiberi,quin per C vrbẽ clamaret,clamor ab Oriente, clamor ab Occaſu, clamor à quatuor ventis, clamor aduersum Hieroſolyma,& aduerſum templũ: vt ſignificaret impendere ruinam vrbi, & vndiq; ex toto orbe confluere exercitus ad vaſtitatẽ Iudæę,quòd Romani orbi terrarũ imperarẽt. Hoc ergò Propheta ſignificat hoc loco,nam iam hinc prophetæ verba videntur. Sic hunc locũ explanat CYRIL.& eodem ſpectat D. HIER. in comment. Interpres Latinus tralationem Lxx minus benè reddidit: Corruit Hieruſalem,pro ἀπῴκισται Ιερουσαλὴμ ,redditurus benè,ſi dixiſſet: Dimiſſa eſt Hieruſalem,quòd,vt inquit CYRIL.& PROCOP.idem eſt cum illo euangelij: Derelinquetur terra veſtra deſerta.Diximus CHRYS.tom.5.orati.3.aduerſus Iudæos, duo inſolubilia argumenta mutuari ex hoc cap. primum eſt poſitum ſuprà in illa verba:Ecce dominator Dominus : ſecundum, mutuatus eſt ex his verbis: Quoniam dimiſſa eſt Hieruſalem,quòd ſæpè iam repetitum eſt,nam ſuprà cap.1.dixerat: Non dimittam eis. & rurſum · Non ceſſabit in eos furor meus.& cap.2.Dimiſit Dominus populum ſuum.Cumq; Iudæi quærerent à Chryſoſt.vnde liqueat,quòd Deus repulerit Iudæos? reſpondit: Quid opus eſt hoc verbis demonſtrare? cùm res ipſa clamet,cùm templum,vrbs ipſa Hieroſolyma, vrbes omnes Iudæę iaceãt, D quòd,niſi Deus vellet,nunquàm eſſent dirutæ,cùm Dominus Sennacherib exercitum,vna nocte delerit,innumerabilia alia bella,diuinitùs quieſcentibus,vobis profligarit, cur nunc tanta perſeuerat vaſtitas? an non hoc inſolubile argumentum eſt,vos eſſe à Domino derelictos? vt ſignum dimiſsionis ſit,vrbem ruiſſe? vt idem putarint Lxx, quod Chryſoſt. Hic eſt illa contentio D.Hierony.& Auguſtini, quòd Auguſt.cũm alijs locis, tum lib.15. de ciuitate Dei cap. 14.putat,vbi eſt diuerſitas tralationis Lxx virorum,& Hebræę lectionis: non eſſe Lxx virorũ errorem,ſed diuino ſpiritu,aliud Lxx viros dixiſſe.& lib.18.cap.44. ex æquo Hebræá lectionem & tralationem Lxx virorum,citari ab apoſtolis & euangeliſtis. Quòd Hierony.in præfatione in Pentateuchum,tectè improbat,quòd ſi aliud verterint Lxx, quàm quòd propheticis literis contineatur,mentirentur apoſtoli & euangeliſtę,ſi citarent tralationem Lxx virorum, & dicerent Eſaiam,aliúmue prophetam dixiſſe, quę non dixiſſet: cui rei occurrit Auguſt. & ſi rudis Hebræę linguę,lib.18.de ciuitate Dei,cap.42.inquiens,Lxx interpretes, in quibus à veritate Hebraica putantur diſcrepare,benè intellecti,inuenientur eſſe concordes,quòd veriſſimè di-

Contentio de Lxx viris, Auguſ. & Hieron.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mè dictum est ab Augustino, meliùs hoc dicturo si sciret Hebraicè, & vidisset tralationem Lxx virorum in plerisque scholia esse, & commentaria, neque mentituros apostolos aut euãgelistas si citassent tralationem Lxx virorum, & dicerent ea dixisse Esaiam, aut alium prophetam: nam sensa citant apostoli & euangelistæ, non semper verba: quòd ipse D. Hieronymus posteà nos docuit, de optimo genere interpretandi: apostolos, & euãgelistas, & Lxx viros nõ vertisse scripturam ad verbum, sed scripturæ sensa expressisse: vt iam illo loco D. Hieronymus cùm D. Augustino consenserit. Huius contentionis, quę à primo fuit inter August. & D. Hieronym. hic locus pro exemplo erit, vbi pro tralatione, Lxx edidêre commentarium. Quod enim Hebraicè est, vt vertit D. Hieronymus: Quia linguæ eorum, & adinuentiones eorum contra dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius: quibus verbis caussa redditur cur dimissa sit Hierusalem, & ruerit Iudæa, sic interpretantur. i. Quia linguæ eorum, cum legis transgressione quæ erga Dominum non credentes. i. ruit Hierusalem, quia linguæ eorum contra Dominũ erãt, & meditabantur transgressionem legis cùm diceret: Tolle, tolle, &: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo: desunt enim duo illa verba, contra dominum, ex Hebræa B lectione: deindè, quasi hoc scholio non contenti addidêre aliud: Ea, quæ erga dominum non credentes. i. quia Iudæi non credidêre Domino, nam credenteis, Græcè masculino genere est, vt necesse habeas referre ad Iudæos, quia non credidêre Domino. Et tertium adhuc scholiũ est additum: Quare nunc humiliata est gloria eorum: quasi dicerent: ideo gloria Hierusalem, & vniuersæ Iudææ quæ claruit toto terrarum orbe, sublata est, quia non credidêre Christo. vt his verbis à Lxx viris explanatum sit, reddi hìc causam cur ruerit Iudæa, & dimissa sit Hierusalem: Ergo tralationem D. Hierony. sic interpretabimur: Quia lingua eorum (dixerũt enim Tolle, tolle, crucifige) Et adinuentiones eorum (saluatorem enim Samaritanum vocabant, & dæmonium habere dicebant) Et capiebant consilia contra dominum: sic enim explanant, HIERO. CYRILL. PROCOP. Hebræa lectio planè sonat idem, quam sic ad verbum vertere posses: Quia linguæ eorum, & opera eorum aduersum dominum ad reddendum amaros oculos gloriæ eius, id est: Quia linguæ eorum contra dominũ erant, cùm conuicia faciebant Christo, & cùm ei non credebant: Et opera eorum, cùm in crucem sustulêre, & cùm persequebãtur apostolos, & fideleis, ad reddendos amaros oculos gloriæ eius: i. Christi: nam gloria patris dicitur Christus in scriptura, vt posteà pluribus dicendum est. & vide hic reddi causam quidem C runę Hierosolymorũ & templi, nõ tamen eã causam quę cõmunis esset cũ captiuitate Babylonica alijsq; ruinis, nihil hìc de crudelitate tyrannorũ, nihil de idolatria, alijsq; criminibus.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Agnitio vultus eorũ, respondebit eis.	Confusio, siue pudor vultus eorũ, restitit eis, vel, stat contra eos.

QVòd D. Hierony. reddidit. Respondebit eis, & Lxx: Stat contra eos: Hebraicè est עָנְתָה quòd Pagninus est interpretatus, restificatur: nescio si Lxx viri in rem præsentem venissent, an dilucidè magis tam paucis verbis rem ipsam in oculis omnium posuissent: Nam te rogo, quę res vrget magis miseros Iudęos, & quid illis obturat os magis, & ipsorum ora quid magis pudore suffundit, quàm cùm interrogantur, cur igitur exules per mille quingentos annos vitam degitis? cur proprijs sedibus pulsi per tot annos exulatis apud inimicos, in summa ignominia & infamia vagi, exules? quid dignum tãto & tam diuturno exilio admisistis? si nõ illud est, quod Christo à vobis allata mors D est? habétne quid respondeat Iudæus? an non suffundetur pudore, & hærebit miser laqueis arctissimis constrictus? non verè pudor & verecundia vultus eius stabit contra Iudæum miserum, & respõdebit pro ipso Iudęo, vt dicere possis, quod ille apud Comicum: Tacet, satis laudat, tacet & hæret miser, fatetur se victum, verè pudor vultus eius testificatur contra ipsum: reus, vultu proditur ipse suo. Mihi videtur his verbis paucis, omnia illa quæ proximo cõmentario diximus, ex Chrysostomo esse significata: præterea, vbicunque terrarum agant, quanti emerent, non circumferre signa quibus se testarentur Iudæos? quanta ignominia afficiuntur? quanto pudore? quàm præter cæteras gentes abiecti sunt & ignominiosi? Sed quod Lxx verè re, pudorem, D. Hierony. reddidit agnitionem: verbum Hebræum nacar, vnde hoc nomen deflectitur, significat agnoscere, alienare se, & dissimulare, id quod est: & quòd dissimulare vel mentiri, id quod sis: & negare te esse, quod sis: quod faciunt Iudæi qui summa cura negant esse quod sunt ferè: quod, inquam, hoc facere pudoris sit & confusionis, inde factum est vt Lxx viri

A viri verterint pudorem, tamen verbum ipsum magnam habet emphasim, & ob oculos ponũt Iudæorum vitam miseram, quod dissimulant se esse Iudæos, celare cupiunt, nempe quod pudet, & alienãt se, hoc est, se fingũt alios esse: Tamen versio. D. Hiero. admirabilis est, supra quã verbis queas explicare: videtur enim hæc tralatio D. Hiero. exprimere illud Chrysost. quod dixi proximo commentario, quum quæreret Iudæus, vndè probaret CHRYSOS. populum Iudæorum esse repulsum à Deo, & dimissum? & respondet Chrysost. An non hæc res cognita est, & manifesta? cùm per tot annos iaceant vrbes Iudææ, & vos pulsi vestris sedibus, per tot annos exuletis apud inimicos, vagi toto orbe, exules, miseri? hoc pauca illa verba significant: Agnitio vultus vestri respõdebit vobis, ô Iudęi, cùm interrogaueritis, vnde sciamus vos à Deo esse dimissos? vt agnoscatis vultus vestros, & videatis quales sitis: & respondebit hæc res pro nobis, quòd res est manifesta, & quam cœci videant: est certè iuxta tralationem D. Hierony. argumentum illud insolubile Chrysost. Et certè verbum Hebr. magis propriè significat agnitionem: erit igitur responsio ad tacitam interrogationem Iudæorum, qua quærũt, vnde probemus illos esse dimissos à Deo: agnoscite vultus vestros, & vos contemplamini velut in speculo, & res ipsa tam manifesta est & tam plana, vt vobis respondeat pro nobis. Sed quòd verbũ B Hebræum significat etiam alienare, non malè verteres alienationem, vt diceres: alienationem vultus eorum respondebit, hoc est: vultus eorum significabit eis, se esse alienatos: verbum Hebræum hæc omnia significat, & est plenum emphasi, & est canon scripturæ, quem præscribũt etiam Iudæi, non solùm doctores sacri, quando verbum Hebræum plura significat, quæ ad rem de qua agitur spectent, omnia illa ab spiritu sancto esse significata. Hunc locum explanat ORIG. in Numer. cap. 12. homil. 7.

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Et peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.	Peccatum ipsorum vt Sodomorũ prędicauerunt, & manifestauerũt.

C HEbraicè est, כי סדם quòd reddere potes, sicut Sodoma, vel, sicut Sodomæ, aut Sodomorum, vt vtraq; tralatio consentiat cum lectione Hebræa, dixi Lxx viros nobis explanare, quoties prophetæ citant historias veteris testamenti, & eas suis vaticinijs attexunt, typos esse & vmbras historias illas rerum quas vaticinentur. Et PROC. & omnes doctores sacri authores sunt, hanc Sodomorum historiam, typum esse passionis Christi, vt suprà pluribus est dictum in illa verba cap. 1. Audite verbum Domini principes Sodomæ: quòd si ita est versio Lxx seniorum, qua dicitur: Peccatum sicut Sodomorum, emphasim habere videtur, quod verbum illud: Peccatum ipsorum quasi Sodomorum, significare videtur peccatum ipsorum, quod fuit peccatum Sodomorum. i. significatum per peccatum Sodomorum, vt illud Domini: Signum nõ dabitur eis, nisi signũ Ionæ prophetæ, vbi Dñs typum, & veritatem pro eodem accipit, & miraculum sacratæ resurrectionis, miraculum Ionę appellauit, sic hoc loco, peccatũ Iudæorũ appellatũ videtur, peccatũ quasi Sodomorũ, vt illud, quasi, typũ & vmbrã significet. GREG. Naz. in laudẽ Athanas. Vt Sodomitę, inquit, quorum scelera vulgatissima sunt toto orbe, pœna tamen multò nobilitatior, & vulgatior est, igne & sulphure consumpti sunt: ita Iudæi, quorum facinus illud immane crucis Domini, toto orbe nobilitatũ est, & pœna incẽ- D dij toto orbe vulgatissima est, ferro, fame, & incendio sunt consumpti, & Sodomitis similes effecti. Idem GREG. in sanctum baptisma, Ignem Spiritus sancti, ait, purgare tinctos sacro baptismate: Sodomiticum verò ignem esse, qui pluat super peccatores apud inferos sulphure & fulmine, paratum diabolo, & angelis eius, qui pluit super Iudæos, & hic eos, & eorum vrbeis deleuit, & apud inferos. Itaque Sodomorum hic mentio fit, vt significetur, quemadmodum Sodomorum crimen & pœna, vulgatissima toto orbe sunt, sic futura Iudæorum crimen, & pœna nobilitatissima toto terrarũ orbe: vt interpretari debeas, prædicauerũt, neq; absconderunt peccatum suum sicut Sodoma. i. fecerunt vt peccatum suum esset prædicatum, & vulgatiss. toto orbe, neq; de eo taceretur vnquam, sicut de peccato Sodomæ: neque tacitum est, neque tacebitur vnquam. D. BASI. in lib. quòd Deus non est causa malorum, videtur sentire, hæc verba posse referri ad excusationem excidij Iudæorum, cuius ipsi sibi fuêre causa, vt Sodomitę, vbi inquit, Quid accusas Deum? quòd subuerterit Sodoma, incenderit vrbeis Iudææ post tam immania flagitia, & delerit Iudæos per Romanos potissimùm, quibus ipsi tradiderant Do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rant Dominum crucifigendum? EVSEB. Cæsariensis in fine cap. 36. libri secundi, idem hoc loco dici putat quod cap. 1. cùm dicitur: Audite verbum Domini principes Sodomorum.

D. HIERONYMVS.

Væ animæ eorum, quoniã reddita sunt eis mala.

LXX VIRI.

Væ animæ eorũ, quoniã consulue-rũt consiliũ malũ cõtra se, dicẽtes.

TRalatio D. Hieronymi ad verbum reddit lectionem Hebreã, quam Lxx non reddũt, sed explanant sic: Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala. i. Vę animę eorum, quoniam consuluerunt cõsilium malum contra se, vt illud: Quoniam reddita sunt eis mala, vel vt est Hebraicè, Quoniam reddidêre sibi ipsis malum, significare putarint: quoniam consilium, quod inierunt contra dominum, contra seipsos inierunt, quod in prouerbio est: Malum consilium consultori pessimum: dum domino pro tot beneficijs reddere malum parabant, sibi ipsis reddidêre, & peperêre sempiterna mala. THEODOR. Consuluêre contra se malũ consilium, inquit, cum Chaiphas dixit suis consortibus: Vos nescitis quidquam, neque cogitatis: expedit vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat: & cùm Pharisæi consilium cæperunt, vt ipsum perderent, & alia multa. Hæc & quæ sequuntur sunt ex eorum numero quæ dixi, nostros non audere attingere, quod Iudęi cúm manifestissimis vaticinijs se videret configi, vociferabantur, nihil tale Hebraicè contineri. Fatentur, tamen necesse erat CCC. annis ante crucem Domini Lxx duos Iudęos sic explanasse, vt apostolica & euangelica verba sonarent. Nam te rogo, quid interest vtrum dicas: Quoniam consuluerunt consilium malum cõtra seipsos dicentes: Ligemus iustum? an quòd ait Matthæus. cap. 12. Exeuntes autem pharisæi consilium faciebant aduersum Iesum, quomodo eum perderent? vel, quod idem Matthæus cap. 26. ait: Et consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. & cap. 27. Et consiliũ inierunt aduersum Iesum vt eum morti traderent, & vinctum adduxerunt. Certè hunc locum ita explanat AMBRO. de benedictione Patriarcharum cap. 3. Consilium, inquit, cogitauerũt aduersum Dominum Iesum, vt occiderent eum, sicut Esaias ait: Væ animæ eorum, quia cogitauerunt consilium malum aduersum se. Et ISYCHIVS lib. 7. in Leuit. Sin autem nec si obedieritis mihi. & IVST. Martyr in dialogo aduersus Tryph. Iud. sæpè hæc verba citat, & hoc sensu. Et CYPR. in explanatione symboli Apostol. Et PROCOP. in Geneseos cap. 49. interpretans illud: In consilium eorum non intret anima mea: de passione Christi, & de Iudæorum consilijs aduersus Christum, quòd significauit, inquit, Esaias his verbis: Væ animæ eorum, &c. Sic HIERON. CYRILL. BASIL. Solus Vatablus, vt in principio ostendi, contra stat: sequitur interpretationem Iudæorum.

D. HIERONYMVS.

Dicite iusto, quoniam benè.

LXX VIRI.

Alligem⁹ iustũ, qm̃ inutilis nobis est.

bonum qm̃ iustum Ligate
טוֹב כִּי צַדִּיק אִסְרוּ

(VEL)

bonum qm̃ iusto Dicite
טוֹב כִּי צַדִּיק אִמְרוּ

DIxi huiusmodi testimonia nostros timidè, & diffidenter attingere, quòd Iudæi ciẽt clamores, & cælum terris miscent, vt docet ORIG. in epistola ad Aphricanum: Vociferanturque nostros falsis vti testimonijs scripturarum, quæque Hebræa lectio non agnoscat, sed fateantur necesse est velint nolint, CCC annis ante rem gestam ita Iudæos Lxx duos delectos ex tota gente Iudæorum doctissimos, & sanctissimos, sic scripturas esse interpretatos, vt Iudæorum impietatem damnent, nobis veritatis testimonia impertiant. Dicent à nostris esse corruptos: CCC annis ante tempora Christi fuêre, vt suspicioni locus non sit. Dicent imperitos fuisse: Iosephus & Philon Iudæi, & Iudæorum fautores delectos fuisse prodidêre doctissimos & sanctissimos suæ gentis, eo tempore, cùm Iudæa literis & religione florebat, Vnum aut alterum diceres hallucinatos, tot numero testeis damnare quisquã potest? si Lxx duo testes cuiquam satis non sunt, nihil vnquam ei satis erit: Sed dices, Certè lectio Hebræa toto cælo discrepat à tralatione Lxx virorum, neque tralationis Lxx virorum in Hebræa editione agnoscas vestigium: scin' quàm? vnã literulam muta in sibi simillimam, & efficies tralationem Lxx virorum: & suprà ostendimus testimonio rabinorum, & ipsorum Iudęorũ, cùm Iudæos, Iudæorum testimonijs repressimus & refutauimus, cùm disputabamus de tralatione D. Hieronymi

A ronymi & Lxx Seniorum quòd negarent Iudæi & Iudaizantes posse deesse apicem, aut literam vllam, aut mutatam esse vnam literam in aliam, eos Iudæorum testimonijs reuicimus, ostendimusque in locis innumeris scripturæ, testimonio ipsorum Rabinorum duplicẽ esse lectionem, vbi non vna sed duæ & trẽs literæ mutantur: illa adeat qui volet. Muta hic vnam literam, & pro ב scribe ד, efficies pro, Dicite iusto quoniam benè, vel quoniam, bonum, ligate iustum quoniam benè, vel, quoniam bonum, quæ est sententia tralationis Lxx virorum: est enim idem cum illo quod Lxx dixêre: Ligemus iustum quoniã inutilis est nobis: reddũt enim sensu nõ verba Lxx, quanquam si mutata illa literula, lectio Hebręa ad verbum redditur: Ligate iustum quoniam bonum, vel quoniam benè. i. quoniam vtilis nobis est: &, expedit vt vnus pro populo moriatur, satis planum sensum habet & apertum, nam, imrũ, significat dicite: itrũ, ligate: nam: atar, verbum Hebręum, Hispanum est factum. & similis mutatio hoc loco videtur facta, quæ illo Esaiæ loco: Multiplicabitur eius imperium, Hebraicè, pro, multiplicabitur, legitur, maruè, & primæ literæ superscripta est, o, litera, quod signũ est dubiæ lectionis, quod
B controuersum inter Hebręos est, legendum ne sit, maruè, an, taruè, per, ב, in principio an per ד, per has literas de quibus nunc est controuersia, vbi multa Iudęos cogunt legere maruè & non taruè: quia si legant, taruè, mutatis his literis de quibus nũc agitur, suo se gladio iugulent, non enim legendum esset: Multiplicabitur eius imperium: sed, Ab spina eius imperium. i. ab corona spinea incipiet imperare Christus, quod esset simile illi: Dominus regnauit à ligno. Sunt, sunt, inquam, multis locis signa dubię lectionis, quod ipsi docent Iudæi, & Rabini, vt suprà ostendimus satis prolixè. Lxx ergo legerunt: ligate iustum quoniam bonum: quod est idẽ cum illo Matth. cap. 26. consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. & cap. 27. inierunt consilium aduersum Iesum vt eum morti traderent, & vinctum adduxerunt: sic hũc locum legit AMBRO. de benediction. Patriarcharum cap. 3. & IVST. martyr aduersus Tryphonem ter aut quater sic legit, ac interpretatur. Et EVSEB. lib. 2. cap. 36. CYPRIAN. in expositione Symboli, vbi prædictum docet ab Esaia, Dominum vinciendum fuisse à Iudæis cum dicit: Alligemus iustum quoniam inutilis est nobis, quem vinctum, euangelica narrat historia. & PROCOP. in Geneseos cap. 49. interpretans illud: In consilium eorum non intret anima
C mea, de passione Christi hoc dixit Esaias, inquit: ligemus iustũ quoniam inutilis est nobis. sic legit ISYCH. lib. 7. in Leuit. vt suprà dixi. Sic legit & explanat CYRILL. PROCOP. BASIL. & in primis D. Hierony. cum quo tamen præfata venia, flexis genibus, vt cum tanto Diuo, paulisper conqueri libitum est, si CCC. annis ante Christi crucem Lxx viri hæc de Christo sunt interpretati & de eius passione, idque tuipse nobis author esses, o magne Diue, æquum erat quod AVGVS. docet de ciuit. Dei lib. 20. cap. 30. ex vtraque tralatione verũ scripturæ eliscere sensum, cùm præsertim tralatio Lxx euangelica nobis verba repræsentat, & non duos, hic & alijs locis facere scripturæ sensus, alterum iuxta Hebraicam veritatem, alterum iuxta sententiã Lxx virorũ: quasi sententia Lxx virorũ ab Hebraica veritate discrepet, cùm vtraq; tralatio eodẽ possit spectare: Nam vinciamus iustum qm̃ inutilis est nobis, vt nulla facta videatur esse mutatio Hebręę lectionis, neq; mutetur illa litera quã diximus, poterat esse explana *Canon.*
tio tralationis D. Hieron. Dicite iusto, qm̃ benè. i. dicite de iusto, subaudiuntur eũ hæ voces Hebraicè, qm̃ benè est, vt vnus moriatur pro populo, vel si ad verbũ Hebręa verba reddas, dicite iusto, vel de iusto, quoniã bonum, vt vertit Vatablus. i. quoniam, bonũ est & expedit, vt
D vnus homo moriatur pro populo. Et certè si canonem interpetandę scripturę pręscriptum ab *Canon.*
AVGVS. lib. 20. de ciuit. Dei cap. 30. quem toto hoc opere seruandum duxi, sequeris vt non duplicem sensum facias: alterum iuxta Hebręam lectionem, iuxta sententiam Lxx seniorum alterum, sed ex vtraq; tralatione vnum & eundem contendas eruere sensum, fieri non poterit quin hunc sensum dicas horum verborum esse: Dicite iusto quoniam bonum. i. dicite de iusto, quoniam bonum est, vt vnus homo moriatur pro populo. Notandum tamen Lxx viros *Liber Sapiẽtiæ á Solomõe scriptus.* ex. 1. lib. Sapientiæ fecisse huius loci paraphrasim vt solent facere ex alijs scripturæ locis, ex quo apparet sapiẽtiam verè scriptam esse à Solomone, cuius insolubile argumentũ est, quod ecclesia catholica lib. Sapientię inter libros canonicos retinuit, etiam doctoribus quibusdam summæ authoritatis refragantibus. De hac literarum mutatione, & duplici lectione Hebręa lege etiam paululum infrà in comment. in illa verba: Populum meum exactores sui expoliauerunt. vbi authoritate. D. Hieronymi probatur hoc fieri in lectione Hebræa. *Duplex lectio incodicibus Hebræis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Quoniam fructum adinuentionũ ſuarum comedẽt: væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.

LXX VIRI.

Igitur fructus operum ſuorum comedẽt: væ iniquo, mala, ſecundum opera manuum eius accident ei.

QVoniam fructum adinuentionum ſuarum comedẽt. i. fraudum quas verſabant aduerſus Dominum,& conſiliorum,quæ capiebant aduerſum Chriſtum: quòd Lxx explanant, i. quoniam fructum operum ſuorum comedent,hoc eſt,qualia Iudæi fecerunt aduerſus Chriſtum,talia demetent:Sic CYRIL.PROC.D.BASIL.Qui Iudæorum ſententias ſequuntur:comedet,legunt ſingulariter,& ad iuſtum referunt:omnia enim vaticinia de Chriſto inuertunt, & tamen,ſi Deo placet,in pretio ſunt,ſed eos refellunt Lxx viri, qui pluraliter legunt, comedent: & lectio Hebræa,quæ pluralem numerum præfert,vt ad Iudæos, qui Chriſtum affecere cruce,neceſſe habeas referre: & D.Hieron.qui vertit pluraliter. Væ impio in malum,retributio enim manuũ eius fiet ei: eodẽ modo Lxx:diſpunge tamẽ ſic lectionem Lxx virorũ:Væ impio mala:hic appoſita ſubdiſtinctione. i. væ impio,propter mala quæ fecit, quæ eſt forma dicendi Hebræa & Græca:Opera manuũ eius accident ei:ſic enim ex Hebræa lectione diſpungenda Græca & Latina lectio eſt. THEOP.quòd nõ conſuluit Hebræã lectionẽ ſic diſpunxit: Væ impio,mala ſecundũ opera manuũ eius,accidẽt ei: quia enim Iudæi Chriſtũ tradidere Romanis,traditi ſunt Romanorũ armis & ipſi:qm̃ dñm flagris cecidere,flagris & ipſi cæſi à Romanis ſunt:illuſere dño,& ipſis illuſere Romani: vẽdidere dñm, & ipſi vẽditi ſunt: cruce affecere dñm,& affecti ipſi cruce ſunt à Romanis: & ſic hanc prophetiã cõpletã eſſe, ait Theoph. in cap.11.Mar.in illa verba: Tradidit Ieſum flagellatũ. Et CYRIL.in Ioan.in illa verba: Vas ergo poſitũ erat: Dictũ eſt,inquit per Ezechielẽ ca.9.de Hieruſalẽ:ſicut feciſti,ſic fiet tibi: retributio tua retribuetur tibi in caput tuũ. Et per Eſaiã: Praua ſecũ dũ opera manuũ eius accidẽt ei: Sic eñ hãc lectionẽ diſtinguit Cyril.vt Theophyl.idẽ dixit,inquit,Hierem.ca.9.Igitur abſinthio paſcã illos,& fellis roré illis ꝓpinabo. VAT.ſemper ſibi cõſtat,Iudæos ſequitur ſua ripa.

D. HIERONYMVS.

Populũ meũ exactores ſui ſpoliauerũt, et mulieres dominatæ ſunt eis, Populeus,qui te beatum dicunt, ipſi te decipiũt,et viam greſſuũ tuorũ diſſipant.

LXX. VIRI.

Populus meus, exactores veſtri deuorant vos,& exactores dominantur veſtri: populus meus,beatificantes vos,decipiunt vos, & ſemitas pedum veſtrorum conturbant.

PEracto vaticinio de paſsione Chriſti, & vaſtitate inuecta Iudæis poſt Chriſti paſsionem, quam Dñs prædixit etiam verbis illis: Relinquetur terra veſtra deſerta, inuehitur propheta, vt docet D.Hieron.in ſcribas & phariſæos,qui non ſolùm negauerũt filiũ Dei,ne perderent decimas & primitias,ſed etiã auertebãt plebẽ à Chriſto,ſui quæſtus cauſa,vnde propheta ait: Exactores.i.ſacerdotes,ſcribas,& phariſæos,qui ſub prætextu doctorũ legis,potiùs quæſtuarij ſunt, & exactores pecuniarũ, & quæſtũ anteponunt pietati & religioni: Hi igitur doctores legis,quæſtuarij potiùs dicẽdi, ꝙ ſua lucra ſectantur,populũ ſpoliãt,& ideo illũ auertunt à Chriſto,ne ſuũ quæſtũ amittant. Et mulieres.i.hi ſacerdotes, qui vitijs dediti & libidinibus, adeò ſunt effœminati, vt mulieres potiùs ſint dicendi,quàm doctores: dominantur populo,& abducũt à religione populum: niſi dicas mulieres dominari populo,quòd Iudæi erant γυναικοκρατούμενοι, & illorũ vxores luxu diſſluebãt & ipſos principes Iudæorũ auariſsimos efficiebãt,& raptores, ꝙ docet Philoſophus,fieri ſolere quoties fœminæ viris dominantur. quale eſt illud,quod ille alter dicebat,Deiophantũ puerum dominari toti Græciæ,quòd puer ille matri imperaret,marito mater,maritus Græciç imperiũ teneret, hinc colligebat: puer igitur ſeptuennis,imperat toti Græciæ. Et ſic videtur conqueri propheta,quòd mulieres ſui luxus cauſa,dominantur plebi Iudæorum,& eam auertunt à Chriſto, cùm maritos, qui Iudæis dominantur,impellunt,vt hoc faciant. Vnde ARIST. libro ſecundo Politicorum, de fœminis, quæ luxu ſolutæ viuunt, multa adminiſtrentur à fœminis, neceſſe eſt, ſi in luxu viuant, cùm earum viri, ſi ſint vxorij, in Republ. magiſtratum gerunt,quid enim intereſt fœminas imperare Reipub.an imperare viris, qui Reip. imperent? Lxx ſe-

A Lxx ſenior.quòd Hieron.dixit: Mulieres dominatæ ſunt eis, verterunt: Exactores dominati ſunt eis, eadem voce repetita. Huc ego aduocare vellem omnes qui mirari ſolent, quòd in codicibus Hebræis,in quibuſdam locis variam eſſe lectionem dicimus,qui: ſi Hebraicè ſcirent, & euoluiſſent Hebraicos codices,mirari nullo modo poſſent, cùm nihil ſit vulgatius, ſed hic locus reuincet Iudæos & Iudaizantes, & eximet ſcrupulum noſtris, ſi rectè attendere volent. Docet enim D.HIER.in comment.ſolùm Symmachum vertiſſe hoc loco, mulieres: legit ergo,naſin,ſine litera,ı.Aquilam verò docet vertiſſe exactores,cum Lxx ſeniorib. Theodocionem,fœneratores.Hi ergo omnes,cùm ſic vertunt,ſignificant vnam literam ſe agnoſcere in lectione Hebræa,quæ nũc codicibus typis excuſis deeſt,nec legiſſe נשים, ſed נגשים, vt ſi codex Hiſpanus Latinè redditus eſſet,multis antè annis,& vbi alij vertiſſent malleum, interpres aliquis reddidiſſet Martium,ſignificaſſet profectò nobis ſe in codice Hiſpano non legiſſe,maço, ſed, março,vna addita litera,nec quiſquam tam rudis æſtimator rerum eſſet, qui ſibi perſuaderet interpretes,qui Latinè vertiſſent Hiſpanum codicem doctiſsimos & lectiſsimos viros,ma- *Duplex lectio in codicibus Hebraïs.*

B ço,dictionem Hiſpanam vulgatiſsimæ ſignificationis:alios,malleum vertiſſe,alios Martium: ſed intellexiſſet profectò hos, duplicẽ Hiſpanam lectionem agnoſcere,qui vertẽre,malleum maço,qui reddidẽre Martium,março. Itidem hic exiſtimandum eſt,qui vertẽre mulieres hoc loco נשים, agnoſcere,qui reddidẽre, fœneratores, aut exactores, נגשים, vna addita littera. Nam diximus ex D.Hieronymo puncta à doctis pro arbitrio addi & detrahi,pro re, loco, & tempore. Et mirabitur quiſquam, ſi Lxx ſeniores antiquiſsima & caſtigatiſsima nacti exemplaria,vt qui fuerint trecentis annis ante crucem Chriſti, cùm non tot ruinis, & incendijs, vt ait Auguſtinus vitiati eſſent codices Hebræi aliquando aliam dictionem agnoſcant, & ijs potiſsimum locis, vbi euangelica verba repræſentent, & maxima Chriſti pandant myſteria. TERTVL.aduerſus Marcionem lib.4.inuehi prophetam hoc loco putat in ipſos legis doctores,quòd onerarent alios importabilibus oneribus, quæ ipſi ne digito quidem auderent attingere,iuxta illud Matth.23. Alligant onera,&c. Et Luc. 11.Oneratis enim homines. Lege AMB. de Thobia cap.9.vbi nouo quodam modo,quid ſit exactor,explanat. Lege EVSEB.demonſt. euangel.lib.9.cap.8.in fine. Et AVGVST.tom.7.lib.3.contra epiſtolam Parmeniani,vbi interC pretatur quod ſequitur: Qui vos fœliceis dicunt: ſed repete altiùs. Loquebatur enim aduerſus conuenticulum vanitatis,aduerſus hos potenteis, qui, multis furientibus, largiſsimo argento,& auro nitent, fratribus extorquent fundos, fœnus vſuris augent, quem ſenſum putat eſſe huius loci,& ſignificari deceptos eſſe,& errare toto cælo, qui locupletes vulgò appellant beatos,cùm per ſe auaritia,& hæc aceruatio pecuniarũ, quo iure, quáue iniuria, magnũ ſit crimen in ſcriptura,& huic loco congruit hæc ſententia: Propter auaritiã enim non ſequebantur Chriſtum,& abducebant populum à Chriſto,& ideo propheta eorũ luget miſeriam. TERT. lib.4.aduerſus Marcionem,idem hoc eſſe putat cum illo Euangelij: Væ,cùm vobis benedixerint homines,ſecundum hæc faciebant pſeudoprophetæ patribus eorũ,& laũdis humanæ ſectatores incuſari hoc loco ait per Eſaiam,quæ ſunt optimè dicta: nam vt pſeudoprophetæ laudis humanæ cauſſa aduerſabantur prophetis Domini, ſic phariſæi laudis humanæ cauſſa aduerſabantur apoſtolis. Sic CYRIL.ſic HIER. Sacerdotes, inquiunt, habentes clauem ſcientiæ, nec ipſi intrant, neque populum intrare ſinunt. Hoc ſignificat verbum Hebræum, nam quòd vertit D.Hieron. Viam greſſuum tuorum diſsipant,Hebraicè eſt: diſsipant,vel,errare faD ciunt,vel,perdunt. THEOD. Quia admonentes, inquit, perſtare in obſeruatione legis Moſaicæ,& beatos qui hoc facerent vocantes, non ſinebant plebeios ire ad Chriſtum,& ad ſalubrẽ Euangelij prædicationem.

D. HIERONYMVS.

Stat ad iudicãdum Dominus,et ſtat ad iudicandos populos: Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, et cum principibus eius: vos enim depaſti eſtis vineam, et rapina pauperis in domo veſtra. Quare atteritis populum meum?

LXX VIRI.

Sed nunc conſtituetur ad iudicium Dominus, & ſtatuet ad iudiciũ populum ſuum,ipſe Dominus ad iudicium veniet cum ſenioribus populi,& cum principibus ſuis: vos autẽ quid incendiſtis vineam meam, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

meum? et facies pauperum commolitis? Dicit Dominus exercituum.

rapina pauperis in domibus vris? A quid vos iniuria afficitis populum meum, & faciem mẽdicorum confunditis? Dicit Dñs exercituum.

TERTVL. aduersus Marcionem lib.4. hæc interpretatur de iudicio Pilati, quo iudicatus est Dominus: Significat, inquiens, iudicium, quo constitutus est Dominus in iudicio: atque exinde omne scriptum prophetarũ passionis suæ impleuit. Ergo sententia Tertull. est, vt: Stat ad iudicandum Dominus, passiuè accipiatur: stat, vt iudicetur Dñs, ante Pilatum. Quòd Lxx significant, conuertere enim: Constituetur ad iudicium Dñs, ante Pilatum scilicet. Et statuet ad iudicandũ populum suũ, interpretatur TERT. Cum tumultuatæ sunt nationes, & populi meditati sunt inania, cùm adstiterunt reges terræ, & principes congregati sunt in vnum, aduersum Dñm, & aduersum Christũ eius. Deinde verba Psal. sic interpretatur: Tumultuatę sunt nationes, quę in exercitu Romano erãt, cui seruiebant omnes nationes: hoc enim intelligit Tertull. cùm dicit, Romani: nam nationes B omnes, sub signis Romanis erant, & Pilatus ipse Gallus erat. Populi, ait. i. tribus Israëlis: reges i. Herodes: principes. i. summi sacerdotes, iuxta quam sententiam Tertulliani: Statuet ad iudicium populum suum, significat, permittet, vt cogant concilium aduersum se, & reges, principes, ac gentes omnes, aduersus se tumultuentur. Statuet ad iudicium, ad concilium: vocabit, permittet vocari. Et tralationem tD. Hierony. sic explanabimus: Stat ad iudicandum, stat vt iudicetur à Pilato & Iudæis. Stat ad iudicandos populos. i. sic stat ante Pilatum, vt iudicetur, vt stet ad iudicandos populos, qui fremuerunt aduersum se: posteà enim illos deleuit, vt ipse ait: Per me hæc facta sunt vobis: & non significatur hic causla, sed consequutio: ex eo enim quod Dominus stetit vt iudicaretur, &, quòd gentes fremuerunt aduersum illum, consequutum est, vt perirent. Idem TERTVL. in lib. de resurrectione carnis, vbi refellit Iudæos & iudaizantes, qui volunt omnia in scripturis per imagines esse dicta & per figuras, cùm ostendisset multa dicta apertè, sine vllo typo, hoc vtitur testimonio Esaiæ inter alia, iuxta tralationem Lxx virorum, quo apertè dicitur: Constitutus Dominus ante iudices, & damnatus: & subijcit: Quæ hic figuræ apud Esaiam? quæ imagines? quæ ænigmata? simplices, & C nudæ hic voces ab omni allegoriæ nubilo puræ, quis hæc interpretabitur magis quàm recognoscet? hæc Tertullianus, & verisimè quidem: cùm enim legimus iuxta tralationem Lxx seniorum: Nunc constituetur ad iudicium Dominus: &, statuet ad iudicium populum suum, occurrunt nobis statim euangelica verba, quibus ductus est Dominus ad Pilatum, & ad Herodem, & constitutus est in illorum iudicio, An non hoc significant hæc verba, Constituetur ad iudicium Dominus? Non occurrit animo cùm legis in literis euangelicis congregatum Iudæorum concilium, vt de Domino iudicet, hoc esse, quod Esaias dixit: Statuet ad iudicium populũm suum? Quæ hic ænigmata? vt inquit Tertull. An potuit planiùs propheta loqui? potuêre planiùs vertere Lxx viri? Nisi dicas subornatos à Christo fuisse, & eius discipulis, qui CCC. annis fuêre ante tempora Christi. Cùm rursum legis: Ad iudiciũ veniet, cum senioribus populi non recognoscis, vt verbo Tertulliani vtar, euangelicam historiam, qua legitur Dominum ad Annam & Caipham esse deductum? IVSTIN. Martyr in dialogo aduersus Tryphonem, aliter explanat hunc locum quàm Tertullianus, quòd enim Græcè legitur, στήσεται, quæ vox media est, & actiuè & passiuè significat, & verti potest, Constituetur, vt D vertit Tertull. &, constituet, vt explanat Iust. cum D. Hierony. qui reddidit: Stat ad iudicandum Dominus: stat ad iudicandos populos. i. propediem seniores, & scribas, & pharisæos ad iudicium & supplicium vocabit, immisso Romano exercitu, qui Iudæę vrbibus vastitatem adferat: & putat Iustinus hoc perspicuè his prophetæ verbis significari. Et quòd pœna hæc grauis imminet Iudæis, ter repetitum videtur, quod cùm sit in scriptura, vehementem emphasim habet: stabit ad iudicium: statuet populos ad iudicandum: veniet in iudicium cum senioribus, vnde figura iudicij ob oculos poni videtur, quasi Dominus puniturus pharisæos & scribas, dicat: Cur depasti estis vineam meam? occidentes filium familiãs, cùm dixistis? Hic est hæres, venite, &c. Depasci ergo vineam volebant, quæ domus Israël est, vt ait Dominus capite. 5. vel: Quare incendistis vineam meam? quod verbum Hebræum, bâar, vtrunque significat, depasci, & incendere. i. cur illam auertistis à Christo meo? & in causa fuistis, cur absumeretur incendio? &, Rapina pauperis, cur in domibus vestris est? cur à Christo auertistis

A auertistis plebem, vt haberetis pauperes quos expoliaretis? & acciperetis decimas & primitias? quòd eo tẽpore nõ erãt decimæ & primitiæ, sed rapinæ, quorsum afficitis iniuria populũ meum? apostolos, & fideles, conjciendo eos in vincula? cum eos sæuissimis afficitis cruciatibus? cur humilium facies deturpatis? cùm colaphis & alapis eos afficitis? vt legitur Actorum cap. 5. vel, cur commolitis facies eorum colaphis, & pugnis? Hæc è IVSTIN. qui totum hoc caput de passione Christi interpretatur loco citato, centiesque versat & repetit. EVSEB. sic intellexisse videtur lib. 9. cap. 8. THODOR. in eadem sententia est. CYPRIAN. verò in explanatione symboli Tertull. sequitur, cùm concordiam Euangelij, cum prophetarum vaticinijs, tractat his verbis: Propheta in iudicium protractum Dominum significat, cùm ait: In iudiciũ Dominus veniet cum senioribus, euangelia narrant non solùm iudicatum, sed etiam flagellis cæsum. ORIG. in cap. 3. epist. ad Roman. paulò post principium, hunc locum explanat, & alijs locis. Hebræa lectio magis mihi videtur fauere interpretationi Tertull. & Cypriani, quòd est verbũ passiuum, נִצָּב nisab, quod etsi verti potest actiuè, vt vertit D. Hierony. stat ad iudi-
B candum, iuxta interpretationem Iustini & Euseb. tamen propriè vertetur passiuè, quia passiua vox est, vt legit Tertull. & Cyprian. AVG. in Psal. 49. in illa verba: In circuitu eius tempestas valida. & in Psal. 121. in illa verba: Ad cõfitendum nomini tuo Domine: de iudicio vltimo hęc interpretatur, & venturum Dominum ait, cum apostolis, & sanctis, qui cum illo sunt iudicaturi, sedentes in duodecim thronis. GREG. lib. 1. super Ezechielem homil. 2. Et D. BASIL. in hunc locum, in eadem sententia sunt.

D. HIERONYMVS.

Et dixit dominus Deus pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, et ambulauerũt extento collo, et nutibus oculorum ibãt, et plaudebant, et ambulabant, et pedibus suis composito gradu incedebant:
C *decaluauit Dominus verticem filiarum Sion, et Dominus crinem earum nudauit.*

LXX. VIRI.

Hæc dicit Dñs: pro eo quòd exaltatæ sunt filiæ Siõ, & ambulauerunt extẽso collo, & in nutibus oculorũ, & itinere pedũ, simul trahentes tunicas, & pedibus simul ludentes: & humiliauit Dñs dominatrices filias Sion, & Dominus nudauit turpitudinem ipsarum in die illa.

DE hoc loco Esaiæ, & fœminarum ornatu, legendus CYPR. tractatu secundo de habitu virginum, vbi latè hunc Esaiæ locum interpretatur, & multa dicit aduersus ornatum fœminarum, & cerussam, & purpurissum. Legendus CHRYSOST. in cap. 5. Matth. homil. 17. in illa verba: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. Et D. AMBROS. in exhortatione ad virgines non longè à fine: & in Psal. 118. Et CLEM. Alexandrinus in pædagogo lib. 3. cap. 11. præter ea quæ D. HIER. CYRIL. D. BASIL. in hunc locum dicunt. Certè scholastici Theologi, mihi videntur mitiùs multò agere cum fœminis, quantùm spectat ad earum ornatum, & fucum, seuerius multò, multoque veteres patres, quòd summopere est expendendum, ne
D scholasticorum Theologorum facilitas illis noceat. Hæc omnia, quia erant longiora, non suis verbis hic exposui, illinc, qui volet, petat. Illud quęsitu dignum est, quando prophetę de sententia veterum patrum, vt suprà pluribus dictum est, non dicunt inter se dissentanea, sed cohærentia, quando vsque adhuc de passione Christi sit dictum, & vastitate Iudææ, quomodo cum his cohęreat reprehensio ornatus fœminarum? Certè si adhibemus canonem interpretandæ scripturæ, quem præscribunt Euseb. August. Orig. vt conuenienter superioribus interpretemur quæ sequuntur, puto, prædici hoc loco, quòd Dominus ait Lucæ. 23. Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros, quoniam dies venient, &c. vbi prædicit Dominus vastitatem Hierusalem, & Iudææ, & clãdem, quæ ipsas fœminas expectat in illa ruina, cuius cladis & calamitatis, quam illic prænunciat Dñs mulieribus Hierosolymitanis, hoc loco prædicitur causla, quam vt intelligas, quando doctores, quos citaui, tantùm hunc locum explanant, causlam harũ minarũ non docent, neq; quo modo hic locus cohęreat superioribus, operæpretiũ est audire, quid dicat ARIST. cum alijs locis, tum lib. 2. de Repub. vbi hæc scribit, necesse etiã in Repub. vbi fœminæ intẽperanter viuunt, & luxu solutæ in pre-

Ornatus fœminarum.

Canon.

Fœminæ etiam castæ sunt mortis Christi fœre maritis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio esse opes,& viros esse auaros,præcipuè si sint vxorij, quos Græci appellant γυναικοκρατουμένους A
i.quibus vxores imperent. & infrà de his γυναικοκρατουμένοις ait multa administrari à fœminis,
cùm earum viri in Repub.magistratum gerũt:quid enim interest,fœminas imperare Reipub.
an imperare viris,qui Reipub.imperent? ergo suprà dictum est ex D.Hierony. & alijs sanctis
patribus,principes Iudæorum diuitiarum causſa,& quæstus,& ne amitterent decimas,aut pri
mitias,negasse Dei filium:huius rei non exiguam culpam sustinebant fœminæ,quarum impul
su & inductu,principes sacerdotum hæc fecêre, cùm præsertim Iudæi vxorij maximè essent,
vnde prophetę,eos equos adhinnientes appellant,quòd more equorum,amore fœminarum
furerent,vbi hoc fit,authore ARIST.omnia fœminarum imperio geruntur in Repub. & tan
quam sustinerent culpam maximã huius immanis facinoris, quòd Iudæi in Christũ sunt ausi,
propheta in prȩsentia illas hoc terret vaticinio,quòd simile est illi: Flete super vos,& super fi
lios vestros.Sic hunc locum intellexisse videtur D.Hierony.in comment. significauitq; idem
D.HIERON.in sua tralatione,cùm suprà dixit: Mulieres dominatæ sunt eis: & significauêre
Lxx:Humiliauit Dñs dominatrices filias Sion:vt pœnas luituras significet propheta,ꝙ domi- B
natæ sint viris,& eos impulerint ad negandum Christum: ergo dicuntur filiæ Sion solitę ince
dere elatæ excelso collo,qui mos est incessus fœminarum locupletum,& quę se iactant in spe
cie,& corporis,& oris pulchritudine: Dicuntur etiam ambulare nutibus oculorum, nutant e
nim & nictant adolescentibus,qui eas spectant, & dicuntur composito gradu incedere,& lu
dere pedibus: discunt enim fœminæ tripudia,& saltatus,& choreas ducere, vt etiam cùm in
grediuntur per vias,non plaudant quidem pedibus choreas,sed ea corporis statura ingredian
tur,& tam molli & composito gradu incedant,vt gradus ipse ad aspectum sit venustus,& cùm
non plaudant choreas pedibus,plaudere choreas videantur,& tripudiare.Pro his minatur pœ
nam Dominus,futurumq; dicit: vt decaluet Dominus verticem filiarum Sion. i. vt attondeat
eas, quæ fulgebant splendore & diuitijs: pro quo Lxx vertêre, futurum vt Dominus humi
liet.i.seruas faciat & ancillas, dominatrices filias Sion. i. quæ dominabantur viris & populo.
Punctum vnum hãc varietatem facit: decaluabit,vel, lepra
vetticem Dñs conteget verticem Dñs ancillas Faciet
Nã lectio Hebræa est: וְשִׂפַּח אֲדֹנָי קָדְקֹד וְשִׂפַּח אֲדֹנָי קָדְקֹד C
Ergo שִׂפַּח, cũ pũcto in sinistro cornu, significat facere ancillas, & sic ad verbũ vertes: Faciet ancillas verticẽ filiarũ Sion.i. faciet an
cillas,illas filias Sion,quæ sublimi vertice incedebant per vias: quod Lxx interpretantur.i.do
minatrices filias Sion,coniuges,scilicet principum,qui vrbi dominabantur: quòd factũ leges
apud Iosephum de bello Iud.lib. 6. postremis cap. vbi vili pretio væneunt illæ, quæ vrbi do
minabantur. Si verò legas,Sipàch,cum puncto appositio in dextro cornu שִׂפַּח, significat lepra
contegere & decaluare,nam fame perierũt & peste,& attonso capite venière in ancillas,quòd
significat tralatio D. Hierony. Decaluabit Dñs verticem filiarum Sion: quod significasse mi
hi videtur idem Hierony.cùm dixit:Crinem earum nudabit, nam vnum & eũdem locum bis
videtur vertisse. Mihi non videtur locum sequentem reddidisse, quem sic vertêre Lxx: Nu
dabit turpitudinem ipsarum in illa die, Hebraicè est פְּתֶנֶן, id est,nates earum, quoniam pro
stitutæ sunt militibus, & detractis vestibus pretiosis, & auro illitis, amictæ centonibus, nu
dis cruribus,atque natibus,ductæ sunt captiuæ in omneis orbis partes. CYPRIAN. de habitu
virginum,tantùm adnotat hoc loco Deum culpare diuitias &luxum,quòd hinc corruptę sint
virgines,& hinc à cultu Dei & à Christo desciuerint,exaltatę ecciderint, comptæ turpitudi- D
nem,fœditatemque meruerint,serico & purpura indutæ Christum induere non potuerint,au
ro,& margaritis,& monilibus ornatæ, ornamenta pectoris amiserint: quis non id execretur,
& fugiat,quod alijs fuerit exitio? AMBR.ahter hæc videtur interpretari, qua de re in initium
capitis proximi dicendum erit.

D. HIERONYMVS.

In die illa auferet Dominus ornamen tum calceamentorum.

Hic locus aliter distinctus à Lxx viris est,quàm à D.Hierony.nam priora illa verba:In die illa, Lxx viri superiori sententiæ reddidere,qui hæc sic legũt: Et Dñs nudabit turpitudi nẽ illarũ in die illa:hoc est,quãdo vastabũtur à Romanis,nã de hoc sermo prophetę erat,nuda bitur turpitudo illarũ,quę vestib⁹ arte laboratus amictę superbiebãt,exutę eñ illis vestibus,& amictæ

LXX VIRI.

Et auferet Dominus gloriam vesti mentorum,& cosymbos.

A amictæ centonibus,nudis natibus,& cruribus ducentur captiuæ,& prostituẽtur militibus, & calonibus.Et posteà nouo initio dixêre Lxx: Auferet Dominus gloriam vestimentorũ. i. nu dabuntur illa gloria vestium,quæ arte laboratæ erant,& auro illitæ. D.Hieron. sic legit, vt, In die illa,initium sententiæ sit,hoc modo: In die illa auferet Dominus ornamenta calceamen torum: & sit initium descriptionis ornamentorum,quæ detrahenda sunt fœminis ludęis,pro quibus reddenda sunt,vt posteà dicet,pędor,situs,squalor,qualia cõsequi solent vilissima mã cipia. Auferet ergo Dñs ornamenta,Hebraicè est הַתְּפְאֶרֶת .i.ornamentum, vt vertit D.Hieron. decus,& gloriam vt vertêre Lxx viri הַצְּעָדוֹת: D. Hierony. vertit, calceamentorum: Hebræi aiunt esse quammata calceamenta preciosa fœminarum,quod, עכם, sit ludere pedibus,vel or nare pedes: & ideo nomen inde deductum sit ornatus fœminarum, pedum, qualia sunt so leæ,sandalia,& similia: Lxx viri hoc verbum putant esse,lasciuire pedibus aut corpore, & or nare corpus,& ita pro omni ornatu corporis accipiunt, & sic reddidere: Et auferet Dominus gloriam, & decus pretiosissimarum vestium, vt cohæreat superioribus,quale si dicat: In illa B die detegendam turpitudinem fœminarum nobilissimarum quæ erant apud Iudæos(vt ita di cam)Marchionissæ,Ducissæ,Comitissæ,nobilissimæ Iudæorum fœminæ, quibus auferendæ sunt vestes nobilissimæ, elaboratæ auro & argento,& omnis illa vestium gloria. D.Hieron. respexit ad pedum tripudia, quibus velut⁹ tripudiare videbantur per vias, & ostentare sanda lia,& pedum ornatus,quæ minatur Dominus se ablaturum.Vocem proximam Heb.הַשְּׁבִיסִים non video quomodo verterit D.Hierony.aut credo eum præterijsse hanc vocem, aut ex eius tralatione excidisse. Hebræi aiunt esse vestes factas opere Phrygionico. i. vestes textiles auro, & argento,quales sunt,quibus sacerdotes vtuntur in sacris,vestes pictæ acu, nam phrygiones sunt,quos vulgò dicimus *bordadores*, Lxx vertêre cosymbus.i.vestes auro textiles, aureis orna mentis sparsas.

D. HIERONYMVS.

Et lunulas, et torqueus, et monilia, et armillas.

LXX VIRI.

Et lunulas, & bullam, & ornatum faciei earum.

C LVnulas, Hebraicè est הַשַּׂהֲרֹנִים Hebræi interpretantur lunulas, Lxx μηνίσκους .i. lunulas. D. Hierony.eodem modo meminisci.i.lunulæ dicuntur à Græcis sectiones circuli,& sic appel lant semicirculos,quæ veluti lunæ dimidiatæ, capiti fœminarum imponuntur auro & argen to nitentes:itaque illa ornamenta quæ eminent in capite fœminarum, auro & argento radian tia,quòd sunt veluti mediæ lunæ lunulę dicuntur, & à Græcis μηνίσκοι, & sic appellantur etiam ea ornamenta,quæ fœminæ(rodetes)nominant: dicuntur etiam,menisci,omnia colli fœmina rum ornamenta,& torques: & sic D.Hierony.duobus modis hanc vocem Hebræam videtur vertisse lunulas, & torques, Monilia Hebraicè dicuntur הַנְּטִפוֹת, significat autem hoc nomẽ vt Hebræi aiunt,stacte,aromata,odores,& ideo Lxx vertêre bullam. i. vasculum illud pendẽs collo refertum odoribus, quòd, quia semper monilibus insertum est, D.Hieronymus appel lauit monilia. Armillas הַשֵּׁרוֹת Hebraicè est,quam vocem Hebræi ignorant,neque sciunt pla nè quid significet: alij alia diuinant: D.Hierony.vertit,armillas: Lxx viri, quibus Hebræa lin gua fuit materna, putant significare omnem ornatum faciei, cerussam, purpurissum, gemmas vitta pendentes,aurum quo vittæ ipsę sunt prætextę,& alia multa,quibus fœminarum facies D auro totę renident.

D. HIERONYMVS.

Mitras,et discriminalia, et perisce lides.

LXX VIRI.

Omnem compositionem gloriæ, & armillas.

VErbum Hebręum הָרְעָלוֹת: D. Hieronymus vertit mitras, quæ vox Græca, diademata significat: ornant enim fœminę capita diademate. i. corolla quadam nitente auro, & gemmis: dicuntur etiam mitrę tenię aureę, aut gemmis distinctę, quibus super vittas fœ minæ caput solent redimire, quæ totæ, inquam,auro & gemmis radiant. Discriminalia sunt quædam aurea instrumenta,quibus fœminę nobilissimæ & magnificę,vestes, & vittas capi tis,& omnem ornatum reuinciunt & distinguunt, vt totus corporis ornatus retineatur. He braicè est פְּאֵר .i. gloria & decus, pro quo Diuus Hieronymus reddidit: Discriminalia, id est, illa instrumenta, quibus gloria & decus ipsius ornatus retinetur. Perisce lides, sunt caligæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœminarum,vt pingui Minerua(quòd aiunt) explanem,dum perſpicuè, intellige tu tenuẽ eſſe caligas pretioſiſsimas fœminarum, denique omnis ornatus tibiæ & pedis fœminarum dicitur periſcelis,nam, σκέλος tibia eſt.i.ea pars quæ à genu vſque ad infimos pedes eſt: ergo omnis ornatus tibiæ,& pedis fœminarum dicitur,periſcelis: dicuntur etiam periſcelides fœminalia. Lxx viri aliter hunc locum intellexêre: ſic enim explanant lectionẽ Hebrȩam הַרְעָלוֹת הַפְּאֵרִים coniunctim enim legunt,non diuiſim רְעָלוֹת operimentum ſignificat, pearim gloriarum.i.operimentum gloriarum detraham illis.i.detraham illis omnem ornatum veſtium quo operiuntur glorioſè,pro quo edidêre Lxx: Detraham illis omnem compoſitionem gloriæ.i.omnem ornatum glorioſum,niſi velis interpretari, omne venenum gloriarum,aut omne venenũ mortiferum,aut ſoporem mortiferum gloriarum, quòd hic luxus veſtium,& ornatuum,hæc laſciuia & viris & fœminis, venenum ſit mortiferum,nam רעל potio eſt veneni mortifera,& ſopori fera,quæ hominem prorſus ſine ſenſu reddit.Certè Cebes philoſophus, cuius meminit Socrates apud Platonem, in ſua tabula,homines omneis in ingreſſu huius vitæ excipi ait poculo ignorantiæ & erroris,vnde trahit caliginem & ignorantiam homo,vt hæc fugacia, & vana ſequatur,relinquat ſeria,& ſemper duratura.Et Plato cum alijs locis tum.5.de Republ.lib.Plurimorum hominum vitam in ſomno totam tranſigi ait: vigilare autem paucos, qui vera bona ſequantur,& ſempiterna.&.7.de Republ.lib.Conſtituere ſe Rempub.ait cupere, quæ vigilet, & vigilans habitet,non vt alię Reſpub.quæ in inſomnijs totam vitam degát altiſsimo ſomno ſopitæ,meditentur ſomnia vana.Sic hoc loco lectionem Hebręam interpretari potes,vt ſignificetur ſomnus hic lethalis,qui naſcitur ex veneno exitiali. i. ex amore diuitiarum, quod qui traxit in ſomnũ profundiſsimũ demerſus ſine vllo ſenſu relictus, miſerè moritur: de quo infrà dicẽdũ eſt pluribus,cùm agemus de ſpiritu cõpunctionis.Periſcelides Hebraicè eſt, צְעָדוֹת Hebræi etiam interpretantur,ornatum pedũ, ponitur pro armillis.2.Reg. Armillam quę erat ſuper brachium eius:& ita Lxx vertunt χλιδῶνας, quæ vox ſignificat omnem ornatum fœminarum,quo manus ornant & brachia.

D. HIERONYMVS.

Et murænulas, et olfactoria, et maureis.

LXX VIRI.

Colli ornamenta, & innexa vittæ, quę propẽdẽt in pectus,&annulos.

MVrænulas,Hebraicè, קְשָׁרִים, Hebræi aiunt eſſe ornamenta,quæ collo alligantur,quòd Hierony. reddidit murenulas, quæ inſtar murænarum orbiculatæ ſunt monilia quæ collo pendent fœminarum, cathenæ videlicet aureæ, Lxx verterunt φύλακα .i. anuli, & omnia quæ collo circundantur & manui.Olfactoria.Hebraicẽ eſt,domus pectoris, quod interpretatur D.Hieronymus.i.olfactoria quę pendent collo ſuper pectus fœminarũ. Lxx eodem modo videntur vertiſſe,qui reddidêre τὰ ἐμπλόκια .i. quæ innexa vittæ aut collo pendent in pectus, & videntur mihi duobus modis interpretari ἐμπλόκια καὶ περιδέσμια .i.innexa collo,& vittæ,& annulos,quòd annuli quibuſdam fœminis propendent in pectus,pendentes vitta,aut collo .Inaures,notæ ſignificationis vox eſt,& eodem modo redditur à D.Hierony.& alijs.

D. HIERONYMVS.

Annulos,et gẽmas in frõte pendentes.

LXX. VIRI.

Prætextas veſtes purpura,& veſtes intextas purpura.

ANnulos Hebraicè eſt, שְׁבָעוֹת, quam vocem annulos ſignificare Hebræi docent: ſed verbum Hebræum, vnde hoc nomen deducitur,ſignificat mergere,aut tinguere,quò factum eſt,vt Lxx tinctas veſtes, purpura ſint interpretati, per antonomaſiam,quod hic color omnium pretioſiſsimus eſſet:& ita vertêre: Veſtes prætextas purpura,id enim ſignificat περιπόρφυρα. Et veſtes purpura intertextas, quòd ſignificat μεσοπόρφυρα. his enim duabus vocibus Lxx viri vocem Hebræam videntur interpretari. Gemmas in fronte pendentes, Hebraicè נְזָמֵי הָאַף, quòd Hebræi interpretantur: inaures narium: mihi magis placet tralatio D.Hierony.quòd illæ gemmę,& aureæ illa ſigilla,fronte propendent in naſum : & barbararum nationũ eſt,naſo appendere inaures. Puto Lxx viros hanc vocem non vertiſſe, aut hanc vocem ex eorum tralatione intercidiſſe: ergo lectio Hebræa ad verbum reddita erit, gemmas fronte in naſum pendentes, quas Dominus ſe fœminis Iudæis ait ablaturum.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.

Et mutatoria, et palliola, et linteamina.

LXX VIRI.

Suppara, vel domus aulęa, laconica nitentia,& byſsina.

MVtatoria Hebraicè מַחֲלָצוֹת à verbo חלץ, vnde Hebræi aiunt hoc nomen deductum ſignificare veſtes mutatorias,aut arma: Lxx viri, quibus Hebræa lingua patria erat & vernacula,pro aulęis & tapetibus accepêre,& peristromatis, & ſic vertêre: Suppara & domus aulæa.Palliola Hebraicè מְעִטָּפוֹת genus veſtis eſt, de quo multa diuinant Hebræi: alij, veſtimenta mulierum eſſe aiunt;alij, fœminalia eſſe dicunt. D.Hieron.vertit, palliola. Inter tantam ſcriptorum varietatem,ſi poſt D.Hieronymum audiuntur impij Rabini, nullúſne locus erit Lxx viris in patria lingua,in qua nati ſunt & educati? qui interpretantur hanc vocem Hebræam,veſteis laconicas: Laconicas autem,purpuras pretioſiſsimas eſſe, docet PLIN. lib.35. cap.6.& ita Lxx viri reddunt,ſuppara,ſeu,aulęa domus, & laconica nitentia. i. purpuras laconicas nitentes & ſplendentes. Linteamina:eodem modo Lxx reddunt enim byſsina: Byſsina porro lina mulierum,delitijs maximè accommoda eſſe docet Plin.lib.19.cap.1.vt,linteamina byſsina ea dicas,quæ fœminis potentibus ſunt in delitijs. B

D. HIERONYMVS

Et acus,et ſpecula,et ſyndones,et vittas,et theriſtria.

LXX VIRI.

Hyacinthina,coccina,ſyndones auro &purpura intextas,&theriſtria meretricia.

ET acus,Hebraicè, חרט, quam vocé Hebræi ſtylum ſignificare aiunt, & vt ipſi ſunt impudentiſsimi, quædam ex ſcriptura non ſolùm impiè interpretantur, ſed etiam impudenter, Aiunt etiam ſignificare opus fuſorium acus, vt vertit D. Hieronymus marſupium, ſaccos.Addunt Lxx ſignificare hyacinthina, & ſic hoc loco reddidere hyacinthina. i. veſteis purpureas, quæ vergunt ad nigredinem.D.Hieron.reddidit acus, inſtrumenta quibus retinetur ornatus capitis fœminarum. Specula,Hebraicè dicuntur גְּלְיוֹנִים, à verbo Hebræo גלה .i. C appareo, quòd in illis appareant, & ſplendeánt imagines rerum. Lxx coccina interpretantur, veſteis purpureas nitenteis, quæ colore & ſplendore prouocant roſas, vt dictum eſt ſuprà in illa verba cap.1.Si fuerint peccata veſtra rubra,&c. Syndones, סְרִינִים Hebraicè : ſyndones interpretantur Iudęi: Lxx,Byſsinas contextas auro & purpura.i.linteamina,vt dixi,byſsina.i.ex lino, delitijs fœminarum accommodatiſsimo,intertexta,aut acu picta auro & argẽto. Vittas, Hebraicè צְעִיפוֹת puto eſſe hoc Hebræũ nomẽ Hiſpanũ factum Zenefa,vt multa ſunt Hebræa nomina facta Hiſpana: vittas eas arbitror à D.Hieronymo dictas, quibus tempora redimiri ſolebant -Redimitus tempora vittis: Fiebant enim ex vittis zenefæ, quas appellat vulgus Hiſpanè: cidarin appellant Iudæi, ſed malè:non enim fœminarum,ſed regum & ſacerdotum geſtamen eſt Cidaris. Hanc vocem non vertêre Lxx,aut quòd magis puto,intercidit verbum aliquod ex tralatione Lxx virorum, quo vox hæc Græcè reddita erat. Theriſtra,Hebraicè דָּרִים, Hebræi interpretantur vela ſerica: D.Hierony.theriſtria, ſeu theriſtra: ea ſunt ſericæ veſtes tenuiſsimæ,quibus fœminæ vtebantur æſtate, vt nunc lineis vtuntur candentibus: νῆμα æſtas eſt,vnde theriſtra,ſeu theriſtria,delicatiſsimæ & molles veſtes, quibus æſtate vtebantur D fœminæ: Lxx præ ſe ferre videntur, eſſe veſteis meretricias: qui reddidêre πέπλους καταδύτους .i. theriſtra meretricia,nam καταδύτους meretricia interpretor,quòd cataclyſtæ meretrices dicebantur apud Lacones: credo eſſe veſteis illas, quas à mollicie Iuuenalis appellauit multicia, & pellucebant totæ fœminæ illis amictæ: —Cùm tu multicia fumes -Cretice,&c.

D. HIERONYMVS.

Et erit pro ſuaui odore, fœtor: pro Zona,funiculus:pro criſpante crine,caluitium:pro faſcia pectorali,cilicium.

LXX. VIRI.

Et erit pro odore ſuaui,puluis: pro zona,funiculo cingêris: pro ornatu capitis aureo, caluitiũ habebis, propter opera tua,& pro tunica intertexta purpura,pẽcingêris cilicio.

DIxi, deſcriptos à Propheta ornatus fœminarum Iudæarum, quos Dominus prædicit ſe ablaturum,pro quibus relinquetur, inquit, pædor, ſitus, ſqualor, qualia miſeros

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines consequi solent. Sed quoniam quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: & omnia Iudæis in typo contingebant, hæc omnia, quisquis intelliget figuras & typos esse vltimi iudicij, vt enim Iudæi, & Sodomitæ igni & sulphure deleti sunt, ita igni & sulphure sempiterno punientur mali, & perdent omnia ornamenta tã corporis quam animi, & vestientur sempiterna ignominia, & erunt in situ & pædore sempiterno, nec enim fœminas tantum hæc consequentur mala, sed quæ diximus, ad animas vnus quisquis accõmodare poterit. Fœtor Hebraicè dicitur, מק a verbo מקק .i. putresco, vel corrumpo, & dissoluo, vndè nomen deductũ pro fœtore, & dissolutione accipit R. Dauid in commen. D. Hieronymus accepit pro fœtore: Lxx pro dissoluta terra, pro puluere: Erit pro suaui odore puluis, quod tanta turba captiui du centur, vt puluere necentur: pro delitijs aromatũ, vel, erit pro suaui aromate fœtor & pędor, in quo viuetis, vt vilissima mãcipia. Pro zona funiculus. i. pro aurea zona sune cingeris: & pro crispante crine, Hebraicè est תַּחַת מַעֲשֶׂה מִקְשָׁה .i. pro opere aspero, quòd D. Hierony. vertit, pro capillo crispante, calamistrato, caluitium, quod enim de capite agebatur, & de caluitio, opus asperum intelligi non potest nisi de crinibus calamistratis. neque scio quid hîc reprehendant Iudæi, nam verbum Hebræum significare opus asperum ipsi fatentur. Planum, aiunt, vertendum potiùs erat, pro opere plano, quod verbum Hebræum, מקשה, malleo contusum significat & complanatum, sed quod contusum malleo est asperum quoque fit. Lxx vertunt: pro opere malleo cõtuso. i. pro aureo ornatu capitis, qui mallei percussione elaboratus est. i. pro aureo ornatu quo totum tuum caput renidebat habebis caluitium. Pro fascia pectorali, cilicium: eodem ferè modo Lxx. Hebræi multis modis hanc vocem interpretantur: alij aiunt fasciam esse pectoralem: rabi Dauid genus esse vestis ad gloriam, & decorem. R. Abrahã pro veste tenui, quæ ponebatur super omneis vesteis. Lxx viri pro veste intertexta purpura.

D. HIERONYMVS.

Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, et fortes tui in prælio.

LXX VIRI.

Et filius tuus pulcherrimus, quem diligis, gladio cadet: & fortes vestri gladio cadent, & humiliabuntur.

Hebræa lectio ad verbum reddi potest: Quoniam pro pulchritudine, viri tui in gladio cadent: quæ verba si ex euentu interpretemur, quòd optimus scripturarum interpres rerum euentus sit, significare videntur, quod Iosephus li. 6. de bello Iudaico postremis capitibus scribit, scribas, pharisæos, principes Iudæorum omneis ferro stratos per vias, & iussos occidi à Vespasiano, aut vinctos custodiri, vt in theatris & ludis publicis, feris obijcerentur laniãdi, aut immanibus beluis, quas ludis adseruabant, pro pabulo præberentur, aut ducerentur in pompam triumphi, & multa milia paupperum dimissa esse abire libera quò vellent. Ergo verba Hebræa sic posses interpretari, Viri tui cadent gladio. i. occidentur: pro pulchritudine. i. vt quisque est pulcherrimus, & speciosissimus, & princeps populi: illi enim iussi sunt occidi, quibus potissimùm minatus erat Dominus: Væ vobis Pharisæi, quòd ij potissimùm aduersati erant Domino: ergo D. Hieronymus vertit: Pro pulchritudine viri tui gladio cadent. i. pulcherrimi viri tui gladio cadent, hoc est, principes populi, & locupletissimi quiq;, quòd veluti tauri pingues circundederant Dominum: Lxx viri videntur aliter interpretati: pro, Pulchritudine viri tui gladio cadent. i. pulcherrimi quiq; iuuenes & adolescentes, pro pulchritudine qua adolescentes nitent, fœdabuntur sanguine, gladio occisi: & ita reddidère: Et filius tuus pulcherrimus qué diligis, gladio cadet: vt sit illud Domini: Nolite flere super me, sed flete super vos & super filios vestros. PAGN. & VATAB. addunt verba de suo, suo more, quæ nusquam sunt, vt Iudæorum sensa, seu potiùs deliria, nos doceant.

D. HIERONYMVS

Et mœrebunt portæ eius, et desolata in terra sedebit.

LXX VIRI.

Et lugebũt thecę ornatº vĩi, & dere linquerisola, & ad terrã, pstrneris.

sedebit	in terra	desolata, expoliata	picturæ eius portæ eius	mœrebunt & Lugebunt
חָשַׁב	לָאָרֶץ	וְנִקְמָה	פִּתְחֶיהָ	וְאָנוּ וְ אָבְלוּ

Lectio

A Lectio Hebræa potest reddi ad verbum: Mœrebunt, lugebunt portę eius. i. omnis domus, & ianua omnis Iudææ fœminę mœrebit, & lugebit: & desolata fœmina Iudæa, & expoliata rebus omnibus, sedebit in terra, expectans emptorem: sed פִּתְחֶיהָ non solùm portas & ianuas domuum significat, sed picturas: pro quo Lxx viri reddidere: Picturatas thecas ornamentorum eius, scilicet, Iudææ fœminę: vt significarent scriniola fœminarum picturata, & thecas speciosissimas, & pulcherrimas, vbi adseruabant sua ornamenta, quę confractæ & despectæ à militibus iacebant, & fœminis Iudæis augebãt doloré: & sic verterunt Lxx: Lugebũt thecę ornatus vestri: Hebraicè est, Lugebũt, & mœrebũt: נִקְמָה, inter alia significat, expoliatam rebus omnibus: pro quo dixere, derelinqueris sola, expoliata. s. parentibus, marito, fratribus, propinquis, amicis, & rebus omnibus: Quòd factum leges apud Iosephum, vbi proditum memoriæ est, conclusas in vnum locũ miseras, & abiectas adseruatas fuisse, & vænijsse perexiguo precio, vbi miseræ Iudææ fœminæ, quæ affluebant diuitijs & opibus, quæ olim Iudææ dominabantur, nudatæ rebus omnibus, sedebant in terra, & expectabant emptorem, qui
B eas in vltimas terras abduceret.

IN ESAIAE CAP. IIII.

D. HIERONYMVS.

Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomẽ tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.

LXX. VIRI.

Et apprehendent septem mulieres hominem vnum in illa die, dicentes: panem nostrum comedemus, & vestimenta nostra induemus, veruntamen nomẽ tuum inuocetur super nos.

HOC loco, primùm illud annotatione dignum esse videtur, Hebræos omneis hæc verba superscripta, facere finem capitis superioris, solos Lxx viros, & eos sequutum D. Hieronymum, hæc verba superiora cap. IIII. fecisse principium, cùm Iudæi omnes faciant initium cap. IIII. verba sequentia: In die illa germẽ Domini in magnificentia. Distinctionem Iudæorum probat D. CYRIL. qui sic hunc locum explanat: Cùm finisset Dominus minas aduersum Iudæos, qui Dominum in crucem sustulissent, & aduersus fœminas Iudæas, quæ vt lasciuirent luxu, gemmis, ac margaritis niterent, non induere Christum, neq; accepere lucem Euangelicam, & suis viris caussa fuère, vt plebem à Christo auerterent. Subiungit propheta, tantam vastitatem imC portandã vrbibus Iudææ per Romanos, vt virorum mira paucitas sit, nam gladius Romanorũ in viros sæuijt, qui omnes citra discrimẽ necabantur per vias, vt sæpè repetitũ est ex Iosepho. Ait ergo propheta iuxta sententiam Cyrilli, futurum: vt septem fœminæ. i. plures numero, vni viro nubant, quòd lex Mosis præscribat filijs Israël: Non erit in te infœcunda aut sterilis, & inde extremæ ignominiæ erat apud illos, si fœmina non pareret: sed lex spiritalis erat, & significabat, quòd Israël spiritalis. i. mens, quæ Deum videt, vel, quæ ad Deum inualuit, non futura est infructuosa, sed innumeris virtutum actibus fœcunda, veluti terra culta optimè, quæ vberes fructus creat. Petent ergo, ait propheta, plures fœminę vnum virum tãtùm, vt ex ipso suscipiant sobolem, ne sine liberis sint ignominiosæ. Et vide, inquit Cyrillus, quàm tenuis hic est vir, vnde non petitur cibus aut vestis, sed tantùm fieri matres: Subijcitq; idem Cyrill. esse quosdam, qui hæc ad sensum spiritalem referant, idq; parùm prudenter fieri: Ait enim, si commodè fieri posset hoc in magna esse laude ponendum, at cùm sensus non cohæreat, non care re culpa qui hæc faciant. Aiunt enim, inquit, septem fœminas, septem dona esse spiritus, virum vnum, Christum: non cohærere autem septem spiritus dona dicere Christo: Auser opprobriũ nostrum,

De varietate distinctionis huius capitis.

Referre prophetiã ad Christũ in magna laude ponendũ. & quando.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostrum,& panē nostrum comedemus,& vestimentis nostris operiemur. Idē sentit THEO-
DOR.& BASIL. Distinctionem verò Lxx seniorum sequitur ORIG. in Esaiam tom.1.homil.
3.de 7.mulieribus,quæ quia sunt longiora,non suis verbis exposui,qui volet inde petat: in ea
dem sententia est CYPRIAN. in lib.de exhortatione martyrij, vbi multa de numero septe-
nario disputat. Et REMIG. Altisid. in ca.8. Zachariæ in illa verba: In diebus illis, in quibus ap
prehendent decem homines &c. sed pro sententia horum omnium satis erit hic adscribere
D. Augustini. sententiam in quæstionibus ex veteri testamento quæst.47.vbi diuinitus hic lo
cus explanatur: siue illud opus sit Augustini, siue alicuius alterius, certè expositio huius loci pe
tita est ex aliquo scriptore sacro doctissimo & sapientissimo, qui mirabiliter locum hunc est
interpretatus: vt per septem mulieres, septem ecclesiæ significentur: quanuis enim vna sit, se-
ptiformis dicitur, ob septem dona spiritus sancti, cuius caput est Christus. Has ergo septem
ecclesias induci putat Augustinus à propheta supplices saluatori facto homini, quòd intelle-
xerant ad hoc factū esse hominem Deum verbum, vt auferret opprobrium, primum quidem
ijs qui sub lege essent, iuxta illud: Veniet ex Sion qui eripiet,& auertat impietatē à Iacob, dein
de gentibus,& nationibus. Aiunt ergo, se manducaturas panem suum,& vestimenta sua indui
turas sibi: quod panis ad vitam significatur, & vestitus ad Dei indutionem, quia qui sine Deo
est, nudus dicitur: Vnde apostolus, qui in Christo, ait, baptizati estis, Christum induistis.& ite-
rum 2.ad Corinth.2.cap. Si expoliati, inquit, non nudi inueniamur. Hæc Augustinus: Vndè, Pa
nem nostrum manducabimus, & vestimentis nostris induemur: iuxta hanc interpretationē
significat, quod sub Christo pascimur vero pane vitę, & veris vestimentis immortalitatis in-
duimur, tantum auferat ille opprobrium nostrum. i. si modo ille auferat nostra peccata,& nos
sacro lauacro lauet. Interpretatur quoque aliter AVGVS. de Iudæis transeuntibus ad Chri-
stum: Panem nostrum manducabimus. i. verbis legis, quę vnum tradunt esse deum, pascemur:
quia non in pane tantum viuit homo, sed in omni verbo &c. Et vestimētis nostris operiemur
.i. creatoris nostri nomine censebimur, quia hoc vnusquisque indutus dicitur, quod est,& pro
fitetur, sed quia omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iccircò orant memoratæ ecclesię ex
populo Iudæorum, vt auferatur eorum opprobriū inuocatione nominis Christi, quia qui si-
gnum eius habent, quo vicit mortem, ab inimico teneri non possunt. Sic AVGVS.& certè re-
cepta luce euāgelij populus Iudæorum, illæ reliquiæ, quę saluę factę sunt, verè lege pastę sunt
velut pane vitæ, quia Christus aperuit sensum scripturarum,& verè Christi charactere sunt in
signitę. Ego cum D. Hierony. vtramque sententiam veterum patrum amplector, & probo,
magis tamen hanc posteriorem, Augustini, Cypriani,& Origenis,& Remigij, nam quāquam
prior sententia cohæreat prædictæ vastitati Iudææ, adeò vt prima verba huius capitis Iudæo-
rum sententia claudant superius caput, & congruat benè dicere, tantam virorum paucitatem
fuisse vt multas fœminas ab vno viro matres fieri fuerit necesse, quodq; factum est. Nam ex
Dione discres tantam Iudæorum pullulasse sobolem, vt toti terrarum orbi terrorem incusse-
rit, neq; videretur vlla clades inuecta Iudæis. Tamen non temerè factum arbitror, vt hæc ver
ba, quæ cum superioribus cohærere videbantur, diuisa sint & distincta,& facta capitis initium
à Lxx viris doctissimis legis Mosaicæ, qui interpretationem scripturarum à Mose & prophe
tis,& maioribus, hæreditaria successione, quasi per manus acceperint,& sic nobis tradita sint,
distincta ab apostolis & nostris maioribus. Quod signum est latere aliquid arcani, idque esse
quod interpretatus est D. August.& sic quoq; D. Hierony. distinxit.

Distinctio nē Lxx virorum, qui sequantur.

D. HIERONYMVS.	*LXX VIRI.*
Et erit in die illa germen Domini.	In die illa illucebit Deus (vel) illuminabit Deus.

AVGVST. loco suprà citato: In illo die, inquit, in quo promissum Dei adimpletum est,& fidei sacramentum declaratum ho
minibus: illuminati sunt homines super terram, vt per creatoris cognitionem purificati, qui
rei fuerant mortis, fierent æternæ vitæ hæredes, & Augustinus his verbis putat euinci superiora
de Christo & ecclesijs esse intelligenda, quòd hæc subiungantur, quæ citra controuersiam de
Christo sunt vaticinia. AMBR. in Psal.108. in principio interpretatur illa vltima verba cap.ij.
de filialibus Sion, quæ procedebant talta ceruice: intelligendam dicebat carnem illam, quæ ma
de facta fuerat veneno serpentis in Adam, quæ criminum marcebat fœtore, crinium cincinnis
& compositis vultibus, atque redimiculis,& omni affectato decore, plus dedecens quàm de-
cora,

A cora, plurimis edoctam oraculis, quòd venturus esset, qui serpentis illecebris exclusis, sancti
spiritus infunderet gratiam, mutato habitu leuasse puras manus, dixisse: Osculetur me osculo
oris sui. i. fiat verbum caro: quibus verbis uidetur Ambros. intellexisse superiora vt August.
& hæc interpretari vt idem August.& panem, intellexisse corporis & sanguinis sacramentum
& indumentum ipsum Christum. Ergo AVGVS. sic hæc interpretatur: In die illa illuminabit
Deus in consilio, cum summa gloria super terram. i. illuminabit omneis homines, qui sunt su-
per terram: In consilio & sapientia, aperiens omnibus sensum rerum cælestium. EVSEB. lib.
2.cap.37. In illa die,&c. i. illucesceret Deus hominibus. D. BASIL. idem esse putat hoc cum illo
Euangelij: Quaudiu in mundo sum, lux sum mundi. & cum illo Pauli: Nox præcesit, dies ap-
propinquauit. Ideo si volumus accipere lucem conspicuam maximè & illustrem, ecce Deus
lucet super terram, nos ipsos paremus, vt ab ipso plenissimè illustremur. VATAB. solus no-
bis Iudæorum interpretationem refert, qui sic interpretantur, vt leges apud Vatablū: post has
B clades tamen veniet Christus, ante has clades venit Christus: O infœlices Iudæi: nam. XLII.
annos expectauit Dominus Iudæos post crucem Christi, dum resipiscerent, post quos, vrbeis
Iudææ subuertit, quòd vsque adhuc Esaias futurum prædixerat. Tamen notandum summo-
pere est, Christum à Lxx seniorib. planè hic dici Deum,& deesse dictionem in tralatione Lxx
virorum, quæ reponenda est ex lectione Hebræa:

Nam lectio Hebræa est

Deus	germen		illa		
Dei	semach	erit	hac	die	In
בְּיוֹם	הַהוּא	יִהְיֶה	צֶמַח	יְהוָה	

Hæc lectio Hebræa verti potest duobus modis, vel vt reddidit D. Hierony. In die illa erit germen Dei, vel: In die illa erit germen Deus, vt vertisse arbitror Lxx viros, & dictionē vnam intercidisse ex eorum tralatione, aut expunctam fuisse à Iudæis, quòd enim penes illos erat hæc tralatio Lxx virorum: & in bibliotheca Alexandriæ, vt docet Iustinus Martyr in dia logo aduersus Tryphonem Iud. aut vitiarunt, aut expunxerunt quæ potuere loca omnia, quæ planè & apertè Christi mysteria præferrent. Certè Lxx quod Hebraicè erat: In die illa erit, ver tere: In die illa splendebit, facta paraphrasi ex illo: Velut lampas accēdetur, dixēre: In die illa illucebit, vel, illucesceret Deus in consilio cum gloria super terram, vel, illuminabit, &c. expri-
C mentes illud euangelicum, vt diximus ex D. Basil. Erat lux vera, quæ illuminat omnem homi-
nem venientem in hunc mundum. Et ita AVGVS. interpretatur: In die illa illuminabit Deus,
subaudi, omneis homines. Et EVSEB. In die illa illuminabit Deus. i. illucesceret Deus hominibus
oriens splendor lucis. Deinde, quòd Hebraicè est: Germen Deus, vel, Semach Deus. i. Iesus
Deus: reperio in tralatione Lxx virorum, tantùm illam vocem Deus, video desiderari vocem
illam Semach, siue germen, siue Iesus: necesse est reponere ex lectione Hebræa quod deest. Sic
enim docent D. Hierony.& D. August. ex editione Hebræa emendandos Græcos & Latinos
codices, nam etiam sine fraude Iudæorum, per tot annorum interualla potuit intercidere è tra
latione Lxx virorum vox vna, qua ratione putem tralationem D. Hierony. interpretandam
esse: In die illa erit germen Dei. i. germen Deus, hoc est, Iesus Deus:& lectionem Lxx virorum
sic legendam: In die illa illuminabit, vel splendebit germen Deus, vel, oriens Deus, vel, Iesus
Deus, sic accipe. Primum omnium hoc loco, quod D. Hierony. vertit, Domini, Hebraicè est,
Iehouàh, nomen illud tetragrammaton Dei, quòd posit reddi, vel casu patrio, vt reddidit D.
Hierony. Germen Dei, vel, Domini, vel casu nominandi, Germen Deus. Deinde, quòd reddi-
D dit, germen, Hebraicè est, Semach, quòd proprium est Christi nomen vt Iesus, & Emmanuel,
quod Latinè vertere potes, germen, quod sit granum illud fruméti cadens in terrā, quod resur
gens toto terrarum orbe germinauit,& fecit, vt iustitia toto orbe pullulasceret, dictus à Lxx
senior. oriens, eadem ratione, quòd cadens in terram, omnibus locis,& nationibus sit exortus
splendor lucis æternæ. Hic igitur Christus, qui Semach. i. germen dicitur, nominatur hoc lo-
co germen Deus,& interpretor verba D. Hierony. germen Dei. i. germen Deus, quòd lectio
Hebræa ad verbum sic reddi posit. i. in die illa erit Christus Deus, Christum enim appellari
Semach, proprio nomine, discres ex Zacharia cap. 3. vbi ait: Ecce ego adducam seruum meum
orientem, vbi pro, seruum meum orientem, Hebraicè est, seruum meum Semàch. quam vocē
vertunt Latinè D. Hierony.& Lxx seniores, germen, siue orientem, vt dixi. Et idem Zacharias
cap.6. Ecce vir Oriens nomen eius: Hebraicè est, Ecce vir, Semach nomen eius, quibus locis vi-
des spiritum sanctum appellare Christum: Semàch,& docere nos Semàch nomen proprium
esse Christi, vt Iesus, & Emmanuēl, neque scio cur non ita appellemus Christum hoc nomine
proprio, Semach, vt Iesum dicimus,& Emmanuelem, nam vt Lxx vertere, Semach, orientem
ita reddi-

Castigatur lectio Lxx ex Hebræa editione.

Christus dicitur Deus à Lxx viris.

semach, nomen Christi esse, vt Iesus, et Emmanuel, q. Latinè dicitur germē aut oriens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita reddidere Iesum salutare Dei & seruatorem,& Emmanuelem nobiscum Deus: Nihilominus tamen D.Hieron. retinuit nomina Hebræa propria, Iesum,& Emmanuelé, quod ea viderat retinuisse apostolos & euangelistas:quod huius nominis mentio facta non sit ab apostolis, neque ita sit appellatus Christus ab apostolis, visum est fortasse D. Hierony. vertendum esse hoc nomen Latinè,& parui refert, dũ sciamus proprium nomen esse Christi, idque docere prophetas, & retineri potuisse Hebraicè, vt appellaretur Christus, Semach,eadem ratione qua dicitur Christus Iesus,& Emmanuel.Cur enim si hæc nomina Hebræa retinemus Iesus,& Emmanuel, nõ retineamus Semach?quum apertè dicat spiritus sanctus apud Zachariam cap. 6.vbi legitur: Ecce vir Oriens nomen eius:Ecce vir Semach nomen eius.Et cap. 3. Ecce ego adducam seruum meum Semach: vbi legitur seruum meum orientem. Quæ tam anxiè sum persecutus(quãuis parui referat,appelletúrne Christus Hebraicè,Semach:an Latinè germen,si cõstiterit,vt constat ex Zacharia,Christi proprium nomen esse, siue Semach dicas, siue germen) sum,inquam,tam anxiè persecutus, quoniam si constitisset Semach proprium nomẽ esse Christi,omnes verteremus:Erit in die illa Semach Deus,& lectionem D.Hieron.interpretaremur, Semach Dei.i. Semach Deus, sic enim diceremus, vt dicimus Iesum Deũ,potiùs quàm Iesum Dei,Semach Deum, potiùs quàm Semach Dei: Itaque hoc loco proculdubio Lxx legere, In illa die splendebit oriens Deus, pro quo vertere posses: In illa die splendebit Semach Deus.i. Christus, nam Christum appellari Semach Deum, discES ex HIERE. cap.33.vbi dixerat Dominus:Ecce dies veniẽt dicit dominus:&suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israël,&ad domum Iudah,vbi perspicua est promissio Christi:subiecit postea,In diebus illis,& in tempore illo,germinare faciam Dauid germen iustitiæ,vbi Christus, Dauid dicitur, quod esset futurus secundum carnem de semine Dauid.Dicitur etiam eodẽ loco germen iustitiæ,Hebraicè Semach,vt dictum est: in prophetis enim appellatur Christus Semach, & declaratur hoc ipso loco, cur Christus nomine proprio dicatur Semach, ait enim Deus pater,faciã illũ germinare germen iustitiæ toto orbe terrarũ,vt enim Gabriel angelus ait:Appellabis nomen eius Iesum,& huius appellationis causSam reddit: Ipse enim saluum faciet populum &c. sic Deus pater, apud Hieremiam, dicit Iesum appellandum Semach,& appellationis causSam reddit his verbis: Faciam illum germinare germẽ iustitię,subiungit: Hoc est nomen quod vocabunt eum,Deus,iustus noster, vt tribus nominibus diuisim appellandum dicat Semach,dominus, pro quo Hebraicè est Deus, iustus noster, vbi apertè Christus appellatur Semach,& Deus,& iustus,nomine proprio.Videre hoc Iudæi, Christum planè hoc loco appellatum esse Deum,& Semach: & ו mutauerunt in ה vt nõ esset,appellauerũt eum, sed eam, vt referrent ad Hierusalem,& dicerent:Dominus appellauit eam iustitiam nostram, sed non cohæret sermo Hebræus,neq; ratio Grammaticæ patitur deprauationem Iudæorum,adeo vt Vatablus fatea-
tur in commentarijs,legendum esse masculino genere, vt interpretantur Lxx viri: nam Lxx viri aperiunt fraudes Iudæorum,qui CCC.annis ante aduentum Christi,masculino genere reddidere,quam lectionem Vatablus, non admodum iniquus Iudæis, veram esse lectionem fatetur,& sæpè in sacris literis,sine Iudæorum fraude ו deprauatur in ה, quòd notant Rabini,non potest tamen referri ad Deum,quò refert Vatab. sed ad Dauid, & ad Semach, quem missurus erat Deus,ad quem apertè retulere Lxx viri, vt Christus dictus sit hoc loco Semach, & Deus iustus noster, qui locus excruciat Iudæos,& ideo illũ mille versant modis, sed lectio Hebræa & Græca,illorum fraudes detegit.Si ergo Christus dicitur nomine proprio Semach,apud Zachariam: & Semach,Deus, iustus noster,apud Hieremiam,quid mirere,si hoc loco Esaiæ verterint:In die illa splendebit oriens Deus,vel,Semach Deus? Notandum tamẽn, cùm Lxx viri alijs locis vertant: Semach orientem,hoc loco Hieremiæ vertisse:Semach germen: ita tamen, vt de Christo planè interpretentur,nam post illa verba:Germinare faciam Dauid germen iustitiæ.i.mittam Christum,qui germen iustitiæ dicitur, addidere de suo:Et regnabit rex, & intelliget,iuxta crucis titulũ: Iesus Nazarenus,rex Iudæorũ. & iuxta illud Esaiæ:Ecce intelliget puer meus.Vt planè significarint Lxx viri hunc sermonem de Christo esse,non de Deo Patre. Cùm enim dixisset Deus Pater:Germinare faciam Dauid germen,vel,Dauid Semach iustitiæ, & regnabit rex,& intelliget,& faciet iudicium & iustitiam: quibus verbis Christum esse descriptum,vel impius Iudæus non eat inficias: subiunxere Lxx viri: In diebus illis saluabitur Iuda,& habitabit confidenter: quæ verba, quis non videat ad œconomiam redemptionis spectare? postremò sequitur:Hoc est nomen quod vocabunt eum,Dominus,iustus noster: semper enim

Christũ dictum in sacris literis nomine proprio, Deũ, & germẽ, siue orientem, & Semach.

Locus Hieremiæ admirabilis.

A per enim Lxx pro nomine tetragrammato pro Ieoua.i.Deo reddunt dominũ, quibus verbis planè Lxx viri docent Christum nominandum esse proprio nomine Deum& iustum nostrũ: demonstrant enim illũ Dauid quem deus pater missurum se dixerat, illum quem germen iustitiæ appellarat,quem regnaturum dixerant Lxx viri,& iudicium & iustitiam facturum appellandum esse,deum iustum nostrum.vbi Lxx viri verba illa:Faciet iudicium & iustitiam significare putãt idem,quod regnabit rex & intelliget, & iustitiam & iudicium faciet,ità tamẽ vt regnum eius non fuerit de hoc mundo, rex fuerit tamen: nam proprio nomine Christum in scriptura regem fuisse appellatum, docet August. in Psal.26.in princip. & in Psal. 46.in illa verba:Rex magnus super omnem terram,& diuinus Psal.ego constitutus sum ab eo rex super Sion montem sanctum eius,hinc talem regem constitutum super Sion montem sanctum domini, quem pater missurũ se dicit:vocabunt, inquiunt Lxx, deum,iustum nostrum:Lxx ergo, vt supra probauimus illa D.Hiero.ratione,quam diximus, sua tralatione, illam vtilitatem nobis præstãt,vt puncta mutata,& literas inuersas à Iudæis,intelligamus,vt dictum est ex D.Hie
B rony.in epist.ad Damasum,super quatuor Euangelia,in disputatione de tralationib.vt hoc loco præstant,vt intelligamus mutatione vnius litteræ,ꝙ genus masculinũ in fœmininum mutarint,quòd tam violentum illo loco est,tamq; contra omnem rationem Grammaticæ,vt hi etiam qui fauent Iudæis:vitiatum esse fateantur: monent præterea sua tralatione יקרא verbum Hebræum,quod in codicibus Hebræis dispunctum est, vt verbum vocis actiuæ sit, posse dispungi vt sit vocis passiuæ, quòd fieri posse, suprà docuimus, authoritate D. Hierony. & R. Kimhi, vt legatur: Vocabitur Deus, iustus noster: idque apparet,quod Lxx verterint: Vocabunt Deum,iustum nostrum: quæ singula tam exactè sum persecutus, vt appareret hæc duo nomina,Semach,& Deus,diuisim esse legenda in tralatione Lxx,cùm vtrunq; fit nomen Christi. Semach,apud Zachariam cap.6. Deus,apud Hieremiam cap. 33. Vocabunt Deum,iustum nostrum.i.vocabunt Deum,&, vocabunt iustum nostrum: sic ergo duplici nomine vocatum Christum hoc loco Esaiæ puto. Splendebit Semach, Deus: & fortasse altera vox Græca excidit è tralatione Lxx virorum:nam,quòd D.Hieron.reddidit: In magnificentia, Hebraicè est, לתפארת .i.in magnificentia, vt reddidit D. Hieron. Sed summopere notandum est, צמח, Christi
C esse propriũ nomen,quòd hæc vox Hebręa significat,desideratũ & dilectũ:Christus porrò in litteris sacris dicitur,desideratus & dilectus, quod docet AVG. in præfatione in Psalm.34.rationem subijcit:Quid autem desiderabilius eo, quem videntes martyres mori cupiunt, vt ad illum venire mereantur? & Philosophi illum appellant ipsum amabile,vt discES ex ARIST. 12.Metaphys.Et si diligenter aduertis,Christus ab Hieremia cap.3.dicitur צמח: postquàm promisit dominus Christum, & fœlicitatem noui testamenti illis verbis: Quomodo ponam te in filios,& tribuam tibi terram desyderabilem,hęreditatem pręclaram? pro hoc vltimo Hebraicè est צבי, quam vocem D.Hieron.illo loco reddidit hæreditatem præclaram, sicut in Esaiæ loco hoc: In magnificentia,quòd hæc vox multa significat: Lxx vero,illo loco Hieremiæ reddidere Dei,vbi Christum Lxx: de eo enim sermo erat,appellauere Deum: & ita D.Hieron.in comment.in illum locum explanat,quanquam magis probat tralationem Theodotionis impij Iudæi quàm Lxx: sed fat est,quod D.Hieron.docet,Lxx viros צבי reddidisse Deum, & de
D Christo intellexisse: & cùm צבי significet dilectum & desyderatum, & Christus dicatur dilectus & desyderatus in scriptura & Deus:nescio cur tralatio Lxx,D.Hieron. displiceat. Quo magis autem tibi placeat tralatio Lxx virorum, accipe lectionem Hebræam ad verbum redditam: Tribuam tibi terram desyderabilem, hæreditatem dilecti Sabaoth Gentium, Itaque quòd alijs locis deum Sabaoth,scriptura dicere solet hoc loco צבי, scbi Sabaoth nominat:vnde Lxx viri pro dilecto Sabaoth,dixêre Deũ Sabaoth: docuêre nimirũ dilectum Sabaoth dici ab spiritu sancto hoc loco, quem semper solet dicere,idẽ spũs.S. Deum Sabaoth,vt Christum quem hoc loco dilectum Sabaoth nominat Hieremias, intelligamus esse, quem scriptura appellat Deum Sabaoth. Age, tu nunc cogita,& dispice, quis esse possit hic qui à propheta dicitur,dilectus Sabaoth: & vide an potuit esse alius quàm Christus? si possit alius intelligi, non causSam dico,quin damnentur Lxx seniores erroris: si necesse est Christum hic intelligi, & de Christo hic sermo est,& Christus est scripturæ finis, nescio cur improbetur tralatio Lxx viro rum,quòd Christum sonet,cùm Hebræa lectio,dilectum Sabaoth Gentium præferat: & dilectus nomen sit Christi,& dilectus Sabaoth dicatur alibi,Deus Sabaoth.Gẽtium dicitur, quòd relicto populo Iudæorum transijt ad Genteis: qua de re lege epist.3.CLEM. Papæ tom.1. Conciliorum

Lxx viri significant Christũ appellandum Deum.

Lxx Christum, Deũ appellant.

Christus à Lxx viris dictus dilectus Sabaoth, sicut Deus Sabaoth.

Locus admirabilis Hieremiæ.

Christ⁹ nomine proprio Semach, et Deus dict⁹, & magnificentia.

צבי Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciliorum, de vaticinijs. Igitur, transitus Christi ad Gentes, צבי, Latinè sonat dilectus, & desideratus, vt sit, desyderatus & dilectus Sabaoth Gentium. Sed dices Lxx vertisse θεὸν παντοκράτορα .i. Deum omnium imperatoris, idem enim est Deus Sabaoth Hebraicè, &, Deus omnium imperator Latinè: postea addidit propheta, Gentium, vt, quemadmodum anteà dicebatur Deus Sabaoth. i. Deus imperator exercituum angelorum, post Christi crucem dicatur, Deus exercituum Gentium, vt docet D. Clemens, quemadmodum apud Esaiam dicitur: Deus vniuersæ terræ, vocabitur post crucem, scilicet, ex quo explanandus est locus admirabilis Esaiæ cap. 28. & alter cap. 24. vbi si צבי, dilectũ & desyderatum pro Christo explanes, videbis quanta Christi resplendeant mysteria. D. Hierony. vertit hoc loco: In magnificentia: Magnificentia porro Christi nomen esse, etiam te docebit CYRIL. de incarnatione vnigeniti, tom. 1. Concil. Videtur ergo hoc loco, iuxta tralationem Lxx virorum, & si ita interpretère, vt diximus, esse pollet figura quædam oratoria, quæ hypotyposis, siue enargia dicitur, cùm res quæ geritur, ita deferibitur, vt cerni videatur, vt cùm exultantium clamor & vociferatio, quæ à gestientibus præ lætitia edi solet, ita exprimitur, ut non clarior fuerit expectantibus, qualis illa Maronis: —— Humilemq; videmus Italiam, Italiam primus conclamat Achates, Italiam socij læto clamore salutant. vt versus ipse repræsentet clamorem gaudentium, quòd in Italiam venerint, & animi gaudium, illa acclamatione testantium, Italia, Italia, Italia. Quid vetat ergo Lxx viros, sic hunc locum intellexisse Hieremiæ, & nos hunc locum Esaiæ ex Hebræa lectione sic explanare posse, vt per hypotyposin & enargiam, summa lętitia prophetæ nunciantis aduentum Christi, varietate nominũ Christi exprimatur, & adclamatione illa læta? Adest Semach ille appellatus, ille Deus, Dominus ille exercituum, cùm præsertim quæ sequuntur, vt ostendemus, sint etiam Christi nomina. Et AVGVST. docet de doctrina Christiana, lib. 4. linguas & artis Rhetoricę præcepta, ad scripturę expositionem esse aduocanda. Docet igitur CICERO de finibus bonorum, & malorum, lib. 3. insignem fieri rem de qua agitur, hac repetitione eiusdẽ rei: cùm enim honestum appellasset honestum, rectum, laudabile, decorum, subiecit: Erit enim notius, quale sit pluribus notatum vocabulis idem declarantibus, & docuerat suprà, rem pluribus nominibus declaratã, magis insignem factam esse, quòd docét etiam Dionys. Halicarnasseus, Aristides, Demetrius Phalereus, & alij Rhet. Græci.

quid? צְבִי

Christi aduentus hypotyposis.

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
In die illa erit germen Domini, in magnificentia, et gloria, fructus terræ sublimis, et exaltatio ijs, qui saluati fuerint ex Israël.	In die illa splendebit Deus in consilio, cum gloria super terram, vt exaltet & glorificet, quod reliquum est Israël.

EVSEB. lib. 2. euang. demonst. cap. 37. In die, inquit, illa, in qua prædicta complebuntur, de vocatione Gentium, de ruina Iudæorum, splendebit Deus super terram, ad exaltandum & glorificandum residuum, quod fuerit in Sion, & quod fuerit residuum in Hierusalem, & subijcit, dictum hoc de apostolis Domini, & euangelistis, de diuina illa potentia, qua in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fineis orbis terræ verba eorum: & ex illo tempore vsq; ad nostra tempora, ecclesiæ Christi sermones illorum in ore habent, & doctrinam, & legem noui testamenti, & vt sit exaltaturus Dominus in consilio super omnẽ terram, & glorificaturus residuum Israël. i. apostolos & euangelistas, & eorum doctrinam euangelicã, quod factum toto terrarum orbe videmus, exaltatos super omnem terram apostolos & euangelistas, & euangelicam doctrinam eorum super terram à Domino. AVG. loco citato: Illuminabit Deus in consilio, cum summa gloria super terram. i. illuminabit omneis homines, qui sunt super terram. In consilio & sapientia. i. aperiens omnibus sensum rerum cælestium, vt exaltet, & glorificet, quod reliquum est Israël. i. reliquias Israël, apostolos, & euangelistas, & discipulos Domini: cum gloria miraculorum. s. vt interpretatur D. BASIL. cum consilio, id est, cum iudicio, vt perdat incredulos, clarificet eos qui crediderint. Tamen hic locus in tralatione Lxx virorum, truncus est & mutilus, magna quædam hic fortasse dicebant Lxx, & est hic locus fortasis ex illorum numero, quos vitiatos & deprauatos, ait, à Iudæis Iustinus Martyr, quòd Christum sonarent manifestissimè. Deest enim in tralatione Lxx, illud quod vertit D. Hierony. fructus terræ, & alia, sed tam truncus est hic locus, vt non sperem me posse in integrum illum

A illum restituere ex lectione Hebræa. A D. Hieronymo est redditus mirabiliter Latinè, & fortasse ita possis interpretari, vt exprimat illam lætitiam prophetæ, quam diximus, pluribus nominibus annunciantis Christi aduentum: Erit in die illa, Semach ille, ille Deus, ille dilectus exercituum, ille gloria patris æterni dictus, ille terræ fructus sublimis, illa gloria & decus populi Israëlitici, illa sanctorum corona. Nam dixi suprà: Germen Domini, si excutias lectionem Hebræam, & constiterit semel, vt constat, germen, quod Hebraicè dicitur Semàch, esse nomen proprium Christi, necessariò explanari debere Semàch Deus, vt, Iesus Deus. Quis enim interpretaretur: Erit in die illa, Iesus Dei? qui minus ergo, vt Iesum Deum diceres, Semàch Deum verteres, si vtrunque proprium Christi nomen est? excepto, quòd ex Hieremia diuisim legeres, Erit ille Semàch, ille Deus, cùm vtrunque sit nomen Christi, sed parui refert, si coniunctim legas, Erit ille Semàch Deus, in magnificentia, quod ostendi verti posse: Ille dilectus Sabaoth. i. ille Deus Sabaoth Gentium, Deus exercituum nationum, vt olim dictus est Deus exercituum Angelorum: sed versum est etiam optimè à D. Hierony. Erit germen Dei: germen

Christi aduentus hypotyposis. צבי quid?

B Deus in magnificentia, magnificatus ab omnibus nationibus: nam vox Hebræa צבי, significat gloriam, decus, magnificentiam, desyderium, siue desyderabilem, & dilectum, & amorem: erit ergo in desyderio, & in amore omnium Gentium, in magnificentia omnium Gentium, quem magnificabunt omnes Gentes, dicuntque: Magnificat anima mea Dominum, & erit gloria illa patris, nam Christum dici in scriptura Gloriam, dicendum est pluribus, in illud cap. 49 In vmbra manus suæ protexit me. Declaratque Cyril. gloriam & magnificentiam, Christi esse nomina, lib. de incarnatione vnigeniti, tom. 1. Conciliorum. Et erit fructus terræ sublimis. i. erit Deus, vt inquit GREG. super Ezechiel. lib. 1. homel. 3. Pro nobis incarnatus est: fructus terræ factus est nobis: sed iam fructus terræ sublimis, qui homo natus in terra, super angelos regnat in cælo: quanquam quòd Hierony. vertit, Sublimis, Hebraicè est לְגָאוֹן, quod verti potest: Sublimitas, decus, & gloria, vt sit illud: Gloriam plebis tuę Israël, nam, ל, frequenter est articulus casus nominandi, nec est, cur quisquam improbaret tralationem D. Hieronymi, quòd casus nominandi fecerit voces has Hebræas, quibus appositus est articulus, ל. Deinde: Et exultatio Hebraicè תִּפְאֶרֶת, exultatio, siue corona, & Christus hoc nomine frequentissimè appel-

C latur in scriptura. תִּפְאֶרֶת .i. exultatio, & corona sanctorum. In tralatione Lxx virorum, hæc postrema verba reddita videntur Græcè, reliqua omnia expuncta sunt, aut truncata. לְגָאוֹן וּלְתִפְאֶרֶת לִפְלֵיטַת יִשְׂרָאֵל .i. In sublimitatem, & gloriam, residuo ex Israël: quòd Lxx interpretantur, hoc est, vt exaltet, & glorificet, quod residuum est Israël, quæ verba sumus interpretati ex August. Euseb. & Basil. & certè, si locus est vllus expunctus, & vitiatus à Iudæis, vt docet Iustinus in dialogo aduersus Tryphon. quòd mysteria Christi magna reseraret, quouis pignore contenderem, vel hunc primum esse. Cur enim à principio vna vox est expuncta, & posteà tam multæ voces expunctæ sunt, & relicta sunt postrema? nisi fraude Iudæorum id esset effectum.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Hierusalem: sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Hierusalem.	Et erit quod relictum est in Sion, & quod residuum est Hierusalem: sancti vocabuntur omnes, qui scripti sunt in vitam in Hierusalem.

D EVSEB. demonst. euangel. lib. 2. cap. 37. in principio, & fine capitis, cùm dixerit Dominus exaltandum esse & glorificandum, quod residuum fuerit in Hierusalem, & Sion: Nunc explicat, quid sit illud residuum quod dixerit exaltandum, & glorificandum: Illi, inquit, sunt, quos appello residuum, qui ex vastitate Iudææ, inuecta à Romanis, relicti fuerint in populum Dei, Apostoli, discipuli omnes, & fideles: reliqui autem, fame, aut incendio, aut peste, aut ferro absumpti sunt, aut pulsi bonis omnibus, per totum orbem sunt dispersi: soli Apostoli, & fideles seruati ex illa clade, per omneis terras illustres, & inclyti sunt facti, innumeris ędificatis ecclesijs: Lxx hoc planè significant, cùm enim dixissent exaltaturum, & glorificaturum Dominum, quod reliquum esset ex Israël, apostolos, scilicet, & fideles, explanantes quod dixerant, subiunxêre: Et erit quod reliquum in Sion, & quod reliquũ est Hierusalem, nã Græcè idẽ verbũ est ter repetitũ, sic: Vt glorificet quod reliquũ est Israël: & erit reliquum in Sion: & reliquũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scripturæ ſeipſas explanant.

in Hieruſalem,vt intelligamus primum verbũ,quod erat reliquũ exaltandũ à Dño,explanari A per duo verba ſequentia,quaſi dicerent:Dico illud reliquum exaltandũ à Dño,quod reliquũ fuerit in Sion,& quod reliquũ fuerit in Hieruſalem.i. reliquias quę ſaluę factæ ſunt,hos ſolos reliquit ſibi Dñs ex plebe Iudæorũ,Iudæos perfidos repulit,& reprobauit: dimiſit enim Dñs populũ Iudæorũ: hoc cõpletũ videmus,inquit Euſeb.cum ſanctorũ apoſtolorũ euangelia,& epiſtolas,toto terrarum orbe,legi & prædicari videmus,cùm omnes omniũ gentium eccleſię, eorum ſermones,& doctrinã prædicent,& noui teſtamenti, quod illi prædicarunt,lumine omnes Gentes illuſtrentur.An qui hæc vident, negare poſſunt completam prophetiã,qua Dominus pollicitus eſt glorificaturum ſe fuiſſe,quos ſibi reliquiſſet ex populo Iudæorum.i.apoſtolos & diſcipulos:de quibus ſubijcit propheta:Sancti vocabuntur omnes.i.hi quos Dñs dixit glorificandos,apoſtoli,ſcilicet,& euangeliſtæ, vocabuntur ſancti: & ſcripti ſunt in vitam in Hieruſalem.i.ſcripti ſunt in libro vitæ,ſic Euſeb.Et D.Baſil.qui ait idem eſſe cum illo: Gaudete,quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.Sic D.Hieron.& alij.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Si abluerit Dominus ſordeis filiarum Sion, et ſanguinem Hieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, et ſpiritu ardoris.	Quia abluet Dñs ſordeis filiorum & filiarum Sion,& ſanguinem Hieruſalẽ emundabit de medio in ſpiritu iudicij,& ſpiritu ardoris.

HEbræa vocula אם, ſignificat,ſi,vt vertit D. Hieron. Si abluerit Dominus: ſignificat etiã quoniam,&,cùm,vt Numeror.36.cùm iubileus. i. quinquageſimus annus aduenerit. Et Geneſ.38.Quando ingrediebatur,&c.quibus locis אם vox Hebræa reddita eſt Latinè, cùm,& quando, & ſic hoc loco verti poteſt: Quando abluerit, vt ſignificet futura ea quæ prædicta ſunt, Quando Deus abluet ſordeis filiorum, & filiarum Sion, id eſt, quando ſacrum baptiſma dederit Dominus, vt interpretatur D. Hieronymus, idem ſignificat: Si abluerit Dominus, id eſt, ſiquidem abluet Dominus, vel, quoniam abluet Dominus. AVGVST. loco citato, intelligit his verbis, fidei ſacramentum declarari, hoc eſt, baptiſma, quo purificantur, & qui rei fuerant mortis,vt ſint æternę vitæ hæredes: & docet ſignificari etiam hoc loco promiſcuè iuſtos,& peccatores egere dono Dei, peccatores propter delicta propria, iuſtos propter ſententiam latam in Adam.Lege eundem AVG.de ciuitate Dei lib.20.cap.25.CHRYS.in homelia de Spiritu ſancto:non ſolùm hic ſacrum baptiſma ſignificari putat, ſed inferiora verba, de Spiritus ſancti donis eſt interpretatus: In ſpiritu iudicij,inquiens.i.dans gratiã iudicij, vel donum iudicij Spiritus ſancti.Et in ſpiritu aduſtionis.i. punitionis & purgationis,per vim punitricẽ Spiritus ſancti: quibus verbis Chryſoſt. hæc duo dona Spiritus ſancti ſignificari putat donum iudicij,quo fideles agnoſcunt Chriſtum,& purgant mentis tenebras, & donum punitionis,qp Chriſtus pro magno munere dat, vt puniat & caſtiget quos diligit. Ait enim Chryſ. Spiritum ardoris.i.ſpiritum caſtigationis.i.præſtat Dñs amorem ſuis ardentiſsimum, quo carnomata adurat.Significat hoc idem CYRILL.in Ioan.in illa verba: Omnem palmitem in me non ferentem fructum,vbi ait: Hæc eſt ſpiritalis purgatio, abſque dolore non fit: dolere nanque ſanctos, cùm à Deo caſtigantur, docet Eſaias, dicens: Cum abluerit Dominus, &c. Hunc locum explanat ORIG.multis verbis in cap.2.Luc.homil.14. in illa verba: Cùm autem impleti eſſent dies circunciſionis.Et in cap.2. Hierem. homil.12. vbi multa ſunt, & notatu digna plæraque.Addidẽre de ſuo Lxx vocem illam,filiorum, cùm Hebraicè tantùm legatur, filiarum Sion: ſed mihi perplacet ſententia Augũſtini, vt ſignificatum hoc loco ſit tẽpus quando promiſſa ſunt complenda: quando,inquit, Dominus ſacro baptiſmate eluerit generis humani peccata,tunc ſpiritum ardoris datum eſſe ſignificat, nõ enim in nuda aqua abluti ſumus, ſed ſpiritu ſancto, & igne diuino liquatæ & excoctæ ſunt animorum noſtrorum ſordes. Ita D.Hierony.Cyrill.Procop. IREN.lib.4.cap.39.hoc vaticinium putat eſſe completum, cùm in literis euangelicis Dominus lauit pedes diſcipulorum:Cùm venit,inquit, plenitudo temporis, ipſum verbum per ſeipſum abluit ſordeis filiorum Sion,cùm lauit pedes diſcipulorum,vt qui ſerui eramus mortis,ablutis quæ ſunt mortis,in vitam veniremus Dei: qui enim pedes lauit diſcipulorum,totum ſanctificauit corpus,& tunc miniſtrauit eſcam.i.vitam.Lege Clementem Alexand.pædagogi lib.3.cap.9.

Omnes egent dono Spiritus.S. Iuſti ex plebe Iudæorũ, vt Iob, & peccatores.
Spiritus iudicij.
Spiritus ardoris.

D.HIE-

A

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion.	Et veniet, & erit omnis locus montis Sion.

Sion mons locum omnem ſuper erit venit Et (VEL) ו בָּא יִהְיֶה עַל כָּל מְכוֹן הַר צִיּוֹן
montis Sion monte locum omnem ſuper Deus creabit Et ו בָּרָא יְהוָה עַל כָּל מְכוֹן הַר צִיּוֹן

INdiſputatione de tranſlationibus demonſtrauimus, plurimis locis in codicibus Hebræis, duplicem eſſe lectionem,etiam ſine fraude Iudæorum,& multis locis Iudæorum fraude vna,duabuſue litteris additis,aut leniter inflexis,mutatam eſſe lectionem Hebræam, Apoſtolorum,& D.Hieron.teſtimonio oſtẽdimus,quod fatetur Auguſtinus Eugubinus in Geneſim, B Iudæis non admodũ iniquus,ſemper tamen cauit Deus, vt ſuprà dictum eſt,vt editio Hebręa, etiam ſi duplicem præferat lectionem,ſacrum habeat ſenſum:plerunq; vtraque lectio magna præferat myſteria,vt ſæpè ſuſpicer,duplicem illam lectionẽ relictã à prophetis,& data opera ſpiritum ſanctũ voluiſſe,vt duplex eſſet lectio, vt vnius literę duaru múe mutatione duo magna reſerarentur Chriſti myſteria,quorum nonnulla erunt hoc opere exempla:hoc loco admirabile ſignificatur vaticinium,iuxta tralationem Lxx virorum, quæ ſignificat nobis Lxx viros pro בָּרָא legiſſe vna litera minus בָּא, nam puncta olim non erant, & pro יְהוָה, mutatione vnius literæ,ו,in,י,quæ frequentiſsima mutatio in literis Hebræis eſt,legiſſe יהיה, & ſic vertiſſe:Et veniet,& erit omnis locus montis Sion,nam lectio Hebræa ad verbum verti poterat,detracta vna litera,& mutata altera,vt legere Lxx:Et veniet,erit ſuper omnem locum mons Sió, quòd D.Hieron.interpretatur de Chriſto:Veniet,inquit Chriſtus,& perſpicuum eſſe ait:ſic intellexiſſe Lxx ſeniores. HIPPOL.Pontif.Romanus in Danielem, interpretans illud hiſtoriæ Suſannæ:Quaſi ſuſcitatus de ſomno populus,Chriſtum dictum eſſe, ait, à prophetis venientẽ, C & quoties veniet,abſolutè legimus de Chriſto intelligi debere,ſiquidem Chriſtus à prophetis dicitur veniens. D.BASIL.Poſt expiationẽ,inquit,quæ per lauacrũ regenerationis fit, veniet tẽpus,quando omnis locus counietur monti Sion. Itaq;,Veniet,retulit ad tempus. CYRIL.ad tempus,& ad Chriſtũ referri poſſe,ait,ſed multò meliùs D.Hieron.Veniet Chriſtus,ſiquidem veniens dicitur Chriſtus,vt docet Hippolyt.vt apud Abacùc: Veniens,veniet,& nõ tardabit. & infrà: Veniet de Sion qui liberet. Sed quòd ſummopere notandũ eſt hoc loco,refellitur Iudæorũ ſtultitia,qui expectant auream Hieruſalem,ecce authore Eſaia,iuxta tralationẽ Lxx virorum:Omnis locus erit mons Sion,ecce ſignificatur tempus illud,de quo Dñs, quando veri adorarores,neq; in monte,neq; in templo Hieroſolymitano erant adoraturi, ſed vbicunque terrarũ agas,eris in monte Sion,eris in Hieruſalem, quæ habitatur ſine muris, à termino orbis terrarum,vſq; ad terminũ orbis terrarũ.Omnis locus,inquit BASIL.counietur monti Sion, & lectio Hebræa ad verbũ reddita,ea inquam,quam agnoſcunt Lxx viri,eſt: Veniet,erit ſuper omnem locũ mons Sion,quod interpretantur Lxx.i.omnis locus erit montis Sion.i.pars monris Sion,quod omnia occupabit mons Sió.i.eccleſia. De hac re EVSEB.de demonſt.euang.lib. D 1.cap.4.& de præp.euang.lib.1.cap.1.vbi pluribus refellit Iudæos, quòd olim non liceret adorare aut ſacrificare,niſi in templo in Hieruſalẽ,& his verbis & huiuſmodi, docet prædictum à prophetis abrogandam legem Moſis,nam qui omnem locum dicit futurum mõtem Sion, aut partem montis Sion,vbi templum erat Dñi futurum dicit,vt abrogaretur lex Moſis, qui vetabat Dñm adorare,& placare ſacrificijs vllo alio in loco,quàm in mõte Sion,neq; cohærere poteſt hoc vaticiniũ cum lege Moſis,vt omnis locus ſit mons Sion,aptus ſacrificijs Dñi,cùm in lege Moſis maximũ crimen ſit adorare Dñm alibi q̃ in monte Sion, neq; cohæret illud Sophoniæ cum lege Moſis:Adorabunt eũ omnes de loco ſuo. neq; illud Malachiæ:In omni loco offeretur thymiama nomini meo.Nã qui poſſunt hæc duo conuenire inter ſe,vt Dño nunquam fiat ſacrificium,niſi in Sion,in templo Dñi,& vt in omni loco ſacrificetur Domino? Hic locus Eſaiæ eſt ex illorum numero,quos noſtri citare non audent,quòd vociferantur Iudæi nihil tale præferri lectione Hebræa,vt docet Orig.in epiſt. ad Aphricanũ: Si Lxxii Iudæi tribus ſecundis ante tẽpora Chriſti hoc prædixiſſent,quod rerũ probauit euẽtus,prophetas eos cũ Aug.dicerẽ,ſed mutatione duarũ literarũ,vt dixi,reperies lectionẽ Hebræã cõſentientẽ cũ tralatione

Duplex lectio in codicibus Hebræis, & vtraq; vera, & magna præfert myſteria.

Venit, cùm abſolutè dicitur, intelligendũ eſt de Chriſto.

Abrogatur lex Moſis.

Mons Sion in omni loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lxx virorum,quòd si diceremus Iudęos tam manifesto oraculo confixos,expunxisse vnã lite Scrulam,& alteram mutasse in similem,à vero ne abhorrere videretur,vt inquit Iustinus Martyr vnam expunxisse literam eos,qui testes resurrectionis Dñi, larga corrupere pecunia, vt tacerent,et dicerẽt apostolos Dñi clàm surripuisse corpus,& alias similes huic concepere inexpiabiles fraudes? Sed,agè,largiamur Iudæis lectionem Hebræam hoc loco,nec ab eis vitiatã, nec hoc loco esse duplicem,vt alijs locis innumeris est duplex lectio: quid? quòd lectio Hebræa hoc sonare potest,etiam ea quæ nunc circunfertur,quòd aiunt Lxx viri CCC.annis ante tempora Christi,si sic dispungas & distinguas,vt distincta à Lxx viris est. Nam si apponas distinctionem post illam vocem,Sion,vt illic finis sententiæ sit,necesse est sic Latinè reddas: Creabit Dominus super omnem locum montem Sion: quid apertiùs? an potuit planiùs & dilucidè magis dici,ædificandam ecclesiam in omni loco orbis terrarum? quàm si dicatur: creabit Dñs super omnem locum montem Sion? nec enim explanabis hoc corporaliter, quasi creandus sit mons Sion super omnem locum,vt mons Sion totum mundum occupet,sed necessitas ipsa te cogit,hoc de ecclesia intelligere,quæ non futura erat in Iudæa solùm,vt olim erat synagoga,sed in omni loco,vbicunq; euangelium reciperetur. Agè,tu te cogita, si sic distinguas oratione an possis vertere aliter lectionẽ Hebræã,si perfectũ sensum sis facturus, intra hæc verba,certè si te vertas in omnes facies,aliter reddere non queas,quam si dicas: Creabit Dñs super omnem locum montẽ Sion,pro quo si Lxx viri dixissent: Et veniet, & erit omnis locus mõtis Sion,siue mons Sion,quid eos quisquam accusaret? an quòd scripturam interpretarentur,addidissentq; de suo? Et veniet,quod de Christo in scriptura semper dicitur,vt intelligeres quando futurum esset,vt omnis locus esset mons Sion,quando(inquit)veniet,qui venturus est, tũc omnis locus orbis terræ,erit pars montis Sion,erit pars ecclesiæ. Dices, negabunt Iudæi sic distinguendam orationem Hebræam: fateor,negabunt Iudæi: si enim sic distinguas, vix locum vllum reperias,quo magis constricti in vinculis Iudæi teneantur. Lege EVSEB. locis citatis,& intelliges,quantopere hic locus Iudæos premat & iugulet, quanq, planũ & manifestũ de Christi temporibus hoc sit vaticinium: fateor,inquies,iuxta tralationem Lxx virorum, imò multò planiùs iuxta lectionem Hebræam,si sic distinguas lectionem Hebræã, vt distinxere Lxx trecentis annis ante tempora Christi,instructi doctrina spirituali, quàm à Mose, & prophetis, & maioribus acceperunt,vt Iudæi aliter distinxerint, quod viderent se hoc vaticinio iugulari. Cur ergo dices D.Hieron. hanc distinctionem non est secutus? nẽpe quòd necesse erat vertere lectionem Hebræam ita dispunctam,vt circunferebatur eius temporibus, vt concessis,& confessis aduersus Iudæos in disputando scripturæ testimonijs vteremur,vt docet Origad Aphrican. Tralationẽ D.Hieron. posse quoq; sic explanari,docebimus proximo cõmẽtario.

Lxx viri, ccc annis ante aduentum Domini, docent montẽ Sion futurum in omni loco.

Vaticinium de Christo, & ecclesia apud Lxx viros.

Iudæi hoc vaticinio pertrahuntur in aduersarium, quod aiunt,

Cur D. Hieronymus recesserit apud Iudæos distinctionẽ sequatur.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et creabit Dñs super omnem locum montis Sion,et vbi inuocatus est nubem per diem, et fumũ,et splendorem ignis flammantis in nocte.	Et omnia quæ in circuitu eius obumbrabit nubes per diem.

QVòd D.Hieron.dixit: Vbi inuocatus est,non minùs conuenienter Hebræę lectioni, Lxx edidere: Omnia quæ in circuitu eius, nam Hebraicè est וְעַל מִקְרָאֶהָ .id est. Super ecclesiã eius,vel,super congregationem eius,quod Lxx dixere: Super omnia quæ in circuitu eius sunt, tamen,intelligas,oportet,Hebraicè esse,super ecclesiã eius, quòd optimè reddidit D.Hieron. vbi inuocatus est Deus. THEOD. Docet,inquit, Esaias, quemadmodum cùm Israël seruiture Aegyptiaca est liberatus,ducebat eos nubes per diem,& noctu prælucebat ignis columna: itidem facturum Dñm post Christi aduentum, vt præsit ecclesiæ nubes. i. sacrum baptisma, & spiritus sanctus ductor & rector ecclesiæ,vt Paulus interpretatur. Sic Basil. Cyrill. & Procop. Sed dictum est suprà ex authoritate veterũ patrum,quoties Esaias citat historiã aliquã veteris testamenti,significari nobis esse typũ eius rei,quam vaticinatur,sicut hoc loco cũ D.Paulo docet esse typũ sacri baptismatis,ego tamen respexisse puto Esaiam ad ca. 40. Exodi, vbi tabernaculũ testimonij operit nubes,& gloria Dñi: nã Numer.cap.16. meminit eiusdẽ tabernaculi, & vbi D.Hier. vertit: Apparuit cunctis gloria Dñi, Hebraicè est: Visa est gloria Dñi omni cõgregationi,& sic vertũt Lxx. Et cùm loquitur Dñs de hoc tabernaculo, quod erat typus Christi & ecclesię, semper adiũgit omnẽ congregationẽ, quæ vox est etiã hoc loco pro ecclesia, pro qua

Canon.

A cap.40. Exodi ponitur, habitatio, nam vbi D. Hieron. vertit: Operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Dñi impleuit illud. Hebraicè est, Gloria Dñi impleuit habitationem מִשְׁכַּן à verbo שָׁכַן .i. habito, vt recinit ecclesia sacris cantionibus, in hoc tabernaculo Dei: vnde Esaias maluit dicere מִקְרָאֶה, quasi dicat, ecclesiã Dei, nã vt ecclesia dicitur à verbo Græco καλεῖν i. vocare, quòd vocati simus ad fidem, ita à verbo קרא .i. voco, micraea, ecclesia vocata: certè ecclesia Hebraicè aliter dici nó potest: & sic apostolos & euangelistas vocasse ecclesiã quę ex Iudæis prima fuit, certa res est, nã nullũ aliud verbũ est, quo magis propriè Hebraicè ecclesiã dicas: ergo cùm dixissent Lxx omnẽ locũ futurũ esse montẽ Sion, maluêre dicere, nubẽ Spiritus sancti, cooperturã omnia in circuitu montis Sionis. i. omnẽ locũ orbis terrarũ, qui iã etiam est mons Sion, quã ecclesiã. i. congregationẽ vocatorũ ad fidem, ne vnã aliquã paruã congregationem significasse viderentur: maluêre ergo definitionẽ ecclesiæ ponere, q̃ ipsum ecclesię nomẽ, ergo hanc ecclesiã, vel hæc loca omnia orbis terrarũ, quæ facta sunt mõs Sion, obũbrat nubes per die. i. baptismus Christi, & gratia spiritus sancti, quæ mentis humanæ discutit tenebras, iuxta Pauli interpretat. 1. ad Corinth. ca. 10. Notandũ tamẽ in tralatione Lxx, eadẽ verba reperiri quæ in euangelijs, ἐπάξει νφέλη .i. obumbrabit nubes. Marcus euãgelista νφέλη ἐπισκιάζουσα ἐγένετο αὐτοῖς, nubes obũbrabit eos. Et Matt. ca. 17. lege tamẽ quæ annotata sunt suprà ex Chryso. oratione. III. ad uersus Iudæos, in illa verba cap. III. Ecce dñinator Dñs: vnde hũc locũ explanabis mirificè: & nubẽ Paulus interpretatur Spiritũ sanctũ, & baptisma, vt agnoscas hoc loco verba Pauli de nube, & ipsissima euãgelistarũ verba: Obumbrabit nubes, & interpretatur ignẽ, in quo baptizat Dñs, lumen quod exortũ est ijs, qui in tenebris erant. Et φωτισμὸς appellari baptismũ à Dionys. & Damasc. notissimum est. Agnosces fumũ, quo apud Ioan. Apocal. ca. 15. impletur tẽplum à maiestate, & gloria Dñi, vt omnia hæc congruant tralationi Lxx virorũ. CYRIL. in cõment. Dñs, inquit, velut nubes, solis æstũ refrigerat, sic Dñs per Spiritum sanctum æstũ prauarum cupiditatum, & prauarũ affectionũ restinguet ardorem. CHRYS. in homil. de Spiritu sancto, sic explanat, & postulari à nobis, ait, spiritum principalẽ, quo imperemus prauis affectionibus, & earum pugnam sedemus. In nocte interpretantur, in ignorantia peccatorum, & nocte dæmonum, polliceri Dñm nobis splendorem ignis flammantis. i. gratiã spiritus sancti illuminantis, eodem spectat interpretatio D. Basil. & D. Hieron. Ex his quæ diximus, interpretabimur tralationem D. Hieron. Creauit Dñs super omnem locum montis Sion. i. super omnem ecclesiã, & super omnem eius locum, vbi inuocatus est. i. vbicunque toto orbe inuocabitur, & non solùm Hierosolymis. Nubem per diem. i. sacrum baptisma, & cætera, vt suprà sunt explanata.

Ecclesia, Hebraicè micraea. Mõs Sion, omnis locus.

B

C

D

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Super omnem gloriã protectio, et tabernaculũ erit in vmbraculũ diei ab æstu, et in securitatẽ, et absconsionem, à turbine, et à pluuia.	Omni gloria protegetur, & erit in vmbram ab æstu, & in protectione, & in abscondito à duritie, & pluuia,

QVòd D.Hiero. vertit cõuenienter lectioni Hebrææ: Super omnẽ gloriã protectio. i. protectio ecclesię, de qua sermo est, erit super oẽm gloriã, scilicet, legis veteris, interpretatur Lxx, Omni gloria protegetur, subaudi ecclesia, de qua sermo est, quia data est ecclesiæ maior gratia spiritus sancti: lex enim noua, est lex gratiæ, & edita sunt multò maiora miracula: redditur causa eorũ quæ dixerat de fœlicitate ecclesię, quia scilicet ecclesia habebit Dei protectionem, super omnẽ gloriã synagogę, quæ enim illic accidebant in vmbra, hic erunt veritas. Quod Hieron. reddidit: Et tabernaculũ erit in vmbraculũ diei ab æstu. i. hoc tabernaculũ quod est ecclesia, erit in vmbraculum. i. in vmbram, & refrigerium, ab æstu, prauarum affectionum, vt sub gratia spiritus sancti, quæ est in ecclesia, tanquam sub vmbra amœnissima sedẽtur nostrarum prauarum affectionum ardores: Edidêre Lxx etiam conuenienter Hebræę lectioni, Et erit in vmbram ab æstu. i. protectio illa gloriæ Domini, qua proteget ecclesiam suã erit in vmbram ab æstu prauarum affectionũ, vt explanant Cyril. & Chrysost. Lectio Hebræa est וְסֻכָּה תִּהְיֶה לְצֵל יוֹמָם .i. protectio erit ad vmbrã die. i. Christus, qui est protectio nostra, erit ad vmbram. i. loco vmbræ die, cùm sol ardet. i. in æstu prauarum cupiditatum. AMBR. in cap. 15. Luc. lib. 7. de duobus filijs, nos autem, quibus ante faciem Christus est Dominus, in vmbra Christi viuimus, & ideo dicit ecclesia: In vmbra eius concupiui & sedi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN ESAIAE CAP. V.

D. HIERONYMVS.

Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei, vineæ suæ.

LXX. VIRI.

Cantabo iam dilecto meo, canticum dilecti mei vineæ suæ.

DIuus Hierony. Cantabo dilecto meo: Lxx viri, Cantabo iam, quòd vox Hebræa, נָא, præterita est à D.Hieron.quæ Latinè sonat,nunc,iam,& habet emphasim: nam post vaticinia vastitatis Iudæorum,& exclusionis populi Israëlitici ab ecclesia: adtexitur lamentum,& epicedium,quo deflet propheta vastitatem,& calamitatem tantam populi Iudaici. Sic enim explanat THEOD. Cantant etiam,inquit,homines threnos,& versus lugubreis,& elegias,quibus deploratur calamitas eorum,quos diligunt. Idem sentiunt Basil.Cyrill. copiosiùs hoc multò docet D.Hieron. דודי, vox Hebræa,patruum significat,& amatorem, & amorem, & dilectú, nescio an legerim vnquam hanc vocem Hebræam,pro patrueli: sed cùm D.Hieron.ita vertat certum est significare etiam patruelem.Innominatus qui cum Eucherio circunfertur,in quæstionibus veteris testamenti,cap.in Esaia: Hoc canticũ,inquit,alij ab Spiritu sancto, alij,à propheta cantari aiunt,pleno Spiritu sancto: cantat autem in planctum vineæ suæ,quæ est domus Israël: dilectus autem Iesus Christus est,ipsi enim dictum est: Tu es filius meus dilectus:ipsum & patruelé appellat,quòd ex eadé cũ ipso stirpe progenitus. Lxx viri, vulgatissima huius vocis significatione vsi,reddidére:Dilectum, vt pater cantet filio, canticum eiusdem filij, quod filius sit cantaturus vineæ suæ.i.quid filius vineæ suę sit facturus,hoc enim dicitur hoc cãtico: nam quòd, Dilectus,Latinè significat in illa voce,æterni patris: Hic est filius meus dilectus,id propriè sonat Hebraicè דודי. THEOD.Filium dilectum esse illum,ait,de quo dictũ est: Sic Deus dilexit mundum,vt filium suum vnigenitũ,&c. innuens illud quod docet ARIST.1.de arte Rhetor.lib.ad Theodoctem,vnigenitũ, pro dilectissimo vsurpari:quia,quod vnũ est,diligimus magis,vt,vnũ oculum,&,filium vnũ:vnde dicimur,vnicè diligere aliquẽ.i.valdè.Ergo, Canticũ cantatur illi dilecto,quem & Luc.cap.20.Filiũ suum dilectum,appellat pater: & alijs multis locis euãgelicis,& apostolicis. D.BAS.in Psal.44.in illa verba:Sagittæ tuæ acutæ: Verbis exprimi non potest,inquit,pulchritudo Dei verbi,& diuinę sapientiæ pulchritudo:vnde, Sponsa, vulnerata amore,ego sum: beati illius pulchritudinis spectatores: qui verè illi adhærent,omniũ enim obliuiscuntur,quibus verbis explicat D.Basil.cur dicatur Christus dilectus. Et in Psal.114.in princ.Dilectus,propriè Deus est, qm, dilectum,definiunt,quod omnia appetunt:est enim summũ bonũ,& perfectissimũ,quod docet PLATO in Symposio de pulchro, Et ARIST.li.12.Metaphy.&.10. ad Nicom.Deũ esse,maximè diligibile,& respectu patris,qui est actus puriss. verbũ Deũ esse dilectissimũ. CLEM.Alexan. in Anteroto,quid sit dilectus,declarari à Deo patre,ait,cùm dicit:Hic est filius meus dilectus,quod præcipuè Græcè liquet,vbi cũ articulo ponitur, ὁ ἀγαπητός .i.ille dilectus,hoc est ille,quẽ toties in scriptura,dilectu appellari videtis.EVSEB.demonst.lib.4.cap.15.quid sit dilectus,explanat.CYRIL.Dilecto meo,inquit.i.Christo:sic,inquit,illum pater nominat:Hic est filius meus dilectus,& omnes hic patré loqui putant,vt sit sensus: Cantabo dilecto meo Christo,canticũ dilecti mei Christi. AMBR. hexamerõ cap.12.Dñs,inquit,loquitur dicẽs:Vinea facta est dilecto meo.Idẽ putat in cõment. HIER.quanq; sequutũ se Aquilã fatetur,cùm vertit,Canticum patruelis mei,magis probat tamen versionẽ Lxx seniorũ,Canticum dilecti mei.Sed si legas,Patruelis,hæc dicentur in persona prophetæ,cuius patruelis secundũ carnẽ est Christus,vt te docet Hieron.in cõment. Aiunt enim fuisse Esaiã fratré regis Amasię, ex tribu Iuda,ex qua tribu fuit Christus:vt sit sensus, Cãtabo dilecto meo.i.Christo,quẽ vnicè diligo: carnẽ elegiacũ, quod ipse Christus patruelis.i. ex mea gẽte oriundus,dicturus vineę suę.Iudęi quosdã narrant apologos,quasi propheta fabulis anilibus ludat,& nó potiùs futura prænunciet. Sed cùm vox Hebræa דוד, amorẽ significet frequentiùs,rectè D.Hier.in cõment.dilectũ hic potiùs agnoscit,& filiũ significare putat, qui est dilectus patris,cùm eũ pater sit intellectio essentialiter, qua pater se intelligit, & hæc eius sit beati-

Christus dilectus, & cur.

A situdo,vt docet Arist. 12. Metaphysic. & summum amabile, verbum quod dicit summum amabile, & infinite dilectum dicitur,nec solus Hieron. in commentarijs, tralationem Lxx magis probat,sed eam cantitat ecclesia in officio sabbati sancti,tract.1.

D. HIERONYMVS.

Vinea facta est dilecto meo, in cornu filio olei.

LXX VIRI.

Vinea facta est dilecto in cornu, in loco pingui.

INnominatus,qui cum Eucherio circunfertur,in quæstionibus veteris testamenti,cap.in Esaia:Vinea,inquit, plantata in cornu,hoc est,in sublimitate atque virtute,filio olei Christo, quia vnctus est,vnde Christus vocatur, vel, quia omni mundo tanquam splendidum lumen illuxerit.CYRIL.in cornu,inquit,hoc est,in potentia: potentia enim sua,Deus Gẽtes expulit è terra promissionis,postea ipsos Iudæos,post crucẽ Domini. THEOD. cornu interpretatur, regnum,quasi dicat propheta,vineam plantatam esse in regno Christi: quòd cornu in sacris literis accipiatur pro regno,quòd vt cornutis animalibus cornu armatura est capitis,ad propulsandos incursus aliarũ bestiarũ, sic regnũ sit ad arcendos hostes. Idem ait EVSEB. qui demonstrationis euangel.lib.4.cap.25.cornu, potentia(inquit)inuisibilis & regnum ipsius,quòd scripturæ mos est,regnum appellare cornu.ORIG.interpretans verba illa cap.1.Lucæ: Erexit cornu salutis,cornu salutis.homil.10.iuxta illud Esaię(inquit)vinea facta est in cornu.i.in Christo Iesu,qui hoc loco Euangelij,dicitur cornu salutis: venit enim Iesus Dominus fortis in prælio destruere inimicos. THEOP.in eadem euangelij verba:Erexit cornu salutis (inquit) i.potentiam & regnum salutis,nam cornu potentiam significat, ducta metaphora, à cornutis animalibus,quibus robur in cornibus est,vel regnum significat,nam cornu olei, vnguebantur reges & Christus est potentia,& regnum patris.Ergo Theophyl.cornu salutis dictum Christum putat,quod cornu disiecerit Christus aduersarias potestates,& nos seruauit ex captiuitate Satanæ:& postea dicemus ex Tertull.Christum dictum taurum in scriptura,quòd velut taurus, Iudæos infideles ventilauerit,& disperserit cornu in omnes orbis terrarum oras. ORIG. in lib. Regnorum,homelia vnica,alludsum quoque putat ad crucis cornua:Sunt quædam(inquit)iustorum cornua,quibus inimicos ventilant: hæc cornua iustis de apicibus crucis conferuntur, vt his destruant aduersarias potestates,quibus prostratis, anima nostra possit plãtari in vinea: quia,Vinea facta est dilecto,in cornu.Ergo facta est in synagoga in vmbra,vinea,dilecto,Christo, in cornu,in potentia inuisibili Christi,qua eiecit è terra promissionis,nationes infideleis, & introduxit in eam duodecim tribus Israël, & in regno Christi: lex enim tota vetus regni Christi,& crucis,& omnium Christi mysteriorum erat typus & vmbra, & in hac fide Christi, & regni Christi,plantata est vinea,quam infrà dicet esse populũ Iuda. Filio olei. Repete per zeugma à superiori: plantata est vinea,vt sit:Vinea facta est in filio olei. i. in Christo: nam res nota est,formam dicendi Hebræam esse,vt ben.i.filius,dicatur pro viro, vt filius mortis. i.vir reus mortis,filius quingentorum annorum, vir quingentorum annorum, sic hoc loco: Filius olei,vir olei: quid sit autẽ,vir olei exultationis,notius est,quàm vt dicendum sit, nã Christus, Græca vox,Latinè sonat, vnctus oleo, aut vir vnctus oleo: & Messias vox Hebræa,significat etiam vnctum oleo,quòd qui versat animo,non dubitet, quin vir olei Christus dicatur, præsertim si illud habeat rationis quod Thargum,illud Esaiæ:A facie olei,explanat.i.à facie Christi,docetq;s,oleum quo vnguebantur reges,& sacerdotes,qui typi erãt Christi,pro Christo ponit,quãtò planiùs est,vt vir olei,Christum significet:Ergo,Vinea facta est Christo in cornu.i.in cornibus crucis, & in potentia inuisibili Christi, & in eius regno, & in filio olei, in Christo: nam Christus secundum humanitatem dicitur vitis, iuxta illud: Ego vitis sum, & vos palmites, pater meus agricola est: quem locum explanans AVGVSTIN.in cap. 15. Ioannis, Secundum humanitatem, vitis Christus est: secundum diuinitatem, cum patre, agricola est. Notandum etiam,vocem Hebræam Samen,oleum quidem significare,vt vertit D. Hier. idq; significare frequentiùs,tamen significare aliquando vnguẽtum,vt possit hic quoq; locus reddi: filius vnguenti,vir vnguenti,hoc est, vir ille, cuius in canticis vnguentum effusum est nomen.i.Christus, de quo nomine alibi dicendum est latiùs. Erat enim verbum Deus, vnguentũ fragrantissimũ,quo fruebãtur angeli,factus homo,vnguẽtũ suauissimũ, in mysterijs corporis & sanguinis Christi,toto orbe terrarũ quotidiè diffunditur,& fragrat suauissimè,vnde vnguẽtũ effusum,nomen tuũ,& vir vnguentorũ,nam canon ille interpretandæ scripturæ semper est obser-

Forma dicendi Hebræa, filius olei, filius mortis, filius quingenta annorũ.

Filius olei.

Christus vitis secundũ humanitatem.

Christ⁹ vnguentum effusum, & cur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

obſeruandus, vt cùm verbum aliquod plura ſignificat, quæ faciant ad rem, de qua agitur, o- A
mnia eò referantur, quòd omnia illa Spiritus ſanctus ſignificaſſe videatur. Lxx viri, pro filio olei vertêre, In loco pingui. i. in plenitudine gratiæ, quæ fluxit ex paſsione Chriſti, & in ſuperabundantia chariſmatum Spiritus ſancti.

D. HIERONYMVS.

Et ſepſit eam, et lapides elegit ex ea, et plantauit vineam electam, et ædificauit turrim in medio eius, et torcular extruxit in ea.

LXX VIRI.

Et maceriam circumpoſui, & vallũ feci, & plantaui vineã electã, ſiue vineã Sorec, & ædificaui turrim in medio eius, & torcular fodi in ea.

VErbum Hebræum סקל, ſignificat, eligere lapides, & ideo D. Hieron. vertit: Lapides elegit ex ea, ſignificat etiam maceriam ex lapidibus ſtruere, & R. Ioſeph hoc loco putat ſignificare, extruere lapideam maceriam, & ideo Lxx viri reddidêre: Maceriam circumpoſui. B
Notandum tamen, Lxx virós trecentis & eo amplius ante annis, euangelica verba repræſentare: nam hæc eadem verba Græcè agnoſces Matth. cap. 21. dico ſi Græca Græcis compares, nã Lxx viri Græcè ſcripſere, & Matthæus. Nec enim illis accedo, qui Matthæum Hebraicè ſcripſiſſe putant, trecentis enim annis ante Chriſti aduentum, curauit Dominus vertendas Græcè litteras ſacras, quòd ſcriptura ad Gentes eſſet transferenda, quibus Græca lingua communis erat, vt ſuprà pluribus eſt dictum, & credibile quiſquam putet, aliquid nouæ legis, Hebraicè conſcriptum fuiſſe? cùm Hebræus populus excluderetur ab eccleſia, & reliquiæ quæ ſaluæ factæ ſunt è populo Iudæorum, ad populum Gentiũ tranſire uiderentur & poſteà dicendũ eſt latiùs. Omnes Gentes vocatæ ſunt ad fidem, & ideo lex noua ſcripta Græca lingua eſt, quæ Iudæis, & omnibus nationibus cõmunis erat. Nec dubito, quin Matthæus Hebræis Euangelium quoq; ſcripſerit Hebraicè, & illis, qui Græcè neſcirét, in vſu eſſet: præcipuè tamen Græcè ſcripſiſſe certũ habeo: & certè, ſi euangeliũ Matthæi, aut Pauli epiſt. ad Hebr. Hebraicè conſcripta eſſent, & non Græcè, extaret aliquod eorum veſtigium, & aliquis veterum patrum tempo
ribus Chriſti vicinus, eorum meminiſſet: tam paruula res erat Euangelium Matthæi, aut Pauli C
epiſtola Hebraicè conſcripta, vt eorum nulla mentio, apud veteres patres eſſet? cùm multi ex plebe Iudæorum tranſierint ad fidẽ, Multi Iudæi, inquit AVGVST. intrarunt eccleſiam, cùm vno die quinque milia, alio tria milia intrarint, & quotidie in eccleſiam commearent: at ſi, cũ cæterâ infidelium multitudine conferas Iudæos, qui eccleſiam intrarunt, pauciſsimi fuere numero ex tanta multitudine, quæ quotidie in eccleſiam intrabant: ea Hebraicè conſcripta nemo ſeruaſſet, ſi non Græcè eſſet conſcripta? mihi non fit veriſimile. D. Hieron. ait, ſe vidiſſe in quadam bibliotheca, Hebraicè conſcriptum Matthæi euangelium, quid ni videret? ſiquidem Euangelium Nazarenorum hæreticorum, & aliorum eiuſdem farinæ, Hebraicè conſcriptum erat, & Matthæo inſcribebatur, quòd ſæpè D. Hierony. citat, quod multum diſcrepat ab Euangelio Matthæi: & quanquam illud ſæpè citat D. Hieron. ſi ab eo quæreres, an Matthæi eſſe putaret illud Euangelium Nazarenorum, negaret eſſe. Curabat Dominus, quòd admirantur Iuſtin. Euſeb. Epiphan. Tertull. Clemens Alexand. Irenæus, & alij patres, vt ex Hebræo ſermone, ſacræ litteræ in Græcum ſermonem conuerterentur, quod ille populus Hebræorum futurus erat excluſiſsimus, & veriſimile quiſquam putet daturum Dominum legem nouam ſcri- D
ptam Hebraicè, & non Græcè potiùs? cùm præſertim Græca lingua communis eſſet eo tempore Iudæis, & omnibus nationibus, vt dictum eſt ſæpè, nec inficior fuiſſe etiam Euangelia Hebraicè Hebræis fidelibus conſcripta: nam & tom. 1. Concil. in proœmio, videntur Euangelia Græca, Hebræa, Latina, probata à D. Petro. Ergo Lxx viri ſic reddũt: φραγμὸν περιέθηκα καὶ ἐχαράκωσα. i. maceriam circumpoſui, & vallum feci. Matthæus cap. 21. φραγμὸν περιέθηκεν ἀνθρ. .i. maceriam circumpoſuit. & Marcus cap. 12. περιέθηκε φραγμὸν. vt eadem verba agnoſcas in Lxx viris, & in Matthæo, & Marco. Lxx viri, ὑφώρυξα ἀμπελῶνα. Marcus ὤρυξεν ἀμπελῶνα. Lxx viri προλήνιον ὤρυξα. Marcus ὤρυξεν ὑπολήνιον. Lxx viri οἰκοδόμησα πύργον ἐν μέσῳ αὐτοῦ καὶ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ. eadem verba ordine permutato, reperies in Matthæo ὤρυξεν ἐν αὐτῷ ληνὸν καὶ ᾠκοδόμησε πύργον .i. fodit in ea torcular, & ędificauit turrim, & Marcus etiam ᾠκοδόμησε πύργον .i. ędificauit turrim: & alia quę reperiet, qui cum euangelicis literis tralationem Lxx virorum contulerit: quę annotare libuit, ne miretur quiſquam, Lxx viros, quòd vertere literas ſacras ſingillatim per ſe (vt dictum eſt ſuprà) nõ ſolùm eadem ſenſa

Lxx viri, cum Euangeliſtis verbis concordãt, ſi Græca Græcis compares.

A ſenſa expreſsiſſe, ſed eadem reddidiſſe verba, ita vt ne verbo quidem alius ab alio diſcreparet. Eadem verba ſonant Lxx viri cum literis Euangelicis, quòd mirata eſt antiquitas, vt ait Irenæus lib. 3. cap. 25. neq; enim hoc loco ſolo factũ reperies, ſed alijs innumerabilibus: vnde certum habuere veteres patres inſtinctu Spiritus ſancti, verſas ab eis eſſe literas ſacras. Notandũ etiam, eadem verba eſſe iuxta tralationem Lxx virorum in hac vinea Eſaiæ, & in literis Euange- *Vinea Eſaiæ, & Euãgelica eadẽ*
licis, vt oſtendimus, vt appareat eandem vineam, quæ hic ſignificatur ab Eſaia, literis euangelicis declarari à Domino, ne quiſquam in dubium reuocare queat, an eadem vinea ſit quæ hic dicitur, & quæ illic ſignificatur, cùm eadem verba hic & illic reperiat, ſi Græca Græcis conferat. De hac vinea, lege IREN. lib. 4. cap. 70. ubi multa explanat diuinitùs, vbi plantauit Deus vineam humani generis, inquit, Primo, per plaſmationem Adæ, & electionem patrum: tradidit colonis per legis dationem, ſepem circundedit. i. circunterminauit eorum culturam: & turrim ædificauit. i. Hieruſalem elegit: torcular fodit. i. receptaculum prophetici ſpiritus reparauit, & ſic prophetas miſit. BASIL. hexameron homil. 5. multa de hac vinea: Memineris, inquit, Do
B minum, vitem ſeu vineam ſe nominaſſe, & patrem agricolam, & ſingulos noſtrũm per fidem eccleſiæ inſertos, palmites appellaſſe, & inſtigat, vt ubertate fructuum abundemus, ne ſi infructuoſi ſimus, igni tradamur: neque ceſſat animas hominum comparare vineę: Vinea, inquit, ſacta eſt dilecto meo: &, vineam plantaui: hominum animas, videlicet, appellat vineam, quibus ſepem circundedit, hoc eſt, præcepta legis, quibus ſe tuerentur, & angelorum cuſtodiã, & vallum circunpoſuit eccleſię, primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, vbi pro (vallum) interpretatur, pedamentum, & ridicam, quæ Græcè dicitur χάραξ, quæ vox in Euangelio eſt: eſt autem pedamentum idẽ quod ridica dicitur etiam vallum, virga, ſeu furca, quæ ſubijcitur vitibus, vt rectè ſtent: & hoc intellectu accipit Baſilius illud: circunpoſuit vallum, interpretatur enim ridicas, & pedamenta, apoſtolos, & prophetas, & doctores. Ridicas appellat, & pedamenta quod doctrina, vt ridicæ. i. pali, & furcæ faciunt rectas ſtare vites, & non ſtratas humi, ſic alleuant apoſtoli, prophetæ, & doctores, animas hominum ad cæleſtia, neque patiuntur ſtratas humi iacere, & alia quæ apud eundem Baſilium leges. AMBR. hexameron li. 3. cap.
C 12. interpretatur: Maceriam, vallum cæleſtium præceptorum, & angelorum cuſtodiam: Turrim, apoſtolorum & prophetarum doctrinam. HILAR. in Matth. canone. 22. Maceriam, ſiue ſepem, ſanctificationem Abraham, & populi circunciſionem interpretatur, quòd hunc populum, tanquàm ſepto aliquo, ſua cuſtodia Dominus incluſerit: Torcular, prophetas vocat, in quos miſti modo, vbertas quædam ſancti Spiritus influit, vt ex eorum ſcriptis, in eccleſiam exuberet: Turrim, eminentiam legis nominat, quæ cum in terra ſit, ad cælum homines ſubuehat, & ex qua ſpeculari Chriſti poſsit aduentus. Idem AMBR. in Luc. cap. 20. lib. 10. cap. De vinea plantata: Torcular, ſic dictum, inquit eſt, vt pſalmi de torcularibus, eo quòd in ijs, myſteria dominicæ paſsionis ſint, modo miſti ſancto Spiritu feruente prophetarum, redundantiùs æſtuauerint. Lege Theophyl. Orig. Chryſoſt. cùm interpretantur cap. 21. Matth. de hac vinea, ibi enim ſatis fuſe explanant, quò magis mihi ſuſpecti ſunt interpretes, qui vertunt Latinè ſcriptores Græcos, quòd idem CHRYS. in cap. 2. epiſt. D. Pauli videtur hanc prophetiam referre ad regem Babylonicum, quod veterum patrum dixit nemo, nec ipſe Chryſoſt. Iudæorum eſt *Iudæi refellũtur.*
iſta interpretatio, quos Iudæos refellit D. Hieron. in comment. in hunc locum, & tam firmis
D argumentis, vt omnis Iudæorum turba, ſi in vnum locum coëat, reſpondere D. Hierony. non poſsit. Itaque quouis pignore contenderem, nunquam illa ſcripſiſſe Chryſoſtomum: ſed interpretes multa addunt de ſuo. Vatablus admonitus à D. Hieron. Iudaizanteis errare, eos ſequitur tamen in fine cap. Vinea Sorec, idem eſt quòd vinea lectiſsima. Quòd verò quidam interpretantur hanc vineam plantatam in cornu, hoc eſt, in loco excelſo, quòd Iudęa ſita ſit in loco edito & vberi, neſcio quid ſibi velint, cùm Dominus interpretetur, inquiens, Ego ſum vitis, & vos palmites. En vinea, en locus vbi plantata eſt, Chriſtus ergo cornu eſt, in quo conſita hæc vinea eſt, qui cornu ſalutis dictus eſt à Zacharia in Cantico, vt diximus ex Origene. Lege AVG. in Pſal. 104. in illa verba: Qui ponit nubem aſcenſum ſuum, hic ſenſus literalis eſt, an ſi quid per metaphorã, aliumúe tropum, dictum reperias, apud Oratorẽ aut Poetam negabis li *Expoſitio ſcripturæ petenda ex apoſtolorũ repoſitorio.*
teralem eſſe ſenſum? dares ſanè doctis hominibus de te venuſtiſsimos ludos, quid ergo in ſcriptura, cuius finis Chriſtus eſt, & in ea parabola quam ipſe Dominus interpretatur, vinetum aliquod agnoſces potiùs pro literali ſenſu? quam populum Iudæ? quem ipſe Dominus vineam ſe aut appellare, etſi Dominus hanc vineam in ſe conſitã eſſe non doceret, ſatis erat quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus hoc loco Esaiæ explanat, vineam esse populũ Iuda vt non pronus in terram, saxa & rupes spectares, altius te attolleres, spectares cælestia, illud rationis haberes, vel Platonẽ ipsum in Timæo, homines, arbores esse, scripsisse, consitas in Deo: quæ sursum versum ad Deum, radices agerent, iudicium omnium sanctorum tuo anteponeres: haberes ante oculos illud quod à principio dictum est, ex Irenæo, repositorium doctrinæ apostolicæ, qui nobis aperuere scripturas in ecclesia esse, in ipso doctorum sanctorum consensu, qui ab apostolis expositionem scripturæ accepere, & ad nostra tempora conseruarere, reliquos, qui scripturas aliter interpretantur latrones esse & fures.

D. HIERONYMVS.

Expectaui vt faceret vuas, fecit labruscas.

LXX. VIRI.

Expectaui, vt faceret vuas, fecit spinas.

Canon. HOc est illud sæpè repetitum ex August. ex collatione duarum tralationum, sensum magis claresceret. & canon ille, quem etiam rabini præscribunt, quando dictio Hebrea multos habet intellectus, qui ad rem de qua agitur, pertineant, omnes illos ab spiritu sancto esse significatos. בְּאֻשִׁים, ergo vox Hebræa significat labruscas, siue vuas fœtidas, vt vertit D. Hieronymus: significat etiam spinas & vepreis, vt reddidere Lxx viri: vtrunque hoc loco significatum est ab spiritu sancto. Et sic explanat hunc locum PROCOP. his verbis: Postquam peccatorum spinas produxit vinea, & vuam fellis, dixit Dominus, auferam maceriã eius: ex vtraque ergo versione significatæ sunt spinæ, quibus coronatus est dominus, & acetum illud felle commistum, quod est ei propinatum. AVGVS. in Psal. 104. Accusatur vinea, inquit, quod pro vua spinas reddiderat, non reddiderat dignam gratiam dulci pluuiæ: qui enim bona audit, & mala operatur, dulci pluuia compluitur, & spinas generat. TERTVLL. in libro aduersus Iudæos cap. de claritate gent. in Christo Iesu, de spinea corona explanat: Fecerat, inquiens, spinas ex quibus Christum coronauerat. CYPRIA. in expositione symboli, cùm ostendit omnia quæ facta sunt in œconomia redemptionis, prædicta à prophetis: de spinea corona, inquit, meminerat propheta, expectaui vt faceret vuas & fecit spinas. Eodem refert AMBRO. de vinea plantata, & colonis locata. lib. 9. in Lucam. & THEODOR. & CYRILL. in cap. 1. Ioannis interpretans illud: Et mundus eum non cognouit. D. BASIL. spinas protulit hæc vinea quem enim prophetarum non occiderunt? EVSEB. Cæs. lib. demonst. euangelicæ. 6. cap. 18. vbi disputat de hac vinea quam diruit, & olueto quod consueuit, idem ait: nec scio cur D. Hieron. hunc tãtum sanctorum patrum consensum damnet, quanuis enim vox Hebræa significet labruscas, & vuas fœtidas, vt vertit ipse Diuus, significat etiam spinas & vtrunque hoc loco significatum est, vt dixi, Sed labrusca magis opponitur vuæ bonæ quam spina, inquit, & verosimilius est de vinea, quòd pro vuis ferat labruscas, quàm spinas: quòd si ita esset, quòd pace sanctissimi Diui dictum volo, veterum patrum authoritas conuellenda non videbatur, cùm vox Hebræa significet, & quòd ipse D. ait, & quod reddidère Lxx, & vinea accusatur etiam quòd ferat labruscas. i. vuas fœtidas apud diuinum Psaltem, cùm accusatur, quòd produxerat vuam fellis. Et Deuteron. cap. 32. de vinea Sodomorum: Vua eorum, vua fellis, & botrus amaritudinis mus, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Accusatur etiã vinea, quòd producat spinas, quòd apparet ex D. BASIL. in regulis breuioribus interrogatione. 75. vbi inquit: Nosti illud prouerbiorum: Tanquam seges vir stultus, & velut vinea vir indigens prudentia. Si dimiseris eam squallebit, & herbis luxuriabit. Et Prouerb. 4. Vinea viri stulti, vrticis spinas, non vuam attulit. Et certè, vinea inculta spinis & herbis, luxuriatur, & nihil est vulgatius. Et Dominus in Euangelio hac similitudine est vsus. Num colligunt ab spinis vuas, & à tribulis ficus? Neque quod Propheta subiungit: Sáit. i. spinas, contra tralationem Lxx est: repetitur enim idem sensus, & canó est scripturæ, quoties idem repetitur significari emphasim quandam, & vehementiam, & acrimoniam, quæ spectare videntur ad spineam illam coronam.

Canon.

CHRYS. sermone. 3. de resurrectione, vtrunq; sensum est complexus (sequebatur enim Symmachum, quem sequitur D. Hieron. & simul tralationem Lxx virorum) & spineam coronam hoc loco significari putat, &, fel aceto mistum, his verbis: Ego plantaui te vineam fructiferam totam, quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ? spinas capiti eius, & coronam de vepribus texuisti, acetum amarũ, amaro felle commissum, propinasti. Et homil. 2. de cruce, & latrone,

A latrone, citans hũc locum: Dederat manna tibi in deserto, tu illi fel offers? de terra tibi produxit delitias, tu illi spineã imponis coronam? THEOD. quoq;, Pro vua, inquit, Domino protulit spineam coronam, qua ipsius caput coronauit, & acetum quod illi propinauit.

D. HIERONYMVS.

Nunc ergo habitatores Hierusalem, et viri Iudà, iudicate inter me, et vineam meam, quid est quod vltrà debui facere vineæ meæ, et non feci? an quòd expectaui vt faceret vuas, et fecit labruscas? et nunc ostendam vobis quid
B *ego faciã vineæ meæ: Auferam sepem eius, et erit in direptionem: diruam maceriam eius, et erit in conculcationem, et ponam eam desertam.*

LXX VIRI.

Et nunc inhabitantes Hierusalẽ, & homo Iuda, iudicate iã inter me, & inter vineã meã, quid faciam vltrà vineæ meę, & non feci ei? qm̃ expectaui vt faceret vuas, fecit autẽ spinas: Nunc nunciabo iã vobis, quid ego faciam vineę meæ: Auferã maceriam eius, & erit in direptionẽ, & destruã murũ eius, & erit in conculcationẽ, & dimittã vineã meam.

QVod Lxx viri dixêre, Homo Iudà, conuenienter Hebręę lectioni: D. Hieronymus reddidit, viri Iudà, expresit enim sententiam, & phrasim Hebræam, in formam dicendi Latinam cõmutauit. ATHAN. de passione & cruce Domini: Oportet, inquit, in ipso modo sermonis agnoscere significatam Dei lenitatem, hic est enim scripturæ mos, vt cùm Deus suã lenitatem vult significare, hoc sermone vtatur: Iudicate inter me & vineã meam. & apud Hieremi: Adhuc iudicio contendã aduersum vos: & ait Dominus, nihil se prætermisisse, quod faceto esset opus, & præstitisse omnem diligentiam: vineam vero pro vuis tulisse fel aceto mistum, & coronam spineam. THEODOR. Quando ei præstiti omnem diligentiam, & nullos
C tulit fructus, & talem retulit gratiam, omni prouidentia illam orbabo posthac, & erit exposita omnium direptioni, & conculcationi. Sed THEODOR. orbatam Dei præsidio significat vt & direptioni hostium pateat omnis Iudæa, & angelorum præsidio destitutam, vt dæmonũ direptioni sit infesta. CHRYSOS. in caput Matthæ. 18. Aliquis inquit opponet, cur Dominus mundum quasi miserum deflet, & non potiùs mundo laboranti manum porrigit, hoc enim medici prudentissimi opus erat, deflere miserum cuuslibet est, quid igitur tam impudentissimæ linguæ respondebimus? quod nulla hominum mens par quicq; excogitare posset Dei cum, cùm enim Deus sit, homo quoque propter te factus est, & serui forma assumpta, extrema, propter te est passus: nihil quod ad se pertineret, prætermisit, sed quod ignauissimi hominis nihil vtilitatis indè perceperunt, ideo eos deflet, quia post tot & tanta allata remedia, in mor
D bis etiam perseuerat: & genus quoddã curationis est, futura mala prædicere, & deflere nõ pœnitentes: vt qui volent alieno malo edocti sapiant, & metu peccatis abstineant, nec solùm hoc Chrysost. sed Dominus quoque id docet apud Ezechielẽ, quin & Horatius huius generis curationis meminit, —Auidũ, vicinũ funus, vt ægrũ, Exanimat mortisque metu, sibi parcere cogit. Ergo subijcit Chrysost. his monitis, auditores fieri à Domino diligentiores, & vigilantiores, & idem CHRYSOS. in cap. 3. homelia. 12. interpretans illa verba: Hic est filius meus dilectus: subijcit, Cùm tãta ederentur à Christo miracula, cùm vox æterni patris cęlo delapsa, quę illum filium suum testaretur toties esset, cur inquies non crediderunt? quia sub Mose innumera sunt edita miracula, & postea initiati sunt Belphegor: sic cùm Lazarum resuscitatum viderent, tantum abfuere à credendo, vt sint Christo mortem moliti: ne quæras ergo quomodo non crediderunt, sed an omnia facta sint, quæ illis fidem facere iure debuerint, vndè propheta quia Iudæi erant perituri, ne quis malignè prouidentiam accusaret, inquit, quid facere debui, & non feci? AVGVS. in illa verba Psalm. 79. vt quid destruxisti maceriam eius? sic minatur apud Esaiam & sic compleuit, quo loco D. August. illud quod solet dicere vsurpat, Audi prędictum, vide completum, significat enim prędictam, hoc loco vastitatem Iudæę à Romanis post crucem Domini importatam. Maceriam autem AVGVS. esse putat angelorum munitionem & eandem hanc esse vineã, cum euangelica vinea. Sic etiam EVSEB. interpretatur demonstrationis

Omnia Deum præstitisse, vt saluemur.

Cur Iudæi, & ante Domini aduentum nationes, tot miraculis nõ credide-rint.

Vtrũ hæc vinea fuerit vinea euãgelica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

strationis euangelicæ li.7.cap.2.prope finem,vbi maceriem interpretatur muros Hierusalem, sic etiam explanant Hiero.Cyrillus Basilius,&c. ORIGEN.in cap.21.Matthæi tractatu 29. multa similia commemorat in hac vinea Esaiæ,& in vinea euangelij, & multa dissimilia, cùm nihil sit dissimile, si rectè omnia excutias, cùm enim multa adnotasset similia, potuissetque multò plura adnotare,& adijcere quod suprà dictum est, eadem prorsus esse verba in hac vinea Esaię,iuxta tralationem Lxx virorum, & in vinea euãgelica,si Græca Græcis cõpares subiecit dissimilia quæ esse videretur,quod in euangelio non accusatur vinea, quasi non dederit fructus,sed coloni: qui prophetas occiderunt,& Dominum in crucem egerunt:deindè,quod vineæ minatur Dominus hoc loco, in euangelio colonis: cui dubitationi, facile mea quidem sententia occurri potest,etiam ex ipso Origene, paulò infrà,vbi dubitauit,quomodo dictum sit,forsitan reuerebuntur filium meum, quasi Dominus non prescierit, Christum cruce afficiendum à Iudæis, respondetque, de parte loqui Dominum,tanquam de toto,qui canon vulgatissimus est interpretandæ scripturæ, vt cùm dixêre:Hic est hæres, venite occidamus eum, & tamen non omnes Iudęi occidere Christum, nam fideles eum receperunt, & tamen de infidelibus generaliter tanquam de omnibus dicitur:sic illud quoque,Forsitan reuerebuntur filium meum,& tamen non omnes sunt reueriti, sed illi tantum qui crediderunt in eum. Quid vetat ergo in Esaia accusatam esse vineam .i. populum Iudæorum incredulum, ad quem non credentem & contradicentem, expandit Deus manum tota die cruci suffixus? & huic vineæ minari Dominum in Esaia,& de hac parte loqui Dominum generaliter tãquam de toto, cùm pars sola sit quæ continet sacerdotes,Pharisæos, scribas, pontifices, quibus frequentissimè in euangelio minatur Dominus,hanc partem vineæ,& omnes qui scribas & pharisæos sunt secuti,tradendos hostium direptioni,ait propheta:& vastandos armis hostilibus. Vinea verò, cui non minatur in euangelio Dominus,est ea pars quæ credidit Christo, & Christum est secuta, apostoli & discipuli Domini, & multa hominum milia qui credidêre, quæ vinea tradita est genti facienti fructum.i.nationibus.An populum fidelem non videmus traditum alijs agricolis, apostolis & pontificibus & sacerdotibus ecclesię catholicę? Explanauit itaque Dominus scripturas, non dixit dissimilia, Ergo omnis diuina scriptura, cum vinea. i. cum populo fideli,& regnum cęlorum,& spiritus sancti charismata,& angelorum præsidia aliò sunt translata ad ecclesiam.s. Aliud dissimile Origenes esse putat,quod in euangelio coloni aduersum se tulere sententiam,malos malè perdet: in Esaia Dominus sententiam tulit:Hoc dubium diluit CHRYSOS in caput.21.Matthæi homelia 69.tulisse quidem ait sententiam aduersus se, at postea cum persensere ad se pertinere parabolam,se represisse,& dixisse,absit. & Dominum tulisse sententiam testimonio prophetæ:Lapidem quem reprobauere ędificantes,& sic apud Lucam &Marcum Dominus sententiam pronunciat.Nam & alia omnia quæ in litteris euangelicis sunt,sunt etiam apud Esaiam,illa interrogatio Domini qua interrogat agricolas,Cùm venerit Dominus vineę,quid faciet agricolis illis?quid enim aliud sonant illa verba?Nunc ergo habitatores Hierusalem,& viri Iuda,iudicate inter me & vineam meam,tacent interrogati apud Esaiam, sed qui tacet, fatetur se deprehensum, nec habere quid respondeat. hoc planius in euangelio, qui responsionem subiungit pro hac taciturnitate,malos malè perdet, quanquam vt dicam quod sentio, argutias illas nequaq̃ puto esse Origenis, sed interpretis, quicunq; ille fuit,nec enim vir catholicus fuit,tantum abest,vt fuerit D.Hiero. aliter rosa, aliter sus olet q dici solet:nactus enim olim Græcũ Origenis exemplar,deprehendi innumerabiles fraudes in terpretis,qui Origenem vertit: aut potiùs inuertit, nam multa diuinitùs & acutissimè dicta, è medio sustulit, in illorum locum multas suffecit hæreses, & addidit de suo ineptissimè dicta multa, inde conijcio hæc quæ apud Origenem sunt, interpretis esse commenta.An credibile est hæc quæ diximus,quæque docent omnes veteres patres, Origenis ingenium acre nó fuisse visurum? mihi non fit verisimile.Vidit Augustinus.Hieron.Cyrill.& alij omnes patres, qui vt dixi hanc parabolã verbis euangelicis interpretantur.VATAB.Iudęos sequitur.ISIDOR. Clarius velut arbiter honorarius, vtranque sententiam probat, & nostram & Iudęorum: vt res maximè inter se repugnantes,sua comitate conciliet,nunquam nobis cum impijs conueniet Iudæis.Quòd D.Hiero.vertit conuenienter lectioni Hebrææ:Ponam eam desertam,Lxx viri facta paraphrasi ex illo loco cap.12.Hierem.Dimittam domum meam, reddidere:Dimittam vineam meam.dictum est enim Lxx viros facere solere paraphrasim ex alijs scripturæ locis,vt alia loca scripturæ alijs interpretentur,& alijs locis, alijs lucem afferant:Itaque Hieremias cum

An vinea Esaiæ sit decem vinea euangelica.

Interpres Origenis.

Paraphrasin Lxx virorum.

A mias cum multa prędicasset Christi mysteria,de quibus aliquãdo Deo benè iuuante dicemus, postremo subiúxit: Derelinquam domum meam, ex quo loco Lxx viri quasi interpretantur verba prophetæ,ponã eam desertã.i.derelinquam domum meam.vel,derelinquã vineãmeã: & attende quoties Lxx viri significent excludendos esse Iudæos.cap.1.Non parcam eis vltra: & rursus,Non cessabit furor meus:& cap.2.Non parcã eis:& rursum,Dimisit populum suum Iacob. & cap.3.Dimissa est Hierusalem: & hoc loco, Dimittã vineam meam.IREN.lib.3.cap. 19.huius loci typum fuisse putat illud Gedeonis,cùm petijt vt sicco vellere.i.sicco populo Israëlis vniuersa terra spiritus sancti rore maderet.Si Iudaizantes non habent fidem sanctis patribus,qui de Christo hoc caput interpretãtur, & de excidio Iudæorum post crucem Christi, habeant fidẽ Lxxii Iudęis qui tribus seculis ante Christi tempora,secundũ nos dedere litem, non intelligitur captiuitas Babylonica,sed Romana vastitas.

Iudæorum exclusio, centies significata à Lxx viris. Contra iudæos.

B

D. HIERONYMVS.

Non putabitur,et nõ fodietur,et ascẽdent super eam vepres,et spinæ:et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. Vinea autẽ Domini exercituũ, domus Israël est, et viri Iudà germen eius delectabile. Et expectauit vt faceret iudicium,et ecce iniquitas: et iustitiam,et ecce clamor.

LXX. VIRI.

Non putabitur,neq; fodietur,& ascendent in eam ficut in incultã terram,vepres: & nubibus mandabo, ne pluant in eam imbrem. Nam vinea Domini Sabaoth,domus Israël est:& homo Iudà, nouella plãtario dilecta. Expectaui vt faceret iudicium, fecit autem iniquitatem: & non iustitiam,sed clamorem.

C THEODOR.Nubes,appellat prophetas, & apostolos: quia sicut nubes baiulant pluuias,& effundunt eas super terras, sic prophetæ & apostoli accipiunt verba ab Spiritu sancto,& effundunt ea super rationalẽ creaturam.AVG.in illa verba Psal.96.Apparuerũt fulgura eius orbi terræ. Nubes,apostolos appellatos,ait,& sanctos viros,quòd homines tenuiores videbantur, & contemnebantur vt nubes, coruscabant tamen miraculis, & admiratione imbuebant animos hominum,vt nubes, cùm tonant fulgetris, fulgure, & tonitru,terrificant hominum menteis: more igitur nubium tonantium,vibrantium fulgura,& fulmina, terrebãt hominum animos Apostoli: quanto fulmine terrefactos putas homines, cùm ad pedes Petri exanimem videre Ananiam,& Sapphiram? quanto fulmine micuisse existimas D.Petrum, cùm claudum sanat,mortuos excitat,sanat ægros? Forma humana in Petro nubes erat, inquit Augustinus.nubis coruscatio, miraculi splendor erat. Idem Augustinus in illa verba Psal.88. Quoniã quis in nubibus æquabitur Domino? Vinea,inquit,Domini Sabaoth, ait Esaias, domus Israël est:quia non dedit vuas,sed spinas: Mandatum est nubibus,ne pluant super eam imbrem:& reuera ita factum est,missi sunt apostoli tanquam nubes,ne pluerent Iudęis. & illi verbum Dei repulêre,qui pro vuis dedêre spinas:dixerunt apostoli: Ad vos missi eramus, sed quia repulistis verbum Dei,ecce conuertimur ad Genteis: ex illo cœperunt nubes non pluere pluuiam super vineam illam.Et posteà subijcit Augustinus. Prædicatores verbi,cælos appellatos, propter fulgorem veritatis:nubes,propter occulta carnis:vnde Apostolus,Donec veniat Dominus,& illuminet abscondita tenebrarum, quid loquatur homo vides, quid gestet in corde non vides,sed etiam ipse seruator omnium venit in carne:inde illud,Quis in nubibus æquabitur Domino? nubes fuêre Hieremias, Esaias, Ioannes Baptista, qui carne induti, coruscabant Spiritu sancto:Dominus quoque nube.i.carne tectus erat: Sed quis in nubibus æquabitur Domino? Multa etiam D.AVGVS.in hunc locum tom.10.serm.108.de Gedeone serm.1.D.Hieron.hoc loco refellit Iudæos,qui hæc ad Babylonicam captiuitatem referebant, quòd hæc de captiuitate Babylonica intelligi nullo modo possint,quòd in illa fuêre Hieremias,Ezechiel, Daniel, & alij prophetæ:quod argumentum est insolubile. Iudæi & Iudaizantes tacent, & dissimulant,quod hoc Oratorum artificiũ est, vt quę dicendo refutare non possint,quasi fastidiendo calcent. TERTVL.in lib.aduersus Iudæos,cap.de clarit. Gent. in Christo Iesu: Mandatum est nubibus

Apostolinubes, & cur.

Refellitur Iudæi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nubibus ne pluerent imbrem. i. cæleſtibus beneficijs, ne prouenirent domui Iſraël: fecerat enim ſpinas, ex quibus Chriſtum coronauerat, & non iuſtitiam, ſed clamorem, quo clamore dicentes: Crucifige, crucifige, tolle, tolle, in crucem Chriſtum adegerat, & ita ſubtractis charismatum roribus, lex & prophetæ vſque ad Ioannem fuerunt, & pilcina Bethſaida vſque ad aduentum Chriſti, curando inualetudines ab Iſraël. Deſijt à beneficijs, deindè perſeuerantia furoris ſui blaſphemabant nomen Domini, & docebãt nationes blaſphemare, ſicut ſcriptum eſt, Propter vos nomen Dei blaſphematur: nam per 42. annos, per quos expectauit illos Dominus poſt crucem Chriſti dum reſipiſcerent, & conuerterentur nihil aliud quam conuiciabantur Chriſto, & mittebant legatos in omneis terras, qui peſsimos de Chriſto diſsiparent rumores, & docebãt genteis conuiciari Chriſto, vt loco citato ait Tertull. fuſiùs tamẽ Iuſtinus martyr aduerſus Tryphonem: quæ res fecit, vt delerẽtur à Domino, & ſubuerterẽtur vrbes Iudęę, ne impedimento eſſent euangelio promulgando, & recipiendo. Hebraicè eſt quædam agnominatio vocũ, quæ nec Latinè neque Græcè exprimi poteſt, ſed hoc ad intellectum ſcripturæ parum facere videtur. Hoc loco monendi ſunt qui tantum hærent literæ, vt cùm conſenſus omnium veterum patrum diſſentiente nullo ad lucem euangelicam explanari ſcripturam præcipiat, idque ipſi putẽt, ſi quid ita interpretere, allegoricum ſenſum eſſe ne errent: neúe decipiantur: fraudes has eſſe Iudæorum, qui nihil aliud quàm aduerſum nos verſant dolos, qui primùm omnium nobis perſuadere ſunt conati omnibus vaticinijs ſcripturæ ſubeſſe ſenſum hiſtoricum, omnia in ſcripturis per imagines dicta, quorum errorem refellit TERTVLL. in lib. de reſurrectione carnis, vbi oſtendit hiſtorias quidem veteris teſtamenti typos fuiſſe rerum futurarum, & vmbras, per parabolas plurima eſſe dicta, vbi primum quærenda eſt hiſtoria, & hiſtoriæ veritas, poſteà eruenda allegoria, plurima verò ſine vllis imaginibus, ſine parabolis, ſed nuda veritate: vt, Ecce virgo concipiet, & peperit Emmanuelem: & poſt allata exempla ſubijcit, Quæ hic figuræ? quæ imagines? quæ ænigmata? Et lib. 1. aduerſus Iudæos in fine refellit Iudæos, qui in omnibus putant ſubeſſe hiſtoriã, & magnas cudere eos tenebras, ait, quod in plurimis nulla hiſtoria ſubſit, nulla vmbra, nulla imago, nullus typus: ſed planè, & apertè Chriſtus prænũcietur. Quod idem iterat aduerſus Marcionem lib. 1. cùm quæ dicta ſunt 2. Regnorum de templo ædificando à filio Dauid, non de Solomone dictum eſſe contendit, ſed de Chriſto, quæ omnia eo dixerim, vt oſtenderem Iudæos hoc primum à nobis extorquere conatos, vt largiremur omnibus ſcripturæ locis ſubeſſe ſenſum neſcio quem hiſtoricum, omnia quæ de Chriſto dicuntur in ſcripturis per imagines eſſe dicta, qui hoc animo id conabantur extorquere, vt poſteà negarent ſenſum eſſe vllum allegoricum, ſiquidem AVGVS. lib. 12. contra Fauſtum Manichæum cap. 37. & ſequentibus, docet Iudæorum hoc eſſe commentum, vt negent ſcripturam eſſe typum Chriſti, cùm potiſsimùm hoc ſit in ſcripturis intelligere typos. Vides qua fraude aduerſus nos graſſentur impientiſsimi Iudæi, vt primum illud petant, vt largiamur eis omnibus Chriſti oraculis ſubeſſe ſenſum alium neſcio quem hiſtoricum? vt cùm hoc haberent ſubijcerẽt rurſus illud, ſenſum tantum literalem in ſcripturis eſſe, nullum oraculum eſſe de Chriſto. Diſce ergo hos refellere, & potiſsimum in ſcripturis eſſe, cognoſcere typos, quod lib. 1. de fide contra Manichæos cap. 30. docet AVGVS. vbi addidit ipſum Dominum monſtraſſe hanc regulam nobis, vt typos explanaremus, & non literaliter intelligeremus quædam. Quod igitur docet Auguſtinus illo loco Dominum monſtraſſe nobis hanc regulam, vt ſenſum literalem, non parabolam putares in quibuſdam, ſed ſignificatum per parabolam. En hoc loco Dominus monſtrat, vt vineam non vitem aliquam terrenam putes, neque intelligas illum ſenſum eſſe literalem, quòd Auguſtinus etiam dixerat in Pſal. 104. Vineã, Dominus ait domum Iſraël eſſe, ne de vite terrena, aut pluuia terrena interpretere, En Dominus ipſe doctor eſt, ait Auguſtinus, cùm ſic multa exponit in propheticis literis & euãgelicis, vt reliqua nos ſic interpretemur: doctore ergo Domino ſic eſt explananda ſcriptura. Docuerátque idem AVGVS. libro vno, contra Adimantum Manichæi diſcipulum cap. 15. addiderátque, Non ego id doceo, ſed apoſtolus. Sed aiunt, quod Chriſtus & apoſtoli ſunt interpretati, id nobis licet ita interpretari: ridiculum, quod Chriſto aut apoſtolis aduerſari non poſſunt, videntur hoc nobis largiri, vt quos typos Chriſtus aut apoſtoli ſunt interpretati, nobis quoque ius ſit citare, dicere, & docere: reliquos non item: quaſi dicant Iudæorum ſententiam ſequendam eſſe, qui vetus teſtamentum figuratè accipi poſſe negabant, honoris tamen cauſa, quod Chriſtus & apoſtoli figuratè accipi dixere, figuratè eſſe accipiendum, at apoſtolus totã legem

Iudæi mittebant legatos in oẽs terras, vt docerẽt nationes blaſphemare nomen Domini.

Contra eos qui literæ hærent, & quicquid Chriſtũ ſonat, ſenſum allegoricum clamant.

Refellitur Iudei.

Iudæorum aſtus.

Dominus ipſe nos docet, quomodo ſcriptura ſit explananda.

A legem ait eſſe ſpiritalem, & non ea ſolum loca, quæ Chriſtus, aut Petrus, aut Paulus explanauerunt. En Auguſtinus, huius rei doctorem eſſe docuit Dominum & apoſtolos, vt interpretaremur typos: dices ſat ſcio, non inficiari quẽquã hiſtorias veteris teſtamenti legis nouæ typos eſſe, intelligi tamen eas hiſtorias, & parabolas, quas Dominus, aut apoſtoli, aut prophetæ in literis ſacris explanauere, reliquas non item: Fruſtrà igitur Paulus noſtra cauſſa illa ſcripta eſſe dicit, ſi intelligi non poſſunt. Iudæis ego obſignata eſſe intelligo, nobis vero Dauidis claue eſſe reſerata, quæ claudit, & nemo aperit, aperit, & nemo claudit. En hoc loco Dominus tanquam doctor nos docet interpretari parabolas, & quiſquam tam durus doctor eſt, vt diſcipulum tantum intelligere ea velit quæ ipſe explanat, & præterea nihil? An potiùs docemur à noſtris doctoribus, vt poſteà natemus ſine cortice, neque egeamus doctore? Hæc pluribus verbis dixi, quòd ſunt, qui ſibi magnopere placeant, quòd amplectantur ſenſum literalem, vt ipſi appellant, nam nominant ſenſum literalem, quem neſcio quis ex ſcrinijs Iudæorum compilauit, qui facit vt prophetiæ ad nihilum recidant, aut mera mendacia crepent quod ait HILAR. Atqui AMBROS. lib. 3. de fide cap. 3. Perierunt Iudęi, inquit, dum ſenſuum profunda deſpiciunt, & ſequuntur nuda verborum, nam hic quoque quorundam eſt error, vt nuda verborum admirentur, & eos ſcriptores ſuſpiciant, qui taleis addunt commẽtarios literis ſacris, contemnant reliqua, vbi quantum ſit mali te docet Ambroſius.

Quæ res perdidit Iudæos.

D. HIERONYMVS.

Væ qui conũgitis domum ad domum, et agrum agro copulatis vſq; ad terminum loci, nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?

LXX VIRI.

Væ qui coniungitis domum ad domũ, agrũ ad agrũ appropinquãtes, vt proximo auferant aliquid, nunquid habitabitis ſoli ſuper terram?

MOs eſt Propheticis vaticinijs de Chriſto, & de excluſione Iudæorum ſubijcere peccatum idolatriæ & auaritiæ, quod hæc peccata fuere cauſa obcœcationis Iudęorum, & C auaritia fuit cauſa quo minus crederent Chriſto Iudæorum principes, ne exciderent illo fluu diuitiarum, & habitarent in amplis ędibus, haberent magna latifundia, & abducebant plebem à Chriſto, ne amitterent decimas, & primitias, & alios reditus, & vectigalia. D. BAS. in homilia aduerſum diuites, ad auaritiam locupletum hoc refert, propter quam, vt dixi, ipſi Chriſto non crediderunt, & plebem abduxere à Chriſto. Idem ſentit GREG. Nazian. in epitaphio in ſuum patrem in fine, vbi hunc locum interpretatur de locupletibus, qui domus domibus accumulant, & agros agris, & vicinos extrudunt, metunt vbi non ſeminarunt. Et idem Greg. in ſanctum paſcha, Iudæis dicebat, inquit: Non cumulabis domos ſupra domos, neque agros agris adiunges, neque opprimes pauperes, nobis plura imperat Chriſtus, vt nos proprijs ſpoliemus, demus pauperibus, ſic expediti magis, baiulabimus crucem. CHRYS. ſic explanat in cap. 6. Geneſ. homel. 22. & in cap. 23. Geneſ. homil. 48. & diſce ex eodem Chryſ. tom. 5. de inuidia, & liuore homil. 44. deflere locupletes hoc loco, fletu non vulgari, quòd ſummopere notandum eſt, quòd ipſi ſe beatiſsimos putant, & fœliciſsimos, contrà verò, propheta eos ſignificat omnium miſerrimos, nam in ſacris literis, inquit Chryſoſt. vbi ponitur Væ, extrema mala ſignificat, pœnas ſempiternas. Quòd D. Hieron. vertit: Vſque ad terminum loci, Hebraicè eſt עַד אֶפֶס מָקוֹם .i. quoad deficiat locus, vel, quoad nihil loci: quòd אפס verbum eſſe poteſt, & ſignificare idem quod deficere: & ſic vertit D. Hieron. Quoad deficiat locus, & reddidit vſque ad terminũ loci: poteſt etiam eſſe aduerbium, & ſignificare, nihil, & ſic reddes: Vſq; non locus: quòd Lxx interpretantur: Vſque ad aliena: reddidere enim vt de proximo auferant aliquid, quaſi terra ab ipſis ſolis ſit habitanda, neq; relinquendus locus alijs habitatoribus.

Auaritiæ, & opes.

Væ in ſacris, quid.

D. HIERONYMVS.

In auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum.

LXX VIRI.

Audita ſunt in auribus Domini Sabaoth hæc.

Sabaoth Deus auribus meis In
צְבָאוֹת יְהוָה אָזְנַי בְּ

LEctionem Hebræam ſic ad verbum reddes: In auribus meis Deus ſabaoth: & ſubauditur D. Hieron. totam hanc orationem, ait Dominus, ſunt hęc, & ſic reddidit: In auribus meis

Universidad de Deusto
Biblioteca

meis sunt hæc, dicit Dominus: si verò punctum mutes, & legas בְּ אָזְנֵי, significabit: In auribus, & lectionem Hebræam reddes, In auribus Dei Sabaoth. & subaudiunt Lxx, Sunt hæc, vt sit tota oratio, In auribus Dei Sabaoth sunt hæc, pro qua reddidere Lxx viri, Audita sunt hæc in auribus Dei Sabaoth.

D. HIERONYMVS.

Nisi domus multæ desertæ fuerint grã des et pulchræ, absq; habitatore: decem enim iugera vinearum, facient lagunculam vnam: et triginta modij sementis, facient modios tres.

LXX. VIRI.

Si fuerint domus multæ, in desertũ erunt magnæ & pulchræ, & nõ erunt qui habitent in eis: vbi enim operantur decem iuga boũm, faciẽt lagunculam vnam: & qui seminat artabes sex, faciet mensuras tres.

VAriè hic locus explanatur à sacris scriptoribus, super cunctos mihi hoc loco placet TERTVLL. in lib. aduersus Iudæos de claritate gentium in Christo Iesu, & aduersus Marcio. lib. 3. ait enim: Vbi vinea Domini. i. domus Iuda, fecisset pro vuis spinas, quibus Christum coronasset, cùm acclamasset: Non habemus regẽ nisi Cæsarem, Tolle, tolle, crucifige: & cùm Dominus expectasset post crucem Christi. 42. annos, dum conuerterentur ad Christum Iudæi, & illi multo magis blasphemarent Christi nomen, & ad omnes nationes legatos mitterent, vt Christi, & Christianorum nomen infamarent, vastitas inuecta est illorum vrbibus, ne prædicationem Euangelij impedirent: & sic hunc locum Tertullianum intellexisse arbitror, quanuis enim Esaiam interpretans, eo loco hęc verba inferiora non citet, & ex alijs locis testimonia citet, factum puto quòd alibi planiùs, quàm hoc loco, esset præsignificatum, ideo hæc loca Esaiæ enodans, aduocat aliundè testimonia, quibus eis lucem afferat, & euentus ipse qui est optimus scripturæ interpres, & series, ac ordo antecedentium & consequentium, hoc docet & verba ipsa prophetæ, atque ipsa historia rerum gestarum. Disces enim ex Iosepho lib. 5. de bello Iudaico, cùm priùs vrbs Hierosolyma duobus tantum collibus contineretur, & tertio colle qui Sion dicebatur, templum Domini tantum esset, Iudæos & principes & reges Iudæorum, Sion montem, qui totus erat scrupeus, & saxeus, resecuisse, & in latissimam planiciẽ redegisse, & ædificijs, & magnificentissimis domibus complesse, & adiecisse quartum colem, cuius in summo vertice lata planicies sese in omnes partes fundebat, & illam planiciem quoque amplissimis complesse ædificijs, & cùm Hierusalem sic sita esset in quatuor collibus, à tergo præruptis, & inaccessis, quorum in summo vertice lata pateret planicies in singulis, & profundæ valles mediæ essent inter hos colles, & triplici muro præterea cincta vrbs esset, & editissimis turribus munita, planè viribus humanis inexpugnabilis videbatur, vndè Iosephus orbis terrarum nobilissimam vrbem appellat, Plinius totius Asiæ vrbem clarissimam, denique quod vrbs inexpugnabilis videretur, non dubitarunt Iudæi prouocare arma Romana, & sic putabant se posse contemnere prophetarum vaticinia, & effugere quæ prophetæ minarentur mala: vndè, vt suprà dictum est, & sæpè repetendum, contemnentes prophetias, compleuerunt prophetias omneis. Minatur ergo propheta hoc loco ijs, qui spes suas collocarunt in opibus & ædificijs vrbis, futurum, vt nihil illa omnia iuuent. Nisi multæ domus fuerint desertæ grandes & pulchræ: aposiopesis est, & forma dicendi Hebræa. i. certè vastabuntur, qualis forma dicendi illa est Plauti: Non sum is, qui sum, nisi hoc fiet: hoc explanant Lxx sic: Si fuerint domus multæ. i. quanuis domus multas ædificetis, & totos quatuor colleis ædificijs complectis, & domibus, in desertum erunt magnæ, & pulchræ. i. vastabitur vrbs, & domus magnificentissimæ erunt desertæ, vt indè coniectes quid futurum sit tenuioribus ædificijs: Et non erunt qui habitent in eis. i. vastabitur vrbs. Quòd dixit D. Hieronymus, Decem iugera vinearum, congruenter lectioni Hebræę interpretantur Lxx. i. vbi operantur decem iuga boũm, quod iugerum est quantum vno die par boũm arat: decem ergo iugera erunt, quantum decem iuga boũm operantur. Quod Hieronym. vertit, lagunculam: Vatablus, & alij, vatum reddidêre: & aiunt vatum esse minimam liquidorum mensuram, quam Græci nominant cyathum, & hæc dicta sunt hyperbolicè, quibus ingens sterilitas prædicitur, & fames ingens. Et disces ex IOSEPH. lib. 5. & 6. de bello Iudaico perijsse Iudęos, quòd intus premerẽtur seditionibus tyrannorũ, fame dira, ingẽti peste: foris Romanorũ armis. Has luêre pœnas ob inmane illud facinus, quod in Dominum

Iudæos exspectat Dominus 42. annos post crucẽ Christi, dum cõuertantur.

Iudæi legatos mittunt in oẽs partes orbis, qui Christi nomen infament.

Vrbs Hierosoly. aucta & munita, ita vt inexpugnabilis videretur.

A in Dominum admisere, cùm suprà descripta sint bella, & arma Romana. His verbis describitur ingens fames, & singularis quædam sterilitas, cùm dicitur: Ex decem iugeribus vineæ. i. quantum ararent decem iuga boũm: futuram vindemiam, quantum vini capiat vna lagena, vel vnum vini vatum, id est, minimam mensuram liquidorum, quam Lxx viri dixêre, μετρητὴν, quod præter alia, significat poculum, quòd Græcè dicitur, calathos, nam, calathus, fiscellam significat, & poculum, siue pateram, qua vinum bibimus, vt in illo: Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. Quæ igitur tanta sterilitas fingi potest, quanta describitur à Propheta, si ex decem iugeribus vinearum, vix vnum poculum vini exprimi possit? Postremò, quòd D. Hieronymus dixit: Ex triginta modijs sementis, facient modios treis, sic intelliges, כמר, verbum Hebræum, quod hoc loco est, vt aiunt Hebræi, est mensuræ genus, quod dicitur, corus, chomèr porro, siue corus, triginta continet modios. Præfert ergo lectio Hebræa, chomer sementis reddet ephà: quod vertit D. Hieronymus optimè, triginta modij sementis, reddent modios treis: nam ephà, decima pars cori est, vt docent Hebræi: si ergo corus, seu chomer
B continet triginta modios: ephà continebit modios treis. i. erit tanta sterilitas agrorum, antequam ingruat bellum Romanum, vt ex triginta modijs sementis, colligantur tantùm modij tres. Quòd verò Lxx seniores, iussu regis Ptolemæi vertebant scripturas apud AEgyptios, vsi sunt nominibus mensurarum AEgypti, & Persarum. Ergo quòd vertit D. Hieron. triginta modij sementis, & Hebraicè est chomèr, quæ mensura continet triginta modios, Lxx dixêre, qui seminat artabas sex: artaba apud AEgyptios, & Persas (vt author est Suidas) est idem quod apud Atticos & Latinos, medimnus, quæ mensura nostro sermone, *hanega*, dicitur. Medimnus porrò (authore Suida) sex capit modios: sex ergo artabæ, efficiunt triginta sex modios: siquidem singulæ artabæ modios capiunt senos: quòd autem plùs efficiunt sex artabæ triginta modijs, fuit in causa, quòd mensuræ Iudæorum planè accommodari ad mensuras AEgyptiorum non potuerunt: quia mensuræ diuersarum nationum non sibi ex æquo mutuò respondent, & quando AVG. lib. 3. & 4. de doctrina Christiana hyperbolen docet, in sacris quoque literis reperiri, quantum ad hyperbolen parum refert, si dicas: triginta modios sementis, facturos modios treis in messe, an si dicas: triginta sex modios sementis, facturos modios tres, cùm fructus
C colliges: vel, medimnus non est æqualis in omnibus locis, alibi minor, alibi maior est: arguetque hæc versio Lxx, apud AEgyptios artabam esse minorem aliquantò medimno, quòd Hieron. dixit modios treis: Lxx reddidêre, mensuras treis, quòd fortasse modius apud AEgyptios sit prima mensura siccorum. Medimnus porrò continet duas mensuras nostras, quas appellamus, *celemines*.

D. HIERONYMVS.

Væ, qui cõsurgitis manè ad ebrietatem sectandam, et potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis: cithara enim et lyra, et tympanum, et tibia, et vinũ, in cõuiuijs vestris, et opus Dñi nõ respicitis, nec opera manuũ eius cõsyderatis.

LXX VIRI.

Væ, qui consurgitis manè, & sicerã sequentes, expectantes vesperam, nam vinum succendet eos: cum cithara enim, psalterio, & tympanis, & tibijs vinum bibũt, ad opera Domini non respiciunt, & opera manuum eius non consyderant.

CAussa alia est, cur desciuerint à Dño Iudæi, & cur à Deo deleti sint, sic de illis Moses, Comedit, & bibit populus, & surrexit ludere: & rursus, Comedit Iacob, & repletus est: &, Recalcitrauit dilectus, pinguis est effectus, et obesus, dilatatus est, & dereliquit Deum qui fecit ipsum, quod præcipuè contigit temporibus Christi, nam ne magnas opes, & magnos honores amitterent, non recepere Christum, nec audiuere prophetas, & incurrere exitium, & vltimam vastitatẽ. Quòd Lxx reddidere, Vt vinum succendat eos, conuenienter lectioni Hebræę: explanat D. Hieron. Vt vino æstuetis. IREN. lib. 4. cap. 4. referre videtur hunc locum, ad illum locum Euãgelij, diuitis & Lazari, & purat doceri nos à Propheta hoc loco, ne obliti Dei, seruiamus voluptatibus, quòd dicat Dñs, Erat diues, qui vestiebatur byssо & purpura, & ne in eundẽ finẽ veniamus, cùm illis monet per Esaiã hoc loco propheta, inquit Irenæus, simulq; docet, si Mosi & prophetis crederẽt Iudęi, receptu ros fuisse filiũ Dei, quem prophetæ prædicassent, sed quòd Iudæi dediti luxui erant, voluptatem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem & delitias prætulêre prophetarum consilijs, nam nisi vitam voluptariam antepositissent A vaticinijs prophetarum, recepissent vtique Christum, & seruijssent religioni: quem sensum putat esse Irenæus huius loci, & lamentatur illorum miseriam propheta, quòd mancipabûtur sempiternis supplicijs, & ardebunt sempiterna flamma, quòd crapulari maluerint, & vino obrui, & degere in vita ociosa, plena, & conferta voluptatibus potiùs, quàm audire prophetas, & illorum vaticinijs ad Christum duci. Et D. BASIL. contra ebrietatem eodem spectat, nam qui conuiuantur, inquit, & crapulantur, & lautè viuunt, deflentur à propheta, quòd occupati conuiuijs & epulis, nullum sibi relinquant locum ad contemplandas prophetias, & cognoscendum Deum: Quæ sententia mihi perplacet, nam si Iudæi, non consumpsissent totum diè crapula & comessationibus, euoluissent vtiq; prophetias: & cùm viderent tot miracula, & prædicta omnia compleri, veritas ipsa, vt sol in oculos, vel nolentibus incurreret. ORIG. lib. 7. contra Celsum, sic hunc locum explanat, quòd dediti auaritiæ Iudæi, & epulis, & vitæ voluptariæ non contemplabantur illa superna promissa, quæ data sunt patribus, & quænam sit illa Hierusalem promissa toties, & quòd sit illa cælestis, quam sol iustitiæ Deus, sempiterno B complet lumine, & quæ sit terra viuentium, & quò spectent prophetarum oracula: quod si fecissent, nunquam risissent prophetas, nec dum prophetarum vaticinia rident, complessent omnia, quòd ait Iosephus. 4. li. de bello Iud. cap. 22. sed ita erât tota cogitatione intenti, & voluptatibus, & aceruandis opibus, vt nullum tempus relinquerent harum rerum contemplationi. Huc spectant D. HIER. & CYRIL. Verba illa: Væ ijs, qui surgunt manè: explanantur mirificè ab AMBR. de Helia, & ieiunio, cap. 15. & de Nabuthe Iezraelita cap. 3.

Cura diuitiarum, & verum humanarũ, et cõuiuia, et epulæ, sunt impedimẽto, ne scripturam euoluamus.

D. HIERONYMVS.

Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.

Diuus Hieron. necesse habuit distinctionem lectionis Hebræę sequi, quæ suis temporibus, in codicibus Hebræis circunferebatur, ea quidem caussa, qua dictum est suprà, & est sæpiùs demonstratum, & eadem sententia est tralationis D. Hieron. quæ Lxx virorũ est. C Versio tamen Lxx virorum & distinctio, interprete non eget, neq; commentario: verba ipsa tam plana sunt, & tam consentanea historiæ rerum gestarum, vt Sole videãtur illustriora. Ait ergo Propheta, iuxta versionem Lxx virorum: Propterea captiuus populus meus factus est, quia non cognouerunt ipsi dominum. i. perière Iudæi, ruit Hierosolyma vrbs, vt dictum est, quia populus Iudæorum non recepit Christum. Verba Hebræa hoc sonant, si sic distinguas, vt distincta sunt à Lxx viris, quæ sic ad verbum vertes: Propterea captiuus ductus est populus meus, propter non scire, & gloriam eius. i. propterea periêre Iudæi post crucem Christi, propter non scire, & propter non cognoscere, & gloriam eius. i. etiam gloriam eius, Christum qui dicitur patris gloria: præcesserat enim, Opus Domini non respicitis, vt sit propter non cognoscere opus Domini: & gloriam eius. i. Christum (nam gloriam patris dici Christum in literis sacris, docet CYRIL. tomo primo Concil. de incarnatione vnigeniti cap. 12. & EVCHER. in librum tertium Regum cap. 30.) Ergò non potuit planiùs dici, quod est apud IOSEP. lib. 6. de bello Iudaico cap. penultimo & vltimo, post subuersa Hierosolyma, & strata multa Iudæorum millia, ferro, fame, & peste, magnam multitudinem ductam captiuam in omnes partes D terrarum, quòd non cognouerunt Dominum. Sic enim Hebraicè est, si ad verbum vertas: Propterea captiuus factus est populus meus, propter non cognoscere, & gloriam eius. i. quia non cognouêre Deum Patrem, & Dei Patris gloriam, quod dixêre Lxx viri: Igitur captiuus populus meus factus est, quia non cognouerunt Dominum. Hoc quoq; confessus est IOSEP. libro quarto cap. 22. & alijs locis multis, vbi dum riderent, inquit, prophetas, & eorum vaticinia, ignorantes, & nec opinantes compleuêre, quæ prædicta erant omnia. Sic D. Hieronymi tralationem interpretabimur: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. i. quia risit prophetas, & eorum vaticinia, & per ignorantiam, & nec opinantes compleuere quæ prædicta erant omnia, vt inquit Iosep. Potes etiam explanare lectionem Hebræam mirabiliter, si interpretere eam verbis Lucæ euangel. Propterea ductus est captiuus populus meus propter non cognoscere, & gloriam eius. i. quia non cognouit Christum, gloriam eius populi, scilicet, mei, quem gloriam plebis suæ Israel appellauit Simeon: nam, & apud Hebræos

Interpretatio Lxx virorũ apertè, ostendit periisse Iudæos, quia non recepêre Christũ.

Christ⁹ gloria patris.

LXX. VIRI.

Igitur captiuus populus me⁹ factus est, quia nõ cognouerũt ipsi Dñm.

gloriã ei⁹ & scire nõ ꝓpter populũ me⁹ captiuat⁹ est Ideo

לָכֵן גָּלָה עַמִּי מִבְּלִי דָעַת וּ כְבוּדוֹ

A braeos, pro ornamento est, & nihil significat: vbi summopere notandum est, Lxx viros, quòd Hebraicè est, Populus meus captiuatus est, propter non cognoscere gloriam eius: populũ. i. interpretatos, dominum, hoc est, Christum, qui gloria erat populi Israëlitici, nam si tralationem Lxx virorum cum Hebræa lectione conferas, ita distincta, vt distinguunt Lxx, nihil hoc loco admirabiliùs, vbi pro gloria populi Israëlis, quod Hebraicè est, conuenienter euangelicis literis interpretantur Lxx. i. dominum, non potuere planiùs, nisi dicerent, Christum.

D. HIERONYMVS.

Et nobiles eius interierũt fame, et multitudo eius siti exaruit.

TAm frequens huius rei mentio apud Iosephũ est lib. 5. de bello Iudaico cap. 26. &. 27. & alijs locis multis. & lib. 6. cap. 20. &. 21. vt nihil sit vulgatius, confectos & mortuos B esse Iudæos dira fame, quæ ipsos conficere omneis posset sine bello. Lectio Hebræa hoc etiã sonat, si sic distinguas, vt interpunxere Lxx viri, Mortui fame, & multitudo eius, aridi siti: forma dicendi Hebræa, recepta apud Græcos, & Latinos: vt, Multitudo venerunt, apud Titum Liuium. Pars pedibus plaudunt choreas, --- apud Maronem. Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi, sic Hebraicè, mortui fame & multitudo eius. i. magna multitudo eius morietur fame. Aridi siti. i. arescet siti. D. Hieron. codicum Hebræorum distinctionem est sequutus, nam, Gloriam eius, initium fecit sententiæ sequentis: sic enim legit Hieron. si ad verbum verteres Hebræa verba, Gloria eius, mortui fame: & multitudo aridi siti, & sic interpretatur D. Hieron. Gloria eius mortui fame. i. nobiles interierunt fame, & multitudo eius aridi siti. i. exaruit siti: quæ versio D. Hieron. est etiam admirabilis, nam vis omnis malorum, quod ex Iosepho liquet, & sæpissimè repetendum est, recidit in caput pharisæorum, & principum Iudæorum & locupletum præcipuè, qui potissimùm Domino fuerant aduersati, & plebem à Christo abduxerant.

LXX VIRI.

Et multitudo facta est mortuorũ, propter famem, & sitim aquæ.

מְתֵי רָעָב וַהֲמוֹנוֹ צִחֵי מָיִם

D. HIERONYMVS.

C *Propterea dilatauit infernus animã suã, et aperuit os suũ absq; vllo termino, et descendẽt fortes eius, et populus eius, et sublimes, gloriosiq; eius ad eũ, et incuruabitur homo, et humiliabitur vir, et oculi sublimes deprimẽtur, et exaltabitur Dñs exercituũ in iudicio, et Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.*

LXX VIRI.

Et dilatauit infernus animã suam, & aperuit os suũ, vt non cesset (vel deficiat) & descendẽt inclyti, & magni, & diuites, & exultãs in ea, humiliabitur homo, et inhonorabit᷑ vir, & oculi sublimes humiliabũtur, & exaltabitur Dñs sabaoth in iudicio, & De⁹ sanct⁹ glorificabit᷑ in iustitia.

EAdem describitur clades Iudæorum, qua luere immane illud flagitium, quòd Iudæi in D regem gloriæ admisere: & vtitur propheta prosopopœia quadam, qua ostendit mortem ipsam, velut magnam quandam balænam, deglutijsse omnes: hoc enim significant verba illa, Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum, absq; vllo termino, quòd Lxx viri dixêre, vt non cesset, vel si meliùs voles vertere, vt non deficiat. i. vt omnes capiat: Hebraicè est לבלי חק. i. vt non sit præfinitum quicquam, sed capiat omnes absque termino, vt nulla pars sit residua, vt pereant omnes, hoc est, vt non certa quædam pars Iudæorũ pereat, aut media pars, aut duæ partes, aut ex decem partibus nouem, sed prorsus omnes aut pereant, aut sedibus suis pellantur, & in vltimas terras captiui ducãtur, quod factum esse sub Adriano constat: incensæ enim sunt omnes vrbes Iudææ, & vici oës, ferro & incendio sunt omnia deleta, & ideo tralatio D. Hieron. est admirabilis, quę hoc significat, Descendẽt fortes eius, & populus eius, sublimes, glorioſiq; eius ad eũ, hoc est, ad infernũ. i. summi, medij, infimi, oës prorsus peribunt, aut ferro aut incẽdio, quod factũ est, vt leges apud Dionẽ, residui fuere, si qui non habitabãt in vrbibus Iudææ, quòd dispersi erãt Iudęi per totũ orbẽ: & si qui non cõfluxere ad illud bellũ, & si quos Romani duxere captiuos, nam sub Vespasiano multa milia pauperũm sunt permissi abire li-

bere,ſub Adriano,nulli,hoſtilis gladius,aut incendium,pepercit,niſi ſi quos duxere captiuos. A
Lxx viri ita vertêre,vt videatur propheta locupletibus minari potiſsimùm, quòd hæc vaſtitas in illos incubuit maximè,& hi perîre omnes:& ſi qui reſidui fuêre,vel captiui fuere ducti, erant pauperes.Diſsidiũ hoc fecit vox Hebræa חֲמוֹנָהּ, quæ reddi poteſt multitudo eius,quod D.Hieron.dixit, Populus eius,poteſt etiam verti,opulentia eius & nobilitas, & hoc intellectu accepere Lxx viri. TERTVL.lib.4.aduerſus Marcionem,hoc tantum aduerſum diuites,& locupletes dictum eſſe putat,& idem eſſe cum illo Domini:Væ ſuper diuites. & leges apud Ioſephum, vim illam mali potiſsimum in diuites incubuiſſe, nam lib.5. de bello Iudaico cap.28. multa milia reperies locupletum crucibus ſuffixa,alijs locis reperies verberibus cæſos,vt ipſi in crucem ſuſtulere Dominum,& flagris cecidere,reperies ipſos per omnia cruciamenta necatos. & in fine 6.lib.ſtratos gladijs per vias, ductos vinctos,vt belluis in theatris in publicis ludis laniandi obijcerentur,cùm multa pauperum milia,liberè abire quo vellent,ſunt permiſſi, & in poſtrema vaſtitate,qua omnes Iudæę vrbes,& vici omnes incendio ſunt conſumpta,ſub Adriano imperatore, quo tempore ex toto orbe terrarum Iudæi ad arma confluxère, locupletes confluxiſſe, magis credibile eſt: & ita Tertull.loco citato explanat, Humiliabitur homo,vtique exaltatus diuitijs,inhonorabitur vir, qui vtique ob ſubſtantiam honorabilis erat: ſed tralatio D.Hieron.habet emphaſim: Incuruabitur homo.i.homo locuples, vt interpretatur Tertull.incuruabitur,vt ligetur & vinciatur,vt ducatur obijciendus belluis in theatris,vel vt captiuus ducatur,aut in triumphum,quòd in fine.6.lib.de bello Iudaico factum reperies,& millies alijs locis leges, incuruatos principes Iudæorum, vt vinciantur, aut cruce afficiantur, aut flagris cædantur,aut per omnia cruciamenta necentur. Et exaltabitur Dominus, quia vt dictum eſt, quo tempore ſubuerſa Iudæa eſt, lux Euangelica potiſsimùm toto orbe reſplenduit:nam iudicium,vt poſteà dicendum eſt,pro euangelio ponitur in ſacris literis,eo ergo tẽpore,cùm Gentes viderent,& in tralatione Lxx virorum legerent, quod prophetæ prædixerant de vaſtitate Iudæę,ſi Chriſtum non recepiſſent,eſſe completum, & legerent alia vaticinia completa:mirum dictu,quàm omnes certatim accurrêre ad fidem, & exaltatus eſt Dñs.

D. HIERONYMVS. *LXX VIRI.* C

Et paſcentur agni iuxta ordinẽ ſuum. Et paſcentur direpti quaſi tauri.

וְרָעוּ כְבָשִׂים כְּדָבְרָם

Hieronym.in commentarijs in hunc locum cõuenienter ſuperioribus hæc de Chriſti paſsione,& Hierosolymorum excidio interpretatur. Direpti ſunt,inquit,& ducti captiui à Romanis,& ab alijs nationibus,quæ ſub ſignis Romanorum bellabant:Quaſi tauri. de quibus dixerat Dominus:Tauri pingues obſederunt me. Sequitur enim ferè D.Hieron.in cõ métarijs interpretationem Lxx virorum,& quanquam à principio dixerat,neſcio quid volentes Lxx,tranſtulerunt: Paſcentur direpti quaſi tauri, cùm videat myſterijs Chriſti tam conuenire,eam ſequitur tamen. Paſcentur ergo direpti quaſi tauri. i. tanta copia captiuorum ex Iudæa ducetur,vt à militibus paſcantur,more armenti taurorum,& vnuſquiuis militum ſuos captiuos ducat, & paſcat,quos è præda emerit,quaſi paſcat armentum taurorum : quod factum eſſe diſces ex Ioſepho de bello Iudaico lib.6.cap.penult.& vlt. Verba Hebræa hoc etiam ſonant, וְרָעוּ ,& paſcentur: כְּבָשִׂים, ſicut agni: vt reddidit D.Hieronymus. i. milites paſcent Iudæos quos captiuos ducent, ſicut gregem agnorum, ſicut gregem pecudum, tanta erit captiuorum multitudo, & ſicut ſuibus,illis obijcient pabulum,vel vt agnis: Aut, כְּבָשִׂים .i.direpti, nam כבשׂ, cum puncto in dextro cornu, ſignificat ſubijcere ſibi, & capere vi aliquos, vnde כבשים, direpti,capti, & ſic Lxx:Paſcentur direpti .i. paſcentur captiui. כְּדָבְרָם, ſicut gregem ſuum,vel,ſicut armentum . i.paſcentur captiui ſicut armentum, & fecere paraphraſim ex alijs locis ſcripturæ,ſicut armentum taurorum, ſcilicet, vel ſicut tauri, iuxta illud: Tauri pingues obſederunt me,vt inquit D.Hieronymus: nam דבר, gregem ſignificat aut armentum, vt Michæę ſecundo:Tanquam gregem,vel in medio gregis ſui, vbi pro grege eſt hæc vox Hebręa, & hinc Hebræi aiunt, midbàr, id eſt,deſertum appellari, quòd in deſertum ducantur armenta ad paſcendum: ſic Iudæi explanant hunc locum:Et paſcentur agni, כדברם .i. ſecundũ ducatũ ſuũ.i.vt ſolébant in ſeptis,quod etiã,dabàr,ſignificat caulas ouium: & hoc,ad verbum leges lib.6.de bello Iudaico cap.44.vbi Iudæi velut in caula concluduntur omnes, & indè vænales ducuntur:alij obijciendi feris,alij ad alia mala,alij vilisimo pretio væneunt: illic ergo velut in caula

A in caula concluſi paſcebantur,vt inde depromerentur,& vænirent in auctione.Lxx viri fecêre paraphraſin ex illo:Tauri pingues obſederunt me. Et ex cap.50.Hierem. Mugiſtis, vt tauri. Dixère ergo:Paſcentur direpti quaſi tauri,vt facta hac paraphraſi declararẽt, cur traditi eſſent direptioni omnium nationum, quia in Dominum mugiere quaſi tauri,& ideo direpti,& exſpoliati,ducti ſunt captiui,quaſi armenta taurorum, niſi fortè dicere velis, Lxx viros non legiſſe כדברם, ſed mutata vna litera ד in א, & abiecta vna literula י. כאבירם, id eſt, ſicut tauros eorum,& illa mutatio vnius literæ in alteram,& adiectio alterius literulæ,frequentiſsima eſt, vt oſtendimus,in codicibus Hebræis: qua de re ſuprà diſputatum eſt fuſiſsimè in diſputatione de tralatione D.Hieron.& Lxx virorum.

D. HIERONYMVS. *LXX. VIRI.*

Et deſertain vbertatem verſa, aduenæ comedent. Et deſerta eorũ qui capti ſunt, agni comedent.

B

וְחָרְבוֹת מֵחִים גֵּרִים יֹאכֵלוּ

TRalatio Lxx virorum ſignificat:Deſerta Iudæorum.i. vrbes vaſtatas Iudæorũ, agnos eſſe depaſturos.i.vrbeis celeberrimas Iudæorum vaſtandas,& redigendas in ouium paſcua vberrima, id enim ſignificat,Verſa in vbertatem: quòd vbi erant nobiliſsimæ vrbes ſurgent meſſes,& arabuntur aratro loca illa,& redigentur in paſcua armentorum & pecorũ. Sed ne miréris,quòd multis locis dicimus,aliam lectionem agnouiſſe Lxx viros, mutatione alicuius literulæ,vt in ſuperiore commentario dictum eſt,hoc loco,pro גֵּרִים .i.aduenę,vt vertit D. Hieron. Lxx legere כרים .i.agni,& ſic legendum eſſe contendit R.Dauid,vt habeamus noſtrę ſententiæ aſtipulatores etiam ipſos Iudæos,acerrimos Chriſtiani nominis hoſteis:& hoc potiſsimùm notandum eſt,quod hæc loca omnia ſunt ex eorum numero, quę quanquam res noſtras clara voce teſtentur,& apertè Iudæos damnẽt, noſtri nó audẽt attingere aut citare,quòd Iudæi clament nihil tale Hebraicè eſſe:mentiuntur impudentiſsimè Iudæi, fideliſsimè omnia ſunt reddita à Lxx viris & à D.Hieron.ſed oracula quæ ipſos iugulant,inuertunt impij Iudęi, C & negant eſſe Hebraicè. Ergo deſerta eorum,aduenæ paſcent.i.aliæ nationes habitabunt vrbeis Iudææ deſertas à Iudæis:ſed hic ſenſus locum non habet,ſi legas,in vbertatem verſa,nam alibi dicendum eſt,noſtros homines iniquos,æſtimatores & iudices aduerſus nos eſſe, videas annotationes noſtrorum hominum,cùm alijs locis plurimis, tùm in libris Geographiæ Ptolemæi,vbi parum abeſt,quin mendacij arguant ſacras literas,imò mendacij arguũt, admonentque terram,quæ olim dicebatur ſancta,ſterilem eſſe,non fertilem & vberrimam, vt literis ſacris teſtatum eſt. Homines, penè dixerim impios, aut taceant, aut diſcant literas : quaſi verò prædictum non fuerit,Iudæam,quæ vberrima erat & fertiliſsima, poſt crucem Domini futuram ſterilem & infœcundam.Hoc quod dicitis veriſimum eſt,Iudæam ſterilem eſſe poſt crucem Domini,& infœcundam : ſed hoc noſtræ veritatis argumentum ingens, quòd quę olim erat fœcundiſsima & amœniſsima regio,ita punita eſt à Domino,habitatorum culpa,vt ſterileſceret,quemadmodum prædixerat Moſes Deuteronom. cap. 29. cùm deſcripſiſſet plagas, quibus Dominus populum Iudæorum erat affecturus,ſi non ſeruaſſent legẽ, nec credidiſſent legi,ſed ambulaſſent in prauitate cordis,quòd præcipuè fecere temporibus Chriſti, vt dictum D eſt,& cùm dixiſſet vaſtandas vrbes Iudææ,ſubiecit,affligendam terram ſulphure, & ſolis ardore comburendam,ita vt vltrà non ſeratur,nec virens quicquam generet, in exemplum Sodomæ & Gomorrhæ: ergo Iudæa poſt crucem Chriſti erat relinquenda ſterilis vt Sodoma: itaque quod Hieron.vertit, pinguia, vel in vbertatem verſa, ad ſpiritalia referas, neceſſe eſt, nam terrena regio Iudææ in ſterilitatem potiùs eſt verſa.Aduenæ ergo.i.nationes exteræ accipient patrum promiſſa, quæ Iudæi deſeruere in vbertatem verſa, quia ſuperabundauit gratia in lege noua,quæ eſt lex gratiæ: vel,agni paſcent.i.nationes,quæ recepta lege euangelij,dicentur agni:Ecce ego mitto vos,ſicut agnos inter lupos. Non inficiabor tamen Lxx, pro מֵחִים .i. pinguia,vel,In vbertatem verſa,mutatis punctis tantum legiſſe מְחִים i.interfectorum, à מחה. perdo, vt ſit, deſerta eorum mortuorum, hoc eſt Iudæorum mortuorum & interfectorum gladio, aduenæ comedent.i.nationes exteræ,vel agni depaſcentur verſa in paſcua,vt dixi.

Duplex lectio apud Iudæos,tẽ ſimoniola dæorum et Lxx virorum.

Multa ex tralatione Lxx virorum,noſtri non audent attingere. Iudæa olim vberrima, nunc ſterilis,& cur? & quorũ damnepto rum reprehenſio.

D. HIERONYMVS.

Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, et quasi in vinculis plaustri, peccatum.

LXX. VIRI.

Væ qui trahitis peccata quasi funiculo longo, & quasi iugi loro vitulæ iniquitatis.

IVSTIN. in dialogo aduersus Tryph. hæc omnia de Christo interpretatur, vtcũ probaret prædictũ esse vaticinijs prophetarũ, quid Iudæi essent facturi post resurrectionem Dñi, & quòd non essent mutaturi impiã mentem, sed ex Hierusalẽ legatos in totum orbem essent missuri, vt concitarent suos Iudæos, qui toto orbe erãt dispersi aduersum Christũ & Christianos, & docerent eos blasphemare nomen Christi, & Christo conuiciari: & q̃ apostolos & fideles, per omnia cruciamenta essent necaturi, & q̃ alia innumerabilia huius notæ factum essent, quæ omnia fecêre Iudæi, vt hæc, inquam omnia, prædicta vaticinijs prophetarum ostenderet, inter alia testimonia, quæ citat ex prophetis, & hæc citat, vt ostendat verba hæc id significare, quod prædiximus, cùm ait: Væ qui trahitis quasi funiculo longo: vel, si melius vertere velles tralationem Lxx: Væ qui trahitis, quasi fune longo: & deest in tralatione Lxx, verbum vnum, quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendumque: Væ qui trahitis peccata, quasi fune longo mendaciorum, nam verbum Hebræum חבלי, funiculos significat, vt vertit D. Hieron. & rudenteis validos, & funeis longos, quod te docebunt omnia Hebræa onomastica, adeò res plana est, & sic verterunt Lxx viri, quasi funelongo, quasi rudentibus validis vanitatis, vel mendaciorum, idem enim vtrunque significat: mendacium enim mendacio attexebant Iudæi, nam impostorem appellabant, & in principe dæmoniorum ejicere dæmonia aiebant, corrupere custodes pecunia, vt mentirentur Apostolos corpus Dñi suffuratos, legatos in totũ orbem misere, vt de Christo spargerent mendacia, oracula prophetarum apertissimè inuerterunt in lectione Hebræa, cuius criminis rei arguuntur literis apostolicis, & Euangelicis, vt toto hoc libro apparebit, ex interpretatione Lxx abstulere multa, quosdam illorum libros aboleuere flammis, vt author est idem Iustinus aduersum Tryphonem, reliqua quę de medio tollere non potuêre, falsitatis arguunt. Dici non potest, quàm sint mendaces Iudæi, & ita ab Hieremia cap. 9. mendacissimi dicuntur, alieni ab omni veritate, doctores mendaciorum, vt feras in oculis commentaria, quæ tibi Iudæorum venditant mendacia: hic enim finis longus est mendaciorum, quem Iudæi texunt, cùm peccatis peccata cumulant. AVGVS. in Psalm. 108. In modum funis, inquit, qui ex pluribus minimis crescit in multum, peccata sem per tanquam longo fune tenduntur: sunt etiam hæc delictorum vincula, quibus humanæ mẽtes illigantur, de quibus in prouerbijs: Fascijs peccatorum vnusquisque constringitur: stringit enim nos, & alligat diabolus vitiorum funibus, quòd docet Dominus in Euangelio. Hanc filiã Abrahæ ligauit Sathanas annis octodecim. & in Psal. 128. in illa verba: Suprà dorsum meum fabricauerunt, sic Augustinus hunc locum explanat, vt Iustinus: Non desinunt, inquiens, peccata peccatis connectere, & tanquam funem longum implexa ea semper extendere. Sed dici non potest satis iuxta hanc sanctorum sententiam, quantam emphasim & vehementiam, habeat verbum illud, quod reponendum est ex Hebræa lectione, mendaciorum & vanitatis, quodque præfert tralatio Diui Hieronymi, si legas: Væ qui trahitis peccata, quasi funelongo mendaciorum, vt animo audientium infigat Iudæorum mendacia, sed quòd Diui peccata esse dicunt vincula, quibus ligatis manibus & pedibus mittuntur mali in tenebras exteriores, & finem longum fieri cùm peccata peccatis adduntur, non tamen explanant, cur dicantur peccata funes, discesex PLATONE lib. 9. de Repub. qui ex sacris literis hãc similitudinẽ videtur mutuatus, ibi enim, cùm dixisset nihil aliud esse peccare, quàm collo sibi vincula circundare, & se dedere captũ, aut prauis cupiditatibus, aut hosti fœdissimo, subijcit fabulã illam Eriphyles, quæ ob torquẽ aureum, Amphiaraum maritũ prodidit, illa, inquit, tunc cùm maritum vendidit, se quoque captiuam vendidit, & collo suo aurea quidem, sed tamen vincula circundedit, ita tu quoties, inquit, in te admittis crimen aliquod, nequissimo hosti te prodis miserum, aut annulo collo reuincto, aut longo fune, siquis, inquit, vt acciperet aurũ, filium aut filiam, immanissimis & pessimis dñis in miserã seruitutẽ venderet, an non crudelissimus esset & stultissimus? quid? tu non stultior multò, & stolidior? qui partẽ tui diuinissimam, hoc est, animam impientissimo & impurissimo domino vendis, vt expleas tuas libidines? non es insanus,

Iudæi legatos in oẽs terras mittunt, quid docerent gentes blasphemare nomẽ Domini.

Iudæi mendacissimi, & Iudæorum mendacia.

Peccata vincula, & cur?

A insanus, miser miseris modis, qui circundatis collo vinculis, animam tuam in miseram seruitutem hosti tuo tradis? nec te illius miserescit? quis te miserior? Hæc ferè Plato, quibus intelliges, cur peccata funes dicantur, & vincula: & inde vulgò dicimus, eum qui peccat, obligare se flagitio, & scelere, quòd quasi funibus quibusdam irretitum se dedat domino nequissimo, & inde absoluere aliquem nefario scelere, cùm illum iudex innocentem esse pronunciat, ita nõ solùm Plato huius sententiæ author est, sed etiam rude vulgus sic loquitur, vt hæc significet, quòd vt Arist. ait ὑπαίτιος πάμπαν τῆς ἀλλοιώσεως. i. quòd in omnibus splendor quidam veritatis est & lucerna, qua verum videtur. Quòd Hieron. reddidit: Quasi vinculum plaustri: Lxx vertere, Vt loro iugi vitulæ iniquitatis: vel, vt AMBR. in Psal. 108. serm. 8. in illa verba: Funes peccatorum circumplexi sunt me: legit, vt loro iugi vitula iniquitatis: vtrunq; lectioni Hebræę congruit, nam עגלה, plaustrum significat & vitulam, vt Genes. 15. Cape mihi vitulam: vbi pro vitula, est eadem hæc vox Hebræa, & huic loco tam benè conuenit vitula, quàm plaustrum. AMBROS. ergo loco citato, sic enodat hunc locum: Cùm vitula indomita plùs se iactat & B excutit, cùm tenetur, nec acquiescit imperio, sed magis cum loro retrahitur & exasperatur, ita nec coacta se subijcit, nec libera vinculorum est: & cùm trahit vitula lorum iugi, & si non tenetur, tamen non se explicat, nec absoluit: Vide hæc verba Ambrosij quàm cohæreant cum Iustini sententia: vbi Iudæi indomiti, cùm tenebantur nefario scelere, indomita ceruice se iactabant multò magis, & cùm tenerentur se excutiebant, nec acquiescebant imperio, sed mille fingebant mendacia aduersum Dominum, vt diximus, & putabant se liberos & tutos sub amicitia Romanorum, vt vitula procax, quæ lorum trahit: non erant tamen absoluti, quòd funibus peccatorum trahendi erant ad pœnas, quas prophetę prædixerant. Et in Psal. eundem, serm. 16. hoc idem multò significantius idem Ambros. Indomita vitula, inquiẽs, quò diutiùs traxerit lora, hoc multò magis impeditur & irretitur: Aduerte, quàm hæc interpretatio congruat Iudæis, postquàm enim se obstrinxêre scelere illo nefario mortis Domini, quò magis conabantur in sua impietate perstare, eò se irretiebant magis, more indomitę vitulę, peccatis peccata iungentes, vt dictũ est: & simul propheta, per vitulam, Iudæorũ vitia demõstrat, in quibus vt volutarentur, negauêre Christũ, cùm dixêre: Venient Romani, & tollent gentem C nostrã, quæ vitia per vitulã significentur: discesex ORIG. homel. 1. in cap. 1. Iesuit. Tralatio D. Hieron. eodẽ spectat, ducta eẽ videtur metaphora, à iumentis reuinctis plaustro, quę iuméta plaustrũ, si præceps ruat, trahit in perniciem: ita Iudæos peccata admissa, quæ cumulabant, eos traxere in perniciem prædictam à prophetis: peccatum ergo Iudæorum traxit eos in perniciem vt vinculum plaustri, subaudi, solet trahere iumenta reuincta plaustro.

Cur peccata vincula dicuntur.

D. HIERONYMVS.

Qui dicit is festinet, et citò veniat opus eius, vt videamus, et appropiet, et veniat consilium sancti Israël, et sciemus illud.

LXX VIRI

Qui dicitis, citò appropinquent quæ faciet, vt videamus, & veniat consilium sancti Israẽl, vt cognoscamus.

D CHRYSOST. serm. 2. in cap. 1. epist. ad Colossi. hæc ita interpretatur, quasi Iudæi, cùm necem Domino molirentur hæc dicerent: putabant enim omnes prophetias casuras in casum, & ridebant eas, vt ait Iosephus, nec putabant ea euentura quæ prædixissent prophetæ, nã nisi credidissent fore, vt in vanum & in casum reciderent omnia, quæ prophetæ dixerant, nũquam dixissent, Non habemus regem nisi Cæsarem, neque Dominum cruce affecissent, ideo dicebant: Citò appropinquent quæ faciet Dominus, vt videamus: Huc spectabat ergo Chrysost. cuius sententia hæc sunt similia illis: Descendat nunc de cruce, sine, videamus, num veniat Elias, vt liberet eum, interrogemus eum tormento. & homel. 9. in cap. 5. epist. ad Thessal. idem Chrysost. interpretans hæc: Non simpliciter, inquit, hæc desiderant, sed ex incredulitate desyderantes describuntur. IVST. aduersus Tryphon. & in apolog. 2. pro Christianis, sic videtur hunc locum interpretari: Væ vobis, qui quòd in potentatu estis, & quòd post crucem Christi, videtis vos potentes & nobiles, non intelligitis, quòd expectat vos Dominus, vt resipiscatis & conuertamini: & cùm videatis vos non luisse pœnas tam immanis flagitij, putatis prophetas mendaces futuros, & dicitis per risum veniat dies Domini, quando id erit? vos opprimet ergo repentinus interitus. Lege Chrysost. homel. 9. in cap. 1. ad Thessalon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS. LXX. VIRI.

Væ, qui dicitis malum bonum, et bonũ malum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum.

Væ qui diciris malum bonũ, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucẽ tenebras, ponẽtes amarum dulce, & dulce amarum.

IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem sic hunc locum videtur intelligere, vt his verbis exprimantur conuicia quæ Iudæi Christo faciebant, & rumores pessimos, quos legatis per totum orbem missis de Christo disipabant Iudæi. Ergo, Bonum malum dicebant, cùm Christum appellabant impostorem, cùm in euangelio dicebant, Quia seductor hic: cùm Dominum Samaritanum appellabant, dæmonium habere dicebant, cùm Christum per totum orbem missis legatis infamabant: & malum dicebant bonum, cùm Iudaicam perfidiam appellabant religionem, lucem appellabãt tenebras, Christum, inquam, qui est lux vera, seductorẽ nominabant: & tenebras lucem, cùm vestras tenebras, id est, vestrã perfidiam, & falsam scripturarum explanationem appellatis lucem. Idem significant verba sequentia: Amarum appellatis dulce, & dulce amarum. Idem IVST. in apolog. 2. pro Christianis, sic etiam hunc locum explanat: quòd autem à prophetis prædicta sint hęc cõuicia, quæ Christo facitis, & Christianis, & quòd miseri sitis, quia hæc illis facitis conuicia, & quòd dicitis nihil esse sanctius, quàm si vetus lex obseruetur, audi dicentem Esaiam: Væ, dicentibus malum bonum, & bonũ malum. TERTVL. in lib. de carne Christi, hæc referre videtur ad falsas Iudęorum interpretationes scripturæ, & ad inuersionem vaticiniorum. Eodem etiam refert idem Tertull. aduersus Gnosticos his verbis: Quid enim aliud faciunt Iudæi, cùm peruertũt scripturæ sensa, quàm facere bonum malum, & lucem tenebras? I nunc, Iudæos admirare, & illorum scripta combibe, contemne scriptores sacros: Contrà putat ATHAN. interpretans hunc locum: Dic, inquiens, vtri potiùs credere oportet, Domini verbis, an Iudæorum fabulis? vtra oportet imitari facta, sanctorúmne, an ea quæ excogitauerunt isti? sed quoniam hæc, isti non possunt dicere, sunt enim obcœcati, quòd dixit Esaias, putantes amarum esse, quod est dulce, ac lucẽ esse quę sunt tenebræ: hæc Athanas. in apolog. lib. 1. Apertiùs tamen idem Athanas. in lib. de illo euang. dicto: Quicunque dixerit verbum aduersum filium hominis, hunc locum explanat, vt Iustinus de Iudæis, qui conuicia faciebant Christo, hunc Samaritanum appellabant, & seductorem, &c. CYRIL. de spiritu & litera lib. 5. in fine, hũc locum accommodat ijs, qui cùm possent frui voluptate cælesti, & epulis spiritalibus, desciscant à mensa Domini ad fœdas voluptates, quòd hæc planè iniuria fit, quæ Christo & eius corpori sanctissimo fiat, si rem tam fœdam illi anteferas, & mentis nostræ impia sententia ad terrena propendeamus, relicta angelorum esca, hi enim, verè dicunt bonum malum, & malum bonũ. Hoc enim faciebat Israël, cùm desiderabat ollas carnium, & cæpas AEgypti, oderat manna de cælo datum: sic sæpè nos huc pertrahunt prauę cupiditates, vt dęmonum ferre imperium velimus ob allia, & cępas. i. ob res fœtidas: Permisit ergo illos Dominus per multos dies, vesci carnibus. i. volutari in vitijs, quòd posteà illis cessat in perniciem meritissimo, quòd postposuerunt cæleste manna terrenis cupiditatibus. Lege BASIL. in homel. contra fœneratores in fine. & in Psal. 71. in illa verba: Spérate in ipsum omnis congregatio populorum.

Edisæ Iudæorum interpretationes

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Væ, qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes.

Væ, sapientes in ipsis, & coram seipsis scientes.

DIuus BASIL. in Asceticis interrogatione. 270. quærit, cur Paulus dixerit, alibi: Ne sitis stulti: alibi, Ne sitis sapientes apud vos: & respondet, Vnaquæuis res suum habet modum: cùm enim dixisset, Ne sitis stulti, subiunxit: Sed intelligẽtes, quæ sit voluntas Dei: & cùm dixisset, Ne sitis sapientes, adiecit, apud vosipsos, sed timete Dominum, & declinate ab omni malo: stultus ergo est, inquit, qui non intelligit voluntatem Dei. Sapiens apud seipsum, quicunque proprio sensu vtitur, & non secundum fidem verba Dei sequitur. Et suprà idem Basil. interrogat. 227. hunc locum Esaiæ fuerat interpretatus, vt non nostris contenti simus, sed cum catholicis

A catholicis nostra communicemus, vt cadat benè in Iudæos, de quibus sermo est, qui dicebant: Quid hunc auditis? insanit: & apostolos audire nolebant. Væ ergo Iudæis, qui sapientes in seipsis: neque audire voluerunt Christum, nec Apostolos: hinc dictum est illis: Vobis oportebat priùs prædicari verbum, &c. Eodem referre videtur D. BASIL. contra Eunomium, lib. 20. IVST. hæc de consilijs initis aduersus Dominum: Expedit, vt vnus homo moriatur pro populo, & de alijs omnibus, in litteris Euangelicis, & Actibus Apostolorum.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Væ, qui potentes estis ad bibendũ vinũ, et viri fortes ad miscendã ebrietatẽ.

Væ potentes, vestrum bibentes vinũ, & dynastæ miscentes siceram.

DIuus Hieron. Væ vobis, qui quòd in potentatu estis post crucem Christi, vt positis agitare conuiuia, & lautè viuere, creditis, non euentura mala, quæ prophetæ euentura dixêre ijs, qui Christum non recepêre, & non intelligitis, quia exspectat vos Dominus. vt conuertamini. Sic explanat etiam hunc locum IVSTIN. locis citatis, & copiosiùs CHRYS. homel. 9. in cap. 1. epist. 1. ad Thessalon. & putat Paulum huc allusisse illis verbis, Quando dicent, pacem etiam & securitatem, tunc repentinus illis veniet interitus, quemadmodum dolor partus mulieri in vtero habenti, & nequaquam effugient. Ergo, qui in delitijs vitam degebant, solebant dicere: Veniet dies Domini: quando is erit? tandem illos oppressit interitus, quadragesimo secundò anno post crucem Domini. Ad similitudinem huius loci Esaiæ, solatur Paulus fideles afflictos, ne doleant se in laboribus esse, malos esse in delitijs, futurum enim esse propediem, vt boni tollantur in sempiterna tabernacula, mali abeant in pœnas æternas. Dynastæ dicuntur, vrbis principes, quales Duces sunt, Marchiones, Comites: Væ igitur vobis, quòd creditis impunè laturos, quòd post crucem Domini agitatis conuiuia, & lautè viuitis. De sicera alibi dictum est.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Qui iustificatis impiũ pro muneribus, et iustitiam iusti auferti is ab eo.

Iustificantes impium propter munera, & iustum iusti tollentes.

IREN. lib. 4. cap. 5. Væ vobis scribæ & pharisæi, qui cœpistis à tempore legis contemnere Deum, diligere munera, absoluere nocentes, innocentes opprimere: vnde nunc in maximo omnium crimine, vestra non trepidauit audacia: cùm Christum dominum morte sæuissima multastis, nocentem Barrabam crimine liberastis. Quæ sententia mihi perplacet, quòd congruit superioribus, si me roges, pro quibus muneribus damnatus est Christus, & iustificatus est impius Barrabas? respondebo tibi ex lib. 5. ARIST. ad Nicomac. alijsque locis: Si iudex, aut liberat crimine nocentem, aut damnat innocentem, fauoris causa, aut ob principum gratiam, aut honoris spe, alicuiusue commodi, rectè iudex ille dicitur fur: rectè accipere munera perhibetur, quòd hæc omnia æstimantur pecunia.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Propter hoc, sicut deuorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit, sic radix eorum sicut fauilla erit, et germen eorum vt puluis ascendet, abiecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquiũ sancti Israël blasphemauerunt.

Propter hoc, quomodo crematur calamus palearum à carbone ignis, & vniuersa cremabitur à flãma ardente: radix eorũ, sicut puluis erit: & flos eorum sicut puluis ascẽdet: noluerunt enim legem Domini Sabaoth, sed & oraculũ sancti Israël exacerbauerunt.

HAEc omnia IVST. ad tempora Christi refert, & ad conflagrationem Hierosolymorum, & vrbium Iudææ, & tam plana putat, vt non credat egere interprete, & certè quòd Lxx potiùs scribunt commentaria in plærisque, quàm tralationem. Si Græcè legas, tam plana sunt scripta à Lxx viris in quibusdam, vt sunt Cyrilli commentaria, veluti hoc loco, διὰ τοῦτο ὡς ξύλον καυθήσεται καλάμη ὑπὸ ἀνθρακιᾶς πυρὸς καὶ συγκαυθήσεται ὑπὸ φλογὸς κάπρωσις. i. Propter hoc, sicut comburetur calamus à carbone ignito: & comburetur à flamma ardente. i. quemadmodum

Universidad de Deusto
Biblioteca

calami palearum concipiunt facilè flammas à carbone ignito, sic Hierusalem comburetur à flamma ardente: ego non existimo planiùs hoc potuisse præsignificari. Deindè rursus alia similitudine eãdem rem expressere Lxx viri: Radix eorum sicut puluis erit. i. eradicabitur Hierusalem & redigetur in pulueres eius radix: Itaque non solùm eradicãdam Hierusalem dicit, & radicitùs atque adeo eradicitus extirpandam Hierusalem, sed in pulueres redigendas ait eius radices: deinde, Flos eius sicut puluis ascendet. i. nobilitas Hierusalem & gloria illa redigetur in pulueres: quàm vere Lxx viri sic hunc locum intellexerint, disces ex IOSE. in libris de bello Iudaico, sed præcipuè ex Dione in vita Adriani vbi disces nõ Hierosolyma sola sed omnes Iudææ vrbes, & vicos omnes Iudææ, & omnia Iudææ loca redacta in fauillas, Iudæos omnes incendio & ferro fuisse deletos, vt residui fuerint tantùm, qui alijs in regionibus habitabant & non ad illa bella confluxere, & qui captiui ducti sunt: & vt scias quàm radicitus & eradicitus sunt deleti Iudæi ex Iudæa, præterquam quòd leges, omnes vrbes Iudææ & vicos omnes mecẽ dio absumpta esse, redige in memoriam quę suprà dicta sunt ex authoritate veterum patrum de lege lata ab Imperatoribus, qua cautum erat, ne quis Iudæus intraret vrbes Iudææ capitali supplicio, quod non dicerent Iustinus & Tertullianus, proximi temporibus Christi, in libris præsertim aduersus nationes infideles, nisi res vulgatissima esset & notissima, nam si impudẽter essent mentiti, fidem sibi in cæteris detraherent & auerterent à fide quos nolebant ad fidẽ conuertere, quanquam Iustinus Martyr, August. & cæteri quos citauimus huius rei authores, absunt longissimè ab omni suspitione mendacij, Itaque tralatio D. Hierony. satis planè hoc quod diximus significat, redigendam in fauillas Hierusalem & conflagraturam: explanatur tamen ex tralatione Lxx virorum: Sicut deuorat stipulam lingua ignis: sicut flamma ignis incendit paleas, & sicut calor flammæ paleas comburit, sic radix eorum Iudæorum erit sicut fauilla: redigetur in fauillas radix Iudæorum, hoc est, radicitus extirpabuntur: & germẽ eorum, ipsi & filij eorũ delebuntur: nam si me roges quæ sit radix gẽtis alicuius, respondebo tibi esse germen eorum, & filios, & sobolem, qui omnes ferro & incendio sunt deleti: Tamen quia Pagninus & Vatablus reddunt: Radix eorũ sicut fœtor erit, quod putant Iudæos sapere, Iudæos hoc loco refellamus, & in infinitum hoc volumen excresceret, si singula persequi vellem, quę dam attigisse satis erit, ex quibus de cęteris coniectura facilè fiet. Hunc locum vel Iudæo iudice disceptare non recusarem, nam, מקק significat liquescere, dissolui, & corrumpi. Age igitur, si ego largiar quod verbum hoc, מקק significet, corrumpi, indè מק fœtorem esse, quando vos Iudæi nulla alia ratione vtimini, vt probetis, מק esse fœtorem, nec vllum authorem habetis, quem sequamini, an non vos ipsa necessitas coget fateri eandem vocem significare fauillas, vt reddidit D. Hieron. & reddidere Lxx, in quas resoluitur quod igne cõsumptũ est? siquidẽ ipsi docetis מקק significare etiã resoluere. Quid stata & recepta mutantur? quid obelo hoc loco & alijs mille iugulant lectionem Hebræã apposito puncto, tanq̃ malè versam à D. Hier.? Vatabl. desciscit etiam à sententia veterum patrũ, & sequitur hic etiam Iudæos: ad captiuitatẽ Babylonicã hęc refert. Quid? captiuitatis Romanę nulla mẽtio in prophetis est? Sed age, ostendamus non posse hęc ad captiuitatẽ Babylonicã referri, in qua non radicitus exstirpata est Hierusalem, quando bona pars priùs ducta erat captiua, vt seruaretur Babylone, vt Dñs apud Ezechielẽ ait, vt posteà reduceretur in Iudæam 70. post anno: & in captiuitate Babylonica multi sunt ducti captiui, multi liberè abire permissi, inter quos relictus est Hieremias, vt leges apud ipsum Hieremiã, non igitur radicitus, atq; eradicitus exstirpata Hierusalem est, vt hoc loco dicitur exstirpanda, exstirpata, radicitus, atq; eradicitus reperies apud Dionem in vita Adriani, quando non solum Hierusalẽ sed omnes Iudææ vrbes, & vici, ferro, & incendio delentur, neq; relictus est ne vnus quidem Iudæus in vniuersa Iudæa, & cautum est pœna capitali ne Iudæus quisquam in vrbem Iudææ regionis pedem inferret vt suprà dictum est, repetendumque Iæpè, quo magis Iudæis, & Iudaizantibus oculi doleant, si hęc legerint: hoc est radicitus, & eradicitus exstirpari cum ne vnus quidem relictus est in vrbibus Iudææ vt comminatus erat Dominus cum alijs locis tum Iosuè cap. 23. hoc sensere Lxx viri qui lectionem Hebręam aliter distinguunt quàm D. Hieronymus & faciunt duas similitudines exstirpationis gentis Iudææ, vt gemina repetitione & similitudine, maior sit asseueratio rei futuræ, & maior affirmatio.

Iudææ vastitas prædicta à 70. viris planissimè.

Lectio Hebræa sic distinguitur à Lxx viris.

consumit flamma aristas & ignis lingua stipulam deuorat sicut Quare

לכן כ אכל קש לשון אש וחשש להבה ירפה

Id est, Quare sicut deuorat stipulam lingua ignis, & aristas absumet

A absumet flamma: & hæc sic distinguunt & interpretantur: Quare flamma absumet Iudæos, scilicet, vel, Iudæam, sicut deuorat stipulam, & aristas lingua ignis. Lege DION. in vita Adriani: Nisi hoc sic factum repereris, vt Hebræa lectio cantat, sic distincta, vt distinguitur à Lxx viris, nõ caussam dico, quin me mendacissimum omnium dicas: sic scripturę intelligebantur antequàm obcœcati essent Iudæi post Christi passionem; Ergo sic distinguunt Lxx: Quare sicut deuorat stipulam lingua ignis, & aristas: & hic apponũt sub distinctione posteà: Flamma consumet, & hic est finis sententiæ, vt sit: Flamma consumet eos, sicut ignis deuorat aristas & paleas: posteà faciunt Lxx aliam similitudinem nouam, Lectione Hebræa sic distincta:

שרשם כמק יהיה ופרחם כאבק יעלה

Id est, Radix eorum sicut puluis erit, & fructus eorum sicut puluis surget: quæ verba satis perspicuum sensum habent: Radix Iudæorum, soboles omnis, nam cuiuslibet gentis radix, soboles est & progenies: radix ergo eorum, soboles eorum & progenies, sicut puluis erit, redigetur in fauillam: combustæ sunt enim omnes vrbes Iudææ, & omnes vici à Romanis, & ita Iudæi & Iudæorum soboles omnis, redacti sunt in fauillas & in puluerem: Idem significant verba sequentia, Et fructus eorum, siue, Flos eorũ, seu, Germen eorum: omnia enim hæc, significat verbum Hebræum, quibus verbis significatur soboles Iudæorum surget sicut puluis. i. à turbine & à vento tollentur in altum, redacti in fauillas: Cuius rei caussam reddit Propheta: non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed oraculum sancti Israël exacerbauerunt: vel, vt vertit D. Hieron. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israël blasphemauerũt: quæ verba sic explanat CYRIL. Repudiauerunt legem Domini. i. euangelium, & ipsam legem Mosis: nam ipse Dominus ait, Si Mosi crederetis, mihi forsan crederetis, de me enim ille scripsit: in vtrunque igitur, peccatum à Iudæis est, repudiauere namque miseri, Dei verbum, & prophetarum prædictiones falsas putauere, neque euangelij recepere salutem. Et infrà idem Cyril. Quia noluerunt audire verbum Christi patsi sunt hæc: conuiciabantur enim Christo, & dicebant Iudęijs, qui audiebant Christi patsi sunt hæc: conuiciabantur enim Christo, & dicebant Iudęijs, qui audiebant Christum: Quid ipsum auditis? dæmonium habet & insanit: & ita exacerbauêre Christum. IVST. tam plana putat esse hæc, vt his vrgeat Iudæos, neq; putet hæc egere interpretatione.

C

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Ideo iratus est furor Domini in populũ suum, et extendit manum suam super eum: et percussit eũ, et conturbati sunt montes, et facta sunt morticinia eorũ, quasi stercus in medio platearũ: in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.	Et iratus est furore Dñs Sabaoth contra populũ suum, & iniecit manum suam super eos, & percussit eos, & exacerbati sunt montes, & facta sunt morticinia eorum quasi stercus in medio viæ: & in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius excelsa.

D Iuus Hieron. in suis commentarijs, argumentis necessarijs euincit, hæc non posse referri alio, quàm ad vastitatem Iudææ inuectam à Romanis, post crucem Domini. THEOD. montes Romanos explanat, propter imperij fastigium: nec admirẽre, quòd Propheta perterrefactos dicat, iuxta tralationem D. Hier. quæ est admirabilis. Hæc enim fuit causa, cur incensa sit vniuersa Iudæa, & deleti sint Iudæi omnes ad vnum, & lege cautum sit, ne post illa instauratas vrbes, & habitatas à nationibus, ingrederetur Iudæus, quod vt leges apud Dionem, cùm Iudææ fœminę relictæ fuerint salua penè omnes, quæsiêre multę simul vnum Iudæum aliquem, vnde matres fierent quòd in lege Mosis, sterilitas summa erat infamia, & ita intra breuissimum tempus, tanta Iudęorum succreuit soboles, vt non videretur à Vespasiano esse vastata, & confluxêre omnes ex omnibus partibus orbis terrarum, vno consilio, vt recuperarent vrbes Iudęę, & instaurarent suas vrbes: & tanta conflluxit Iudęorum multitudo, vt perterrefecerit imperium Romanum vt scribit Dion, & hęc res exacerbauit Romanos, vt delerent ferro & igni omnes vrbes, vt omnis Iudęorum natio deleretur: si ergo iuxta Canonem August. vtranque tralationem conferas, elucebit multò magis veritas prophetię. D. Hieron. Conturbatos esse ait montes & perterrefactos, quos THEOD. Romanos interpretatur, & CYRIL. & D. BASIL. Lxx viri reddidêre: Exacerbati sunt montes, vtrunq; rectè & conuenienter lectioni Hebręę, Perterrefacti enim sunt, & inde sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

inde ſunt exacerbati aduerſus Iudæos & eos deleuere omnes, ſic EVSEB. demonſtrat. euangelicę lib. 7. cap. 2. ſic Cyrillus. Solus tamen Vatablus admonitus à D. Hier. erroris Iudæorum, eos ſequitur. Tamen hoc loco Chryſoſtomus Iudæos vehementer premit, tanquam argumento inſolubili. Quid igitur facere volebas Iudæos & Iudaizantes cóſtrictos à noſtris in vinculis? te rogo quid facerent? ſi ſaperent, vtique conuerterentur ad Chriſtũ: ſed ſi fouere ſuam impietatem volunt, quid facerent? quid conſilij caperent? nempe alio deflecterent ſcripturas falſis interpretationibus, vt inuenirent aliquam rimam, qua elabi poſſent. CHRYSOST. tomo. 5. aduerſus Iudæos oratione 2. cum hæc de vaſtitate inuecta à Romanis eſſet interpretatus, (quæ neceſſarijs argumentis à D. Hiero. eſt demonſtratum, aliò nó poſſe referri) verba illa poſtrema: Et adhuc manus eius excelſa, ſic explanat vt verbis his ſignificari voluerit vrbes Iudææ à Deo dirutas, à nullo poſſe inſtaurari: Nã quę Deus, inquit Chryſ. ſanctus ſtatuit, quis diſſipabit? aut manũ illius excelſam quis auertet? ſicut enim quęcũq; ille ſtabilierit, noluerit q; manere, nullus homo poteſt demoliri: ita quęcunque deſtruxerit, voluerit que manere diruta, nemo poterit inſtaurare, hęc Chryſoſt. docetque deinde ab hoſtibus nominis Chriſtiani ſępè templum cœptum inſtaurari in gratiam Iudęorum, poſtea vt aduerſarentur Chriſtianis, temporibus ipſius Chryſoſt. & iactis templi fundamentis exarſiſſe repente ignem, qui cœptum opus impediit, & tanto miraculo deterritum imperatorem, cuius veſania in odium Chriſtianorum hęc fiebant deſtitiſſe incœpto. & prodidit Chryſoſt. nuda videri ſuis temporibus fundamenta templi, & quęrentibus cauſſam, haud aliam quam hanc reddi: nec Chriſtiani vetuerunt hoc perfici opus, ſed tunc cùm res Chriſtianorum afflictę, cùm omnes de vita periclitarentur, cùm floreret Paganiſmus hęc acciderunt, ſubijcitque Chryſoſt. etiámne dubitas Iudęe, cùm videas hæc à Chriſto & prophetis hic prædicta, & re ipſa completa? ſemper hæc natio effrons & peruicax fuit, ſemper rebus euidentibus repugnare ſolita eſt. Chryſoſt qui ita Iudæos premit, quid diceret ſi ſciret Chriſtianos, Iudæorum adamare deliria? & quòd templum cœptũ ſit inſtaurari, prohibitumq; diuinitùs illud opus ſit, docet idem CHRYS. tom. 5. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ in princip. vbi intelliges, quid ſit excelſa hæc & inuicta Dei manus. Quòd autem propheta inquit: Et facta ſunt morticinia eorũ, quaſi ſtercus, ſpectare magis videtur, ad tempora Veſpaſiani, leges enim hæc apud Ioſephum de bello Iudaico lib. 6. cap. 44. & 45. denique toto lib. 5. & 6. conculcantur cadauera Iudæorum, non ſecus ac lutum, & terra, & ſtercus: & vt ruderibus & terra, ſic etiã cadaueribus Iudæorum conualles implebantur & foſſæ, & loca cæua, & Iudæorum corpora loco ruderum & ſtercoris & luti erunt, ad implendam foſſam, vt Romani per ea, gradum facerent ad colles illos, & ad partes Hieroſolymorum munitas, & ſic conculcabantur vt lutum. In his omnibus, non eſt auerſus furor eius, nam in alijs captiuitatibus placatus tandem eſt Dominus, & in medijs malis aderat Iudæis, prophetas dabat, & ſolatia aliquot, in hac poſtrema, poſt crucem Domini, nec placatus eſt poſt mille quingentos annos, nec placabitur vnquam.

Falſa Iudæorum interpretatiões.

Contra Iudæos. Templum Hieroſolymorum in odiũ Chriſtianorum inſtaurari cœptũ, & miraculum quod accidit.

D. HIERONYMVS.

Et eleuabit ſignum in nationibus procul, et ſibilabit ad eũ de finibus terræ, ecce feſtinus velociter veniet, non eſt deficiens, nec laborans in eo, non dormitabit, neque dormiet, nec ſoluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius, ſagittæ eius acutæ, et omnes arcus extenti, vngulæ equorum eius vt ſilex, et rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis.

LXX VIRI.

Ergo leuabit ſignũ in gentibus his, quæ à longe, & ſibilabit eis ab extremo terræ, & ecce citò leuiter venient, non eſurient, nec laborabũt, non dormitabũt nec dormiẽt, nec ſoluẽt cingula eorũ à lũbis ſuis, nec rũpentur corrigiæ calceamentorũ eorũ, quorum ſagittę ſunt, & arcus eorum extenti, pedes equorũ eorũ vt ſolida petra reputati ſunt, rotæ curruum eorum quaſi tempeſtas, vel quaſi fulmen.

DIxi D. Hieronymum in commentarijs refellere Iudæos, qui hæc retulere ad Babylonios, argumentis neceſſarijs & inſolubilibus. EVSEB. demonſtrat. euangelic. lib. 7. cap. 2. Quoniam ſpinas fecerunt, inquit, Iudæi, & non iuſtitiam, ſed clamorem, aufert Dñs maceriam, & diruit murum, & hoſtibus tradit vrbem, quos venturos ait vocatos à Domino, horum aduentus nunc deſcribitur. Sed huius loci interpretatio, magis petenda videtur, ex Moſe Deuteron. cap. 28. Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu, &c. & cap. 29. vbi eadem verba reperies Hebræa, quæ hoc loco, nam Moſes, יִשָּׂא, adducet, attollet: Eſaias, יָשָּׂא, adducet, attollet. Moſes, גּוֹי, gentem, vel gentes: Eſaias, גּוֹיִם, gentes. Moſes, מֵרָחוֹק, id eſt, à longe: eodem verbo vtitur Eſaias, quod de Babylonijs, ratio Geographiæ, intelligere vetat, nã Babylonij à Iudęa non diſtant longiſsimè: bella nanq; gerunt Babylonij & AEgyptij aſsiduè, & mutuis bellis ſe concidunt, medij tamen ſunt Iudęi inter vtroſq;, & interim ab Aſſyrijs, interim ab AEgyptijs petebant auxilium, vt planè hic deſcribantur Romani, qui venere à longè, ſunt enim procùl diſsiti à Iudæa. Poſteà Moſes, מִקְצֵה הָאָרֶץ, à finibus terræ: ijſdem verbis vtitur Eſaias, quibus verbis vtitur Moſes: quibus planè ſignificantur Romani, Hiſpani, Galli, Germani, longè à Iudæa ſummotæ nationes, quæ nationes ſub ſignis Romanis militabant, & vaſtauêre Iudæam, Vbi notãdum eſt quod ſuprà diximus, quoties Eſaias citat verba veteris teſtamenti, aut ad ea alludit, ſignificare nobis pertinere ad prophetiam de qua agitur. Hic eadem verba reperies Hebræa, Moſis & Eſaiæ: & cùm repetat Eſaias verba Moſis, ſignificat complendam illam prophetiam tunc. Nam ad Romanos pertinere ſignificant verba quæ diximus: De longinquo, ab extremis terræ, quæ Romanis, Gallis, Hiſpanis conueniunt, non Babylonijs, qui Iudæis ſunt finitimi: & quæ verba ſequuntur, In ſimilitudine aquilæ volantis cum impetu, quòd de gente finitima non tam congruit, quàm de nationibus longe diſsitis. Et impetum, ac velocitatem Romani exercitus, parem fuiſſe aquilæ volanti, intelliges ex Ioſepho & Dione, cuius linguam intelligere nó poſsis: Hoc nullo modo Babylonijs conuenit, qui Chaldæa lingua loquuntur, quæ quàm ſimillima eſt linguæ Hebręę. Romanis, Germanis, Gallis, Hiſpanis conuenit: & ſi cætera ex Moſis vaticinijs excutias, ad vaſtitatem Iudæis inuectam per Romanos, pertinere cognoſces. Quòd autem ait propheta, Non dormituros, non ſoluturos cingula, neq; rumpendas corrigias calceamentorum, de celeritate exercitus Romani, & de celeritate victoriæ dicta ſunt. Nam quanuis moratos Romanos, in expugnanda Hieruſalẽ, in gratiam ſuæ gentis prodiderat Ioſephus, ipſe tamẽ ſcribit in principio, famam diſtuliſſe, horæ momento fuiſſe expugnatam & captam, quę vera fama erat: vrbs enim munitiſsima, quòd Deus ita voluit, puncto temporis capta eſt. Cùm dicit, Vngulæ equorũ, vt ſilex, &c. Deſcribit propheta, impetum Romanorum, de quo Ioſephus de bello Iudaico lib. 6. cap. 4. & 7. Deum opitulatum fuiſſe Romanis, & fulmini illorum impetum parem fuiſſe, fatetur Veſpaſ. lib. 6. cap. 43. Ioſephi.

Canon. Eſaias, Moſis vaticinium videtur explanare.

D. HIERONYMVS.

Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum, et frendet, et tenebit prædam et amplexabitur, et non erit qui eruat, et ſonabit ſuper eum in die illa, ſicut ſonitus maris. Aſpiciemus in terram, et ecce tenebræ tribulationis, et lux obtenebrata eſt in caligine eius.

LXX VIRI.

Impetum facient vt leones, & adſti terunt ſicut catuli leonum, & apprehendet & clamabit quaſi fera, & eijciet, & non erit liberãs eos. Et clamabit propter illos die illa ſicut vox maris inundantis: & inſpicient in cælum ſuprà, & infrà, & ecce tenebræ duræ in indigentia eorum.

DEſcribitur impetus Romani exercitus, & Dei ira, quæ potiſsimùm ſubuertit Hieroſolyma, vt lib. 6. prodidit Ioſeph. cap. 4. & impetus Dei aduerſus ipſos, comparatione leonis, aut feræ, aut maris fremitus, ob oculos ponitur: & Iudæorum perturbatio, vndique extremis imminentibus malis.

IN ESA-

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN ESAIAE CAP. VI.

D. HIERONYMVS.

In anno quo mortuꝰ est rex Ozias.

LXX VIRI.

Factũ est ãno, quo mortuꝰ est rex Ozias.

ORIGEN. in cap.2.lib.Iudicum,homel.1.In diebus,inquit, regis iniqui & pessimi,non potuit videre Esaias visum,sed ex quo mortuus est rex nequam,tum potuit videre visionem: quòd cum dicitur, ostendit Origenes multis verbis significari nobis, huiusmodi scripturæ typo, prophetas non videre res cælestes in vsum malorum,hoc est,malos nec intellecturos reuelationem prophetarum,nec curaturos, nec vtilitatem indè, aut commodum vllum capturos. Idem ait D.Hiero. & GREGO.lib.2.super Ezechielem homelia. 14.Hæc quidam ex nostris contemnũt, & ad typos statim obducunt frõtem,qua de re dictum est in illa verba cap.5.Vinea Domini Sabaoth populus Iuda. CHRYSOS.tomo.1.homel.2.in hoc cap.6. Prophetarũ, inquit, ora,Dei sunt ora,vt nihil temerè positum sit in prophetis,Deus loquitur,singulas litteras,singulos apices,putat expendi oportere:quęrit ergo cur signarit tẽpora? cur dixerit, anno quo mortuus est Ozias? & homelia 4.in fine:Regnante,inquit, impuro,Deum non videbant, quia nobis erat iratus,venit mors impij, & soluit iram,vide Domini benignitatem, non erant hæc benefacta,alia mala non irrogabat,tantũ expectauit vt exiret impurus.Et quæsierat Chrysost.suprà, cur vbique propheta vitam regum commemorat,hic mortem? & eandem reddit causam quam dixi.Et homel.5.quęrit,cur populus priuatus esset prophetica visione,ob impuritatem regis Oziæ, de qua in in libris regum, & Paralipomenon leges, & respondet lege Dei leprosum è ciuitate fuisse expellendum, & Oziam postquam lepra est percussus, non fuisse pulsum è ciuitate à populo, quod illum reuerebatur ob principatum, sed domi suæ mansisse clanculum: sed vide,inquit, Dei clementiam,non irrogat pœnam vrbi, aliã,quam quę soletis rogari inter amicos æquales,cùm incidit aliqua offensio, abstinent conuictu & consuetudine,sublata caussa simultatis reditur ad amicitiam.

Prophetarum vaticinia, malis nõ prosunt

D. HIERONYMVS.

Vidi Dominum sedentem super solũ excelsum,et eleuatum.

LXX VIRI.

Vidi Dominum sedẽtem super solium excelsum,& eleuatum.

CHRYSOS.tom.1.homelia de verbis Esaiæ,Vidi Dominum sedentem: quærit, quam ob causam, cùm dixisset,excelsum,adiecit eleuatum? an non satis erat,inquit,per excelsum totam declarare dignitatis eminẽtiam? an hoc fecit, inquit, vt cathedram incomprehensibilẽ demonstraret? nam excelsum respectu inferiorum est, vt excelsos montes dicimus,& excelsum cælum,respectu inferiorum:eleuatio verò,sublatio est naturę incomprehensibilis,quam nec cogitatione concipere, nec verbis eloqui quisquam potest,Ioann.cap.12.visum hoc loco Christum planè ait verbis illis: hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo,& iuxta tralationem D. Hieronymi nulla difficultas est, quod sedens hic in solio celso & eleuato sit Christus & ea quæ sub ipso sunt, quæ replent templum,eius intelligatur humanitas: quòd humanitas, quanuis sit vnita verbo hypostaticè,dicitur tamen indumentum,& templum verbi:vt,Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus? & replet templum Dei qui irradiat beatas menteis, & veste immortalitatis, & stola gloriæ eas induit, quæ templum sunt Dei,&,sulaph,verbum Hebræum,quod Hieronymus interpretatur,ea quæ sub ipso erãt,quibus verbis declaratur Christi humanitas:vestes quoque ipsas significat,& fimbrias vestiũ. Tamen nascitur hic ingens cõcertatio inter patres veteres iuxta tralationem Lxx virorum,cuius verba à D.Ioanne citata esse vidẽtur cap.12.de qua dicendum est,si priùs sensum capitis huius explicauerimus.EVSEB.de demonst.euangelica lib.7.cap.1.hoc cap. 6. Esaiæ simillimum putat initio Euangelij Ioannis: In principio erat verbum,vbi D. Euangelista scripturus Domini incarnationem, diuinitatem eius priùs eloquitur,maiori tuba,quam quę capi posset humano intellectu

Hoc caput Esaiæ simile initio Ioannis, In principio erat verbum.

A intellectu,vbi postquam Deum esse demonstrarit rerum omnium effectorem & authorem, qui rerum omnium hanc machinam est molitus,infera,media,supera,& quæcunque sunt,lucem veram,lumen verum,de lumine vero,subiecit eius incarnationem: Verbum caro factum est: itidem feciſse ait Esaiam prophetam, describit Diuinitatem verbi hoc cap.6. sedentem in throno excelso & eleuato,cuius in conspectu cœlestia illa Seraphim,quę supremi ordinis angelorum summum tenent fastigium,contremiscunt.vt cap.7.dicat postremò illa verba,Verbum caro factum est: quid enim aliud sonat,Ecce virgo concipiet,& pariet filium,& vocabitur nomen eius Emmanuèl? quid enim aliud sonat, Emmanuèl, quàm, Verbum caro factum habitauit in nobis? Emmanuèl nobiscum Deus est,quod nomen,cùm futurũ dixerit eius puerum quem virgo erat paritura,Deum incarnandum dixit,& habitaturum inter nos: Hæc Euseb. quæ lectio Hebræa & tralatio.Lxx virorum satis probant,vt posteà ostendemus.Nunc sentẽtias veterum patrũ attexamus,& quæstionem proponamus quę indè oritur.HILAR.lib.5.aduersus Arianos: Vidit Esaias gloriam Dei,cuius prænunciauit mysterium incorporationis ex
B virgine, hoc si tu hæretice ignoras, quod in ea gloria vnigenitum Deum viderit, audi Ioannẽ Euangelistam dicentem, Hæc dixit Esaias, quando vidit honorem eius, nam, δόξαν, vocem Græcam,quam scripsere Ioannes,& Lxx seniores,veteres patres,modò gloriam, modò honorem,aliquando maiestatem,reddunt. Et AMBROS.de spiritu sancto lib.3. cap.3. recitat hæc verba Ioannis,quibus Euangelista hic planè explanat maiestatem filij apparuisse Esaiæ. Et CYRILL. in Thesauro contra hæreticos lib.12.cap.2.& in Ioannem lib.3. cap.29. beata illa seraphim,& supernas virtutes hic adorasse Christum contendit,& AVG.in quæst. in veteri testamento, quæst.88.quærit,cur Esaias hic Christum viderit sedentem: Stephanus in Actis Apostolorum stantem,vbi disceptat hanc quæstionem diuinitus,quam inde petes. Et ex quæst.de nouo testamento quæst.97.Paulus tamen in Actis Apostol.hæc Spiritui sancto tribuit his verbis: Quia benè Spiritus sanctus locutus est ad patres vestros per Esaiam, Aure audietis,& non intelligetis.Ecce Paulus eum, qui apparet Esaiæ hoc cap. spiritum sanctum esse dicit, & loqui verba huius capitis affirmat, quem D. Ioannes filium esse, dixerat, quam quæstionem diluit
C D.Hieron.Visus est,inquit,Filius in regnantis habitu, locutus est Spiritus sanctus per consortium maiestatis.Idem sentit AMBR.de spiritu sancto lib.3.cap.22.&.23.& BASIL.lib.de spiritu sancto,aduersus Eunomium cod.cap.quo probat,quòd neque visio,neque oraculum separatum sit à Patre,Filio,& Spiritu sancto:sed certè adhuc restare videtur scrupulus nõ exiguus, si enim non magis hic loquitur Filius,quàm Spiritus sanctus,& quàm Pater,cur hoc cap.reuelatã maiestatẽ Filij ab Esaia, ait D.Ioannes Euangelista? cùm præsertim ATHAN.de fide vnitatis & Trinitatis lib.1.tres personas hic visas,& locutas putet:quòd Ioannes Filium hæc dicat esse locutum, Paulus hæc Spiritui sancto tribuat, ecclesiæ consensus hæc Patri accommodet, vt omnes tres personæ sint Esaiæ visæ,& hæc dixerint, & AVG. contra Faustum Manich.descriptam hic putet Trinitatem:idemque dicant locis citatis Ambros.& Basil. Et AMBR.sic interpretatur illud Euang.Non sum solus,in Psal.118. serm. 1. explanans illa verba, Ecce venit hora:Ex Esaia didicimus,inquiens, non esse solum Filium, adest enim Pater, adest Filius, apud Esaiam,adsunt ministri qui dicunt, Sanctus,sanctus,sanctus: videndũ est ergo,quomodo tres personæ apud Esaiam loquantur.Et iuxta tralationem D. Hierony.diximus,has omneis quæ-
D tiones cessare, quanquam consensus ecclesiæ & authoritas tot sanctorum, dicãt Trinitatem hic significari.Et in Christo Trinitas significatur,vngẽs Pater.s.& Filius vnctus,& Spiritus sanctus,quo vnctus est: & significatur etiã terna illa angelorũ acclamatione,Sanctus,sanctus,sanctus,vt posteà dicemus. Tamen,q̃ consensus ecclesiæ,authore Athan. tenuit hunc sedentẽ in solio excelso & eleuato, Patrem esse: & D.Ioannes, tralationem Lxx videtur citare, age hãc quæstionem,diluamus etiam iuxta tralationem Lxx virorũ. Primùm omnium,pro,Vidi Dominum,Hebraicè est,vidi אֶת אֲדֹנָי, id est,vidi dominanteis(sic enim semper in scriptura appellantur,vbicunque legitur,Dominus Deus,dicuntur dominantes Deus,adiectiuè,vt personarũ Trinitas declaretur,& Deitatis vnitas)posteà videtur posse explicari, sedentem in excelso solio & alleuato,hoc est,patrem ipsum sedentem in solio excelso & eleuato,cùm ecclesia Cath. omni,quàm Athan.sic explicare docuit,vt cùm generaliter dixit,Vidi dominãtes.i.treis personas dominanteis,incipiat numerare personas singillatim,& primùm enumerat Patrẽ,posteà dicat reliquas personas. De sensu huius prophetiæ, lege IREN. libro quarto, capite.36.& EVSEB. demonstrationis euangelicæ libro septimo, capite secundo, vbi totum hoc caput explana-

Quis sit vltimus hoc capite, Pater an Filiꝰ, an Spiritus sanctus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

explanatur. Et lege quæstionem apud EPIPHAN. in Ancyroto. Et apud CHRYSOST. homilia quarta, de incomprehensibili Dei natura.

D. HIERONYMVS.

Ea, quæ sub ipso erāt, replebāt tēplum.

LXX VIRI.

Et plena domus erat gloria eius.

templum replebat Et splendor eius
מְלֹאִים אֶת הַהֵיכָל וְשׁוּלָיו

VTranque tralationem oportet explicare, vtraque enim explanatur, & citatur à sanctis patribus, & vtranque coniungit ecclesia in responsorio primo Dominicę primę Nouembris, sic enim cantat, vidi Dominum sedentem in solio excelso & eleuato, & plena erat omnis terra à maiestate eius & ea quæ sub ipso erant, replebant templum: vbi vtraque tralatio D. Hiero. & Lxx virorum coniuncta est: & tralationem quidem D. Hiero, superiori commentario enucleauimus, nihilque habere difficultatis ostendimus. Diximus illam sanctorum disceptationem esse iuxta tralationem Lxx virorum. iuxta quam ostendimus posse declarari hoc principio sacratæ triadis mysterii, & quod D. Ioannes cap. 12. dixerat, Filij maiestatem visam hoc capite de Esaia, cùm enim verbis superioribus dictū sit iuxta Hebræam æditionē: Vidi dominantes sedentem in solio excelso & eleuato, quod posset explanari. Vidi dominantes tres personas, sedentem. i. Patrem sedentem iuxta sententiam Athanasij, vt tres personæ simul sint declaratę, & singulę cœperint enumerari, & patris personasit enumerata. Reliquum est vt post illa filium ostendamus à propheta esse significatum, si ostēderem prophetam hoc loco dixisse visum esse à se patris splendorem, huic quæstioni satisfeciſſe me arbitrarer, cùm Christus à Paulo sit dictus splendor Patris, & figura substantiæ eius, atqui verbum Hebręum שׁוּלָיו, Thargum interpretatur splendorē gloriæ eius: splendor porrò gloriæ Dei patris Christus est, teste Paulo ad Hebræos cap. 1. qui cùm sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, sed dices vocem Hebræam שׁוּלָיו, non significare splendorem eius, sed splendores eius, quod sit pluralis, quasi vero non sit res vulgatissima, quædam nomina pluraliter declinari tantum, quæ rem vnam significent, vt scalæ & litteræ, & idem significare, accepi tuas litteras, quod accepi epistolam tuam, ita quanuis hæc vox Hebræa declinetur pluraliter etiam splendorem singulari numero significare, testes sunt Lxx viri, & Thargum cùm singulariter hanc vocem reddidere splendorem. Vides igitur tres à principio personas declaratas, & enumeratas duas, Patrem & Filium: nam vidi dominantes, quis non videt designare tres personas? nam alioqui cur propheta dixit, dominātes, & non dominantem? respondent Iudæi, appellari Deum pluraliter honoris causa, quod est ridiculum: cur enim his formis dicendi dominantes Deus, pluraliter tantū illa voce vtantur prophetæ? si honoris causa, cur in cæteris nō loquūtur scripturę pluraliter de Deo, sed singulariter semper, cur nunq̃ Deus dicit, nos fecimus, nos faciemus, vos Deum testor, adoro, sed semper ego dico, ego feci, te Deum adoro, sic semper loquuntur scripturæ, nisi ſicubi mysterium Trinitatis significatur, cur ergo ô Iudęe semper à tēporibus Mosis est repetitum, vt adonai, dicatur Deus in his formis dicendi? dixit dominantes Deus nisi vt Trinitatis mysterium & Deitatis vnitas declaretur, si honoris causa hoc fit, ô impie Iudæe, pluraliter de Deo loquerentur scripturę, loquuntur singulariter semper, nisi cùm reuelatur Trinitas, non igitur honoris causa fit, sed vt significetur personarum pluralitas: Et hoc mirifice congruit cum illo, quod Eusebius dixit, hoc principium Esaiæ esse quam simillimum principio euangelij Ioannis, In principio erat verbum: vt enim in hoc Ioannis euangelio Pater significatur, & eius verbum & vtraque persona Deus dicitur, sic in hoc principio Esaię pater significatur, & eius splendor. Hoc interest, quod apud Ioannem Filius dicitur verbum: apud, Esaiam splendor: aut (vt interpretatur Thargum, splendor gloriæ patris) & vt in euangelio Ioannis dicitur, Filius Deus per quem omnia facta sunt, sic hoc loco à sanctis seraphinis in ęqualitate maiestatis adoratur, cum patre & spiritu sancto, terna illa acclamatione S. S. S. Sed quęres cur Lxx viri שׁוּלָיו, quam vocē Thargum reddidit, splendor gloriæ eius, quod de filio dictum puto, non reddiderint ita, sed pro splendore reddiderint gloriam? nam pro, Vidi Dominum sedentem, & splendorem eius replebāt templum: vt sit, Vidi Patrem sedentem, & splendorem eius. i. filium qui replebant templum, pro hoc Lxx verterunt ἡ πλήρωμα δόξης τῆς δόξης αὐτοῦ, & plena domus erat gloria eius. Dictum est, Lxx viros facere paraphrasim ex alijs scripturæ locis: & quòd filius in scriptura, Gloria Dei dicitur, vt infrà pluribus ostendendum est. Et, quòd antequam explanasset D. Paulus, filium esse splendorem gloriæ Patris, & figuram substantiæ eius, notiùs mul-

Cur in scripturis sit frequentissimū dominātes Deus

Quomodo hoc capite sit visus filius Dei, et sit visa trinitas.

A notiùs multò erat Filium dici Patris gloriam, ideo pro, splendore, Lxx reddidêre gloriam, & ita significare voluerunt, iuxta sententiam Athanasij visum esse Patrem in solio sedentē: & visam esse gloriā Patris. i. visum esse Filiū, & factā puto paraphrasim ex cap. 1. Ezechielis ex verbis illis, Hæc visio similitudinis gloriæ Dñi. & ca. 3. Ecce ibi gloria Dñi stabat quasi gloria quā vidi iuxta fluuium Couàr, vbi vtroq; loco sententiam Gregorij probo, qui Filium incarnatū describi putat, & dictū docet similitudinē gloriæ, & non gloriam Patris, quod hic videmus in ænigmate, visuri in patria sicuti est. Idem putat CHRYS. homil. 3. de incōprehensibili Dei natura: At ego arbitror dictū esse similitudinē, quòd Filius est imago Patris, & verbum Hebręum significat similitudinē & imaginē, vnde Ezechiel in princip. cap. II. Hæc visio imaginis glorię Dñi. i. Filij, qui est imago & similitudo, & splēdor glorię Patris, dictus est ergo Filius: similitudo glorię Patris. i. imago glorię Patris, & ipsa gloria Patris, est enim vna essentia, & sic accipiendū esse dices ex cap. 3. eiusdē prophetæ, vbi non dicit apparuisse sibi similitudinem gloriæ, sed ipsam Dei gloriā, & tamen eandē esse visionē dicit cū superiori. Igitur dictus est Christus imago glorię Patris, siue similitudo, quòd idē est quod splendor: & Christū dici imaginē Patris notius est, q̃ vt à me dicendum sit: est ergo imago gloriæ Patris, & ipsa gloria Patris Filius ipse, & qm̃ notant veteres patres verborū obseruantissimū esse Spiritū sanctū: & libros prophetarū, librū dici prophetarū, qm̃ etsi multi fuêre scriptores, per quos scriptæ sunt prophetiæ, vnus tamen auctor Spiritus sanctus est, qui per omniū ora est locutus. Apud Ezech. in princ. cap. 2. demut verbū Hebræū est, quod D. Hier. reddidit, similitudinē, & vertere poterat, imaginē, vel facię: hoc idē verbū repetit Spiritus sanctus, Daniel. 3. de pueris illis qui in fornace ardenti laudabant Dñm, vbi rex dicit, Ego video viros quatuor solutos, & visio quarta similis Filio Dei, vbi pro similis, est hoc idē verbū ex dialecto Chaldaica paululū immutatum, vt possis vertere dictionem Chaldaicam, aspectus, vel facies Filij Dei, quē locū HIPPOL. episcopus Romanus interpretans, ait, Dic mihi Nabuchodonosor, inquit, quando vidisti Filiū Dei, vt hunc Dei Filiū confiteris? quis cor tuū pupugit, vt hoc verbū posses edere? quibus oculis potuisti tantas has diuitias, veluti in speculo perspicere? cur tibi soli, & nulli prætereà tuorū satraparū innotuit? sed quando scriptū est, Cor regis in manu Dñi, hęc est manus Dñi, vt cognoscens eū in camino ipsum prædicaret, & gloria extolleret, nec vacat hoc mysterio quod diximus. Quòd enim filij Israēl hunc Filiū Dei hominē factū, non erant agnituri, nec recepturi, prænōstrat scriptura, nationes eū esse agnituras & recepturas, quem iam Babylonius rex in fornace videns agnouit, & Filiū Dei esse confessus est, & trium nomina nominauit, quarti nomen nō inuenit, nondum enim erat ex virgine natus Iesus. Quibus verbis Hippolyt. D. Hieron. dubitationē diluit, qui cùm dixisset quosdā interpretari Dominum saluatorem esse, quem Nabuchodonosor Filium Dei dicit: subiecit, Nescio quomodo rex impius videre Filium Dei mereatur, cui facilè erat respondere, nescio quomodo impiæ nationes meruerint lucem Euangelij, quæ ad ipsas translata est excluso populo Iudæorum. Donum hoc fuit & gratia, quòd Gentes ē tenebris vocatæ sunt ad lucem euangelij, quarum typus erat Nabucodonosor, qui non videntibus Iudæis, aspectum aut faciem vidit Filij Dei. Sed pro aspectu Filij Dei tralatio Græca quam D. Hieron. negat esse Lxx virorum, præfert similitudo Filij Dei vel imago. & in Ezechiele eadem similitudo vel imago est visa, quis neget ergo, cùm idē verbum Hebræum vtrobiq; sit, Filium Dei vtrobique significatum esse? & hoc loco apud Esaiam eundem Filium Dei esse reuelatum? cùm ergo Ioannes hìc visum Filium dicit, potest videri sic accepisse hanc vocem, gloriam Dei i. Filium Dei, & splendorem Dei. i. Filium, qui est splendor Dei Patris, præsertim cùm videatur citasse tralationem Lxx virorum, quòd Lxx dixêre ἀπλήρωμα δόξης τῆς δόξης αὐτοῦ. & Ioannes, ταῦτα εἶδεν Ἡσαΐας ὅτι εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ. & hinc D. Ioannes videtur colligere splendorem Patris, vel gloriam significare Filium, quod totum huius capitis vaticinium esset de Filio: subijcit enim Ioannes, & de eo locutus est, quasi doceat ideo esse visum Filium, quòd totum huius capitis vaticinium esset de Filio. Audi ergo & attende, quid dicat Ioannes, quæ hoc capite dicuntur de Filio esse dicta.

Ezechielis loca.

Quomodo visus Filius.

D. HIERONYMVS.

Seraphim stabant super illud.

LXX VIRI.

Seraphim stabant in circuitu eius.

DIxi Eusebium docere nos hoc caput Esaiæ, simile esse initio Euangelij Ioannis, In principio erat verbum, sic enim hìc tres personę significantur, vt illic priusquam ventum sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad illud, Verbum caro factum est: dicitur enim in principio, Vidi dominantes Hebraicè, i. vidi A
tres personas quę rerum dominantur, deinde, Sedentem in throno excelso, & eleuato. i. patrem: & splendorem eius. i. Filium, qui Patris est splendor, qui Pater & Filius replebant domum, quod interpretantur Lxx viri, plena erat domus gloria eius. i. Filio, qui est gloria Patris: sic D. Ioannes videtur interpretari, & inde docet, quòd toto hoc cap. de Christo sermo sit, & vaticinium, & incarnandus appareat, ita vt Seraphim hanc Patris gloriã reuereantur, & summa reuerentia adorent. GREGOR. Nazianz. in libro quẽ inscripsit de Theologia docet hoc cap. magnoperè nobis commendari Esaiæ prophetiam, quòd tanti sit habitus apud Deum, vt Deus ei se reuelauerit, & suam gloriam. i. Filium. & ordinem primum supremæ angelorũ hierarchiæ, hoc est, Seraphinos, vt eius prophetiæ omniũ maximũ pondus accedat, quòd dignus sit habitus, qui viderit Deũ & gloriam Dei, & Seraphinos, & ad cuius labia purganda, prætermisso angelorũ statu ordine, non angelus vnus aliquis, sed vnus è numero Seraphinorũ, qui supremũ ordinem tenẽt omniũ angelorum, accesserit, qui alio qui nusquàm soleret mitti. Vnde
B Gregorius sic citat hunc prophetam, & commendat in epitaphio, in laudem Patris, ille gloriæ Dei, & Seraphim spectator, qua laude commendatur quoq; Ezechiel, qui gloriam Dei vidit, vt Esaias, vt suprà pluribus dictum est, vidit tamen gloriam Dei super Cherubinos, Esaias super Seraphinos, qui sunt superiores, quanquam Cyrill. eosdem putat esse Cherubinos & Seraphinos, contrà tamen sentiunt ferè omnes patres veteres. Quòd Hieronymus vertit, Super illud, Hebraicè est ממעל, mi maal, quod vertere potes, Desuper, vel à superiori loco, aut à supremo loco. Hoc D. Hieron. vertit, Super illud, vt sit sensus: Seraphini stabant super illud templum, quod gloria Dei replebat, vel quod Christi humanitas replebat irradians. Templum porrò Dei, est sanctorum angelorum, & beatarum intelligentiarum chorus, supra quos omnes esse Seraphinos interpretari potes, quòd supra omnes angelorum choros sunt Seraphini. Chorus porrò angelorum, est Dei templum, Ergo Hieron. verbum Hebræum, mi maal. i. desuper, interpretatus est, hoc est, super templum erant Seraphini. Lxx viri, videntur interpretari, mi maal. i. desuper, supremo loco, hoc est, supra omnes angelos, quæ est eadem sententia. Sed quòd dubium esse posset, quid sibi vellet Propheta, cùm diceret angelos esse supremo loco, interpretantur id Lxx viri, quasi dicant, in circuitu Dei, vt nihil aliud esse doceant, Seraphinos
C esse supra cunctos angelorum ordines, quàm esse Deo propinquiores, esse proximos Deo, quibus primus reuelet mysteria, & ideo Lxx edidere esse Seraphinos in Dei circuitu: magis enim sunt Scholiastæ, quàm interpretes. Quòd autem in circuitu Dei significet in supremo loco, & excelsissimo inter angelos, docet DIONYS. qui de Seraphinis cap. 7. inquit, Hęc hierarchia, quæ primum locum tenet inter cælestes angelos, in Dei circuitu est, & circa Deum nullo medio adstat, semper incessanter exultans sempiterna Dei contemplatione, locata in supremo & excelsissimo loco inter angelos. Et Dionys. idem esse putat, in circuitu Dei esse Seraphinos, & in supremo loco, & excelsissimo: vt dubium esse non possit, quin Lxx viri, paraphrasi quadam sint interpretati, quid esset, Seraphinos esse supremo loco, & dixisse, esse idẽ ac si diceret Propheta, tenere primum locum inter cælestes angelos, & esse in Dei circuitu, & circa Deum, nullo medio adstare. Neque illud obstiterit, quod Georgius Pachymerius in paraphrasi cælestis hierarchiæ Dionys. cap. 7. & sanctus Maximus in commentarijs in caput septimum Dionysij. de Thronis dictum putat à Dionysio, supremum locum tenere inter angelos omnes, Seraphinos vltimos esse primæ hierarchiæ. Quòd enim capite sexto Dionysius de-
D scribens primam hierarchiam Thronis constare dixit, & Cherubinis, & Seraphinis, ab imis ascendens ad primos, putarunt D. Maximus, & Georgius Pachymerius, primos esse Thronos, Cherubinos secundos, vltimos Seraphinos: cùm planè dicat Dionysius ibidem, Qui nominantur Seraphim secundum viciniam positam super omnes angelos, & propter hanc viciniam super omnes angelos sitam circa Deum, immediatiùs collocatos ait scriptura. Vbi rursum Dionysius ait, In Dei circuitu sitos Seraphinos, idem esse ac si diceret, supra cunctos angelos sitos, & circa Deum immediatè, vt ita dicam, locatos, & dictos esse in circuitu Dei propter viciniã & propinquitatem ad ipsum Deum: & adstare in circuitu Dei idem esse, quòd nullo medio compleri omni sapientia, omni splendore. Lege EVSEB. demonstrationis Euangelicæ libro septimo cap. 1. vbi hoc caput interpretatur. D. Hieron. in commentarijs, adnotat hoc nomen Seraphim, pro hoc angelorum ordine hoc loco tãtùm, & nusquã alibi in sacris literis reperiri. hoc est ergo quod Gregorius Nazianz. ait, summam prophetæ esse commendationem, quòd

Esaias

A Esaias inter prophetas solus sit dignus habitus, qui viderit Seraphinos, quę summa & maxima huius prophetæ commendatio est, vidisse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & sanctos Seraphinos. Et ideo hic locus est summopere notandus, quod vt Dionys. adnotat de cælesti hierarchia cap. 6. & 7. & sequentibus. Prima hierarchia angelorum, est hierarchia Seraphim, qui supremum locum tenent super Cherubinos & Thronos: hos enim tres ordines angelorum continet primus & supremus ordo. Huius supremæ hierarchiæ quæ supra cæteros ordines angelorum est sita, Deo propinqua maximè, adhuc primum locum tenent Seraphim, edi-
B tissimum & excelsissimum, in quos Deus ipse primus per se transmittit reuelationes, vt illi Cherubinis, Cherubini Thronis, Throni mediæ hierarchiæ, media vltimæ reuelationes transmittat. Hęc Dionys. qui se accepisse ait à pręceptore Paulo, aut à Hierotheo, & ab apostolis, ac discipulis Domini proximus temporibus Christi, vnde etiam Catholica accepit ecclesia, vt diximus ex Irenæo, accepta continet & seruat. Hoc declarat hoc loco Esaias, nam verbum Hebræum ממעל mimhal, superne significat, vt vertit Vatablus, siue desuper, quę vox, Seraphinos sitos super omnes angelos declarat, nisi velis dicere sitos supra Deum ipsum, quod esset nefas: sunt igitur siti supernè, siue desuper, hoc est, supra cunctos angelos, vt docet ecclesia, hoc planè dicitur, & sine ænigmate, sine ambagibus, desuper erant Cherubim, non super Deum. Super omnes angelos, quòd vertère Lxx, In circuitu Dei, vt interpretati sumus: at D. Hierony. vertit, Super templum, interpretare tu verba Hieron. vt diximus, Super omnes angelos, qui sunt Dei templum, quando lectio Hebræa cogit hæc. Quæ res facit primum, vt Vatablum, & Isidorum Clarium, qui nobis venditant Iudæorum deliria, moneamus Iudæos fures esse, & latrones, & quicunque alia sensa obtrudere conantur nobis, quàm quę seruet & contineat eccle- *Iudei reprehẽdun tur.*
sia accepta ab apostolis, vt ait Iræneus. Nugæ igitur, quòd aiunt Iudæi, Seraphinos esse angelos
C ignitos, fulgentes vt fulget ignis commune hoc omniũ angelorũ est, vt Paulus interpretatur, qui facit angelos suos spiritus, & ministros flammam ignis. Seraphini dicti sunt, vt docet Dionysius, ardentes caritate, quòd suprà cunctos angelorum Dei ordines caritate Dei ardeant, & quòd caritate inflammandi cæteros omneis munus habeant à Seràph, verbo Hebrẽo. i. ardeo. CHRYS. ad populum Antiochenum homil. 64. satis declarat, cur Seraphim supra cunctos angelos sint, quòd cæteros superant charitate: nihil tam præclarum, inquiens, quàm à Deo diligi, & Deum diligere, hoc angelos facit splendidos & maximos, hoc Principatus & Potestates: hinc enim Esaias commendat Seraphim, quòd stent apud gloriam illam, quod maximè charitatis signum est, semper adhærere maximè Deo, imitemur eos, nec tantùm iuxta thronum stemus, sed studeamus ipsum Dominum in nobis habere habitantem. Consilium Iudæorum hoc erat, vt subuerterent hierarchias angelorum, quas docet ecclesia, omneis vnius ordinis esse persuaderẽt, & errasse veteres patres. A page deliria Iudæorum, & commenta. Has treis hierarchias angelorum, docet Dionys. vt dictũ est, docent Theologi Scholastici. PAVL. cap. 9. epist ad Hebr. & sancta ecclesia ita cantat: Beata Seraphim, quòd angeli nullo sexu discernuntur, vn
D de modò masculino genere enunciatur, Angeli, Archangeli, Throni: modò fœminino, Virtutes, Dominationes, Potestates: interim neutro, Cherubim, & Seraphim, quòd eo dictũ pluribus est, quòd video vituperatos Lxx, quòd Cherubim, & Seraphim neutro genere enũciarint, præceptumq; in vniuersum, vt Cherub, & Seraph, singulari numero per omnes casus varietur: pluraliter Cherubim & Seraphim masculino genere semper, cùm neutro etiã genere reperiantur, non solùm authoribus Lxx viris, sed Dionys. & D. Paulo authoribus, & alijs ecclesię doctoribus, & ecclesia quæ ab apostolis ad nostra vsq; tempora cantat: Beata quoq; Seraphim, rectè igitur omnium veterũ patrum consensu hoc cantat: & illud, Qui sedet super Cherubim, & Seraphim: nescio cur attente tur, nam etsi scriptura quæ dicit Dominum sedere super Cherubinos, nõ dicat sedere super Seraphinos, nõ tamen vetat: & in hac prima hierarchia, quæ cõstat Thronis, Cherubinis, Seraphinis. Throni qui primę hierarchiæ postremum locum tenent, Latinè sonant sedes, & hi angeli dicuntur sedes Dei, quòd sint Dei capacissimi, & quòd in illos Deus quasi pleno alueo influat, & sessitet, & illos faciat beatissimos. Hoc superioribus ordinibus Cherubinis, & Seraphinis est multò excellentiùs, vt sint multò magis sedes Dei, q̃ throni quod enim est inferiorũ, hoc multò vberiùs & excellentiùs inest superioribus, pressiùs & minùs plenè inferioribus: omnes enim angeli, sedes sunt Dei: omnes, Deus cõplet lumine, in oẽs influit, in omnibus sessitat, omnes beat, non tamen tã plenè, q̃ in sanctissimus thronis, pleniùs tamen sessitat in Cherubinis, & multò pleniùs in Seraphinis, vt non errent qui dicant sedere

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dñm ſuper Cherubinos & Seraphinos,hoc Dionyſ.cap.12.de cæleſti hierarchia. D. THOM. A parte prima quæſt:108.articul.5.hoc Maximus interpretans,Dionyſius & Georgius Pachymerius:denique non memini me legere,qui hoc eat inficias, nec ire poteſt, qui ſtatas ſeruare velit angelorum hierarchias,nam Irenæus,Baſilius,& omnes patres docent, quod continet Catholica eccleſia, ſiue de hierarchijs angelorum, ſiue de alia quauis re, ab Apoſtolis accepiſſe, & ſumma religione eſſe cuſtodienda. Hunc locum Eſaiæ explanat DIONYS.cæleſtis Hierarchiæ cap.13.& GEORG.Pachymerius in paraphraſi. & S.MAXIM. in commentarijs in.13. caput Dionyſij, illinc cætera petet qui volet, illud dicam tamen, quærere Dionyſium,cùm Seraphim ſint ſiti ſuper cunctos angelos, Deo viciniores, & quibus ipſe Deus cæleſtia myſteria primis reuelat, illi proximis Cherubinis, Cherubim Thronis, Throni medijs, medij reuelant vltimis, vltimi hominibus, & ita vltimi ad homines mittuntur. Cur hoc loco hic ordo videatur præteriri, cur Seraph qui hæreat Deo proximus,& nunquam mittatur hoc loco, miſſus dicitur ad Eſaiam? cùm nec Cherubim qui inferiores ſunt Seraphinis mittántur, nec adeò Throni, primi ordinis infimi, quin nec quiſquá ex media hierarchia,nec Poteſtates, nec Dominationes,nec Principatus,ſed per primos, reuelationes veniant ad medios, per medios ad vltimos,per vltimos ad homines: reſpondet Dionyſius,hunc ordinem reuelationum fortaſſe hoc loco nobis reuelari,& angelum vltimum, qui labia Eſaiæ purgat, dictum eſſe Seraph,vt ſignificetur nobis hanc reuelationem & purgationem à Deo primò exijſſe, tanquam à primo fonte,per medium Seraph,per quem Deus ad illum tranſmiſit reuelationes, & ita hic angelus vltimus,nomen accipit à primo angelo Seraph, per quem primùm ad illum peruenit reuelatio,quod Seraphinorũ munus eſt inflammare charitate omnes angelos, & homines,& hæc purgatio Eſaiæ eſt inflammatio ad charitatem:vltimus igitur angelus qui ad Eſaiam peruenit,dicitur nomine illius primi,à quo per medios ad ſe peruenit hoc munus. Vel dicitur inquit, vnus ex Seraphinis purgaſſe labia Eſaiæ,quòd Deus purgarit, & vnus ex Seraphinis, per medios angelorũ ordines,vt cùm quis aliquid feciſſe dicitur,non quòd ipſe per ſe fecerit, ſed per miniſtros,vel per medios,& rex aliquid feciſſe dicitur, ſiue regius ſenatus,cùm per magiſtratus,per reliquos adminiſtros id effecerit,vt hæc duo prima principia reuelationum nobis hoc loco ab Eſaia reuelentur,Deum Optimum Maximum, qui fons & origo reuelationũ eſt, & primus angelus (qui vt ita dicam) reuelationes immediatiùs à Deo accipit. Tertium eſt illud,quod ſuprà dixi,prætermiſſum eſſe hunc ordinem cum Eſaia, & dignitatis Eſaiæ hoc eſſe vt ad illum miſſus ſit vnus ex Seraphinis,qui ſiti ſu nt ſupra cunctos angelos, & ſic hoc intelle xiſſe videtur Gregorius cognomento Theologus,& Chryſoſtomus qui Eſaiam ita citant,Ille gloriæ Dei,& Seraphim ſpectator,ille,cuius labia vnus ex Seraphim purgauit. ALEXAN.papa.I. in epiſt. prima Decretal.hunc locum citat iuxta tralationem Lxx virorum, putatque eo loco probari ſacram Triadem, terna hac declamatione: probatur mea ſententia ea etiam ratione,qua dictum eſt.CYRIL.de incarnatione verbi cap. 13. ſedentem in throno Filiũ eſſe putat,tom.1.Concil.& tom.2.Hunc locum citatum inuenies in epiſt.1.Decretal.Benedicti papæ I. iuxta tralationem Lxx, vbi Benedictus Papa, hoc loco Eſaiæ Trinitatem probari docet.

Angelorũ ordines.

Quæſtio.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Sex alæ vni, et ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, et duabus velabant pedes eius,et duabus volabant.	Sex alæ vni,& ſex alæ alteri, & quidam duabus velabant faciem, at q duabus velabant pedes, & duabus volabant.

PVtat Dionyſius ſex alas ſignificare completiſsimum quendam modum cognitionis Dei,ad quem alis ſenis volatur, puto quòd ternarius numerus perfectionem ſignificat,vt docet Ariſtoteles lib. 1. de cælo. cap. 1. Hic numerus ternarius qui perfectionem ſignificat, conduplicatus multò maiorem ſignificat perfectionem, Alæ vero duæ quibus velatur facies, & duæ alæ,quibus pedes velantur, ſignificant Dei cognitionem multò altiorem eſſe, quàm quæ poſsit à Seraphinis comprehendi, infinitum enim à finito non comprehenditur. Nam alæ duæ faciem velant, vt ſignificent quàm reuerenter ſe habeant ad ea, quæ ſupra ſuam cognitionem ſunt: alæ verò duæ velant pedes, vt profundiora ſignificent ſe comprehendere non poſſe, & ad ea, quæ ſibi non reuelentur, ſe habere reuerenter, vt cùm ſupremæ intelligentiæ, in qua ſacratiſsima Trias, quaſi pleno

A pleno alueo influit, hæc præ ſe ferant, & cum tanto timore & tremore Deo adſtent, ſumma reuerentia accipiant, quæ ſibi reuelentur, fateantur Dei cognitionem, infinitus partibus ſuprà ſuam eſſe, & vt id ſignificent velare faciem, velare pedes, cùm tamen ſint ſitæ ſupra cunctos angelorum ordines,exemplum capiamus, quid nobis faciendum ſit, & quam reuerenter ſit adeunda Dei contemplatio. Hæc ferè Dionyſius.capite.13. CHRYSOST.tomo quinto de incomprehenſibili Dei natura,& alijs locis,vbi diſputat de alis, cautè legendus eſt, multa fortaſſe vitio interpretum, qui hæc ex Græcis transferunt, inoleuêre in authorum libris errata, quæ niſi attentè legas & cautè, peſtem trahes aliquando. Si Græcorum codicum copia eſſet pignore quolibet,contenderem Chryſoſtomum ſine caſu,aut prolapſione aliqua legi poſſe, ſi tamen ſcitari voles à Chryſoſt.quid hæ ſenæ alæ ſibi velint cautè hæc loca adito. Docet ergo, quanuis multis pedibus Seraphini ſint præditi,& facie multiplici Cherubini,quod per rerum ænigmata ſignificat magnos progreſſus, quos faciunt in Dei contemplatione, quòd multitudine pedum,& multiplici viſione, multiplici quoque facie innuunt apud Ezechielem, velant B tamen facies,& velant pedes,vt neque facie tam multiplici, neque viſo tam acuto, neque natura tam mirabili, neque alarum tanta celeritate. i. viribus naturæ ſuæ diuinam cognitionem vllam ſe potuiſſe comparare,nobis ſignificent,quidquid habeant diuinæ viſionis, & beatitudinis,qua fruuntur completiſsima,ſupra cunctos angelorum ordines, diuini beneficij eſſe, & Dei indulgentiæ, vt intelligamus nullam creaturam, nec ſupremam etiam, quales ſunt Seraphim viribus naturæ Deum poſſe videre,quod ſignificant, dum facies & pedes velant, vt doceant,neque viſum,neque acumen oculorum,lucem illam inacceſsibilẽ ferre poſſe,ſed in Dei lumine tantum illud lumen eſſe videndũ,quòd PLATO ex libris ſacris mutuatus docuit.5.de Republ.libro,ſimilitudine Solis vſus: Quemadmodum, inquiens,oculus, quanuis Solis ſit filius(facit enim Plato viſum igneæ naturę)tamen niſi Solis luce perfuſus,Solem ipſum non videat,neque rem vllam perſpiciat etiam ſibi propinquam. Quis enim in tenebris, quanuis ſit oculatiſsimus,quidquam videt? niſi locus ſit aliquo lumine illuſtris, ita nulla mens, etiam ſi Dei ſit filia: quòd enim à Deo ſine vlla materia creatæ vel factæ ſint cæleſtes intelligentiæ, & humana mens,vt ipſe in Timæo docet,Dei filias, vel Dei ſoboles nominat: quanuis ergo Dei C ſint ſoboles mentes cæleſtes,non tamen, inquit, Deum videre vllo modo poterunt, niſi Dei lumine illuſtrentur.Et in Phædro idem Plato,ex libris ſacris mutuatus eſt, opinor,illud de alis,quas ſingularis Dei amor,animis hominum ingenerat, quibus in cælum cuolant in Dei cognitionem,aut enim ex hoc loco eſt mutuatus, aut ex illo, Pennigerabunt ſicut aquilæ. Nam AMBR.lib.1.de Iacob,& vita beata,cap.8.prope finem, Spiritum ſanctum, ait, qui caritas eſt, ingenerare creaturis alas, quibus in cælum ſubuehuntur ad Dei cognitionem. His alis, inquiens, volauit Enoch raptus in cælum: his Helias curru igneo volauit, has alas apud Eſaiam habuere Seraphim, quod ſummopere notandum eſt. Videtur enim reddi cauſſa ab Ambroſio,cur ſenas alas habeant Seraphim, nam ſi Spiritus ſanctus, & caritatis ardor, has ingenerat alas: Seraphim,qui dicuntur à Saràph,id eſt, ardeo, quòd ardore caritatis, ſupra cunctos ſint angelorum ordines,meritò ſunt ſenis alis decorati,numero ternario, qui numerus perfectionis eſt, congeminato, & neſcio quomodo Plato in Phædro, diuini amoris inflammatione liquefactas mentes, has alas ex ſe proferre ait,quibus in cælum ſubuolant ad Deum ſcilicet, cuius flagrantiſsimo amore ardent. CYRIL. libro nono de ſpiritu & littera, Cherubinos & D Seraphinos eoſdem putat eſſe & Chriſtum hic viſum, qui quanquam homo ſit, Deus ſit tamen,quòd ſignificari putat illo,quòd eum circunſtant Seraphini,& putat Seraphinos alis Dei faciem velare, quòd Deus ſit inuiſibilis: & velare pedes, quòd viæ Dei ſint inueſtigabiles, quod Paulus dixit, O profunditas ſapientiæ,& ſcientiæ Dei, quodque ſignificatur illo Dauidis: In mari via tua,quòd in mari veſtigium tranſeuntis,deprehendi non poſsit. Poſſemus etiam intelligere,inquit, cognitionis Dei,neque principium,neque finem comprehendi poſſe,quòd ſit infinitus,& incomprehenſibilis creaturæ,nam caput,principium: pedes ſunt finis. Lege ſanctum MAXIM. & GEORG.Pachymerium in caput. 13.Dionyſij cęleſtis Hierarchiæ.Et in cap. 7. INNOMINATVS,qui cum Eucherio circunferturin quæſt.veteris Teſtamenti cap. in Eſaia, quærit cur Seraphim ſtent circa thronum Domini pariter,& volent? reſpondet,quia adſtare Deo idem eſt,quod volare, & in ſublime exaltari, ſedebit qui feſtinat apparere Deo. Quòd verò Seraphim alis faciem velant,eſt quia nulla creatura maieſtatis lumẽ vt eſt,contemplari poteſt,velant faciem & pedes,quòd ante mundum præterita,& poſt mun-

dum futura celentur nobis. Alæ senæ significant ministerij velocitatem, singulis senæ, quia ea A tantum conspicimus viribus, naturæ scilicet, quæ sex diebus sunt facta.

D. HIERONYMVS.

Et clamabant alter ad alterum, et dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius.

LXX VIRI.

Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth, plena omnis terra gloria eius.

DIuus BASIL. de Spiritu sancto lib. 3. terna hac repetitione, Sanctus, sanctus sanctus, Trinitatem personarum putat esse declaratam. EPIPH. in Ancyroto: Seraphim, inquit, cùm ter clamant, Sanctus, sanctus, sanctus, Trinitatem declarant, non enim per duas voces, neque per quatuor Deum glorificant, neq; per vnam solam, sed per tres, & singulis vocibus numero B singulari vtuntur, non enim dicunt: Sancti, sancti sancti, vt multas personas singulari numero delignent, Patrem, & Filium, & spiritum sanctum. Et in clausula orationis, dominus Deus Sabaoth, vt Trinitas personarum, & Deitatis vnitas declaretur. & posteà in eodem libro idé repetit, vbi docet notandum Seraphinos Trinitatis mysteriũ vnitate claudere, vt personas treis Deum vnum significent, neq; enim quater Sanctus. S. S. S. dicunt, neq; bis Sanctus. S. sed ter, vt reuelent perfectè nobis Trinitatem, & deitatis vnitatem personarum. Hinc trisagium tractũ esse disces ex. 2. tom. Concil. ex. 5. synodo Constantinopol. ex epistola Cinciniani episcopi, vbi historiam leges: & ex epistola Asclepiadis episcopi: & ex epistola Antheonis episcopi: & ex epistola Fausti episcopi, vnde colliges, sanctus Deus, de Patre dictum esse: sanctus fortus. i. sanctus Deus fortis, de filio, sanctus immortalis. i. sanctꝰ Deus immortalis, de Spiritu sancto, & colliges inde bellas quæstiones. Lege etiam epist. Asclepiadis episcopi: leges etiam historiam Trisagij. i. illius cantionis, S. Deus. S. fortis. S. immortalis, quæ ex hoc loco tracta est, & decerpta ab Angelo in epist. Acatij: & in epist. Fœlicis papæ. Eandem historiam leges apud Damasc. li. 3. ca. 53. & alios veteres patres. Explanatur hic locus in breuiario Liberati, tom. 2. Concil. in C epist Theodoreti contra Sabellium. CHRYS. ad populum Antiochenum homil. 7. reprehendit nos, quòd Dominum nimis irreuerenter nominemus, cùm serui dominos suos non audeant sine honoris præfatione nominare: Vis discere, ait, quomodo eum appellent superiores potestates? & cum quanto honore, & cum quanta admiratione? specta cum quanto honore, & horrore, & admiratione glorificent eum Seraphim apud Esaiam, & tamen illi, quos reprehendit Chrysost. vt ibidem refert Chrysost. Euangeliorum librum non attingebant, nisi lotis manibus, & cum magna reuerentia, quem librum nos impuris manibus, & fortasse peccatis multis inquinatis attrectamus, vt librum quemuis alium: docetque nos reuerenter tractare libros sacros, sed multò reuerentiùs ipsum euangeliorum Dominum, vt illum magno tremore ac reuerentia nominemus. DIONYS. hunc clamorem, quo clamat alter ad alterum significare putat ordinem reuelationum, de quo suprà dictum est, quo summi medijs, medij infimis diuina reuelant mysteria, & alij alios illuminant, de qua illuminatione Proclus in Timæum Platonis, ab his locis mutuatus videlicet, diuinitus multa disputat. Sed vltima, & præcipua, hoc loco illa reuelatio est, ait Dionys. in fine cap. 7. & in fine cap. 13. qua sacrosancta D Trias reuelatur illis verbis, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus Sabaoth, quibus personarum Trinitas, & Deitatis vnitas declaratur: sed hoc veteres patres ad vnum docent, neque est quod his longas moras trahamus. Illud notandum est in aduentu Christi significari hoc vaticinio, mysterium Trinitatis esse reserandum, & significari hac cognitione & reuelatione trium personarum, & vnitatis Deitatis complendam esse terram, quando lux euangelij orbis terrarum discusserit tenebras, quòd factum esse videmus, vt in hac interpretatione Dionysij, possimus dicere illud, quòd Augustino crebrò in ore erat: Audi prædictum, vide completum: prædictum erat in aduentu Christi reuelandum esse mysterium Trinitatis, & terram complendam gloria eius, quod videmus millesimo quingentesimo ante anno fuisse completum: totum enim orbem olim ad fidem fuisse conuersum scimus. GEORG. Pachymerius in paraphrasi, & S. MAXIM. in commentarijs in caput. 7. & 13. Dionysij, plura de hac re dicunt.

Trisagium i. ter sanctꝰ à tris, ter, & agios: sanctꝰ cùm dicitur sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis vnde sũptum abangelo, qui puerum raptũ in aëra docuit hãc cantionẽ.

D. HIE-

D. HIERONYMVS

A *Et commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo.*

LXX. VIRI.

Et eleuatum est superliminare à voce qua clamauerunt, & domus impleta est fumo.

HOc toto capite de Christo sermonẽ esse docet Ioannes cap. 12. cùm ait: Hæc dicit Esaias, cùm vidit Christum, & de eo locutus est: de Christo igitur sunt quæ sequuntur omnia. Commota sunt superliminaria] LXX reddidere τὰ σταθμὰ, quod verbum Hieron. in comment. interpretatur, Sublatum est, vel, concidit, ait enim, clamantibus Seraphim, & in tota terra Trinitatis mysterium prædicantibus, quando post passionem Seruatoris, mysterium Trinitatis terra vniuersa cognouit, statim commotum est, siue sublatum superliminare templi, & omnes illius cardines conciderunt, impleta Saluatoris prædictione, dicentis, Relinquetur domus vestra deserta. & subijcit: Quàm pulcher ordo rerũ, postquã repleta est terra gloria dñi Sabaoth, ludæorum templũ impletum est ignorantiæ tenebris, & caligine, & fumo, qui noxius est oculis: vel certè per fumum, templi monstratur incẽdium, quo deflagrauit templũ quadragesimo B secundo anno post crucẽ dñi. CYRIL. Ante crucẽ Dñi, percelebre illud, tẽplum erat, cæterum post crucem, postquam ludæi euangelij lucẽ recipere noluerunt, dereliquit Dñs domum suã, & transiuit ad gentes, & omnis terra impleta est gloria Dñi, omnis ludæa vastata est, & tẽplum incensum, quod significant verba illa: Superliminare templi concidit, fumoq; impletum est. A voce qua clamabant. temporis significationem habet. i. ab eo tẽpore, quo facta reuelatio Trinitatis est, & quo tota terra impleta est hac reuelatione huius mysterij. Motum est superliminare, vel, Concidit, significat templi deflagrationem, & esse dissoluendum, & inde ait: Impletum esse fumo, vel si mauis, postquã omnis terra lucẽ euangelij illustrata fuerit, ludæi inuoluentur ignorantiæ tenebris, & fumo, & nebula erroris. THEODOR. putat significari, quæ Seraphim prænunciãt, reuelandũ. s. Trinitatis mysterium, terramque Trinitatis mysterio esse cõpletam luce euangelij: superliminare verò tẽpli esse tollẽdum, q̃ in Christo dño lapide angulari, populus ludæorum, & populus Gentium iungendi sint. A voce enim clamantis, omnem terrã cõpletam gloria Dñi nuntiat, & sublatum esse superliminare: superuacuæ enim sunt fores & vallæ templi, quando omnia facta sunt in Christo lapide angulari. Quemadmodũ sine muris habitatur Hierusalem, & sublatis foribus, omnibus patebit aditus in tẽplum Domini: fumus autem, ignem Romanum, post crucem dñi significat. Hæc Theodoretus ferè. reperies apud Iosephum de bello Iudaico libro. 6. cap. 31. de prodigijs, valuas templi ferreas, quæ magna vi multorũm hominũ claudi solebant, aut recludi, sponte sua media nocte patefactas: quo prodigio conIecere ludæi templi ruinam, & vrbis excidium, & tunc hoc accidit, quando angelorum magno tumultu illinc migrantium, audita vox illa est: Relinquamus has sedes.

D. HIERONYMVS

C *Et dixi, Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dñm exercituũ vidi oculis meis.*

LXX VIRI.

Et dixi, O miser ego, quia compunctus sum, quia homo cum sim, & immũda labia habens, in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem dominum Sabaoth vidi oculis meis.

D GREGOR. Nazianz. in apolog. ad patrem suum, Esaias inquit, antequam videret gloriam Domini, & sedem eius excelsam, Iudæos reprehenderat, si non reprehenderat: vt verò hæc vidit, cœpit dicere: O miser ego, Væ mihi, quia tacui. Hebræi interpretantur: Væ mihi, quia succisus sum, nã דמה, tacere est, & succidere: LXX vtrumque complexi. δέδιλαιος ἐγὼ ὅτι κατανένυγμαι. i. ô infelix ego quia tacui, vel, quia dilaniatus sum, nam κατανύγμα. significat σιγήν. i. tacui (authore Hesichio) & λελύπημαι. i. doleo, ita vt legit AMBR. in psal. 18. in illa verba: Retribue seruo tuo: significat etiam κατανένυγμαι. lanianus sum. Vtergo lectio Hebræa duos sensus significat: Væ mihi, quia tacui. i. quia non sum ausus decantare laudes dñi cum choris angelicis, quia dictum est: Quare tu enarras testamentum meum per hos tuum? conscius enim eram mihi peccati, quia habeo labia immunda, vel: Væ mihi, quia immundus cum sim, vidi Dñm, & dilaniãdus sum. i. merui maximum malum, quia, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

docet Cyril. Moses cauerat lege, ne prophanus sanctos auderet adire, idq; obseruabatur ma- A
gnopere à Iudæis, vnde D. Petrus post magnã illã capturã piscium, accidit ad genua Dñi, dicens: Recede à me, nã homo peccator ego sum: nolebãt Petrus Dñm à se abire, reuerẽtia tñ, & legis obseruatione, illa dicebat. Reuerentia quoq; ciuitas illa Gergesinorũ, Matth. 8. post magnũ illud editũ miraculũ rogabant, vt à finibus ipsorũ diuerteret. Hanc igitur Mosis legẽ respiciens Esaias dicit: Pereundũ est mihi, dilaniandus sum, q̃ immundus cũ sim, vidi mundissimũ Dñm. ORIG. in Leu. c. 16. homel. 9. Mihi videntur, inquit, mysteria hæc esse, & hoc indicare, quod vnicuiq; membris carbones inferũtur secundũ id quod peccat. Nã q̃ hic propheta immũda labia se habere dicit, labia eius igni purgantur: vnde apparet, verbo tenùs peccasse prophetã, alioqui dixisset, quia immundũ corpus habeo, vel immundos oculos: si peccasset in cõcupiscendo, immundã animã: si in rapiendo, immundas manus: in solo sermone conscius sibi erat delicti, quia etiã de verbo ocioso reddetis rationẽ in die iudicij, ideo difficile est etiã perfectis, culpã vitare sermonis. Nos autẽ, si redeat vnusquisq; ad conscientiã suam, nescio an possemus aliquod mẽbrũ corporis excusare, q̃ non igni indigeat, & propheta, quia ab omnibus mundus erat, idcirco meruit, vt vn⁹ Seraphim eius labia purgaret. Nos vereor ne ignẽ nõ solũ membris singulis, sed toto corpore mereamur. Cũ enim lasciuiũt oculi per illicitas cõcupiscẽtias, vel per spectacula diabolica, ignẽ sibi congregant, sic pedes, sic manus. Si hęc mala corpori imminerent, quanta cura ea vitarentur? Et infrà idẽ Orig. Alio igni purgantur Aaron, & Esaias hoc est flamma spiritus s. alio alij, timeo ne illo de quo scriptum est, Fluius ignis currebat ante ipsum. Magis tamen placet, quòd Hieron. ait, vt Esaias polluta labia habere se dicat quòd remiserit aliquid in vitijs reprehendendis, quòd apud Dominum malè audit, vt discas ex Ezechiele.

D. HIERONYMVS

Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

LXX VIRI.

Et missum est ad me vnum ex Seraphim, & in manu habebat carbũculũ, quẽ forcipe tulit de altari, & tetigit os meũ, & ait, Ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, peccata tua mundabit.

VOlauit ad me vnus de Seraphim: Lxx explanant. i. Et missum est ad me vnũ ex Seraphim: nam Seraphim, & Cherubim, non solũ Lxx, & doctores sacri, & vniuersa ecclesia suis sacris cantionibus etiam neutro genere enunciant: sed & D. Paulus ad Hebræos. 9. ἐπεμψεν δὲ αὐτὸς χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον. deest, super quę erant Cherubim glorię obumbrãtia propitiatoriũ. Docent ergo Lxx, cũ missum dicũt vnum ex Seraphim, omnem illuminationem à Deo fieri, tanquam à fonte & origine ortam, per primos fieri ad medios, per medios ad postremos, per postremos angelos ad homines, quòd docet DIONYS. cap. 13. cælestis hierarch. & GEOR. Pachymerius, & S. MAXIM. Quasi dicat, inquiunt, principium reuelationis ille est, quem vides in solio excelso, ille purgatio est, & essentia purgationis, est enim essentia lumen, ille sibi coniunctas intelligentias illustrat, seraphinos scilicet, Seraph verò, per medios angelorum ordines, expurgat prophetas. Sed lege commentarium in illa verba: Seraphim stabant super illud, in fine, vbi in hunc locum disceptata quæstio est. Et in manu eius calculus: Lxx viri, Et in manu habebat carbonem ignitum, sic enim vertes, non carbunculum: Græcè enim est ἄνθρακα: ἄνθραξ porrò carbo ignitus est, vt disces ex Aristot. cũ alijs locis tũ etiã. 8. Topic. vbi multa docet esse ignis genera. THEOD. significari his verbis ait, participationem corporis & sanguinis Domini. Vtraque ergo tralatio valet, siue calculum legas illum videlicet, in quo datur nouum nomen scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit, id est, Christum: nam Plotinus & Plato & alij philosophi docent, si Deum mente complectaris, tanta te dulcedo complet, vt quanta sit, concipere animo non possit, nisi qui tanta voluptate perfunditur, quod docet Esaias, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Porrò quæ præparata sunt, est ipse Christus, vt ipse ait, ostendam me ipsi. Carbonem ignitum reddidere Lxx viri. Vnio nanque hypostatica humanitatis cum verbo, hoc potissimùm exemplo à Theologis est significata, vt disces ex Damasceno, alijsque, ita diuinitati esse vnitam humanitatem, vt carboni ignis vnitus est, cùm carbo ignitus est & candens: & vt ferrum

A rum igni est vnitum cùm ferrum candet, vbi ferrum, & carbo distinguuntur quidem ab igni, ita vt ignis natura nõ mutetur in ferrum, nec ferri natura in ignẽ, vniãtur tamẽ ita vt nulla pars ferri aut carbonis sit, quin sit ignita. nec similitudo vlla est quæ rem tantam queat adumbrare, ne dum exprimere, sed valet illa similitudo quę aliquo modo rẽ tantã innuit, indè Christus nomen habet, q̃ spiritu sancto sit tinctus. i. q̃ eius humanitas ita verbo vnita, ita spiritu sancto plena, multo multoq; magis adeò, quàm carbo candens cum ignitus est totus, est igni vnitus: hic ergo calculus siue hic carbo. candẽs, nã vox Hebræa רצת calculũ significat, & carbonẽ incẽsum frequẽtiùs. i. hoc corpus Christi, purgat Esaiæ labra, quẽ Seraph vnus ab altari accipit: vide quales esse oporteat, qui corpus Christi & sanguinẽ ministrent alijs. Significatur. n. nobis oportere vt charitate ardeãt, vt Seraphini charitate supra cũctos angelos sunt. Neq; temerè puto, Cherubinos qui secundũ locũ tenẽt post Seraphinos, vt diaconi in ecclesiastica hierarchia secundũ tenẽt locũ post sacerdotes, apud Ezechielẽ, manu accipere carbones ignitos: Seraphinos verò, qui superiores sunt Cherubinis, hũc carbonẽ ab altari nõ manu accipere sed forcipe:
B nã si CHRYS. tom. 1. hom. 2. in caput hoc 6. Esaiæ: Prophetarũ, inquit, ora, Dei sunt ora, vt nihil temerè positũ sit in Prophetis, aliquod magnũ hoc loco latet mysteriũ. capitur apud Ezechielẽ à Cherubinis carbo ardẽs manu: & à Seraphinis, Cherubinis superioribus, capitur forcipe. certe si (vt Theodoretus explanat carbo est corpus Chri & sanguis) nõ capitur corp⁹ & sanguis manu Seraphinorũ. i. Sãctitate, aut gratia, aut charitate ipsorũ seraphinorũ sed instrumẽto quo dã ad aecipiendũ, certè sacerdos nõ manu capit eucharistiã, sed instrumẽto verborũ consecrationis. Nã qui priùs panẽ, & vinũ tenebat manu, postquã pronũciauit verba cõsecrationis quę agũt ad modũ instrumenti ad transubstantiationẽ panis & vini in corpus & sanguinẽ Christi illo instrumẽto verborũ cõseration is accipit carbonẽ ignitũ, hoc est, corpus Christi: est. n. receptissimũ (vt inquit Quintil.) vt ex vno plura significemus, siue omnia, hoc est, vnũ instrumẽtũ pro quolibet instrumẽto ponamus: hoc apertiùs Græcè est λαβίς. i. apprehẽsorio quodã & Hebraice Melachaquim. i. apprehensorio, verbis quæ habẽt vim apprehẽdẽdi corpus, & sanguinẽ Christi. i. cõsecrandi, vt tũ demùm apprehẽdas: THEOD. Sunt supremi omniũ angelorũ Seraphini, neq; manu tamẽ diuinũ corpus attingũt, rẽ sanctiorẽ quęrũt, forcipe accipiũt. fortasse in C tellexit Theod. fide, & charitate: huc adhibe q̃ CYR. ait, cautũ Mosis lege, ne immũdus mũda attingeret: hic valet potissimũ hoc præceptum, nã si Esaias q̃ regẽ Oziã nõ reprehẽderet audacter, vt inquit Theodoretus, & D. Hier. immũda se labia habere dixit, & meruisse vt laniaretur, quod immundus vidisset Dominũ: hinc conijci potest qua vitæ puritate huius tãti sacramenti ministrũ esse oporteat. ORIG. tomo. 1. homilia. 6. in Esaiã, de eo quod scriptũ est, Quem mittam? videns Esaias, inquit, seraphim, dicens, se miserũ, meretur auxiliũ, suscipiente Deo humilitatẽ eius. Quod est istud auxilium? Missus est vnus de seraphinis &c. i. accepit remissionẽ peccatorũ, si. n. labẽ contraxerimus, & vere contraxisse pæniteat, hic carbo ignitus mũdat peccata vt mũdauit Esaiæ labra. HIL. in Psal. 109. in illa verba, Sagittæ potẽtis, interpretans illud, Ignẽ veni mittere in terrã, & docet peccatorũ ablutionẽ, & remissionẽ prophetã hic significasse, quæ igne accenso liquãtur, vt per ignẽ sordiũ omnium fit purgatio, et sic dictũ putat hoc Esaiæ Ecce abstuli peccata tua, quod Dominus ignis consumens est, & liquans omnia peccata: sic & D. Hiero. sic Cyril. qui etiam hunc carbonem ignitum Dominum esse putat vnione hypostatica humanitati vnitum, qui peccata purgat, est enim agnus Dei qui tollit peccatum mundi:
D hoc idem D. Basil. Lege Cyrill. de incarnat. vnigen. c. 8. de carbone hoc Esaiæ tom. 1. cõciliorũ.

D. HIERONYMVS

Et audiui vocem Domini dicentis, quẽ mittam, et quis ibit nobis? Et dixi, ecce ego, mitte me, & dixit, vade, & dices populo huic.

LXX VIRI.

Et audiui vocem Dñi dicentis, quẽ mittã, et quis ibit ad populum istũ? & dixi, ecce ego sum, mitte me: & dixit, vade, & dic populo huic.

QVod D. Hier. in illa verba: Vade, & dices populo huic. Proponit quæstiones duas, in quarum vtraque magna res agitur Christianæ reipub. paucis dicam quid sentiam. Prima illa est, qua dicit soluendam illam quæstionẽ prius, quæ nobis obijci potest, quare apostolus Paulus cum Hebræis disputans, non iuxta Hebraicum, quod rectũ esse cognouerat, sed iuxta Lxx sit loquutus. Vbi D. Hieron. ponit quæstionem, & promittit se soluturum. neq; mihi videtur soluisse tamen: aut ego non assequor, quonam modo propositam quæstionem hic diuus sol-

Quæstiones propositæ.

Cur Lxx citentur ab apostolis.

I 5 uerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerit. Quæstionem vrgebo cur non solum D. Lucas medicinæ, & Græcæ linguæ scientiss. (qui tamẽ non de suo, sed suggerente verba, & sensa sacra spiritu sancto, conscripsit euangeliũ vt nemo caussari possit, quod medicus esset, aut quod Græcè sciret, non Hebraicè, cum nõ scriberet de suo, sed quæ spiritus sanctus suggereret) Cur inquã nõ solum D. Lucas, sed & D. Paulus, euangelistæ omnes, omnesq; apostoli testimonia è sacris literis citent iuxta translationem Lxx ferè, & aliquando iuxta editionem Hebræam, aliquando ipsi sensa reddant sacra, neque lectionem Hebræam morentur, aut Græcam? Dixi in disput. de tralat. vbi de controuersia inter D. Hieron. & Aug. disputabam à f. 12. vsque ad f. 16. hac rõne D. Augustinum probasse translationem Lxx factam esse inflatu spiritus sancti, quod ex æquo citetur ab apostolis, & euangelistis cum lectione Hebræa. Id ita sensisse ostẽdi veteres omnes patres à fac. 22. vsque ad fac. 31. & in fine huius operis adscribã quinquaginta locos, quos ex hoc solo propheta citat apõstoli, & euãgelistæ iuxta Lxx si Græca Græcis cõferas, ne quis id inficiari possit, & appareat quæstionẽ esse solutam, & esse sententiã sanctorũ patrũ translationẽ Lxx afflatu spiritus sancti factã esse: quandoquidem ab omnibus apostolis, & euangelistis citatur ex æquo cum Lectione Heb. Vtrunque ergo rectum est, neque dicere licet, iuxta Hebraicum tantum rectum esse. Vnde Origen. Lxx veritatem citari ab apostolo dicit in. 10. cap. epistolæ ad Romanos, cum interpretatur verba illa: Esaias audet, & dicit. Sed posset suboriri illa dubitatio, cur frequentius multo citetur ab apostolis, & euangelistis trãslatio Lxx. quam Hebræa editio? Aio, aio, inquã, multo minus frequenter citari ab apostolis, & euangelistis Hebræam lectionem, quam trãslationem Lxx, & in caussa est quod Græca lingua omnibus ferè gentibus communis erat, vtnũc Latina. Et Iudæi Græcè sciebant, quod communis lingua esset, & temporibus Christi (vt dices ex Ios. lib. 14. cap. 12.) Iudæi toto penè orbe dispersi erant, adeo, vt vix vlla vrbs reperiretur, cuius non bonam partem tenerent Iudæi. Et cum inter alienos versarentur, paucissimi sciebant Hebraicè, Græcè omnes: & translatio Lxx virorum legebatur in synagogis Iudæorũ nõ solum in Iudæa, sed toto orbe. Durauit. n. in synagogis Iudæorum translatio Lxx, vt in disp. de translat. cõmonstrauimus per octingẽtos annos, & eo amplius. Maluere ergo apostoli eam ad Hebræos scribentes Græcè scribere, quam Hebraicè, quod Græca lingua magis communis erat, etiam Hebræis, quam Hebræa. Vnde dictus est Ptolemæus quam optimè meritus degente Iudæa, quod scripturam Græcè vertendam curarit, vt leges apud Iosep. de bello Iud. li. 12; vnde liquet iure optimo ecclesiam retinuisse epistolam Pauli ad Heb. Græcè conscriptam à D. Paulo, quanuis ad Hebræos esset conscripta. Nam quod citat testimonia scripturę iuxta Lxx id non solum in ea epistola facit, sed in omnibus & commune est apostolis omnibus, & euangelistis, vt monstrabimus in fine huius operis. Altera quæstio est an Iudæi corruperint scripturam? Ante aduentum domini certum est non corrupisse scripturam Iudæos: neque post crucẽ domini in nostrum commodum, quod docet hoc loco D. Hieron. Vt nobis aduersarẽtur corrupisse scripturã Iudæos, docuimus in disput. de translat. ex Orig. Iust. Irenæo. docet id pluribus verbis Origen. in epistola ad Africanũ: Sensisse id etiã multos docet D. August. li. 15. de ciuitat. Dei cap. 11. Docet etiam D. Hieron. in illud cap. 5. Mich. Et tu Bethleem, & id pluribus multo & magis affirmanter in principio lib. 2. in epistolam ad Galat. ostendemus alibi Iudæos id confiteri iuis scriptis. AMBR. in Psalm. 118. Serm. 14. in illa verba. Volũtaria oris: Expectat Dñs volũtarios ministros, vtiq; poterat imperare seruulo suo Esaiæ, sed maluit Deus spontaneæ oblationis eũ nõ fraudari mercede, quãdo ipsũ vt se offerret, expectauerat: & quãuis eius sciret affectũ, expectauit tamẽ vocẽ vt cumularet gratiã: & ideo D. Ambro. eodẽ loco putat Paulũ dixisse ad Rom. 10. Esaias audet, & dicit: audet. n. cũ se offert, & quasi volũtariũ organũ vberiore spiritus sui gratia eũ Christus impleuit. Neq; ociose hoc positũ putat, quia volũtaria oris sui oblatione placere Deo cupit: nõ omnes Prophetæ in omnibus, oris volũtaria oblatione placẽt: excusabat Hiere. dicẽs: Ecce nescio loqui, quia iunior ego sum, verecũdè Propheta ætatẽ corporis prætẽdebat, ne deprehẽderetur impar esse exequẽdis cęlestibus mãdatis. Et rursum idẽ Propheta: Seduxisti me Dñe, seductus sum, & dixi nõ loquar in nomine ei⁹ vltra, & factũ est in corde meo vt ignis ardẽs. c. 26. Orig. ca. 11. ad Rom. Primũ omniũ, inquit, ꝓ ait Paulus, Esaias audet & dicit, videamus quid audet, aut quæ hęc Prophetæ audacia? quod dicat: Ecce ego, mitte me. intelliges Esaię audaciã si Stephani verba attẽtè audieris, Quẽ. n. ꝓphetarũ nõ persequuti sunt patres vestri, qui annũciabãt de aduẽtu iusti? persecutionibus ergo & morte ꝓposita, ausus est se offerre, vt ꝓnuntiaret de aduẽtu iusti, ausus est ꝓ bono mori, in quo simul, & illud ostẽditur quia non

Quæstio.

Græca lingua epistolam ad Hebræos scripsisse apostolũ, quod etiam Hebræis græca lingua magis communis esset quam Hebræa.

A quia non, vt quidam putant, Prophetæ nesciebant quid dicerent, & quasi alienato sensu prophetabant. Quòd enim dicit Apostolus de Esaia, Quia audet & dicit, hoc indicat se obtulisse & dixisse: Ecce ego, mitte me, mortem contemnens & persequutionem, quanuis sibi illa imminere cerneret, audet tamen, & prædicat verbum Dei sicut & ipse Paulus dicebat: Scio quia vincula, & carceres manent me Hierosolymis, sed ego non chariorem facio animam meam mihi, sic ergo & Esaias sciebat quidem secandum se esse, & interficiendum ab impijs, audet tamen & se offert. THEODOR. addit pro silentio superiori quod non reprehendisset Oziam Regẽ ita vt sibi satisfecisset, silentium illud expurgans, audet, & se offert periculo, subiens omne discrimen pro populo Dei, itaque constat ob hoc caput, & sequentia fuisse serra dissectum Esaiã, vidit enim animo se dissecandum serra, ob hunc nuntium quem apportaturus est Iudæis, & quod prospiciẽs animo, tam sæuum genus mortis, se obtulit vt mitteretur, audacter. ideo dicitur à D. Paul. audet, ob hoc igitur dissectus est serra: & nõ vt Iudæi putãt, quod viderit Dominum sedentem in solio, sed viderat Moses, viderat Ezechiel, & Daniel, neque serra sunt dissecti, viderant alij Prophetæ, neque periculum incurrerant. Ergo serra dissectus est, quod apportat nuntium Iudæis, ipsos esse excæcandos in aduentu Christi, & vastandos. Notandum tamẽ in versione Lxx virorum desiderari vnam dictionem, quę reponenda est ex editione Hebręa deest enim, nobis, quæ si reponatur ex Hebræa lectione sic leges, Quem mittã, & quis ibit nobis ad populum istum? vbi Lxx viri addidere de suo, ad populum istum, perspicuitatis causa: ergo si sic legas vt vertit etiam D. Hiero. cõueniet cum his quę suprà dicta sunt, declarari hoc cap. mysterium Trinitatis declaratur, Faciamus hominẽ, Eamus, cõfundamus linguas eorũ: & hoc loco, Quis ibit nobis? nobis, enim refertur ad Patrem, & Filium, & Spiritũ sanctũ, qui hoc cap. reuelãtur.

Cur serra dissectus Esaias.

B

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Vade, et dic populo huic: Audite audiẽtes, et nolite intelligere: videte visionẽ, C *et nolite cognoscere.*	Vade, & dic populo huic, Auditu audietis, & non intelligetis: videntes videbitis, & non videbitis.

AVGVS. contra Faustum Manichæum lib. 13. cap. 9. & deinceps, cùm negasset aut Iudæos aut Gentiles posse repugnare veritati ecclesię catholicæ, ita omnia mysteria & singula prędicta ostendãtur & completa, vt in singulis dicere liceat, Audi prędicta, vide completa: & cùm non solum Iudæos dixisset negare non posse, sed nec Gentiles, idq; ostendisset, subiecit verendum esse magis ne conuicti infideles eorum euidentia tanta, nos interrogarẽt, cur Iudei qui hæc oracula prophetarum noctes & dies inter manus versant, non credidissent? quibus nos abundè satisfacturos dixit, si hoc oraculo illis ostenderemus, id quoque à prophetis esse prædictum non credituros Iudæos. TERTVLL. aduersus Marcionem lib. 3. hoc quoque oraculo probat prædictum à prophetis non credituros Iudæos, neq; agnituros Christum, ideoque illum cruce affecturos, quod ipse rei euentus comprobauit: prænuntiata ergo cæcitas Iudæorum his verbis est, Aure audietis &c. & subijcit hanc obtusionem sensuum meruerunt, labijs diligentes Deum, nõ corde. Annũtiabatur ergo Christus hoc capite, in cuius reuelatione D omnis spes Iudæorum erat & Gentium, & demonstrabatur Iudæos nõ agnituros eum nec intellecturos, præcipuè scribas & Pharisæos, audituros auribus & non audituros vtiq; Christũ docentem: & visuros oculis, & nõ visuros vtiq; Christum signa facientem: & lib. 4. aduersus Marcionem, quòd hoc prædictũ erat de Iudæis, Dominus in euangelio subindè repetit: Qui habet aures audiendi audiat, non quasi contra prophetiam promittens illis auditum, sed exhortans vt vitarent illud quod de illis prędictum erat, Aure audietis, non enim audiebant qui aures habebant, erant enim aures cordis necessariæ, & ideo Dominus ait, videte quomodo audiatis non corde audientes, sed aure. ORIG. tom. 1. homil. 6. in Esaiã, Prophetizat, inquit, hoc loco de ijs quæ in aduentu Christi erant futura, audituros Iudæos Christum corporaliter, non audituros spiritaliter, siquidem cùm audirent Dominum meum Iesum Christum, vocem tantum audierunt non sensum. & Dominus quidem in parabolis loquebatur ad populum, quas secretò explanabat discipulis: Et hæc aduentu Domini esse dicta ipse saluator ostendit, cùm ait, Benè prophetauit de vobis Esaias, Aure audietis &c. Videamus quid sit hoc quod ait, videtes videbitis, & non videbitis, non si quis vidit ea quæ saluator faciebat, statim videns potuit

intelligere

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligere cur facta sint: vt cùm lauit pedes discipulorum, non intelligebant discipuli quid A
faceret, vndè Dominus Petro: Quod ego facio tu nescis modò, scies posteà, quod autem videbant corporalia non videbant spiritalia: ostendit Dominus dicens, Si non lauero te non habebis partem mecum, quod negocium corporale non erat, sed spiritale: nudatus seruator mittit spiritalem aquam in peluim secundum scripturas, & lauat pedes discipulorum, vt cùm mundi fuerint ascendant ad dicentem: Ego sum via: & quia hoc erat quod significabatur, ideò ait, Quod ego facio tu nescis modò. Qui Dominum imitantur, mittunt aquam de scripturis in peluim animæ, & tendunt pedum discipulorum lauare sordeis. Sic episcopi Christi mandatū custodiunt, & imitantur Iesum: Ergo si quid fiebat à seruatore ab ijs quidē qui non intelligebant videbatur iuxta extera non videbatur iuxta rationem. Quæ eò pluribus sum exequutus quod video hanc sententiam esse omniū veterum patrū, hoc enim faciunt omnia commenta ria sanctorum, & omnia scripta veterum patrum, vt sic interpretentur euangelicas literas, & non desunt tamen qui literæ hærent euangelicæ, neque altius quidquam quęrendum arbitrā tur, cum præsertim literæ euangelicæ testentur, nihil loquutum esse Dominum sine paraboB lis, & non vident se configi hoc Esaię testimonio, Videntes non vident. Et diximus illud Ambrosij, perijsse ludæos dum nuda verborū sequūtur. ERASMVS in adnotationibus: Dissentit, inquit, hoc loco veritas Hebraica ab editione Lxx virorum, Mihi sanè durum esse videtur si liceat dicere nobis veritatem Hebraicam ab editione Lxx dissentire: non enim quod licet columnæ firmissimæ ecclesiæ D. Hieron. id omnibus licet: quæ enim in alijs libertas est, in alijs licentia vocatur, ait Quintil. Durum inquam videtur, si hoc nobis liceat in eo præsertim loco, quem euangelia citant. Res est confessa, quam nemo pius inficias eat, euangeliorum, totiusque sacræ scripturæ spiritum sanctum verba dictasse. Dictauit spiritus sanctus hæc dixisse Esaiā, verè igitur hæc dixit Esaias, neque discrepant hęc ab ijs quæ Hebraicè dixit Esaias, neque debuit licere cuiquā hoc vocare in dubium: quòd enim D. Hieronymus hoc munus obijt, & diuino munere ecclesiæ donatus est, vt scripturam verteret ad verbum ex Hebræa lectione, & sartam tectam tralationem Lxx seniorum nobis redderet, quæ multis locis mutila & trunca, & aliorum tralationibus adulterata erat: & de ecclesia catholica optimè meritus C
scripturam exponebat, restituebat in integrum quę trunca erant, quod hoc inquam obiret munus iure optimo licuit in singula inquirere, quod si fortasse in quibusdam nō collimasset mirandū non erat, an eodem iure vnusquisuis in dubium vocet, vere ne Lxx viri expresserint lectionē Hebræā? & suo iure dicat Erasmus à veritate Hebraica tralationem discrepare, quoties non redditur verbum verbo? Discrepat ergo translatio D. Hieronymi si ad hanc normam illam exigas, à veritate Hebraica, vtpote quæ non semper reddit verbum verbo, nam lectio Hebræa prefert, Audite, audiendo, & non intelligetis: quod vertit D. Hieronymus, Audite audientes, & nolite intelligere, vbi præterquam quod non reddidit verbum verbo, addidit de suo verbum illud, nolite, quod Hebraicè non est. Neque Pagninus, aut Vatablus ad verbum reddunt hunc locum qui vertēre, Audite audiendo, & ne intelligatis, cùm Hebraicè sit, Audite audiendo & non intelligetis: Quin Erasme si ad hanc normam Ioannis euangelium exigis, minimè omnium videbitur, vt poste à apparebit cum Hebræa lectione consentire, sed veritas in re sita est non in verbis, hoc docent philosophorum, & theologorum literæ, hoc etiam omnium consensus probat, in rebus ipsis veritatem esse sitam, parui referre si quis rem eandem his aut illis verbis expresserit. Neque si quis Græcum scriptorem vertisset Latinè, vt non verD bum verbo reddidisset, sed sententiam expresisset eandem, vestijsletque omnibus dicendi ornamentis, quod facit Erasmus in omnibus quæ Latinè vertit, continuò Erasmus diceret interpretem à Græca lectione dissensisse, potius interpretem miraretur, & dictionis splendorem in cælum laudibus ferret. Num Erasme quæ Latinè reddis, ad verbum exprimis? multū risisses, si quis, cùm interpretari scriptorem Grecum velles, in huiusmodi cancellos te cogeret. Miraris Laurent. Vallensem, quod mirabiliter Homeri Iliada vertit Latinè, num verbum reddidit verbo? Num tu hinc commendationem petebas, quod ad verbum verteres scriptores Græcos? an potius cum illis eloquentia certabas? neque verbum verbo curabas reddere fidus interpres: cur non eadem pertica metimur Lxx viros? Si non intelligis Hebraicè ne dāmnes quæ ignoras, si intelligis, admirare potius Lxx viros, qui CCC annis ante crucem Dominī ita expressere sensa sacra, ita eruere sacros sensus scripturæ, vt eorum tralationem citet Paulus, quem tam reuerenter citat omnis antiquitas, vt eum sic citet, Paulus in quo Christus loquitur

D. Hieronymo licuit in omnia inquirere, quod nobis ad veritatē hebraicam scripturā reddebat, sed quod illi licuit qui id obijt munus, alijsnō licet.

Defenduntur Lxx viri contra Erasmum.

A stus loquitur. & in omnibus quidem apostolis loquitur Christus, tamen de hoc ita loquitur vetustas, per quandam excellētiam Paulus in quo loquitur Christus: admirare igitur tralatio neim Lxx virorum, quam Paulus in quo loquitur Christus ferè citat, neque hoc loco solum, sed quoties scripturam citat, vt hoc toto ostendemus opere. Neque Paulus solùm hunc citat locum, iuxta tralationem Lxx virorū, sed Matth. cap. 13: Lucas. cap. 24. Neque est quòd Græcè scisse Lucam quisquam dicat, neget scisse Hebraicè, nam vt mittam linguarum donum, quis ambigat omnium euangelistarum & apostolorum ore, spiritum sanctum esse locutum? spiritus sanctus qui ore Euāgelistarum loquutus est, tralationem Lxx virorum citat, quidnis amplius? Multa Erasmus cornicatur in adnotationibus in cap. 9. Matth. quod enim videt tralationem Lxx seniorum citari ab Euangelistis, penè attentat Euangeliorum fidem, nam fieri potuisse ait, vt ineptus librarius, aliud pro alio scripserit, quanuis id tectè dicat, quasi verò Paulus aut apostoli & euangelistæ non citent ferè tralationem Lxx virorum: certè si Græca, Grę cis cōpares, & obserues toto hoc opere, non decies aut vicies sed centies, vel in hoc vno Esaia
B ab apostolis, & euangelistis tralationem Lxx virorum citatam reperies. Sed vt appareat Lxx virorum tralationē consentire etiā cum lectione Hebræa, Lectionē Hebræam subiūgamus.

Defenditur translatio Lxx virorum contra Erasmum. Translatio Lxx virorū, citatur ab apostolis & euangelistis.

Quæ lectio Hebræa sic ad verbum scietis. non & videndo videte & intelligetis non & audiendo Audite
reddenda est, Audite audiendo & nō שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל תֵּדָעוּ intelligetis, & videte videndo, & non scietis: cum qua ad verbum conuenit tralatio Lxx virorum quæ verti potest sic: Auditu audietis & non intelligetis, & vidētes videbitis, & non scietis, nam quamuis tralatio Lxx virorum plerunque non verba reddat sed sensa, & in plerisque commentarium sit potius quam interpretatio vt supra dictum est, & tralatio D. Hieronymi ferè ad verbum reddat lectionem Hebræam, hoc loco mutata res est, nam Lxx viri lectionem Hebræam ad verbū reddunt, quid enim est aliud, Audite audiendo, & non intelligetis quàm auditu audietis & non intelligetis? quidve aliud est, & Videte videndo, & non scietis quam quòd dixere Lxx Videntes videbitis, & non scietis? nam verbum Græcum ἰδόντες quod Lxx dixere verti potest scietis & videbitis: D. Hier. hoc loco lectionem Hebræam non reddidit ad verbum sed sententiam expresit, mutatæ sunt vices, addidit enim de suo nolite, bis, illic noli
C te intelligere, & nolite cognoscere. i. non voletis intelligere, & non voletis cognoscere, iuxta illud, Noluerunt intelligere vt bene agerent, videbant enim signa fieri, & Prophetias complebant, vt intelligere possent Christum esse, & Deum esse, sed noluerunt intelligere nec cognoscere, est Hebræa phrasis, vt imperatiuis pro futuro vtātur. Quod autē Pagninus, & Vatablus vertunt ne intelligatis, ne cognoscatis, qua ratione fecerint nō intelligo, cùm Hebraicè sit non cognoscetis, non intelligetis, vt vertunt Lxx.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Excæca cor populi huius, et aures eius aggraua, et oculos eius claude, ne fortè videat oculis suis, et auribus suis audiat, et cor de suo intelligat, et conuertatur, et sanem eum.	Incrassatum est enim cor populi huius, & auribꝰ suis grauiter audierūt, & oculos suos clauserūt, ne fortè videāt oculis, & auribꝰ audiāt, et corde intelligāt, & cōuertāt se, et sanē eos.

Vtraque tralatio consentit cum lectione Hebræa, quæ hæc est

Quæ lectio Hebræa sic ad verbum reddi potest: אַשְׁמֵן לֵב הָעָם הַזֶּה וְאָזְנָיו הַכְבֵּד וְעֵינָיו הָשַׁע

Incrassatum est cor populi huius, & auribus aggrauatus est, & oculis clausus est, nam reliqua communia sunt vtrique tralationi. Quòd autem sic lectio Hebræa reddi possit, intelliges si vt nunc actiuè sunt dispuncta, ea tu passiuè dispūxeris, Nam pūcta mutare potes pro re, pro tempore, pro loco, quod nos docuit D. Hier. quodque Rabini docent qua de re pluribus supra disputatum est. D. Hiero. quod lectionem Hebræam ad verbum reddebat, necesse habuit sequi ea pūcta quibus ab Hebræis sua tēpestate erat dispuncta. Lxx viri suorum temporum lectionem ad nos transmittunt & interpretationem quam à suis maioribus acceperant vsque à Mose & alijs prophetis eamque lectionem & dispunctionem probant euangelistæ & apostoli, quid vis amplius? ergo tempestate D. Hier. sic dispunctum erat vt legeretur Hasmen i. excæca, vel fac excæcare, sic enim vertere potes, pro permitte excæcare, & Haebed aggraua vel fac

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel fac aggrauare,pro permitte,& hasa,claude, vel fac claudere, pro permitte,vndè reddidit D.Hiero.Excæca,aggraua,claude,Lxx viri sua interpretatione,vt ostesum est in disputatione de tralatione Lxx virorum, docent suis temporibus hæc ita esse dispuncta vt non actiuè hæc legerentur sed passiuè & tempore præsenti,nó hasmen.i.aggraua,excæca: sed husman.i.excæcatum est, impinguatum ; aggrauatum est:nam verbũ Hebręum,impinguare,aggrauare significat, sed sententia eadem est:nec legere Hacbed,aggraua,sed hucbad, aggrauatu est:nec hasa claude,sed husa clausus est. id fit tantùm mutatis punctis,nulla littera addita, idq; fieri solere docuimus,authoritate D.Hieron.& testimonio R.Kimhi,in illa verba cap.1.Super quo percutiam vos?Si ergo lectionem Hebræam sicdispungas,reperies tralationemLxx virorum ad verbum expressisse lectionem Hebręam, & sic respõsum Erasmo sit, quod si nihil aliud dixissem quam citatam hoc loco & alijs multis à D. Paulo & à D. Matthęo & D. Luca omnibus qui ei aduersarentur obturassem ora, nam epistola ad Hebræos recepta ab ecclesia est, & quod Hieronym.vt dixi, dicere licuit, Erasmo non licet,nec licet rem hanc in dubium vocare,nec D.Hieronym. referre sententiam tanquam de re dubia post ecclesiæ decretum.Aliquando hæc exorta dubitatio est fortasse, non tamen propter tralationem Lxx virorum, si enim idcircò reijceretur epistola ad Hebræos, quod tralationem Lxx virorum citat, eadem opera omneis epistolas Pauli reijceres,& euangelia omnia,& apostolicas literas,quippe ferè citant tralationem Lxx, si Græca Græcis compares: neque si vnum verbum mutatum est, protinus negabis esse tralatione Lxx : quis enim vnquã ita testimonia veterũ citat,vt verba omnia numeret, nec verbo vllo discrepet? nemo in hoc solicitus est vt dũ scriptoris testimonia citat, ne vel vlla syllaba discrepet. Addit idé E R A S.in cap.12.Ioannis verba illa Ioannis,Excæcauit oculos eorum,& indurauit cor eorum:neque ad editionem Lxx, neque ad Hebręam lectionem respondere, sensum modò delibatum esse ab euãgelista: si Hebraicè scisset Erasmus, non hoc ferendum erat, vt euangelistarum censor esset, vix alphabetum Hebræum sciebat, ipse namque fatetur, si quid crepat Hebraice non sine Theseo facere, vtebatur enim alicuius ludæi, aut ludaizantis opera. Maior nè fides ludaizãti habebitur apud pios homines quàm euangelistæ? lectionem Hebręam reddidit D. Ioannes, neque necesse fuit D. Ioannì sequi tralationem D.Hieronymi, aut dispunctionem,quæ temporibus D.Hieronymi circunferebatur. Hebraicè legitur, השכן, &השעו, sine punctis scribuntur apud doctos, ipsi pro re,pro tempore,& pro loco pũcta addunt, diuersis punctis possunt esse passiua verba illa Hebræa & temporis præteriti,& ita vertere Lxx viri,Incrassatum,inpinguatum est cor populi huius,ita vertit D.Lucas,ita vertit D.Matth. & si euangelistis opus est ludęorum auxilio ad uersus ludaizanteis,ita vertit Thargum,&rabbi Selomoh,vt leges in thesauro linguę sanctæ, eædem illæ voces Hebraæ varijs punctis præterita actiua sunt, nam tantum punctis horum verborum actiua vox & passiua distinguitur. Lxx viri, & Matthæus euangelista, & D.Lucas, agnoscunt dispunctionem passiuam, quippe passiuè vertẽre, Incrassatum est, impinguatum est:D.Ioannes dispunxit actiuè, vt canon ille quem dixi,ex D.Hieron.& R.Kimhi, posse verba Hebraea explanari actiuè & passiuè, euangelistarum authoritate sit iam fixus & ratus, cùm alij actiuè interpretantur,alij passiuè.Excęcauit oculos eorũ,indurauit cor eorum:eadé sententia qua D.Lucas,& D.Matthęus,quod liquet ex præcedentibus,Dic populo huic,auditu audietis,& nó intelligetis,&c. Excęcauit oculos eorum,populus hic,scilicet,de quo sermo erat.Excęcauit oculos eorum.i.suos,& indurauit cor eorum.i.suum: forma dicendi, & Græcis, & Hebræis receptissima,& hoc ratio sermonis magisexigere videtur,vt populus excæcasse sibi oculos dicatur, quàm Deus dicatur ludæorum oculos obcęcasse,Deus enim loquitur,& si se obcęcaturum Iudæorum oculos diceret, haud dubium quin prima persona vteretur, vt in initio, Quem mittam? quis ibit nobis? sic quoque diceret, obcæcabo oculos ipsorum, obdurabo cor eorum, vtitur tertia persona:intelligenda igitur videtur de re illa de qua loquitur, loquitur de populo Iudæorum, commodè ergo de populo Iudæorum intelligetur: quanquã de Deo posset quoque dici, & facta videbitur personæ mutatio, etsi duriusculum est sed placuit sic Augustino & alijs sanctis Patribus: placet quoque sensus veterum Patrum, vt Deus dicatur obcęcasse oculos Iudæorum,vt indurasse dicitur cor Pharaonis : sed hæc interpretatio magnum pondus haberet ad diluenda dubia quę ex hoc loco solent exoriri, si populus sibi clausisse oculos dicatur, id est, affectasse ignorantiam. Interea summoperè notandum est, D. Hieronymus hæc verba legisse actiuè, & habere suæ sententiæ fautorem D. Ioannem : Lxx viros legisse passiuè,

Deféditur Ioannes euangelista contra Erasmum.

Canon ille, quem dixi, ex D.Hier. & R.Kimhi, posse verba Hebræa explanari actiuè & passiuè euãgelistarum authoritate, est iam fixus et ratus, cùm alij actiuè interpretãtur,alijpassiuè.

A passiuè,& habere fautores suæ sententiæ D.Matthęum, D.Lucam,& beatum Paulum, nempe quod eodem modo verti possit, & eadem sit sententia, ne miretur quisquam cùm videat Lxx viros, & D.Hieronym.diuersa ratione sequutos lectionem Hebræam, vertisse variè eadem tamen sententia.En euangelistæ,&Paulus Apostolus variè vertũt,alij passiuè,alij actiuè eadem verba,eadem tamen sententia:Quid igitur tam mirum est,si hoc in tralatione D. Hiero.& Lxx virorum accidisse videas,cum eadem est sententia,aut cùm vtraque sancta est,& vera? illud quoque annotatione dignissimum D.Marcum.cap.4.hũc locum citare,ita vt prima & vltima verba citet,neque ad verbum reddat,sed sensa sacra exprimat, omittat media: qui mos citandi testimonia scripturæ in litteris euangelicis & apostolicis est frequentissimus: Quod enim D.Paulus dixit,Auditu audietis, & non intelligetis,&, videntes videbitis & non scietis:dixit Lucas,Vt videntes videant,& non videant, audientes audiant & non intelligant: & quod postremum est, Ne conuertatur,& sanem eum:dixit D.Marcus, Ne quando conuertantur, & dimittantur eis peccata, omisit media hæc omnia, Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos claude, ne fortè videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat.& vulgatum quidem est euangelistas,& apostolos sensa scripturæ reddere aliquando,non verba. Illud ego summoperè notandum dico,quod multis, erroris caussa fuit vt posteà pluribus est dicendum,ita apostolos,& euangelistas scripturæ citare testimonia, vt ea quibus opus est dicant,media omittant,quod in tralatione D.Ioannis etiam deprehendes,neque solum omissam vnam orationem deprehendes, sed ordinem quoque esse permutatum: nam prima illa oratio,Excæca cor populi huius,vel,utLxx vertere,Incrassatum est cor populi huius: secunda facta est ordine apud D.Ioãnem:secunda oratio:Aures eius aggraua,velut Lxx vertere,Auribus suis grauiter audierũt:omissa est prorsus. Tertia oratio, Oculos eius claude, vel,vt Lxx vertere oculos suos clauserunt,prima facta est à D.Ioanne, qui sic vertit,Excęcauit oculos eorũ, vertit enim hæc verba actiuè vt diximus,reliqua eodem modo reddidit D.Ioã. quo alij Apostoli, & euangelistæ.Notandum quoque hic, quòd sæpè ostendemus hoc toto opere Euangelistas, & apostolos quando aliquod verbum est,siue in Hebræa lectione,siue in tralatione Lxx virorum obscurum, aut ambiguum,solere illud nomine magis perspicuo explanare,ita quod Lxx reddidere:Incrassatũ est cor populi huius: quodq; D.Paulus ita citauit, D.Ioan.nomine magis perspicuo velut interpretans vertit:obdurauit,quasi doceat nihil aliud esse incrassare cor quam obdurare cor,quodD.Hier.videtur sequutus: quòd enim Hebraicè est:Incrassatum est,aut impinguatum est cor,vel si actiuè voles reddere, vt reddidit D. Ioann. & D.Hieron.impinguauit, vel incrassauit cor, tempore præterito, vel, impingua,& incrassa cor,modo imperantis:quòd verba Hebræa ea terminatione sunt,quæ præteriti esse potest,& modi imperantis,& modi infiniti,varietate punctorum distincta, quæ docti,pro re,pro loco, pro tempore addunt:ergo,pro incrassa,vel impingua cor populi huius,velut interpretans vocem illam,incrassa,& impingua,reddidit D.Hieron.excæca, quasi diceret nihil aliud esse,impingua cor,quàm excæca cor,vt fecerat Ioann.cùm pro,impinguauit cor,reddidit,obdurauit cor,quasi diceret,impinguare cor,significare idem quod obdurare cor. Sed dico, inquam,Iocum hunc Ioannis posse sic explanari,vt ferè omnes explanant,vt sit: Excæcauit Deus cor eorum,quanquam aliquantulum durus est hic transitus, à prima persona ad tertiam, tamen sic placet sanctis patribus,quos sequi oportet,& quos habeo authores toto hoc opere. Adnoto tamen,vt sanctorum patrum dubia,facilius diluantur,& ne faciamus inter se pugnantes euangelistas & apostolos, cum D. Paulus, & D. Lucas, planè dicant & apertè, Iudæos sibi clausisse oculos, non Iudæorum oculos à Deo clausos esse : & reliqua eodem modo : ne faciamus ergo inter se pugnantes euangelistas, præsertim in explanatione scripturæ, vbi nunquam pugnant, adnoto rationem sermonis magis exigere, quòd suprà dictum est, vt dicamus : Excæcauit oculos ipsorum, supple, populus ipse, de quo sermo erat, quàm vt dicamus, excæcauit Deus, qua ratione suprà dictum est : & certè iuxta interpretationem D.Ioannis, lectionem Hebræam sic vertere posses ad verbum : Obdurauit cor, vel, impinguauit cor populus hic,vt tolleretur controuersia.Hæc enim erat prima oratio, vt suprà dictum est, in qua si verteres,incrassauit cor,vel,obdurauit cor populus hic, reliqua eodem modo essent intelligenda.Et certè D.Ioann.si vocem illam non omisisset,vt omisit alia media,quæ suprà diximus, casu nominandi vertisset,an ille dissensisset à D.Paulo? & cùm D.Paul.dixisset Iudęos grauatè & tardè audijsse,vel aggrauasse sibi aures,& clausisse sibi oculos, idque etiam dixisset D.Lucas.

Variè interpretantur apostoli & euangelistæ literas sacras, eadẽ tamen sententia.

Ne quis miretur D.Hieron.esse xx viros interpretes variè, eadem tamen sententia, aut vtraq; sententia sancta.

Apostoli et Euãgelistæ cùm citant scripturã, sæpè citant necessaria, omittũt media.

Apostoli et Euãgelistæ mutant ordinem sæpè eorum quæ citant.

Apostoli et Euãgelistæ quæ obscura sunt magis notonomine explanant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D.Lucas,D.Ioan.non idẽ,verbis ijſdem dixiſſent?certè ſi vertiſſet voces illas duas, ſic vertiſ- A
ſet:Indurauit cor populus hic:quod ſi D.Paulus,populi huius vertiſſe videtur,ideo factum ap
paret,quòd vertit paſsiuè:Incraſſatum eſt cor populi huius.i. incraſſauit ſibi cor populus hic,
at reliqua quæ vertit actiuè,ad Iudæos retulit D.Paulus:ad populũ Iudęorum ergo retulit D.
Ioan.tamen veterum Patrum ſententiæ cedo. Iudaizantes,lectionem Hebræam appoſitis pũ
ctis velut obelis iugulant, tanquam malè redditam à D.Hiero.quidquid enim non conſentit
cum Iudaicis delirijs iugulant obelis: quos vſq; adhuc ſatis refutauimus,dum oſtendimus tra
lationem D. Hiero.& Lxx virorum probatam ab Apoſtolis,& euangeliſtis, & lectionem He
Canon. bręam redditam fideliſsimè.Sed ex his quæ diximus, illa dubitatio ſuboriri videtur, quid iu
uat diui Ioannis tralationem ſic interpretari, Excæcauit oculos eorum populus.i.populus Iu
dæorum ſibi excæcauit oculos,cum modo imperantis hæc D.Hiero. reddiderit, Excæca,ag
graua, ita vt ad populum referri non poſsit?ſatis eſt D. Paulum & Lucam & D. Ioannem nos
admonuiſſe populum Iudæorũ,clauſiſſe ſibi oculos, & affectaſſe ignorantiam,vt ex hoc loco
reliquis afferamus lucem, & canon ſcripturæ eſt, cùm modo imperantis aliquid dicitur, non B
imperari quicquam,ſed prædici quod futurum eſt,ſic hoc loco,cùm Deus prophetæ ſic impe
rat iuxta tralationem D.Hiero. excæca,claude, non imperat prophetæ,vt ipſe propheta excę
cet oculos Iudæorũ, aut claudat oculos Iudæorum, & eos decipiat, & illis offundat tenebras,
nihil minus,quid ergo? ſignificat hoc futurum vt Iudæi occæcẽtur,vt in illo, Dorſum eorum
ſemper incurua,ſimilibuſq; quod futurum eſt prędicitur, non enim petit à Deo propheta, vt
excæcet & incuruet Iudæos,ne credant,nihil minus,qui pro Iudæis orat,mortemque pro po
pulo millies oppeteret, ſed futura prædicit. Sed de huius loci interpretatione iam ſententias
veterum patrum ſubijciemus, quod eſt huius operis argumẽtum, ſi priùs dixero quod Hiero
nymus & euangeliſtæ omnes,& Lxx viri vertêre: Sanem eum: Vatablum:& Pagninum reddi
diſſe,ſanet eum,neſcio cur quiſquam euangelij lectionem mutet,cùm Hebræa lectio cõgruat
cum euangelio,nam Hebraicè legitur רְפָא לוֹ ſanet eum,vt nunc diſpunctum eſt Hebraicè,ſed
muta puncta & dic, רפא לו rophè lo,& efficies lectionem D.Hieronymi &Lxx,quam probãt
omnes euangeliſtæ & apoſtoli,nam rophè lo,vertetur Latinè,ſanans eum, vt ſit tota oratio: & G
conuertatur,& ſanans eum,quam orationem ſic interpretaberis, Et conuertatur, & ſtatim ſa
nans eum ſim,nam qua hora conuertitur peccator ad Deum, ſanatur à Domino. Et totam hãc
ſententiam,quam ſuprà diximus,& huius loci interpretationem docet CHRYS. in Matt.cap
13.homil.46. cum oſtendit ſuperioribus verbis Iudæos ſua ſpontè ſe intelligentia priuaſſe, &
oculos clauſiſſe, & aureis obturaſſe, & his verbis, quæ nunc interpretamur docet incitare ip
ſos atque attrahere,quamuis eos videatur expellere cùm oſtendit, quia ſi conuertantur ſana-
bit eos. Hanc ſententiam Chryſoſtomi lectio Hebræa ἰαράνηνεγκεν præfert,Et conuertatur, &
ſanans eum,quæ ſignificat ſtatim ad conuerſionem adeſſe ſanantem Dominum in ipſo inſtan
ti conuerſionis, quaſi dicat, quo momento primum conuertitur, ſanans eum adſim, qua o-
ratione verbis exprimere non poſſum, quantam ſpem Dominus oſtendat Iudæis,quos clau-
ſuros oculos in aduentu ſuo prędicit,cùm ait,Si conuerterentur in ipſo momento conuerſio-
nis ſanantem adfuturum, quod verba illa ſignificant, & conuertatur & ſanans eum, quod D.
Hieronymus & Lxx viri explanant, conuertãtur, & ſanans eos,ſupp.adſim: & hanc tralatio-
nem probant euangeliſtæ & apoſtoli,interpretatur Marcus.i.remittantur eis peccata, quia ad
ipſam conuerſionem docet ſtatim remitti peccata:& quod de populo ſermo eſt, modo plura D
liter modo ſingulariter de eo loquitur, ſed vide quo pacto ad populum refert ad quem ſer-
mo eſt inſtitutus: cùm dicit ſanans eum, ſupp.adſim,vt,Excæcauit oculos ipſorum,ad eũdem
populum referendum ſit,populus excęcauit oculos ipſorum.i.ſuos.ſed ſi conuertatur,ſanans
eum adero. ORIG.in cap.7.Exodi homil.4. hunc locum ſic explanat, vt D. Hieronymus
in commentarijs,vbi cum multis verbis Orig.hoc dubium propoſuiſſet,quomodo peccator
in culpa eſſet cũ Dominus apertè diceret,Ego induro cor Pharaonis, & multiplico ſigna mea,
centieſq; hoc repetit ſcriptura: ſubiecit, Equidem confiteor me minus idoneum,& minus ca
pacem qui valeam huius rei ſecreta rimari,apoſtolum Paulum video, qui propter inhabitan-
tem in ſe ſpiritum Dei dicit:Nobis reuelauit Dñs per ſpiritum ſuum,ſpiritus enim omnia ſcru
tatur,etiam alta Dei,hunc video tanquam intelligentem,quid differat induratum eſt cor Pha
raonis, & indurauit Dominus cor Pharaonis, alibi quidem dicit,An diuitias bonitatis eius &
patientiæ,& longanimitatis contemnis? ignoras quia patientia Dei ad pœnitentiam te addu-
cit?&c.

A cit,&c. per quod ſine dubio illum, qui induratus eſt, culpat: alibi verò, ſuper hoc quandam
quæſtionem proponens, dicit Ergo cui vult miſeretur,& quem vult indurat: quid igitur ad-
huc conqueritur? voluntati enim eius quis reſiſtit? addit etiam his, O homo tu quis es, vt re-
ſpondeas Deo? per quod de eo qui à Domino dicitur induratus, non tam quæſtionis abſolu-
tione,quàm apoſtolica authoritate reſpondet, credo non iudicans dignum pro incapacitate
auditorum chartis & atramento tanta ſecreta committere. Et idem ORIGEN.in caput.11.epi
ſtolæ ad Roman. Quæſtio, inquit, nobis mouetur, quomodo de Deo bono dictum ſit, quod
dederit oculos quibus non videant,& vide ne hæc magis retributio ſit, & incredulitatis mer-
ces: quòd enim noluerunt Deum cognoſcere, tradidit eos Deus in reprobum ſenſum: & in
principium epiſtolæ multa diſputat,& alijs locis. & in cap.ſecundum, vbi docet, cor durum
eſſe,cùm mens humana velut cera frigore iniquitatis obſtricta, ſignaculum imaginis diuinæ
non recipit: & hoc idem appellari cor craſſum,& cordi duro, cor carneum opponi putat, &
cordi craſſo,ſubtile cor,& ſpiritale,craſsitudo cordis,ſubtilis,& ſpiritalis intelligentiæ, non
B recipit ſenſum.AVGVST.in caput Ioannis duodecimum,tractat.53.vrget quæſtionem,Ioan-
nes,inquit,ait,propterea non poterant credere,quia dicit Eſaias, Excæcauit oculos eorum, &
indurauit cor eorum,refert enim Auguſtinus illud verbum, Excæcauit,ad Deum. Et ait AV-
GVST.Si non potuerunt credere, quod peccatum eſt hominis non facientis quod non po-
teſt? ſi autẽ nõ credendo peccauerunt,potuerunt ergo credere,& non fecerunt:quomodo er-
go dicit Euangeliſta,Propterea non poterant credere,quia iterum dicit Eſaias, Excæcauit ocu
los eorum, vt,quod eſt grauiùs, ad Deum referatur cauſſa qua non crediderunt, quando qui-
dem ipſe excæcauit oculos ipſorum,non enim de diabolo hoc dicitur, ſed de Deo, quòd ex-
cæcauit oculos eorum. Sic hunc locum vrget AVGVST.& refert illa verba, Excæcauit, ob-
durauit,ad Deum, & ſcripturam ita referre ait. Subijcit idem AVGVST.rurſus,Quid reſpon-
debimus de alio prophetæ ipſius teſtimonio, quo vtitur D.Paulus, quòd quærebat Iſrael hoc
non eſt conſequutus,electio conſecuta eſt: cæteri verò excæcati ſunt ſicut ſcriptum eſt, De-
dit illis Deus ſpiritum compunctionis, oculos vt non videant? Reſpondebimus ad hæc,
Non poterant credere, quia hoc Eſaias propheta prædixit, quia hoc Deus futurum eſſe præ-
C ſciuit,quare autem non poterant,ſi à me quæritur, quia nolebant, malam quippe eorum vo-
luntatem præuidit Deus, quòd propheta prænunciauit. Sed aliam cauſam,inquit,dicit pro-
pheta,non voluntatis eorum:ait enim,Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis,oculos vt nõ
videant, & excœcauit oculos eorum. Etiam hoc eorum voluntatem meruiſſe reſpondeo, ſic
enim excæcat,ſic obdurat Deus,deſerendo non adiuuando, quod occulto iudicio facere po-
teſt,iniquo non poteſt.Hoc omnino pietas religioſorum inconcuſſum debet, inuiolatumque
ſeruare,vt ait apoſtolus,Quid ergo dicemus,nũquid iniquitas apud Deum? abſit. Lege cætera
loco citato. Sed idem AVGVS.in Pſal.138.in illa verba:Mirificata eſt ſcientia tua ex me:inter-
pretans tralationem D.Hieron.Incraſſa cor populi huius,& aureis eius aggraua, hoc putat fa-
ctum,vt non cognoſcerẽt tunc diuinitatem Chriſti,ſi enim cognouiſſent, nunquam regẽ glo-
riæ crucifixiſſent,non crucifixo Domino, ſanguis ille non redemiſſet orbem, & illam putat
eſſe altitudinem diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei,de qua apoſt.O altitudo diuitiarũ, &c.
Et quis enim cognouit ſenſum Domini? & poſteà:Cæcitas ex parte Iſraël facta eſt,vt intraret
D plenitudo gentium,& ſic omnis Iſraël ſaluus fieret.Excæcati ſunt ergo Iudęi merito ſuperbię
ſuæ,quia ſe iuſtos dicebant,& excęcati crucifixerunt Dñm,ſed poſtq̃ reſurrexit poſt miſsionẽ
ſpiritus ſancti,viſo tam magno miraculo,compuncti corde dixerunt ad apoſtolos:Quid facie
mus viri fratres?& redierunt ad Dñm.Idem ſenſit D.AVGVS.lib.1.quæſt.ex Matth.q.14.vbi
quærit quod dicitur apud Ioannem,Excæcatos oculos Iudæorum,vtrum vt nunquam videãt,
an vt videant poſteà humiliati ſua cæcitate? quòd Marcus dicit, Ne quando conuertantur,&
dimittantur eis peccata,vbi intelliguntur peccatis ſuis meruiſſe, vt non intelligerent, & ta-
men hoc ipſum miſericorditer eis factum, vt peccata ſua cognoſcerent, & conuerſi veniam
merentur.Sed ſubijcit D.Auguſtinus, Videtur tamen aduerſari huic ſententiæ, quod Ioannes
ait,propterea non poterant credere,quia iterum dixit Eſaias,Excæcauit oculos eorum,vt non
videant oculis,& non conuertantur,& non ſanem eos,vbi hoc factum videtur,non vt redẽpti
paſsione Dñi poſteà videant,ſed prorſus vt nõ videant,quòd ſi ita eſt, videntur defenſi Iudęi,
ſi non poterant credere,ſed cogimur fateri alijs peccatis meruiſſe ita excæcari, vt non potue-
rint credere,& ita congruet vtrunq;,ſi dixerimus quoſdam Iudęorũ fuiſſe ſanabiles,ſed tanto

Quæſtio de excæca tione & obduratione Iudæo rum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tumore superbiæ fuisse periclitatos, vt expedierit eis excęcari, vt posteà humiliati peccato ad Christum redirent ardentiùs, cùm crucifixo Domino, viderent à se tantum scelus esse admissum: non ergo expediuit eis tunc sanari, sed posteà crucifixo Domino. Reliqua lege apud AVGVST. loco citato, & lege quæstionem propositam ab eodem Augustino tomo. 7. hypognosticon lib. 6. contra Pelagianos in fine libri. CHRYSOST. in caput. 12. Ioannis, Coniunctio, quia, inquit, non est causalis, sed euentus: nec enim quia dixit Esaias, non crediderunt, sed quia non erant credituri, ideo dixit, sed cur, inquit, dixit propterea non potuerunt credere, quia dixit Esaias? nempe voluit magnam prophetiæ certitudinem demonstrare, & quod non aliter quàm prophetatum est euenit, ne quis diceret, qua gratia venit Christus? nesciebat non credituros? prophetas hoc nouisse inducit, venit autem ne peccati sui vllam habeant excusationem, & quæ prædixit propheta, tanquam omnino futura prædixit, non potuerunt autem, hoc est, noluerunt: nec te admiratio capiat, alibi enim ait: Qui potest capere capiat, ita nónunquam potestate, pro voluntate vtitur, sic enim illud: Non potest mundus vos odio habere, & vulgò dicimus, Non possum hunc hominem diligere, non potest ille fieri bonus, vehementiam voluntatis, nomine potestatis appellamus, sic Hieremiæ. 13. Si mutabit AEthiops pellem suam, & populus hic poterit benefacere: non dicit, quod impossibile sit ei benè operari, sed quia nolunt, ideo non possunt. Quòd autem hoc loco inquit, quòd impossibile erat prophetam mentiri, non tamen impossibile erat vt crederent: & paulò infrà subijcit quęstionem quam suprà proposuimus, & respondet nullam esse quæstionem, si rectè consideremus, & proprium esse scripturæ ait sic loqui: Tradidit Deus eos in reprobum sensum. i. reliquit eos Dominus in reprobo sensu. Lege EVSEB. lib. 7. demonstrat. euangelicæ cap. 2. vbi penè totum hoc caput explanat: & BASIL. in asceticis in proœmio de iudicio: & IREN. lib. 4. cap. 47. & 48. qui leuem, aut nullam huius loci quæstionem esse putant.

Quia, coniunctio.

D. HIERONYMVS.

Et dixi, Vsquequo Domine? et dixit, donec desolentur ciuitates absque habitatore, et domus sine homine, et terra relinquatur deserta, et longè faciet Dominus homines, et multiplicabitur quæ derelicta fuerit in medio terræ, et adhuc in ea decimatio.

LXX. VIRI.

Et dixi, Vsquequo Domine? & ait, donec desolentur ciuitates, vt non habitentur, & domus, vt non sint homines, & terra relinquatur deserta, & post hæc longe faciet Deus homines, & multiplicabuntur derelicti super terram, & adhuc in ea decima pars.

HAEc explanant doctores sacri de vastitate inuecta à T. Vespasiano, nam cùm solicitus propheta pro suis, interroget Dominum, quandiu hæc Iudæorum cæcitas sit duratura, respondet Dominus, Quoad vastetur vniuersa Iudæa à Romanis, quod etiam factum est. i. durabit tantum hæc cæcitas, vt eos deleat Dominus prorsus, & suis sedibus pellat. Nam cùm Dominus post Christi crucem expectasset Iudæos quadraginta duos annos dum conuerterentur, illi impendiò magis ac magis indies exasperabantur in Christum & Christianos, persequebantur apostolos & fideles, mittebant legatos per totum orbem vt Christum infamarent, & incitarent Iudæos, qui per totum orbem erant dispersi, vt omni conatu obsisterent euangelicæ prędicationi, quòd suprà dictum est ex veterum authoritate, quæ res fecit vt delerentur Iudæi, ne impedimento essent euangelicæ prędicationi. Ergo dixi ego propheta Esaias, Vsquequo Domine erit hæc cæcitas? & dixit, donec desolentur ciuitates, à Vespasiano scilicet, absque habitatore, & relinquatur terra sine habitatoribus, & domus sine homine. i. domus sint desertæ, omnia sint vasta, & longè faciet Dominus homines, eos scilicet, qui non perierint hostili gladio, aut peste, aut fame, aut seditione. Hæc enim omnia mala in Iudæos sunt grassata post crucem Domini: hos ergo residuos, disperget Dominus in vltimas terras, ducti enim sunt captiui à nationibus, quę penè omnes militabant sub signis Romanis, vt Iosephus prodidit in fine lib. 6. de bello Iudaico. Et multiplicabitur quæ derelicta fuerit in medio terræ scilicet pars. i. residui Iudæi ex tanto incendio & bello, multiplicabuntur intra breuissimum tempus, nam vt

A nam vt prodidit IOSEP. capite penultimo & vltimo libri sexti, cùm ex omnibus vrbibus Iudææ qui residui erant viri, post vastatas vrbeis confluxissent omnes Hierosolyma ad celebrandum pascha, nec opinanteis eos oppresit Romanorum obsidio, & in eos sæuijt hostilis gladius, pepercit Vespasianus aliquot pauperum milibus, quos abire liberos permisit quò vellent: in fœminas non sæuijt gladius hostilis, ideo relictæ sunt innumeræ fœminæ, quæ, cùm magna ignominia esset steriles esse, ex vno viro multæ conabantur matres fieri, & ita intra breue tempus pars illa, quæ relicta est in vrbibus Iudææ tanto numero Iudæorum pullulauit, vt videretur nulla clades illata Iudææ, & ex toto orbe Iudæi confluxere in Iudæam, & redintegrarunt bellum aduersum Romanos, & metu concussere orbem, vt discces ex Dione in vita Adriani. Hoc ergo in præsentia prædicit Propheta: Multiplicabitur pars quæ derelicta fuerit in medio terræ, in medio Iudææ, vel vt Lxx vertere, Multiplicabuntur derelicti super terram, non solùm qui residui fuere in vrbibus Iudææ, sed quicunque dispersi fuerant per totum orbem, succrescent incredibili sobole, adeò vt nulla clades
B videretur inuecta Iudæis. Adhuc in ea decimatio, vel vt Lxx viri vertere, Adhuc in ea decima pars: hoc enim significat τὸ ἐπιδέκατον. i. pars decima. & ita D. Hieronymus interpretatur in suis commentarijs, & videtur his verbis reddi illa causa, quam dixi, vnde tanta extiterit Iudæorum multitudo post importatam vastitatem vrbibus Iudææ à Vespasiano. Quia, inquit, adhuc. i. etiam post inuectam vastitatem à Vespasiano omnibus Iudææ vrbibus: in ea, hoc est, in Iudæa decima pars Iudæorum erat relicta, vel decimatio erat relicta ex Iudæis in Iudææ vrbibus, hoc est, pars decima, hoc verbum Græcum & Hebræum significat, nam discces ex Iosepho magnas clades omnibus Iudææ vrbibus fuisse importatas: non tamen funditùs vrbes esse subuersas, & in Hierosolymorum excidio Vespasianum peperciisse multitudini, dictum est centues ex Iosepho. Ex Iudæis ergo post crucem Domini, Vespasianus nouē partes deleuerat, decimę parti pepercerat, ex quibus fœminæ matres factæ sunt ex singulis plurimæ: in illas enim non tam sæuierat hostilis gladius, & ita succreuerat illa multitudo. Certè si Dionem & Iosephum, & rerum euentum ob oculos ponas, breuiùs quidem dixisse confiteare Esaiam, nō tamen obscuriùs ipsis historicis THEOD. sic hunc locum intellexisse apparet ex verbis ipsius
C Theodoreti: ait enim, Describit propheta mala quæ patientur Iudæi, vt voluntatis rebellis, pœnas luant, qua Dominum audire noluere, & ipsos sibi futuros ait causam tantorum malorum, vt incendio, gladio, fame, peste absumantur. Eodem modo vt sequenti commentario dicam, EVSEB demonstrationis euangelicę lib. 2. cap. 3. quanquam idem & CYRIL. de reliquijs etiam interpretantur, sed mihi videtur allegorica interpretatio. VATAB. & ISYDOR. Clariùs sequuntur Iudæos, Iudæi hęc ad Assyrios & Babylonios referunt, vt leges in Thesauro in dictione עשר, quod Iudæis omnis scriptura Assyrijs, Babylonijs, Sennacheribo, Daude, Solomone continetur, intra hos cancellos cohibetur, non patet latiùs: sed quàm prudenter sodes audi, interrogarat propheta, quoad hæc futura fuissent Iudæorum cæcitas? respondet quoad vastitas inferatur Iudæis ab Assyrijs, quæ vastitas ab Assyrijs erat inuecta Iudęę sexcentesimo ante crucem Christi anno: sed Iudæi omnia turbant, vt nobis aduersentur.

D. HIERONYMVS.

D *Et conuertetur, et erit in ostensionem, sicut terebinthus, et sicut quercus, quæ expandit ramos suos.*

LXX VIRI.

Et rursum erit in deprecationem sicut terebinthus, & sicut quercus vel glans, quando exciderit ex statione sua, vel ex theca sua.

in ipsis plantationem statione mittere in quæ quercus & terebinthus sicut ardendum ad erit & reuertetur Et

וְ שִׁבָּה וְהָיְתָה לְבָעֵר כַּאֵלָה וְ כָאַלּוֹן אֲשֶׁר בִּ שְׁלֶכֶת מַצֶּבֶת בָּם

DIuus Hieronymus & D. August. Græca, ex Hebræa lectione docent esse castiganda, & tralatio Lxx virorum, vt confessa res est, mutila est multis locis & trunca, in qua multa desiderantur, quæ reponenda sunt ex lectione Hebræa. Verbum בָּעֵר desiderari videtur in tralatione Lxx virorum, quod verbum multa significat, inter quæ significat insipientem esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ſtultum,& inſanire,vnde,baàr,veſanus & ſtultus,&,beir,iumentum: & ſic accepiſſe D.Hie A
ronymus hoc loco videtur. Erit in oſtenſionem. i. in exemplum, vt oſtendatur eius pœna ob
ſtultitiam & inſaniam,quòd noluerit obedire Domino, vt ſit explananda tralatio D. Hiero-
nymi,Conuertetur,ſupple,populus Iudæorum,cùm pullulauerit innumerabilis, conuertetur
in ruinam,& erit in oſtenſionem.i.oſtendetur in exemplum omnibus nationibus, iuxta illud
Moſis Deuter.cap.29.Et dicent omnes gentes,Quare ſic fecit Dominus terræ huic? & reſpon-
debunt, Quia dereliquerunt pactum Domini,&c.Conuertetur ergo ad ruinam, & erit in ſtul
titiam,quod Hebraicè eſt,vel in ſtultum & inſanum,hoc eſt,erit in oſtenſionem ſuæ inſaniæ:
neque erat quòd Iudaizantes puncto velut obelo iugularent dictionem Hebræam, nam con-
feſſa res eſt,baàr,inſanum ſignificare & ſtultum: & ſic accepit D. Hieronymus, Et erit in ſtul-
tum.i.in ſignum ſtultitiæ,& interpretatus eſt ex verbis Moſis, vt, eſt in oſtenſionem quercus
virens, & terebinthus, quæ latè tendit ramos: ſignificat etiam ardere & comburere hoc
verbum,baàr,vnde caſtiganda eſt tralatio Lxx virorum,vbi legitur ἔσται εἰς πρόσομμα erit in pabu-
lum,deeſt enim πυρὸς ignis,vt ſit,erit in pabulũ ignis: dixere enim Lxx,Et rurſus, erit in pabulũ B
ignis, iterum ſub Adriano incendio abſumetur Iudæa, tunc enim prorſus omnes vrbes Iu-
dææ incendio conſumptæ ſunt,deflagrauere enim, vt prodidit DION, vrbes Iudææ celeber-
rimæ quinquaginta,vici nobiles nongenti octoginta quinque, vnde, quis nõ videt quanta ſue
rit abacta prędaꝰ vt caderet benè,ſi in tralatione Lxx diceretur,rurſum erit in deprędationem,
Iudæa ſcilicet,legionibus Romanis: ſed lectio Hebræa hunc ſenſum non recipit,& ſententiæ
& verbis tralationis Lxx virorum magis congruit, vt dicas, καὶ πάλιν ἔσται εἰς πρόσομμα πυρὸς .i.rur-
ſus erit in pabulum ignis,magis enim πρόσομμα, pabulum ſignificat,quàm deprædationẽ: & ver-
bum Hebræum facit,vt legendum ſit εἰς πρόσομμα πυρὸς, in pabulum ignis, quod verba ſequentia
declarant,vt terebinthus,vt quercus,cùm exciderit è theca ſua,vel ex ſtatione ſua.i.non ſecùs
ac quercus eſt in pabulum ignis,& terebinthus, cùm reſectæ ſunt è loco, portantur plauſtris
vt crementur: ſic vniuerſæ vrbes Iudææ ardebunt. Sic EVSEB. libro ſecundo capite. 38. di-
xit, Poſt cladem inuectam Iudææ à Veſpaſiano, reſiduam fore decimam partem Iudæorum
in vrbibus Iudææ: & poſteà,rurſum ſub Adriano futuram in pabulum ignis, vt quercus & te-
rebinthus,quando cadunt de loco ſuo auulſæ,ſic quoque CYRIL.hũc locum explanat. Quæ- C
ro an Lxx viri,ſi in rem præſentem veniſſent & ſcriberent, non prophetiam ſed hiſtoriam,
vt Dion,planiùs & breuiùs rem hanc potuiſſent dicere? Erit, inquiunt, Iudæa, rurſus in pabu-
lum ignis,ſicut quercus aut terebinthus, cùm cadunt de loco ſuo. Dices, lectio Hebræa non
congruit,immo maximè,quæ ſic ad verbum reddi poteſt: Et reuertetur, & erit ad ardendum
vt terebinthus ac quercus,quæ in mittendo ſtatione, quæ ipſis. i. & reuertetur. ſ. Iudæa in rui
nam,Et erit ad ardendum.i.deflagrabit vniuerſa, ſicut terebintus & quercus deportantur ad
ardendum vel ſunt ad ardendum, quæ in mitti, vel in mittendo ſtatione, quæ mittuntur
& ſecantur ſtatione è loco, quæ ipſis, quę ſtatio erat ipſis, & qui locus erat ipſis. & ſic Lxx
viri reddidere vt terebinthus & quercus quando ceciderint è ſtatione ſua. D. Hieronymus aliter intellexit, cum enim ſupra dixerit erit Iudæa in oſtenſionem iuxta illud quod ex
Moſe diximus: addidit, Sicut quercus & terebinthus quæ in mittendo, מַצֶּבֶת, plantationem
ſuam nam vox Hebræa ſignificat ſtationem & ſtatuam & plantationem. D.Hieron. pro plan
tatione accepit & pro vi illa natiua quæ germinat: & ſic ad verbum reddes,Sicut terebinthus
& quercus.quæ in mittendo plantationem ſuam, quæ ipſis.i.quæ germinant ramos & virent D
coma,mittunt, & expandunt ramos & comas, ſunt omnibus oſtenſioni & ſpectaculo, ſic erit
ruina Iudææ & vaſtitas. D.Hieronymus in commentarijs magis probat tralationem Lxx vi-
rorum,quàm ſuam. PAGNIN.& VATABL.Iudæorum interpretationem ſequuntur. Iudai-
zantes,quoties D.Hieron.à Iudæis diſſentit lectionem Hebræam, punctis velut obelis conſo
diunt.Ita ſemper Iudæorum ſcopus eſt,vt noſtra oppugnent,& tamen ſunt qui Iudæorũ ſcri-
nia compilant,nec deſunt qui commentaria è Iudæorum libris contexta admirentur, & pro
eis tanquam pro aris & pro focis pugnent.

D. HIERONYMVS.

Semen ſanctum erit id quod ſteterit in ea.

THEODOCION.

Semen ſanctum columna fundationis eius.

Hic locus

A Hic locus deſideratur in tralatione Lxx virorum, repoſitus eſt è tralatione Theodocionis. Senſus huius loci eſt,reliquias ſaluas futuras eſſe ex hac vaſtitate, id eſt, apoſtolos & fideles,qui dicuntur ſemen,quòd ex illis,velut ex ſemine quodam orirentur ſpicę prætioſiſsimæ,hoc eſt,eccleſiæ ſanctiſsimæ toto orbe terrarum. Lege quæ ſcripta ſunt in verba illa capitis primi. Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen: ex hoc enim loco Lxx viri fecêre paraphraſim illius loci,illic enim reſiduum legebatur,non ſemen: fecêre Lxx paraphraſim ex hoc loco,quam probauit D.Paulus, & D.Hieron. Huc etiam ſpectat tralatio Theodocionis: Semen ſanctum. i. Apoſtoli,& fideles,columna & fundamentum ipſius Iudæę erit: illinc enim reſurget Iudæa ſpiritalis,hoc eſt,populus Chriſtianus.

B # IN ESAIAE CAP. VII.

D. HIERONYMVS.

Et factum eſt in diebus Achaz filij Ioathan,filij Oziæ regis Iudæ: Aſcendit Raſin rex Syriæ, et Phaceè filius Romeliæ rex Iſraël in Hieruſalẽ,ad preliandum contra eam, et non potuerunt debellare eam.

LXX VIRI.

Et factum eſt in diebus Achaz filij Ioathan filij Oziæ regis Iuda: aſcendit Raſin rex Aram, & Phacee filiꝰ Romeliæ rex Iſraël, in Hieruſalem ad debellandum contra eam,& nõ potuerunt obſidere eam.

C

DIxi EVSEB.demonſtrationis euangelicæ lib.7.docuiſſe caput ſextum Eſaiæ, & hoc ſeptimum ſimilia eſſe initio euangelij Ioannis, In principio erat verbum: cum enim ſuperiore capite, Chriſti diuinitas deſcripta ſit & maieſtas, quam Seraphini adorent, & contremiſcant vnà cum Patre, & Spiritu ſancto, hoc ſeptimo capite deuenitur ad illud: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: quod vaticiniũ ſub ænigmate hiſtoriæ (vt placet veteribus patribus) ſcribitur primùm, deinde ſine vllo ænigmate, ſine ambagibus, ſine circuitione, partus virginis deſcribitur, nomen pueri dicitur Emmanuèl, Deus habitans in nobis, & cætera, quæ poſteà latiùs fundentur. Hiſtoria eſt hæc, ob impietatem regis Achaz: & quòd Iudæi deliquiſſent contra Dominum, vt ſcriptum eſt Paralip. lib.2.cap.28. Phacee filius Romeliæ, ceciderat è Iuda centum viginti millia bellatorum hominum, & inuexerat Iuda alia multa detrimenta, ipſe, & rex Aſſyrius, vrbeis vaſtauerant, agros exciderant, vaſtitatem oppidis multis Iudæę intulerant: denique Phacee ſolus rex Iſraël, penè vaſtitatem importarat Iudæę, & ſolus rex Syriæ D exciſionem agris inuexerat, quo tempore magnis opibus emit Achaz à rege Syriæ, exhauſto omni theſauro, & regni, & templi, vt parceret rex Syriæ vrbibus Iudæę. Poſt accepta magna illa munera, rex Syriæ rupto fœdere, coniunxit opes cum rege Iſraël, & vterque contractis maximis copijs, vno conſilio petunt Hieruſalem, vt eam obſidione cingant, amoueant regno regem Achaz, & Iudæę præficiant regem Tabal, vtiſcriptum eſt .iiii. Regum cap.16. Cum ergo vterque per ſe ſolus formidoloſiſsimus eſſet Iudæę, & horribilis, poſſetq; ſuis vi-
ribus vterq; per ſe ſolus, Iudæę vrbeis omnes ſubuertere, ſubuerſæq; eſſent iam penè omnes, & tot hominum millia occiſa, & multò maioribus copijs vterque adeſſet, & fœdus inter ſe feciſſent, vt vno conſilio vaſtarent Iudæam, & expugnarent Hieruſalem, regem Achaz amouerent regno, præficerentque regem Tabàl, deſpõderat animum rex Achaz, putabat nullam ſibi reliquam ſpẽ, deſperauerat ſalutem, nam ſi ſingulis par eſſe non poterat, nunc cùm coniunxiſſent copias, nullo modo poſſe coërceri credebat, cõtremiſcebat toto corpore & animo & cõſcius ſibi ſuorũ criminũ, & Iudæę quoq; cõſcius idolatrię, putabat adeſſe illud tẽpus, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædixerat Iosuè cap.23.sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta vene- A
re, sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat & dispergat
de terra hac optima quam tradidit vobis, eo quod præterieritis pactum dñi Dei vestri, & ser-
uieritis dijs alienis, auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis, Quòd idem prædixe-
rat Moses Deuteron.cap.28.centiesque repetierat.& cap.29.Cùm sic horreret rex Achaz, mit-
titur ad eum Esaias à Domino cum filio suo Seariasub, vt verbis Domini dicat regi, Ne formi-
det, nihil pericli esse, singulos illos duos reges vastasse quidem vrbeis Iudææ, quod ipse Domi
nus voluerit animaduertere crimen idolatriæ in Iudæam, & vindicare tantum crimen, iã Do-
minum sumpsisse pœnas à Iudæis. Intellecturum autem regem Achaz, reges illos prosligasse
vrbeis Iudææ non suis viribus, sed quòd Dominus ipsos punire voluerit & castigare, quòd ser
uiant idolis, quòd minori manu vterque per se, Iudææ vrbeis vastauerit, multa hominum mil-
lia occiderit, innumerabileis captiuos duxerit, minori manu: nunc cùm vterque contra-
xerit multò maiores copias, & vterque cum altero coniunxerit opes, vt vno consilio pu- B
gnent, cumque vrbeis Iudææ sint subuersæ, cumq; confractæ sint vires Iudææ, infecta re redi-
turos, neque facturos quidquam. Prædicitque præterea Esaias, regnum Israël intrà breue
tempus periturum, atque adeò regem Syriæ, neque illud tempus quod prædixit Moses, aut
Iesus Nauè adesse, quo Iudææ vrbes sunt subuertendæ omnes: & iussit propheta Esaias re-
gem Achaz petere signum huius temporis, quando Dominus subuersurus esset Iudæam,
cùm ille negaret se tentaturum Deum, tunc propheta Esaias nihilominus signum illorum tem
porum dat, quando conflagrabit vniuersa Iudæa. Ecce virgo concipiet, &c. hoc est, in aduen
tu Domini, quando Iudæi non recipient Christum, complebuntur illa vaticinia Iesus Nauè,
& Mosis. Igitur tria, quatuorúe vaticinia Esaiæ describuntur hoc capite. Primùm, cùm Iudæi
putarent imminere vltimam vastitatem à regibus illis potentissimis, prædicit Esaias nihil es-
se pericli, infecta re, illos reges domum redituros, & nihil acturos: Secundùm, breui, regnum
Israël casurum, & regnum Syriæ: Tertiùm, incarnationem verbi Dei: Quartùm, post hanc
incarnationem verbi Dei, complenda esse illa vaticinia Mosis & Iosue, & vrbeis Iudææ à Ro-
manis esse vastandas, & subuertendas. Hæc summa rerum, nunc eamus per singula, infrà di- C
cendum est latiùs in caput.20.&.36.ex Procopio & ex Hippolyto episcopo Romano, & Am-
monio in Danielem solere prophetas, quo sibi ad res magnas de Christo & de ecclesia, myste-
rijs præstruant fidem, prædicere res paulò pòst futuras, vt prophetarum nomen sibi pariant,
& omnium animos imbuant admiratione, vt sibi post illa credant, & vt rebus maioribus lon-
go post tempore futuris præstruant fidem. Huc spectabat somnium Nabuchodonosoris,
quòd Daniel capite secundo interpretatur, cùm erexit omnium animos admiratione sui, &
fecit Dominus, vt omnes sapientes in summum discrimen vocarentur, & omnes essent erecti
expectatione futuri euentus, cùm quærerentur omnes ad mortem, quò maiori attentione ex-
ciperetur Danielis vaticinium: Huc spectabat secundo capite, fornax ardens, vnde tres illi
pueri exeunt incolumes, irrogata pœna impijs, qui malum illud moliti erant in treis pueros,
quos prorumpens è fornace, flamma consumpsit. Et somnium quarto capite Danielis, & in-
terpretatio verborum quæ inspectante rege Balthasare, in pariete inscripserat manus illa, &
reliqua omnia rerum miracula, quæ prophetæ Danieli summam conciliauere fidem, ad ea
quæ prænunciaturus erat capite septimo, & deinceps, de rerum mutatione, & redemptionis
œconomia, & Christi temporibus. Hunc eundem morem seruasse Dominum in litteris eu- D
angelicis docet CHRYSOST. in caput tertium Matthæi, homilia.11.Idem enim Dominus lo
quebatur in prophetis, vt dictum est, vnde ipse dicebat Iudæis, Loquelam meam non agno-
scitis? qui tamdiu assuestis meis sermonibus in propheticis litteris, vel ex loquela ipsa, me
agnoscere deberetis. Præscribit ergo Chrysostomus, hunc canonem scripturæ obseruatum
à Domino, cùm duo, pluráue prædicuntur, vt ex hoc quod factum est: reliqua credamus fu
tura, quod factum est hoc capite Esaiæ. Vocantur omnes Iudæi in summum discrimen,
iam omnes tota cogitatione in mortem sunt demersi, Cor populi, inquit propheta, sic mo-
uebatur, vt ligna syluarum à facie venti, trepidabant omnes, aderant copiæ innumerabiles ho
stium, ita erectis omnium animis ad Deum, tanquam iamiam mors esset adfutura, prædicit
Esaias salutem, nihil facturos reges illos, nihil esse pericli, vt res hæc tanta completa, fidem
præstruat vaticinijs de incarnatione verbi Dei. Neque hoc solùm, erant florentissima
regna, regnum Israël, & regnum Syriæ, abundabant opibus, diuitijs florebant, vt cùm
maximè

Canonem hunc nota, vt intelligas nihil esse in pphetis quin spectet ad christum.

Cur pphetæ vaticinijs de christo, vicinarum natio num intertexant vaticinia, & res paulò pòst futuras præsignificent, vnde intelliges, omnia quæ sùt in prophetis, spectare ad Christum.

A maximè inierant etiam inter se fœdus, vt mutuis auxilijs se defenderent: prædicit casurum Israël regnum intra breuissimum tempus. Hæc duo tanta & tam magna prædicta ab Esaia, intra breuissimum tempus completa, fidem præstruunt vaticinijs quæ futura erant longo post tempore: nam verbum Deus, octingentesimo post anno, est incarnatus, & deleta Iudæa post Christi crucem. Ecce quomodo duobus vaticinijs quæ statim complentur, fides præstruitur vaticinijs de incarnatione verbi Dei, & vastitate Iudææ: ideo enim tanta religione vaticinia Esaiæ adseruabantur, quòd omnia quæ prædixerat, completa viderent, ideo reliqua, quæ longo post tempore futura dixerat, cõplenda esse pro certissimo habebant & firmissimo. Ergo, In diebus Achaz, Rasin rex Syriæ, & Phacee rex Israël, venerunt ad obsidendam Hierusalem, coniunctis copijs, vt dictũ est, & manu innumerabili: & qui anteà singuli perexigua manu nõ potuerunt coerceri, sed occidere infinita hominũ millia, nunc coniunctis copijs ambo, quas vterq; auxerat quàm maximè poterat, nõ potuerunt debellare Hierusalem, vt prædixit Esaias.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
B *Et nuntiauerunt domui Dauid dicentes: Requieuit Syria super Ephraim, et commotum est cor eius, et cor populi eius, sicut mouentur ligna syluarum à facie venti.*	Et nunciatum est in domũ Dauid, dicentibus: Consensit Aràm ad Ephraim, & cõmota est anima eius, & anima populi eius, quẽadmodũ in sylua lignum à vento mouetur.

PErgit propheta rerum gestarum historiam persequi quam diximus, neq; aliud argumentum horum verborum esse putarem, nisi viderem Ambrosium, Cyrillũ, Procopiũ, Basilũ huius historiæ allegoriam interpretari, qua de re paucis, quid ego sentio, aperiam, quanquam id necesse non erat, siquidẽ suprà pluribus dixi ex August. Iudæos primùm à nobis extorquere illud voluisse, omnibus vaticinijs de Christo, subesse historiãquandã aliam, veterũ patrum interpretationem scripturæ spiritalem esse, vt cùm hoc extorsissent spiritalem interpretationem esse, veterũ patrũ interpretationẽ, & subesse historiam in omnibus aliã quandã Dauidis, C aut Solomonis, aut Sennacheribi, aut Babylonis: intra hæc enim, tanquam intra angustissimos cancellos, omnis Iudæorum interpretatio continetur, subiungerent illud, nullas esse vmbras, nullos typos in historijs veteris testamenti, nihil de Christo dici in illis vaticinijs, quæ pro nobis citamus: sed narrari historias illas quas nos etiam fatemur narrari, quos postquam refutauit August. vt suprà dictum est, addit ecclesiam, doctore Domino, tam in veteri testamento, quàm in nouo, interpretari allegorias scripturarum, & doctore Petro & Paulo, & cæteris apostolis. Quòd si tantùm esset omnium doctorum ecclesiæ consensus, nec huius rei doctore haberemus Deũ, præceptores apostolos: auersarer quod placet Iudæis, vel hoc solo nomine quod placet Iudæis: mordicùs teneré, quòd sanctis patribus placet, vel hoc solo nomine, quod sanctis patribus placet. Mitto dicere, impiũ esse, relictis sanctis patribus, audire Iudæos, ná vt Paulus ait, Spiritus sanctus vt dedit quosdã prophetas, ita quosdã dedit doctores: qui doctores sacros reijcit, aut qui Iudæorũ fabulas illis antefert, non video quomodo non sit impius: sed si nihil horum esset, vel res ipsa liquet per se, ita vt teneri possit manibus, & oculis cerni. Et hoc D primùm sciamus, aliud esse Tropologiam, in qua multus est D Hieron. in suis commentarijs, in qua versantur concionatores: quæ si commodè & aptè tractetur, vt tractatur à D. Hieron. est admirabilis, & receptissima apud omnes sanctos patres. Aliud allegoria est, cuius ipse Dñs doctor est, tam in vetere quàm in nouo testamento, quæ non reuocat scripturam ad mores, ad hæreticos, ad Zabulum: hæc enim Tropologia dicitur res diuina & admirabilis, si modò commodè tractetur, sed quæ referat typos & vmbras scripturarũ: hæc allegoria est tam necessaria in scripturis, vt scripturarum præcipuum ea sit. Nisi credis de vinea Israël cap.5. cùm vaticinatur Esaias præcipuum scopum esse viteis aliquas, aut vinearum fructus aliquos, & non quod Dominus ipse explanat populum Iuda, & reliqua quæ ibi dicta sunt: aut cùm Esaias incedere per vias nudis pedibus & nudo corpore iubetur, cap.20. illum esse præcipuum scopum scripturę, & nõ potiùs quod significatur, & Dominus declarat. Aut quando Hieremias lumbare in Euphratis ripis abdere iussus est à Domino, & post aliquos dies inde repetit lumbare, quod abdiderat, nugari dicendus est tantus propheta, & non magnum aliquid significari, quod explanat Dominus: Aut maniter iubetur Ezechiel propheta vesci pane tosto igni, ex fimo

Aliud tropologia, ij si commodè tractetur vt à D. Hier. sit est admirabilis, sin minùs, aliquã domouet rixam quibusdam.

Aliud allegoria, quæ in scripturis præcipua res est

Universidad de Deusto
Biblioteca

bubulo incenso,aut parietem perfodere primis tenebris,& iubere famulos, vt eo foramine se A extrahant tænia reuinctis oculis,vt nihil videat propheta,& sic fugere, aliaque huius notæ facere innumerabilia.Num ludere iubebatur propheta? dices fortasse,hæc omnia explanat Dominus,quare iubeat,& quid hic significare velit.Quid? tam tardus discipulus est, vt ea tantùm discat,quæ præceptor doceat,& eos libros intelligat tantùm, quos præceptor explicat, nullos prætereà? non proficiemus Dei doctrina tantùm, quantùm proficimus hominum disciplina? vt non solùm quæ audimus à præceptore sciamus, sed omnia? Multò magis doctore Deo promouere in rerum cognitione par est,quàm doctore homine: sed ego stultus,qui cùm hæc ex Augustino pluribus dixerim,& ex alijs veteribus patribus, plùs agere rationibus postulo,quàm actum sit veterum patrum authoritate,& totius ecclesiæ tanto consensu,iam inde vsque à primordijs nascentis ecclesię. Sed hæc pluribus dixi, quòd authoritas Iudæorum a-

Referãdas allegorias, doctore domino, et id in scripturis putandũ esse præcipuum.

pud quosdam ex nostris tantùm valuit,vt vbicunq; à D.Hieronymo, aut ab alijs patribus allegoricè aliquid explanetur, marginibus librorum adscribant Origeniacum,quasi dicant, sapit B hoc Origenem,vt sciat quicunq; hęc legit nonOrigeniacum,sed ecclesiasticum illic fuisse adscribendum,quòd omnis ecclesia id faciat,quanquam sunt quidam adeò Iudæis amici, vt hoc nomen ecclesiasticum, quod semper apud Catholicos fuit sanctiss. eritq; semper,eis fœteat: Nam ex veteribus patribus ede vnum aliquem,qui hoc non fecerit, & probarit? & quod magis est,fecit Dominus,fecêre apostoli & euangelistæ:illi quidem veterum patrum marginibus Origeniacum adscribunt,quoties explicata historia,explanatur allegoria.Augustinus & Ambrosius,cæteriq; suis scriptis,contra sentire testantur, Iudaicũ esse & hæreticum, quòd suprà latiùs diximus in illa verba,Vinea Domini Israël,cap.5.Ergo, cùm IREN. lib.4.cap.37. vaticinari prophetas docuerit,non solùm per sermones,sed factis quoque,idq; multis verbis sit executus,cumque AVGVS.contra Faustum Manichæum lib.22.cap.24.&.25. doceat non verba solùm,sed facta prophetarum prophetias esse:quærendum est, quid sibi hoc loco velit, quod Esaias iubetur à Domino cum filio suo Seariasub.i.reliquiæ conuertentur, prodire obuiam regi Achaz ad extremum aquæ ductum piscinæ superioris:quæ sit hæc piscina superior? quę sit illa via fullonis? vt enim diximus ex CHRYS.tom.1.homil.2.in cap.6.Prophetarum ora, Dei

Nihil temerè positum in prophetis, omnia aliquid significare.

C sunt ora,vt nihil temerè positum sit,Deus loquitur singulas literas,singulos apices expẽdi putat oportere.Quid ergo sibi vult,Filius qui derelictus est Iasúb,qui patrẽ Esaiam sequitur iussu Dei?hoc est enim nomen filij Esaiæ,qui derelictus est Iasub,vel Seariasúb, quando orationes imponuntur pro nominibus proprijs in scriptura, aliquid insigne significant,vt apud Oseam, cùm filia dicitur Lorucamà.i.absque misericordia,& pueri dicuntur,alter populus meus,alter non populus meus,non temerè est, sed magna mysteria significantur, vt docet Paulus, docet vniuersa ecclesia.Ad regem Achaz impium, tendit Esaias cum filio, qui derelictus est Iasub, i.cum filio nomine, qui derelictus est, conuertetur: & temerè hoc factum putet quisquam? cùm didicerit ex Augustino, Irenæo, Chrysostomo factis,& dictis vaticinari prophetas? idque Domino doctore,& magistro Paulo didicerit etiam? Non poterat propheta regem conuenire domi? quorsum petit viam fullonis? & aquæ ductum piscinæ superioris? Quid? coniunctis maximis copijs,duo reges vno consilio petunt Iudæam,vt expugnent Hierusalem, vt amoueant regno Achaz regem,& præficiant Iudæę regem Thabal ? excute historias, si reges aliquos comparasse exercitus videas ea causa, vt gentibus victis non imperent ipsi, sed alium quendam regem præficiant gentibus victis, putato historiam simplicem esse, & nihil hic si- D gnificari,quanquam te doceat AVGVST.cum alijs locis plurimis,tum libro vigesimo secundo contra Faustum Manichæum capite. 24.&.25. Iudæorum gentem, regnum, sacerdotium, reliquaque omnia,quæ gesta narrantur in veteri testamento fuisse prophetias, erunt & alia quæ posteà dicemus, quæ cogant fateri aliquid ,hac historia esse significatum. Ergo singula hæc interpretemur, & quando res ipsa cogit rimari quid hic lateat, id conemur eruendum BASIL.CYRIL.& AMBR.putant huius historiæ typo,significari Christi aduentum, & incarnationem,vt,quod posteà propheta dicturus est,Virgo concipiet,& pariet filium,cui nomen erit Deus inter homines,id priùs sub typo & vmbra historiæ significetur.Typus est igitur redemptionis historia hæc,temporibus ergo Achaz.i.fortitudinis (id enim Hebræa vox significat,& Christus fortitudo,& potentia patris dicitur) Filij Ioatham .i. filij Dei perfectissimi,filij Oziæ.i.Dei fortis,id enim sonant voces Hebrææ. Ascendit Rasin rex Syriæ, vel rex Aram, vt Hebraicè est,& vt reddidere Lxx viri.i.ascẽdet imperator nationum,nam Rasim vel rasoa volun-

A voluntas est, & populus gentium suæ seruiebat voluntati qui post carnem in concupiscentiæ immunditia ambulabat,vt ait Petrus 2.epist.cap.2.& rex Aram, id est, rex magnarum domuum, rex magnorum palatiorum,denique populus gentium, penes quem erat imperium orbis, qui suæ seruiebat voluntati,hic populus gentium cum populo Iudæorum bellat aduersus populum Iudæ spiritalem:hoc est aduersum Christianos,vterque enim populus,gentium & Iudæorum initijs nascentis ecclesiæ persequutus est vno consilio apostolos, & fideleis, quod significatum est illo:Quare fremuerũt, &c.Nam si Hippolytus põtifex Romanus duos illos senes qui Susannam insimulabant falsi criminis, duos populos significare docet populũ gentium,& populum Iudæorum qui persequuturi erant ecclesiam, ostenditque peracutè id esse,verba Hebræa apertius & planiùs multò hos duos populos significant.Nam & Rasim diximus significare populũ gentiũ,Phacee vero,vt inquit D.Basil.populum Iudæorũ vox Hebræa id apertè designat, quod phaceas Hebraicè,Latinè sonat eum qui referat, & aperit,& Iu-

B dæi hoc sibi sumunt quod soli aperiãt scripturã,& interpretẽtur,vndè vt ait Dñs, se appellari volebant magistros,hic Phaceas,dicitur filius Romeliæ.i.populi abiecti à Deo,rama,abijcere est Ieia,à Deo:& quis populus abiectus à Deo nisi Iudæorum populus?aut si mauis,Ramà abijcere est,Ieia,Deum.i.populus abijciens Deum : & quis populus est abijciens Deum qui Christum non recepit,nisi populus Iudæorum?& ne nomenclaturas Hebræas quas sum interpretatus,leueis putes,audi quid dicat CHRYSOS. in cap.5. Genes.homilia. 21. Ne mireris quod in hac nominum enumeratione multas, latenteisq; diuitias sententiarũ ostensurum me esse pollicear, nec enim vel syllaba,vel apex est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis thesaurus, hæc Chrysost. Hi ergo duo populi oppugnant ecclesiam nascentem, & acerrimè infectantur, conspirant aduersum Dominum,& aduersum Christum eius, at non valent expugnare ecclesiam, nam portæ inferi non præualebunt aduersus eam : nunciatum est domui Dauid.i. ecclesiæ quæ domus est Christi,nam frequentissime Dauid pro Christo accipitur in sacris literis,quod vulgatius est quam vt probandum sit,nuntiatum est autem ecclesię consen-

C sisse Aram.i.gentium populum,vt dixi,nam,Aram,regum palatia significat,& Ephraim .i. infideleis Iudæos: cum enim discessere decem tribus quæ Ephraim dicuntur & Israel à duabus tribubus Iudà,& Beniamin quæ vno nomine Iudà appellantur, fuere typus temporum Christi vbi infideles Iudæi discessere à Iudà .i.à populo fideli apostolorum & credẽtium Christo qui spiritaliter nomine Iudà appellantur, nam Iudæi secundum carnem sunt, qui nunc dicuntur Iudæi,nos vero dicimur Iudæi secundum spiritum, quod Latinè Iudæi sunt cõfitentes verum Deum,quem soli nos confitemur.Quod igitur duodecim tribus quę Ephraim,aut Israël dicuntur,quæ discesserunt à regno Iudà typus erant infidelium Iudęorum,qui discessuri erat à fideli populo Iudà.i.ab ecclesia pro populo Iudæorum ponuntur,& postquam ij duo populi contra ecclesiam fugiebant fideles,& latitabant,& per omnia cruciamenta necabantur,idq; significant verba illa:Commotum est cor populi,sicut mouentur ligna syluarum à facie venti.i.latitabant,trepidabant,& cor Achaz.i.Christi,qui nostra est fortitudo,possessio, & hæreditas,hæc enim omnia significat vox Hebræa Achaz,nam caput ponitur pro corpore, vt discessex regulis Ticonij,quòd vulgatum est.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
D *Et dixit Dominus ad Esaiam, Egredere in occursum Achaz tu,et qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductum piscinæ superioris, in via agri Fullonis.*	Et dixit Dominus ad Esaiam,Egredere iam in occursum Achaz,tu & relictus Iasub filius tuus, ad natatoriam superioris viæ agri Fullonis.

HVc adhibe,quòd superiore commentario ex Augustino & Irenæo dictum est, docetq; CHRYS.de pœnitentia homil.8.cæterique veteres patres hoc testantur,prophetas non solùm verbis,sed etiam factis fuisse vaticinatos, & intelliges aliquid esse significatum, quòd filius Esaiæ nomine dictus sit,qui derelictus est Iasub.i.qui derelictus est conuertetur,vel Seariasub(sic enim Hebraicè appellabatur)id est,qui residuus est,conuertetur, vel, reliquiæ saluæ fient,intelliges non temerè Esaiam iussum à Domino, vnà cum filio, cui nomen erat qui relictus est Iasub, .i.qui relictus est conuertetur vel vt Hebraicè est,cum filio suo,cui nomen erat

Universidad de Deusto
Biblioteca

Seariasub. i. residuum conuertetur, prodire obuiam regi impio Achaz, & prodire ad aquæ- A
ductum piscinæ superioris, & ad viam fullonis, præsertim si semper habeas ante oculos illud
CHRYSOS. quod dixit homilia secunda in caput sextum Esaiæ, Prophetarum ora, Dei sunt
ora: vt nihil temerè positum putes in prophetis, Deus loquitur, singulas literas, singulos api-
ces expendi oportet. Expendamus ergo singulas literas, & singulos apices authore Chryso-
stomo, & nihil temerè dictum putemus, fortasse reperiemus magna latere mysteria, & in-
genteis thesauros, vt ait D. Chrysostomus. Primum omnium Cyrillus aliquid significari
putat quod Dominus iubet filium hunc Esaiæ, cui nomen est Seariasub. i. reliquiæ conuerten-
tur, prophetam sequi, & baptismi hic esse sacrum fontem, quod idem putat Procop. Ambro-
sius, Fullonem hic euangelicum agnoscit, & mysteria magna hic putat delitescere. D. Basil. &
D. Hieronymus magis tropologiam horum verborum exequuntur quam allegoriam: igitur
magnis authoribus aggredimur perscrutari, quę hic delitescant mysteria. Esaias sonat Latinè
idem quod Iesus Deus, vel Iesus Dei: gerebant enim prophetæ etiam ipsis nominibus, Christi
typũ: iubet ergo Deus, Iesum Deum. i. filium Dei homine factum, adire Achaz regem impium B
. i. impios Iudæos, iuxta illud: Forsan reuerebuntur filium meum, cùm filium mittit ad agricolas
las suæ vineæ: filius hũc sequitur Seariasub. i. reliquiæ saluæ fient, vel vt Latinè est, qui relictus
est Iasub. i. qui relictus est conuertetur, reliquiæ enim conuersæ, filij facti sunt Dei, dedit enim
eis potestate filios Dei fieri, quid enim minus putes mysteriũ hic significari, cùm filius Esaiæ
dicitur, qui relictus est Iasub. i. cõuertetur, quàm cùm in Osea cap. 1. filia vocatur, Ioruchamàh,
. i. absque misericordia? & filius rursus, Ioami, non populus meus: & similia, quæ interpretatur
D. Paulus. An non ex D. Paulo discemus cap. 9. ad Rom. & ex D. Petro epistola 1. cap. 2. huius
quoque loci mysteria eruere, vt illi ex nomenclaturis quæ sunt apud Oseam? Petro ergo &
Paulo authoribus dicamus Esaiam, Iesum esse Deum Latinè, propheta enim nomine ipso Chri
sti gerebat typum, hunc sequi filium populum fidelem, cui ipse dedit potestatem, vt filius Dei
fieret, huic populo Dei nomen est Seariasub, residui cõuersi, vel reliquię conuersę, aut si appel
lare vis nomine Latino, qui relictus est Iasub. i. qui derelictus est conuertetur. Nam, Iesa, Iesus
est, Ia, Deus, vndè, Ieseaiau, vt Hebræi appellãt, Iesus Deus est, & Seariasub, quod nomen est fi- C
lio Esaiæ, scies pro reliquijs conuersis, semper poni in scriptura, quod, vt inquit Dionysius, spi
ritus sanctus verborum est obseruantiss. sic reliquiæ conuersæ appellantur Seariasub cap. 10.
huius prophetæ, vt posteà declarabimus: & Paulus illum locũ interpretãs, illa verba Seriasub,
quæ nomenclatura etiam est filio Esaię, reliquias conuersas explanat. It ergo Iesus Deus cum
populo fideli, cum apostolis, & discipulis ad regem Achaz. i. ad populum Iudæorum (regem
enim poni pro vniuersa repub. docet Arist. cẽties in Politicis) Prodit autem obuiam, quod ip-
se prodijt quæsiturus ouem, quæ perierat, hoc est genus humanum, ad extremum aquæ ductũ
piscinæ superioris. i. ad finem legis veteris, cuius finis est Christus eiusque euangelium: aquæ-
ductus Hebraicè dicitur, tahalèh, . i. ascensus, & altitudo: piscina, berechàh. i. benedictio, vt pi
cina superior, benedictio superior sit, ilionàh, de alto, coniunge tu significata harum vocum
Hebræarum, quando Chrysostomus te iubet expendere omnes literas, omneis apices ipsarũ
vocum, & promittit inuenturum te magnos thesauros, dic ergo prodijsse Iesum Deum, cum
filijs, quibus nomen est, reliquiæ conuersæ saluæ factę, ad aquę fontem. i. ad ascensum benedi
ctionis superioris de alto: & fortasse videbuntur tibi repręsentare verba illa Pauli ad Ephes. D
cap. 1. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi qui benedixit nos omni benedi-
ctione in cœlestibus: & verba illa Esaię cap. 65. in quo qui benedictus est super terram, benedi
cetur in Deo, amen. præcipue iuxta tralationem Lxx virorum, de quibus posteà latiùs dicen-
dum erit. Ergo CYRILL. qui benedictionem sacri baptismatis hic dixit significatam, & locé
euangelicam quæ deducit ad viam superiorem, ad cælestem Hierusalem, nõ ludit, voces ipsę
Hebræę hęc cantant. Contemnes fortasse has vocum interpretationes: ne erres, prẽter ea quę
diximus ex D. Chrysost. audi quid idem CHRYSOS. dicat in cap. 1. Matt. nominũ interpre-
tationes latissimum campum aperiũt ad scripturę interpretationem. & D. Hieronymus cum
alijs locis plurimis, tum in traditionibus Hebraicis in paralipomena, ait, appellationes & im-
mutationes nominum ad magna mysteria pertinere. & in fine cõmentariorum in cap. 23. Hie
remiæ: Ex verbis enim & nominum interpretatione sępè res ostenduntur, inquit, Et D. Basil.
procemium prescripsit operi de spiritu sancto, quo docet viro theologo expendendos etiam
ipsos literarum apices, ipsas syllabas, non solum voces, nomina, & orationes. In via agri fullo-
nis. AM-

A nis AMBROS. in cap. 9. Lucæ de eo, quod Dominus assumpsit Petrum, Iacobum, & Ioannem
& duxit eos in montem, ostenditque illis maiestatem suam: legimus, inquit, ad viam fullonis
ascendisse Esaiam: quis est iste fullo? nisi ille, qui delicta nostra lauare consueuit? qui dixit, Si
fuerint delicta vestra sicut phœnicium, sicut niuem dealbabo. Quis est iste fullo? nisi qui indu
menta nostri intellectus abluit, & induens nos indumenta virtutum, ablutis maculis corpora-
libus solet soli offerre Diuino.

Hebraicè sic est.

benedictionis, ascẽsus, extremũ fullonis agri via in superioris piscinæ aquæductus fines Ad
אֶל קְצֵה תְּעָלַת הַבְּרֵכָה הָעֶלְיוֹנָה אֶל מְסִלַּת שְׂדֵה כוֹבֵס

Quæ lectio Hebræa verti potest dupliciter, vel sic: Ad extremum aquæductus piscinæ superioris, in via agri fullonis: vel, In extremum ascensus benedictionis superioris, ad viam agri fullonis. Non quòd aliter sint interpretanda Hebræa verba, quàm interpretetur D. Hieron. & Lxx viri: neque possint hoc loco aliter reddi: sed quòd Hebræę voces, significatione ipsa sensum spiritalem præ-
B ferant, vbi ager fullonis, iuxta interpretationem Ambros. explanandus est ager ille, cuius me-
minit Matth. cap. 27. Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemàch. i. ager sanguinis, qui ager
quoque erat figuli, emptus pretio sanguinis Christi, quo sanguine mundi abluta sunt peccata.
Quòd D. Hier. vertit piscinam: Lxx viri reddunt, natatoriam, qua de re posteà dicendũ est.

D. HIERONYMVS.

Vide vt fileas, noli timere, et cor tuum ne formidet à duabus caudis titionũ fumigãtiũ istorũ, in ira furoris Rasim.

LXX VIRI.

Obserua, vt fileas, & ne timeas, nec anima tua conturbetur à duobus lignis titionum fumigantium istorum: quando enim ira furoris mei fuerit, iterum sanabo.

HIc locus explanandus erit conuenienter superioribus, Canon enim scripturæ est, de quo posteà dicemus, dictumque suprà est abundè, si locus aliquis, aut ab apostolis, aut à sanctis sit explanatus, antecedentia, & consequentia quæ cohærent, vt eodem referan-
C tur. Quando ergo Cyrillus, & Ambrosius, & Basilius, de sacro baptismate, & de Christo, proxi
ma explanarunt, & eo verba omnia Hebræa spectare ostendimus, age ad illum scopum refera
mus sequentia: primum iuxta tralationem D. Hiero. planus est sensus: Ne timeas à duabus cau
dis titionum. i. ò populę fidelis, ne timeas à populo Iudęorum, & à populo gentium fuman-
tium istorum. i. qui consurgunt in iras aduersum te, in ira furoris Rasin. i. quando Rex gentiũ
imperator Populi Romani, & filius Romelię. i. populus Iudæorum consurgant aduersum te
iuxta illud, Quare fremuerunt gentes, &c. Sed prouide vt fileas, Hebraicè est השמר והשקט . i.
saluare, & requiesce, quod Hebræi aiunt significare, Caue & quiesce, & sic vertere Lxx viri &
D. Hiero. Tu tamen expende verba Hebręa proprio intellectu post significationem sacri bap
tismatis, quid aliud significare possunt hęc verba: saluare & quiesce, vel seruate & quiesce,
quam quod Petrus Iudęis ait actorum cap. 3. Pœnitemini & conuertimini vt requiem inuenia
tis animabus vestris, & verbum hoc frequentissimum est in euangelio: Qui crediderit, & bap
tizatus fuerit, saluus erit: deindè: Noli timere, & cor tuum ne formidet à duobus titionibus. i.
à duobus populis Iudæorum & gentium: an non idem cum illo est: Nolite timere eos qui cor
D pus occidũt, timete eũ qui cùm occiderit potest mittere in gehennam ignis, ira porro furoris
Rasin Regis Syrię, & filij Romelię, quid significet, dictum est. Pro hoc tamen Lxx legunt, quã
do enim ira furoris mei fuerit iterũ sanabo: quã interpretationis varietatẽ vna litera facit, nã
pro רצין . i. pro rasin, Lxx viri legisse videntur רפאים, vel רפים . Sanabo eos, vt sit, In ira, rursus
sanabo eos, quod idem videtur esse cum illo Apocalipseos. 7. Hi sunt qui venerunt de tribula-
tione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, non esurient, neque
sitient ampliùs, neque cadet super illos sol, nec vllus æstus, quando agnus qui in medio Thro
ni est, reget illos, & educet eos ad vitę fontes aquarum, & absterget Deus omnem lacrymam
ab oculis eorum. Vides quomodo Dominus quando ira furoris sui fuerit, sanat, & quàm benè,
. i. cum permittit sanctos suos pati tribulationes magnas: & ea reddit prẽmia quę nec auris au
diuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis ascenderunt, benè ergo sonat. Hęc varietas lectio-
nis Hebræę quam frequentissima est in codicibus Hebręis vt suprà dictum est. Historia à
principio pluribus est explanata, vt non necesse sit eam repetere.

D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Regis Syriæ, et filij Romeliæ, eò quòd consilium inierit contra te Syria mmalum, et Ephraim filius Romeliæ.

LXX VIRI.

Et filius Arã, & filius Romelię, qm̃ consuluerunt consiliũ malũ Ephraim, & filius Romeliæ contra te.

HIstoria huius loci explanata est, & sensus spiritalis iuxta sententiam Ambrosij & Cyrilli, & Basilij, aliorumque Patrum enucleatus, quanquam enim variè dispunctus hic locus est, à D. Hiero. & à Lxx viris, tamen eadem sententia est, excepto quod iuxta tralationem Lxx virorum, historiæ sensus est, quem diximus, Dominum dicere, singulos Reges illos profligasse vrbes Iudææ non maxima manu, quod ipse Dominus voluerit castigare eos, ob crimen idolatriæ: nunc verò cum vterque contraxerit maximas copias, & coniunxerint inter se exercitus, vt vno consilio, & vno exercitu perdãt omnes vrbes Iudææ, nihil effecturos, quod ipse Dominus qui percusserit vsque adhuc, velit eos sanare, & ita duos hos Reges infecta re, B
redituros. Sensus spiritalis superiore commentario est enucleatus. Iuxta interpretationem Lxx seniorum, alia horum verborum distinctio est, nam initiũ sententię erit, Filius Aram, & filius Romeliæ &c. Sed lectio Lxx virorum vitiata est tam in codicibus Græcis, quam in Latinis, & apud CHRYSOS. in Matt. cap. 1. homil. 1. & apud Cyrillum, & Basilium, sed quando AVGVS. de doctrina Christiana. lib. 2. cap. 14. codicibus emendandis ait primum debere inuigilare, solertiam eorum qui scripturas diuinas nosse desiderant: & paulo ante ex codicibus Hebręis Græcam lectionem censuit castigandã idem Augustinus, sic hic locus castigandus est ex Hebręa lectione vt non legatur, filius Aràm, sed expuncta illa dictione, filius, sic legas: Et Aram, & filius Romeliæ, quoniam consuluit super te Aràm in malum Ephraim, cõ filium malum & filius Romelię dicentes: hoc sensu, Aràm .i. populus gentium, vt dictum est: & filius Romeliæ. i. populus Iudęorum, quoniam consuluerunt aduersus te consilium pessimum, iuxta illud: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, aduersum Dominum, & aduersum Christum eius? Deindè, Aram in malum Ephraim. i. populus gentium in C
malum Iudęorum, quod enim Iudęi non solum fideleis persequebantur, sed legatos mittebant per totum orbem, & docebant genteis blasphemare nomen Domini, deleti sunt à Domino. Ergo Aràm. i. populus gentium, consuluit malum consilium, in populum fidelem, in malum Ephraim. i. in perniciem Iudęorũ: Nam diximus Iudęos infideleis, appellari Ephraim dicendumque postea latiùs est. Ergo expungenda est vna dictio ex tralatione Lxx virorum vbi legitur, filius Aràm, legendumque: & Aràm. addenda est vna oratio vbi legitur. Quia consuluerunt consilium malum, legendumque, Quia consuluerunt consilium malum super te, Aràm in malum Ephraim, & filius Romelię de te dicentes, vt sit sensus: Quoniam consuluerunt consilium pessimum Aràm, & filius Romelię: & posteà: Aràm scilicet in malũ Ephraim .i. populus gentium, in perniciem populi Iudęorum, quoniam ea caussa fuit vt Iudęorum vrbes subuerterentur, quod populus gentium concitabatur à populo Iudęorum aduersus Dominum. nec mirandum est tanto annorum interuallo etiam sine fraude Iudęorum intercidisse aliquot dictiones ex Greca lectione, quę ex Hebręa lectione sunt reponendę.

D. HIERONYMVS.

Dicentes, ascendamus ad Iudam, et suscitemus eum, et auellamus eum ad nos, et ponamus regem in medio eius filium Thabal.

LXX. VIRI. D

Dicentes, ascendamus ad Iudæam, & colloquẽtes eis, reducamus illos ad nos, & regnare eis faciemus filium Thabal.

GRæca lectio vitiata est mutatione vnius verbi in aliud quamsimillimum, vbi enim legitur συναθροισθῆναι ἀνενεῖν, legendum συναθροῖσαι ἀνενεῖκαι. i. captiuantes ipsos, vt appareat facilem fuisse lapsum & mutationem facilem in verbum simillimum, & Hebræa lectio sic ostendit legendum nam, illud, Suscitemus eum quod vertit D. Hier. est idem quod captiuemus eum: sic ergo tralatio Lxx virorum legenda, Dicentes de te ascendamus ad Iudæam, & captiuantes ipsos reducamus eos ad nos, & regnare faciamus eis filium Tabal. Nam illud suscitemus eum quod vertit D. Hiero. est idem quod captiuemus eum, & omnis conatus populi gentium, &

populi

A populi Iudæorum, huc spectabat vt populum fidelem traducerent, ad se. i. ad Iudaismum, vel ad Idolatriam, quod significant verba sequentia, semper enim ante oculos habendus est Canon ille scripturæ, cuius sæpè facienda mentio est, quem præscribit AVGVS. solere in historia à Propheta admiscere aliquid, quo animus lectoris abducatur ab historia, & ad sensum traducatur spiritalem, & quasi è somno suscitetur. Reges duo potentissimi coniunxere copias maximas vt expugnent vrbes alicuius regni, & Regem regno amoueant & alium præficiant regno: atqui hoc parum est: nam admiscet alia quę plus vrgeant quæ dicemus posteà. Ponere ergo volunt regem in medio Iudææ filium Tabal, Hebraicè legitur Tabal: abducere volebãt hi duo populi populum fidelem à Christo, & à Deo optimo maximo, & traducere ad Tabal vt Hebraicè est. i. bonum non, hoc est ad Deum malum, quem Græci appellant Cacodęmonẽ .i. ad Cacodęmonum cultum. Nam Tab: Latinè sonat bonum: al, non. bonum non, & dicitur Græcè, & Latinè Cacodęmon. i. malus Dęmon.

B

D. HIERONYMVS.

Hæc dicit dominus Deus: Non stabit, et non erit istud, sed caput Syriæ Damascus, et caput Damasci Rasin

LXX VIRI.

Hæc dicit Dominus Sabaoth, Nõ manebit cõsilium hoc, nec erit, sed caput Aram Damascus, & caput Damasci Rasin.

HVc potissimum est adhibendus Canon scripturæ, quẽ dixi superiore comment. hoc si subsistas intra historiam, non cohæret cũ superioribus. nam dictum est, hos duos reges coniunxisse copias, vt vrbes Iudææ, & Hierusalem expugnarent, & regem Achaz regno amouerent, & regno præficerent Tabal filium Tabal: igitur rex Syriæ nolebat facere Hierusalem caput regni sui, nolebat ipse regnare in Hierusalem, sed volebat vt Tabal regnaret in Hierusalem. Quid igitur sibi vult Dominus, cùm ait. Caput Syriæ Damascus? certè si ad historiam spectes, hoc non cohæret, nam rex Syriæ non appetebat sibi regnũ Hierosolymitanum, nec volebat facere caput regni sui Hierusalẽ, nec C addere Iudæam regno suo. Quorsum igitur Dominus negat cõsilium regis Syriæ mansurum? sed caput Syriæ futurum Damascum? Adde his, quòd etiam si finibus sui imperij addere desti nasset rex Syriæ Iudæam, non tamẽ caput Syriæ mutaretur, & caput regni, nec mutaretur rex ipse, quòd victoriæ compos esset: quasi verò Rasin rex Syriæ id ageret, cùm præficere regno Iuda, Tabal filium Tabal destinarat, vt ipse rex Syriæ victoriæ compos, cum alium fecisset regem Iudææ, ipse desineret rex esse Syriæ: ridiculum si quis hæc ita esse putaret, cur ergo Dominus dicit, Non stabit consilium regis Syriæ, sed Damascus erit caput regni Syriæ, & ipse rex Syriæ Rasin erit rex Syriæ, & rex Damasci? an aliud erat consilium regis Syriæ, quàm vt Syriæ caput esset Damascus, & ipse rex esset Syriæ, & Damasci, & dilataret fines imperij? Ergo, Non stabit consilium, interpretaberis: non expugnabit vrbes Iudææ, nec amouebit regno Achaz, & sensu spiritali, si congruenter superioribus, explanandum est, cùm hi duo populi amouere regno vellent Achaz. i. fortitudinem, hoc est, Christum, qui est fortitudo Patris: nam Achaz, Latinè sonat idem quod fortitudo, & possessio, & hæreditas: & Christus est fortitudo nostra, & nostra possessio, & nostra hæreditas. Hunc amouere regno volebant, dicebant enim: Nolumus hũc regnare super nos, & volebant præficere regno Tabal. i. cacodęmonẽ: dicebãt enim, D Euellamus eum de terra viuentium, & non memoretur nomen eius vltrà. Dixit Dominus, nõ erit vt putatis, nam aduersus ecclesiam portæ inferi non prævalebunt. Lxx seniores, qui sententiam sequuntur, alludunt ad consilia Iudæorum, quæ cœperũt in euangelio, & in actis apostolorum contra Dominum, vbi eadem datur responsio cap. 5. Si ex hominibus cõsilium hoc, aut opus est, dissoluetur: si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne fortè Deo repugnare videamini: hoc igitur est cõsilium, & in historia, & in sensu spiritali, quod propheta ait, non mansurum. Deinde noua sententia caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin, id notum erat, atqui dictum est ex Chrysostomo & alijs sanctis Patribus, nihil temere in scriptura positum. caput ergo Syriæ, siue caput Aràm, hoc est caput populi gentium, nam dictum est suprà qua ratione Aràm populum gentium significet: caput ergo populi gentium Damascus, vt vnum caput gentium futurum significet, idque imperium populi Romani, quod appellat Damascum. i. potorem sanguinis, nam tempore Christi imperium orbis terrarum deuocatum est totum ad imperatorem Romanum: quemuis ex illis dilige, & vide an numerus possit iniri

myriadum

Universidad de Deusto
Biblioteca

myriadum hominum quos toto orbe necauit: & sanguinis, quem per omnes regiones oras- A
que terrarum fudit, Atqui Damascus Latinè sonat sanguinis effusorem: dam sanguis est, Saca,
potare, effundere, irrigare, & caput Damasci Rasin. i. caput imperij Romani quod tantum san
guinis toto orbe profudit, Rasin. i. voluntas, hoc est imperator qui post suas cupiditates am-
bulabant, vt dictum est. Oblitus sum dicere superiore commentario Pausaniam in fine. 2. lib. sic
videri interpretari Tabaal, vt suprà sumus interpretati.

D. HIERONYMVS.

Et adhuc sexaginta et quinque anni, et desinet Ephraim esse populus, et caput Ephraim Samaria, et caput Samariæ filius Romeliæ.

LXX VIRI.

Sed in sexaginta quinque annis deficiet regnum Ephraim à populo, & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ.

ADhuc sexaginta quinque anni. i. prophetia illa, quæ reddita est fore, vt intra sexaginta B
quinque annos deleretur Israël, rata erit, & firma, sed nondum præteriere. Nam si per-
pendas loca quæ citauimus Paralipomenon lib. 2. capitis 28. & Regum. 4. lib. cap. 16. reperie-
mus hãc historiam fuisse prope finem regni Achaz, postquam multa impiè gesserat, postquã
accisus, & confectus à Domino cladibus multis erat, postquam iam calamitatibus edoctus, se
imparem esse hostibus despõderat animũ, & de regno suo, & salute suorum actum esse crede
bat. XIIII. anno ergo regni Achaz Osee regnare cœpit in Israël, & anno regni Osee nono, du-
ctus est captiuus Israël, sic post mortem Achaz, septimo anno Israël ductus est capti-
uus. Hebræi ergo putant hanc prophetiam à tempore Amos esse numerandam, quem cre-
dunt prædixisse intra Lxv annos periturum Israël: & nunc credunt Esaiam affirmare, verisi-
simam illam futuram prophetiam de Lxv annis, intra quos erat Israël periturus, quod vt est
apud Ezechielem hæ prophetiæ comminationis, quas Theologi nominant, si resipiscamus, soleant demutari à Domino, sin perstemus in flagitijs, constabiliuntur, quod nunc fieri
videtur, quod rex Israël excisionem terræ Iudà inuehere moliebatur, nec sat habebat tot mil- C
lia hominum ferro strauisse, tot vrbeis cæpisse, tanta fratribus importasse mala: quibus rebus
Dñs commotus confirmat oraculũ de Lxv annis, quos numerant Iudæi ab Amos qui prophe
tare cœpit decimoseptimo anno Ieroboam, qui ab hac prophetia regnauit. XXIIII. annos, qui
bus si addas. X. Manahẽ, duos Phaceè, & Oseè. I X. efficies. Lxv. præter VII. menses Salum, &
Zachariæ: Hæc Vatablus optimè, additq; cùm hęc scripsit Esaias superfuisse prophetiæ XII.
annos, tres vltimos Phacee, & nouem Osee. Addendum tamen huic sententiæ, quæ petita est
ex Iudæorum libris huius prophetiæ mentionem fieri. 4. Regum. cap. 24. nec loquutus est Do
minus vt deleret nomen Israël sub cælo, quasi dicat nondum erat prophetia delendum esse Is
rael de medio, non liquet tamen cuius illa fuerit prophetia: constat verò vel ex illo capite fuis
se prophetiam de delendo Israele. PAGNIN. addidit de suo verbum, remanent, quod in
Hebræa lectione non est, & oraculum effecit manifesto falsum, non enim remanebant Lxv
anni sed XII. ad captiuitatẽ Israëlis, Ergo adhuc sexaginta quinque anni sunt adhuc intra sexa
ginta quinque annos estis, adhuc currit sexaginta quinque anni (vt ita loquar) intra quos præ
dictũ est, delendũ esse regũ Israël & desinet Ephraim esse populus. i. delebitur regnũ Ephraim
hoc est, regnum Israël & desinet Samaria esse caput regni Ephraim regni Israël, & filius Rome D
liæ desinet esse caput, desinet esse rex Israël, quod factum esse narratur. 4. regum cap. 18. erat au
tem hic typus sententia omnium sanctorum vltimæ vastitatis Iudææ post Christi crucem. Nã
vt decem tribus discessere à Iudà, ita à Iuda spiritali discessere infideles Iudæi, & vt decem tri
bus sunt vastatę, ita infideles Iudæi, & vt decem tribus nũquam sunt reuocatę ab exilio, nec li
beratæ ex illa miseria, nisi qui se contulere ad populum Iudà, ita infidelibus Iudæis illa spes
sola semper fuit si ingrediantur ecclesiam.

De prophetia quæ dictũ erat, intra 75 annos, delẽdum esse regnũ Israël.

D. HIERONYMVS.

Si non credideritis, non permanebitis.

LXX VIRI.

Si nõ credideritis, non intelligetis.

EVSEB. de demonstratione euangelica lib. 7. cap. 2. hæc verba interpretans, Valde, inquit,
necessario propheta virginis partui, & natiuitati Emmanuelis Dei inter homines, hoc
prætulit, Nisi credideritis, nõ intelligetis, & paulò infrà, Vnde qui sunt ex circuncisione, cùm
Christum

A Christum non credant, hæc non intelligunt, & cùm hæc quotidie legant, non intelligunt, quę
hic propheta vaticinetur, ait enim propheta, Nisi credideritis nõ intelligetis. & ibidem nulla
alia causa est ignorantiæ scripturarum, quæ Iudæos implicat, & velaminis quod positum est
ante faciem illorum, quam quod non credunt. & CHRYS. in. 7. cap. Ioannis homelia. 51. eius-
dem sententiæ est cum Eusebio, ait enim quod aliud potest esse argumentum quod vos Iudei
legem non cognoscitis quam quod non creditis? Sic Iulianum apostatam refellit CYRIL.
in fine lib. 7. subtilis & valde profundus de hoc sermo est, & errãtium cogitationibus incom-
prehensibilis: nam Esaias ait, Nisi credideritis non intelligetis: Denique veteres patres omnes
hoc testimonio vehementer premebant Iudæos, sed nunc non id quæro, sed quorsum id di-
xerit propheta, ait EVSEB. dicturus de magno illo mysterio quo verbum patris æternũ caro
factum est, & de partu virginis, necessario rei tantæ prætulit hoc principiũ: quod sanè est opti
mè dictum: sic enim Mathematicis disciplinis & alijs artibus omnibus sua præscribũtur prin
B cipia prima, sic ARIST. Hoc quod solum est principium doctrinæ supernaturalis, vt docent
omnes veteres patres, transtulit ad humanas disciplinas, δεῖ πιστεύειν τὸν μανθάνοντα. i. oportet discẽ-
tem credere: quod quid est aliud quàm, Nisi credideritis non discetis, aut non intelligetis?
AVGVS. in cap. 7. Ioannis interpretans verba illa: Sunt quidam in vobis qui non credũt: nõ
dixit, inquit, sunt quidam in vobis qui non intelligunt: sed caussam dixit quare non intelli-
gerent, quod non credunt, & ideo non intelligunt, ait enim propheta, Nisi credideritis &c.
Et infra interpretãs, cur dixerit Euangelista, Et nos credimus & cognouimus, nó dixit, inquit,
cognouimus, & credimus, sed cõtra, Credidimus vt cognoscceremus, nam si prius cognoscere
velles, deindè credere, neque cognosceres, neque crederes. Et tractat. 29. idem AVGVS. in illa
verba. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina vtrum ex Deo sit. 1. si quis
crediderit intelliget, dat enim hoc consilium, si nõ intellexisti, crede. Et de libe. arbitrio cap. 2.
interpretans hunc locum ait, ipse quoque Dominus noster dictis ac factis ad credendum hor
tatus est, quos ad salutem vocauit, sed posteà cùm de dono loqueretur quod daturus erat cre
dentibus, non ait hæc est vita æterna vt credãt, sed vt cognoscant te verum Deum: & Matth.
C 7. credentibus dicit: Quærite & inuenietis, post fidem quęrimus. Et Faustũ Manicheum in fi-
ne lib. 4. Augustinus sic premit: Vos ista non intelligitis, quia vt propheta dicit, Nisi credide
ritis non intelligetis. Et B. PROSP. de vita contemplatiua cap. 19. ex hoc loco Esaiæ, inquit, da
tur intelligi quod non fides ex intellectu, sed intellectus ex fide existat. Et CYPRIAN. ad
uersus Iudæos lib. 1. probat Iudæos intelligere non posse scripturas nisi crediderint, hoc loco
Esaiæ: similemque esse hunc locum illi euangelij: Nisi credideritis quia ego sum, moriemini
in peccatis vestris. Denique omnes doctores sacri sunt authores principium hoc esse doctri
næ supernaturalis, quod oportet priùs credere qui velit intelligere doctrinam supernatura-
lem, simileque illi esse: Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. & illi Pauli
ad Hebræos: Credere oportet accedentem ad Deum, & nos videmus à philosophis tractum
hoc principiũ esse ad disciplinas, Oportet credere qui discere volet, sed ita puto cum Eusеb.
præpositum hoc principium doctrinæ supernaturalis natiuitati Emmanuelis, vt subiectũ etiã
arbitrer historiæ, quæ typus erat eiusdem Emmanuelis, vt diximus ex Ambrosio, Cyrillo, &
Procopio, vt narrata historia lectori velleret aurem propheta, & admoneret sub historia deli
tescere mysteria, ad quorum intellectum fide esset opus. Sed mirabiliter EVSEB. dicturus
b propheta, inquit, nostræ fidei fundamentum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium illum ma-
gnum Emmanuelẽ, hoc est, Deum hominem factum, prætulit oraculo tanto illud, quod solũ,
& primum erat principium doctrinæ supernaturalis, Nisi credideritis. Sed ecce è transuerso
fese ferunt Vatablus & Pagninus, & magno conatu Iudaicas crepant nugas, quasi vero nostri
maiores ecclesię catholicę columina Iudaicas fabulas nescierint, easque protriuerint pedibus
& conculcauerint, referta sunt monimenta veterum patrum refutatione Iudaicarum fabula-
rum, quæ nescio qua mala sorte reuiuiscunt, & sese insinuant per nostrorũ manus, Christiano
populo. Nam refutati vsque adhuc Iudei & pressi vaticinijs prophetarum, & redacti in eas an
gustias à nostris maioribus, vndè se expedire nullo modo possent, comminiscuntur mille
fraudes, mille dolos, inuertunt vaticinia prophetarum, omnia turbant, & cùm non audiantur
iam ipsi, per nostros venenum nobis porrigere conãtur. Ecce principium fidei catholicę atten
tant, ideo enim tot citaui veterum patrum testimonia, & nisi vitassem tædium, citaturus eram
sacros omneis scriptores, vt ostenderem hoc solum & primum principium doctrinæ super
naturalis

Fides necessaria ad intellectum scripturarũ quę quia carent Iudæi, non intelligunt scripturas.

Quæstio cur hoc loco dixerit propheta, Nisi credideritis.

Quod sit principiũ doctrinæ supernaturalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturalis esse, hoc nostros maiores, Iudæos & Hęreticos premere solitos, hoc, per nostros, Iudæi post annos mille quingentos nobis manibus extorquere conantur. Sed diximus ex Augustino nihil esse posse iniquius, quàm siquis sacrarum literarum interpretationem ab inimicis Christiani nominis petat, quod nemo tam stultè sapiat, vt explanationem Aristotelis ab aduersarijs petat Aristotelis. Contrà putat IREN. lib. 3. cap. 24. veram interpretationem esse, & omni exceptione maiorem, quam edidere Lxx seniores, quod eius nulla possit esse suspicio, quod multò ante tempora Domini nostri fuit edita, ne fortè morem nobis gessisse videátur Lxx Iudæi illi. Quid potuit nobis contigere maius? cur tantum Dei Opt. Max. beneficium contemnimus? & audimus Iudæos perfidos, & ab illis petimus scripturarum explanationem? cur non intelligimus Iudæos extorquere nobis manibus prophetas omneis, quorum oracula inuertunt? atqui prophetæ sunt fidei nostræ maximum stabilimentum, & fidei catholicæ argumentum insolubile, & sunt redditi à Lxx viris tam planè, & apertè CCC. annis ante Christi tempora, vt singula nostræ fidei mysteria sic queas confirmare argumento insolubili, vt confirmabant nostri maiores, vt suprà dictum est, Audi prędicta, vide completa. At vt de quid dicat AVGVS. de prophetis serm. 27. de verbis Petri, Audiuimus vocem delatam de cælo, hic est filius meus dilectus, & habemus certiorem propheticum sermonem: quęrit enim Augustinus cùm sonuerit illa vox de cælo cur certior propheticus sermo dicatur. quis enim non miretur delata voce de cælo certiorem sermonem propheticum ab apostolo dictum esse? certiorem, inquit, dixit, non meliorem, non veriorem: tam verus ille sermo de cælo, quam sermo propheticus, tam bonus, tam vtilis. Cur ergo certiorem dixit? Certè quod eo magis confirmetur auditor. Dicerent enim infideles vocem illam delatam de cælo magicis cantionibus elici potuisse. Sed prophetæ ante Christi carnem fuerunt, hoc non potuit tribui magicis carminibus. Audis ex Augustino quanta sit prophetarum authoritas: quantum sit fidei catholicæ firmamentum? Hæc patiemur inuerti ab Iudæis per manus nostrorum hominum? Patiemur sanctorum patrum triumphantium victoria euangelicæ prædicationis, voces illas reprimere: Audi prædicta, vide completa? Patiemur sanctis patribus obturari ora, & argui mendacij? Ego certè patientissimos nostros, puto, maximè fidere bonæ causæ nostræ, cùm hæc contemnenda putent, & huic tanto malo non obuiam eant. Hanc ergo interpretationem probat D. Hieronymus etiam in commentarijs, nam si vertit aliter, id fecit vt ostenderet posse aliter verti, sed non continuo hoc improbat, quod Lxxii Iudæi doctissimi & sanctissimi ea doctrina, quam à Mose, & prophetis vsque per manus acceperant CCC. annis ante crucem Christi erant interpretati, vt apud prudenteis viros hoc fixum, & statum esse debeat quod illi nobis tradiderunt: nam IREN. lib. 3. cap. 25. impudentiæ asignat Lxx viris abrogare fidem, & Iudæi sunt impudentiss. & mendacissimi. Sed negant Iudæi verbum, amàn, significasse vnquá intelligere, hoc solo loco potuere nobis Iudæi facessere negocium, cùm his verbis Esaiæ vehementer premerentur à nostris maioribus, hanc reperere rimàm qua elaberentur, vt negarent, amàn, significasse vnquan id quod Latinè dicimus intelligere, Potuere enim inuertere omnia loca scripturæ vbi amàn reperiretur, vt contenderent significare semper credere, aut aliquid simile, negarent significare id quod Latinè dicimus intelligere, quod credere, & intelligere sunt vicina, & facile vbi verbum significabat intelligere possunt ipsi se obfirmare, & pertinaciter defendere, non significare intelligere, sed credere. Sed nunquam effugient, nam facilè Iudæorum authoritate possem tueri plurima esse in sacris literis, quæ semel tantum dicta reperiantur, & quę in vna significatione semel tantum reperiantur, vt sæpè hoc libro est adnotandum, & quanquam tam finitima est (vt dixi) significatio hominis fidelis, & prudentis, vt vbicunque hoc verbum reperiatur in scriptura, vbi posset explanari hoc verbum prudens aut intelligens, credibiliter à Iudæis explanetur fidelis, aut verus, citamus aduersus Iudæos Lxxii Iudæos doctiss. qui sunt authores hoc verbum significare idem, quod intelligere qui doctissimi erant suæ gentis, cùm Iudæa literis, & religione florebat, & Lxxii numero vacui omni odio partis vtriusque: Iudæi ardent odio Christiani nominis, sunt impij cerdones, sutores, nullo ingenio, nulla literatura, quorum antiquissimi qui scripsere aliquid in literas sacras vix excessere quadringentesimum annum, cùm res Iudæorum erant attritæ, accisæ, perditæ: Vtris habendam fidē putes? sed multa sunt prætereà signa, quibus conijcias verbum, amá, sonare Latinè idem quod intelligere, quod eius coniugata sunt amen, omen, emet, & similia, quæ significant verè, veritatem, verum, & non solum fidem, aut fidelem. Idque fatentur omnes Iudæi.

Iudæi per nostros nos oppugnāt.

Prophetiæ fundamentū nostræ fidei maximum & potentissimum.

Nostrorū hominū patiētia in ferendis Iudæis.

A nes Iudæi. Quòd si hæc cōiugata verū significēt, verbū ipsum, significet necesse est, verū intelligere, nā apud Hebræos omnia nomina significant rerū naturas, & habent veras etymologias: & verba, & deriuata atq; cōiugata omnia easdē seruāt significationes, quod cōfessum est inter omneis, quod etiā sic colliges, artifex ab Hebræis dicitur, charàs, & masgèr, à sapientia & intelligētia, vt putat R. Dauid, referēte Pagnino in dictione, charàs: atqui charàs, & sagàr, rarissimè significāt intelligere, aut sapere: & artifex dicitur charàs, & masgèr, concessū omniū, à sapiētia & intelligētia: idq; Dñs declarat in Exod. de Besleèl, quē charàs nominat: & sæpè causam subijcit, q̄ ipsum impleuerit sapiētia. Hic quidē artifex dicitur Omàn, & tamē de cōpacto omnes Hebræi, ab ammon. i. à multitudine dictū putāt, ne largiātur nobis dictū esse ab amàn. i. ab intelligendo, omen, artifex, quasi dicas, intelligens, sapiēs. Alienior, ô impij Iudæi, ab intelligendo significatio est horū verborū, charàs, & sagàr, q̄ aman, cùm alterū claudere significet frequētissimè, alterū ædificare, silere, arare, & tamen artificē appellatum esse masger, & charàs docet Dñs, quasi dicas sapientem, & intelligentē: & vosipsi fatemini, cur non omēn interpretabimur
B sapientem & intelligentē? cùm cōiugata verbi nō solùm fidem & fidelē significent, sed etiam verū & veritatē, quibus cū intellectu quanta sit vicinia quis nō videt? & repugnat ortographia vt omàm. i. artifex, quod scribitur cū א in principio deducatur ab amō, quod scribitur in principio cū ה pro multitudine, aut semel aut bis cū א, & cùm aman est ei maxima vicinia. i. cū vero, cùm veritas sit in intellectu. At si obijcias, rabinorū nemo hoc ait, verum est: si rabi Dauid hoc diceret, aut R. Abrahā, sat tibi esset: aiunt Lxxii rabbini antiquiss. & doctiss. & erit aliquis cui Christiana veritas tā sit odio, vt non ei sint satis? Quid si largiremur nō potuisse hunc locū reddi aliter, quàm, Nisi credideritis, nō eritis stabiles, cū (authore Arist. et Plat.) stabilitas sciētiæ sit & intellectus, quod probatur. 1. Poster. &. 1. Metaph.? Si Lxx seniores, qui sensus scripturæ eruunt, ita essent interpretati: Si nō credideritis, nō eritis stabiles. i. nō habebitis stabilitatē scientię & cognitionis, & ideo dixerint: Si nō credideritis, nō intelligetis, quis eos reprehenderit, nisi putas minore fuisse sapiētia Lxxii hos seniores, quos Spiritu S. plenos credidit omnis antiquitas, q̄ vel tenues philosophos, nec potuisse dicere, quod dixit Arist. oportet credere eū, qui discere volet? præsertim cùm Lxx, soleāt facere paraphrasin ex scriptura, & hoc loco
C potuissent fecisse paraphrasin ex ecclesiaste *δι πιστεύετε ὐκ μὴ συνήσετε, ἢν πλήθυνε*, quod vertere potes, cōfidentes in Dño, aut credētes in Dño, intelligēt veritatē. At vide, quæso, Iudæorū sententia q̄ sit frigida, si nō creditis, id ideo est, quia non estis stabiles in fide: sic enim interpretari Iudæos, discès ex VATAB. cōmentarijs, pro hoc tā inepto sensu relinquitur Lxx virorū tralatio, & totius ecclesię authoritas, & omniū sanctorū patrū consensus? An hoc quicq̄ indigniùs dici aut fingi potest? quid eū frigidiùs dici potest, q̄ si dicatur, si nō creditis in Deū, est quia nō creditis in Deū, quid hoc stultiùs? hoc eū significāt verba Vatabli, falsum ne tibi videtur? sancti patres crimē Iudæis hoc solēt obijcere? cùm dicūt, Iudæos sua falsa interpretatiōe facere, vt
D prophetiæ aut mēdaces sint, aut ad nihilū recidāt, aut nihil dicant? Aiunt כִּי, voculā Hebræā esse causalē coniunctionē, & omnia onomastica Hebręa silent de compacto pro ornamento poni hanc vocē, quòd Iudęi totos se in ea cura cōsumunt, vt nobis aduersentur: sed ipsos suo gladio iugulemus: Vatabl. in comment. author est, esse Iudæos qui sic interpretātur, Si nō credideritis fides nō seruabitur vobis. Ecce Iudæi fatentur hac interpretatione כִּי ornamentum esse, & nō causalē coniunctionē: non enim pro illa voce reddūt, quia, aut aliquid aliud, vt planè ostendāt esse ornamentū, pro quo ornamento acceperūt D. Hieron. & Lxx viri, sed, fac vertendam esse Hebræam lectionem: Si non credideritis quod non intelligetis, dico esse formam dicendi Hebræā simillimā Hispanis dicendi formis, quibus dicimus (*si no creeys en Christo, q̄ no entēdereys los libros sagrados*) nam illa vox Hebræa, quæ donata Hispanitate apud nos pro ornamento sæpè est (*que no tenceys rezon*) Quantò meliùs, quod ORIG. inquit, interpretans hunc locū. & TERT. lib. 5. aduersus Marcionē, docet Esaias præcedere fidē, sequi intellectū, cui per fidē præparatur aditus. CLEM. Alex. 2. Strom. lib. à principio de hoc Esaiæ loco multa disputat, vbi acutiùs hæc omnia quæ diximus, disputata reperies, toto penè lib. 2. vbi de fide quoque de qua locus hic Esaię est, differit mirabiliter. Et quando de fide locus hic est, LAVR. Valla receptissimam hanc in ecclesia catholica vocem attentat, & loco suo mouere postulat, qui fidē Christianam, persuasionē Christianā appellare prępiat, quanq̄ posteà fidē dici posse fateatur: agè, hanc quoq; rē disceptemus, quod video fuisse viros doctiss. quos ne nominē, verecūdia ipsorū facit, qui Laurentij authoritate deducti, cū splēdore orationis aurā captarēt populārē, nō fidē Christianam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed persuasionẽ Christianã,nostrã fidẽ nominant,tã facile est nostrorũ maiorũ authoritatẽ cõ A
temnere,cùm vetus illud verbũ,nõ mouẽda ne moueris,in vera religione,vt inquit Plato,si se
mel de eiꝰ veritate cõsiterit,debuerit valere potissimũ: nã cùm receptã & statã religionẽ Deo
ipso authore,habeamus qđ optabat Plato,vt aliquãdo hominibꝰ cõtingeret,sanxeratq; vir sa
pientissimꝰ,vt capitale esset,cùm id cõtigisset,si quis inde vel syllabã demutasset. Cur verba ab
Spũ sancto dictata,audeat quisq; demutare? Fides,aiũt,probationẽ significat,nec fides nostra
vtitur ꝓbatione,sed persuasione,iã si hęc ratio vera esset,Spiritꝰ.S.cõuelleretur authoritas,qui
per Apost.& Euang.fidẽ eã appellat,vt Luc.17.&.18.& Actor.15.fide purificãs corda ipsorũ.&
Rom.1.sæpè repetitũ est hoc nomẽ hoc intellectu: lógũ est si persequar singula,nunq; eũ alio
nomine literis apostolicis & euãgelicis dicitur,sed πίστις aiũt,dicitur,quę vox,ꝓpria interpreta
tione dicitur persuasio,nõ fides,&literę apost.& euangel.Greçè sunt cõscriptę,quibꝰ fatentur
πίστις appellatã nostrã fidẽ: sed negãt πίστιν redditã benè fidẽ, ꝙ propria interpretatione pistis La
tinè dicatur persuasio,ꝙ falsissimũ est. QVINT. eũ li.5.cap.de argum.Hæc omnia,inquit,ge-
neraliter pistin appellãt,qđ etiãsi ꝓpria interpretatione dicere fidẽ possumus,apertiùs tamen B
ꝓbationẽ interpretabimur. Vides quo pacto pistis, authore Quintil.ꝓpria interpretatione fi-
des sit,& ꝓbationẽ significat,vt fides,ꝙ si hac causa nostra religio fides dicenda nõ est, ꝙ fides
ꝓbationẽ significat,nec pistis dicẽda erit,ꝙ pistis authore Quintil.ꝓpria appellatione fides di
catur,& ꝓbationẽ quoq; significet,at sic appellatur semper ab Spũ.S.conuellitur igitur autho
ritas Spus.S. Vides quò tẽderet Laurẽtij argumẽtatio? prętereà nullęne videtur Laurẽti,religio
nis nostræ ꝓbationes? quid sibi volũt ergo tot scripturę testimonia? tot prędictiones ꝓpheta
rũ? quas nostri maiores euidẽtissima nominãt argumẽta,& insolubilia,cùm dicũt,audi prædi-
cta singula fidei nostrę mysteria,vide cõpleta,quid manifestiùs? quid? Rhetorica ars nõ appel
lat ꝓbationis genera,testimonia tabellarũ,quæstiones,& tormẽta,& testes? quò spectãt ergo
tot martyrũ milia? apostoli & discipuli Dñi,de quibus quæstiones sunt habitę, & in acerbissi-
mis cruciamẽtis verissima esse quę de Christo prędicarẽtur, cõfessi sunt? vox illa patris,cælo
delapsa,nõ diceretur à rhetoricis diuinũ testimoniũ? tot miracula quibꝰ cõuersus est orbis,nõ
diuina fuere testimonia? Theologicę literę nõ docẽt nostrã fidẽ sufficiẽter esse ꝓbatã? vt illorũ
verbis vtar: si fides nostra,ꝓbationẽ nõ recipit,vnde EVS.demõst.Euang.tot cõscripsit libros? C
quæ maior dici,fingíue potest,ꝓbatio,quæ valeat omnibꝰ locis,omnibꝰ tẽporibꝰ,nec vllo vnq;
tẽpore vireis possit amittere,q; si .M.aut DCCC. ante anno, singula ostendãtur prædicta,quæ
nũc videamꝰ cõpleta? Neq; quidq; tã minutũ,tã tenue,tã exile in fide nostra sit,qđ nõ cẽties ore
ꝓphetarũ legamus prænũciatũ? Hæc nõ ꝓbatio? nescio an vlla cogitatio in re tali, genus ꝓba-
tionis æquè validũ possit cõminisci,& certè nõ posset, ꝙ æquè valeret omnibꝰ tẽporibꝰ,om-
nibꝰ locis,apud omneis gẽteis,vt mittã tot rerũ miracula,quę edidit Dñs, quę edidere aposto
li,quibꝰ cõuersus est orbis. Ergo,siue hoc intellectu,siue alio quouis, πίστις quã ꝓpria appellatio
ne fidẽ dicimus,vt docet Quintil.loco citato, ab Spũ sancto Apost.& Euangelist.pectoribꝰ est
delibata,ne quis cõtra audeat hiscere. Sed agẽ,expendamꝰ an sic veteres fidẽ appellarint vt nos
appellamus? & an fides dici possit persuasio,mitto Ciceronis exẽpla, quę cuiuis de media tur-
ba excerpere licebit. Vno ero cõtentꝰ loco Platonis,quo docet,quid sit fides. Habet eñ mul-
tos intellectꝰ fides,tã apud Greços q; apud Latinos,de quibꝰ dixerat PLAT.li.1.&.5.de Leg.&
6.de Rep.alijsq; locis: li.10.verò de Rep.ait hoc differre sciẽtiã à fide,ꝙ scientiã habeat sapiẽs, D
qui rẽ ipsam per causas norit,fidẽ verò is qui aliquid nouerit doctus à sapiẽte. Itaq; tu si quid
scias,qđ ita te doctor Theologꝰ,cui tu credas,docuerit,fidẽ habes,scientiã nõ habes: doctor il
le Theologus,qui rẽ per suas causas nouerit,habet scientiã,non fidẽ. En Laurẽti, Plato definit
fidẽ rectè appellari,ꝙ Christiana Respu.à veritate prima didicerit, & ꝙ nõ sciat per suas cau-
sas,sed didicerit inquã à veritate prima,Platonis exemplũ est,eiusdẽ instrumẽti opifex, rectã
fidẽ habeat,quod bonũ quodúe malũ,qđ ab sciẽte didicerit,& qđ cogatur audiri ab sciente: ar
chitectus autẽ qui vtitur illo instrumento,scientiã habet: quòd præscribit quomodo facien-
dum sit instrumentum,& scit qua causa,ergo definita est à Platone pistis siue fides, vt non so-
lùm sit persuasio,sed quoties aliquid scias,quod audieris ab sciente,vt opifex qui instrumen-
tũ fabricat ea ratione,quam sapiens præscribit, fide prędita est,non scientia,sapiens verò qui
rẽ per suas causas nouit,sciẽtia est prędita: igitur Christiana Resp.ꝙ ab vnigenito Dei filio,&
ab Spiritu sancto,qui est ecclesię architectus & artifex, didicerit quę nouit, fide prædita esse
dicenda est.& in Theæteto idẽ Plato,& si subobscurè πίστιν & πίστιν .i. rectã persuasionem siue
fidem

A fidẽ sic à scientia differre docet, quòd scientia sit cùm rerũ causas noueris: fides & recta opinio
cùm à sciente aliquid noueris,illic vbi πίστις περὶ πάντων ἐπιστήμαις disputat: & in Gorgia scientiã
à fide sic separat,vt dictũ est,sed vt dixi subobscurè: tamen possit videri etiã doctis hominibus,his locis Plato docere,fidẽ rectè appellari persuasionẽ,quòd etsi Greçus sermo patitur,La
tina lingua nõ patitur: nã locis citatis, Plato duplicẽ facit persuasionẽ, alterã stultã & stolidã,
cũ ratione alterã,& rectam: stulta illa persuasio,quæ sæpè vulgi inuasit animos,Latinè dicitur
persuasio. nec ferè reperies persuasionem apud Latinos,nisi pro hac stulta,& stolida, & teme-
raria,nam recta illa persuasio, & cum ratione, non ferè apud Latinos persuasio dicitur, sed fi-
des: vnde apparet, fidem Christianam, nullo modo dicendam persuasionem, quòd quantum
ego iudico,blasphemum esset,quòd persuasio ferè pro falsa & temeraria persuasione Latinè
accipiatur,sed fidem,vt appellata ab euangelistis & ab Apostolis est.

D. HIERONYMVS.

B *Et adiecit Dñs loqui ad Achaz dicens, pete tibi signũ à dño Deo tuo: in profun dum inferni, siue in excelsum suprà. Et dixit Achaz, non petã, et non tentabo Dñm, et dixit, audite ergo domus Da-uid, nunquid parũ est vobis molestos es se hominib⁹, quia molesti estis Deo meo?*

LXX VIRI.

Et adiecit Dñs loqui ad Achaz, di-cẽs: pete tibi signum à dño Deo tuo in profundũ, aut in excelsum: & di-xit Achaz, nõ petã, neque tentabo Dñm: & dixit, audite iã domus Iu-da, nunquid parũ vobis agonem ex hibere hominibꝰ, & quomodo Do mino exhibetis agonem?

DE singulis, cum Iudæis magna nobis cõ tentio est, & tamen sunt qui explanationẽ scripturę petant à Iudæis, & qui sensum lite-
ralem esse dicãt sensum Iudęorũ, & hoc viris doctissimis, Theologię scientissimis persuadẽt,
quòd q; piè possit dici, aliorũ esto iudiciũ: aiunt ergo Iudæi, quomodo propheta iubet regem
C Achaz petere signũ à Deo, quo intelligat se liberandũ malo illo impendente: & cùm ipse non
petat signũ, datur ei signũ tanto post tepore futurũ? quasi verò, inquiũt, rei quę cras aut peren
die sit futura, signũ esse possit res quæ futura est millesimo post anno, sed huic dubitationi in
principio huius cap. cùm interpretabamur historiã puto me feciſſe satis: nõ enim iubetur pe-
tere signũ liberationis, sed cùm putaret Achaz adesse tẽpus illud valitatis supremæ, quã præ-
dixere Moses & Iosue, vt dixi, & negasset Dñs, adesse illud tẽpus, iubet Dñs illius valitatis su
premę tẽpus petere, quod ex ipsa serie apparet. Est enim scripturę Canõ, vt quæstionẽ interpre
temur ex ipsa respõsione: vide quid respõdeat Dñs, & intelliges quid iusserit quæri, vide quę
signa dederit, & intelliges quę signa peti à se postularit. Petere igitur iubetur rex Achaz signũ,
siue à cælo, siue ab inferis, vt vertit D. Hier. siue è profundo, vt reddidere Lxx viri: nõ est tamẽ,
quòd quisquã reprehendat Lxx viros, siquidẽ profundũ, inferos significat, & sepulchrum, &
quicquid est profundũ: hoc signum quod petere iubetur rex Achaz, siue è cælo, siue è profun
do, datũ est etiã non petenti. Datus est, inquit THEOD. è cælo descendens Dñs, & inferos pe-
tens resurgẽs è sepulchro: cùm ergo signũ quod hic petitur datũ sit, nõ malè congruit tralatio
Lxx, qua petere iubetur signũ, siue è cælo, siue è profundo, cùm vox Hebręa non reclamet, &
D Christus è cęlo descẽderit, inferos petierit, è sepulchro resurrexerit, è monimẽtis excitarit san
ctorũ corpora, quę omnia vox illa significat. IREN. quoq; li.3.ca.27.& li.4.ca.40. huc videtur
spectare, dũ hunc interpretatur locũ. Et EVSEB. de euang. demonst. li.7.cap.2. ORIG. homil.2.
in Esaiã, multa in hæc verba & sequentia dicit, quę quia sunt lõgiora, illinc erũt petẽda. Legen
dus quoq; AMBR. in Psal.118.serm.8.in illa verba: Paratus sum, & nõ sum turbatus, vbi in pro
fundum dici putat, propter verbi incarnationem, propter descensum ad mortem, & vsque ad
inferos. Non petã, & non tentabo Dñm: EPIPH. in Ancyroto, Quòd Achaz, inquit, per humi
litatem respondit, non petam: hanc regis humilitatẽ duobus signis remunerat Dominus, qui
prius vnum tantùm erat pollicitus: largitur enim Dñs duo ab excelso, verbum suum quod mi
sit à profundo, carnem quam propria voluntate verbum assumpsit. AVGVST. lib.1.quæstio-
num super Genesim, timore & reuerentia putat etiam regem Achaz non petijsse signum.
Ait enim capite.63. vnde Achaz apud Esaiam timet signum petere, ne Deum tentare videatur,
cum hoc enim Dominus admoneat per Prophetam, credo existimans, quod ab ipso prophe-

Quæstio Iudæorũ, & sũ cã respõsio.

Canon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta exploraretur, vtrũ præcepti memor esset, quo tentare Deum prohibentur. AMBR. in psal. 118. serm. 8. in illa verba, Paratus sum, & non sum turbatus, in eadem sententia est: contrà verò D. Hieronym. & Cyrillus, & Theodor. Non inquit, ait, non petam, tanquam sine signo credens, sed contradicens, vnde posteà propheta non ad ipsum verba facit, sed ad domum Iudæ. BASIL. huius quoq; sententię esse videtur, quanq; à principio nó magnopere vituperat sententiam priorem. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus? Hic locus explanatur ab ORIG. plurimis verbis in Esaiã homil. 2. Mihi magis placet Eusebij sententia loco citato, lib. 7. cap. 2. qui hoc videtur interpretari de Iudæis persequentibus Christum: nam prædicturus propheta Christi incarnationem, prospexit animo rabiem Iudæorum in Christum, & erupit in hæc verba: non satis vobis est, ô Iudæi, fæuijsse in prophetas, quem enim prophetarum non occidetis? (sciebat enim Esaias, se etiam, & alios occidendos à Iudæis) etiam, inquit, in dominũ Deum meum fæuietis, & regem gloriæ afficietis cruce? Quòd magis præfert lectio Hebræa, vertere enim illam sic posses, Quia laborare facietis Deum meum: & Lxx viri ad verba euangelica allusisse videntur, cùm enim dixêre, Quomodo Domino exhibetis agonem? videntur repręsentasse illa verba Lucæ de Dño, Et factus in agonia, prolixiùs orabat: quæ verba, sententia Eusebij, prospexisse animo propheta videtur, nec potuisse sibi temperare, quominùs prospiciens Dñm in agonia, guttas sanguinis exsudantem illum, cuius in conspectu trepidasse viderat Seraphinos, qui primi inter omnes angelos sunt, in hæc verba erumperet, nõ sat vobis erat missos ad vos prophetas, occidisse, flagellasse, nisi dñm Deũ meum feceritis in agonia exsudare sanguinis guttas? & declarat verbis sequentibus vastitatis illius vltimæ, quã prędixit Moses hanc esse causam: ait enim, propter hoc, quia Christũ sudare in agonia guttas sanguinis facietis, & illũ cruci afficietis, dabit vobis signũ vastitatis vltimæ, prædictę à Mose, virginis partũ.

D. HIERONYMVS.

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce virgo concipiet, et pariet filium.

LXX VIRI.

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium.

MAgna hic cum Iudæis contentio disceptata à D. Hieron. & sacris doctoribus, neq; singula persequi necesse est, præsertim ea quæ sunt omnibus ad manum, quæ prudens & sciens missa facio. Dixi IREN. lib. 3. cap. 17. & lib. 4. ca. 40. & alijs locis multis refellere Iudæos in huius loci interpretatione. Idem facit EVSEB. lib. 7. de demostrat. euangel. cap. 2. Et ORIG. in Esaiam homil. 2. & lib. 1. contra Celsum, multa eleganter disputat in hunc locum aduersum Iudæos. Et IVST. in dialogo aduersus Tryphonẽ Iudæum. Sed quoniam Iudæi omnia turbãt, vt sunt impudentissimi, & mendacissimi, agè, nos quoq; hanc quæstionẽ disceptemus, quanq; hic locus satis planus est, non solùm inter Christianos, sed etiã aduersus Iudæos, Lxxii Iudęorum testimonio, qui tot seculis ante crucẽ Christi reddidere: Ecce virgo concipiet, quibus Iudæi quid opponerent nõ haberent, nisi mortalium omnium essent impudentissimi: cui enim Lxxii testes non sint satis? qui tot annis ante rem gestã, vacui odio omni, sic vertunt. Iudæi tamen contra nituntur: frons enim ærea illis est, ait Dñs: negant lectionem Hebræam præferre virginem, sed adolescentulam: vertendumque fuisse, Ecce adolescentula concipiet, & pariet: nam si de virgine sermo esset, inquiunt, vetula diceret propheta, quòd Hebraicè, vetula, virgo sit, non alma, quę vox hoc loco est, quę nó virginem significat, sed adolescẽtulam. Falsum est hoc, commentitium est, mentiuntur mendacissimi Iudæi: nam Vetula, adolescens mulier est, quanuis sit corrupta aliquando, neq; inficior, vetula, significare virginẽ, sed aio significare etiã fœminam adolescentulam iã corruptam: & affirmo, alma, semper significare virginem, nunquam significare adolescentulam corruptam, quod liquet ex cap. 24. Genes. vbi legitur: Virgo quæ egredietur ad hauriendum aquam, vbi pro virgine legitur alma, vt hoc loco: & eandem suprà appellauerat vetula: sed non fuit contentus propheta dixisse vetula, quòd hæc vox quanuis virginem significet, significat etiam adolescentulam corruptam, ideoque addidit Moses: Vir non cognouerat eam, vt vno eodemque loco Moses, alma pro virgine posuerit, quæ vox est in hoc loco Esaiæ, nihilque addiderit, quod alma virginem significet, & nunquam adolescentulam corruptam, & significarit vetula, pro adolescentula corrupta accipi, cùm non contentus sit vocasse vetula, vt significaret virginem incorruptam fuisse,

Quæstio.

Disputatio contra Iudæos.

A fuisse, sed addiderit: Vir non cognouerat eam: & posteà cùm appellarit alma, nihil addiderit, quod certa res sit semper alma significare virginem, & Ezechielis capite 23. vbi legitur ibi tracta sunt vbera, & subactæ mammæ pubertatis earum, pro pubertatis earum Hebraicè est vetula: vbi vetula, cùm de meretricibus dicatur, (agit enim ibi Ezechiel de meretricibus duabus) adolescentulam corruptam significat, neque adolescentulam modò corruptã, sed adolescentulam meretricem, quæ in prostibulo prostat omnibus: & Ioelis cap. 1. plange sicut virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ: vbi virgo quæ luget maritum cui nupserat puella, adolescentula, inquam, iam viro iuncta, quæ maritum luget, lugubri veste amicta, dicitur à Ioele vetula. Hui si tale aliquod exemplum de alma Hebræa voce hoc loco est repertum, sed alma, quòd nusquam reperies nisi pro virgine, auro contra vnum locum emeret impia Iudæorum factio, vt nobis negotium facesseret, sed quoquo te vertas, res nostra tutissima est. Lxx doctissimi Iudæi à nobis faciunt, & significatio vocum Hebræarum, & sententia prophetæ, quæ aliter nõ cohæret. Quòd enim tandẽ signũ esset, si puella cum viro suo concúbens filiũ pareret? euoluant scripturas Iudæi, & cùm frequentissimè in sacris literis Deus dederit signa, ostendãt aliquando, vel semel, datũ signũ esse quod sit naturale, aut quod vulgò fieri soleat, vt partus fœminæ, profectò nunq; factum reperient, nã signa quæ à Deo dantur, talia sunt, qualia data sunt Mosi, aut Heliæ contra prophetas Baal, aut Gedeoni, aut patribus antiquis. Sic CHRYS. in cap. Genes. 39. de Phares, & Zaram, in illa verba: Hic egredietur prior, signum arguit fuisse, vbi diuina quædam virtus ostenditur, vbi illud quod narrat historia, iuxta ordinẽ naturæ factũ nullo modo sit. Vertant se in omnes facies Iudæi impij, omnibus modis irretiti tenentur. Nã quòd obijciunt Iudæi apud HVGON. de sancto Victore, quomodo impio regi pro responso impio tã lætus datur nuncius, Christi natalitius dies? facilis est responsio: vel illa THEODOR. auertisse se prophetã à rege impio, propter impiũ responsum: & ad domum Dauid verba fieri, non ad regẽ Achaz, vel Christũ malis, & impijs petrã scandali fuisse, bonis lætissimũ nunciũ: nam, malos malè perdet, & vineã suam locabit alijs agricolis, quod factum est, lætúsne impijs hic erit nuncius? vel ipsos roga qui responderunt, ablit.

Vetula, p virgine accipi.

Alma, semper pro virgine accipitur.

ERASM. in annotationibus negat, quantumuis constet Almà, vocem Hebræã, virginem significare, si contentiosè nobiscũ ageretur, ex hoc loco Esaię, nos esse euicturos, virginem esse quæ conceperit, quod de infantula loqui liceret, hæc pariet liberos: at non protinus pariet infantula. Quãquam subiungit Erasmus, satis colligi ex superioribus, cùm nouum signũ promitteret Deus, & nullũ signũ fuisset futurũ, si quę priùs virgo fuerat, congressa viro, cõciperet ac pareret. Primum omniũ in Hebræo sermone nulla controuersia est, vbi sacrata hęc virgo describitur virgo ante partũ, & in ipso partu, & post partum, nam lectionẽ Hebræã sic ad verbũ reddes, Ecce virgo prægnans & pariens filiũ, vbi prægnantẽ & parientẽ filium, virginem appellat, nam ostendimus עלמה semper significare virginem, & nunq; adolescentulã corruptã: hanc igitur Alma. i. virginẽ הרה. i. prægnantem, vbi virginem prægnantẽ nominat, vel fœtam. Nec est quod subaudias, vt Vatablus, erit, Hebræa lectio nihil tale agnoscit, præsens tempus præfert, Ecce virgo prægnans, vel, ecce virgo fœta, tempore præsenti, nec potest esse præteritũ, deberet enim legi in fœminina terminatione הָרָתָה vt Genes. cap. 16. vel, Hartha, vt galtha, in fœminina terminatione, vt nullo modo possit esse aliud quàm præsens, quando si præteriti tẽporis esset aut futuri, in fœminina terminatione esse oporteret, & hæc non est fœminina terminatio præteriti aut futuri, sed præsentis: Ecce virgo prægnans & fœta, quæ hic cauillę essi possunt? & ita vertũt Vatab. & Pagnin. Deinde, Pariet filiũ. Hebraicè legitur יֹלֶדֶת. i. pariens, etiam tẽpore præsenti, vbi nõ licet subaudire tẽpus futuri, vt subaudit Vatabl. est enim præsens Hebręũ, qđ valet pro hoc circũloquio, Ecce virgo pariẽs ens, vbi apertè dicitur virgo prẽgnãs & pariẽs, ecce virgo prẽgnãs, & virgo pariẽs filiũ, vt virgo describatur ante partũ, in partu, post partũ, qđ signũ est, & ostentũ maximũ, & sic sacrata hęc virgo, hoc loco, virgo ante partũ, in partu, post partũ describitur, vt ab Ezech. quod docet AVG. in opere serm. de tẽpore secundũ Dñicos, alioq; dies Aduẽtus, de natiuitate Dñi serm. 2. vbi hoc idẽ esse ait, quod apud Ioannẽ, Verbũ caro factum est, & habitauit in nobis: &, quod porta clausa apud Ezechielem, quæ nunq; est aperta, tan-

Signum, in sacris literis semper res aliqua supra naturam.

Defenditur sententia ecclesiæ contra cauillas quas fieri potuisse putat Erasm.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta: tanquã enim interrogaretur Ezechiel,cur aperta porta non esset,adiecit:QuiaDñs transiuit A
per eã.Et CYPRIAN.in symbolũ Apost.quo opere,nescio an quidq̃ excellentiùs cõposuerit
Cyprianus,neq; scio sanè quò spectabat,qui de authore illius operis dubitat: is,inquã,Cypr.
ait,Nota,sunt,inquit,oracula,quæ dicũt quòd virgo concipiet, & pariet: & cùm hoc citasset,
subiecit:Et Ezechiel figuraliter Mariã portã Dñi nominat,perquã scilicet Dñs ingressus in mũ
dum est,& cætera quæ adiecit diuinitùs in hanc sententiã,& sic quoq; Ambros.& alij hæc lo-
ca explanant. Quia tamẽ D.Hieron.probat hæc,si modò cum verbis Ezechielis possunt cohæ
rere,obiter verba Ezechielis perstringamus,vt appareat virgo hæc sacrata, propheticis oracu
lis,virgo ante partum,in partu,& post partum esse nominata.

Locus Ezechielis insignis enucleatur.

Ait enim Ezechiel cap.44.Et conuertit me ad viã portæ sanctuarij exterioris, quæ respicie
bat ad orientẽ. Quę est hæc porta?inquit AMBR.de institut.virg.cap.7. nisi Maria,quæ clausa
erat,& nõ aperiebatur:& ideo clausa,quia virgo.& cap.8.aspiciebat ad orientẽ,qm̃ verum lu-
men effudit,quę generauit orientẽ luce æternę,peperitq; solem iustitię:ergo sacratissima vir
go porta clausa,& Dei sanctuariũ dicitur,sacratissimũ Dei templũ glorię Dei plenũ: Pro,san- B
ctuario Dei,Lxx dixêre,sanctorũ viã,quòd per hanc virginem sanctitas ingressa orbẽ terrarũ
est,& sanctus sanctorũ,& sanctus qui omnes sanctos sanctificauit: sic Ambros. hunc locũ ex-
planat loco citato.& epistolarũ lib.10.epist.81.& si expendas Græca & Hebræa verba,de nul-
lo alio queas interpretari,nã quomodo aliter intelligas viã omnib⁹ inaccessam &imperuiã,&
clausam sanctorũ esse viam? Nisi ita dicatur,Via sanctorũ sacra hæc virgo, quomodo dicitur
Eua,vt ait AVG.Vera enim Eua,sacra hęc virgo est,nã Eua Hebræa vox,sonat Latinè idẽ quod
mater viuentiũ,& verè Maria mater viuentiũ est.i.sanctorũ,quod ait Ezechiel,nam prima fœ
mina hoc nomine nuncupata est,quia typũ gerebat ecclesię,& virginis huius sacrę: & quia vi
tæ animalis principiũ erat,& quia priùs est quod est animale, hæc spiritalis vitæ mater est, &
ideo sanctorũ porta est appellata,sequitur deinde:Hæc erat clausa,AVGVS.loco citato, quia
signaculum erat pudoris, & immaculatę carnis integritas erat:breuiùs Ambros. porta clausa,
quia virgo:porta vero,inquit,AMBR. & CYPR. per quam Christus intrauit in hunc mundũ,
quando virginali fusus est partu,virginitatis claustra nõ soluit: sequitur, Dixit Dñs ad me por
ta hæc clausa erit,& nõ aperietur,& vir non transibit per eam,qm̃ dñs Deus Israel ingressus est C
per eam. CYPR. Quid tã euidens dici potest de consecratione virginis, clausa in ipsa fuit vir-
ginitatis porta,per ipsam introiuit dñs Deus Israel,per ipsam processit,& in æternũ porta vir-
ginis clausa seruata virginitate permansit,Nã hoc postremũ quod ait Cyprian.significãt ver-
ba sequentia,Eritq; clausa,illic enim iuxta tralationẽ Lxx, apposita distinctio est: ita August.
Ambros.toto cap.8.hunc locũ explanat.Deinde nouo initio, Quia dux iste, siue princeps iste
sedebit in ea, vt comedat panẽ coram Dño: sic enim Græci & Hebræi codices sunt distincti
oës,& sic legit Ambr.& Cypr.&apertè incarnationẽ hęc verba proclamãt:Ait enim AMBR.
cap.12.de institut.virg.Ipse dux sedit in ea,quando verbũ caro factũ est,& habitauit in nobis:
quasi rex sedens in aula regali vteri virginalis,vel in olla feruenti,sicut scriptũ est: Moab olla
spei meę.Aula ergo regalis est virgo,quę nõ viro subdita,sed Deo soli: est & olla, vterus Ma-
rię,quę spiritu feruenti,qui superuenit in eã, repleuit orbẽ terrarum cùm peperit saluatorem.
Quòd autem ait, Ad comedendũ panẽ,significare arbitror idem, quod,factus homo: siquidẽ
verbũ Deus,in vtero virginis alebatur pane quo vescebatur sacra virgo,vt alij infantes in ma- D
trũ vteris,vbi Christus,Deus,& homo apertè describitur: dixerat enim solũ Deũ Israel tran-
siisse per illã portã,nulliq; viro peruiã futurã portã illã, futuramq, clausam:deinde in Hebręa
lectione est,si ad verbũ vertere velles,& princeps, princeps ipse sedebit in ea,cùm enim dixis-
set princeps,videbatur repugnare superioribus,quibus dixerat,Vir nõ transibit per eã,eritq;
clausa,quia Deus transisset per eã: videbatur igitur tantæ claustrorũ repetitioni,quę emphati-
cos dicta esse videbatur repugnare quod sequebatur, cùm diceret, principẽ sessurũ in medio
eius:videbatur alicui viro reserari aditus ad hanc tã obseratã portã,qua Deus Israel transisset;
& ideo Hebraicè subiũxit per parẽthesim,qui sit hic princeps: Sic enim legitur,Princeps,prin
ceps ipse,vt illa duo verba,princeps ipse,parenthesi inclusa,significẽt, ipse dñs Deus Israel est
princeps hic, quem sessurum dico in medio eius. Hebræa ergo lectio est: Et princeps, prin-
ceps ipse sedebit in ea,vt sit sensus: princeps sedebit in ea: princeps autẽ est ipse,subaudi Deus
Israel,de quo sermo erat, præcipuè cùm dicitur Hebraicè נָשִׂיא הוּא בָּהּ, & הוּא, id est, ipse dis-
solutè positum,etiam si non præcessisset Deus Israel,ad quod relatiuum nomen referri necesse
est,con-

A est,cõcessu omniũ Iudæorũ,Deũ significat:semper enim cùm ipse absolutè positus in scriptu-
ris dicitur,intelligitur Deus,vnde discipulos Pythagorę mutuatos puto illud de suo præcepto
re,ipse dixit,quòd cùm dicebant,præceptorẽ,Pythagorã significabant: tanta erat hominis ar-
rogantia,vt se honore Dei affici vellet:trahebat enim originẽ à Iudæis, & ideo ex libris sacris
multa est mutuatus. Tralatio D.Hieron. aliquã dat tergiuersationẽ Iudæis, tamen idẽ potest
significare: ait enim futurã clausam principi,quod interpretabere ex Hebręa & Græca lectio
ne.i.vt solus princeps ibi habitet.Deinde,princeps hic,scilicet,Deus Israẽl,sed Hebręa & Grę
ca lectio,planissimè incarnationẽ verbi Dei,vt dictũ est,præferunt,quo spectant etiam verba
sequentia:Per viam Helã portæ ingredietur.i.via arcana,& mirabili,nascẽs de vtero virginis,
integra virginitate,vt ad discipulos clausis,& illæsis foribus est ingressus,nam אולם, significat
vestibulum, vt vult D.Hier. & fideliter vertit: Lxx vero integrã hanc dictionem transtulere
ad nos, vt significarent,opinor,nobis dictionẽ hanc mysteriorũ grauidã esse: nam אֵלַם, Latinè
sonat idẽ quod mutus:& verbum אלם, vnde hoc nomen defl ectitur obmutescere est.Ingres-
B sus est ergo Dñs per viam,& per generationem, ad quẽ omnis lingua obmutescet inenarrabi-
li modo.generationẽ enim eius quis enarrabit? Vt enim EVTYCHIANVS papa scripsit de-
cretal.epist.1.inenarrabili origine,vnus vnigenitus Deus in corporis humani formã sanctę vir
ginis vtero insertus accrescit,qui omnia continet, intra quẽ & per quem omnia sunt,humani
partus lege profertur, & vagitus eius infantię auditur, ad cuius vocẽ angeli & archangeli tre-
munt. Tralationẽ D.Hieron.sic interpretabere,vt ingressum Dũm dicat per vestibulũ.i. natũ
ea via qua cæteri homines.Itaq; si Hebræa & Græca verba conferas inter se,& cum Latinis tra
lationibus,& eo sensu interpretari velis,qui omnibus editionibus sit consentaneus, vt iubet
August. ne Iudæus quidem tibi ostendet alium sensum credibiliter ex hoc loco, aut aliquo
modo verosimiliter elici posse quàm hunc quem diximus.

Decipitæ virginis laus.

Ergo vtroq; loco,& Esaiæ,& Ezechielis,virgo describitur in partu,ante partum,& post par
tum hæc sacra virgo,& eius admirabilis sanctitas,& supra quã verbis posit explicari, depin-
gitur ab Ezechiele,templũ dicitur,& sanctuariũ Dei,clausa semper, quia Deus Israël transiuit
per eam,quod de dæmone etiã intelligas,necesse est,intacta,& inaccessa, non solùm corpore, *Contra pe*
C sed multò magis animo sacratissima virgo, quia Deus Israel transiuit per eã, sacrariũ Spiritus *tulantiam*
sancti,sanctorũ via,& mater: quòd eò dico,vt eos refellas,qui cõpilant,si qua parũ cautè à san- *quorundã,*
ctis patribus de sacra hac virgine dicta sunt,vt nos à tanta huius sacrę virginis auertant venera- *in sacratã*
tione,quòd negent tantos honores à sanctis patribus huic sacræ virgini esse habitos, quantos *virginem.*
ei nos deferimus,quando veteres patres peccasse venialiter eam aiebant:ego si quid huiusmo-
di in sanctis patrib⁹,vel in illorũ aliquo reperiatur, aut hæreticos puto hęc illorũ libris inter-
sperisse,aut interpretũ esse culpam, quemadmodũ si libros Origenis cũ exemplaribus Græ-
cis cõferas,multas deprehendes hęreses interspersas ab interprete,quisquis ille fuit.nec enim
catholicus aliquis illũ Latinè vertit,tantum abest,vt illũ verterit Rufinus, aut illo infinitis par
tibus maior D.Hier.Itaq; quę citat Erasmus ex Chrysost. & alijs quæ non tantũ deferunt ho-
norẽ sacræ virgini,quantum nos: quid scit Erasmus an ea interpres Latinus addiderit de suo?
quod feciisse multos tralatores deprehenderit homo doctiss. & in lectione sanctorũ versatiss.
Decerpas tu ex sanctorũ libris, si qua dicta sunt negligẽter,si quid alicui exciderit?relinquas
alia dicta mirabiliter? BEATVS Rhenanus in argumento libri Tertull. de carne Christi,
D placitis recentiorũ theologorum,vt ipse ait,obstrepit,&reipsa consensui sacrosanctę ecclesię
catholicę,& vtitur testimonio TERTVL.lib.de carne Christi,cap.6.vbi Tertull.sanctam vir
ginem, matrem Dñi aliquo veniali peccato, aliquãdo se implicuisse significat,quod nõ æquè
appareat adhęsisse Christo,atq; Martha,& Maria: quo testimonio,quòd Tertul.proximus fue
rit temporibus Christi,Beatus Rhenan. reuincere conatur scholasticos theologos,qui sentiũt
illã nunquam peccasse venialiter:& huius sententię esse ait Origenẽ, mendacio non ferendo:
semper enim Orig.sacratã virginẽ immaculatã vocat,& iubet nos respõdere hęreticis,si quid
obiecerint:certè Spiritu.S.p ena Elisabeth ait,Benedicta tu inter mulieres,& plena Spiritu san
cto ait,Vnde hoc mihi,vt veniat mater Dñi mei ad me?Et D.Mariã prophetidẽ vocat,& imma
culatã nominat,nec aliter vnq̃ eã appellat,quoties illius meminit.Aurel.quoq; Augustinũ sue
sententię fautorẽ appellat Beatus Rhenan.neq; est solus in hac sententia Rhenanus, nam quo
ties D.August.in suis libris repetit illud, Neminem, absque vno Christo, natum sine peccato,
& neminem,absque vno Christo,esse sine peccato: adscribit, nescio quis,margini,voculas im

Universidad de Deusto
Biblioteca

pudentiæ plenas, quid de beata virgine? aut aliquid impudentiùs, cùm AVGVS. contra Pelagianos de natura & gratia lib. vno, cap. 36. postq̃ dixisset, nullum sanctorum esse absque peccato: subiecit, excepta sancta virgine MARIA, de qua, propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, haberi volo quæstionem: vnde etiam scimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eũ, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo virgine excepta, si omneis illos sanctos & sanctas congregare possemus, & interrogare, vtrum essent sine peccato? quid fuisse responsuros putamus, vtrum hoc quod iste dicit, an quod Ioannes apostolus, si dixerimus quia peccatũ non habemus, &c. Quibus verbis D. Augustin. priuilegium sacratæ virginis agnoscit, quòd immunis fuerit peccati, & profitetur quoties de peccato agit, se non intelligi velle de sacrata virgine. Adhibent huius rei testem D. Chrysost. & Theophyl. fuère fateor, in magnis & sanctis viris lapsus aliqui, errauere aliquando, an vir literatus id aget vt si qui errores magnis viris excidere aliquando, illos excerpat, populo proponat, legat spinas, relinquat rosas, fingat quod nusquam est? Sunt enim quidam, qui, nescio qua mente & animo, impiè quædam intelligere gaudent, similes quibusdam hominibus libidinosis & Venereis, qui quædam obscœnè intelligere, vt ait Quintil. nisi caueris, cupiunt: Alij in Tertull. quæ monstra fingunt, Deum immortalem: aiunt Tertullianum loco citato dixisse, sacratam virginem non credidisse, quod dicat Tertull. hoc loco, apparet incredulitas eorum, cùm incredulitas illa ad fratres Dñi referatur, quos paulò suprà dixerat Tertullianus non credidisse, sicut in euangelio continetur, nam euangelicis literis testatum est, fratres Dñi à primo non credidisse in eum. i. eos qui dicebantur fratres Dñi, nati videlicet ex Ioseph, antequam Mariam sacratam virginem coniugem accepe-ret: & habendum erat illud rationis Tertull. eo loco refellere hæreticos, qui negabant sacratã virginem matrem esse Dñi, idq; testimonio Dñi confirmabant, qui Matth. cap. 12. nuncianti-bus matrẽ, & fratres foris adstare responderit, quæ mihi mater, aut qui fratres? & causam red dit cur hoc Dñs respondit, aitq; multas potuisse esse causas: vel quòd fratres à primo non credebant quod euangelicę testantur literę, & mater tepida fuerit aliquando, quod falsissimum est: tamen quosdã hac in re lapsos scimus, vt Chrys. Theoph. & illum, quisquis est, qui scripsit quæstiones ex nouo testamento, quæ Augustino inscribuntur falso, quæst. 73. qui dubitasse sacratam virginem scribit in passione Dñi: Neq; enim semper feriet, quodcunque minabitur arcus, præsertim in initijs nascentis ecclesiæ, rebus non ita patefactis. Et aliã causam subiungit Tertull. fuisse, cur illud dixerit Dñs, vt ostẽderet potiores esse eos qui crediderint, quàm eos qui sanguine aut cognatione attingerent Dñm, quod idem ait AVG. de sancta virginit. lib. vno cap. 3. inquiens, respondens Dns, Quæ est mater mea? aut qui sunt fratres mei? carnali cognationi genus nostrum spiritale proponit, vt Maria beatior fuerit percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi, nam & dicenti cuidam, Beatus venter qui te portauit, ipse respondit, Imò qui audiunt verbum Dei. Sic, & materna propinquitas, nihil Mariæ profuisset, nisi fœliciùs Christum corde quàm carne gestasset. Additq; TERTVL. matrẽ & fratres, qui foris adstitere, alijs audientibus verbum Dei, illo facto figuram fuisse, matrem, synagogæ exclusæ: fratres, populi Iudaici repulsi. Quæ omnia pluribus verbis exequi volui, quod lingua mihi nulla est, qua audeam dicere, quæ quidem ex his verbis comminiscuntur. Vt appareat autem pientissimè hoc dictum à Tertull. & tantùm significatam esse facto illo, quod mater foris adstitit exclusionem synagogæ, & quòd fratres foris astitere, populi Iudaici exclusionem, audi HILAR. quo nemo de sacrata virgine scripsit sanctiùs, idem dicentem in commentat. in Matth. canone. 12. in fine. Est autẽ in ea typica ratio seruata, vt mater eius & fratres, foris adstarent, cùm vtiq; ingrediendi ad eum haberent, vt cæteri, potestatem: sed quia in sua venit, & sui eum non receperunt, in matre eius ac fratribus, synagoga & Israelitę prefigurãtur, ingressũ eius atq; aditu abstinẽtes: & sic interpretatus superiora fuerat vt Aug. & de sacrata virgine dixerat, non fastidiose sensisse Dñm, cùm illa dixit, quãdo in passione positus maximę solicitudinis illi tribuerit affectũ, sed verbis illis formans seipsum exemplũ vniuersis agendi, sentiendiq;, constituisse propinquitatum omniũ ius atq; nomen, iã non de conditione nascendi, sed de ecclesię communione retinendum. Hęc aduersum eos, qui lapsus patrum colligunt studiose, & quædam prauè interpretantur, multò commodiùs facturi, si signarent loca suspecta, vt ea vitarent, qui sacros adirent libros, vt sine casu aut prolapsione versaremur in libris sacris, & si rosas decerperent, & in fasciculum colligerent, & populo proponerent, & non prauè

Defecitur sacrata virgo à quorũdã petulantia, qui lapsus patrũ contra eam colligunt, spinas videlicet, & rosas relinquunt.

A prauè interpretarentur, quæ rectè dicta sunt. De sacrata virgine tot vaticinia sunt prophetarũ vel hoc solo opere, vt si quis conscribat laudes sacrosanctæ huius virginis Deiparæ Mariæ, vel tribus, quatuórue vaticinijs Esaiæ, & Ezechielis hoc oraculo tantum conscribat laudum, quantum mens humana concipere non queat: quantum est significatũ illo cap. 8. cùm in principio dictum est, superuenturum Spiritum sanctum super prophetidem Mariam, & conceptu-ram & parituram filium: quod angelus quoque Lucæ cap. 1. Mariæ nunciat, quãta hæc laus est, quam hominis stylo scribi iubet Dominus, quod lingua humana alioqui est inexplicabilis? quanta quoque illa laus, quòd hoc cap. Hebraicè est, Ecce tu virgo concipies & paries filium, vocabis nomen eius Emmanuel, vbi prægnans virgo dicitur, & pariens virgo, & pariens Deum inter homines. Quæ buccina has exæquet laudes, aut quę facundia? Iam loco illo Ezechielis, tanta laus est huius sacratę virginis, vt mens humana capere non possit, cap. 53. vbi D. Hieron. vertit: Ascendit sicut virgultum, & Hebraicè sic est, potest tamen verti æquè benè, Ascendit sicut puerulus lactens: & omnes translatores, non solum Lxx viri, absque vno Symmacho, B quem sequitur D. Hieron. vertere, Ascendit sicut puer lactens aspectu eius, de terra sitienti, & inuia, vbi sacrata hæc virgo dicitur terra sitiens & inuia, terra quæ sine semine concepit, inuia virgo ante partum, post partum, in partu, ne glorietur Rhenanus quod Tertullianus dixerit, Patefacto corpore virginis, natum esse Dominum. Sic enim dictum est à TERTVL. hoc, vt ab omnibus sanctis patribus explanatur illud, Masculus adaperiens vuluam, quod de solo Domino dictum verè aiunt: solus enim Dominus adaperuit vuluam, tamen sic dictus est Dominus, adaperuisse vuluam, vt virgo dicatur eius mater ante partum, in partu, & post partum.

Mariæ virginis sacratæ laudes.

Sed redeo ad locum Esaiæ, vnde sum digressus. Hebræa ergo lingua, nullam habet ambiguitatem, si qua ambiguitas est, quod putat Erasmus, dicerem sustinuisse culpam Lxx viros, & D. Hieron. qui vertere: Ecce virgo concipiet & pariet filium, nisi ita vertissent Euangelistæ, securi tam paruę ambiguitatis (si vlla est ambiguitas) de infantula, inquit Erasmus, sic loqui liceret, hæc pariet filios: at non protinus pariet infantula, aliud est, si dicat de infantula, hæc pariet liberos, aliud si dicas, infantula pariet liberos, nam si sophistice ampliationes hoc sinant esse ambiguum, pariet infantula, nunquam tamen Erasmus Dialectica Aristotelea, aut Platonica, Philosophicáue ratione ostendet verè dici vllo modo posse: infantula pariet, multò minùs ostendet, huiusmodi orationes quotidiano vsu receptas apud claros scriptores, Demosthenẽ, Isocratem, alioq; authores illustreis, esse ambiguas, aut ambiguas appellatas, pariet infantula, vt significare possit, pariet quę infantula est, vel, pariet quæ olim fuit infantula: nam cùm iã adoleuerit, vt possit parere, infantula non erit: neque iuuerit dicere, infantula quę est vel fuerit, pariet. Istud genus sermonis, apud Sophistas sinat delitescere, quod nunquã in lucem prodijt Græcè aut Latinè loquentium, dialecticis & philosophis antiquis ignotum: nam si hoc genus sermonum ambiguum est, nihil loqui tutum est: nam quid ais Eraſme? de infantula sic loqui licet? Hæc infantula pariet, sed non protinus pariet infantula, imò maximè, pariet enim infantula, si tuis tecum legibus agam, nisi nos reuocas ad Chrysippeas rationes, video papam, & papam video, quæ cum suo authore iã exoleuere, & magnos antiquitatis concitauere risus, vt docet DIONYS. Halicarnasseus de elocutione, nam omnium cachinnis in angustum coactæ delitescunt inter pueros Sophisticè ludentes, ergo nihil loqui esset tutũ, si hoc ambiguũ esset.

Refellitur Erasmus.

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
D *Ecce virgo concipiet, et pariet filium.*	Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium.

Lege reseriptum episcoporũ synodi Telenen. ad Syricium papam, tom. 1. Concil. in decretis Syricij papę, vbi inuenies multa nota tu digna. Illud priùs notandum est in tralatione Lxx: In vtero accipiet, mihi videri non carere mysterio, quod AMBR. de incarnationis Dñi sacramento videtur significare, nã concipiet, vi debatur præferre congressum viri & fœminæ, aut cõgressum duorũ, quo factum arbitror, vt Lxx reformidarint hoc verbũ, quod omnibus fœminis cõmune est, quãuis id non reformidarit D. Lucas, quòd exprimebat concepisse Mariã, & de quo conciperet, ait enim nunciasse angelum concipiendũ Dñm de Spiritu sancto, qui modus cùm in propheta non exprimetur hoc loco maluisse arbitror Lxx dicere capiet, q̃ cõcipiet, vbi autem locis alijs hoc verbũ in conceptu aliarũ fœminarũ vsurpant Lxx, semper additur vir, de quo fiũt grauidæ. Illud quoq; notã dũ est Iudic. 13. de matre Sampsonis cadẽ hæc verba reperiri dicta ab angelo matri Sampsonis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd typus erat ſacratæ virginis, vt dicendum eſt in cap.10. Concipies, & paries filium, vel vt vertere Lxx viri: Ecce tu in vtero habebis, & paries filium, vnde Lxx viri, huius loci Eſaiæ fecere paraphraſim, vt idem ſignificari hic & illic oſtenderent: & ſi conferas verba Græca huius loci, & illius tralationis Lxx virorum, & euangeliorum, eadem reperies: nam hoc loco Eſaiæ, vt dictum eſt, interpretatio ad verbum eſt: Ecce virgo prægnans, & pariens filium, neque aliter ad verbum reddi poteſt: facta ergo paraphraſis eſt ex illo loco. 13.cap. Iudicum, quo deſcribitur typus huius ſacratiſsimi partus, vt latiùs dicendum eſt, cùm interpretabimur, quid ſit Nazaræus. & locum illum, Et Nazaræus vocabitur, in caput.10. vbi legitur: Ecce concipies, & paries, vel, vt reddidere Lxx, Ecce in vtero habebis & paries, vnde huius loci factam paraphraſim à Lxx viris, ſequutus eſt D. Hieronymus, probauerunt euangeliſtæ, qui hunc locum citant iuxta tralationem Lxx ſeniorum, excepto, quòd Matthæus pro λήψεται .i. accipiet, quòd hoc loco eſt, dixit, ἕξει .i. habebit, vt ijdem Lxx dixerant. 13.cap. Iudicum, vt ex vtroque loco verba fuerit mutuatus D. Matthæus. Hic exoritur ingens illa dubitatio, vt putat Eraſmus, quæ non tam dubitatio eſt, quàm admirabilis myſterij ſignificatio: Eraſmus ergo in adnotatione in illa verba Matth. In vtero habebit: Hieronymus, inquit, enarrans hunc locum Matthæi legiſſe videtur, habet, præſenti tempore, ſcribens in caput primum Matthæi: Propheta quia futura prædicit, & ſignificat quid futurũ ſit, ſcribit accipiet: Euangeliſta, quia non de futuro, ſed de præterito narrat hiſtoriam, mutauit, accipiet, & poſuit, habet: Sic enim legedum eſt, vt optimè docet ERASM. mendoſe enim ſcriptum eſt in codicibus excuſis Hieronymi, ab imperito librario, habebit: ſed Hieron. ſua tempeſtate docuit legi ἕξει .i. habet, vt optimè docet Eraſmus, non tamen obſtiterit obiectio Eraſmi, quod tanquam verba prophetæ citentur ab angelo, & ideo per futurum debuiſſe citari, & alia quæ adiecit, quæ inexplicabilia magis videntur Eraſmo, quàm ſi Gordianus nodus eſſet. Illud ex Eraſmo diſcamus, & præcipuè ex D. Hieronymo, locum Matthæi, cùm citat Eſaiam, præſenti tempore eſſe: Ecce virgo in vtero habet: non tempore futuro, habebit. Audi nunc interpretationem TERTVL. libro.4.cap.40. citari, ait, ab angelo hæc verba Eſaiæ, vt hanc eandem eſſe oſtenderet, quæ ab Eſaia eſſet prænunciata: Idem aiunt THEOPH. & EVTHYM. in Matthæum: & AVGVS. in opere ſermonum de tempore, ſerm.18. de nat. Domini, ſermone.15. vbi poſtquam explanauit verba illa: Ecce virgo concipiet de Spiritu ſancto videlicet: ſubijcit, Ioſeph fili Dauid, ipſe legiſti apud Eſaiam: Ecce virgo in vtero accipiet: quòd ergo legiſti in propheta, aſpice in Maria, vt dicas canticum Dauid patris tui, Sicut audiuimus, ita vidimus: quibus verbis diſſoluitur nodus Gordianus, nam ſententia Auguſtini & veterum patrum, hæc verba ſunt angeli Gabrielis, monſtrantis Ioſepho viro Mariæ, completam eſſe prophetiam hoc modo, Fili Dauid: legiſti Eſaiam ſcripſiſſe, Ecce virgo in vtero accipiet, vel in typo huius myſterij, Ecce ſterilis in vtero habebit: quod ergo legiſti in libris, aſpice oculis tuis: Ecce virgo in vtero habet, ex vtroque enim loco mutuatur verba Euangeliſta, vt vtrumque locum ad eandem rem pertinere oſtendat, tanquam rem præſentem, ergo commonſtrans angelus quam futuram prædixerat Eſaias, ait: Ecce virgo in vtero habet, nec mutat ſententiam Eſaiæ, ſed quod accepturam dixerat Eſaias, & alter propheta, habituram, habere demonſtrat iam Angelus, Ecce virgo habet in vtero, & eſt lectio admirabilis, & admirabilis ratio cur verbum mutarit euangeliſta, quod docet etiam D. Hieronymus & ſimile factum oſtendit Hieronymus à Paulo, nam cùm in Pſalmis legeretur, Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, accipiet dona in hominibus. Paulus quod res erat completa, mutauit verbum futuri in verbum præteriti, atque adeo plus etiã, nam accipiet, mutauit in dedit. Nec illud obſtat, quod alterum verbum nõ mutauit, pariet ſcilicet, in peperit: nondum enim pepererat cùm hæc dicebat angelus, ſunt enim verba angeli ſignificantis in Maria cõpletã eſſe prophetiam. IREN. lib.4.cap.40. interpretans vt dixi hunc locum, docet angelum declaraſſe Mariam virginem eſſe eam virginem quæ ab Eſaia eſt prænunciata, & ita Ioſeph perſuaſum ab angelo gaudentem accepiſſe Mariam, obſequium ei præſtitiſſe, petijſſe Aegyptum vnà, repetijſſe Iudæam: vt angelus huius loci contra Iudæos habeamus interpretem, quemadmodum Dominus de ſe dictum declarat illud: Spiritus Domini ſuper me: oſtendens ſe ipſum eſſe qui per Prophetas eſt prænunciatus, & quemadmodũ miraculo demonſtratũ eſt in Actis Apoſt. illud, Sicut ouis ad victimam ductus, quod legebat Eunuchus reginæ Aethiopum, de Chriſto eſſe dictum: itaq; ſcripturæ interpretes habemus Spiritum ſanctum, ipſum Chriſtum Dominum, angelos ipſos: illud tamen annotatione dignum, quod ſuprà eſt dictum ex Chryſoſtomo, &

Quæſtio pulchra.

Nota habere nos interpretes ſcripturæ angelos, ipſum Dominum, Deũ ipſum Patrem, et poſteà à Iudæis, ſi Deo placet, interpretatiõ petimus & Iudæorum interpretationẽ quæ hæc omnia ſubuertit, ducimus litteram.

A mo, & D. Baſilio voces ipſas, ſyllabas & literas in ſcriptura ſacra myſteria præferre magna, & nomenclaturis ipſis ſignificari myſteria, archangelem Gabrielem, qui hunc nuntium apportat ſacratæ virgini incarnationis Dei magni, non ſolùm verbis, quæ annunciat virgini, ſed nomine ipſo hoc magnum ſignificare myſterium incarnationis Dei omnipotentis. Quid enim eſt aliud Gabriel, quàm, Verbum caro factum eſt? Geber, enim homo eſt, el, Deus, vnde Gabriel, homo Deus: Verbum Deus caro factum: ſignificauit id PROCLVS epiſcopus in homilia dicta aſſidente Neſtorio Conſtantinopoli his verbis: Reuerere nomen archangeli, qui nuncium illum lætiſsimum apportauit Mariæ, qui Gabriel eſt appellatus, dictus Gabriel.i. Deus & homo: Geber enim homo eſt, el, Deus, nomine ipſo ſignificans nuncium quẽ apportat, quoniam is, quem euangelizat Chriſtus, Deus & homo erat oriturus, nomenclatura ipſa miraculum ſignificat, &c. vnde actione. IIII. ſyn. Nicænæ.2.tom.2. Concil. STEPH. diaconus recitat hiſtoriam ex libro de martyrio Procopij martyris, Neaniam quendam nomine, locaſſe inſigni artifici Marco, crucem fabricandam, & cùm elaborata eſſet ſumma arte, B extitiſſe tres in eo imagines: Primã, Emanuelis cruci ſuffixi, Hebraica dialecto inſcripto nomine Emmanuelis, & vtrinq; in ſummitate brachiorũ crucis Michaelẽ & Gabrielẽ: & cùm Marcus artifex vellet expungere imagines, ſibi timens, exſiccata eſt illi manus. Extitere ergo mira culo Emmanuel ſuffixus cruci. i. inter nos Deus: & ex altera parte brachiorum crucis, Michaël, ille qui Apocalyp.cap.12. præliatur cum dracone, quando facta eſt ſalus & poteſtas Chriſti, & quando vicit propter ſanguinem agni, id enim ſignificat nomine Michaël. i. Quis ſicut Deus? Mi, quis: ca, ſicut: el, Deus? quæ nomenclatura pugnam cum dracone ſignificat, qui morte Chriſti eſt ſuperatus à Michaele: & id ſignificauit, cùm extitit in altera parte crucis, ſignificat enim victoriam factam in ſanguine agni ab angelo qui dicebat, Quis ſicut Deus? In altera parte crucis extitit Gabriel. i. Deus homo factus, vt dictum eſt: vnde in CYRIL. lib. apologet. tomo.1. Concil. PETR. Martyr epiſcopus idem putauit eſſe, Verbum caro factum eſt, & quod idem Gabriel dixit Mariæ, Dominus tecum. i. Dominus verbum tecum, Dominus verbum in vtero tuo caro fiet, &c.

Voces Hebraas, & ſyllabas, et litteras, ſententia veterũ patrũ, magna habere myſteria. Gabriel nomine ipſo, ſignificat nuncium quẽ apportat virgini. Hiſtoria de Emanuele, & Gabriele, & Michaele, qui in quadam cruce extitere mira culo.

C *D. HIERONYMVS.* — *LXX. VIRI.*

Et vocabitur nomen eius. — Et vocabis nomen eius.

ERASM. in annotationibus in Matthæum, diſceptat legendum ne ſit hic, vocabis, an, vocabit: & dubitat qua ratione Matthæus legerit, Vocabunt. Ridiculum autem mihi viſum eſt, cùm liqueat homini verſato in litteris ſacris, qui ſciat Græcè, & omni genere doctrinæ ſit inſtructiſsimus, didiceritque ex D Hieronymo, Lxx ſeniores, & Apoſtolos & Euangeliſtas non reddere verbum verbo, ſenſa ſacra expreſsiſſe contentos, mirari cur Matthæus euangeliſta, non verbis hæreat, non verba nobis numeret, cur non miratur D. Hieron. Vocabitur vertiſſe, cùm Hebraicè ſit, Vocabis. Litigat præterea in alieno foro Eraſmus, cùm קְרָאת vocem Hebræam ſcribit, ſecundam eſſe perſonam in maſculina terminatione, deceptus à ſuo Theſeo, Vocabis, & in fœminina terminatione, eandem vocem tertiæ eſſe perſonæ, Vocabit. קְרָאת tantùm eſt ſecundæ perſonæ fœmininæ: & ſi Hebræam lectionem ad verbum vertamus, facta à propheta apoſtrophe ad ſacratam virginem, vertenda D ſic erat: Ecce virgo prægnans, & pariens filium, & vocabis nomen eius Emmanuel, vt tanquam ab editiſsima ſpecula, longo ante tempore, natalem Chriſti proſpiciens Eſaias, ad virginem ſacratam faciat apoſtrophen, Ecce virgo prægnans, & pariens filium, id eſt, ô tu virgo prægnans, & pariens filium, vocabis nomen eius Emmanuel: nam, &, conjunctio, pro ornamento ponitur apud Hebræos. Cogit ergo, vt fateare factam apoſtrophen ad virginem ſacratam, verbum Hebræum קְרָאת, quod ſecundæ perſonæ eſt fœminæ, neque habet aliud quo referri poſsit, quàm ad vocatiuum illum, Virgo prægnans, & pariens, vt ſit: Ecce tu virgo prægnans, & pariens filium, vocabis nomen eius Deum inter homines, vel Deum habitantem in hominibus. ORIGENES homilia ſecunda in Eſaiam, hæc verba ad domum Dauid fieri putat, dixerat enim ſuprà, Audite ergo domus Dauid: Vnde nunc vocabis, ô domus Dauid? Quòd ſi ſermo Hebræus pateretur, commodè fieri poſſet, quanquam iratus domui Dauid, propheta ab ea auerterat ſermonem: ſed ſermo Hebræus hoc non feret: domus enim apud Hebræos, ſemper maſculino genere enunciatur, quanquam quidam putauêre, aliquando fœmininо genere repe-

 riri, ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

riri, sed qui doctiores sunt Hebręi id pernegant, & cùm hęc apostrophe facta videatur ad virginem: Ecce tu ó virgo prægnans & pariens filium, vocabis nomen eius Deum inter homines, non necesse est quærere, quò referas verbum illud, Vocabis, quod apud Hebręos fœmininum est, & secundæ personę: neque potest conuenire cum domo Dauid, cùm domus masculino genere reperiatur semper apud Hebræos. Quæres iam, cur D. Hieron. verterit, Vocabitur, & Matthæus euangelista, Vocabunt? nempe quòd facta paraphrasis huius loci est, vt suprà diximus ex cap. 13. Iudic. Et pro. Ecce virgo prægnans, & pariens filium, facta paraphrasi ex illo loco, vertêre, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: qua de re superiori commentario pluribus dictum est, quam paraphrasim sequutus est D. Hierony. & citant Euangelistæ. Igitur cùm mutata sit persona & mutatus sit ductus orationis, & quæ secunda persona erat, in tertiam sit mutata, verbum secundæ personæ, & fœmininum mutatum est quoque: & ita D. Hieron. vertit Vocatum est nomen eius, Euangelista Matthæus: Vocabunt nomen eius. At Lucæ cap. 1. idem Gabriel angelus his verbis, iuxta tralationem Lxx virorum, alloquitur sacratá virginem, excepto quod tertias personas mutauit in secundas, nam verba Græca eadem repe B ries in tralatione Lxx, & in euãgelio Lucæ, nã quòd Lxx viri dixêre, ἰδοὺ σὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. D. Lucas dixit, ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱὸν καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ

Angelus apud Lucam verbis pophetæ alloquitur beatam virginem iuxta tralationẽ Lxx. virorum.

vt eadem verba reperias mutata tertia persona in secundam tantum, hoc excepto, quòd Lxx dixere, Ecce virgo in vtero accipiet: D. Lucas, Ecce cõcipies in vtero, vt declaret angelus apud Lucam, virginem illam esse quam alloquitur: de qua Esaias prædixerat virginem concepturam & parituram. Nam si singulatim verba prophetæ Esaiæ expendas Græcè iuxta tralationem Lxx virorum, eadem reperias esse cum verbis quibus alloquitur Gabriel angelus Mariá: Lxx viri ἰδοὺ σὺ παρθένος ecce virgo: Angelus ἰδοὺ σὺ ecce tu: Lxx viri ἐν γαστρὶ λήψεται in vtero accipiet: Angelus συλλήψῃ ἐν γαστρὶ accipies in vtero: Lxx viri καὶ τέξεται υἱόν. i. & pariet filium: Angelus καὶ τέξῃ υἱόν & paries filium: Lxx καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ. i. & vocabis nomen eius: Angelus καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Admoneo ergò angelũ singillatim verbis Esaiæ iuxta tralationẽ Lxx virorum, lætũ illum nuntium apportasse sacratæ virgini, & si vbi propheta dixerit virgo, angelus dixisset tu, quod lectio Græca innuit, si vna demi posset litera, nihil ex verbis prophetæ mutasset, & vt C mutarit aliquid, ne receptam & statam lectionem attentemus, verbum compositum pro simplici commutauerit, pro Ecce tu capies in vtero, Ecce concipies in vtero. Sacra virgo autem agnouit, se salutari prophetia illa Esaię cum enim expectaretur eo tempore messias notissima erat hęc prophetia omnibus, nedum sacrę virgini, & huc spectasse videtur eius responsum, cum enim angelus dixisset pro Ecce virgo concipiet vel pro ecce virgo in vtero capiet, ecce tu concipies in vtero vel ecce tu capies in vtero, vt quod propheta, virgo, dixerat angelus dixerit tu, vt declararet illam esse eam virginem quę prædicta est ab Esaia: respondit ipsa, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, quasi diceret, fum certè virgo, id enim est, Quoniam virum non cognosco. I. scio me virginem esse, qualis prædicta ab Esaia, paritura filium Dei, quęro autem modum quomodo istud fiet? denunciata est ergo sacratę virgini suis verbis Esaiæ prophetia, & cùm sibi posse competere, quòd virgo esset, intelligeret, quęsiuit modũ, & quòd omnia verba prophetę recitata essent ab angelo, iuxta tralationẽ Lxx singillatim, tantùm vox illa, Virgo, esset prętermissa ab angelo, quòd angelus ad ipsam virginem verba faceret, ipsam illam vocem quam reticuerat angelus, tanquam rem notam ei, ipsa de se prędicat, virgo sum, sed honestiùs, quoniam virum non cognosco. i. fum quidem virgo, vt possim illa esse quę ab D Esaia prędicta est, sed quęro à te modum, & statim angelus modum subiunxit: Spiritus sanctus superueniet in te, nam quòd AMBROS. in. 1. cap. Lucę ait, de Marię interrogatione, Legerat hoc oraculum Esaiæ Maria, ideo credidit hoc futurum, confirmat, quod à me dictum est, agnouisse sacratam virginem oraculum Esaię, & confessam se virginem esse & accepisse conditionem: quòd verò subiecit AMBR. modum, quo futurum erat, nondum prophetę Esaiæ fuisse reuelatum, quòd pace tanti Diui sit dictum capite proximo modus ab Elaia describitur, vbi legentem venit, & ideo ab angelo est percontata, vt non solùm Esaias, sed angelus quoque id declararet: Nam certè virgo desponsata, cùm ei nunciatur se parituram Deum hominem factum, & quęrit modum, satis indicat, & prę se fert se nosse hoc oraculum, & se intelligere virginem esse parituram Emmanuelem, alioqui etiam adstricta voto castitatis, imperio Dei obtemperasset, neque quęsijsset modum. BASIL. in sanctã Christi generationem, quoniã Achaz

petere

A petere voluit signum, vt discas, inquit, quòd qui descendit in inferiora terrę atque profunda, ipse est qui ascendit supra omnes cęlos, ipse Dominus dedit signum admirabile, vt mulier eadem virgo sit & mater.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et vocabitur nomen eius Emmanuel.	Et vocabis nomẽ eius Emmanuel.

DE hoc nomine Emmanuel lege CYRILL. tomo 1. conciliorum capite 2. vbi hunc locum mirabiliter enodat. Hic ingès quæstio cum Iudæis nobis est, cur Christus vocatus sit Iesus & nõ Emmanuel, cur cùm Matth. Esaiæ prophetiam recitasset, & Emmanuelem nominandum dixisset, postremò non Emmanuelem sed Iesum appellasset. Cur apud D. Lucã cum Gabriel sacram virginem appellasset, & salutasset his verbis Esaię, vt singillatim omnia verba numerarit, & nihil mutarit prorsus ex prophetia, excepto quod hanc dictionem, virgo, omiserit B quod ad ipsam virginem verba faciebat, his postremis verbis mutarit prophetiam? Nam pro: Vocabis nomen eius Emmanuèl: dixit angelus, Et vocabis nomen eius Iesum. Cur hæc extrema prophetæ mutat verba? cætera si Græca Græcis conferas (vt fecimus superiore commentario) seruat exactissimè. CHRYSOS. in cap. Matth. primum, homilia. 5. cùm hũc locum esset interpretatus diuinitus, vbi multa leges notatu digna, postremò, cur inquit, non est vocatus Christus, Emmanuel, sed Iesus? quia, inquit, non dixit vocabis, sed, vocabunt. Quę responsio, quod cum bona venia huius Diui sit dictum, parum habet ponderis, nam lectio Hebręa & interpretatio Lxx virorum præfert, vocabis: euangelista Matth. vocabunt, reddidit, ea ratione quam suprà diximus. Atqui vrgent Iudęi, vt author est THEOPH. in Matth. his verbis: Quomodo igitur non est appellatus Christus Emmanuel, sed Iesus? Et eodem modo hoc dubium diluere se posse putat quo Chrysostomus. EVTHY. hanc rationem cassam esse vidit, & sic respondet Iudęis: Nomine nullus vocauit Christum Emmanuelem, re omnes: quia credêtes esse Deum, & hominem, confitebantur Deum esse nobiscum, quod Emmanuel significat, nobiscũ Deus, nam Deus homo factus conuersabatur inter homines, nam hic mos est prophetis vocaC tiones, & nomina appellare futuras actiones, ita puer hic appellatus est, Citò prędare, citò spolia, non quod hoc nomine ita vocatus sit, sed quod hęc fecerit. Idem ait THEOPHYL. sacra, inquiens scriptura, ab actionibus imponit nomina. Et CHRYSOS. in cap. 1. Matt. homil. 5. ab effectu, inquit, appellatur Emmanuel, est enim, inquit, scripturę mos, euentus rerũ ponere no minum loco. Quid enim est aliud, Vocabunt nomen eius Emmanuel, nisi videbunt oculi mortalium Deum inter homines versantem? quòd si Iudæi impudenter repugnent, sic eos interrogabimus: quomodo ergo propheta dicit, Voca nomen eius velociter spolia detrahe? nequaquam, inquit, habebunt quid respondeant, Adde tu Christum, vt supra dictum est in capite 4. multis nominibus in sacris literis esse appellatum, Semàch, citò prędare, Emmanuel, Iesum, vt docet IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem, quę omnia nomina non diuersa, sed eadem sunt, cùm eundem Christum varijs rationibus commonstrent, vt iam ostendemus ex Platone, vnde CHRYSOS. in cap. 1. Matth. homil. 1. multis prætermissis nominibus Christi, inquit, vno vtitur nomine cum dicit, Vocabis nomen eius Iesum, quod præsenti negocio vtile erat & conueniens, Ipse enim, inquit, saluum faciet populum suum. TERTVL. in lib. de TriD nitate, Quomodo, inquit, Esaias, vocabis nomen eius Emmanuel. i. nobiscum Deus? sic Christus ipse dicit: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Est ergo nobiscũ Deus, & quoniam nobiscum est Christus, est nobiscum is, cui nomen est nobiscum Deus, qui nobiscum est vsque ad consummationem seculi: Igitur ab angelo appellatur Iesus, quod saluaturus populum veniat: à propheta, Emmanuel, quod verbum caro factum est, & quod Deus in terra visus, & inter homines conuersatus, nobiscum manet vsque ad consummationem seculi. Et de intellectu huius loci & de sequentibus mirabiliter TERTVLL. lib. 3. aduersus Marcionẽ cap. 8. & 9. vbi disputatum leges, cur potius venerit Christus nomine Iesu insperato, quam nomine Emmanuelis? & multa dicta admirabiliter. AVGVS. in opere sermonum de tempore sermone 8. de natiuitate serm. 4. Saluator, inquit, noster ab effectu rerum hoc nomen accepit vt vocaretur nobiscum Deus, & ipse tunc Deus nobiscum esse dignatus est, quando suscepit hãc carnem, vndè Hierem. Post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est, & ipse Dominus IOAN. 14. Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me. LACTAN. Fir. lib. 4. cap. 12. Emmanuel nunquam vocitatus est, sed Iesus qui Latinè dicitur salutaris, siue sal-

Cur Dominus, Iesus sit vocatus, & non Emmanuel.

Canon.

Canon.

Disceptatio aduersus Iudæos de nomine sacratissimo Iesu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uator, quia cunctis gentibus salutifer venit, sed propheta declarauit hoc nomine, quod Deus A
ad homines in carne venturus esset. Emmanuel enim significat nobiscum Deus, scilicet quia il
lo per virginem nato confiteri homines oportebat Deum secũ esse, in terra, & in carne mor-
tali. BASIL. in sanctam Christi generationem, Emmanuel sonat idem, quod nobiscum Deus,
& hoc nomẽ habet omnẽ huius mysterij declarationẽ quod Deus est inter homines. Chrys.
Emmanuel de incomprehensibili Dei natura, in principio, hoc loco, probat filium appellari Deũ, quod
dicatur Emmanuel .i. inter nos Deus, & patrem appellatum Dominum, quod propheta dixe
rit, Dixit Dominus: verum Hebraicè est dixit יהוה .i. Deus, & vterq; dicitur Deus: Itaq; do-
cent sancti patres, non solum scripturam sacram ab actionibus nomina ponere, sed etiam
quæ varia videntur nomina & diuersa, non diuersa esse, sed eadem, quod docet Plato in
Cratylo cùm ait, eadem esse nomina, quæ eandem naturam significant, & quanuis literis, &
syllabis discrepent, eadem esse tamen: putat enim Plato nomina rectè posita, significare re-
ruin naturas, & si multa sint nomina, quæ eandem rei naturam significent, omnia illa nomina,
quanuis videantur esse diuersa, vnum & idem esse nomen, vt rex, dux, ductor, regnator, & cæ B
Nullus ve- tera nomina quæ regem Philippum significare possent, diuersa videntur esse nomina vulgò
terum sen- cùm vnum & idem possit dici nomen, nam est vulgò vana recepta persuasio Platonem & ve-
sit, nomina teres putasse nomina significare naturaliter, ipsorumque ab ARIS. in lib. Perihermenias sub-
significare uerti sententiam, quos non mirarer sanè sic docere ac loqui, quod scholasticis quæstioni-
naturaliter bus occupati legendis veterum scriptis parum operę impendere potuerunt: Boëtium & Am-
monium miror, & Græcos scriptores, qui quanquam hæc doctiùs tractent, non exactiùs ta-
Platonis sẽ men hæc tractant, neque vt viros doctiss. decebat. Nunquam enim Plato nec quisquam vete-
tentia de si rum putauit, nomina significare naturaliter, neque quisquam vnquam tam stultè sapuit, vt tã
gnificatio ineptum quidquam illi veniret in mentem. Plato, & veteres Philosophi nomina omnia pu-
ne nominũ tauerunt significare κατὰ συνθήκην καὶ ἐξ ὁμολογίας .i. vt nostri vertere barbarè ad placitum, quæ verba
in suos libros perihermenias Arist. est mutuatus. Ita tamen hæc putauit Plato, vt docuerit etiã
esse nomina quæ rectè posita appellat, quæ exprimunt ipsarum rerum naturas, vtiturq; exem-
plo quodam tali, quemadmodum formas rerum artifices diuersis materijs exprimunt, vt for- C
mam annuli aurifex expresserit auro, argento, orichalco, aliaq; materia: formam arcæ, aut abi-
egna tabula, aut pinea, aut ferro, formam poculi, auro, aut argento, aut fraxino, sic rerum eas-
dem naturas nomenclator optimus, quem sapientem esse putat, varijs vocibus explicet, &
eum qui regni habenis præest, appellet ducem, regem, regnatorem, ductorem, impera-
torem, gubernatorem, præsidem. Quæ nomina omnia vnam eandemque naturam regis
exprimunt, & vt annuli forma eadem erit, siue auro sit expressa ab aurifice, seu gemma, aut
argento, aut orichalco sic regis nomen, & natura eadem erit, his syllabis expressa, aut illis
quod etiam sensisse Arist. opinor, cum in libris Metà tà physica, postquam quęsisset vtrum no
mina significent naturam .i. formam rei, aut materiam, an compositum ex vtraq;, ? magis pro-
pendet in eam sententiam vt dicat, nomina potius significare ipsam rei naturam, ipsam formã
rei quam explicat finitio, in materia tamẽ. Vnde congruere potest cũ Platone Arist. vt multa
nomina quæ eandẽ rei formã exprimant quanuis literis & syllabis discrepent sentiãt eadem
esse. Verba Platonis sunt: si alijs, alijsque syllabis idem significatur quid refert? neque si adda-
tur syllaba, siue auferatur si modo natura rei eadẽ ijs vel illis literis explicetur? idem sit nomẽ: D
& paulo infra, de diuersis illis nominibus eandem, & vnam rei naturam significantibus, hæc
omnia nomina, eadem sunt vocanda. & paulo post, videbuntur homini idiotæ plurima illa
nomina varia quę eandem rei naturam exprimũt, esse diuersa, cum eadem sint. Hęc Plato vbi
totus in hoc est vt ostendat nomina exprimere rerum naturas quod literæ sacrę docent, vbi si
Hebraicè scias nullum esse nomen inuenies quod non significet causas rerũ, sic Adam, docet
scriptura esse appellatum quod ex terra sit factus ab, adamà: sic fœminam, Isa, viraginem, ab, is,
.i. à viro, quod de viro sit sumpta, sic Eua quod mater sit viuentium, sic omnia nomina in lite-
ris sacris exprimere rerũ naturas inuenies. Nec hæc quisquam possit inficiari: omnia enim vi-
detur Plato mutuari ex sacris literis, quod veteres patres testantur, & in illo est multus Plato,
vt ostendat, & euincat multa, & varia nomina, quæ vnam & eandem rei naturam exprimant,
non multa esse nomina, non diuersa, sed eadem esse: cui si fidem habemus Christi nomina va
ria Emmanuèl, Semàch, Seui, Iesus, citò prædare, & cętera idem sit nomen, cùm eandem expri
mant rei naturam.

Cur autem

A Cur autem Iesus sit appellatus Dominus, te docebit AVGVS. contra Faustum Manichęum
lib. 16. cap. 18. 19. & 20. vbi Iesus Nauè Christi fuisse typus ostẽditur, & Christi nomen gessisse, *Probatur*
& ea causa cum prius appellaretur, Ausè, aut Osè postea introducturus populum in terrã pro *contra Iu-*
missionis, in quam non potuit introducere Moses, Iesus est appellatus, typus illius videlicet, *dæos Iesum*
qui in ęterna habitacula introducit, quique dixit, nomen meum est in illo, qui enim hoc dixit *Naue rectè*
ipse est verus Iesus, rector & ductor populi in hæreditatem vitæ æternæ, secundum testamen- *appellatũ*
tum nouũ, cuius figura erat vetus testamẽtũ, Hęc AVG. pluribus verbis exequitur, & TERT. *Iesum Na-*
aduersus Marc. li. 3. ca. 9. & 4. cap. 7. & ORIG. tom. 1. homil. 1. lib. Iesu Nauè. & in Exodi cap. 17. *ue tam be-*
hom. 2. in illa verba: Dixit, inquit, ad Iesum, elige tibi viros, & exi. & in cap. 1. Numer. homil. 1. *nè, quàm lo-*
& in cap. 27. Num. homil. 22. & D. HIERON. lib. 1. aduersus Iouinianum, & IVST. aduersus *sue, filium*
Thryphonem Iudæum. Sed quid moror? Omnes veteres patres vno ore hoc testantur. Ex- *Nun.*
oritur tamen clamor & vociferatio Iudæorum, negant Hebraicè hunc appellatum esse Iesum
B Nauè, negant domino fuisse cognominem, negant hunc typum fuisse Iesu. Erasse Lxx viros
vociferantur, qui Iesum Nauè appellarint, cum Hebraicè non dicatur Iesus, sed Iosuè, cùm nõ
dicatur Hebraicè filius Nauè, sed filius Nun, imperitos appellant Lxx viros, qui pro Iosuè fi-
lio Nun verterint Iesum Nauè. Malè illos vrit quod Moses non introduxit in terram promis
sionis, sed Iesus Nauè. i. Iesus qui nostra habitatio est, & nostra hæreditas (id enim significat
Nauè), introducat in veram terrã promissionis, cuius typus erat Iesus Nauè manifestissimus.
Vident enim se premi manifestissimo oracuio, dolent, inde nascitur vociferatio, & hic cla- *Manet er-*
mor, sed credibile ne est Lxxii Iudæos CCC. annis ante crucem Christi res egisse nostras? su- *go fixũ, D.*
bornatos scilicet à nobis, qui tanto ante tempore fuere. D. quidẽ Hieron. quod vt diximus ex *Hiero. ver-*
ORIG. in epistola ad Aphricanum, necesse erat vt haberemus scripturam versam ex lectione *tisse benè*
Hebræa ad verbum, quam reciperent Iudæi vt concesis, & confesis vteremur testimonijs *Iosue filiũ*
aduersus Iudęos, cùm altercaremus & disputaremus cum eis: ita vertit vt Iudæi volũt, & quod *Nun.*
D. Hieronymus concesit hoc Iudæis, quod parui referret Iosuè, aut Iesum appellari dum cõ-
C stet eodem nomine appellatum esse Iesum Nauè, qui typus erat Christi, & Iesum Dominum,
& Græcè quidem & Latinè, vtrunque Iesum appellatum, Hebraicè vtrunque Iesuah, siue Io
sue, quod satis præsefert D. Hieronymus, cùm in suis scriptis ferè illum appellat Iesum Nauè.
Ergo D. Hieron. quidem vertit optimè Iosue filium Nũn, quod Lxx viri verterant Iesum filiũ
Naue, & eam lectionẽ præferunt Hebræi codices, idq; citra controuersiã est, maneatque hoc
fixũ in causa. Ostendamus vero Lxx seniores rectè quoq; Iesum Naue nominasse, & nomen
Dñi apparere in ipso typo, quod omnes doctores sacri testantur, rectè hoc docere doctores
omnes sacros Iesum Naue sic appellatũ, & Christo Domino fuisse cognominem, imperitos
esse nequid dicã grauius qui Lxx seniores hæc vitiasse aunt, & pro Iosue filio Nún male ver
tisse Iesum Naue. PHIL. Iudæus de ebrietate, cùm describat rediisse Mosem cum Iesu Naue,
& deprehendisse populum Israël, ebrium sacrificasse vitulo, & agitare choreas scribit: Dici-
tur autem quod audiens Iesus populum clamantem &c. & idem PHILON. lib. de humanita-
te cum frequentissimè Iesu Naue faciat mentionem, Iesum semper nominat, Amicus, inquit,
erat Mosi, cui nomẽ erat Iesus, & cum delectum diceret ducem Iesum semper nominat: & IO
SEPH. de Antiquitate lib. 5. vbi texit historiam Iesu Naue, semper Iesum nominat Græcè, ne-
qua vnquam Iosue: Quod vt in principio huius libri dictũ est, hæc nomina Hebræa ad vsum
D Græci sermonis solent emolliri, quod docuit Iosephus in principio suæ historiæ, vt cùm pro
Iesaiau, Esaiam dicimus, & pro Iermijau, Ieremian nominant literæ Apostolicæ, & Euangeli-
cæ, & rerum historiæ ab ipsis Iudeis Philone, & Iosepho, Græcè conscriptæ: Sic pro Iesua, vel
Iosue, Philon, & Iosephus: & Iesus, qui patris sui Sirach, vt ait EVCHERIVS sapien-
tiam Græcè vertit, reddidere Iesum, & nunquam Iosue, neque Iesua: quæ res tam certa est,
vt nemo qui Græcè norit, & primis labris attigerit literas, id possit inficiari, vt appareant
doli, & fraudes Iudæorum, qui magnis clamoribus, & vociferationibus obloquuntur Lxx
viris, quod ipsorum manifestissimis configuntur testimonijs. Sed de Iesu constare dices, *Rectè quo-*
sic appellatum esse Iesum, qui populum Israël introduxit in terram promissionis, & Iesum *que vertis-*
Dominum, illumque huius fuisse typum. Sed apertè peccatum esse à Lxx viris, quòd pro filio *se Lxx vi-*
Nún, vt Hebraicè est, reddiderint filium Naue: & hoc tam esse planum & perspicuum, vt *ros, Iesum*
manibus possit teneri, quod sic præferant Hebræi codices, vix hoc loco qui sciat Hebraicè *filium Na-*
teneret cachinum, quin in impudentiam Iudæorũ ebulliret, quasi verò nesciant Iudæi, & nõ *ue cõtra Iu-*
inter ipsos *dæos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesum filiũ Naue, & filiũ Nun.

inter ipsos sit res confessa, & vulgo notissima, puncta pro vocalibus seruire apud Hebræos & pro voluntate lectorum, atque varietate regionum eadem verba diuersis punctis scribantur, vt docet D. Hieron. in epistola ad Euagrium, & quod Hebraicè legitur Nún, alijs punctis posset legi Nauén sic נוּן Nun. & נָוֵן. i. Nauen, dispungi posse & solum interesse inter lectionem Hebręam, & tralationem Lxx virorum, quòd Lxx viri vltimam literam fecere. ן. quę nunc in Hebræis codicibus est. נ. & hæc varietas vbi dubium est an hac litera vel illa sit scribenda dictio Hebræa, frequentissima est in codicibus Hebræis vt ostendimus: & Iosephum Iudæum sic dispunxisse hanc dictionem Hebræam vt dispunxere Lxx viri, & non vt dispuncta est in codicibus Hebræis, disces ex. 3. lib. Iudaicæ Antiquit. cap. 13. vbi pro Iesu Nauè, scripsit Iesum Nauecun. Videtur enim Iosephus legisse in codicibus Hebręis Iesum Nauèc, & à Nauèc dixisse Nauecum, vt ab Abraham, Abrahamum, & ab Isaàc Isaàcum, vt vltima litera controuersa sit inter scriptores: Iudæi enim esse putant postremam qui legunt Iesum filium Nùn, Iesum filium Nauèn: Iosephus postremam literam esse existimat C. qui legit Iesum Nauèc. Lxx viri. ן. vltimam literam ponũt, qui reddidere Iesum Nauè vt Iesus Nauè typus sit Christi qui nostra habitatio dicitur. Nauè enim habitationẽ significat, est enim Deus terra viuentiũ, nostra hereditas, nostra habitatio, cælestis illa Hierusalẽ. i. vera illa, & cælestis visio pacis, illa enim est vita æterna vt cognoscant te Deum, & quem misisti Iesum, & boni dicuntur à Platone in Timęo arbores plantati in Deo, quæ radices sursum versum agunt in Deum ipsum. Sed vt hæc largiatur nobis Iudaizantes, quod velint nolint, largiantur necesse est: non enim est arbitrarium, necessitas ipsa coget. Sed vt hæc nobis largiantur vel inuiti, negabunt typos, negabunt hæc mysteria: dicent allegorias has esse ab Origene petitas, statim enim Origeniacum marginibus librorum adscribunt, si interpretere spiritaliter, & nomine Origenis damnant spiritalia omnia sensa veterum Patrum. vt sic fabulas Iudæorum introducant in catholicam ecclesiã. Hoc igitur ostendamus verisimè à veteribus Patribus scriptum esse, neque posse inficiari quęquã quanuis perfricet frontem, & pudorem omnem exuat. Moses Numerorũ. cap. 13. scribit hũc Iesum filium Nauè appellatum esse prius Osee siue Ausee quod est idem quod Saluator, à iasa, quod sonat saluare: & mutato nomine, cùm erat intromissurus populum in terram promissionis à se nominatum esse Iesuà, quod significat etiã idẽ quod saluator. Quæro ergo si Osee saluatorem significat, & Iesua significat quoque saluatorẽ, cur ei mutarit nomẽ Moses, vt enim inquit CHRYS. in 5. cap. Genes. homil. 21. nõ simpliciter accipienda sunt verba scripturæ, neq; syllabæ, neque apices, in quorum profundo grauis semper inest thesaurus: Si vtrunque nomẽ Osee siue Iesuah, idem significãt, hoc est, saluatorem, à verbo Iasa. i. saluo, vt apud nostros rex, & regnator, vestis & vestimentũ, ornatus & ornamentum, cur Moses mutat nomen? & eum qui priùs vocabatur Osee, nominat Iesua, cùm significationẽ non mutet: an temerè hoc factũ dicemus? Negat Chrysost. negant omnes sancti, quidquam in scriptura dictum temerè, cur ergo mutauit nomen Moses? nẽpe Dominus appellandus esset, Hebraicè Iesuah, siue Iosue, Græce, & Latinè Iesus. ideo is qui eius typus erat Hebraicè dictus est Iesua, siue Iosue, vt nomẽ Domini esset in suo typo, & introduceret in terram promissionis is qui cognominis esset ei, qui populum fidelem introducturus erat in terram viuentium, in promissa quæ data erant à veteribus Patribus in cęlestem Hierusalem. Hoc igitur sanctissimum nomen angelus imponit nascenti puero, Vocabis, inquiens, nomen eius Iesum. Reliqua quę spectant ad interpretationem typi historiæ Iesu Naue, & huius nominis sanctissimi Iesus, leges apud sanctos patres locis citatis: & apud TERTVLL. lib. 3. aduersus Marcionem cap. 9. vbi hunc locum explanat. & apud AVGVS. quæstion. super Exodum lib. 2. quæstio. 103. & AMBROS. in Psal. 118. sermone. 5. paulò pòst principium. & in finem Psalmi. 47. & AGVS. lib. 16 contra Faustum Manichæum cap. 19. vbi diuinitùs hunc locum explanat August.

Cùm mutatur nomen Iesu Naue à Mose, necessario aliquid significari, vtlint nolint Iudæi.

D. HIERONYMVS.

Butyrum et mel comedet, vt sciat reprobare malum, et eligere bonum.

LXX VIRI.

Butyrũ & mel comedet, anteq̃ sciat ipse repellere mala, et eligere bona.

PRimùm omnium, lectio Lxx virorũ castiganda est ex lectione Hebræa, nam pro προελέσθαι eligere, legendum est, προλαβεῖν, repellere: quod Hebraicè legitur מָאַס, reprobare. Sensus huius loci est quãquam puer hic natus de virgine Deus sit ideoque dictus Emmanuel. i. Deus inter homines, verbum caro factum, quod habitabit in nobis, tamen infantulus erit vt pueri alij, & infantulorum pabulo pascetur, vt perueniat ad ætatem, qua bonum & malum corporis ministerio vitet. i. erit infans, ingens ille Deus, & paruo lacte pascetur, & melle, & butyro, infantulorum cibo, vt adolescat, vt cæteri pueri. CHRYSOS. in demonstratione, quod Christus sit Deus, Docuit Propheta, illũ quem peperit virgo, esse Emmanuelem. i. Deum inter homines: nunc docet quod verè sit homo, hoc enim significant hæc verba, Butyrum & mel comedet, quòd his cibis pueri recens nati pascantur. IREN. li. 3. ca. 26. diligẽter, inquit, significat spiritus sanctus hũc natum è virgine Deũ esse, cùm dixit, Vocabitur Emmanuel. i. Deus inter homines, & declarat hominem esse, appellat enim infantem cùm dicit, Butyrum & mel comedet, & cùm dicit, Priusquam cognoscat bonum aut malum: hęc enim omnia sunt infantis. Ergo iuxta sententiam Irenæi describitur his verbis Christus infans, vt superioribus erat descriptus Christus Deus: sic, butyrũ & mel comedet. i. pascetur butyro & melle vt cæteri infantes, vt sciat ministerio corporis, scilicet, & scientia experimentali quam appellant, reprobare malum, & eligere bonũ, id est, vt adolescat vt cæteri pueri, & crescat ætate, & sapientia experimentali iuxta illud euangelij: Puer autem proficiebat ætate, & sapientia apud Deum: & iuxta Lxx seniores, quam tralationem interpretatur Irenæus, butyrum & mel comedet. i. erit infans, signum enim infantiæ est pasci butyro, & melle, antequam sciat repellere mala, & eligere bona. i. in infantia pascetur hoc cibo, nam in infantia nescit puer reprobare mala, & eligere bona. Iudæi hæc ad Ezechiam regem referunt, aut ad alias nugas, omnia enim peruertunt: vide tu, an hæc quæ dicta sunt & sequentia, eò possint referri, quicunq; sententiã Iudæorũ sensum literalẽ putas. Sic TERTVL. etiã aduersus Iudæos hunc locũ explanat, in probatione natiuitatis Christi, & his verbis declarari ait ordinem infantiæ Christi, vt post illud signum ingens quo virgo paritura Deũ sit, nunc alius ordo infantis Christi declaretur, vt immensus ille Deus factus infans butyro pascatur & melle, & infantiæ tempora transigat, vt pueri cæteri: & 3. lib. aduersus Marcionem cap. 8. hoc loco diuinis humana coniuncta à Propheta ait, qui virginem parituram dixit, & parituram Emmanuelem. i. eum qui cùm nascetur homo, mõstrabitur esse Deus inter homines, & quanuis sit Deus, nascetur infans: nam signum infantiæ est, butyrum & mel comedet, quod Hebraicè est. לְדַעַת. ad sciendum: quod D. Hieron. vertit, vt sciat: Lxx viri, antequam sciat: eodem sensu quo supra dictũ est. IVSTIN. aduersus Tryphonem Iudęũ, interpretatur hunc locum, & EVSEB. lib 7. cap. 2. & AMBROS. de Cain & Abel lib. 1. cap. 4. & de Abraham Patriarcha lib. 2. cap. 4. & Epiphanius in Ancyroto.

Contra eos qui sententiam Iudæorum, sensum literalẽ putant.

D. HIERONYMVS.

Quia antequam sciat puer reprobare malum, et eligere bonum.

ALiter hic locus dispunctus à D. Hieronymo est quam à Lxx viris, nã D. Hieron. hæc verba sequenti sententię tribuit. Lxx viri hæc ita vertere vt intra hæc perfecta absolueretur sententia, neque verba hæc spectarent ad sequentia: sed siue hoc siue illo modo dispungas, his verbis Christi diuinitas declaratur, prius ergo interpretemur tralationem Lxx virorum, qui intra hæc verba perfectam concluere sententiam, posteà cùm sequentia interpretabimur, quò retulit hæc verba D. Hieron. tralationem D. Hieron. enucleabimus. AVGVS. de incarnatione verbi lib. 2. in principio, quòd de Christo dixit scriptura dilexisse iustitiam, & odisse iniquitatem, & quòd. 1. Petri cap. 2. dictum est peccatum non fecisse, neque dolũ inuentum fuisse in ore eius. Dixit Esaias, Quia antequam puer sciat bonum aut malum, auertet se ab iniquitate, vt eligat bonum. AVGVS. lib. 8. de Genesi ad litteram interpretans hunc locum quærit, Quomodo quod nescit, cõtemnit, aut eligit? quia hæc duo, inquit, sciuntur aliter per prudentiam, aliter per experientiam: per experientiam boni, malum scitur, & si non sentitur: tenetur enim bonum ne amissione eius sentiatur malum: Item per experientiam mali scitur bonum, quoniam quid amiserit sentit: priusquam ergo sciret puer per experientiam, aut bonum, quo careret, aut malum, quod boni amissione sentiret, contempsit malum vt eligeret bonum: singulare exemplum obedientiæ, quippe qui non venit facere voluntatem suã, sed eius

LXX VIRI.

Ideo, antequam sciat puer bonum aut malum, non credet malitiæ vt eligat bonum.

elegit
bonum eligere & malũ reprobauit puer sciat anteq̃ Quũ
כִּי בְּטֶרֶם יֵדַע הַנַּעַר מָאֵס בָּרַע ו בָּחוֹר בַּטּוֹב

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed eius à quo missus est non sicut ille qui elegit facere voluntatem suam nõ eius à quo factus A
est,quia sicut per vnius inobedientiam facti sunt multi peccatores,ita per vnius obedientiam
iusti constituti sunt multi.Origenes cum loco citato,superiore commẽtario, dixisset, his ver-
bis significari nunquam in Christum iniquitatis sensum intrasse,quod habitaret in illo omnis
plenitudo diuinitatis corporaliter,quod Paulus ait,& iuxta illud,Dilexisti iustitiam & odisti
iniquitatem: &, Qui peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius : &, Quis vestrum
arguet me de peccato? &, Ecce venit princeps mundi huius , & in me non habet quicquam,
cum hæc dixisset,adiecit: atqui anima rationali præditus,boni malique capax , videri potuit,
verum, quoniam boni malique eligendi facultas fuisset huic animæ quę Christi est, ita ele
git iustitiam , vt pro immensitate dilectionis ei inconuertibiliter inhæreret, & ita fuit qui-
dem in Christo humana & rationabilis anima,nullam tamen possibilitatem habuit peccandi,
vt ferrum capax quidem est frigoris,& caloris,si semper tamen sit igni candens non posset re-
cipere frigus: sic illa anima quæ quasi ferrum ignitum , sic erat Deo vnita vnione hypostatica
theandricas habens operationes non potuit peccare quod hoc loco ait Esaias. IREN.lib.3.ca. B
26.docet diligenter ab spiritu sancto describi hoc loco Christum Deum,& hominem.Quod
hic puer natus è virgine ante partum,in partu,& post partum,vocatur Emmanuel.i.Deus inter
nos,ne quisquam hominem nudum esse crederet,quasi diceret,quanquam è virgine sit natus,
Deus tamen est inter homines habitans iam, post hac ne rursus Deum sine carne putares adie-
cit:Deum quidem esse,sed hominem factum quod mõstratur illo:butyrum & mel comedet,
& in eo quod monstratur puer infans verbis illis: priusquam cognoscat bonum , vel malum,
hoc enim ætatis infantis est nõ cognoscere bonum nec malũ,&ne rursus nudum hominẽ exi-
stimet quisquam quod his verbis: priusquam cognoscat bonum aut malum eius infantia des
cribatur ,quod Christus natus de virgine puer infans , pabulo aliorum infantulorum sit alen-
dus.vt qui exiget tempora infantiæ vt alij pueri infantes,& crescet & proficiet ætate,& sapien
tia apud Deum,intellige tu ministerio corporis,& scientia experimẽtali. ne nudum igitur ho
minem illum quisquam existimaret subiecit:non consentiet nequitiæ vt eligat bonum,quod
proprium est Dei.CHRYSOS.in demonstratione quod Christus sit Deus his verbis etiam de C
clarari ait quod non sit purus homo. TERTVLL.lib.3.aduersus Marcionem his verbis docet
declarari quod Deus sit,nam non assentire malitiæ vt eligat bonum,signum Dei est , erat enim
agnus immaculatus , & quidem si attente hæc legas ,rectè signum diuinitatis aiunt sancti Pa-
tres,quod semper eliget bonum, & non assentiet malitiæ:sic enim 12.Meta ta physica de scribi
tur Deus ab Arist.quod natura eius sit intelligere,& contemplari semper seipsum,& hæc eius
sit essentia seipsum semper contemplari & intelligere , nempe quod repugnet diuinæ naturæ
mala contemplari , aut se inferiora, & superius nihil est,sed inseipso videt omnia , & vult om
nia.lege EVSEB.lib.7.demonstrationis euangelicæ. cap. 2. & AMBROS.in libro de paradiso
cap.6.& de Caim & Abel.cap.3.& de Abraham Patriarcha lib.2.cap.2. & in lib. de incarnatio
nis Domini sacramento cap.7.vbi hunc locum multis verbis explanat, & comparat euãgelij
verbis capitis 2.Lucæ quod idem ait in cap. Lucæ.3.de genealogia Domini.

Reliquum ergo est vt dicamus quæ causa fuerit dissidij tralationis D.Hieronymi & Lxx vi
rorum & Hebræam lectionem expendamus, an sanctorum Patrum interpretationi consen
at, punctum vnum quod male Iudæos pungebat fecit totum hoc dissidium,si dissidium dici D
potest,cum verbis dissideas, & re consentias .D.Hieronymo necesse fuit sequi lectionem He
bræam ita dispunctam vt vulgo circumferebatur,& eam Latinè sic reddere fideliter: Lxx vi-
ri ad nos transmittunt suorum temporum lectionem Hebræam , & puncta quæ commodis-
sima sunt visa. D.Hier.igitur legit פָּאַס reprobare,vt sit, antequam sciat puer reprobare malũ
& eligere bonum, & coniungit sententiæ sequenti,Lxx viri mutato puncto,quod D.Hieron.
legit tempore infinito פָּאַס reprobare,præterito tempore transtulere פָּאַס reprobauit, quæ le
Hoc loco in xantralatio ncm Lxx, cõstricti in vinculis te ncntur. ctio male pungebat Iudæos si sic verteres ad verbum,antequam sciat puer reprobabit malum
& eligere bonum . quod Iudæi etiam si in mille facies se verterent non possent tribuere nisi
Christo Deo, & homini . Quis enim puer nudus antequam sciat reprobat malum? aut quo re
ferre Iudæus hæc poterit ? de quo dici queat nisi de Deo homine facto dicendum fateatur Iu
dæus ?antequam sciat puer reprobabit malum, versetdolos Iudæus,fingat quas velit fabricas
fingi cogitatione puer non potest qui antequam sciat reprobat malum , eligere bonum . i. ad
eligendum bonum.Nam ו, coniunctio copulatiua(et)pro ornamento apud Hebræos freque
tissimè

A tissimè accipitur: & sic accepere Lxx,vides in lectione Hebręa si ad verbũ vertas vt dispuncta
à Lxx viris est:vnde nasci potuerit quæstio illa inter scolasticos Theologos disceptata, an
Christus in instanti suæ conceptionis meruerit primo actu , quæ meruit per opera sequentia
omnia: legitur enim,Antequam sciat puer reprobabit malum,eliget bonum,in infantia scili-
cet, vt dictum est,in ipso suæ conceptionis instanti: nam , Eligere bonum .i. ad eligendum bo
num vulgatũ est. Lxx viri ,quod Hebraicè erat,Priusquam sciat puer,additis verbis de suo, sic
interpretantur .i. priusquam sciat bonum aut malum , cum Hebraicè tantum sit , priusquam
sciat,vt interpretari possis priusquam sentiat,videat,audiat,in ipso ventris vtero per corporis
ministerium,& per corporis organa,scientia,& sensu vsuali in ipso suæ conceptionis instanti
cùm per ministerium corporis hęc non faciebat,reprobauit malum,eligere bonum.i.ad eligẽ
dum bonum , hoc est, edet actum caritatis perfectiss. quo quæritur scolasticis quæstionibus
an meruerit tantum quantum per omnia opera sequentia: & si sic dispunctam Hebræã lectio
B nem ad verbum vertas,priusquam sciat puer repellet malum eligere bonum poterit, significa
re priusquam nascatur,in ipso instanti conceptionis repellet peccatum originis offerendo se,
& passionem suam pro redemptione generis humani, eligere bonum. i. vt nobis mereretur
gratiam ad eligendum bonum.

D. HIERONYMVS.

Quia antequam sciat puer reprobare malum, et eligere bonum,derelinquetur terra quam tu detestaris,à facie duorum regum suorum.

LXX. VIRI.

Derelinquetur terra quã tu times , à facie duorum regum.

DIxi D.Hieron.verba illa quæ suprà sum interpretatus,tribuere huic inferiori sententiæ.
Lxx viri aliud initium faciunt huius sententiæ , idem tamen vtriusque versionis sensus
est: & meminisse oportet historiæ quæ à principio dicta est, cùm vastata pene Iudæa esset
à rege Israel,& à rege Syriæ:posteà cõiungere copias rex Israël,& rex Syriæ quas multò maio
C res auxerant , priùs enim vterque per se non magna manu vastauerat Iudæam , nunc cum vno
consilio contracto maximo exercitu vterque coniunctis copijs vastatum Iudæam venirent,
timuit rex Iudà imminere vastitatem illam prædictam à Mose,& à Iosue filio Nun , cum in tã
tum timorem demersus esset Achaz rex,& vniuersus populus Iudà , prænunciauit Dominus
per Esaiam nihil esse pericli à duobus regibus,vt suprà dictum est,& vastitatis illius postremę
vniuersæ Iudææ,quam prædixit Moses & Iesus Naue: signum petere iussit Achaz,non peten-
ti,Dominus ipse signum dedit partum virginis,& Christi natiuitatem, postquam futuram di-
cet vastitatem illam prædictam à Mose , & à Iosue:in præsentia signa duo dat,etiam aduentus
Christi,primum quod sub natiuitate Christi illa duo regna quæ nunc bellum intulere Iudææ
desinent esse regna,& quod vniuersæ Iudææ vrbes vastabuntur:& primum factum est ante ad
uentum Christi regnum Syrię & Samariæ,à Romanis redacta sunt in prouincias,quod nume
ratur à nostris inter signa aduentus Domini : multa enim signa aduentus Domini literis pro-
phetici sunt reddita, inter quæ vnum erat hoc, quòd regnum Damasci,& Samariæ, quæ vsq; *Refellitur quisententiam Iudæorũ, sensum litteralem faciunt.*
ad illa tempora mutabant quidem dominos, sed regna esse non desinebant,erant desitura esse
regna, & erant in prouincias redigenda. Sic EVSEB.Cæsarien.Demonstrat.Euang.lib.7.cap.2. *Signa aduẽtus Christi.*
D vbi etiam refellit Iudæos,qui hæc ad Ezechiam referebant, vt sint ridendi qui sensa Iudæorũ
historiam scripturæ faciunt.Quid aliud dicunt quam hoc prætextu Iudęorum aniles fabulas,
vt appellant veteres patres , non esse aniles fabulas , hos ego non miror , miror viros doctissi- *Premitur Iudæi abeu sebio.*
mos,& maximè pios rerum sacrarum scientissimos,qui hæc aliquando probarunt, quos suæ
sententiæ pudere opinor. Nihil est quod hoc loco Iudæos refellamus,refellat Euseb.stulta, in
quit Quintil.per se sunt ridicula.Euseb.his locis premit Iudæos loco citato, En deletum est,in
quit,regnum Samariæ , & regnum Damasci,cuius longe lateque patebat imperium : hoc sig-
num datum erat aduentus Christi,hoc signum completum vides ô Iudæe, aduenit ergo Chri-
stus.Vides hæc omnia completa,puerum è virgine natum,qui Emmanuel .i.Deus inter homi-
nes est,qui melle,& butyro pastus,qui infantiæ tempus excesit,vt reliqui infantes, in quo do
lus non sit inuentus,vides duo regna deleta. Si vides,O Iudææ inquit Euseb. hæc duo regna sta
re,expecta adhuc dum veniat messias,sin vides hæc olim iam diruta , venit ergo Messias. Te
rogo,quid velis facere Iudęos,qui pergunt pergere,& tuentur suam impietatem , cũ se videãt
in has

Universidad de Deusto
Biblioteca

in has anguſtias redactos à noſtris maioribus? fateantur hæc ita eſſe? damnent ſuam cauſſam, quam mordicus defendunt? nunquam facient. Quid ergo? deſlectent aliò ſenſum ſcripturæ, inuertent vaticinia prophetarum, texent fabulas anileis, hunc ſenſum dicet quiſquam eſſe hiſtoricum? Non his locis, aiunt, ſed vbi non pugnant cum ſcriptoribus ſacris: vbique pugnant de ſenſu, & intellectu ſcripturarum nequis erret. D. BASIL. in ſanctam Chriſti generationem, ſignificat hoc inquit, Zachariæ hiſtoria, quam ex traditione maiorum accepimus: quod enim Zacharias Mariam poſt Domini partum inter virgines collocaret, à Iudæis fuerit interfectus inter templum & altare, accuſatus à populo, quòd hoc facto probarit ſignum illud admirabile Eſaiæ de virgine paritura eſſe completum, hæc BAS. nec mirandũ eſt, ſciebât enim poſt hoc ſignum arſuras vrbes Iudææ

Cur interfectus ſit Zacharias. Virgo Maria, poſt natum Dominum, reputata inter virgines.

A

D. HIERONYMVS.

Adducet Dominus ſuper te, et ſuper populum tuum, et ſuper domũ patris tui, dies, qui non venerunt à diebus ſeparationis Ephraim à Iudà, cũ rege Aſſyriorum: et erit in die illa, ſibilabit dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti: et api, quæ eſt interra Aſur, et venient, et requieſcent omnes in torrentibus vallium, et in cauernis petrarum, et in omnibus frutetis et in vniuerſis foraminibus.

LXX VIRI.

Sed adducet ſuper te Deus, & populum tuum, & ſuper domum patris tui, dies qui nondum venerunt, ex qua die abſtulit Ephraim â Iuda, regem Aſſyriorum: & erit in die illa, ſibilabit Dominus muſcis, quæ dominabuntur parti fluminũ AEgypti, & api quæ eſt in regione Aſſyriorum, & venient, & requieſcent omnes in vallibus regionum, & in foraminibus petrarum, et in ſpeluncis, & in omnem ſciſſuram, & in omni ligno.

B

C

VTraque tralatio conſentit cum lectione Hebræa: tralatio tamen Lxx, mihi videtur admirabilis, quanquam ſunt qui negent ſe intelligere quid ſibi velint Lxx. Contra putat IVSTIN. in dialogo aduerſus Tryphonem, & EVSEB. lib. 7. demonſtrat. Euangelicæ cap. 2. qui tam plana hæc putant, & perſpicua, vt interpretatione egere non putent. Ita ea citant tanquam notiſsima & planiſsima: quid enim apertiùs quàm quod dixere Lxx viri, vt ſignificarent poſt partum virginis, tunc adducturũ Dominum, imperatorem Romanum, qui vaſtitatem inferat Iudææ, quod Chriſto manus attulit? Adducet, inquiunt Lxx, ſuper te Deus, & ſuper populum tuum, ô domus Dauid ſcilicet, & ſuper domum patris tui, dies qui nondum venerunt, ex qua die abſtulit Ephraim à Iudà. i. poſtquã ſeparatę ſunt decem tribus que Ephraim nomine vocantur à Iudà. i. à duabus tribubus appoſitiuè regem Aſſyriorũ. i. imperatorem Romanum, qui eo tempore rex erat Aſſyriorum, illa enim omnia poſsidebat tũc imperator Romanus. PROCOP. quoſdã ex veteribus Theologis hoc ſenſiſſe ait, quod tunc orbi dominaretur imperator Romanus, regem Aſſyriorum eſſe appellatum hoc loco, rex AEgypti erat rex Aſſyriæ: vndè Iudæi, Non habemus regem niſi Cæſarem: & Dominus, Quæ ſunt Cæſaris reddite Cæſari: ſic hunc locum explanat Euſeb. Et certè etiã ſi non eſſet imperator Romanus rex Aſſyriæ, & rex orbis terrarũ, in literis ſacris videmus tropos mille, figuras mille, & ſic TERTVLL. lib. 3. aduerſus Marcionem regem Aſſyriorum pro Herode interpretatur, quod apud poëtas, & oratores eſt frequentiſsimum, vt: Nõ Simois tibi nec Xanthus, neq; Dorica caſtra, apud Maronem poſita pro Latinorũ, & Rutulorũ caſtris: Et, —Alius Latio iam partus Achilles pro Turno, ſed huiuſmodi exemplorum plena ſunt omnia: neque ſolum veterum authoritate hæc ſic explananda cenſemus, ſed authoribus certiſsimis. Primum illud eſt quod ait propheta: Adducet Deus dies, quales non fuerunt. i. cladium omnium maximam. leges apud IOSEPH. cum alijs locis plurimis, tum lib. 1. de bell. Iud. in princip. & li. 5. cap. 27. omnium nationum clades quæ vllo vnquam fuere tempore, inferiores fuiſſe clade Iudææ illata à Veſpaſ. & illa longè longeque maior fuit ea quę importata eſt Iudęę ab Adriano, vt leges apud Dionem: & vrbis alicuius fortaſsis eladem aliquam reperies quæ cum ijs videatur poſſe comparari, at vniuerſæ

A vniuerſæ regionis Iudææ vbi deleta ſunt incendio quinquaginta munitiſsimæ vrbes, & vici nobliſsimi nongenta octoginta quinque (vt refert Dion) ſi euoluas omneis hiſtorias, ſi excutias omnia vetera monimenta, nihil reperias quod cum hoc vlla ex parte poſsit comparari: vnde quoties apud Hieremiam, aut Ezechielem prædicitur inuehenda Iudææ omnium quæ vnquam vllo tempore fuere, aut futuræ eſſent, maxima calamitas: hęc de qua agimus eſt intelligenda niſi cum Iudæis velimus mendaceis facere prophetias, hæc enim omneis ſuperat cladeis infinitis partibus, que vllo vnquam tempore nationibus orbis terrarum inuectæ narrantur: cum ſuperioribus hæc cohærent bellum: Aſſyrium, aut Babylonicum non cohæret: prætereà AEgyptij, & Babylonij nunquam cõiunxere copias aduerſus Iudęos, neque tantæ erant vires Iudæorum vt neceſſe eſſet Babylonios, & AEgyptios aduerſus Iudæos cõiungere copias, quin AEgyptij, & Babylonij inter ſe aſsiduè bella gerebãt. Quando verò Romanus Imperator orbis terrarum imperator erat, & idẽ Imperator Romanus erat rex Aſſyrius, rex AEgyptius, rex Babylonius, tunc ſub ſignis Romanis militabant AEgyptij, Aſſyrij, & Arabes, & omnes nationes, quod leges apud Ioſephum, & apud Dionem: ergo propheta cùm ſimul AEgyptios, & Aſſyrios oppugnaturos Hieroſolyma dicit & ſubuerſuros, digito oſtẽdit Romanos: ſimul enim Aſſyrios, & AEgyptios expugnaturos Hieroſolyma dicit propheta, non diuiſim, vt vult D. Hieronymus in commentarijs: adde quod bello Babylonico non magna à Deo multitudo inf luxit in Iudæam, quod Dominus ait apud Hieremiam, & apud Ezechiel. ſed parua manu expugnata Hieruſalẽ eſt vt nutu Domini factũ appareret. Hic infinita multitudo aff luxiſſe deſcribitur, quę muſcarum, & apum comparatur multitudini. Nam quòd D. Hier. ait, Babylonios in Iudæã deduxiſſe colonos, & hoc eſſe quod propheta dicat: Venient, & requieſcent in torrentibus valliũ, & in cauernis petrarũ, & in omnibus frutetis, & foraminibus. Vbi quæſo literæ ſacræ huius rei meminere, vt tanta vis Aſſyriorum in Iudæã inf luxerit, vt habitaret vrbibus Iudęę, vt de ijs verba hæc prophetę dici poſſent? quę tantam vim hominũ ſignificant, vt numero comprehẽdere ſit difficile, cùm eos cũ muſcis, & apibus comparat, quæ complent torrenteis vallium, cauernas petrarum, fruteta omnia, omnia foramina. Adde quod propheta non Babylonios ſignificat ſolùm, ſed AEgyptios etiam, certè hęc comparatio potiùs ingẽteis copias ſignificat Romanorum ex Aſſyrijs, AEgyptijs, & alijs nationibus conſcriptas, quando ſimilitudo eſt apum, & muſcarum quę complent valleis, & foramina petrarum, ſpeluncam omnem, ſciſſuras, & omne lignum, quod factum reperies ſi Ioſephum euolueris.

B

C

Aliarũ nationum nomine, Romanos intelligi.

D. HIERONYMVS.

In die illa, radet Dominus in nouacula conducta in ijs qui trans flumen ſunt in Rege Aſſyriorum caput, et pilos pedum, et barbam vniuerſam.

LXX VIRI.

In die illa radet Dominus in nouacula inebriata trans flumen Regis Aſſyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam auferet.

D

שכירה Si primæ literæ punctum adiungas dextro lateri, ebria, ſignificat, vt vertere Lxx: ſi ſiniſtro, conducta, vt vertit D. Hieronymus, Conduxit enim & contraxit ingenteis copias maximis ſtipendijs imperator Romanus, vt ſubuerteret Iudæam. Sed verſio Lxx virorum non leue argumentum eſt ſententiæ ſuperioris: ſiquidem perturbationes animi ebrietati ſimiles eſſe prædicat ARIST. cum alijs locis tum 7. ad Nicomach. & Romani ardentes iracundia, & perciti furore vaſtauerunt Iudæam, præſertim ſub Adriano, ita vt omnia flammis, & ferro abſumerent, neque talis fuit Babylonica captiuitas, vbi qui ſe dederent hoſtibus, afficiebantur impunitate, & dirutis Hieroſolymis venia data plurimis eſt. Lege Dionem in vita Adriani, & intelliges quã in Iudæos vniuerſos gladius Romanus ſeuierit. Ait ergo propheta, In die illa radet Dominus in nouacula ebria trans flumen Regis Aſſyriorum. i. in illa die radet Dominus in nouacula ebria Regis Aſſyriorum: ſic enim hæc intelligenda ſunt ex ſermone Hebræo. i. ira, & furore imperatoris Romani: vel, radet nouacula ebria regis Aſſyriorum in his, quæ trans flumen ſunt: vel, vt verterunt Lxx ad verbum ex Hebræo: Trans flumen, vel, vltra flumen. i. etiam vltra terminos Iudææ, Nam Iudæam eſſe definitam fluminibus Iordane, Euphrate, & finibus AEgypti, res eſt notiſsima: quanuis ea loca Iudæis intermiſti incolerent alienigenę ob Iudęorum peccata: vt ſit, trans flumen. i. trans flumina, quod Hebræis ſolenne eſt hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

est hac numerorum libertate vti.i.vltra terminos Iudææ prouinciæ, vbicunque aliquod Iudæorum esset oppidum quod in vita Adriani apud Dionem reperies,qui refert Iudææ quinquaginta oppida munita, & celeberrima esse deleta, quod ego non puto esse in vniuersa Hispania,& vicos nongentos,& octoginta quinque esse deletos:in captiuitate Babylonica tantum factam Hierosolymorum mentionem reperies,quod eo tempore Iuda angustis finibus esset circumscripta,quod reliqua tenerent aliæ decem tribus,quę Israël,siue Ephraim dicebãtur. Postquam vero Israël ductus captiuus est nec redijt vnquam post captiuitatem Babylonicam, latè se fuderunt Iudæi,& multi ex Israël qui redierant vnà cum multis etiam qui cum abductus Israel captiuus est,delituerant in montibus,& solis locis, & se receperãt in regnum Iuda, & inter Iudæos resederant,& ita hoc loco: Vltra flumẽ,ait,propheta,vastabitur Iudæa .i. à fluuio vsque ad fluuium, quod factum leges apud Dionem in vita Adriani. Si tale quidquam de captiuitate Babylonica in literis sacris aut historicis scriptum est,non causam dico, quin habeat mendacissimus. In captiuitate Babylonica prædicta est Hierosolymorum vastitas,nec dubito,quin oppida Iudæ sint diruta aliquot,quod Iuda exiguis sane finibus contineretur. Hic vltra Fluuios.i.vltra terminos Iudææ,à fluuio,vsq; ad fluuium dicitur euertenda, idque gladio ebrio,qui nulli parcat, qui præciso omni respectu omnia amputet, quod factũ esse proditum est Romanis historijs. Quod autem ait propheta,caput, pedum pilos, & barbam vniuersam, significari putat EVSEB. ablaturũ Dominũ omnem ornatum Iudææ,quod propheta loquatur de Iudæa tanquam de vno quodam corpore, cuius Dominus se capillos,barbam, & totius corporis pilos attonsurum prædicat: quod hæc pro ornatu sint hominis, quæ sunt omnia optime dicta. Tamen puto significari etiam vastationem agrorum: virebat enim mira amænitate nemorum,montium,olearum,arborumque omnis generis, caput Iudææ Hierosolyma, ex illa pulchritudine in fœdam quãdam deformitatem redactũ luget Iosephus de bello Iudaico cap.1.lib.6. pedes Iudææ,& corpus,Galilæa,& Carmelus ita vernabant arboribus consita,& vitibus,fontium amænitate,vt nulli horti describi possint amœnores,quàm describuntur à IOSEPH. belli Iudaici lib.3.cap. 4. quæ omnia excisa & in vastitatẽ redacta sunt à Romanis eodem authore & lib. citato. & sic reliqua Iudæa, vt hortus quidam irriguus vernabat,quæ omnia vasta relicta sunt à Romanis. Hos ego pilos capitis, corporis, & pedum regni Iuda attondendos puto significari à propheta, vt enim pili, capilli rutili,aurea barba supercilia,pro ornamento corporis sunt: sic regno Iuda pro ornamento erant hęc quæ quoquo circuntulisses oculos vernabant omnia.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa,nutriet homo vaccam boum,et duas oues: et præ vbertate lactis comedet butyrũ. Butyrum,et mel comedet omnis qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis in spinas,et in vepres erunt. Cũ sagittis et arcu ingredientur illuc,vepres enim et spinæ erunt in vniuersa terra. Et omnes montes,qui in sarculo sarriẽtur, non veniet illuc terror spinarũ et veprium, et erit in pascua bouis, et in conculcationem pecoris.

LXX VIRI.

Et erit in die illa,nutriet homo vitulã boũ,& duas oueis, & erit à multũ facere lac,comedet butyrũ,quia butyrũ & lac comedet omnis relictus super terrã. Et erit in die illa,erit omnis locº vbicunq; fuerint mille vites mille siclis, in solitudinẽ erunt,& in spinã: cũ sagitta, & arcu ingredientur illuc,quia terra inculta, & vepres erit vniuersa terra, & oĩs mõs aratº arabitᷣ, nõ veniet illuc terror. Erit eñ à solitudine,& spina ĩ pascua ouis,& cõculcationẽ bouis.

HAEc omnia explanat EVSEB. vsque ad finem capitis lib.2.cap.39.& lib.7.cap.2. inde pete huius loci expositionem. Mihi magis placet sentẽtia Cyrilli vsque ad finem capitis, vt describatur vastitas Iudææ hic cum dicitur: Nutriet homo vaccam boum,& duas oueis,& qui residui fuerint ex illa clade importata Iudææ,redigentur ad tantam mendicitatem, vt ille pro sum-

A pro summis opibus vacca boum, & pro grege oues duæ, & tanta erit hominum paucitas vt lac vnius vaccæ,& duarum ouium exsatiet familiam,& superfit vt inde fiat caseus,& butyrũ. Mihi videtur non magis posse poni ante oculos paucitas hominum,& inopia,post illam eladem,quàm si vna vacca,& oues duę pro gregibus & armentis sint, & quàm si ex tam exiguo grege, postquam familia & vicini saturi fuerint, supersit copia lactis ad caseos, & butyrum, quod exaggerãt adhuc verba Prophetę: Butyrũ enim & mel mãducabit omnis qui relictus fuerit in medio terrę. quasi dicat: Aio,inquam,hoc futurum,cum hoc solo cibo vescentur omnes,neque alijs edulijs vtentur,quam melle,& lacte, quia summos monteis incolent, nec se audebunt credere planis locis residui Iudæi: Quo enim se recipient cũ omnia pareant Romanis armis? & ita subiungit propheta: Et erit in die illa omnis locus,vbi fuerint mille vites: aut (vt vertisse videntur Lxx seniores) vbi fuerint mille vineę,mille argẽteis in spinas, & vepreis erunt: admirabilis vilitas, quæ non possit esse nisi in summa totius Iudææ vastitate: vt
B mille vineæ, mille siclis veneant: sic enim vertere Lxx vna quęuis vinea, vno siclo.i.drachmis quatuor,nam Hebraicè est.גפן .i. vinea: aut, vnaquæuis vinea veneat singulis drachmis iuxta tralationem D. Hieronymi,quę magis consentire videtur cum lectione Hebręa,& causam tantæ vilitatis subijcit: In spinas, & vepreis erunt.i. non mirandum si vna drachma venditur vna vinea,quod nemo erat qui coleret vineta,& in solitudinem redigebantur,vnde sequitur: Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc, vepres enim & spinæ erunt in vniuersa terra: signum hoc est extremæ vastitatis: Nam quæ olim erant vineta,& culta loca, ingredientur Iudæi residui cum sagittis,& arcu, tanquã syluas horridas ad venandum,non tanquam ad vindemiam, quia erunt omnia vasta sine habitatione, redacta in senticeta, & vepreta, ac ferarum solitudines. Vnde postea: Et omnes montes qui in sarculo sarrientur,non veniet illuc terror spinarum & veprium. Commune hoc est omni vastitati,vt Plato ait lib.de legibus,& ARIS.cũ
C alijs locis, tum primo Meteororum: vt qui residui sunt ex vastitate, summos montes colant, & gregibus,& armentis alantur,arent monteis & paulatim descendant ad plana loca. Promittit tamen Deus Iudæos esse multiplicandos, & terram vberes fructus illis laturam,quia apud Oseam prædictum est tantam futuram copiam Iudæorum, vt repullulent velut vermiculi,& ideo montes quos colent non proferent spinas, sed fruges,vt magna sit semper Iudæorum copia,& multitudo vt per varia temporum interualla,turmatim & agminatim ecclesiam intrẽt, quod patrum,& auorum nostrorum memoria bis factum esse dicitur.

IN ESAIAE CAP. VIII.

D. HIERONYMVS.

Dixit Dominus ad me: sume tibi librum grandem, et scribe in eo stylo hominis.

LXX VIRI.

Et dixit Dominus ad me: sume tibi librum nouum magnum, & scribe in eo stylo hominis.

Prophetæ, tropicis locutionibus & allegoriæ miscent veritatẽ, quod Lxx faciũt frequẽtius vt veritas mista allegoriæ,lucẽ afferat. Nouum testamentũ.

INDisputatione de tralationibus, suprà pluribus demonstraui: veteres patres docere Lxx viros multa addidisse,quæ res ipsa indicaret affatu spiritus sancti esse addita, quæ lucem scripturæ adferant, & verbis euangelicis scripturã enodent: ostendiq; D. August. commẽdare prophetas, hoc nomine quòd tropicis loquutionibus (vt ipse ait) veritatem miscent, vt veritas admista obscuritati allegoriæ præferat facem, & doceat quò tota sit referenda allegoria, quæ laus Lxx virorũ est frequentissime. Quanquã enim hoc prophetæ sępè,faciũt frequẽtius quo ties allegoriæ mista veritas est,quæ allegoriæ lucem afferat, factum à Lxx viris est, vt hoc loco: addito enim vno verbo,vel dormienti aurem vellunt & monent, quò tota hæc referẽda sit prophetia. Hebraicè tantum est: Sume tibi librũ grandẽ: vt vertit D. Hier. Lxx addidere,nouum, vt admonerent prophetiã esse de testamento nouo: Edidere enim, Sume tibi librũ nouũ grandẽ,quasi diceret; sume tibi magniloquũ illũ noui testamenti librũ, de quo toto hoc cap. sententia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sentétia omniũ veterũ, sermo est. CYRIL. Nouus liber, & magnus, hîc dicitur nouũ testamen A
tũ, non enim ad instar veteris testaméti nouum est conscriptũ, quod nouum testamentũ Chri
sti mysterium nunciat planè, quod sit hoc cap. nec veteris testamenti præfert humilitatẽ, sed
cognitionis excellentiam, & superlationem: vndè D. Paulus, Propter excellentiam cognitio
nis Christi, &c. EVSEB. Cæsarien. demonst. Euang. lib. 7. cap. 3. Nouus liber, inquit, de aduentu
Dei, qui continet natalitia Christi, filij prophetidis Mariæ. PROC. eisdem penè verbis eadem.
CLEMENS. Alex. Stromaton lib. 6. videtur hunc locum sic interpretari, vt præsignificari pu
tet in aduentu Christi obscuritatem scripturarum illustrandam esse, & stylo plano, quem ho
mines sua sponte intelligere possint, Christi mysteria esse scribenda. Nam vsque ad tempus
aduentus Christi obscura omnia erant quæ apostolis sunt reserata, & renouatis illorum cordi
bus digito spiritus sancti inscripta. OECVMEN. in cap. 3. epistolæ ad Heb. in illa verba, Sacri
ficium, & oblationem noluisti, ait, Esaias mysteriũ de vnigeniti incarnatione edoctus, audiunt
Scribe mihi stylo hominis. PROC. Stylo hominis, inquit. i. oratione perspicua, & plana, & B
omnibus peruia, qua oratione iubet scribi Christi incarnationem, quæ omnem sensum exsu
perat. EVSEB. lib. 7. cap. 8. hæc omnia libro nouo & magno, literis mãdari iubet Dominus, hoc
modo significans nouum testamentum.

D. HIERONYMVS.

Velocitèr spolia detrahe, citò prædare.

LXX VIRI.

Vt velociter deprædationem faciat spoliorum, adest enim.

לְמַהֵר שָׁלָל חֹשׁ בָּז

LEctio Hebr. potest verti לְמַהֵר citò, vt ל sit articulus designans ea, quæ iubeat Domi
nus scribere. שָׁלָל spolia, vt sit, celeriter spo
lia, & sic reddidit D. Hieronymus, velociter spolia detrahe, vt sit sensus, nomen Domino futu
rum, velociter spolia detrahe, quod victo Satana, velociter ei detraxit spolia, de quo nomine
& de spolijs, quæ detraxit Dominus Satanę paulò infrà dicendum est. Potest reddi quoque le
ctio Hebræa לְמַהֵר ad festinandum, שלל spoliare, & sic reddidere Lxx vt velociter depræda
tionem faciat spoliorum, eodem sensu, quo D. Hieronymus. PROCOP. Hæc, inquit, dixit, C
quòd in ipso Christi aduentu, velox fuit, & quo vis fulgure celerior, euangelij prædicatio. Ver
ba sequétia Hebræa dupliciter etiam reddi Latinè possunt חש citò בז prędare. i. cito prædare,
vt reddidit D. Hieronymus vt sit nomen pueri de quo statim dicendũ est, cito prædare, quod
alligato forti Dominus citò abstulit ei omnem prædam. Lxx viri, quod nondum vaticinatus
sit propheta hoc cap. virginis partum, non putant significatum esse hic nomen pueri sed aduẽ
tum ipsius, & conuersionem orbis, quæ in aduẽtu ipsius quouis fulgure celerior fuit vt inquit,
Procop. & vt superioribus dictum est, vt velociter deprædationem faciat spoliorum, sic hoc
loco declaratur qui sit hic, qui hanc prædationem spoliorum tam velociter est facturus, &
sic reddidere חש adest cito, vel festinat quod verbum de Christo dicitur, vt enim HIPPOL.
episcopus Romanus in illa verba Danielis. veluti è somno graui excitatus populus &c. docet
quod Christus à prophetis dicitur veniens, quod docet etiam AVGVST. tomo 10. de sanctis
sermone 20. serm. 1. de festis D. Ioan Baptistæ: Prophetæ, inquit, aduentum regis ante multa tẽ
pora prædicauere, alij dixerunt quandoque venturus est, alij, ecce cito venit. Cum ergo Au
gustinus dixerit alios dixisse de Christo Ecce citò venit, inter alios hunc intelligit, qui hoc lo
co dixit iuxta tralationem Lxx virorum חש. i. festinat, vel citò venit, vel adest citò. Et supra D
ca. 4. iuxta tralationem Lxx dixerat, Veniet, & erit omnis locus montis Sion. vt enim discipu
li Pythagoræ de suo præceptore dicebant, ipse dixit, neque necesse putabant addere, Pythago
ras: ita prophetæ, Christi præcones dicebant de Christo adest, venit, festinat, neque necesse pu
tabant addere, quem dicerent adesse, venire, aut festinare, quanquam aliquando addebant,
adest Christus, adest Iesus, adest salus mea. de Christo enim est omnis prophetia, & ideò quan
quam non adderetur, intelligebatur quis esset, qui adesset. Reponenda tamen dictio est in tra
latione Lxx virorum ex lectione Hebræa בז. i. deprædatus est, vt totum legatur: adest enim
& deprædatus est: vt significetur illa velocitas, quouis fulgure celerior, vt dixit Procop. qua
Christus aduenies abstulit vasa fortis. THEODORET. hanc vocem Domini esse ait illam
quæ est in Euangelio, Nisi quis ingrediatur in domum fortis, & eum liget, quomodo au
feret vasa fortis? quod his verbis, & illis idem significetur. AMBROS. in Psal. 39. in principio,
mirabiliter ad hunc locum alludere videtur cum ait, sicut Esaias sanctus per populos currebat

vociferans

A vociferans, non quæ ipse vellet, sed quæ iubentur à Domino: ex his igitur intelligitur affulsis
se remedium salutis, quoniam qui expectabatur, adest: expectauit eum Adam de paradiso eie
ctus, vt longo liberaretur exilio, & multa ponit posteà exempla, quibus is qui veniret, & ex
pectaretur iam adesset: quæ Ambrosij verba omnia si expenderis, intelliges nunciari hoc lo
co, iuxta tralationem Lxx, adesse illum qui expectabatur ab ipsa mundi origine. CYPR. in
initio serm. 6. de oratione Dominica, tam communem hanc putat esse prophetiam, vt dicatur
de Christo, veniens adest, vt dicat, ipse sermo Dei. i. filius qui in prophetis fuit, propria voce te
stetur, non iam mandans, vt paretur venienti via, sed ipse veniens, & viam nobis aperiens. Iu
bet ergo Dominus per prophetam, vt parent se homines ad aduẽtum Christi, quòd adsit iam,
& citò rapturus spolia sit sathanæ.

D. HIERONYMVS.

Et adhibui mihi testeis fideleis, Vriam
B *sacerdotem, et Zachariam filium Ba*
rachiæ.

LXX VIRI.

Et testeis mihi fac fideleis homines,
Vriam sacerdotem, & Zachariam
filium Barachiæ.

HAc caussa, Librum nouum & magnum, id est, nouum testamentũ, sumere iussus est pro
pheta Esaias, vt rem nouam & maiorẽ, quam pro humano captu, hoc est verbi æterni in
carnationẽ, euangelica Esaiæ tuba personet, stylo hominis. i. oratione plana, quã vulgus homi
nũ intelligat. Vbi prædicitur illud euangelicũ, quod sacratę Marię virgini dictũ ab angelo est,
Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obũbrabit tibi, sed diuino factũ est benefi
cio, eoq; omniũ maximo, vt Lxxii viri, non tã scripturarũ interpretes, q̃ commentarij essent,
quòd perfidi Iudæi hæc omnia inuertunt, & trahunt etiã quoſdã ex nostris in suã sententiã, &
tã turpiter quædã interpretantur, vt illud superiùs de stylo hominis, vt pudeat vehementer il
lorũ interpretationẽ referre & refellere. Et hoc loco hæc interpretantur de Esaia, quòd fecerit
testeis, & cõcubuerit cũ vxore sua, & procrearit filiũ, & appellarit, Citò spolia. Sunt enim spur
ci, & impudẽtes pariter perfidi Iudæi, testeisne facit, vt cũ vxore concúbat propheta? Quæ ma
C lũ hæc impudentia est? Prætereà, vndè docét Iudæi vxorẽ Esaiæ fuisse prophetissam? aut cur
filius Esaiæ dictus, Citò spolia? eáne causa fuit, vt librũ magnũ & nouũ, sumere iussus esset, vt
scriberet stylo hominis. i. mẽbris genitalibus, & faceret testeis concubitus cũ vxore? homines
impudenteis, nõ solùm perfidos & impios. Hos refellunt Lxx seniores. Iam ex hoc loco ne di
cere possint illa verba: Adhibui mihi testeis fideleis, verba esse Esaiæ, qui sibi fecerit testeis cõ
cubitus cũ vxore sua: sunt enim Lxx viri scripturę metaphrastę, quòd suprà ostendimus in di
sputatione de tralationibus, quodq; docet ORIG. in Ioann. tom. 32. interpretans illud Euan
gelij, Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum, his verbis *τὸ ἐμεγάλυνεν*
τὸν ἰμὶ πτέρναν αὐτοῦ μετακίρασθαι ὡς τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ πτέρναν αὐτοῦ ἐπαιρεσθῆ. i. magnificauit super
me calcaneum suum, metaphrasi quadam explanatum à Lxx est, dictumque, Leuabit contra
me calcaneum suum, vt illustraretur oratio, quod ab illis hoc loco factũ est, qui, pro, adhibui
mihi testeis fideleis, metaphrasi quadam reddidere, Testeis mihi fac fideleis homines, vt sint
verba Domini, qui dixerit, Sume tibi librum grandem, scribe, fac testeis mihi: Domino igitur
testes fiunt, non prophetę, Dominus enim hic loquitur: sic enim hoc caput est exorsus Esaias,
D Dixit Dominus, ergò, Adhibui mihi testeis, ego Dominus qui loquor, persona enim loquens
prima est. Hoc docent Lxx seniores, qui non reddidere verba, sed expressere sensa, & fecere
Dominum loquentem eodem tenore verborum: sume, scribe, fac testeis mihi. An Lxxii testes
Iudæi tribus seculis ante tempora euangelica, cùm euangelica verba personant, quibusdam nõ
persuadebunt, & persuadebunt impudentissimi, spurcissimi, impijssimi Iudæi? atqui ego non
intelligo, quæ maior probatio veræ interpretationis scripturæ nobis potuerit adferri, neque
cùm mente, & cogitatione lustro, possum vllam aliam comminisci animo, aut excogitare quę
maior esse potuerit, quàm si Lxxii testes Iudæi, doctissimi legis Mosaicæ, qui à Mose vsque &
prophetis, quasi per manus accepissent scripturę interpretationem, liberis odio, & gratia men
tibus CCC annis ante tempora euangelica scripturã interpretarentur, ij tales viri, velint nolint
impij Iudæi & Iudaizantes præsignificari, hoc loco aiũt illud euangelicũ dictũ sacratæ virgini
ab angelo, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtꝰ altissimi obũbrabit tibi: quod iã ostendã.
Intelligendum autẽ est, olim nõ habitã esse fidẽ prophetis, quod ex Esaia liquet, & Hierem.

M alijsque

Lxx viri, non tam interpretes q. commẽtarij diuino beneficio. Iudæi multos etiã, turpiter & impudentissimè interpretantur, in hîc, & eorum sentẽtiã, sensum litteralem dicito.

Lxx viri, scripturæ metaphrastæ in plerisque, sententia Ori genis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alijſq;,vt dictũ eſt,dicendumq; alibi latiùs,&ita multa prędicebãt prophetę,vt indè ſibi quę-
rerent nomen prophetarũ,& maioribus vaticinijs longo poſt tẽpore futuris,fidẽ præſtrueret.
Fiebat illud etiã à Dño,vbi magna quædã vaticinia prophetis reuelabãtur, vt ſimul reuelaren
tur alijs ſacerdotibus,& prophetis,viriſq; vitæ integerrimę & probatiſsimę,qui prophetis ve
ritatis illius vaticinij magni,impertirent teſtimoniũ,quod ſibi quoq; eſſet reuelatũ:&iubebat
Dñs,vt prophetę ipſos viros illos citarẽt teſteis, ne Iudæi poſſent illis abrogare fidẽ,& ſic vir-
ginis partũ reuelatũ eſſe ait,nõ ſolùm ſibi,ſed etiã Zachariæ & Vrię,viris ſanctiſſ.hęc Procop.
EVSEB.aliter mihi hunc locũ intellexiſſe videtur,qui loco citato ait:Vult eſſe fideles teſtes na
talitiorũ huius pueri Ieſu,vt poſsint intelligere vaticinia,quia,Niſi crediderit is non intellige-
tis: Et iuxta hãc Euſeb.ſententiã,videri poteſt propheta facere teſteis huius vaticinij, quo præ
dictus eſt partus virginis de Spiritu ſancto,omnes legis doctores,omnes doctores Theologos
qui literas ſacras nocturna & diurna manu verſant,vt teſtatiſsimũ ſit apud omnes,octingentus
ante annis hunc virginis partũ fuiſſe prædictũ de Spiritu ſancto : nã nominibus ipſis vaticinia
fuiſſe ſignificata,diſces ex Aolla,& Aolliua apud Ezechielẽ, & apud Oſeã ex nominibus illis,
abſq; miſericordia,populus meus,non populus meus. Fiunt ergo teſtes ab Eſaia, Vrias.i. qui-
cunq; illuſtratus eſt à Dño,&Zacharias,qui memor eſt Dñi.i.qui die ac nocte meditatur in le
ge Dñi:& filius Barachię.i filius benedictionis Dñi,ij fiunt teſtes à propheta,omnes ſacri ſcri-
ptores,ſcilicet,omnes legis doctores,ſacerdotes,ſacri Theologi,illuſtrati à Dño : id enim ſo-
nat Vrias:qui meditantur in lege Dñi die ac nocte,quod ſignificat Zacharias, benedicti à Do-
mino,quod Barachias ſignificat.Quorſum enim literis prodidit Eſaias ſua vaticinia,niſi vt hęc
vaticinia teſtatiſsima relinqueret apud omnes, & ſacerdotes & doctores legerent hunc partũ
ſacratũ virginis,de Spiritu ſancto octingenteſimo ante anno eſſe præſignificatũ? Si placet tibi
ſententia Procopij,illam dices litteralem:hanc Euſebij allegoricam: quanquam Euſeb.ſenten
tia magis litteralis,quàm allegorica eſſe videatur, niſi putas Aollam illam,& Aollibam,mere
trices apud Ezechielem,pro domo Iuda, & pro domo Iſraël, ſenſu ſpiritali poni, & nõ potiùs
litterali,cuius notæ videri poſsit hoc loco Vrias,& Zacharias,& Barachias. Illud aduerte,Eu-
ſebium docere,iuſſum prophetã à Dño,adhibere teſtes fideles,Gręcè μαρτυρας, qui fidẽ habeant,
qui credant,quòd,Qui non crediderit,non intelliget:non auferetur enim velamẽ de cordibus
Iudæorũ,vt ſcripturas intelligant,donec tranſeant ad Chriſtum, vt ait AVG. contra Fauſtum
Manichæum li.12.cap.4. CYRIL.Zachariam prophetam fuiſſe,ait,temporibus Eſaiæ, Vriam
verò ſacerdotem,& legis doctorem : & per figuram, qua ex vno plures, vel ex vno omnes in-
telligimus,quæ dicitur ſynecdoche, poni Zachariam pro omnibus prophetis, & Vriam pro
omnibus legis Doctoribus,vt iubeat Dñs adhiberi teſtes,Chriſti myſterijs,prophetas & legis
doctores,quòd verè ſacramentorum nouę legis,prophetæ & legis ceremonię,ſint teſtes:Scru
tamini ſcripturas,ipſæ teſtimonium perhibent de me; hoc idem ſignificatum ait Cyrill.cum
in transfiguratione apparuere Elias & Moſes cum Dño.i.lex & prophetæ: eadẽ figura qua ex
vno omnes ſignificamus,quod ait Fabius.Et loquebantur ad inuicẽ de exitu.i.de cruce,de mor
te,& reſurrectione.Quanquam hæc dicit Cyrill.tamen leges apud CLEM.Alexandrinũ Stro-
maton lib.1. Eſaiam,Oſeam,Michæam,Ioëlem,& alios quoſdam eodem tempore prophetaſ
ſe ante captiuitatem Babylonicam: ſub ipſam captiuitatem Babylonicam, Hieremiam, Buzi,
Vriam,Abbacuc:in ipſa captiuitate, Ezechiel, Naum, Daniel: poſt ipſam captiuitatem, Ag-
gæum,Zachariam, & alios, itaque Zacharias ex poſtremis prophetis fuit, niſi alius fuerit Za-
charias temporum Eſaiæ,cuius nullam reperio mentionem : & niſi Eſaias horum duorum pro
phetarum meminerit,qui poſteà futuri erant,& præſignificaturi Domini aduentum, quod fa-
cit Zacharias tam mirabiliter,vt alterum prophetam euangeliſtam dicere poſsis poſt Eſaiam.
Vriæ prophetæ,cuius meminit Clemens Alexandrinus loco citato, ſcripta non extant, vt in-
teriere multa alia prophetarum ſcripta. CHRYS. tomo. 2. homil. 1. in cap. 1. ſancti Ioannis
Baptiſtæ, hanc conceptionem Chriſti præſignificatam ait à Zacharia propheta, cuius cruor
templi marmore infecto ſempiternus viuit, ſed hoc temporibus Chriſti factum prædicat, &
præſignificatum ab Eſaia hoc loco teſtem futurum hunc Zachariam natiuitatis Chriſti, & oc-
cidendum eſſe inter templum & altare,fortaſſe innuit Chryſoſtomus his verbis hiſtoriam il-
lam quam narrat Baſilius in homil.in ſanctam Chriſti generationẽ. Ait enim, ex traditione pa
trũ,ad ſua vſq; tẽpora deſcendiſſe Zachariã ſacratã virginem,poſtquã Dñm pepererat, in tẽ-
plo inter virgines collocaſſe,& ea cauſſa à Iudæis inter templum & altare fuiſſe interemptum,
reum à

Multis modis conciliata fides prophetis, vt prophetiæ de Chriſto ſeruentur religioſe.

Teſtes vaticinij huius partus ſacratæ virginis, fiunt omnes doctores Theologi, iuxta ſententiam Euſebij, vt intelligas quantum ſint facienda prophetiæ.

Hiſtoria Zachariæ.

A reũ à populo factũ, quòd eo facto oſtenderit admirabile illud ſignũ de virginẽ paritura, eſſe
completũ:hæc D.Baſil. hoc D.Chryſoſt.loco citato præſignificatum putat ab Eſaia: & Zacha
riã illũ filium Barachiæ,patrem Ioannis Bapt.fuiſſe putat, & eundẽ ſignificatum eſſe à Domi-
no verbis illis,Vſq; ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ,quanquam eodem loco videtur re
ferre ad Zachariam prophetam,cætera leges apud Chryſoſt.Idem Chryſoſt.tom.5.orat.2.ad-
uerſus Iudæos,videtur eodem modo hunc locum interpretari, quomodo Procop.ſuprà enu-
cleauerat,ait enim:Quàm peruicaces quidã Iudæi erant,& elati,poſt euentum rei perfricabant
frontẽ,& negabant ſibi eſſe prædictũ,ideo prophetę,nõ ſolũm illis futura prædicebãt, verum
etiam teſtes adhibebãt eorũ quæ gerebãtur:ſic enim Eſaias,Da mihi teſtes viros bonę fideiſ:nec
hoc contentus,in nouo volumine deſcriptã reliquit prophetiã,quo poſtq; euenirent ipſę res,
de ſeipſis teſtimoniũ ferrent,quòd affatu cæleſti, multo ante tẽpore fuerint prædictę: eoque
nõ ſolùm ſcripſit in volumine,ſed in nouo volumine,quo poſſent in multũ durare tẽpus, nec
facilè corrumpi,ſed expectare euentũ rerum quæ ibi continebantur.Quę interpret.Chryſoſt.
B ſpectat ad illa quę diximus,prædicta eſſe multa,ducenteſimo,tricenteſimo poſt anno, futura,
aut non multo poſt tẽpore complenda:quorum euentus,authoritatem & pondus ſcripturæ pro
phetæ tribueret,& ideo nouo volumine ſcripta, vt durarent quoad hæc complerentur, nam
poſt illa,ſumma religione ſcripta prophetæ erant obſeruanda,vt dictum eſt.

D. HIERONYMVS.

Et acceſſi ad prophetiſſam, et cõcepit, et peperit filium.

HOc eſt magnum illud oraculum de conceptione ſacratę virginis Marię,cuius cauſa pro-
pheta ſumere iuſſus eſt librum nouum,& grandem, & tubã plus euangelica quàm pro-
phetica perſonare,lætiſsimũ illum & fauſtiſſ.nunciũ(id enim Latinè ſonat euangeliũ)nunciũ,
inquam,illũ,qui tanta lætitia complet ſanctorũ pectora incarnationis filij Dei, cuius iuſsit fa-
cere teſteis viros fideleis,& ſanctos,vt teſtatiſſ.multis ante annis eſſet, ſic futurum apud om-
nes Iudæos,ne poſteà cauſſari poſſent perfidi Iudęi,ſibi non prædictũ,q; ſuprà dixit Chryſoſt.
C Ait Dñs ergo,Accedam ad prophetiſſam. i.ad ſacratã virginem Mariã : eſt enim idẽ cum illo,
Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & ne impij Iudæi inuertere hanc prophetiã poſſent, Lxx vi
ri(vt ſuprà dictũ eſt)metaphraſi quadã,aut paraphraſi cauere : Hebraicè enim in prima perſo-
na hæ duæ orationes dicuntur:Adhibui mihi teſteis: &, Acceſsi ad prophetiſſam: & priorem
orationem ad Spiritũ ſanctũ loquentẽ retulere, vt ſuperiore cõmentario eſt commonſtratũ,
vt neceſsitas ipſa cogat ſecundã orationem ad Spiritũ ſanctũ referre. Spiritus ſanctus eſt, qui
loquitur in prima oratione,ſecunda ergo ei coniuncta eidẽ reddatur,neceſſe eſt.CYRIL.Quo
niã non ex ſanguine,inquit,& carne,neq; ex voluntate viri generatio Chriſti ſecundũ carnem
eſt peracta,ipſe qui dixit,Sume tibi librum,ait,nunc:Acceſsi ad prophetiſſam, Specta quomo
do myſteriũ Chriſti,ſcribitur hominis calamo,& verbis noſtratibus:& multa alia Cyrillus ad
didit in hanc ſententiã. GREOG.Nazianz.in ſanctũ paſcha,prophetidẽ hanc,ad quã acceſsit
Spiritus ſanctus ſacratã Mariã interpretatur,quæ de ſpiritu ſancto concepit,& peperit filium
Ieſum Dñm. EPIPH.li.3.contra Hæreſes,cõtra Collyridianos:Hæc,inquit,Eſaias futura prędi
cit quę cõplenda erant de filio Dei,inquiẽs:Ecce virgo in vtero habebit, & quoniã virgo erat
D quę peperit,& Deus inter homines qui natus eſt,ne dubitaret propheta de modo huius natiui
tatis eum videt in viſione,& narrat de Spiritu ſancto futurã:Ingreſſus,inquit,ad prophetiſſam.
Quibus verbis prænunciat ingreſſum Gabrielis angeli ad Mariam,qui miſſus eſt, vt nunciaret
aduentũ vnigeniti filij Dei in hunc mundũ. Quibus verbis Epiphan. declarat, hoc eſſe vatici-
nium illorũ verborũ Gabrielis angeli,quibus modum ſignificabat natiuitatis Chriſti.Spiritus
ſanctus ſuperueniet in te,&c. PROCOP. Ait, inquit,Dominus,quod ipſe ſuperueniet pro-
phetiſſæ,& ſic vocat prophetiſſam matrem Chriſti, quòd Spiritus ſancti particeps ſit futura,
iuxta illud : Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. TERTVL. lib.de Trinitate : Eſaias, futura, in-
quit,non quaſi futura prædicit, ſed quaſi iàm facta, nam cùm nondum acceſſum eſſet ad Ma-
riam, Acceſsi,inquit,ad prophetiſſam. Verùm quòd Tertul. ait, præterito tempore eſſe, Ac-
ceſsi ad prophetiſſam, Hebraicè futuro tempore eſſe poteſt; valet enim verbũ Hebræum pro
præterito & pro futuro, vt poſsit reddi, Acceſsi, & accedam, vt ſit, Accedam ad prophetiſ-
ſam,vt congruat cum illo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te:& poteſt verti per præteritum,vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vertit D.Hier.EVS.lib.7.demonst.euang.cap.3.ait spiritum sanctum hæc verba esse loquutũ, A dixisseq; se superuenturum Mariæ prophetissæ,& Mariam virginem de Spiritu sancto concepturam Emmanuelem.Sed quia toto capite EVSEB.nihil aliud ferè quàm hæc verba explanat,& multis verbis Iudæos refellit:qui velit refutationem Iudæorum videre,Eusеb.adito.Iudæi profligati à nostris,aliam reperere rimam,qua elabantur æquè fatuam & stultam,ac priorem.Gigantæo enim more aduersus Deum bellant, & scripturam peruertunt , & sunt tamen, qui illorum impia sensa sequantur,nec desunt ex nostris,qui hos admirétur, & impia Iudæorum sensa,literalem sensum dicant,non sine magna aliorum peste,vt dictum est.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et dixit Dñs ad me,Voca nomẽ eius,accelera,spolia detrahe,festina prædari.	Et dixit Dñs mihi, Voca nomẽ eius citò spolia,velociter prædare.

LEctio Hebræa מַהֵר שָׁלָל potest verti,Citò spolia,vt vertere Lxx: & sicut reddidit D.Hier. B accelera,spolia detrahe,quod מַהֵר, reddi potest Latinè,citò,vt sit aduerbiũ , & potest reddi,festina,vt sit verbum,& שָׁלָל imperantis verbum esse potest,& reddi,spolia,vt sit, citò spolia,vt vertere Lxx viri: & חש potest esse aduerbium citò aut velociter, vt vertere Lxx viri: & potest esse verbum,festina,vt reddidit D.Hieron.nam בז infiniti modi, & imperantis esse potest,& sic Hieron.hoc loco pro verbis vertit, Accelera , & festina , in principio pro aduerbijs velociter,& citò easdem dictiones:contra verò Lxx viri in principio fecere verba easdem illas dictiones,hoc loco aduerbia. AMBR.in psal. 118.in illa verba:Exultaui in verbis tuis,sicut qui inuenit spolia multa: Velociter,inquit,spolia detrahe, quia rex Assyriorũ. 1. diabolus eorum,quos vanos effecerat sua perfidia,spolia amisit,quæ tenebat. IREN.lib.3.ca.18.In ipso suo ortu spoliabit homines,auferet ignorantiam ipsorum, sui cognitionem præbebit, quòd verba illa significant,Velociter spolia detrahe. EVSEB.lib.7.cap.3.Spolia,inquit,his verbis appellat omneis eos,qui abducti ab errore dæmonum adhæsere Christo. CHRYS.in cap.1.Matth. homil.5.in illa verba: Ecce virgo concipiet: Mos est,inquit,scripturæ,euentus rerũ ponere loco nominum: sic Emmanuel est appellatus Dñs,vt significaretur futurum, vt Deus inter homi C nes versaretur,quòd dictum à Chrysost.est , quòd Dominus non est appellatus Emmanuel,dictum tamen à propheta est,Vocanomẽ eiusEmmanuel:non vt nomẽ eius significaretur,sed vt prædiceretur res futura, futurum enim erat,vt Deus inter homines videretur in terris , & cum hominibus conuersaretur:quòd significat hæc vox Emmanuel. hunc euentum ergo,significãt nomina,sæpè in sacris literis.Pergit dicere Chrysost.Sic puer vocatus est,Velociter spolia detrahe,quòd illo nato , direptio, & spoliorum facta est diuisio : & alijs exemplis confirmat canonem hunc scripturæ, vt nomen plerunq; significet res ipsas futuras, non nomen aliquod futurum,quo esset appellandus Dñs,& sic Christus dictus est,Citò prædare, quòd citò ad se tracturus esset omnia,vt ipse dixit,Omnia trahã ad me,nõ quòd vocandus esset, Citò prædare.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Quia antequam sciat puer vocare patrem suum et matrem suam, auferetur fortitudo Damasci,et spolia Samariæ,coram rege Assyriorum.	Quia antequam sciat puer vocare patrem vel matrem, accipiet fortitudinem Damasci,& spolia Samarię coram rege Assyriorum. D

AVGVST.serm.4.in festo Epiphaniæ sic inquit:Tunc puer,priusquam sciat vocare patrem vel matrem.i.antequam per humanam carnem humana verba proferret, accepit virtutem Damasci,illam scilicet , vnde Damascus præsumebat: præsumebat auro , aurum accepit à Magis , & spolia Samariæ , ijdem ipsi Magi erant. Samaria pro idolatria posita est, vna vrbs idolis seruiens pro omnibus,debellaturus igitur Christus gladio spiritali vniuersum orbem,hæc prima spolia abstulit in hac terra,nondum loquens per linguam,loquutus est per stellam. CHRYS.in cap.2.Matth.homil.2.interpretans hunc locum:Magi.i.sapientes,inquit, dicti sunt virtus Damasci,quia virtus vniuscuiusque prouinciæ,sunt sapientes ipsius : rex Assyriorum est diabolus,nam Assyrij infideles,pro omnibus infidelibus ponuntur, quorũ princeps dicitur Sathanas . Ergo Christus, priusquam secundum corpus inciperet cognoscere patrem aut

A rem aut matrem,virtutem diaboli subiugauit. Lege AVG.tom.9.de symbolo ad Catechumenos lib.3.cap.4.de occisis pueris ab Herode, & intelliges , quantum prædę, nascens Dominus, abegerit à diabolo. ATHAN. de incarnat. verbi lib.1. hoc loco vehementer vrget Iudæos, Quis vnquam,inquiens,genitus rex,priusquam patrem aut matrem vocare posset,regnauit,& accepit hostium spolia? nónne Dauid,cùm triginta esset annorum,suscepit regnum ? Solomõ adultus regnauit? Ioas annos natus septem? Iosias item septem annorum? Sed hi omnes patrem & matrem vocare poterant. Quis est ergò,qui fermè antequàm nascitur, regnat,& hostiũ spolia diripit? quis huiusmodi fuerit rex Iuda,aut Israël,dicant Iudæi ? Et quando prophetia non potest mentiri,rogat quis puer hic fuerit,qui statim natus diripit spolia? TERTVL. aduersus Iudæos in probatione natiuitatis Christi,hoc etiam loco vehementer Iudæos vrget, & explanat hunc locum multis verbis,de Magis,& auro , myrrha, thure, quæ obtulerunt . & lib.3.aduersus Marcionem cap.8.eadem repetit, & regem Assyriorum interpretatur, Herodem, quomodo Sodoma appellatur Hierusalẽ. IVSTIN. philosophus martyr , in dialogo aduersus B Tryphonem, ijsdem verbis premit Iudæos,& vrget hoc loco, & Herodem appellatum ait regem Assyriorum,vt Iudæorũ principes dicuntur principes Sodomæ,& Gomorrhæ. EVSEB. lib.7.demonstrat.euang.cap.3.hunc locum de Romanis interpretatur: Puer, inquit,Christus, tradidit virtutem Damasci Romanis,& deleuit illa duo regna , vt dictum est in fine cap.superioris,& verissimum est hæc duo regna Assyriorum se dedidisse Augusto Cæsari,vt proditum est à Dione lib.49. & meminit Horat. —Ius imperiumq; Phraates Cæsaris accepit genibus minor — priùs tamen acriter bellauere aduersus Augustũ. EPIPH. quoq; li.3.in compendio fidei Catholicæ & apostolicæ ecclesiæ,de Magis hunc locum interpretatur,& de muneribus,quę Magi Christo obtulerunt, vbi multa alia in hunc locum dicit : & idem Epiph. in Ancyroto idem significari docet hoc loco,quod illo Euangelij, Iesus autem proficiebat ætate & sapientia:Qui erat,inquiens,patris sapientia, qui docet hominem scientiam , qui plantauit aurem homini,qui sermonẽ homini dedit, & fecit mutos loqui, tulit illa propter nos , vt infans esset. & in Ancyroto idem Epiph. interpretans quomodo exinanierit seipsum,ait, significari his verbis,idem quod verbis illis euangelicis : Iesus proficiebat ætate & sapientia : & quærit, C quomodo is qui sapientia patris esset,qui homines loqui docuisset , & aptarit linguam hominibus,& aurem plantarit audientibus,nescierit vocare patrem aut matrem? & respondet,Si natus,inquiens,locutus esset,phasma videretur,& ficta eius natiuitas,non vera: & ideo ordinem naturæ in his exteris sequi voluit,vt verum se esse hominem probaret. AMBR.de interpellatione Dauid,antequam vocaret patrem aut matrem ministerio carnis , euocasse gentes significat,idq; hoc oraculo probat:& idem Ambros.in cap.3.Luc.lib.3.de genealogia Dñi,in fine,interpretans hunc locũ:Hic est,inquit,puer,cuius incunabula Magi spolijs Orientalibus referserunt,quia Gens ante Christum incredula,de exuuijs idolorũ,recepta iam fide,manubias obtulit Dño triumphales. & idem Ambros.in psal.128.serm.21.in illa verba: Exulto in verbis tuis, sicut qui inuenit spolia multa: hunc locum explanat mirabiliter , & alijs locis centies , sed & Procop.& alij patres sic hunc locum interpretãtur. Quæ omnia tam multis verbis sum executus,vt appareat veteres patres hoc totum caput interpretari de Christo,& hunc esse sanctorum consensum. D.Hieron.aliter hæc & sequentia interpretatur: sed mitto D Hieron.quem ego semper supplex veneror & adoro:Iudæos aggredior : Mitto dicere , quàm spurcè , quàm D procaciter,superiora interpretentur Iudæi,vt suprà ostensum est.Quis non videat,quàm mendax hæc sit prophetia,si sic explanes? iubetur propheta sub Achaz rege cũ vxore concúbere, & antequã puer inde natus sciat vocare patrẽ suũ aut matrẽ,dicitur capienda Samaria : certè si vxor Esaię decẽ annos grauida fuisset,quod de elephanto Plautus inquit fabulosè,hoc non cohæret,nã si benè numeres tempora, duodecimo anno post hanc prophetiã,capta Samaria est. sed quid moror? Iudæos meliùs refellunt Athanas. Tertull.Euseb.locis citatis,qui refutare Iudæos volet,illinc Iudęorũ petat refutationem. Nec si cõtulerit interpretationem sanctorũ cũ Iudaico sensu,dicet vnquam sententiam Iudæorum esse literalem scripturæ sensum, nõ enim magis frigida pugnant calidis, humentia siccis, quàm sententia Iudæorum pugnat cum sententia sanctorũ. Vbi non pugnat,inquiũt ibi sententia Iudæorũ est literalis: confer hoc toto opere sententias sanctorũ cum Iudaicis sentẽtijs , semper pugnare reperies in vaticinijs de Christo. Quòd D.Hier. & Lxx viri fortitudinem aut virtutẽ Damasci vertunt, Hebræi copias, siue exercitus reddunt aut diuitias. חיל, Hebręa vox hæc omnia significat,nec est quod Iudęi lectioni He-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni Hebræę medię punctum appingant,loco obeli,quo eam iugulent,tanquam malè redditam à D.Hieron.omnia illa vox Hebræa significat,quòd vel Hebræa onomastica docēt,vide quid faciat D.Hieron.aliquid largitum esse Iudæis,vbi commodè fieri potuit, vbicunq; ab Iudæis dissentit D.Hieron.eius scripta obelo iugulantur tectè &clàm à Iudaizantibus,vt suprà dictū est:si ergo חיל vertas, exercitus,cum Iudæis rectè verteris: & ex AVGVS. loco citato intelliges,quantum puerorum exercitum arripuit puer nascens, cùm sub Magorum aduentum, tot pueros occidit Herodes,& alia multa quę Augusſt.enumerat: si reddas חיל opes,& diuitias,interpretabimur aurum,& thus,& myrrham,quæ Domino obtulere Magi.

A

D. HIERONYMVS.

Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc dicēs, Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloè, quæ vadunt cum silentio,et assumpsit magis Rasim, et filiū Rhomeliæ,propter hoc, Ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis forteis,et multas, regem Assyriorum, et omnem gloriam eius.

LXX VIRI.

Et adiecit Dñs loqui mihi adhuc dicens: Eò quòd non vult populꝰ iste aquā Siloam,quæ vadit quietè, sed vult habere Rasim,& filium Rhomeliæ regē super vos, propter hoc, Ecce Dominus adducet super vos aquam fluminis fortem & multā, regem Assyriorū, & gloriam eius.

B

VEl verba ipsa huius loci, si attentè legas,'satis indicant, aliud dici, aliud intelligi velle, quod allegoriæ propriū est: nā populus iste,populus est,ad quem vaticinatur Esaias,qui populus est Iudæorū: quomodo populus Iudæorū optat seruire regi Syriæ, aut regi Israel? si optat, cur non accipit illorū imperiū? cur non venientibus aperit vrbeis? & vt illis sit dicto audiēs populus Iuda,necesse habebat relinquere suas sedeis? si vellet esse sub imperio Israel, aut regis Syriæ,necesse habebat relinquere aquas Siloe? si dicas de populo Israel hæc esse interpretanda,propheta ad populū Iuda vaticinatur,& non ad populum Israel.Et vt largiamur hæc ad populum Israel esse dicta,populúsne Israel vult esse sub rege Syriæ? aut tanto post tēpore punitur,quòd non fuerit sub imperio regis Iuda,& velit esse sub imperio regis Syriæ? nunquā populus Israel voluit esse sub imperio regis Syriæ:prætereà si minaretur Dñs Israeli, pœnę irrogandæ Israeli dicerentur, irrogantur populo Iuda:sequitur enim, Ibit per Iudam,inundans,& transiens:nec fit vlla mentio populi Israel,nā si Israeli minæ fierent,quomodo toto cap.prędicuntur mala,quę imminent populo Iuda? Ergo sanctorū patrū sententia verissima est,post vaticinia Christi,præsignificari mala,quę infideleis Iudęos,quòd Christū non recepissent, erant exceptura:& sic sententia totius cap.à principio vsq; ad finem sibi congruit, quod signum insolubile est,vt ostendimus veritatis interpretationis sanctorum. CYRIL.Siloe,inquit,sonat missum,siue Christū,& pro Christo hic accipitur,qui veniens dicitur cum silētio,quòd primo aduentu placidè & quietè in hunc mundum venit,in similitudine carnis peccati, non manifestam diuinitatis præferens gloriam,neque suo lumine lucens, neque angelicis potestatibus fultus.Et rursus idem Cyril.Populus Iuda detrectat Christi iugum,præoptatque esse sub præsidio,& tutela hominum.Nam Rhasim & Phacee, pro quouis rege vsurpat figura, synecdoche Oratoribus vsitatissima,qua ex vno omneis intelligimus, vt cùm Aristotelē pro quouis philosopho vsurpamus: & Thaida pro quauis meretrice:& ideo Cyril.ait, In ipsos inmittam aquas fluminis Euphratis.i.regem Assyriorum. PROCOP. Quòd non recipit populus Iuda aquas Siloa.i.ipsum Emmanuelē, qui est fons aquæ salientis in vitā æternā, tacitè fluentis,iuxta historiā fontis qui tacitè fluit,& quòd ipse venit quietè,& placidè, tacitè, tectè. EPIPH. li.1.contra Hæres. cōtra Coloruasios in fine cap. Quia noluistis vos aquas Siloā. i. doctrinam missi à Deo patre: id em sonat Siloam.i.missus. Interpretatur autē Epiph.cū silentio.i.nō clamantē,non vociferantem,iuxta illud:Non audietur in plateis vox eius,non clamabit,non vociferabitur. Sic explanat D.AMBR.de interpellatione Dauid, Hic est fons Siloa, qui dicitur missus,quoniam Christus à patre dixit se esse missum.Et D.AVG.huc spectare videtur de doctrinaChrist.lib.2.cap.16.vbi,inquit, Piscina Siloa,vbi faciē lauare iussus est cœcus à Domino, secretum quiddam insinuat,quod tamen linguæ incognitæ nomen, nisi euangelista interpretatus esset, tam magnus intellectus lateret. Ecce euangelista interpretatur, In fontem Siloà. i. missi

C

D

A missi,vel missum,aurē vellit,quomodo intelligas fontem Siloà.i. Christum fontem vitæ æternæ,quòd insinuat D.Augusſt. EVSEB.Cæsariensis lib.7.cap.3.sic explanat hunc locum: Minatur igitur interitum Deus ijs,qui non receperunt Siloam.i.missum Emmanuelem illum, prophetissa Maria virgine prognatum,aquas illas potabiles, & fœcundissimas euangeliorum, & minatur interitum illis, qui præoptarunt regem Gentium idololatrarum Cæsarem, potiùs, quàm Christū. At quidam ex nostris,vt hæc audiunt, allegoriam clamant hanc esse,non sensum literalem. Consultiùs multò AVGVS.qui opus esse putat interpreti sacræ scripturæ linguarum cognitione,omnium disciplinarum supellectile,& ad interpretationem scripturę,ad uocanda putat schemata omnia artis oratoriæ,figuras & tropos omneis. Et certè vnum aliquē ex poētis,aut ex oratoribus,si interpretari velis,& reijcias figuras,& tropos,& neges illum esse sensum literalem,quem tropus significat & figura, esset ridiculus. An cùm audis apud Horat. —O nauis,referent in mare te fluctus, Fortiter occupa portum: nauim hic intelligas aliquā, aut mare,aut portum? & non potiùs,vt docet Quintil. nauim pro Republ.accipias, mare pro bellis ciuilibus,portum pro pace,& concordia? Quid cùm apud Maronem legis(vtendum est enim exemplis familiaribus vt docet M.F.Quintil.) Non Simois tibi,non Xanthus,non Dorica castra, Defuerint.---- Simoenta intelligas,aut Xanthum,aut castra Dorica, & nō potiùs Tyberim,& fluuios Italos,& Rutulorum castra? clamabis hunc sensum non esse literalem? Quid faciendum censes in explanatione scripturæ,vbi per parabolas, & figuras, & schemata innumerabilia dicta sunt,vt docet Dñs, ad literam omnia accipies? schemata tolles? si Poētam aliquem interpretarere, facere hoc non posses, vel ex illo vulgato disce: Sint Mæcenates,non deerunt Flacce Marones: postulatne Martialis,vt reuiuiscat centies Mæcenas? quòd si fiat affirmat fore,vt toties reuiuiscat Maro? vel puer septuennis intelligat Mæcenatem,pro omni principe indulgentissimo poni,qui literatos omni liberalitate complectitur:& Maronem,pro excellentissimo quouis poēta,vt suprà diximus,Cyrillum,Procop.Euseb. Rasim pro quouis rege accepisse,& pro Cæsare, & vt TERT.hoc loco,& IVST. regem Assyriorum pro Herode interpretantur.Iudæi (vt idem Iustin.aduersus Tryphonem docet) si voculam aliquam arripiant,velut Rhasim,aut Assyrium,aut similem aliquam dictiunculam, totum caput ad Iudaica trahunt sensa inuitum, & repugnans. Quòd præterquam quòd sunt rudes omnis liberalis doctrinæ,sutores, pelliones, coqui, veteramentarij, impij sunt suprà quàm dici potest, & gigantæo more aduersum Deum bellant. EVSEB.ergo cap.citato,quo penè totum hoc cap.explanat,hunc esse sensum vult huius loci,quoniam non recepit populus Iudæorū Christum,sed clamauerunt,Non habemus regem nisi Cæsarem,ait Dominus immissurum se Romanos, qui omneis vrbeis Iudæę ab imo vertant.Ergo Rhasim,pro Cæsare accipies,vt suprà sunt interpretati omnes veteres patres, quanquam hoc loco, nescio cur quidam illorū obliti esse videantur.Dices ergo,pro eo,quod abiecit populus iste.i.populus Iudæorū aquas Siloe.i. aquas Christi,ad quas vocabat: Venite sitientes ad aquas.i.doctrinam euangelicam,quę vadunt cum silentio,quod signum Christi erat,vt dicendum est in cap.42.quòd Christus celaturus erat miracula,& non clamaturus,& quòd venturus esset tacitè & quietè,vt dixit Cyrill. Et assumpsit magis Rhasim.i.Cæsarem,posuit enim Rhasim pro quouis principe idolatra, & dixerunt Iudæi, Non habemus regem nisi Cæsarem: & Phacee filiū Romeliæ.i.reges terrenos,ponit enim hos reges,pro quolibet rege humano & terreno,præoptauere enim auxilium Romanorū, AEgyptiorum potiùs quàm Deum ipsum,& Dei auxiliū. Immittet Dñs aquas forteis.i.magnos exercitus Romanorum,& tradet eos Dominus principi Assyriorum.i. Romanorum imperatori,rex enim Assyriorum pro imperatore Romano ponitur, figura suprадicta: & alioqui imperator Romanus rex Assyriorum erat eo tempore. CYRIL.etiam & PROC.quanq; nescio quomodo Rasim non interpretantur pro Cæsare,hunc locū sic enucleant,quod Christus submisse,& valdè tectè,nec in maiestate,saltem vel tenuissimi regis terreni,venit,Iudęi mysteriū non intellexere,& impiè ipsum repudiauere,traxere ad Pilatū,adclamauere, Tolle,tolle,crucifige,nō habemus regē nisi Cæsarem. Aduerte quo pacto eum regem repudiant, malunt regum terrenorū iuga ferre,& sub imperio esse Cęsaris,quàm sub imperio Emmanuelis.Et infrà idē CYRIL.& PROC.Rhasim & Phacee aiūt pro regibus terrenis poni, sub quibus etiā nunc sunt,quod id petiuere,eam enim pœnam irrogat illis Deus,quam optauere,vt quæ summa ferant tunc vota,eos pro pœna grauissima,semper premāt. Petiuere Cęsarē,repudiauere Deū, sine Deo sub regibus terrenis vitam degunt.Si ergo Rhasim pro Cęsare accipiūt,cur ergo regē

Canon Augustini.

Schematū & troporū sensus, sensus literalis est,nō spiritalis.

Schemata & tropi scripturæ.

Cur Iudæi captiui,sẽper sub regibus terrenis, viuāt sine Deo.

Assyriorum non accipiant pro imperatore Romano, vt suprà accepere, & vt accipit [illegible] co Euseb. cum præsertim eo tẽpore imperator Romanus rex esset Assyrius. Sic hęc intellexisse videntur Lxx viri, quod enim vertit D. Hieron. conuenienter Hebraę lectioni, Quoniam abiecit populus iste aquas Siloe reddidere ipsi veluti metaphrastę, vt dixit Origen. Eo quod non vult populus iste aquam Siloe, quæ vadit quiete. i. non vult Christũ: & pro, Assumpsit magis Rasin & filium Romelię, edidere, sed vultis habere Rasin & filium Romelię regem super vos, qua metaphrasi allusisse videntur ad illud Euãgelij, Nõ habemus regem nisi Cæsarem: & nolumus hunc regnare super nos, Lucę 19. Certè hęc Lxx virorum huius loci paraphrasis, planè ad populum Iudæorum spectat, & ad interpretationem sanctorum patrũ, si dicas eò quòd non vult populus iste aquam Siloe, quæ vadit quiete, sed vultis habere Rasin & filium Romeliæ regem supervos, sic enim legẽdum est βούλεσθε non βούλεται. Nam quod Iudæi sunt commenti Iudæos præoptasse esse sub Assyrio rege aut sub rege Israël, quis id vetuisset si id factum vellent? reserassent vrbium portas, & hostem excepissent, nec reticuissent id litteræ sacræ.

D. HIERONYMVS.

Et ascendet super omnes riuos eius, et fluet super omnes ripas eius, et ibit per Iudam inundans, et transiens, vsque ad collum veniet, et erit extensio alarũ eius implẽs latitudinẽ terræ tuæ, O Emmanuel.

LXX VIRI.

Et ascẽdet super omnem torrentẽ vestrum, & deambulabit super omnem murũ vestrum, & auferet à Iudęa hominẽ, qui poterit caput leuare aut forte perficere aliquid, & erunt castra eius vt impleãt latitudinem regionis tuæ nobiscum Deus.

HOrum verborum explanata sententia est superiore commentario, itaque nihil reliquum est nisi vt literam ipsam enodemus. Præmuniere viam ad id Lxx seniores, qui mirabile dictu, quàm sua interpretatione scripturæ lucem afferant, quàm præsentem illud, quod AVGVS. de ciuitate Dei lib. 20. cap. 21. prophetis laudi tribuit, quod prophetarum quidẽ est frequenter, frequentiùs verò Lxx virorum, vt sua metaphrasi tropicis locutionibus proprias misceant, & veras orationes, vt veritas ipsa mixta tropo toti allegoriæ lucem afferat, vt ad intellectum spiritalem intentio sobria cum quodam vtili & salubri labore perueniat. Quasdam enim allegorias paraphrasi quadam explicant Lxx viri, vnde cæteris lucem afferunt. Quòd ergo D. Hieronymus vertit: Ascendet super omnes riuos eius, Hebraicè est אשׁוּר quæ vox significat idem quod φάραγξ Græcè. i. torrentem magno impetu se per valles præcipitantem, & decurrentem, & sic reddidere Lxx, Et ascẽdet super omnem torrẽtem vestrum, malè enim verterat Latinus interpres, Super omnem vallem vestrã, quanquam φάραγξ id aliquando significet, sed non hoc loco, quod ex Hebræa lectione liquet. Cùm igitur EVSEB. loco citato dixerit significari hoc loco luituros pœnas Iudęos, quod Christum non receperint, & adelamarint, Nõ habemus regem nisi Cęsarem, Tolle tolle crucifige, & dixerit Dominus adducturum se super eos aquas forteis, & multas. i. ingẽteis exercitus, hoc enim conuenit inter nostros, & Iudæos, aquas multas, & forteis, exercitus esse ingenteis regis Assyriorum, nostri pro imperatore interpretantur, & si qui non ita interpretantur, ita totum hunc locum enucleant, vt necesse habeant sic interpretari. Nunc perstans propheta in eadem metaphora subijcit, Ascendent hæ aquę multæ, hæ ingentes Romanorum copiæ, vel hic Romanus imperator ascendet super concitatissimos Iudęę torrentes, super Iudææ exercitus validissimos, nam quantis viribus, & exercitibus Iudæi cum Romanis conflixerint, te docebit Iosephus de bello Iudaico, & Dion in vita Adriani. D. Hieronymus vertit, Ascendet super riuos, quod ingentes illæ copiæ Iudæorum præ magnitudine exercitus Romanorũ, veluti riuuli erant, Deindè quod D. Hieronymus reddidit: Fluet supra omneis ripas eius, vt sit, flumen, quod adducturus est Dominus super Iudæam. i. exercitus ille ingens fluet super omneis ripas eius, Lxx metaphrasi quadam interpretãtur, Deambulabit super omnem murum vestrum, ita Lxx viri partẽ allegorię interpretantur, vt enodata vna parte pateãt reliqua. & hoc AVGVS. appellat allegoriæ miscere veritatem. Docent ergo, inf luet fluuius quem immittet Dominus in Iudæam super omnes ripas Iudææ, quin deambulabit super omnem murum Iudææ, & emphasim habet verbum, deambulabit, Gręcè, περιπατήσει. significat enim iam captis vrbibus Iudæę placidè & quietè, Romanos deambulaturos muris Iudææ, aut muris Hierosolymorum, & turribus, quod factum leges apud IOSEP. de bello Iudaico lib. 6. cap. 43. & alijs locis eiusdẽ libri. Et quòd D. Hieron. conuenienter Hebraę lectioni reddidit, Ibit per Iudam, inundans & transiens vsque ad collum: vt sit, Ibit hic fluuius per Iudęam, hic exercitus Romanorum, quẽ fluuium appellat, tanta aquarum multitudine & profunditate, vt submergat omneis, vt deleat vniuersam Iudæam: nam si præceps ruat fluuius, & ad collum vsque pertingat, haud dubium quin omneis obruat. Quòd ergo sic dixit D. Hieron. Lxx allegoriam interpretati, quod facere eos ostendimus ex Origene & Procop. vt quæ obscurè dicta sunt, planiùs edant, dixẽre: Auferet è Iudæa hominem, qui poterit caput leuare, aut forte perficere aliquid, vt appareat hoc loco, eos paraphrasim facere allegoriæ: quasi dicant, Fluet supẽr vniuersas ripas eius, i. deambulabit super muros, & ibit per Iudęam inundãs & transiens. i. tollet Romanorum exercitus Iudæos omneis: & sic vertere, Auferet è Iudæa omnes homines. Vsque ad collum veniet. i. ad primarios & principes Iudæę potissimùm veniet hic exercitus: sic enim reddidere, pro, vsque ad collum veniet, auferet à Iudæa hominem, qui poterit aliquando caput leuare. i. potenter aliquid perficere, & ad potenteis & primarios, qui res lapsas Iudæorum possent aliquando erigere, vt illos potissimùm à Romanis deletos ostendant Lxx viri, qui potentes essent, aut opibus valerent, aut essent aliquo in numero. Quòd reddidit D. Hieron. conuenienter Hebraę lectioni: Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ, interpretantur Lxx, Erunt castra eius vt impleant latitudinem regionis tuæ. i. erit innumerabilis Romanorum exercitus, adeò vt impleãt omnem Iudęam, nisi velis referre ad muros, quibus Romani cinxere Hierusalem, & dispositi duces & milites, ne quis Iudæorum elabi posset. EVSEB. inquam, loco citato, hæc omnia ad verbum in Iudæos dicta putat, & completa. Et probabit potiùs quispiam Iudęorum interpretationem, & eam, sensum literalem dicet? Veniet vsq; ad collũ. i. vsq; ad Hierusalẽ, quæ sita est in loco edito, & de Sennacherib interpretabitur, nõ planè exercitum Sennacherib extinctum ab angelo esse, antequam perueniret Hierusalem?

Lxx virorum metaphrases.

D. HIERONYMVS.

Congregamini populi, et vincemini, et audite vniuersa procul terræ.

LXX VIRI.

Scitote gentes, vincimini, exaudite vsque ad extremum terræ.

D. HIERONYMVS.

O Emmanuel.

LXX VIRI.

Nobiscum Deus.

DIuus Hieron. hanc vocem, O Emmanuel, superiori sententiæ tribuit, vt sit sensus, qui suprà est significatus, O Emmanuel, ô puer Deus inter homines habitans, hoc est, ô Christe, vastabitur terrà tua à Romanis, quòd te non receperit. Miratur D. Hierony. cur Lxx viri superiore capite acceperint pro nomine proprio, hoc loco nõ accipiant pro nomine proprio sed interpretentur, Nobiscum Deus. Delecti sunt Lxxii viri Iudæi doctissimi suæ tempestatis, peritissimi legis Mosaicæ, qui non verbo verbum redderent, sed scripturæ sacra sensa panderent: pro re, pro tẽpore, pro loco, voces Hebręas interpretarentur, & verbi causa, Placidum hic pro nomine proprio accipiant, alibi pro adiectiuo nomine, Regulum, interim nomen proprium interpretabimur, interim pro paruo rege, Leonem modò, proprio nomine accipies, modò pro leone ipso: mille sunt exempla huius notæ, quibus apparet, non eodem semper intellectu, dictiones vbicunque reperiantur esse interpretandas, aliud hoc loco, aliud illo significare. Visum est ergo Lxx viris superiore capite, Emmanuel, nomen proprium esse: hoc loco, Inmanuel, sunt viſę duę dictiones. i. nobiscum Deus, vt reddant causam, cur tanta clades illata sit terræ Iudæę, quòd alius populus, Christianus scilicet, dicat Nobiscũ Deus, i. nuecta vobis vastitas est ô Iudęi, quia nobiscum Deus, quia transijt ad nos Deus, & vos deseruit, quòd angelos dixisse testatur IOSEP. lib. 6. de bello Iudaico, cap. 31. cùm dabant signa imminentis excidij Hierosolymis, & templo Dñi, & dixere, transeamus hinc: & cùm apud Ezechielem migrat Dominus è templo. EVSEB. loco citato interpretans hæc verba, Subiungit, inquit, propheta causam vastitatis Iudæę inuectę à Romanis, quòd nobiscum Deus est ille Emmanuel virgine natus: si enim illum haberent, hæc mala passi non essent: hæc igitur causa est, cur Lxx seniores, vt docet Euseb. superiore cap. Emmanuel pro nomine proprio acceperint, hoc loco pro duabus dictionibus, quòd infrà liquebit concessũ D. Hier. iure optimo factum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MVtatio vnius literæ in sui simillimam facit varietatem tralationum, quam mutationem in codicibus Hebræis frequentissimâ esse, in disputatione de tralationibus, rabinorum testimonijs est demonstratum. Si ergo legas רֵעוּ vertere potes confortamini,& coniungite amicitias,vt sit sensus ,coniungite amicitias ô gentes aduersum Dominum, & aduersum Christum eius: quantumuis enim coniũgatis consilia & copias aduersum Dominum, vincemini, vt sit idem oraculum cum illo,Quare fremuerunt gentes &c.potest etiam verti רֵעוּ male facite ô populi, & cóterite.i.edite omnia cruciamenta in sanctos martyres,& conterite illos,vincemini postremo. si verò mutata litera, legas דֵעוּ, efficies tralationem Lxx virorum , vertes enim דֵעוּ scitote, vt sit,scitote gentes,& vincimini.ORIG.periarchon lib.4.cap.1.Scitote gentes,& vincimini, vicți enim sumus,& superati,qui ex gentibus sumus,& velut exuuiæ quædam victorię eius existimus,qui eius gratiæ colla subiecimus.Erit ergo sensus huius loci,vt explanat ORIG.O gentes scitote hæc mysteria,quæ vobis præsignificatur de vnigeniti filij Dei incarnatione, & vincimini.i. victas manus date euangelio.BASIL.vero in commentarijs in hunc locũ & THEODOR. initium huius sententiæ faciunt, Nobiscum Deus,vt sit tota sententia,Nobiscũ Deus, scitote gẽtes,& vincimini,vt sit vox chori apostolici, & populi fidelis, ô gẽtes scitote quod nobiscum est Deus,vincimini .i.victas manus date Euangelio: ait enim Basilius interpretans hæc,Crediderim hanc vocem fidelium esse gestientium,& prę gaudio exultantium,quod secum sit Deus:& cùm intelligant quàm sit formidabilis virtus sanctissimæ crucis,admonẽt gẽtes, & dicunt: scitote gentes quanta sit virtus crucis,quæ incredulos ludęos subuertit,& vincimini vt succumbentes speciosæ huic victoriæ, ducamini in captiuit atem ad obedientiam Christi, vt à peccatis liberemini. Sed quo tandem pacto vincuntur gentes, quæ crediderunt? nempe vt aduenìente luce, linquantur tenebræ: exaudite vsque ad finem terræ, scilicet,euangelium quod apostoli prædicant.Ergo iuxta sententiam Basilij,Nobiscum Deus,vox fidelium est triumphantium quod secum sit Deus. THEODOR.sic,Emmanuel vt Hebraicè est,vel nobiscum Deus,quoniam virginis partum prænunciauit nobis propheta,meritò in tam lęto nuncio exultat gaudio contra hosteis,aut veriùs apostolis hæc verba congruunt,illi enim circuneuntes orbem terrarum clamabant,inter nos Deus,intelligite gentes,& vincimini,salubri quadam victoria,subijcite colla Domino,fugite dæmonum tyrannidem,amplectimini fœlicissimam seruitutem qua Deo seruietis. PROCOP.Iubet Genteis agnoscere Emmanuelẽ, quem qui sunt ex circunsicione nõ agnouerunt, scitote gentes,vel cognoscite gentes Emmanuelem, hũc,scilicet: vincimini pulchra victoria vobis, & glorioſa, captiui facti in obsequiũ Christi.EVSEB.lib.7.cap.3.ait ille Deus qui nobiscum est Emmanuel agnoscite gentes, & superamini,vere enim nos qui ex gentibus Christo credidimus victi sumus, & superati à veritate, & potentia Emmmanuelis, & victi obtemperauimus ei vsque ad extremos fines terræ, sic etiam explanare possumus tralationem D. Hieronymi, Congregamini populi in Dei ecclesiam & consociamini vera pace in Christo Iesu,qui Christianorum est character, vt Ioannis 15.Hoc præceptum do vobis vt ametis inuicem. Sic hũc locum explanat rabi Selomòh,& Thargum,Cõiungite vos,vel sociate vos:quę interpretatio mihi perplacet,cõiungite vos ecclesiæ Dei,& consociate vos apostolis & prędicatoribus Euangelij, vt sit allusio ad vnum corpus,cuius mẽbra efficimur,cùm ecclesiæ concorporamur.R.Abraham vertit: Cõfringite vos & conterite vos.i.conterimini:vt sit idem cum illo , Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque in nomine Iesu : valebit hic canon ille sepissimè repetitus, quãdo oratio plura significat,quę omnia, rei , de qua agitur cógruãt,omnia illa ab spiritu sancto esse significata:quò etiã diximus pertinere duplicem lectionem quod nobis significare voluit D. Augustinus, qua de re alibi dictum est.

A

B

C

D

D. HIERONYMVS.

Confortamini,et vincemini, accingite vos,et vincemini:accingite vos et vincemini,inite consilium,et dissipabitur, loquimini verbum,et non fiet,quia nobiscum Deus.

LXX VIRI.

Potentes vincimini:si eĩ iterũ p̃ua lueritis,iterũ vincemini:& q̃dcúq; cõsiliũc cõsultraueritis,dissipabit dñs. & verbũ q̃dcunq; locuti fueritis nõ manebit in vobis,quia nobiscũ De⁹.

Superio-

A SVperiores patres, quos citaui eiusdem sententiæ hæc putant esse cũ superioribus.EVSEB. demonstrationis euangelicæ li.7.cap.3. hæc interpretatur de his ,qui ex gentibus Christo obsistere,vt sit idem cum illo: Quare fremuerũt gentes & populi meditati sunt innania ? Euse bij verba sunt, Apertè vaticinatur de his qui se opponũt Christi euangelio,quòd non poterũt Christi potentiæ resistere. PROCOP.Confortamini & vincemini .i. quanuis omnia moliamini,& cõiungatis consilia,& aduocetis omnes vires vestras, vincemini,qui Christi euãgelio resisteritis.Accingite vos & vincemini:repititio est eiusdem sententię,quæ maiorem confirmationẽ habet .i. parate omnia auxilia , & intendite omnes neruos aduersus prædicatores euangelij & vincemini,consilia vestra omnia in cassum recident,id enim significant verba sequentia: Inite consiliũ & dissipabitur: loquimini verbum & nõ fiet.i. verba vestra aduersum Christum irrita ventis donabuntur. Hoc idem.Lxx viri significant ἰσχυόντες πάλιν ἐνίκᾶτε .i. potentes vincimini .i. cùm potentiam vobis comparaueritis vincemini,& meditabimini inania,si iterũ prę-

B ualueritis iterũ vincemini ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε , πάλιν νικηθήσεσθε .i. si rursum aduocaueritis vestras vires & potentiam vestram rursum vincemini. Itaque Lxx viri huius loci fecere paraphrasim, metaphrastæ potiùs quàm interpretes,& ponũt ob oculos persecutionem Iudæorum & Gentium,qua sanctos martyres sunt persecuti,vt qui ecclesiæ persecutionum tempora enumerẽt, non planiùs exprimant: si potentiam omnem vestram aduocaueritis contra Christum,vincemini , id enim significat ἰσχύσητε si potentes vos feceritis. i. si vestras omnes vires aduocaueritis contra Christum,vincemini:& postea,si rursum potẽtiam vestram intrudatis & persequamini rursum ecclesiã, vincemini.Quoties enim consurrexit orbis aduersum fideles? quoties sæuijt in sanctos martyres?quoties orbis distrinxit arma aduersus Christianos,& tamẽ Petri nauicula nec fecit naufragium,nec faciet vnquam?quia quodcunque consilium consultaueritis,ô nationes infideles,dissipabitur,& verbum quodcunq; locuti fueritis,non manebit in vobis. Agè referat hæc Iudæus ad Assyrios,referat & ad Sennacheribum, an non faciet mendaces prophetas?quando enim Sennacheribus victus est? semper fuit victor : postquam verò exercitus eius extinctus ab angelo est,nó redintegrauit bellum : occisus est enim à suis filijs, cùm adoraret in

C templo dæmonum:semper ferè post Esaiam,Iudæi à nationibus vincebantur: ad illos hæc referre non potest Iudæus,nec quòd ATHAN.sæpè repetit.Dices gentes Iudæorum victas à nationibus sæpè,sæpè redintegrasse bellum,& nihilo seciùs semper esse victas,nemo frontẽ perfricabit adeò, vt à Iudęis post Esaiam nationes dicat esse victas semper,cùm Iudæi semper sint victi ob sua scelera & flagitia. CYRIL.hæc verba de Iudæis interpretatur, ait enim Vos ô Iudæi ἰσχυόντες .i. prævalentes,qui prævaluistis aduersum Dominum : nã id quoque significat hoc verbum ἰσχυόντες ,vos ergo, ô Iudæi,qui prævaluistis Christo,eius permissu, qui consiliũ inistis, quod non potuistis stabilire,quanuis millies redintegretis bella aduersus Christum vincemini.Quæ sententia historiæ euangelicæ etiam est consentanea, quoties enim in litteris euangelicis & in actis Apost.cœpere consilia Iudæi aduersum Dominum? quoties coẽgere concilia, quoties moliti sunt omnia(vt refert Iustin.& alij patres)aduersum nos? PROC.Sunt qui dicãt superiora per parenthesin,ad Gentes fuisse dicta,& in his rursum ad Iudæos,ad quos loqueba

D tur prophęta,sermonem esse conuersum . Vos, ô Iudæi, vincemini, qui prævaluistis Christo, quando eum affecistis cruce,& cœpistis consilium,quod non potuistis stabilire,quomodo enim possibile erat morte teneri principem vitę? ideo ait , Vincemini de reliquo ,post tam audax,& tam immane facinus, tanque parum vobis profuturum , etsi rursus restiteritis euangelio,rursum vincemini: dixerunt enim , Nunciauimus vobis non loqui in nomine isto , & ideo deleti sunt Romanorum armis,hæc Procop.Sed lectio Hebræa non patitur,vt ἰσχυόντες explanetur,qui prævaluistis aduersus Christum,cætera congruunt,redditur enim benè, Accingimini,confortamini.i:redintegrate bella,& intrudite rursus omnes vires vestras,ô Iudæi,semper vincemini. Sequitur postremò,Quia nobiscum Deus: EVSEB. i.quia non recepistis Emmanuelem,& vobiscum est,iam, ô Iudæi,& vos dereliquit,quia vos eum non recepistis,nos recepimus : & si vobiscum esset, non hæc vobis accidissent : sic etiam hæc PROC. At iudæi zanres,Emmanuel,non putant accipiendũ pro vna dictione,& pro nomine proprio,sed pro duabus dictionibus,& pro oratione integra,Quia nobiscum Deus:igitur Lxx viri non delirabant cùm paulò supra sic acceperant . Sed per singula habeo admonendum lectorem, vt videat an sententia Iudæorum cum hoc sanctorum patrum sensu possit congruere, & an possit esse litteralis.

Iudæorũ sententia, nõ potest esse scripturæ literalis sensus.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Hæc enim ait Dñs ad me: sicut in manu forti erudiuit me ne irẽ i viã populi hui⁹.	Sic dicit Dñs, forti manu receſſerunt ab itinere viæ populi huius.

TRalatio Lxx virorum expuncta ex hoc loco eſt,& in eius locum ſuffecta alia tralatio eſt, nam hoc docet IVSTIN.philoſophus martyr in dialogo aduerſus Thryphonem, factũ à Iudæis quibuſcunque locis potuerint, quoties Lxx viri nimis planè, de Chriſto, eiuſq; myſterijs loquerentur. Hæc ergo & ſequentia ipſa ſe produnt adulterina eſſe, quo magis neceſſaria fuit D.Hieronymi tralatio, quæ cum ſemper, tum hoc loco eſt admirabilis, & lectionem Hebræam ad verbum exprimit. Sicut in manu forti erudiuit me ne irem in via populi huius: chori apoſtolorum & populi fidelis hęc verba ſunt, dicentis, Domini iuſſu ſe diſceſsioné feciſſe à Iudæis, vt ſit ſententia eadem quæ in illis verbis huius prophetæ: Diſcedite, diſcedite, exite inde, inmundũ nolite tangere: & quod Apocal.17.dicitur, Audiui aliam vocẽ de cælo dicentẽ, Exite de illa populus meus, ne participes ſitis delictorũ eius & de plagis eius non accipiatis, vbi populus fidelis de Babylone, hoc eſt de Hieroſolymis iubetur exire, & fugere viam infidelium: ſi cum hac voce lapſa de cælo, hęc Eſaiæ verba contuleris eadem eſſe dices. Quid enim refert vtrum dixeris, Dominus in manu forti, vel, ſicut in manu forti? (nam כ quam vocem vertit D.Hieronymus (ſicut) ſolet eſſe apud Hebręos ornamẽtum, vt ſuprà oſtendimus) Quid ergo refert vtrum dixeris, Dominus velut in manu forti, caſtigauit, vel erudiuit me, aut monuit? hæc enim verbum Hebræũ ſignificat. Ne irem in via populi huius: an quod dixit Dominus de cælo, Exite de hac vrbe populus meus, ne participes ſitis delictorum eius: & quid intereſt vtrum hoc dicas, an quod Stromaton lib.3.ex propheta citat, & explanat CLEMENS Alexandrinus? Inhabitabo in ipſis, & deambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus, propter quod, exite de medio ipſorum: & ſeparamini dicit Dominus, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Non dicatis coniuratio, omnia enim quæ loquitur populus hic, coniuratio eſt.	Ne fortè dicant durũ, omne enim quod dixerit populus hic, durũ eſt.

DIxi, hoc loco tralationem Lxx virorum aliena tralatione eſſe adulteratam, quam tamen ſic interpretantur BASIL.& CYRILL. Dura ceruice Iudæi, nolunt ingredi viam euangelicam populi fidelis,& dicunt, durus eſt ſermo apoſtolorum, vos tamen ô fideles, ne timeatis Iudæos, aut genteis, ne timeatis eos qui poſſunt occidere corpus, animam autem non poſſunt occidere. Habet enim hoc ſacra ſcriptura vt quocunq; modo inuertatur, ſemper ſacros præferat ſenſus: & hæc tralatio cuiuſcunque ſit quæ ſuffecta eſt in locum tralationis Lxx virorũ ſic ad verbum vertetur ex Græca lectione: Forti manu non obtemperant ambulationi viæ populi huius, dicentes, ne dicant durum: omne enim quod loquitur populus hic, durũ: quod ſic explanari poteſt ex euangelio (ſiquidem ad lucem euangelij explananda ſcriptura eſt) Manu forti .i. induti virtute de ſuper ſpiritus ſancti non obtemperant (apoſtoli ſubaudi) ambulationi viæ populi huius, cum dixere videlicet, magis expedit obedire Deo quam hominibus, & D quia non recipitis verbum Dei, ecce conuertimur ad genteis, ne dicant aliquid durum, faciebant enim Iudæi Chriſto conuicia, quæ apoſtoli pati non poterant, & dicunt, recedamus, ne dicant aliquid durum, omne enim quod loquitur populus hic, durum eſt, ſemper enim, vt dicit Iuſtinus aduerſum Thryphonem, Iudæi in ſuis ſynagogis Chriſto maledicunt. Hæc tralatio cuiuſcunque ſit, indicat duplicem lectionem fuiſſe in editione Hebræa קשה, id eſt, durum, & קשר .i. coniuratio, vt vertit D.Hieron. Tralatio D. Hieron. hoc loco eſt admirabilis, ſed perobſcura: explanãda ergo eſt ex lectione Hebræa & ex euangel. Lectio Hebræa eſt.

Id eſt, ne dicatis cõiuratio-
coniuratio iſte populus dixit quæ omnia coniurationẽ dicatis Non
nem, omnia quæ loquitur po לֹא תֹאמְרוּן קֶשֶׁר לְכֹל אֲשֶׁר יֹאמַר הָעָם הַזֶּה קֶשֶׁר
pulus iſte coniuratio eſt: quæ
verba ſi ſic vertas, interprete non egent, ſuccurret enim illa tibi coniuratio, quę eſt apud Matthæum cap.vltimo vbi poſtquam dixerat euãgeliſta, Principes ſacerdotum reſciuiſſe reſurre
xiſſe Do-

A xiſſe Dominum, congregatos fuiſſe ait cum ſenioribus,& conſilio accepto, pecuniam copioſam dediſſe militibus, vt dicerent quia diſcipuli Domini noctu veniſſent, & corpus Domini eſſent ſuffurati, addiditque euãgeliſta: At illi accepta pecunia fecerũt ſicut erãt docti,& diuulgatum eſt verbum illud apud Iudæos vſque in hodiernum diem. Hanc igitur coniurationem Iudęorum cõtra reſurrectionem Domini,& contra apoſtolos, vetat Dominus dicere per prophetam Eſaiam, & octingenteſimo ante anno coniurationis Iudæorum huius, iudicium facit Dominus, dicens, quidquid loquitur populus iſte contra Chriſtum, & apoſtolos ſuos, coniuratio eſt: & ſic explananda eſt tralatio D. Hierony. Non dicatis .i. ne dixeritis hoc, vt referas hæc mendacia ſacerdotum, qui diuulgabant diſcipulos Domini noctu ſuffuratos eſſe corpus Dñi. Coniuratio, ſupple eſt, eſt enim oratio morata, vt conciſa vtamur oratione, ne dixeris, coniuratio & mendacium eſt: & poſtea, Quicquid loquitur populus iſte, coniuratio eſt: & hæc eadem verba ſignificat vox illa, de cælo delapſa, Apocalyp. cap. 18. de quibus ſuperio-
B re commentario diximus, Exite de illa populus meus, & de Babylone (appellat enim Babylonem Hieruſalem) ne participes ſitis delictorum illius .i. ne dicatis coniurationem illam quæ eſt apud Matth., qua coniurauere Iudæi & milites. Vbi poſſes dicere quod EPIPHAN. lib.3.cap.1.contra Hæreſes ἐρεῖ πᾶς ἔχοντα αἱ τῆς ἀληθείας φράσεις πρὸς ἀκολουθίαν; .i. vides quo modo ſe habent veritatis phraſes? & quam ſibi mutuò reſpondeant? ſi enim de ſententia veterum patrum hæc interpretere, omnia ſe mutuò conſequuntur, omnia ſibi reſpondent, reſerantur maxima Chriſti myſteria: contrà verò ſi expendas Iudæorum interpretationem, omnia ſibi repugnãt, omnia diſident.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et timore eius ne timeatis, nec paueatis, Dñm exercituũ ipſum ſanctificate ipſe pauor veſter, et ipſe terror veſter.	Timorem autẽ eius ne timueritis, neq; cõturbemini, Dñm virtutum ipſũ ſãctificate, ipſe erit tu⁹ timor.

C CYRILL. interpretans ea quæ ſequũtur, Domus Iacob in laqueum: Poſtquam, inquit, diſcipuli ſuaſere gentibus, vt colant Chriſtum, & furorem perſequentium ne timeant &c. quibus verbis apparet, aut apoſtolorum eſſe hæc verba ſuadẽtium fidelibus ne timeant, quod timebant Iudæi, ne venirent Romani, & tollerent gentem Iudæorum, ne amitterent decimas, & ob eas res non receperunt Chriſtum, ſuadẽt ergo fidelibus ne timeant timorem hominum, & ob eas res non receperunt Chriſtum, ſuadẽt ergo fidelibus ne timeant timorem hominum, timeant Deum: aut verba hæc ſunt Dei, vt Apocalypſeos 18. vox illa lapſa de cælo de qua dixeram, clamabat fidelibus: Exite de Hieruſalem populus, ne participes ſitis delictorum, ne dicatis coniurationem, de qua dixeram, & nunc adijcit, Timorem hominum ne timueritis, aut timorem populi Iudaici ne timueritis, qui, timore hominum non recepit Chriſtum. Dominum exercituum ſanctificate .i. Chriſtum, qui in ſcriptura dicitur Dominus exercituum, vt dictum eſt alibi. Ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter. Hoc poſtremum, Ipſe terror veſter, Lxx vertẽ re, Fortitudo veſtra, quod verbum Hebræum pauorem ſignificat, & fortitudinem: aut, quòd magis puto, hoc verbum deeſt in tralatione Lxx virorum, quòd, vt ſupra diximus, ex Epiphanio, quæ repetita ſunt, ſæpè Lxx ſemel dicunt: erit ergo ſenſus huius loci, qui eſt illius euangelici, Nolite timere eos, qui corpus occidunt, ipſum timete, qui cùm corpus occiderit, animam
D poteſt mittere in gehennam.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis, et petram ſcãdali duabus domibus Iſraël, et in laqueum, et in ruinam, habitantibus Hieruſalem.	Et ſi ĩ ipſo cõfiſus fueris (vel, ſi in ipſũ crediderit) erit tibi ĩ ſãctificationẽ, et non vt lapidis offenſioni occurretis, neq; vt petrę ruinę, dom⁹ Iacob in laqueo, & ĩ foſſa ſedẽtes in Hieruſalẽ.

duabus ſcandali petram in & offenſionis lapidem in & ſanctificationẽ in erit Et D
וְהָיָה לְ מִקְדָּשׁ (vel וְלֹא לְאֶבֶן) וּ לְ אֶבֶן נֶגֶף וּ לְ צוּר מַכְשׁוֹל לִשְׁנֵי
Hieruſalem habitantibus laqueum in & laqueum in Iſrael domibus
בָּתֵּי יִשְׂרָאֵל לְ פַח וּ לְ מוֹקֵשׁ לְיוֹשֵׁב יְרוּשָׁלָם

Primùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRimùm omnium, Lxx viri à principio huius periodi addidere de suo orationem vnam, vt lucem huic loco afferrent. Dixi suprà in disputatione de tralationibus, testimonio omnium veterum patrum, atque adeò apostolorum, & euangelistarum, proditum esse, Lxx viros afflatu spiritus sancti multa scripturæ addidisse. Hic ergo Lxx viri, vt ostendant de Christo esse sermonem: addunt de suo: Et si in ipso confisus fueris: vel, & si in ipsum credideris (vtroq; enim modo verti potest) Cùm ergo Hebraicè sit, Et erit in sanctificationem, quod Hier. vertit: Et erit vobis in sanctificationem: Lxx edidere: Et si in ipsum credideris, vel, & si in ipso confisus fueris, erit tibi in sanctificationem. Quibus verbis additis tam planum fecerunt sensum huius loci, vt Procop. & Basil. dicant, Perspicuè adhortatur hoc loco propheta ad amplectendam fidem Christi, qui futurus est credentibus sanctificatio, & vetabit vt ne pedes allidas, néue offendas tanquam ad lapidem ad prædicationem Euangelij, quod accidit Iudæis, quibus Christus fuit scandalum & offendiculum, vt D. Paulus ait. De cætero, lectio Hebræa duplex est hoc loco, nam suprà ostendimus in disputatione de tralationibus, plurimis locis lectionem Hebræam esse duplicem, locis quoque plurimis controuersum esse inter rabinos, legendáne sit lectio Hebræa cum negatione, an sine negatione, quod accidit hoc loco, nã Lxx viri legunt cum negatione, quod sua tempestate sic legeretur. D. Hieronymus legit sine negatione, & ea causa est cur lectio Hebræa varie sit distincta à Lxx viris, & à D. Hieron. Lectio ergo Hebræa ad verbum reddita hæc est, Et erit in sanctificationem, & in lapidem: vel, Et non in lapidem offensionis, & in petram scandali, duabus domibus Israël in laqueum, & in tendiculam habitantibus Hierusalem. D. Hieronymus qui sine negatione legit, sic hanc lectionem Hebræam distinxit: Et erit in sanctificationem: & apposuit illic distinctionem, & subaudiuit, vobis, vt sit, Et erit vobis in sanctificationem: & nouo initio: Et in lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israël. i. vobis qui credidistis, Christus erit sanctificatio: duabus domibus Israel, quæ non crediderunt, Christus erit in lapidem offensionis, & petram scandali, & erit Christus habitantibus Hierusalem, qui Christi euangelium non recepere, in laqueum, & tendiculam. Lxx viri, quod cum negatione legunt, aliter distinguunt, primùm addidere de suo, vt dixi, Si in ipsum credideris, deindè, Erit in sanctificationem (& subaudiunt, tibi) vt sit totum: & si in ipsum credideris, erit tibi in sanctificationem. posteà legúnt coniunctim, Et non in lapidem offensionis, & in petram scandali: & hoc loco apponũt distinctionem. Faciunt ergo hunc sensum, vt interpretantur Cyrillus, Basilius, Procop. Si credideris in Christum, erit tibi in sanctificationem, & non in lapidem offensionis, & in petram scandali. Deindè nouo initio, Duabus domibus Israël in laqueum, & in tendiculam habitantibus Hierusalem: vt sit sensus: vobis quidem credentibus, erit in sanctificationem Christus: duabus vero domibus Israël non credentibus, erit in laqueum: & habitantibus Hierusalem, erit in tenduculam: sic Lxx hunc distinxere locum. Sed cùm non reddant ad verbum lectionem Hebræã sed sententiam exprimant, vertere, Si in ipso cõfisus fueris erit tibi in sanctificationem, & nõ vt lapidis offensioni offendetis, aut occurretis, neque vt petræ ruinę. i. non offendetis in Christo, vt in offendiculo lapidis: neque vt in ruina petræ, ducta metaphora ab ijs, qui in tenebris ambulantes aut alio quouis modo offendunt ad lapidem, & cadunt. Deinde quòd Hebraicè erat, Duabus domibus Israël in laqueũ: sic enim legunt Lxx, & hoc faciunt initium sententię sequentis, Hebraicè enim non est coniunctio, &, quod ergo Hebraicè est duabus domibus Israël in laqueum, supple erit Christus, quòd eũ nõ receperint: dixere ipsi, At domus Iacob in laqueo, pluraliter, Græcè enim est οἶκος numero multitudinis, domus Iacob. i. omnes domus Iacob, omnes tribus in laqueo erunt. Postremò quod Hebraicè est, iuxta distinctionem Lxx virorum: Et in ruinam habitantibus Hierusalem. i. Christus erit in ruinam habitantibus in Hierusalem, edidere ipsi: Et in fossa sedentes in Hierusalem, quod minus benè vertit interpres Latinus, nã παγὶς fossa est, nõ conuallis, fossa qua capiũtur leones, & aliæ ferę, quod liquet ex verbo Hebræo פַּח. i. laqueo, qui in illis fossis apponitur. Significat ergo propheta, iuxta tralationem Lxx virorum, domos omneis Iacob futuras in laqueũ. i. delendos esse Iudæos omneis & captiuos ducendos residuos, quod factum leges li. 6. de bello Iud. apud Iosephum in fine: & apud Dionem in vita Adriani. Significat etiam iuxta eosdem Lxx viros sedentes in Hierusalé more ferarum casuros in fossam, & laqueis irretiendos, quod si historiam legas, quam admirabiliter dictum sit intelliges: leges enim apud IOSEPH. lib. 6. de bello Iudaico cap. 45. ex cũctis vrbibus Iudææ qui residui erant conuenisse Iudæos ex vastitate, quam vrbibus Iudææ Romanus ex-

Metaphrasis Lxx virorum pulcherrima.

A nus exercitus inuexerat, vt pascha celebrarent Hierosolymis, adeò vt eos vrbs non posset capere, neque suppeteret eis victus cum subitò nec opinãteis eos oppresit obsessio Romanorũ, ira omnes qui sedebant Hierosolymis ad celebrandum pascha, velut feræ, quę in fossas incidebant & laqueis irretitæ erant, ferro, fame, peste, incendio consumpti sunt, & cincti muro à Romanis ne quis euaderet vt dictum est. Vt qui secum reputet tot annis ante rem gestã hæc sic vertisse Lxx viros & rei euentum legat, exosculetur, & admiretur metaphoram verbi Græci ἐνεπλήσθησαν in fossa erunt, inquiũt, sedentes in Hierusalé, irretiti laqueis more ferarum capien tur, & trucidabuntur, quod & factum est. PROC. Iudæi erunt similes ijs, qui deciderint in laqueos, & erunt similes feris captis venatione ad perniciem: & feris, quæ deciderint in cauitates. i. feris quæ deciderint in foueas. Nam Procopius παγὶς interpretatur, cauitatem. Notandum tamen Christum hoc loco plane dici Deum. Nam hic locus de Christo dicitur vt explanant Cyrillus, Basilius, Procopius, & inprimis D. Hieron. qui iam ex hoc loco incipit, reliqua B de Christo interpretatur, vt plane fateatur reliqua eodem esse referenda si valet canon veterũ patrum, ex antecedentibus & sequẽtibus reliqua esse explananda. Cùm ergo hęc iam de Christo dicantur, quod non solùm D. Hieron. & cæteri patres fatentur, sed etiã Iudæi apparet Christum appellari Deum, si quidé cum dixisset Esaias, Deum exercituum ipsum sanctificate Hebraicè אֶת יְהוָה quod est nomẽ tetragrãmaton Dei: & subiecisset, Hic pauor vester, hic terror vester, addidissentque Lxx viri, Si in ipso confisus fueris, vel si in ipsum credideris erit tibi in sanctificationem. D. Hieron. conuenienter Hebraęę lectioni: Et erit vobis in sanctificationem, quod necesse est intelligas de illo Deo exercituum, de quo sermo est, quem nomine Dei tetragrammato appellauit: sequitur iuxta tralationem Lxx virorum, Et nõ in lapidem offensionis: vel vt ipsi dixerunt, Et non vt lapidis offensioni occurretis, vel, offendetis. i. non offendetis in ipso Deo exercituum tanquam in lapide offensionis, & tanquam in petra scandali: atqui lapis offensionis, & petra scandali Christus dicitur, vt dixi interpretari nostros, & Iudæos, & eodẽ modo D. Hiero. cùm de eodem Deo exercituum dixerit, Et erit vobis in sanctificationem hic Deus exercituum. s. de eo enim sermo est, In lapidem autem offensionis, & petrã scãdali duabus domibus Israel, subaudi erit idem Deus exercituum: nec aliter intelligere potest quisquã C vllo modo: Lapidem autem offensionis, & petram scandali Christum dici tantũ, prętерquam quod fatentur omnes, docet D. Petrus qui huius loci paraphrasin facit, inquiens, Credẽtibus honor, non credentibus lapis, quem reprobauerunt ædificantes, qui factus est in caput anguli lapis offensionis & petra scandali: quid enim interest vtrum dicas quod D. Petrus dixit, hic lapis credentibus erit honor, non credentibus lapis offensionis & petra scãdali? an quod Esaias dixit, siue iuxta tralationem D. Hier. hic Deus exercituum (de eo enim loquitur) erit vobis in sanctificationem timentibus eũ. s. Et in lapidem offensionis, & in petram scandali, duabus domibus Israël? siue iuxta tralationem Lxx, quid interest vtrum dicas quod D. Petrus credentibus erit honor, non credentibus lapis offensionis & petra scãdali, an quod Esaias si in eo Deo exercituum. s. (de eo enim sermo erat) confisus fueris erit tibi in sanctificationem & non in lapidem offensionis, & petram scandali? Aduerte præterea quomodo huius loci apostoli & euãgelistæ sunt metaphrastę, quod Hebraicè est, Et erit in sanctificationé vobis. D. Lucas cap. 2. dixit erit in resurrectionem multorum de puero Iesu: D. Petrus, erit credentibus honor: Lxx viri, si in eo confisus fueris erit tibi in sanctificationé: D. Paulus prima ad Corinth. cap. 1. cre- D dentibus erit Christus Dei sapiẽtia: & quòd Hebraicè est, vt vertit D. Hiero. In lapidem offensionis, & in petrã scandali, duabus domibus Israël: D. Petrus dixit, non credẽtibus lapis offensionis & petra scandali: itaque D. Petrus, pro duabus domibus Israel, posuit, non credẽtibus: & hoc loco D. Petrus non videtur agnoscere negationem in lectione Hebræa quam agnoscunt Lxx viri, & facit quod moris est apostolis & euãgelistis, quòd sæpè repetẽdum est, vt duo cõiungant scripturę testimonia, pro vno citent, cõiunxit enim simul cũ hoc Esaię testimonio illud Dauidis, Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, vt vtrunque eodem spectare docerent quod facere solent Lxx viri, vt vnius loci scripturę ex alio scripturæ loco faciant paraphrasim, vel vni loco scripturæ alium scripturæ locum adiungant, quod centies factum reperies si id obseruaris, ne quis Lxx viris vitio vertat, sed laudi potiùs apponat, & diuinitùs eos fecisse intelligat, quod factum videt ab euangelistis, & apostolis. Ecce hic D. Petrus hunc locum citans Esaiæ aut metaphrasim facit ex loco Dauidis, aut locũ Dauidis huic loco coniũgit, vt vtroq; testimonio idem significari doceat. Ecce quę obscurè dicta erant pla-

Christus Deus dictus hoc loco.

Mos est Apostolorũ, & Lxx virorum, cõiũgere duo loca scripturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant planiùs interpretatur D.Petrus,cùm pro duabus domibus Israël dixit, nõ credentibus. A
Pro hoc loco posuit Lucas de puero Iesu, hic positus est in ruinam, pro scandalo, & lapide of
fensionis, posuit ruinam, vt Lxx viri. Aduerte tamen,quod suprà dictum est,hunc Christum
qui lapis reprobatus ab ędificantibus,& lapis offensionis,& petra scandali dicitur à prophetis
& apostolis,hoc loco ab Esaia appellari Deum Sabaòth.

Christus Deus, Sabaoth dictus.

D. HIERONYMVS.

Et offendẽt ex eis plurimi,et cadẽt ,et cõterentur,et irretientur, et capiẽtur.

Diuus Hierony. & Procop. & alij patres verba illa postrema tralationis Lxx virorum expungenda obelo putant, quod Hebraicè non sint, additaque sint de suo à Lxx viris:sed in disputatione de tralationibus ostẽdi omnes patres antiquos longè secus existimare, qui tradunt Lxx viros afflatu spiritus sancti addidisse, quæ addiderunt omnia,idque testimonio euangelistarum & apostolorum probare contendunt, & certè illis fauet rerum euentus. Quæ enim CCC annis ante rem gestam additis verbis de suo sunt interpretati Lxx viri,rerum euentus comprobauit, neque quidquam additum reperies à Lxx viris ad interpretationem scripturæ, quod tricentesimo,aut quadringentesimo, aut millesimo post anno, non intercesserit: & sic reperies hunc locum explanatum esse à Lxx viris,& hæc verba ita esse addita vt historiam rerum gestarum legisse videantur.Nam certè Lxx seniores hoc loco historici sunt, non interpretes: repete animo quomodo postrema verba superiore commentario sunt interpretati Lxx viri : subiungunt enim, quia capti sunt velut feræ quæ decidere in foueas , irretitæ laqueis,cùm vniuersi Iudæi ad celebrandum pascha Hierosolyma confluxere,& subita obsidione Romanorum imparati,& nec opinantes sunt cincti, vt ne vnus quidem elabi potuerit, neque commeatus tantæ multitudini suppeteret, neque domus tantam vim hominum capere possent. Propter hoc,inquit,propheta,offendent ex eis plurimi.i.ruent & cadent, Lxx viri C
interpretantur impotentes erunt.i. multitudo tanta nihil poterit, quia subito oppressa bello, defecta rebus necessarijs,sine armis, sine commeatu, enecta fame, peste implicata, quæ ex tãta hominum multitudine, & tanta fame fuerat exorta non poterat bellare. Hebraicè est, כָּשַׁל quod verbum Hebręum significat offendere,& cadere,& ita vertit D.Hieronymus, offendẽt & cadent,defecti rebus omnibus scilicet,& quod Hierusalem deciderit in tendiculam , & laqueum subita oppressa obsidione, ruent,& cadent: significat etiam hoc verbum Hebræum debilitari pedibus, & manibus,& fieri impotenteis,& sic vertere Lxx, Propter hoc, impotentes erunt quòd subitò oppressi sint obsidione,& quòd defecti viribus,quòd fame erant enecti,& peste implicati,& ideò:Cadent,& conterentur.i.sternebuntur per vias,lege IOSEPH.lib.5.de bello Iudaico & lib.6.& historiam scriptam dices à Lxx viris,& non prophetiã versam Græcè. Et quod quater repetitum est casuros Iudæos, quod hæc geminatio & repetitio affirmandi causa, & amplificandi fit, vt docent rhetores, cadent, conterentur, irretientur,capientur, quæ quatuor verba, eodem spectant. Lxx viri vnum verbum ex his detraxere, loco illius addidere de suo diuinitùs,appropinquabunt.i.petent Hierosolyma ad celebrãdos dies azymorum,& capientur.i.velut in fossa capientur , quod suprà dixerant obsidione Romanorum. Postremò addidere de suo,Homines in securitate existentes.i.qui erant in vrbibus Iudææ tuti & securi, quibus iam pepercerat Romanus gladius,captis iam alijs vrbibus,& qui residui erãt & effugerant tantam vim belli & tantum discrimen,postquam vrbes erant bello vastatæ,qui erant iam tuti,& securi,& immunes malorum,& quibus ex tanto bello hostilis iam pepercerat gladius:appropinquabunt.i. petent Hierosolyma,ad celebrandos dies azymorum,nã hęc omnia addidere Lxx: & verbum illud,Appropinquabũt,multò magis diuinitùs additum est ab illis,& capientur.i.velut in fossa capientur. Lege IOSEPH.de bello Iudaico lib.6.cap.25. & confer verba Iosephi cum his verbis, & intelliges cur veteres patres spiritus sancti afflatu addita ea à Lxx viris esse putarint.

De verbis additis à septuaginta viris, & curvetteres afflatu Spiritus sancti additis, dixerint.

LXX VIRI.

Propter hoc impotẽtes erunt in ipsis multi,& ruent, & conterentur, & appropinquabunt, & capientur homines in securitate existentes.

וְנִכָּשְׁלוּ בָם רַבִּים וְנָפְלוּ וְנִשְׁבָּרוּ וְנוֹקְשׁוּ וְנִלְכָּדוּ

D. HIERONYMVS.

Liga testimonium,signa legem in discipulis

LXX VIRI.

Tunc manifesti erunt signillantes legem

A *pulis meis , expectabo Dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, et præstolabor eum.*

gem ne discant,& dicent: Expectabo Deum qui auertit faciem suã à domo Iacob,et confidens ero in eo.

EVSEB.demonst.euangel.lib.7.cap.3. meliùs & apertiùs hunc locum redditum esse ait à Symmacho,& Theodocione,quàm à Lxx senioribus . Vtinam nunquam licere tantum nostris cæpisset in tralationem Lxx seniorũ,quos, vt fatetur idem Euseb.Spiritus sanctus voluit multis seculis ante aduentum Christi vertere scripturas , quòd relicturus esset Iudæos, & transiturus ad Genteis,quibus Græca lingua eo tempore communis erat.Lxx viri non reddidere hunc locum ad verbum,sed commentarium potiùs edidere pro tralatione:putant enim Lxx hoc quod D.Hieron.vertit conuenienter Hebraę lectioni, Liga testimonium,signa legẽ in discipulis meis , hunc habere sensum : In discipulis meis sit ligatum vetus testamentum, & B clausum,ne discant,finem habeat vetus testamentum,noua sint omnia,vt quod cõtrouersum, & posteà definitum ab apostolis est,an post euangelij prædicationem veteris testamenti cærimoniæ fuerint seruandæ , hoc loco Lxx Iudæi definitum ab spiritu sancto esse putẽt,non fuisse seruandas veteris testamenti cærimonias post aduentum Domini, addidereq; Lxx de suo eos,per quos id futurum esset,claros miraculis toto orbe fore. Hæc sunt quæ faciunt Lxx seniores admirabiles,addunt de suo,quæ posteà rerum euentus ostẽdit verissima,quæq; posteà apostoli & euangelistæ citant pro testimonijs Esaiæ,quòd eadem res sit,quę dicta sit ab Esaia, & quæ dicatur illo commentario,quod suprà pluribus dictum est ex authoritate veterum patrum . Ergo vertere sic hunc locum: Tunc manifesti erunt, miraculis,scilicet: vel vt PROC interpretatur,palàm dicent . Sigillantes legem ne discant.i. obsignantes legem,& claudentes, vt non discant fideles ampliùs cæremonias veteris legis . Sic EVSEB. hunc locum explanat lib.9.cap.14.hos apostolos claros futuros docentes Mosis legem non discere,quòd lex Mosis iam non staret,quòd lex & prophetæ vsque ad Ioannem. PROCOP.interpretationem Symmachi , quam D.Hieronymus vertit ad verbum,quæque eadem est cum tralatione D.Hiero- C
nymi sic explanat: Liga testimonium , non enim ampliùs est opus lege Mosis , claude illam, postquàm iam nouum testamentum datum à Deo est. Vides quo modo Lxx viri, quoties nõ reddunt verbum verbo, scribunt scholia? Quod verò sequitur, aliter explanat PROCOP. interpretatur enim verba illa, Signa legem in discipulis meis sic.i. in ijs , qui ex Gentibus fuerint vocati , qui manifesti erunt obsignantes legem , palàm claudent vetus testamentum , ne quisquam illud discat, quod iam non sit vtile , dato meliore testamento . Sed aduerte corporalem obseruationem veteris testamenti claudi,non spiritalem, quòd omnis scriba doctus in regno cælorum,&c.hæc Procop.Sed illud attende , veterem hunc esse morem interpretandi scripturas receptissimũ , vt ex tralatione Lxx, interpretentur aliastralationes,quòd intelligebãt tralationẽ Lxx seniorũ esse velut scholion,quodq; hoc loco facit Procopius,quòd quidã meũ hoc aiunt esse cõmentũ.Igitur hic locus dupliciter explanatur: Liga testimoniũ.i. liga legem Mosis,& claude,quia ea opus non est, accepto nouo testamento , signa legem in discipulis meis,vel in doctrinis meis(sic enim vertit Symmachus)i. post doctrinas meas euangelicas, D
vel post discipulos meos,claude legem , ne quisquam fidelium discat eam,quòd iam eius obseruatio, corporalis scilicet , noxia esset : & hæc interpretatio mihi videtur lectioni Hebræę conuenire,nam quòd Eusebius explanat alibi σφραγίσωμεν , id est , sigillati , supple Christi sigillo & charactere , non discere legem. i. vt non obseruarent cærimonias veteris legis, lectioni Hebræę nõ videtur conuenire. Verior est prior sententia sigillantes legem, id est, claudentes, sic hoc loco Lxx viri commentarij potiùs fuere , quàm interpretes , & addidere verbum de suo sequenti orationi : nam pro , Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam à domo Iacob, edidere, Dicet , expectabo Dominum , &c. vt sit sensus , Dicet discipulus Domini , aut Apostolus (de his enim sermo erat) expectabo Dominum qui auertit faciem suam à domo Iacob.i.spes meas collocabo in Domino,qui excluſit Iudæos . Quò quid apertiùs dici potuit de Christianis,& de exclusis Iudæis? vbi transitus est factus à plurali numero ad singularem,qui frequens est in Hebræa lingua,nam cum dixisset,Signa legem in discipulis meis,posteà subiecere Lxx,Dicet,discipulus meus,scilicet. CYPR.etiam lib.1.aduersus Iudæos cap. 9.docet his verbis significatum esse, quòd lex prior quæ per Mosen data est , cessatura esset,

Vtinã Eusebio non tantùm licuisset in Lxx viros vnde alij audere incœperunt

Lxx viri pro tralatione ediũt commentarium , quo hũc locum explanant euãgelicè.

Vetus mos veterii puta, ex tralatiõe Lxx virorũ interpretari scripturas ne quis dicat meum hoc esse cõmentum.

Lxx viri hoc loco cõmentarij, nõ interpretes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& verbis sequentibus. Dices, Expecto Deum, qui auertit faciem suam à domo Iacob, & fidens ero in illum: idem significari putat quod illis euangelicis, Omnes prophetæ & lex, vsq; ad Ioannem prophetauerunt. Quòd Hiero. vertit, Et præstolabor eum: verti potest etiam, Et confidens ero in eo, quod Hebraicè est וְקִוֵּיתִי לוֹ .id est, confidés ero in eo, vel, præstolabor eum, vt vertit D. Hierony. Lxx reddidere καὶ πεποιθὼς ἔσομαι ἐπ' αὐτῷ, id est, & confidens ero in eo: Paulus hæc verba citat iuxta tralationem Lxx virorum, tantum verborum ordine mutato, ad Hebræos secundo: ait enim ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς ἐπ' αὐτῷ .i. ego ero confidens in eo, quod AMBR. interpretatur de Christo secundum humanam naturam, cuius fiduciam totam non dubium est esse in Deo patre sicut in euangelio ipse ait, cùm pro suis supplicat dicens, Volo pater, vt vbi ego sum, isti sint mecum, quos etiam vt fiduciam habeant, ex hortabatur dicendo, Confidite, ego vici mundum. Quòd si ita est, vt ait Ambros. tota hæc oratio à principio ad Christum erit referenda, & dicet, Expectabo Dominum, qui auertit faciem suam à domo Iacob, & confidés ero in eo. i. dicet Christus secundum humanitatem assumptam, spes mea erit in Domino, qui excluſit domum Iacob, & discipulos meos populum sibi delegit.

Paulus citat tralationem Lxx.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, et in portentum Israël à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.	Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus, & erunt signa & portenta in domo Israël à Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion.

Lxx citantur à diuo Paulo.

HVnc locum citat D. PAVL. ad Hebræos cap. 2. iuxta tralationem Lxx seniorum, quem interpretans AMBROS. Hoc testimonium, inquit, protulit Apostolus ex Esaia ad Christum, & ad apostolos referens, quos propter innocentiam pueros appellauit, de quibus ipse Dominus ait, Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cælorum. EVSEB. demonstrat. euangel. lib. 9. cap. 14. explanat & hunc locum de apostolis, & miraculis editis ab apostolis, quæ miracula planè significant Lxx viri, cùm ediderè, Erunt signa, & portenta in domo Israël à Domino sabaoth, qui habitat in monte Sion. i. edentur signa, & portenta à Domino per apostolos, quos pueros suos Dominus appellauit. Idem significant verba Hieronymi, In signum, aut, vt Hebraicè est, in signa (ponitur enim singularis pro plurali) & in portentum, vel, vt est Hebraicè, in portenta, & miracula: vt sit totum, Ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus, in signa & miracula. i. vt edãt signa, & miracula Israel: vel, vt Hebraicè est, in Israel, vt edant signa & miracula in Israel à Dño exercituum, qui habitat in monte Sion, non à Belzebub principe dæmoniorum, sed à Dño exercituum, qui habitat in monte Sion. PROC. Puros, inquit, appellat, filios regeneratos aqua & Spiritu sancto: & per hos filios, inquit, erunt signa & miracula: Dedit enim eis Dñs donum miraculorum, Dæmonia ejcite, gratis accepistis, gratis date. Dominus exercituum. i. dux, & imperator virtutum, & potestatum cælestium, à quo datum est donum miraculorum credentibus, de quibus dictum est, Reuelasti ea paruulis: paruulos appellat, in doctrina reuelationis mysteriorum Dei, vt tyrones appellamus, qui disciplinarum addiscunt rudimenta: ita CYRIL. Sed vox Hebræa ילדים, & Græca παιδία, reddi possunt Latinè, serui, & filij, & pueri. ORIG. tom. 1. in Esaiæ cap. 8. homil. 7. hunc locum multis verbis explanat, & alia ex hoc cap. Idem Orig. in Matth. tractat. 7. in illa verba, Tunc obla- D ti sunt ei pueri. CHRYS. BASIL. CYRIL. pro, filijs Dei, accipiunt, regeneratos ex aqua & spiritu sancto: & verba Christi hæc omnia esse aiunt. Versionem, inquam, Lxx virorum, si Græca Græcis compares, citat Paulus, vt dixi, ad verbum, quæ pertrahi nullo modo potest ad Iudæorum sententiam, ne quis eam litteralem sensum scripturæ putet, & decipiat rudes. Et vbi D. Paulus interpres est, quorsum alium audias? Illud scias, omnes veteres patres vno consensu, D. Paulo summam authoritatem dare in interpretandis scripturis, cùm HILAR. li. 5. de Trinit. Paulus, dicat, ille, qui in cælum raptus, vidit arcana Dei, & inde plenissimam scripturarum cognitionem hausit. D. BASIL. cùm alibi tum in procœmio de Dei iudicio, Paulus dicat hoc, ait, qui Christum habet in se loquentem. Et contra Eunomium lib. 1. Vas electionis Paulus, qui Christum habet in se loquentem, qui in tertium cælum raptus, vidit arcana Dei, hanc nobis reliquit doctrinam. Et D. CHRYS. de compunctione cordis lib. 1. Paulo crede, per spiritũ Dei loquenti, cui omnes verè credere debemus Christũ in se loqui, dicenti. Et li. 2. de cõpunctione cordis

Iudæos interpretes scripturæ, nullo modo audiendos, nec legendum illis vllo modo eorum sententiam esse litteralẽ scripturæ sensum.

A cordis magnas Pauli, & omni prædicatione maiores laudes conscribit, ne quisquam putet Paulum testimonijs scripturæ abusum fuisse. Quidam enim, è sacris doctoribus, si quę exciderũt, dicta aliquantulũ negligenter, velut à rosario spinas decerpunt, quibus se, & eos qui eis adhæreant saucient, relinquunt rosas & flores. PLVTARC. in lib. quem conscripsit, quomodo oporteat audire poëmata: Alij, inquit, ex rosario rosas decerpunt, prudentes & vrbani viri, rustici se sauciant spinis. Ergo veteres audiendos puto, qui tantùm abest, vt Paulum dicant scripturæ testimonijs abusum, vt sic Paulum audiant, vt illum, qui raptus in cælum exuberantissimos diuinæ sapientiæ indè hauserit haustus, & qui in se Christum loquentem habeat, neque si doctorem sacrum vnum aliquem, etiam summæ authoritatis audierim dixisse, Paulum abusum testimonio scripturæ, relicto omnium veterum patrum consensu, illum sequendum putabo, quanquam qui scis an ille scripserit vsum? Admirabor certè sanctos patres, ad quædam B facta, vt nostris tẽporibus: & vitiata sit lectio, & pro vsum legatur abusum, neque post interpretationem D. Pauli alium quenquam ex nostris doctoribus interpretem audiendum putabo. De interpretatione huius loci lege CLEM. Alexand. pædag. lib. 1. cap. 5. toto cap.

Pauli Lexs, & authoritas.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI
Et cum dixerint ad vos, quærite à pythonibus, et à diuinis, qui stridٍent in incãtationibus suis: nũquid nõ populus à Deo suo requiret? uisionẽ p uiuis ac mortuis? ad legẽ magis, et ad testimoniũ?	Si dixerint ad vos quærite vates, aut vẽtriloquos, & de terra loquentes, & vana qui de ventre loquentur, nónne gẽs à Deo suo requiret? quid requirẽt de viuis mortuos? vel quid interrogant de viuis mortuos? legem enim in adiutorium dedit.

C CYRIL. in oratione catechetica. i. qua ad res fidei instruit initiandos sacro baptismate interpretans hunc locum, Emmanuel, inquiens, his verbis alloquitur ipsos fideleis, qui reputati erant in filios Dei, abducit illos omnino à moribus antiquis, & a veteri errore. Cõsuetudo enim erat idolatris, dæmonum consulere oracula, quòd ipsos fideleis Emmanuel vetat facere, etiam si ad id admotis omnibus cruciamentis ab idolatris compellantur. Eodẽ modo explanat EVSEB. euang. demonst. lib. 9. cap. 14. Quòd D. Hier. reddidit, pythonibus, Lxx vi reddidere ἐγγαστριμύθους .i. ventriloquos, eodem nomine eos appellat IOSEP. antiq. Iud. lib. 6. c. 14. & 15. vbi ἐγγαστριμύθους interpretatur Iosephus genus diuinorum, qui animas ab inferis euocant, per quas interrogantibus prędicũt futura, qui sunt ijdem cũ pythonibus, qui dicti sunt à πυθέσθαι verbo Græco, interrogo, quod interrogati respondebant, quid futurũ esset. CYRIL. & ISYCH. interpretantur ventriloquos esse eos, qui fingunt se habere deos in ventre, & ob id à veteribus appellatos esse ἐγγαστριμύθους .i. ventriloquos. GREG. Nazianz. in suo apolog. ventriloquos appellat eos qui blandiuntur populo, eos, qui placere principibus & lõcupletibus contendunt, vt sibi opes parent, & dignitates, & quæstum faciant, & ventri seruiant, qui cauponantur Dei sermonem, qui de terra loquuntur ea quæ dicunt ad populum, quibus intra terram, intra inferos se penetrent, vt à vulgo laudem sibi comparent, & vt venentur auram popularem. Sic enim Gregorius videtur interpretari sequentia, de terra loquentes, & vana, qui de ventre loquentur: vt sit sensus, si idolatrę vos iubeãt rogare sententiã à pseudoprophetis, &c. D Nam pro diuinis Lxx vertere, eos qui de terra loquuntur, quos CYRIL. ait esse qui fingunt se vocare ab inferis manes, & ex eorũ ore loqui, aut ex ore inferorum vaticinari. Verbũ Hebręũ ידעוני vt putant Hebræi, augur est, qui ponit os auis cuiusdam in ore suo, & ex illo vaticinatur. Lxx verò seniores putant potiùs esse eum augurem, qui vaticinatur ex ore inferorum: & videtur pro eodem accepisse ἐγγαστριμύθους .i. ventriloquos, & hos augures, qui de terra loquuntur euocatis ab inferis manibus, vt ventriloqui sint, qui euocabant manes, qui se inducrent in illorum corpora, & de illorũ ventre loquerentur, augures ij, qui euocarent manes ab inferis, qui responsa redderent. Sic intellexisse videtur Iosephus loco citato, vt Lxx viri. Quòd D. Hieronymus dixit, Qui stridٍent incantationibus: Lxx reddidere, vaniloquos. Est aliud verbum Hebræum הַמְהֻגִּים à verbo הגה quod Lxx viri reddidere, qui de ventre loquuntur:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod verbum הגה est gemere: quod propriè est columbarum, & turturum, quæ imo pectore trahunt voces, & ideo reddidere Lxx qui de ventre loquuntur. D. Hieronym. quod vna, & eadem res toties erat dicta, non vertit hæc verba, aut enim est idem genus vaticinantiũ quod necromanticum vocamus, aut necromantiæ diuersa genera. Hunc locum multis verbis explicat ORIG. in cap. 8. Esaiæ homilia 7. & Basilius: & Theodoretus. sed eodem tendunt omnia. Nunquid non populus quærit visionem pro viuis, ac mortuis pro Deo suo? Cyrillus & Euseb. loco citato: Vna quæuis gens suos Deos consulit, vos vestros, nos nostros, sunt enim verba, quibus respondent fideles infidelibus, quasi dicant: Quorsum nos iubetis interrogare Deos vestros? vos consulite Deos vestros, nos nostrum Deum consulemus, nam vna quæuis natio consulit suos Deos, siue consulat de his rebus, quæ spectãt ad viuos, siue de ijs rebus quæ spectant ad mortuos. Lxx aliter distinguunt, nam verba illa, Nũquid non populus à Deo suo? integram orationem faciunt, & subaudiunt verbum, per contantur, edidere enim Οὐκ ἔθνος πρὸς θεὸν αὐτοῦ ἐκζητήσουσι. i. an non gens à Deo suo quærit? vt doceat his verbis Dominus sanctos martyres quomodo respondeant cogentibus se adorare idola: An non vna quæuis gens suum cõsulit Deum? quare cogitis nos consulere Deos vestros? ita totam sententiã tralationis D. Hieronymi Lxx viri illis tribus verbis concluse re. Nunquid non populus à Deo suo? & subaudiũt percontantur. Deinde nouo initio legunt, requiret visionem pro viuis, ac mortuis, quod aliter verterunt Ἢ ἐκζητήσουσιν περὶ τῶν ζώντων τοὺς τεκόντας. i. Quid? interrogabunt de viuis mortuos? minus bene enim reddiderat hęc Latinus interpres. i. quæ stultitia est de rebus, quæ spectãt ad viuos cõsulere mortuos? sic Cyrillus hæc, Procop. Basil. Theodoretus, Origen. & Gregor. Nazianzenus de spiritu sancto & lectio Hebræa distincta, vt distinxere Lxx viri idem sonat.

Id est, Consulet de viuis mortuos? hæc omnia pluribus Origenes loco citato.

mortuos? viuis de Cõsulet
יִדְרֹשׁ בְּעַד חַיִּים אֶל הַמֵּתִים

D. HIERONYMVS.

Ad legem magis, et ad testimonium.

LXX VIRI.

Legem enim in adiutorium dedit

לְתוֹרָה וְלַתְּעוּדָה EVSEB. loco citato. Qui semel accepere legem, & salubria mandata in adiutorium, & curam propriæ vitæ superuacaneum putant consulere oracula, & dæmonas scitari, viuo Dei verbo locupletati quorsum de se rogent mortuos? illud quoque addere iubentur, quòd iam Dominus in auxilium euangelium dederit, vt nihil aliud quęrere habeamus necesse. Procop. Cum habeas euangelium ne quæras futura, vt sit ad legem magis & testimonium supple, accurre, ad legem (inquã) nouam, & ad id quod testatus est Dominus, legẽ enim nouam dedit nobis Dominus in adiutoriũ, vt cognoscamus si in præsenti vita bene nos gesserimus vita nos esse sempiterna donandos. THEODOR. Quid dæmonum oracula consulitis, & mortuos ipsos? non creditis tot apostolorum miraculis? atqui in auxilium salutis euangelium accepistis, quod ad veritatem vos ducit. Lectio Hebræa ad verbum reddita לְתוֹרָה legem, וְלַתְּעוּדָה & testimonium. i. legem, & testimonium, reliqua perspicuitatis gratia addidit D. Hieronymus & dixit, ad legem magis, & ad testimonium supple consultum ire oportet, quam ad mortuos: est enim sermo Hebræus concisus. Lxx etiam addidere verba: legem, & testimonium, subaudi, dedit in adiutorium: & sic edidere, Legẽ in adiutorium dedit, subauditis duobus verbis postremis. Hæc omnia loco citato interpretatur Origenes.

D. HIERONYMVS.

Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis lux matutina.

LXX VIRI.

Vt dicant, nõ sicut verbũ hoc, pro quo non est munera dare de ipso.

munus manè ipsi non cuius hoc verbum sicut dixerint non Si
שְׁחַד (vel) לוֹ שָׁחַר אֵין אֲשֶׁר הַזֶּה דָּבָר כְּ יאמְרוּ לֹא אִם

Hic duplex est lectio: D. Hier. legit אֵין לוֹ שָׁחַר, i. non ipsi manè, hoc est, non erit ipsi lux matutina, & sic vertit D. Hier. Si nõ dixerint iuxta verbũ hoc euãgelij scilicet. i. qui nõ crediderit euãgelio, nõ erit ei lux matutina. i. nõ resurget resurrectióe iustorũ, sed in vltima resurrectione dãnabitur in ęternas pœnas. Lxx mutata vna litera legêre אֵין לוֹ שָׂחַר. i. nõ ei mun⁹, & sic

& sic verterẽ lectionem Hebræam ad verbum: profectò non dicent sicut verbum istud, cuius non ipsi munus. i. profectò idolatræ non dicent quicquam tale vt est euangelicum hoc verbum, cuius non ipsi munus. i. cuius euangelici verbi nó est quæstus, non est sermo euangelicus ad faciendum quæstum: & ita vertere vt dicant, Non sicut verbum hoc. i. nunquam dicent sicut verbum hoc euangelicum, pro quo non est munera dare de ipso. i. pro quo euangelico verbo non dantur munera. CYRIL. Sermo euangelicus datus est pro luce, & auxilio hominibus: hoc enim significatum est superioribus verbis, quibus nunc subiungitur. Qui sermo euangelicus non est sicut verbum hoc augurum, neque est dare munera pro ipso, nam augures faciunt quæstum, vendunt enim sua mendacia, sermo euangelicus propositus est ijs qui volunt bona cælestia, non ijs qui volunt dæmonum oracula ad quæstum faciendum. PROC. Euangelicus sermo præscribit tibi, quo pacto præsentem vitam degas, quòd si futurorum scientiam affectas, facito Dei iussa, & expecta æternę beatitudinis fruitionem, hoc superioribus verbis est significatum. Sequitur, hæc lex euangelica non est vt verbum augurum, non est enim dolus ad quęstum, sed sermo propositus omnibus gratis: Qui sititis, venite ad aquas sine pecunia, & sine argento. Leges multa in hunc locum apud ORIGEN. tom. primo in caput. 8. Esaiæ, homilia septima, in fine.

D. HIERONYMVS.

Et transibit per eam, et corruet, et esuriet: et cùm esuriet irascetur, et maledicet regi suo, et Deo suo, et suspiciet sursum, et ad terram intuebitur: et ecce tribulatio, et tenebræ, et dissolutio, et angustia, et caligo persequens.

LXX VIRI.

Et veniet super vos fortis fames, & erit vt esurieritis cõtristabimini, & maledicetis principi, & quę patria, & suspiciẽt in cęlũ sursum, & in terrã deorsũ inspiciẽt, & ecce tenebrę, tribulatio, & angustia, & caligo.

SI semel aut bis Lxx seniores pro tralatione rerum gestarum historiam exprimerent & euentum, tot seculis ante rem gestam, casu factum videri poterat, cùm semper collimẽt vetat Aristoteles dicere id casu, aut forte factum esse, sed intellectu, aut prouidentia, & sapientia summa: vnde non iniuria veteres, non sine sancti spiritus numine Lxx viros id fecisse arbitrantur. Dixerat propheta hoc capite multa de Emmanuele Maria virgine nato, de temporibus euangelicis, de cessatione veteris legis, de discipulis Domini, & persequutione qua eos gentes persequentur, & de rẽsponsione discipulorum, qua respondebunt gentibus: claudit hoc caput nunc prædictione vastitatis Iudææ inuectæ à Romanis post crucem Domini, quod euangelium non recepere. Ita Procopius hunc locum explanat, ita etiam Vatablus, qui optimè hunc locum interpretatur. Lxx viri, vt dixi, commentaria, pro interpretatione scribunt. Transibit per eam, supple terram, is scilicet, qui difficultatem viuendi patitur: & famelicus, vt interpretatur Vatablus, vt sit, Transibit per eam famelicus, & discurret huc, & illuc, fame enectus, vt quærat aliquid quo vescatur. Ferebant enim se clàm hostes extra vrbem, vt radices herbarum quærerent, etiam si viderent plurimos deprehendi ab hostibus, verberibus cædi ad mortem vsque, crucibus suffigi, per omnia cruciamenta necari, transibant tamen per eam terram, & ruebant in manus hostium, fame dira agitati. Non solùm Vatablus sic explanat, sed penè quadringentis annis ante rem gestam Lxx viri qui dixere: Et veniet super vos fortis fames, vel dira fames, de qua IOSEP. lib. 5. de bello Iudaico cap. 26. & 27. & lib. 6. cap. 20. & 21. & alijs multis locis. Lectio Hebræa est וְעֹבֵר בָּהּ quæ potest verti, Et transibit per eam, vt reddidit D. Hieronymus: vel, ועבר, qui transierit, בָּהּ, ab ipsa scilicet euangelica lege: præcesserit enim לְתוֹרָה. i. legem, & לְתַעוּדָה testimonium, quæ generis sunt fœminini, ideo verti potest lectio Hebræa, Qui transierit ab ea, scilicet lege Euangelica, hoc est, qui non crediderit Euangelio, נקשה, malis obruetur: id enim significat verbum Hebræum inter alia, vt docent ipsi rabini, ergo lectio Hebræa ad verbũ reddi potest sic: Qui transierit ab ea, grauissimis malis premetur, & esuriet: pro quo Lxx dixere, Veniet super vos fames dura: fortasse desunt verba in tralatione Lxx, legendumque esset, Veniet super vos grãdis clades, & dura fames ex lectione Hebręa: vt trunq; enim est in lectione Hebręa. Deindè, cùm esuriet, irascetur, & maledicet regi suo: quod Lxx interpretantur, Et erit vt esurieritis

De scholijs additis à Lxx viris pro tralatione, vbi ita planè significant res quæ postea euenerũt cccc. penè post anno, ac si legissent historiã post rem gestã natã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rieritis contriſtabimini,& maledicetis principi. i.tyranno, nam cùm omnes Iudæi, vt ſuprà centies eſt repetitum,qui reſidui erant ex vaſtatis vrbibus Iudæis, conf luxiſſent Hieroſolyma ad celebrandum paſcha,ſubita Romanorum obſidione,nec opinantes ſunt oppreſi.Et factum eſt,vt grauiſsima premerentur fame,vndè exorta grauiſsima peſtis, qua vexabantur graviſsimè,tyranni duo diuerſas vrbium partes occuparant, & inter ſe bellabant, & edebant in Iudæos maximas cædes:intra vrbem ergo Iudæi premebantur dira fame, grauiſsima peſte, ſeditione tyrannorum, foris Romanorum armis, ſi fugere vellent ad Romanos, prehendebantur à tyrannis,& à magiſtratibus Iudæorum, & crudeliſsimè necabantur: ſi excurrerent extra muros clàm hoſtes ad legendas herbarum radices,& prehendebantur à Romanis,necabantur immaniſsimè,vt leges apud IOSEP.lib.5.cap 17.& lib.6.plurimis locis. Ergò: Cùm eſurierit iraſcetur:explanant Lxx, Vt eſurieritis contriſtabimini,quòd neque domi,neque foris vobis licebit quærere fugã mali,& maledicet regi ſuo,interpretantur, maledicetis principi.i.tyrannis,hoc nihil eſt tritiùs apud Ioſephum,quòd prohibebantur à tyrannis,& à ſacerdotibus & phariſæis confugere ad Romanos diſpoſitis cuſtodibus, & ideo maledicebant tyrannis,& quæ patria,vel & patrijs:eſt enim forma Græca dicendi τοῖς τοῦ πάτρια .i. patrijs magiſtratibus: nã pro,Et Deo ſuo,quod D.Hieron.vertit, vel vt Hebraicè eſt, Dijs ſuis.i.pontificibus,& magiſtratibus,qui Hebraicè dicuntur dij,vertere Lxx τοῖς τοῦ πάτρια .i.patrijs gubernatoribus,vt ſit,maledicebant tyrannis,& patriæ gubernatoribus, qui eos prohibebant tranſire ad Romanos, nec illis prouidebant, ſed potiùs ipſos expoliabant, & præterea fæuiſsimas in ipſos edebant cædes,quòd armis inter ſe pugnabant:Sic hæc PROC.ſic IOSEPH. vnde deſcribitur calamitas hæc, quòd quoquò ſe verterent, nox oboriretur, & craſſa caligo, quòd vndique fæuiſsima circunſtarent mala, quòd Chriſtum non recepiſſent, id enim ſignificant hæc verba, Et ſuſpiciet ſurſum,& ad terram intuebitur.i.quoquò circunſpexerit oculos,ecce tribulatio,& tenebræ.i.ecce incredibilis malorum facies,& diſſolutio:exanimatio,& angustia,& caligo perſequens.i.tenebræ,quæ oboriebantur oculis ex multitudine malorum,quæ circunſtabant.

Lxx virorũ ſcholia.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et non poterit auolare de anguſtia ſua.	Vt non videre vſque ad tempus.

IVxta interpretationem Procopij & veterum patrum, horum verborum ſenſus perſpicuus eſt,Non poterit,gens Iudęorum ſcilicet,auolare de anguſtia ſua.i.liberari ab hac calamitate,quæ eos opprimet poſt Chriſti aduentum.Idem ſignificat tralatio Lxx virorum,cùm enim præceſsiſſet,oborientur Iudæis, tenebræ quoquò circuntulerint Iudęi oculos, vel vt Lxx intellexiſſe videntur,excæcabuntur, Iudæi vertere enim σκότος οὐ γὴ μὴ βλέψωσι ἐν καιρῷ .i. & tenebræ vt non videre vſque ad tempus.i.erit cæcitas in gente Iudæa, vt non videant vſque ad tempus quo intromittendi ſunt in eccleſiam. PROC. Cæci erunt vſque ad tempus vocationis, vt non videant quoad introeat plenitudo gentium. Lxx enim addunt quædam commentariola de ſuo,vt dictum eſt,loco tralationis, aut paraphraſim faciunt ex alijs ſcripturæ locis, & hoc loco videtur facta paraphraſis;ex.11.cap. Danielis, vſque ad tempus, vt innuerent cæcitatem illam Iudæorum duraturam vſque ad illud tempus Antichriſti deſignatum à Daniele,nam & Lxx viri,& apoſtoli,& Euangeliſtæ,vt oſtendendum eſt multis locis, ex alijs locis ſcripturæ faciunt paraphraſim aliorum locorum, vt his, & illis, vnum & idem ſignificari oſtendant. Tralatio D.Hieronymi ſignificat Iudæos non liberandos ex vaſtitate, & captiuitate, quæ eos opprimet poſt crucem Chriſti,quod Chriſtum non receperint. Lxx viri cauſam reddunt tanquam commentarij & ſcholiaſtæ, quòd erunt cæci adeò, vt non videant, vſque ad tempus deſignatum à Daniele conſummationis ſeculorum: altera enim tralatio, alteri pro commentario eſt.

Lxx virorũ ſcholiũ.

Reperies in Theſauro linguæ ſanctæ in dictione עוץ, Iudæos hunc locum interpretari ſic, non fuit anguſtia prior,cùm captiuos duxit eos Pul rex Aſſur, ſicut anguſtia hæc, quia prior fuit leuis: Iudæi enim omnia referunt ad Aſſyrios,& hanc periodum ſic diſtinguunt, Non poterit auolare de anguſtia ſua, ſicut tempore primo alleuiata eſt: quam Iudæorum diſtinctionem ſequuntur Vatablus,Pagninus,& Iſidorus Clarius,& certè ſic verti poteſt lectio Hebręa, Nam quanuis D.Hieronymus non verterit: Sicut primo tempore alleuiata eſt, Hebraicè tamen eſt כְּעֵת, & כְּ, ſolet eſſe cópletiua coniunctio,quę nihil ſignificat,ſed ornat tantùm,& ſic D.Hie-

A D.Hieron.vertit, Tempore primo alleuiata eſt,nempè putauit כְּ nihil hoc loco ſignificare. Eſt etiã כְּ aduerbiũ ſimilitudinis,& ſignificat,ſicut,veluti,ideò poteſt verti כְּ ſicut,vt ſit,ſicut tempore primo alleuiata eſt,& ſic Iudęi vertunt hanc periodũ:& non poterit auolare de anguſtia ſua,ſicut tempore primo alleuiata eſt:& interpretantur,quod non fuit anguſtia prior ſicut anguſtia hæc,quia prior fuit leuis.Mitte tu Aſſyrios,& Sennacheribum,quòd Iudæi ſemper Babylonica,& Aſſyria crepant bella(& quidam ſententiam Iudæorum,literalem ſenſum appellant)& adiũge pro clauſula tot oraculorũ de tẽporibus Chriſti & de apoſtolis,& de vaſtitate Iudæę poſt crucem Domini, & intelliges hac clauſula veriſsimè ſignificari tempora Iudæorum poſt crucem Domini, quæ captiuitatis non ſunt inuentura finem. Quid enim aliud hæc verba ſignificant ſic diſtincta? gens Iudæa non poterit auolare de anguſtia ſua, ſicut primo tempore alleuiata eſt,quã captiuitatem poſtremã poſt crucem Dñi,qua nunquam liberabitur gẽs Iudęa,de hac verè dicetur,nunquam liberandos eſſe Iudæos,vt ſunt liberati de cæteris captiuitatibus.Rumpant ſe Iudæi,& crepent medij, de nulla alia captiuitate hæc verba dici poſſunt:ex omnibus enim captiuitatibus liberati ſunt,falſa ergo eſſent hæc verba, & mendacia,ſi ad aliam captiuitatem referrentur. PAGN.verbum Hebræum quod D.Hieronym.reddidit, Auolabit,vel,liberabitur,& VATAB.Expediet ſe,ſequutus Iudæos, reddit, Quia nõ erit obſcuratio,quod verbum Hebræum nullo modo ſignificare poteſt, etiam ſi id probet in commentarijs Vatablus,& Rabinorum cœtus,qui hunc locum obſcurare contendunt, vt reperies in dictione עוץ, nam cùm ſit perſpicuum & planum hoc verbum עוץ, eſſe idem quod Latinè volare,neque aliud quidquam ſignificare, quanuis Iudæi contrà nitantur,non poſſunt tamen teſtimonium vllum citare ex ſacris literis, quo probent aliud ſignificare quod ipſi fatentur: aiunt enim hoc tantum loco ſignificare,obſcurare:atqui ſi dialecticam noſſent, vt docet Ariſtoteles.8.Topic. intelligerent locum controuerſum non poſſe ipſos iuuare, nam aliud eſt עוץ, aliud עֵיפָה, ſicut,aliud lutum,aliud luceo: ſed finge עוץ ſignificare id quod volunt Iudæi aliquando,vndè tu factum putas, vt libeat homini Chriſtiano Iudæos ſequi potiùs quàm noſtros in re neque credibili, neque probabili, in eo loco præſertim, qui tantopere premat Iudæos,quanuis verba vel hoc,vel illo modo diſpungas.

Contra eos qui ſententiam Iudæorum literalem ſenſum appellant.

B

C

D

IN ESAIAE CAP. IX.

HOc caput. IX. Eſaiæ, Euangelij myſteriorum,vt iam apparebit,plenũ eſt,quod tamen ad Iudaicas fabulas Rabini detorquent, ideoque exemplum erit eorũ, quæ diximus in diſputatione de tralationibus, vbi cùm aliorum ſanctorum patrum,tum D.Hieron.teſtimonijs oſtendimus Iudæos,& qui Iudæos ſequũtur manifeſtiſsima de Chriſto vaticinia inuertere, tenebris inuoluere, & vt ipſius D.Hieron. verbis vtar, ad peruerſam intelligẽtiam praua interpretatione detorquere.Ex hoc ergo cap.ſimilibuſque,neque enim omnia perſequi conſilium eſt,ne in infinitum hoc volumen excreſcat,licet vel manibus prehendere eos, qui relictis ſanctis patribus putant Iudæos ſapere,& ad illorum præſcriptum interpretantur ſcripturas, dum aliquid muneris ſe offerre catholicæ eccleſiæ arbitrantur,venenum præſentiſsimum propinare legentibus,& dum prodeſſe volunt,peſtem importare ſuis.

Qui è Iudæorum libris, & de Rabinorũ ſententia interpretantur ſcripturas, peſtem legentibus importãt.

Principium huius cap.interpretatur D.Matth.euãgeliſta de Chriſto:Iudæi referente Iſidoro Clario,prædictionem eſſe putant captiuitatis decem tribuũ, primùm eius quæ à Theglathphalaſſare facta eſt,vt proditum eſt. 4.Reg.cap.15.deindè eius quæ facta eſt à Salmanaſſare. 4. Regum cap. 17. & ideo dicunt primam tranſmigrationem leuem, ſecundam grauem fuiſſe: & ita interpretantur, Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, quia primo tẽpore leui plaga percuſſa eſt,& tranſlata eſt in Aſſyrios terra Zabulon, & Nephthalim cũ duabus tribubus, & dimidia vltra Iordanem. Et illud, Nouiſsimo tempore aggrauata eſt, interpretantur de Salmanaſſare,qui poſteriore tempore deleuit omnes decem tribus.Ita Pagninus explanat hũc locum in dictione,Calàl,quod Hieron.vertit, Alleuiata eſt: Pagninus reddidit, Alleuiare fecit terram Zabulon.i. demigrare fecit Thiglathpileſſer, id eſt, migrare fecit Reubenitas, &

Judæi manifeſtiſſimũ de Chriſto vaticinium referunt ad captiuitatem decem tribuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimidiam tribum Manasse,& quòd illic in Thesauro linguæ sanctæ Pagninus Iudæorum sententias refert,nihil erat quod de eo quereremur,nisi ita vertisset scripturam,vt hanc Iudæorũ sententiam sua tralatione expressisset:& putat se vertere ad veritatem Hebraicã,si Iudæorum sententiam sua tralatione exprimat: & sic distinguit hoc caput, vt distinguunt Iudæi, nam finem cap. VIII. fecit hoc totum: Quia non erat ei obscuratiõ secundum angustiam quæ fuit ei tempore primo ab eo qui alleuiare fecit terram Zebulum,& terram Nephthalim,& vltimo ab eo qui aggrauare fecit viam maris trans Iardèn Ghelil gentium. Sic distuncta lectione,vt distpungunt Iudæi,vt primo tempore referant Iudæi ad Theglathphalassarem:&,vltimo tempore ad Salmanassarem:& his verbis claudant caput superius,& de bello Assyrio interpretentur,& non de Christo.Iudæi enim hunc cap. VIII. finẽ & principiũ hoc cap.IX.referũt ad captiuitatem decem tribuum,vt leges in Thesauro linguæ sanctæ in dictione קטן & adduntteras lectioni Hebræę,& omnia turbant,nec quicquam promouent: non enim intelligas quę dicunt, nec ipsi quæ dicant intelligunt.Initium cap. IX. faciunt Iudæi: Populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam,& vt refert Isidorus Clarius explanant de Hierosolymis,cùm imminente vrbi Sennacheribi exercitu, erat in tenebris, quòd rebus desperatis obortaerat omnium oculis nox,& subitò extincto ab angelo vniuerso exercitu Sennacheribi, veluti purus serena luce fulsit dies:&,Populus qui erat in tenebris, interpretantur præ timore scilicet: Vidit lucem magnam.i.è tenebris in lucem emersit. Hæc Iudæi. Nostri solebant Iudæos refellere,non interpretari scripturam ad Iudæorum præscriptum,& eo consilio Hebræam, & Græcam linguam discebant, vt Christiana dogmata stabilirent,Iudæorum frænarent impietatem non vt relicto euangelio & relicta sanctorum patrum sententia Iudaicas fabulas suis obtruderent.Vt liqueat ergo quam immeritò in interpretanda scriptura deserant quidam Christianorum signa,Iudæorum vexilla sequantur, paucis singula excutiamus. De Thiglathpileser, zebulum,Iarden,Ghelil,similibusque dictum est supra in disputatione de tralationibus.Crepant enim huiusmodi nomina, vt verborum sono, & nouitate imperitorum animos admuatione imbuant,neque libet cum Euangelistis & apostolis,euangelicis vti nominibus,sed horridas voces potius cum Iudæis Iudaicè loqui placet.Mitto hæc quæ notissima sunt, Iudæorũ amatores testimonijs Iudæorum refellamus. Iosephus & Philon,quos D. Hieronymus in epistola ad Marcellam, Iudæorum sapientissimos & doctissimos appellat hæc omnia nomina ita enunciant,vt literæ apostolicæ,& euangelicæ: vt Lxx viri. De Philone nulla controuersia est, qui Lxx virorum tralationem sequitur & interpretatur. IOSEPH. de bello Iudaico lib.2. cap.37.lib.3.cap.4.Zabulon nominat non Zebulum:Iordanem, non Iardèn:Galilęã,non Ghelil. & lib.5.antiquitatum, Theglathphalassarem nominat,non Thiglathpileser:& cap.14. Salmanassarem cum nostris enunciat, & suos Iudæos damnat. Denique omnia nomina Hebræa ita enunciat,vt apostoli & euangelistæ,non vt nostri homines, qui hæc nomina Hebraica crepant Hebraicè.Sic ille quoque Iudæus, qui librum Sirach Græcè vertit, sic Theodocion, Aquila,& Symmachus Iudæi,& blasphemi,vt D.Hieron.eos appellat, qui literas sacras Græcè reddidere,hæc vertêre nomina vt Lxx viri,vt D.Paulus,D.Ioannes,vt cæteri apostoli,& euangelistæ.Citant enim sancti patres in quibusdam horum Iudæorum tralationes: nõdum enim Iudæi tantoperè scripturæ sensa inuerterant, & Iudęi tralatores multò fideliùs vertebant scripturam, quanuis, vt docet nos D. Hieron. subdola interpretatione oracula de Christo inuerterent,multò tamen fideliùs scripturam vertebant,quàm quidam eorum qui nostro tempore nouas cudunt tralationes.Quæ eò pluribus dixi,& antiquorum testimonijs cõfirmaui, quod quicunque Christianorum causæ fauent,indocti ab Hæreticis,& à Iudaizantibus nominãtur. Quæ res fecit, vt nostri eis gratificentur,& se stultos appellari gaudeant,dũ stulti propter Christũ appellẽtur,suos aduersarios nominẽt gnosticos,vt ipsi volũt appellari.i.sciẽtes & sapiẽtes.

Iam Iudæorum sententiam refellamus, vt hinc fiat coniectura de cæteris, in quibus ab interpretatione D.Hieron.& Lxx virorum, recens editæ tralationes dissident.Aiunt Iudæi,Alleuiare fecit terram,cùm migrare fecit Dominus Thiglathpileser ex terra Zebulũ: vbi quæso istuc legimus vnquam? quòd Deus fecerit emigrare ex terra Zebulum regem Thiglathpileser? contrarium prodit scriptura: legimus enim prædixisse Dominum per prophetam,intra sexagesimum annum vastandum regnum Israël. &. 4. Reg. cap.15.scriptum est, incepisse Dominum complere hoc vaticinium, quod rex Theglathphalassar cæpit Ion Abel domum Maacha,& Iaon,& Cadès,& Aser,& Galaàth,& Galilæam,& vniuersam Nephthalim,& transtulit

Qui Hebræorũ sc. tẽtiam sua tralatione exprimũt, putant se scripturã vertere ad veritatem Hebraicã.

Iudæorum sentẽtia de huius capitis sensu.

Nostri olim refellebant Iudæos, nõ adhibebant illos præceptores contra apostolos & euãgelistas.

Defenduntur nomenclaturæ ecclesiasticæ, contra Iudaizantes.

Refellũtur Iudæi et Iudaizantes, et impia eorũ sententia subuertitur.

A stulit eos in Assyriam, immissum à Domino legimus Theglathphalassarem non demigrare factum ex his locis.Deindè,Alleuiatam terram Zebulum,& Nephthalim aiunt Iudæi,quas vastatas & ductas captiuas fatentur,& volunt nobis persuadere,clade affectas leuiore, quas prorsus non diffitentur vastatas,aut leuiter tractatas,quas scriptura prodidit prorsus euersas,& ductas captiuas,eo colore videlicet,quòd reliquæ tribus non sint ductæ captiuæ, quasi harũ miseriam iuuet,quòd solæ saluis finitimis vrbibus perierint. Vide sis,quid audeat dicere Iudæorum pertinacia? Quid quod sequitur? Nouissimo tempore aggrauata est, dictum aiunt,quod posteà tribus reliquæ sint ductæ captiuæ à Salmanassare.Si suprà leuatas dixit propheta eas tribus,quæ ductæ erant captiuæ,cur nunc reliquas,quæ ducuntur captiuæ non leuatas,sed grauatas ait? leuatáne dices terram Zabulon,& Nephthalim, cùm vastatæ sunt,& prorsus euersæ? grauatas reliquas cùm eisdem implicantur malis? si de toto regno Israël dixisset à primo leuiore affectum pœna,quòd duæ tantùm tribus cum dimidia,essent ductæ captiuæ,non cohæreret quod prædixerat Dominus vastandum regnum Israël,& cùm complere incipit, non leuiore plaga percutit;sed incipit perdere.Sed hoc ferendum aliquo pacto esset. Non ait regnũ Israël leui affectum plaga,sed tribum Zabulon & Nephthalim,quæ prorsus sunt deletæ. Cur ergo nunc,cùm ait,reliquas esse deletas,non ait,leui affectas plaga, sed aggrauatas? si vtroque loco idem dicitur,cur non eundem vtrobique seruat dicendi tenorem? B

Sed aduerte sodes Iudæorum mendacia.Primo tempore alleuiatam aiunt terram Zabulon & Nephthalim,cum duabus tribubus,& dimidia,quę erant vltra Iordanem:leuisne plaga est, quæ dimidiam regni Israëlis partem vastat,& captiuam ducit? nam regnum Israël cõtinebat decẽ tribus,si quatuor semis tribus captiuę ducũtur,penè dimidia pars regni ducitur captiua. Atqui tribus Zabulon,& tribus Nephthalim,& duæ tribus,quæ sunt vltra Iordanem, Reubenitæ,& Gadditæ & dimidia pars tribus Manasses quatuor semis tribus efficiunt. Sed dices Iudæos dicere tantũ Reubenitas Gadditas has duas tribus ductas captiuas à Theglathphalassare cum dimidia tribu Manasses.Hoc qui conuenit?si Reubenitæ & Gadditæ cum dimidia tribu Manasses captiuæ ducuntur,quomodo leuata est terra Zabulon, & Nephthalim .i.leui affecta plaga? exiguum ne interuallum putas situm fuisse inter tribum Zabulon,& Nephthalim & inter alias tribus duas cũ dimidia Reubenitas,& Gadditas,& dimidia tribu Manasses? Certè tantum distant inter se hæ tribus quantum Gallia ab Hispanis, quod Galliam perturbãt Lutheriani,à Lutherianis Hispaniam vexatam dices? Quid? quod scripturæ repugnant Iudęi,vt Christi oracula oppugnent,nam 4.Reg.cap.15.scriptum est:Galilęam,& vniuersam Nephthalim à Theglathphalassare captam,nihil hic de Reubenitis, aut de Gadditis, sed de Galilæa & tribu Nephthali. Atqui Galilæa superior & inferior est: superior quæ spectat ad septentrionem,terminatur finibus Tyri,& Sydonis,inferior quæ vergit ad meridiẽ,terminatur ripis Iordanis fluuij,& continet tribus duas tribũ Nephthalim& zabulõ,vt docet AMBR.in Psal.43. vbi nationes infideles ait duodecim tribubus Israël olim fuisse permixtas, vt paulatim etiam gentibus infunderetur cognitio cœlestium sacramentorũ. Nam postquam dixerat tribui Iuda finitimos fuisse Philistijm,qui ex alio latere tribui Ruben appropinquabant, & eidem tribui Iuda Ammonitas à parte deserti fuisse propinquos, adiecit Tyrios & Sidonios Galilæę fuisse proximos,hoc est tribui Zabulon & tribui Nephtalim, hæc AMBR. quibus verbis nos docet,Galilæam duas tribus continere,tribum Zabulon,& tribum Nephtalim, sed quoniam aduersus Iudæos suscepta disceptatio est,Ambrosio apud Iudæos parua erit fides. IOSEP.Iudæus Antiquit.Iudaicę lib.5.cap. 1.Zabulonitas ait à monte Carmelo incipere, qui terminus erat tribus Isachar & principium Galilæę,vt docet idem Iosephus de bello Iudaico lib.3. cap. 4.pertinere autem ait Zabulonitas vsq; ad lacum Genesareth, circa quem Dominus versabatur Matth.cap.14.Marc.6.Luc.5. ergo zabulonitas, ait Iosephus, tenere eam partem Galilæę, quæ est à monte Carmelo,vsque ad lacum Genesareth: tribum verò Aser, plana loca & convalles:tribum Nephtalim,ea quæ vergunt ad orientem,vsque ad vrbem Damascum, & superiora Galilæę vsque ad montem Libanum & fontem Iordanis:ita has tribus tres,Galilæam vniuersam ait occupare,tribum zabulon,& tribum Nephtalim, & tribum Aser esse tamẽ multas nationes infideles his tribubus permixtas,vt paulatim religioni assuescerẽt ait D.Ambrosius,& vt infrà dicemus ex Strabone. Cùm ergo sacræ litteræ dicant, Galilęam & vniuersam tribum Nephtalim ductam captiuam à Theglathphalassare has tres tribus ductas captiuas ait,non tribum Ruben,nec tribum Gad, aut dimidiam tribum Manasses, si contendant Iudæi

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

has omnes quatuor ſemis, vel quinque ſemis tribus, ductas à primo captiuas, plus dimidia A
pars regni ducta eſſet captiua, non ergo leui plaga fuere affecti ſed grauiſsima. Nam ſi ita in-
terpreteris, vt diximus ſuprà Iudæos interpretari, illa oratio, Alleuiare fecit, non conuenret
hiſtoriæ. Accipe nunc quàm multò magis repugnent ſequentia. Poſtremo tempore aggra-
uata eſt, quia octo tribus ductæ ſunt captiuæ à Salmanaſſare, quæ (malum) octo tribus erant
reliquę? ſed fac reliquas fuiſſe octo tribus: vbi hic mentio octo tribuum? quid ſomniat Iudæi
quas carent nebulas. quod eſt in prouerbio, hic enim aliarum tribuum nulla fit mentio, ſed
tantum tribuũ Zabulon & Nephtalim. Nam certè terra Zabulon & Nephtalim, & via maris
trans Iordanẽ Galilæa, tantũ tribus illas ſignificat quas ſupra dixerat alleuiatas, quas captiuas
duxit Theglathphalaſſer. idem enim eſt terra Zabulon ac Nephtalim, & Galilæa, quòd Gali
læa vt dixi, continet has duas tribus & tribum Aſer. Via maris trãs Iordanẽ, ſignificat vltimos
Galilæę terminos, vt oſtendi ex Ioſepho: vbi ergo mẽtio octo tribuum, quoscentones farciũt
Iudæi? age, largiamur Iudæis, verba illa, Via maris trans Iordanẽ, quæ Galilæę ſignificant ter-
minos, quod mare Tiberiadis vel Geneſareth, quod hic ſignificari poteſt intra Galilæã eſt, vt B
docet IOSEP. lib. 3. cap. 4. ſed largiamur ſignificare duas tribus & dimidiam Rubenitas & Gad
ditas & dimidiam tribum Manaſſes, iam non ſignificantur reliquę tribus omnes: & Rubeni
tę & Gadditæ à Theglathphalaſſare ductę captiuę dicuntur à Iudæis: & 4. Regum cap. 17. Sal
manaſſar quem aiunt Iudæi captiuos duxiſſe reliquas tribus, Samariam obſedit, & cępit re-
gnũ Samariç. Samaria porro inter Galilæam & Iudæa eſt, vt docet IOSEPH. de bello Iudaico li
bro 3. cap. 4. vbi hic mentio eſt Samariç? aut reliquarũ tribuũ? vt ad Salmanaſſarem hæc poſ-
ſint referri? videntur ne tibi veteres patres iure hęc Iudaicas appellare fabulas? Commenti e-
tiam ſunt Iudęi vt ſuo arbitratu quo velint libere inuertant ſcripturę ſenſa ſacra, prophetas
non dicere conſequentia, neque quæ inter ſe cohęreant ſed nunc hęc, nunc illa oracula funde
re, pro vt ſpiritus ſanctus inſtigat, quod refellit Epiphanius, & alij ſancti patres, oſtenduntque
prophetas dicere conſequentia, quæque inter ſe miro ordine conſentiant, & mutuo inter ſe
nexu hęreant, & res ipſa indicat ita eſſe, vt ſupra oſtendimus in diſputatione de tralationibus.
Nã ſi veterum patrum interpretationem ſequamur, mutuo ſibi omnia reſpondent, media pri-
mis, & vltima mediis. Sed Iudęi inquam illud ſunt commenti contra noſtros vt ſcripturã in- C
vertant, alioqui quę hęc tãta rerum inconſequentia eſſet? vt cum ageret propheta de captiui-
Iudæorum fraus. tate decem tribuum Iſraël, bellum Senacheribi intermiſceat. Quid Senacheribo cum captiui-
tate decem tribuum? vt dicant ſuperiora de decẽ tribubus eſſe dicta, & hęc ſequẽtia: Populus
qui ambulabat in tenebris interpretentur de exercitu Senacheribi ex tincto ab angelo, & libe
ratis Hieroſolymis. Optime Lactant: Hęc mendaciorum eſt natura, vt inter ſe cohærere non
poſsint. Si ſingula ergo expendas, & quæ volunt Iudęi illis omnia largiare, & verba illa lib. 4.
regum cap. 15, cœpiſſe Teglathphalaſſarem, ion, abel domum maaca, Ianohè, & Cades, & Aſer,
& Galaad, ſignificare concedas duas tribus illas Reubenitas, & Gadditas, atque adeo dimidiã
tribum Manaſſes, tamen mentiuntur impudentiſsimè, cùm dicant leuiter percuſſum regnum
Refellitur Iudæi. Iſraël, cum percuſſæ ſunt quinque ſemis tribus. percuſſa eſt enim Galilæa, & captiua ducta à
Theglatphalaſſare (quę continet treis tribus, vt ſuprà diximus, tribum Zabulon, Nephthalim
& Aſer) & duæ tribus cum dimidia quas dicũt Iudęi, vt Reubenitæ, & Gadditæ, & dimidiã
tribus Manaſſes. Quomodo igitur leuis hęc eſt plaga? Mentiuntur etiam multo impudẽtius
ijdem Iudęi cum aliarum tribuum hic fieri mentionem aiunt. Nam in his verbis prophetę ter D
ræ Zabulon, & terræ Nephthalim mentio fit, & Galilæę & finium Galilęę quam tenent eędẽ
tribus Zabulon, & Nephthalim. vbi ergo aliæ tribus, quę captæ ſunt à Salmanaſſare nomi-
nãtur? Nam regnum Samariæ cœpit Salmanaſſar, quod eſt inter Galilæam, & Iudęã, Si omneis
admoueas machinas nullum verbum prophetæ huc queas deflectere, neque ad reliquas tri-
bus, vt appareat per quot aduerſantia, & quæ frontibus aduerſis pugnent, decipiãt quoſdam
ex noſtris, qui ſequũtur Iudęorum interpretationem. Quidam hanc hiſtoriam eſſe ait typum
liberationis, qua à Chriſto ſumus liberati, fauet Pagnino, & eius rei gratia res maximè inter
ſe repugnantes coniungit. Et non videt hæc omnia, quæ diximus, repugnare Iudæis, neque
poſſe vlla ratione verba prophetę ad Iudæorum ſententiam pertrahi, etiam ſi ea euangelista
Matthęus non eſſet interpretatus. Typum eſſe ait, liberationis generis humani, iſta liberatio
ne inimicis quidem ſiet, quæ vaſtitas eſt decem tribuum & captiuitas. Nam typus ſimilitudo
eſt, vt exaltatio ſerpentis, vt immiſsio ligni in aquas, vt hiſtoriæ omnes, quibus factis veterum
patrum

A patrum aliquid, vt verbis pręſignificatur. Hic quid niſi vaſtitas, & ſempiterna captiuitas? nam
ſuprà oſtendimus non eſſe typum, ſi quid ingenio applices alicui rei, Typus eſt expreſſa ſimi- *Typi ſcri-*
litudo, & facta quæ ita ſignificent vt verba, vt cùm Tarquinius apud Liuium baculo decutit *pturæ qui*
ſumma papauerũ capita, quo facto ſignificantiùs expreſsit, quàm verbis, reſecanda potentũ *cõtra quoſ*
capita. Huiuſmodi factis ad nos loquitur Deus in ſcriptura, ſi rectè intelligamus, expreſsiùs *dam.*
factis res ſignificatas videbimus, quàm verbis.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Primo tempore alleuiata eſt.	Hoc primùm bibe, velociter fac.
	fac cito bibe primũ cũ tẽp⁹ fac cito primũ tẽp⁹ cũ
	בְּעֵת הָרִאשׁוֹן שְׁתֵה הָקֵל (vel) בְּעֵת הָרִאשׁוֹן הָקֵל

Hic locus longè ſecùs intellectus, & diſpunctus à Lxx viris, quàm à D. Hie-
ron. eſt. Et Matth. cap. 4. diſpunctionem Lxx virorum ſequutus eſſe videtur, qui initium ſen
tentiæ cum Lxx viris feciſſe videtur: Terra Zabulon, & terra Nephthalim: vt prima ſententia
B finita ſit intra hæc verba: Primo tempore alleuiata eſt, pro quibus Lxx reddidere, Hoc primũ *Defendun*
bibe velociter fac: hanc enim dictionem caſtigati codices Græci præferunt, & veteres patres *tur Lxxvi*
citant. ERASM. in cap. 4. Matth. hæc verba nihil cum veritate Hebraica habere affine putat, *ri cõtra Era*
miraturq; quòd illa D. Hieronymus non reijciat, atque adeò inſectetur tanquam ſpuria & a- *ſmum.*
dulterina: quid ais Eraſme? Lxxii teſtes, vacui odio, & gratia Hebraicæ veritatis, & verę in- *Lxxii te*
terpretationis tibi non ſunt ſatis? doles inſuper, quòd eos conuitijs nõ proſcindat D. Hieron. *ſtes trecen*
corrupti à Chriſto videlicet, aut ab eius apoſtolis, & diſcipulis euangelica verba ſonant. At *tis annis an*
qui tribus ſeculis ante euangelica tempora ſcripſere, ne hoc nomine in ſuſpicionem veniant. *te tempo*
Non poſſum non dolere tam male nos in noſtra eſſe animatos, quod conqueritur Euſeb. vt *ra euange*
noſtris apud nos tam parua ſit fides. In lectione Hebręa vnum verbum reponendum vide- *lica, qui e*
ri poſſet, Bibe, vt ſit, Hoc primum bibe: Hebraicè שְׁתֵה idque duce D. Hieronymo qui in præ- *uangelica*
fatione in quatuor Euangelia ad Damaſum nos docet, neque in veteri teſtamento poſt Lxx *verba ſo*
interpretes emendare quid licuiſſe, neque in nouo, quod multarum gentium linguis, ſcriptu- *nent, cuiuũ*
ra ante tranſlata doceat falſa eſſe quæ addita ſint, qua de re ſuprà pluribus eſt dictum. Er- *ſint ſatis?*
C gò è tralatione Lxx virorum, deprehendi poſſe ait D. Hieronym. ſi quid ſit additum, ſi *Poſt Lxx*
quid ſit detractum, quæ ratio ſi valet vnum verbum שְׁתֵה è lectione Hebręa, tralatio Lxx *viros, vt*
virorum arguere videtur expunctum eſſe à Iudæis, expunctis duabus ſyllabis, quod veta- *docet Diu⁹*
bant aliò deflectere hoc Chriſti admirabile vaticinium, quod oſtendimus facere ſolitos lu- *Hieron. ni*
dæos. Lectio igitur Hebræa, ne Eraſmus dicat repugnare tralationi Lxx virorum, ſic etiam *hil mutari*
reddi poteſt כְּ ca, id eſt, cùm: vt Exod. cap. 9. Cùm egreſſus fuero de vrbe. & Oſeę capite. 7. *poteſt inve*
Cùm ſanare vellem Iſraël. vbi pro illa voce, Cùm, Hebraicè eſt, ca, כְּ. Deinde עֵת tempus, *teri Teſta*
הָרִאשׁוֹן primùm, הָקֵל velox eſto, feſtina, hoc enim ſignificat etiam conſenſu omnium Iu- *mẽto, quod*
dęorum Hebræum verbum. Coniunge totum: Cum primum tempus feſtina; & ſubaudi per *non depre*
zeugma ab inferiori ô terra Zabulon, & Nephtalim vt ſit ſenſus: cum primum tempus fuerit *hendatur.*
feſtina ad credendum ô terra Zabulon, & Nephtalin tu prima eſto, tu velox eſto. Lxx viri ſen
ſa exprimunt, non verba, pro, Cum primum tempus feſtina ô terra Zabulon, & Nephthalin,
dixere, hoc primum fac velociter tu ô terra Zabulon, & Nephthalim. & addidere, bibe, quo
ſignificarunt Hebræam lectionem ſic vertendam, vt Hebræum verbum addamus שְׁתֵה vt for
D taſſe fuerit lectio Hebræa ad verbum reddita Cum tempus primum, bibe, velociter fac, ſubau
di, O terra Zabulon. Iam interpretationes veterum patrum ſubiungamus, oſtendamuſque
nihil poſſe eſſe conuenientius lectioni Hebręę, & tralationi Lxx virorum, quàm eſt veterum
patrum ſententia, nam hæc verba non citantur ab euangeliſta Matthæo.

Cum cap. proximo dictum ſit vt Chriſto credamus, & ei fidamus, & ſi hoc fecerimus futu-
rum eſſe vt nobis Emmanuel ſit in ſanctificationem, & non in lapidem offenſionis, & alia mul
ta initio huius cap. propheta ait iuxta tralationem Lxx virorum, tu ô terra Zabulon, & Neph
thalim primum fac hoc. i. prima crede, bibe, ſupple, doctrinam euangelicam, velociter fac. i.
velox eſto ad credendum: prædicitur enim hoc vaticinio primos credituros fuiſſe apoſtolos
ex his duabus tribubus & velociter credituros, vt poſtea oſtendemus. AMBR. in primũ Pſal.
interpretans hunc locum: Bibe Chriſtũ, inquit, quia petra eſt, quę vomuit aquam, bibe Chri
ſtum quia fons vitæ eſt, cuius impetus lętificant ciuitatem, bibe Chriſtũ quia pax eſt, bibe Chri
ſtum quia flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuę, bibe Chriſtum quo bibas ſanguinem, quo

redemptus

Universidad de Deusto
Biblioteca

redemptus es, bibe Christum vt sermones eius bibas, sermo eius vtrunque testamentum est, fac citò vt tibi fulgeat lux magna. D.BAS. sic hoc dictum putat, sicut illud, sitientes venite ad aquas, combibite fidem primum ô apostoli ex tribu Zabulon, & Nephthalim, & citò ite ad euangelij prædicationem. Sed negabis hoc conuenire cum lectione Hebræa quod Hebraicè non sit, bibe. Non inficiasimus inquies, quod negare nemo queat lectionem Hebræam verti sic posse ad verbũ, Cum tempus primum velox esto, aut velociter fac, subaudi ô terra Zabulon, & Nephthalim per zeugma ab inferiori, & posse conuenire cum sensu Ambrosij, & Basilij. Cum primum tempus fuerit, aduentus Christi scilicet, aut horum mysteriorum quæ dicta sunt cap. superiore, O terra Zabulon, & Nephthalim, velociter fac quæ diximus, vt credas scilicet, vt fidas Christo: tamen vbi verbum, bibe, est? nulla mentio huius verbi in Hebræa lectione reperietur. Dixi ex præcepto D.Hier. posse videri reponẽdũ esse verbũ, Sethè. i. bibe in lectione Hebræa, aut si mauis factam esse paraphrasim à Lxx senioribus, ex illo Esaiæ loco, Omnes sitientes venite ad aquas, & appositio illo verbo, bibe, significasse nobis quid facere velociter iuberet propheta, quasi diceret: Cum vocauerit Dominus vos & dixerit, Omnes sitientes venite ad aquas, tu ô terra Nephthalim, & terra Zabulon primũ hoc fac, bibe ex aquis illis ad quas vocat Dñs, velociter fac, i. fac statim: nam de verbis additis à Lxx viris quid sentiant vẽteres patres in disputatione de tralationibus dictum est fusius. CYRILL. monstrari his verbis putat qui sint primi, qui crediderint, qui accesserunt ad cognitionem Emmanuelis, quasi dicat, ô terra Zabulon, & Nephthalim, hoc primum bibe. i. suscipe prædicationem Euangelij, & verbis illis, fac citò. Cyrillus & Procop. putant significatam esse celeritatem qua alacriter ad credendum Christo relictis retibus aduolarunt apostoli. EVSEB. lib 7. cap. 4. demonstrationis Euangelicæ. Tu prima bibe poculum euangelij, & crede cito ô terra Zabulon. Ad prima namque prædicationis verba apostoli relictis retibus secuti sunt Christum & significari ait hoc loco qui primi ex gentibus in Christũ credidere, & ex quibus tribubus primi apostoli, & discipuli Domini sunt vocati. Expende tu verba Hebræa ad verbum reddita, vt diximus & vide an quidquam possit esse conuenientius verbis Hebræis quam hæc est antiquorum sententia, vt intelligas quàm sint vituperandi, qui ad Iudaicas accurrunt fabulas, & quam his primis verbis Lxx viri Iudæorum sententiam damnent, & iugulent suos Iudęos. TERTVLL. lib. 4. aduersus Marcionem, Tu regio Zabulon, & Nephthalim obito hoc primum, & citò facito. i. tu prima excipe euangelij verba citò fac. i. crede cito. EVSEB. tamen demonstrationis euangeliçæ lib. 9. aliter posse explanari hunc locum ait. Tu terra Zabulon, & Nephthalim hoc primum bibe poculum euangelij scilicet citò fac. i. cito crede, vel, primum bibe hoc poculum aquæ mutatę in vinum. i. primum miraculum vide tu, & bibe poculum illud, cum aqua mutata est in vinum in Cana Galilææ in ijs locis, & fac citò. i. cito crede, recipe Euangelium, vt sit sensus, primum omnium miraculum in te fiet aquæ mutatæ in vinum, ô terra Zabulon, & Nephthalim, & prima credes, & Domino apostolos dabis. Sic etiam hunc locum explanat D. Hieronymus quem minus sæpè cito, quod is admanus est omnibus.

Defenditur lectio Lxx virorũ, & veterũ sententia.

A

B

C

D

D. HIERONYMVS.

Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilæa gentium populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis.

LXX VIRI.

Regio Zabulõ, terra Nephthalim, & reliqui maritimam trans Iordanem Galilæa gentium, populus sedens in tenebris vidit lucem magnam, qui habitatis in regione, & vmbra mortis, lux orietur super vos.

glorificari fecit vltimus
Iordanem trans maris viam aggrauata est nouissimo Nephthali terra & Zabulon Terra

אַרְצָה זְבוּלֻן וְאַרְצַ֣ נַפְתָּלִי וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם עֵבֶר הַיַּרְדֵּן

TRalatio D. Hieronymi totam hanc periodum vnius sententiæ facit, & eodem spectat, significat enim primo tẽpore alleuiatam esse terram Zabulon onere peccatorum. i. quod Christus his locis primum cœperit prædicare, & adiungere sibi apostolos & discipulos, & edere

A dere miracula & sanare infirmos, & primum remittebat peccata, postremò tempore aggrauata est, nam cùm primò dedisset apostolos, & eos qui primi crediderunt, postremò permansit in perfidia Iudęorum, & ideo deleta est à Vespasiano, quæ per parenthesin dicta sunt. Deindè Via maris trans Iordanem, Galilæa gentium populus qui erat in tenebris, vidit lucem magnã, quod in his locis, vt Matthęus euangelista interpretatur, Christus verum lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum sit versatus: vt iam fusiùs dicemus.

Defenduntur Lxx viri contra Erasmum.

Rursus cum Erasmo Roterodamo nobis concertatio est, nam in cap. 4. Matth. qui hunc locum citat iuxta tralationem Lxx virorum, mire dissidere hunc locum Matthæi ait à lectione Hebræa. Atqui D. Hieronymus dixerat D. Matthæum hunc locum citare iuxta Hebręos, non iuxta tralationem Lxx seniorum. Primum omnium, quod pace huius sanctissimi Diui sit dictum, apostoli & & euangelistę credunturnon citare tralationem Lxx virorum, vt fuse satis dictum est in cap. v i. quod solent media omittere, & citare necessaria, quòd centies in testimonijs quę ex hoc propheta citant apostoli & euangelistæ factum apparebit, quod D. Hieronymus ipse distinctus labore texendæ interpretationis ex Hebræa lectione, deinde negotijs interpretandæ & illustrandę suis commentarijs scripturæ sacræ, & alijs quæ ad hunc Diuum ex toto orbe conuolabant, expendere nõ potuit fortasse. Est ergo Canon scripturæ quę præscribit ORIG. cum alijs locis, tum in Ioannem tom. 7. disputans de loco Esaiæ, Vox clamantis in deserto: & euangelicas inter se voces conferens solere apostolos & euangelistas, cùm citant prophetica loca breuitatis, & perspicuitatis causa resecare media, & omittere, voces obscuras mutare in planiores & dilucidiores, quæ omnia ab euangelista hoc loco facta sunt, non tantum breuitatis causa, quantum illustrandæ prophetię: cùm enim triplex sensus hic sit. Primus has tribus primas esse crediturus. Secundus, apostolos hinc deligendos. Vltimus, has tribus viduras Dominum potissimùm in his locis versantem. Euangelista, vt ostenderet hęc omnia verba à principio referenda esse, etiam ad illud vltimum, Populus qui erat in tenebris vidit lucem magnam, vt esset, Terra Zabulon, & Nephthalim, &c. Vidit lucem magnã, media omnia omisit iuxta canonẽ præscriptum ab Orig. hoc enim intellecto facilè erat reliqua intelligere, dicta esse per zeugma, Sic terra Zabulon & Nephthalim prima credet, vel, prima alleuiata est onere peccatorũ. & terra Zabulon & Nephthalim postremò aggrauata est, vel, prima gloriosa est reddita, delectis inde Apostolis: & terra Zabulon, & Nephthalim, & via maris trans Iordanẽ, Galilæa gentium vidit lucẽ magnã, per zeugma à superiore. Erasmi erat, hũc Orig. adhibere Canonem, & intelligere, qua causa euangelistę & apostoli omittant media, & aliqua do id breuitatis causa facere, aliquando vt aperiant sensum scripturarum, quod hoc factũ est loco: omissis enim medijs ei qui habet aureis ostendit euangelista, superiora referenda esse ad vltimum verbum per zeugmá à superiore: non enim potuit hoc planiùs docere euangelista, quàm cùm omisit media, vt cogeret referre prima ad illud vltimum verbum, vidit, nam reliqua, quiuis per se erat intellecturus, & tres voces in planiores mutauit euangelista, iuxta eundem canonem. Erat, inquam, Erasmi hæc expendere, qui ocioſus potuit lectionem Græcam Lxx virorum, cum Græca lectione Euangelistæ conferre, eadem verba vtrobique reperisset, si omisisset media. Dicunt enim Lxx viri χώρα ζαβουλὼν καὶ γῆ νεφθαλὶμ. i. regio Zabulon, & terra Nephthalim. Euangelista γῆ ζαβουλὼν καὶ γῆ νεφθαλὶμ. i. terra Zabulon, & terra Nepthalim, eodem modo, nisi putas quicquam interesse, vtrum dicas, terra Zabulon & terra Nepthalim, an, regio Zabulon, terra Nephthalim: hic relinquũtur media, pro quibus posuit Euangelista Viã maris. i. secundum viam maris: forma dicendi receptissima apud Græcos: reliqua omnia ad verbum citat euangelista iuxta tralationem Lxx virorum, nam Lxx πέραν Ιορδάνου, trans Iordanem: Euangelista eodem prorsus modo, πέραν Ιορδάνου vltra Iordanem. Lxx γαλιλαία ἐθνῶν Galilæa gentiũ: Lxx prætereà ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: Euãgelista verò, ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει εἶδε φῶς μέγα populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Lxx, οἱ καθήμενοι ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου φῶς λάμψει ἐφ' ὑμᾶς. Si pro habitantibus, ponas sedentibus: & pro, splendebit, orietur: eadem etiam verba agnoscas in euangelista Matt. quæ in Lxx viris. Quid? exigis ab euangelista Matth. vt tanquam puer qui sæuo reddit dictata magistro, verba omnia prophetæ hic numeret? vt nisi hoc fecerit, mirè eum dissidere à tralatione Lxx virorum dicas? negesque, citasse eorum versionẽ? Atqui ego homuncio si authores cito aut Græcos aut Latinos nihil pẽsi habeo si verbum pro verbo muto, aut orationem pro oratione, dum eundem sensum seruem, & hoc ser-

Concordia Lxx, & euangelistæ Matthæi.

Apostoli et euãgelistæ, citant scripturam in xtratalationem Lxx. Canon. Apostoli et euãgelistæ omittit media, et curt & obscura in planiora mutant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc sæpè facio, vel breuitatis, vel perspicuitatis causa. Et tu tam anxium putas, & harum rerũ solicitum euangelistam fore, vt verba tibi appendat, & syllabas tralationis Lxx, cum eam citet, & quoties est scripturus, librum consulat, ne forte aliqua syllaba discrepet? Hoc ne à tenuissimo quidem scriptore quis postulet, nedum ab euangelista. Citat ergo meo quidem iudicio D. Matt. hunc locum prophetæ iuxta tralationem Lxx virorum, tantum media omittit, & dicit necessaria, & tria tantum verba mutat in verba idem significantia. A

Sed primum omnium ex lectione Hebræa tralatio Lxx virorum quæ trunca esse videtur, resarcienda est, reponendumque in ea verbum vnum, quod orationem dilucidam efficiat, & illustrem, vt interprete non egeat, legendumq;, Gloriosam fecit viam. Nam הִאמִרוּן quod D. Hiero. vertit, nouissimò, quod sit aduerbium, reddi potest nouissimus, vt sit nomen. Idem enim hoc nomen Hebræum est cap. 48. in illo, Ego primus, & ego nouissimus. Deindè Hebraicè est הִכְבִּיד quod D. Hieronym. vertit, Aggrauata est: & reddi potest quoq;, Gloriosam fecit, vt sic reddi quoque hic locus possit, Terra Zabulon, & terra Nephthali, & nouissimus gloriosam fecit viam maris trans Iordanẽ, vt sit sensus, & nouissimus illius oræ scilicet, gloriosam fecit viam illam maris trans Iordanẽ, vt non solum dicatur, Terram Zabulon, & terram Nephthali, sed vltimos illius oræ, gloriosam reddituros hanc omnem regionem. Atq; huius loci sensum putant esse Lxx viri, qui pro, Et nouissimus, edidere, & reliqui, quasi interpretentur singularem numerum pro plurali accipi, vt sit: Et nouissimus. i. & nouissimi, hoc est, etiam vltimi illius regionis, gloriosam, scilicet, reddent illam regionem, dando apostolos & discipulos Domino, quod significant Lxx viri, cùm pro his edidere, & reliqui: post quod verbum necesse est הִכְבִּיד, quod D. Hieronymus reddidit, Aggrauata est, reddere, Glorificari fecerunt, & ita vertisse Lxx, declarant sancti patres, qui hunc locum interpretantur. PROCOP. Hæc dicta sunt, quod hinc prodijt apostolicus chorus: de quo Dauid, Illic Beniamin adolescentulus, principes Nephthalim: nam adolescentulus Beniamin, Paulus est, qui ex tribu est Beniamin: principes Nephthalim reliquos apostolos nominat, qui ex his duabus tribubus delecti sunt, qui primi prodiere ex hac regione, & Christũ glorificauere, vnde principes dicuntur. Hæc Procop. quibus apparet nouisse Procop. verbum Hebræũ potuisse verti aggrauata est, & gloriosam fecit: pro eo quod Hebraicè est, Et nouissimus gloriosam fecit viam maris Lxx viri dixere, & reliqui, vt sit, Terra Zabulon, & terra Nephthalim, & reliqui illius oræ scilicet, interpretantur enim quid sit, & nouissimus, & significare docent idem, quod & reliqui illius regionis: deest in tralatione Lxx verbum illud quod dixi reponendum, gloriosam fecerunt, vel glorificauerunt, vt sit terra Zabulon, & terra Nephthalim, & reliqui illius oræ gloriosam fecerunt viam maris trans Iordanem, quod verissimum est, Nam vt ostendit Cyrillus & Procopius & D. Basilius & D. Hier. & Chrysostomus in demõstratione quod Christus sit Deus, & Eusebius de demonstratione euangelica lib. 7. cap. 4. ex his locis delectus est omnis apostolorum chorus. Sed quid testimonijs sanctorum patrum est opus, cum ex Matthæo cap. 4. & sequentibus hoc liqueat & ex alijs Euangelijs Dominum ex his locis suos delegisse discipulos? HILAR. in Matthæum Canone. 3. interpretans illa verba, Cùm audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam, ait seruari ordinem præfixum ab Esaia, cùm deligit apostolos, cùm Galilæam circuit, in synagogis prædicat Euangelium: Idem ait in Psal. 67. interpretans illa verba, Principes Zabulon, principes Nephthalim, Ex his enim, ait vt Euangelia declarant, apostolorum est cœpta delectio, hos principes eorum qui in ecclesijs congregantur ostendens, nam cùm ex omnibus tribubus singulis, quibusque populis secundum leges sint principes instituti, nunc tamem vbi euangelicæ dispensationis principes declarabantur, earum tamen tribuum ex quibus vocãdi essent, commemorata sunt nomina, orta enim in finibus Zabulon & Nephthalim luce magna post vmbram mortis, piscatores ex his sunt hominum constituti. CHRYS. in demonstr. quod Christus sit Deus, his verbis prædictum putat quibus in locis insignibus Christus esset manifestãdus, vbi statim signa faceret ac doceret. B

Castigatur lectio Lxx virorũ ex Hebræa editione.

Ergo iuxta tralationem Lxx virorũ, hęc tria hac periodo prędicuntur à propheta: Primum, terra Zabulon & Nephthalim prima credet, prima recipiet Christi fidẽ & suscipiet prædicationẽ euãgelij: Secũdũ, terra Zabulon & Nephthalim & reliquus populus, gloriosam fecit viã maris trãs Iordané, dãdo apostolos: Tertiũ, terra Zabulõ, & Nephthalim, & reliquus populus trans Iordanẽ & Galilęa gentiũ & populus qui erat in tenebris vidit lucẽ magnã, Christũ videlicet qui erat lux vera quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mũdum. Hũc sensum poſtre- C

A postremum expresit nobis Euangelista, vt reseraret hoc oraculum & sensum eius nobis aperiret, abstulit reliqua omnia verba, solum reliquit postremum verbum, vt intelligeremus omnia illa superiora, Terra Zabulon & Nephthalim & reliqui illius oræ & Galilææ gentium, ad illud postremum verbũ, Vidit lucem magnam, esse referenda, nam hoc intellecto, reliquos duos sensus medios, appositis verbis, facile erat intelligere: præsertim si sic legeres, Primo tempore bibe & velox esto, terra Zabulon & Nephtalim, & reliquus populus gloriosam fecit viam maris trans Iordanem, Galilæa gentium populus qui erat in tenebris, vidit lucem magnam. Ergo euangelista alijs locis breuitatis causa, omittere solet media, hoc loco breuitatis causa omisit, & maxime perspicuitatis, vt aperiret scripturæ sensum. Solent enim, vt alibi dicendum est latiùs, apostoli & euangelistæ, vt aperiant sensum scripturæ, aut media omittere, aut verbum tralationis Lxx mutare, aut explanare paraphrasi quadam, aliaq; adhoc exemplum facere, quod hic scopus apostolorum & euangelistarum est, vt sacra scripturarum sensa B nobis referent.

Ergo hic locus explanandus erit iuxta interpretationem D. Hierony. vt dictum est. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & Nephthalim, peccatorum, scilicet, onere, quòd crediderit prima, & apostolos dederit, & sequuta sit Dominum: postremo tempore aggrauata est, quod primo tempore aduolarit ad Christum, & primitias dederit fidelium, postremò fuerit in credula, & ideo à Romanis subuersa, quod scribit IOSEPH. de bello Iudaico li. 3. cap. 4. & hæc per parenthesim dicta sunt, nam posteà reditur ad superiorem sententiam, & describitur adhuc regio quæ prima esset creditura, & qua esset frequentissimè versaturus Dominus. Via maris trans Iordanem, vt sit, Et alleuiata est via maris trãs Iordanem, onere peccatorum, semper enim præ manibus habendus ille scripturæ Canon, cùm verbum vnum Hebræũ, plura significat, quæ rei de qua agitur, conueniant, intelligendum esse præ vbertate Spiritus sancti, qui in prophetis loquebatur, illa omnia à propheta esse significata, cùm videamus orationes grauissimorum & sapientissimorum hominum duos, & sæpè plureis habere sensus, & præterea videamus, plura vna oratione voluisse significare, vt appareat locum hunc mirabiliter etiam à D. Hiero. esse tralatum. Gloriandi tamen, & prędicandi Lxx seniores, quòd tanto tempore ante Christi aduentum, euangelica verba personent, nam Iudæi D. Hieronymum facilè eluderent, & eius interpretationem quòd noster est, & Reip. Christianæ dux & antesignanus, Lxxii interpretes illos Iudæos antiquissimos, suæ gentis facilè doctissimos, qui tot seculis ante tempora Christi, Euangelica verba repręsentant, eludere credibiliter non possunt, nec refellere. Nam si Lxxii testes satis non sunt, nihil vnquam erit satis. C

Explanatur versio D. Hier.

D. Hieron. à Iudæis refelli possit q. noster est, Lxx viri credibiliter nullo modo possunt.

INNOMIN. in cap. 4. Matth. homil. 6. sicut docet historia, hæ tribus ante omnes transmigratæ sunt in Babyloniam: conuenienter ergo quos ante omnes ira Dei percussit, ipsos primùm Dei misericordia visitauit, & qui primi ducti sunt in captiuitatem corporalẽ, ipsi priùs de spiritali captiuitate reducti sunt.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI
Galilææ gentium, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam.	Galilæa gentium, populus qui sedebat in tenebris, vidit lucẽ magnã.

D INNOMIN. in cap. 4, Matth. homil. 6. Populum, qui in tenebris sedebat, interpretatur Iudæos, quòd fuerant sub lege in qua Dei iustitia non fuerat manifesta, Et si erat ibi iustitia, tamen in figuris quibusdam erat, & typis cooperta. vel, in tenebris. i. in peccatis. In regione autem, & vmbra mortis, sedisse ait Gentileis, aut quia iniquitates mortiferas faciebant, aut quia colebant idola, & dæmones, quorum cultura ducebat eos ad mortem æternam, vndè subijcit, Vmbram mortis, æstimo esse peccatum idolatriæ: sicut enim qui viuunt in agnitione Dei & Christi, quanuis agnitio ipsa sit vita, tamen donec sunt in seculo isto, non sunt in vera vita, sed in vmbra vitæ, vident enim per speculum in ægnimate, non facie ad faciem: sic qui in idolorum erroribus viuunt, licet ipse error sit mors, tamen donec in isto seculo sunt, in vmbra mortis sunt, donec puniantur morte sempiterna. Regio autem mortis, mũdus est iste: sicut enim illa terra de qua dicitur, Credo videre bona Domini in terra viuentium, sic terra hæc, regio mortis est, propterea ad plenũ placere Deo non possumus degentes in ea, quia etsi viui simus, propter opera viua, & fidem Christi, tamen quòd in hoc mundo viuimus, peccatis inqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquinamur. Et vide quàm propriè dixit, Iudæos vidisse lumẽ magnum, quia apud Iudæos e- A rat agnitio filij Dei, non autem videbant eum, quia sedebant in tenebris legis. i. typis legis, aut in tenebris peccatorum. Apud Genteis nunquam fuit agnitio filij Dei, igitur Iudæis quidem dicitur visus, gentibus ortus. Lumen magnum (inquit) Christus est, nam multa lumina fuere inter Iudæos, lumen fuit Moses, Aaron, Iosue, cæteri Iudices & prophetæ, omnis doctor lumen illorum est, quos illuminat docens, iuxta illud, Vos estis lux mundi, magnum lumen est Christus.

Sed quoniam Iudæi, & Iudaizantes se nobis opponunt, & negant decẽ tribus extitisse tem poribus Christi quæ captiuæ ductæ erant, nec rediere ab exilio vnquam. Negant tribum Za- buló, tribum Nephthalim, tribum Aser, & reliquas tribus temporibus Christi fuisse, quippè quæ captiuę ductę, nũquam sunt ab exilio reuocatæ: & ad id incumbunt, vt nobis, & nostris rebus, offundant tenebras in rebus notis, & perspicuis. Fatemur ductas fuisse captiuas decẽ tribus, neque reuocatas ab exilio vnquam, non tamen ita ductæ sunt captiuæ, vt non extaret tempore Christi omnes duodecim tribus, & vt non'delecti fuerint ex tribu Zabulon, & ex tri B. bu Nephthalim, vt prædictum erat per prophetas, sancti apostoli Domini. Primum enim Pa- ralip. lib. 2. ca. 11. scripta sunt cum discessio facta est decem tribuum, hæc verba: Sed & de cun ctis tribubus Israel, quicunque dederant cor suum, vt quærerent Dominum Deum Israël, ve nerunt in Hierusalem ad immolandum victimas suas, coram Domino Deo patrum suorum, & roborauerunt regnum Iudà. Quibus verbis planum fit, plurimos ex cunctis tribubus Israël commigrasse in regnum Iudà, & auxisse regnum Iudà, & sic duas tribus, quibus constabat re- gnum Iudà, potuisse stare contra vniuersas reliquas tribus Israël. Quod idem refert IOSEPH antiquit. Iudaicæ li. 8. cap. 3. prope finem, vbi scribit sacerdotes decem tribuum & multitudi nem omnem quæ Deum colebat, relictis suis vrbibus conf luxisse in Iudęam, & auxisse impe rium Roboam regis Iuda. Quod si nihil aliud esset, quam hoc, hinc palam fiebat, ex his plurimis, qui conf luxere ex decem tribubus in Iudæam, succreuisse decem illas tribus, & extitisse temporibus Christi, nam contrita quoque est tribus Iuda, & tribus Beniamin non semel, & ex illa paucitate succreuit. Expende quoque cap. 23. 4. lib. regum. & cap. 34. 2. paralip. & intelliges C post ductas captiuas decem tribus fuisse reliquias quasdam quæ captiuitate fugere in vrbibus Israël, & Iosiam regem obijsse omneis vrbeis Israel, & contriuisse Idola ex vrbibus Israël, sub uertisse altaria, expurgasse omneis vrbeis, & omneis vicos decem tribuum, quod profectò nũ quam fecisset si in vrbibus Israël reliquię residuæ non essent. Quòd si Iudęus fronte perfricet, & fateatur hęc omnia facta quod testata sint literis sacris, sed neget decem tribuum fuisse reli quias, leget Iudæus 2. paralip. cap. 34. congregatam pecuniam de tribu Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israël ad reficiẽdum templum Hierosolymorum, atqui hoc factum est im- perio Iosiæ regis Iudà post ductas captiuas decem tribus, vbi sacrę literæ plane dicunt, cõgre gatam pecuniam de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israël: fuerunt ergo reliquiæ Israël. Idem leges apud IOSEPH. antiquit. Iudaicæ lib. 10. cap. 4. Mitto dicere cùm rediere Iu- dæi ex captiuitate Babylonica copiã factam omnibus qui reuerti vellent, & reuersos esse mul tos ex decem tribubus cum populo Iuda. Et lib. 2. cap. 30. Paralipom. post ductas captiuas de- cem tribus, si benè tempora numeres, & vt ipso eodem cap. 30. liquet, tamen mentio fit o- mnium tribuum, non enim prorsus sunt deletæ, sed penè omnes sunt captiuæ ductæ: adhuc D tamen sunt relictæ decem tribus illæ, attritæ tamen & ad maximam paucitatem redactæ, vt colliges ex illo cap. & sequentibus.

Temporibus Christi fuisse duodecim tribus contra Iudæos.

Galilæa gentium.

Galilæa gentium.

DE Galilæa satis multa diximus, illud adijciendum est, dictam esse Galilæam gentium, quòd incoleretur à multis & varijs nationibus, quę habitabant inter Iudæos, vt author est STRABO. lib. 16. cùm agit de Galilæa, & hinc dicta est Galilæa gentium. i. Galilæa quæ à varijs nationibus & gentibus incoleretur: idem dixerat IOSEP. de bello Iudaico lib. 3. cap. 4. & AMBRO. in Psal. 43. interpretans hunc locum, docet multas nationes mistas esse his tribu- bus, & causam reddit, vt ad nationes aliqua lux rerum cælestium peruenire t. Et cùm ita dica- tur Galilæa gentium à Strabone, & coniunctè legatur in litteris euangelicis & propheticis, nó est, cur distinctè quisquam legendum putet, Galilæa, deindè, gentium populus. Hæc si benè expendisset Erasmus, non dixisset, Galilęam gentium, appellari superiorem: de vtraque enim Galilæa

A Galilęa proditum est, quod habitetur à varijs nationibus, quæ Iudæis sunt intermistæ, nec du plex est Galilæa, sed vna, cuius pars quæ excurrit in Meridiem, inferior est dicta: quę vergit ad Septentrionem finitima finibus Tyri & Sidonis, Galilæa superior est appellata, & hoc sensu dicitur duplex Galilæa.

Duplex Galilæa quæ.

Sed Lxx viri, Galilæa gentium, casu nominandi verterunt, vt esset, Terra Zabulon, & terra Nephthalim, & reliquus populus, & via maris trans Iordanem, appositiuè Galilæa gentium. i. quæ omnia loca descripta dicuntur Galilęa gentium, vno nomine. Non enim hic mentio fit aliarum tribuum, vt suprà ostendimus, cùm Iudæos refutauimus, sed omnia loca quę prophe ta descripserat supra illis verbis, Terra Zabulon & terra Nephthalim, &c. vno nomine dicun- tur Galilæa gentium, & hanc tralationem probat Euangelista Matthæus. D. Hier. vertit patrio casu, Galilæę gentium, vt locus esset planior, & dilucidior oratio, & vt nobis notesceret, hoc esse mare, circa quod versatus esset Dñs, nam Dñm esse versatum circa mare Galilææ, quod E- B saias; hoc loco ait, discres ex Matthæo cap. 4. &. 5. & Ioann. 6. quibus in locis tralatio D. Hiero. congruit cum euangelio, vbi appellatur etiã mare Galilææ: Trans Iordanem autẽ versatũ fuisse Dñm, reperies Marci. 3. &. 4. &. 10. & Matthæi. 19. & Ioann. 1. 3. &. 10. vbi eadem verba Græca agnosces in euãgelijs, cũ his omnib⁹ quæ sunt in tralatione Lxx. Quòd si Dñs versatus est circa ripas Iordanis, & vltra Iordanẽ, & circa mare Galilęę, optimè D. Hier. reddidit, Circa mare Ga lilææ gentiũ, & significanter sunt expressa loca à propheta Esaia, quibus frequenter est versa- tus Dns, & mirabiliter locus hic Esaiæ, non solùm cum Matthæi loco congruit, sed cũ multis alijs locis euangelicis. Populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam. Quòd Gali- lææam multę nationes mistæ Iudæis habitarent, vt diximus, factum est, vt veteres patres hoc de populo Gentium dictũ putent, qui populus gentium, quod inter Iudæos habitaret, vidit lucẽ illam, quę illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum, cùm Iudæis prędicaret, vnde mulier illa Cananæa fuit: & ita sensit CYPR. aduersus Iudæos lib. 1. cap. 20. & ORIG. contra Celsum li. 6. paulò pòst principium, quanquam homil. 2. in diuersos, tom. 2. interpretãs illa verba, Lux in tenebris lucet: de omnibus peccatoribus explanat. Lege AMBR. li. 2. de voca C tione Gentiũ ca. 5. & lib. de paradiso cap. 5. Vbi peccatores sunt, inquit, in vmbra mortis, quib⁹ lux oritur per Dei gratiã, non per virtutis suę meritũ. Et in psal. 108. serm. 14. in princip. multa in hunc locũ dicit. Notandum cùm Hebraicè legatur iuxta tralationem D. Hier. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. D. Matth. citasse iuxta translationẽ Lxx: Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, quo loco D. Matth. docet sententiæ rationem habendam, non verborum, nec exigendam à Lxx, hanc tam exactam rationem, vt verba ver- bis reddant. Lege INNOM. in cap. 4. Matth. homil. 6. qui circunfertur inter opera Chrysost. tom. 2. & lege attentè. Lege EVSEB. præparat. euang. li. 1. cap. 1. non multum longè à fine.

Matthæus euãgelista citat tralationẽ Lxx, etiam cùm non est ad verbũ red dita.

D. HIERONYMVS.

Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.

LXX VIRI.

Habitantes in regione, & vmbra mortis, lux orietur super vos.

super vos splenduit vmbre Habitãtes
super ipsos orta est lux mortis vmbra terra in Habitatib⁹

יֹשְׁבֵי בְאֶרֶץ צַלְמָוֶת אוֹר נָגַהּ עֲלֵיהֶם

D. MATTHAEVS.

Et sedentibus in regione, & vmbra mortis, lux orta est eis.

ATHAN. de eo quod scriptum est, Euntes in vicum qui contra vos est, idem significari hoc loco putat, quod illo Euangelij, Lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non compre- henderunt. Quid enim aliud est, Habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis, quàm lux in tenebris lucebit? Et qui ante filij tenebrarum eratis, eritis filij lucis, quia nox præcessit, appropinquauit dies, cùm venit Dominus, quod facta apostrophe ad mortaleis, & ad locum caliginosum, dixere Lxx, Habitantes in regione, & vmbra mortis, lux orietur super vos. D. Hieronymus dixit, Habitantibus, quod Hebræa nomina sunt indeclinabilia, & liberum est reddere quo velis casu. Orta est, Hebraicè quoque præterito tempore est, tanquam de re transacta, quòd certitudinem quandam significat prophetiæ, cùm de re futura, tanquam de præterita loquimur, quasi dicat, factam putatote. Quam figuram Græci enargiam nominant. Lxx verterunt per futurum. Summoperè notandum est, quod Hebraicè est, Habitantibus, seu, habitantes, D. Matthæum reddidisse, sedentibus, ne quis Lxx viros postulet verbum ver-

D. Matth. non reddit verbũ ver bo, cùm ei- dem sententiam scripsit.

O bo red-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bo reddere,cùm ſententiam exprimunt,aut interpretantur obſcura oratione magis dilucida. A
De ſenſu huius loci legendi doctores ſacri,quos ſuprà citaui,ſi plura voles. Eraſmus rudis lin
guæ Hebræę, Hebraizat his verbis, Etiam ſi iuxta Hebraicam veritatem Hierony. verterit,In
regione vmbræ mortis.Græci aiũt,In regione,& vmbra mortis. Itáne Græci Eraſme? de Lxx
ſenioribus,atque adeò de euangeliſta Matthæo,Græci legunt,dicemus? negabimuſque euan-
geliſtam Matthæum,iuxta Hebraicam veritatem ſcripſiſſe,In regione,& vmbra mortis? cùm
Hebraicè ſit צַלְמָוֶת, vbi cùm nomina Hebræa ſint indeclinabilia, poſſes vertere צַל, vmbræ,
caſu patrio, vt vertit D.Hierony. hoc eſt,vmbræ,& caſu auferendi. i. vmbra, vt vertit Matth.
euangeliſta,& מָוֶת, mortis,vel alphabetarij pueri, qui primoribus labris attigiſſent Hebræas
literas,hoc noſſent.Quis perſuaſit Eraſmo צַלְמָוֶת compoſitam eſſe dictionem? nam puncta li
cet addere & detrahere . Illud magis adnotandum erat,lectioné Hebræam ſic reddi potuiſſe:
Habitantibus in terra vmbra mortis,i.quæ terra erat vmbra mortis,& locus caliginoſus,quem
D.Petrus appellat. INNOM.qui inter opera Chryſ.circunfertur tom.2.in ca.4.Matth.homil.
2.hæc loca explanat mirabiliter. B

Euãgeliſta & Lxx viri, defenditur contra Eraſmum.

D. HIERONYMVS.

Multiplicaſti gentem,non magnificaſti lætitiam,lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe,ſicut exultant victores capta præda: iugum enim oneris eius,et virgam humeri eius, et ſceptrum exactoris eius ſuperaſti.

LXX VIRI

Plurimam partem populi deduxiſti in lætitia, & lætabuntur in conſpectu tuo, ſicut qui lætãtur in meſſe, & quemadmodum diuidentes ſpolia:quia ablatum eſt iugũ,quod ſupra ipſos poſitum, & virga quæ ſuper collum eorum, nam virgam exactoris diſſipabit.

SVprà in diſputatione de tralationibus, pluribus verbis oſtendimus multa loca eſſe in literis ſacris cõtrouerſa inter rabinos, legendáne eſſent cum negatione, an ſine ea, lætitiam magnificaſti non gentem Multiplicaſti C
חִרְבִּיתָ הַגּוֹי לֹא הִגְדַּלְתָּ הִשְׂמַחְתָּ
legendúmne eſſet לֹא .i.non, neganter,an לוֹ .i.ipſi,affirmanter:nunc ea repetere non eſt neceſ-
ſe,illinc petet qui ea ſcire volet,tãtùm dico,locum hunc ex illorum numero eſſe, D.Hieronymum legere hunc locum cum negatione,Lxxii Iudæos,qui tanto tempore ante aduentũ Chriſti ſcripſere, tranſmittere ad nos lectionem Hebræam, quæ ſua tempeſtate circunferebatur ſine negatione,vtraque tamen lectio ſacra eſt,& ſancta:tralatio D.Hiero.hunc ſenſum habet, vt fiat apoſtrophe ad Deum:Multiplicaſti,ô ſumme Deus,gentem credentiũ,non magnificaſti lætitiam,quia dolebant primitiæ credentiũ ex Iudæis,excludi Iudæos, recipi ad fidẽ Genteis. Tralatio Lxx,congruit etiã lectioni Hebræę,quã ad verbũ ſic reddes ſine negatione,Multiplicaſti gentem ei,magnificaſti lætitiã,quòd pater trahit ad filiũ fideleis : Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eum.Multiplicaſti ergo,ô pater ei.i.Chriſto , gentem fidelium, ſcilicet,& magnificaſti lætitiam.Pro hac lectione Hebræa,ſic ad verbum reddita ſine negatione,edidere Lxx, Plurimam partem populi deduxiſti in lætitia: vbi reponenda eſt vna vocula ex lectione Hebræa in tralatione Lxx virorum,ipſi, vt ſit, Plurimam partem populi deduxiſti ipſi in lætitia.i.deduxiſti ad ipſum Chriſtum,ô pater omnipotens,plurimam partem populi:ſic enim legitur in literis euangelicis,Totus mundus abit poſt eũ.Et vbi controuerſia eſt,legendúmne ſit cum negatione,an ſine ea.Hæc vocula, lò, facit illud diſsidium totum,quod cum א, ſignificat non,cum ו, ſignificat,ipſi : & quando in lectione Lxx, non , eſt negatiõ , loco illius debet eſſe hoc pronomen, ipſi,vt ſit,Deduxiſti ad ipſum magnam partem populi in lætitia,ad ipſum,ſcilicet Chriſtum. EVSEB. Cæſarienſis lib.9.demonſ.euangel.cap.8.ſic hunc locum explanat, vt his verbis ſignificari putet,multos ex tribu Zabulon,& Nephthali, & finibus Galilææ circa Iordanem,& mare Tyberiadis ſecutos eſſe Chriſtum , vt fiat apoſtrophè ad Deum , Multiplicaſti,ô ſupreme pater,gẽteis ex ijs tribubus,ei ſcilicet luci,quę orta eſt in tenebris.i. Chriſto domino in lætitia,iuxta illud ex actis Apoſtolorum cap.13.Diſcipuli quoque replebantur gaudio. & cap.58. & putat Euſeb. nulla huius loci meliora eſſe ſcholia quàm cap.1.D.Marci,& Matthæi,qui cùm numerũ apoſtolorũ deſcripſiſſent,quos Dñs delegit ex Galilęa,addunt hominũ multitudinem ex eadẽ regione ad Chriſtum adfluxiſſe,vt ſanarentur ab omni languore vt con-

Mulet inſaeris literis controuerſa,legenda ne ſint cũ negatione an ſine negatione.

A vt congruat optimè , quod Lxx edidere, plurimam partem populi deduxiſti ad Chriſtum in lætitia:additque Euſeb etiam ſignificare hanc prophetiam initium prædicationis futurum in terra Zabulon,& Nephthalim in Galilæa,& ex his locis deligendos apoſtolos, & diſcipulos Domini,& hic futurum primum miraculum conuerſionis aquæ in vinum,credituros primos non ex Hieruſalem,aut ex Iudæa,ſed ex tribu Zabulon,& Nephthalim, & tota Galilæa, idq; ſignificare hæc verba, plurimam partem populi deduxiſti ad Chriſtum,ſcilicet in lætitia euangelica.i.fauſtiſsimi nuncij redemptionis humanæ,hoc eſt,plurimos feciſti credere ex ijs locis & non ſolùm primos apoſtolos & diſcipulos hinc delegiſti, quod factum ſignificant euangelia,& deducendos, ait,in magna lætitia,& lætaturos illo modo, quo lætantur in meſſe meſſores, nam lætitia eſt illa quam prophetæ ſignificant, cùm iubent in aduentu Meſsiæ exultare, gaudio triumphare,exilire lætitia ſicut in meſſe: quod ait Dominus, inquit idem Euſeb . Circunſpicite regiones quæ albæ ſunt ad meſſem, & lætabuntur, inquit, quemadmodum qui diuidunt ſpolia. Diuiſerunt enim apoſtoli regiones inter ſe , & abiere prædicatum ipſi & diſcipuli Domini. Et lætabuntur etiam quod auferetur iugum legis ab humero eorum, vel iugum ſathanæ,quod ſuper filios Adam erat,quod iugum,virga exactoris dicitur.Hæc ſic explanant D. Hierony.Cyrill.& Baſil. Ego neſcio cur Pagnino & Vatablo, & Iſidoro Clario placuerit, relictis ſacris doctoribus,ſequi Iudæos,præſertim cùm omnia repugnent Iudæis, vt ſuprà demonſtrauimus,nam præter illa quæ citat Euangeliſta Matth.Reliqua Vatablus,& Iſidorus,ad ad Aſſyrios referunt cum Iudæis.Non magnificaſti lætitiam,dictũ putat Vatablus, quod multi crediderint,& poſteà ob Chriſti crucem defecerunt. Malè ſit Iudæis: imò poſt Chriſti crucem credidere innumeri,vno die quinque milia,alio tria milia,quod dixerat Dominus, Si exaltatus fuero,omnia traham ad me. B

D. HIERONYMVS.

Sicut in die Madian.

LXX VIRI.

Sicut in die Madian (vel ſi meliùs velis vertere) Sicut in die aduerſus Madian.

ADdidere Lxx viri de ſuo,perſpicuitatis cauſa, præpoſitionem C
vi .i.aduerſum: dictum eſt ſuprà,repetendumque ſæpè eſt, quoties propheta Eſaias hiſtorias veteris teſtamenti citat ,citare illas tanquam typos & vmbras Chriſti . Nam hiſtorias veteris teſtamenti typos Chriſti eſſe,nõ ſolùm Paulus ſignificauit nobis,ſed etiam (vt dicendũ eſt alibi.)Lxx ſeniores contra Iudæos,qui vt diximus ex Auguſt.negabant hiſtorias veteris teſtamẽti,Chriſti eſſe typos & figuras: qua de re poſteà dicendum eſt.Planum eſt ergo,hoc loco idem fieri,nam cùm ageretur de apoſtolis Domini,& apoſtolorum victoria,& præda quam inter ſe ſunt partiti quando inter ſe diuiſere orbem terrarum,& Gentes ſubiugauere, ſubiunxit hiſtoriam Gedeonis aduerſum Madianitas, quæ victoria Chriſti , & apoſtolorum typus erat , alioqui cùm multæ viſtorię diuino beneficio Iudæis contigiſſent,cur huius potiùs quàm illius meminiſſet Propheta,niſi eius rei de qua ageretur typus eſſet? THEOD.ergo de dubijs ſacræ ſcripturę in Iudicum libros cap.15.docet Eſaiam Gedeonis hiſtoriam hoc loco citaſſe , tanquam victoriæ apoſtolorũ,& diſcipulorum Domini typum.Explanatur huius victorię typus ab Auguſtino tom.10.ſermon.108. & qua ratione victoriæ Chriſti , & diſcipulorum Domini typus ſit. Et ab ORIG.tom.1. in Iudicum cap.6.homil.3. & in cap.7.homil.9. Gedeon ergo,à verbo D Hebræo,Gadà,eſt,quod Latinè ſonat, euellere,& exſcindere, quaſi dicas Latinè euulſor. Sic dictus eſt Gedeon , quòd Chriſti typus eſſet , qui more olitoris herbas , & arbores infrugiferas euellit:vt frugiferas arbores,& herbas ſereret,deleuit ſynagogas Iudæorum, & idola Gentium,vt toto orbe eccleſiam ædificaret. Sic enim cap. 1. Hieremiæ , qui typum quoque Chriſti gerebat,dictum eſt:Ecce ego conſtitui te hodie ſuper Gentem,& ſuper regna, vt euellas,& deſtruas,& diſperdas,& diſsipes, & ędifices, & plantes: quod magis in Chriſto , qui erat ipſa veritas factum eſt.Præſcribitur enim hic Canon ſcripturæ à ſanctis patribus,multa dici de typo, quæ poſteà non in typo,ſed in veritate complentur: ita Chriſtus magis cõpleuit illud, vt euelleret,& poſteà ædificaret,& plantaret . Iam ergo Gedeon.i.euulſor, nomine ipſo, Chriſti typus eſt: deindè,vt alia omittam quæ apud Auguſtinum leges, & Origenem . Gedeon delegit copias ex tribu Zabulon,& ex tribu Nephthalim , & locis finitimis , vt patet Iudicum capite . 6 . & Dominus apoſtolos , & diſcipulos delegit ex tribu Zabulon , & Nephthalim , & locis finitimis . Gedeon delegit trecentos numero , qui numerus apud Græcos ſignum crucis ſignifi -

Prophetæ dicant hiſtorias veteris teſtamenti tanquã typos Chriſti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Trecentenarius numerus crucem significat, et cur?

Defenduntur sancti patres contra quosdã arrogãtes. T, signum crucis.

significat. T, enim Græca litera, apud Græcos, signum est huius numeri, quę litera imaginem crucis exhibet, vt docet AVGVS quæst. super Iudic. lib. 7. vbi etiam explanationem huius historię reperies, & typũ, cap. 31. 35. 36. 37. Solent tollere cachinnos homines arrogantes, qui sibi omnia tribuunt cùm hæc audiunt, aut legunt, quòd historiæ veteris testamenti Hebræis litteris à prophetis sint conscriptæ, non literis Græcis. Græci porrò trecentorum numerum illa litera, T, significant, quæ signum crucis refert, imperitiæq; arguunt Augustinum. quòd hæc non viderit, & dum aliorũ inscitiam insectari volunt, suam ignorantiam prodũt. Non enim latebat Augustin. literas sacras scriptas esse Hebraicè, quanuis hæc interpretaretur Græcè, alioqui nó toties repetisset. Nã non solùm locis citatis illa dicit, sed in psalmis sæpè repetit, nec Augustinus solùm, sed etiam Orig. & Ambros. de Abraham patriarcha lib. 1. cap. 3. & de Ioseph patriarcha cap. 13. & de Noe & arca cap. 33. non est quod rideant homines insolentes, nã verecundia ipsorum facit, ne eos nominem. Omnium rerũ, Dominus præscius Deus est: omnia sæcula, omne tempus, vno obtutu intuetur. Hebraicè conscribi historiam voluit Spiritus sanctus, quæ vmbra erat futurorum, sed cùm veniret veritas, videbat se facturum, vt Græcè esset translata scriptura, & videbat fore, vt ecclesia magnam partẽ ex nationibus consurgeret, quibus Græca lingua communis erat, quòd cùm fieret numerus trecentorum, T, litera erat significandus, quæ litera imaginẽ reddit crucis. Ad Hebrẽos Hebraicè loquitur Dominus: ad nouum populum, Græcè, quod præcipuè ex Gentibus erat nouus populus oriturus: & sic lex noua Græcè conscripta est, nec mihi credibile videtur quod suprà dictũ est, quicquam legis nouę Hebraicè esse conscriptum, nisi eo modo quo in singulis nationibus lingua patria scribuntur sacrę scripturæ. Vellus madens pluuia, AVG. ait, & ORIG. & AMBR. & omnes patres, & THEOD. de dubijs scripturæ, cap. 14. populus Iudæorum erat, qui madebat pluuia cælesti, & rore Spiritus sancti erat irriguus, tũc cùm omnis terra sicca esset & arida. i. orbata Dei cognitione, & expers donorũ cælestium: contra verò, terra madens pluuia cælesti, ecclesia est ex Gẽtibus plena gratia Spiritus sancti, cùm vellus est siccum. i. cùm exaruit populus Iudaicus, repudiatus à Dño, & orbatus cælestibus donis: pugnat contra Madianitas Gedeon. i. euulsor contra contentiosos, id enim sonant Hebræa nomina. i. pugnat Christus contra aduersarios contentiosos, de quibus Dauid, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersum Dñm & aduersum Christũ eius. Quòd hydrias fictiles acceperũt trecenti illi, eisq; ardentes faculas incluserũt, vt docet AVG. quæst. super Iudic. lib. 7. cap. 49. præsignificauit sanctos thesaurũ euangelici lumi nis in vasis fictilibus habituros. sicut apostolus dicit, Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilib⁹, quibus vasculis fractis in passione martyrij vicere apostoli omnes gentes. THEOD. ergo loco citato, Quemadmodũ, inquit, Gedeon, nudis vsus militibus, & inermi exercitu, qui læua ferret manu, amphora abstrusas lampadas, dextra tubas, sic sacros apostolos nudos in orbẽ terrarum misit Dñs, qui ferrent tantum miraculorũ lampadas, & euangelicæ prædicationis tubam: quæ interpretatio Theod. eò mihi placet magis, quòd hoc etiam modo diximus Iustinũ exponere illud quod suprà dictũ est, non tollet gens cõtra gentẽ gladiũ. Iam quemadmodum Gedeon tradidit populo Ephraim, Madianitas iugulandos, sic Dñs cõtentiosos & infideles Iudæos, id enim Latinè Madianitarũ nomen sonat, Romanis tradidit iugulandos, & quemadmodum Madianitę mutuis se cõsumpsere vulneribus, sic Iudæi magis seditionibus, & intestina discordia periere, quàm Romanorum armis, quod Iosephus sæpè testatur. Quòd verò Gedeó speculator descendere iubetur ad castra Madianitarũ, puero Pura comite, pura torcular est, quod calcauit Dominus solus: Dñs enim sua passione vicit Iudæos: illud enim signum Christi diuinitatis fuit, quòd mortuus resurrexit, & ideo mortuus in cruce est in conspectu omniũ, vt appareret mortuũ resurrexisse, quod facere nemo poterat nisi Deus, vt postq̃ mortuus esset resurgeret: vnde ipse, Signũ nõ dabitur ei, nisi signũ Ionę prophetę. Nã signa quæ fecit Christus, vt docet Aug. fecere alij prophetę, & si nõ eodẽ modo hoc solùm fecit ipse, vt mortu⁹ resurgeret. Hoc torcular pellit timorẽ, nã post crucem Dñi hoc puero Pura comite. i. hoc torculari, & hac passione Christi intrepidi apostoli sese intulere in Iudæorũ castra, & gẽtiũ tumult⁹: est enim Canó scripturę, vt cùm aliquid dicatur, qđ nõ videatur cohęrere, putemus aliud significare nobis. Descẽdere iubetur Gedeó in castra Madianitarũ, speculator & timet. Si iubetur sumere lociũ vnũ aut alterũ virũ fortiss. etiã si hoc nomine appellati essent, nó putaretur aliud significare. Iubetur sumere puerũ. Homini trepidãti, & descẽdẽti in medios hostes, quid opis ferre poterat puer? Hoc igitur excitamur, vt aliud his verbis significari putem⁹. Et illa torta panis subcinericia

Explanatur historia Gedeonis.

A ricia igni assa: hæc enim omnia significat verbum Hebræum צָלִיל vel צְלִיל, est enim duplex lectio, hæc inquam, torta panis, quam in somnis vidit ille alter magno impetu descendere ex summo illo cliuo vbi Gedeon erat, & confringere, & conterere omnia castra Madianitarum, putásne significare imbecillitatem Iudæorum, qua victi sunt Madianitæ, vt Iudaizantes arbitrantur? qui ita humi repunt, vt nihil magnum mente concipiant. Quasi non ideo Dominus dimittere exercitum iusserit, ne quis victoriam Iudæorum armis tribueret, sed Deo referret acceptam, etiam post dimissas copias Gedeoni tribuitur victoria? aut Iudæorum imbecillitati? Ego illud, quod suprà dixi ex Chrysostomo habendum ob oculos semper puto, non simpliciter accipienda quæ in scriptura sacra sunt, Spiritum sanctum loqui per prophetas, ad mysteria sacra esse excitandas menteis. Torta panis hæc igni assa, mihi sacrosancta Eucharistia esse videtur, quæ subruit Madianitarum castra. i. castra omnium decertantiũ aduersum ecclesiam.

Eucharistia.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI
B *Quia omnis violenta prædatio cum tumultu est, vestimentum mistum sanguine erit in combustionem, et cibus ignis.*	Quoniam omnem stolam congregatam dolo, & vestimentum cum commutatione restituent, & volẽt esse igni combusti.

& cum sanguine	retaliatum rotundum reuolutum	vestimentum	cum tumultu	affligetis	vestem	omnem	Quã
בְּדָמִים	מְגוֹלָלָה	וְשִׂמְלָה	בְּרַעַשׁ	סֹאֵן	סְאוֹן	כָּל	כִּי
subaudiunt Lxx,	soluent						

HAEc verba perobscura sic explanabis, cùm dictum sit, vt olim Madianitæ. i. contentiosi, id enim Hebræa vox sonat, deleti sunt à trecentis illis militibus Gedeonis, nudis, & sine gladio, sed tantùm tuba, & abstrusa lãpade in fictilibus vasculis, quibus confractis resplenduit lampas repentè, sic apostolorum prædicatione, & miraculorum lampade deleti sunt ij, qui fremebant aduersum Dominum, & martyrum martyrio, qui confractis vasculis. i. corporibus, resplendebant miraculis. Et traditi sunt Madianitæ. i. Iudæi contentiosi iugulandi Romanis. Et sequitur, Quia omnis violenta prædatio. i. omnis spoliatio vestiũ, iuxta illud, Diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam miserunt sortem: Per vim cum tumultu, cum concitatione totius populi, & cum vociferatione insultantium Christo, & clamantium, Crucifige, crucifige, tolle, tolle. Et vestimentum mixtum sanguine, inuolutum sanguine, super quo missæ sunt sortes. Erit in combustionẽ, Iudæorũ. s. erit causa vt comburantur Iudæi omnes, & erit cibus ignis. i. fomentũ, quo aletur ignis quo deflagrabũt vrbes Iudææ, & sempiternis vrentur Iudæi flammis, sic enim apud hũc Esaiã Christus ait, per me hæc facta sunt vobis, vt suprà dictũ est. Sic hunc locum explanat EVSEB. li. 7. demonst. euang. cap. 4. vbi idẽ esse hoc oracului putat cum illo, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestẽ meã miserunt sortẽ, quod mirabili ter cõgruit superioribus de Christi prædicatione & miraculis, de prædicatione apostolorum & victoria, quibus cohęret benè Iudæis infidelibus illata pœna, ob impietatẽ in Christũ admissam. Et sic Eusebius interpretatur tralationem Lxx, quia omnem stolam congregatam dolo. i. partam dolo per falsos testes: immiserunt enim Iudæi falsos testes, vt damnaretur Dñs, & spoliaretur vestibus, & afficeretur cruce, & omne vestimentũ meũ. s. super quod miserunt sortẽ, restituent. i. magno luent, cũ commutatione, vel vt meliùs vertere posses cum retaliatione, quia qualia fecerunt aduersum me, talia patientur, quod supra dictũ est in illud cap. 3. quia fructus operũ suorũ comedent, & retributio manuũ eius fiet ei, vt Christũ tradidere Romanis, sic ipsi tradentur Romanorũ armis, vt Christũ affecere cruce, sic innumerabiles ex pharisæis & principibus Iudæorũ cruce afficientur, vt Christo illusere, sic à Romanis, Iudæis est illusum, vt suprà fusiùs est dictum ex Iosepho, & hic sensus multò magis congruit cum lectione Hebræa, כִּי qui, quoniam: כָּל col, omne: סְאוֹן vestem: variæ enim sunt Rabinorũ sententiæ de significatione huius vocis, & vt auditur R. Ioseph, qui pro calceis, hãc vocẽ accipit, æquiùs multò est audiri Lxx rabinos, qui pro veste accipiũt, præsertim in re ignota, & ambigua præ vetustate, & verbo rarissimo in scriptura, & cuius significationem occultare Iudæorum intererat. Ergo omnem vestem סֹאֵן affligentis. i. satellitis crucifigentis Dominũ, hoc est, super quam satelles sortem misit בְּרַעַשׁ cum tumultu & vociferatione clamantium Iudæorum, Crucifige, crucifige, tolle

Universidad de Deusto
Biblioteca

ge,tolle,vel בְּרַע sine ש cum dolo: sic enim Lxx viri videntur legisse, vt sit, omnem vestem crucifigentis cum dolo,propter inuidiam enim,& cum falsis testibus Dominũ affecere cruce. A
נְשָׁמָלָה & vestimentum, מְגוֹלָלָה reuolutum.i.retaliatum:sic enim intellexerunt Lxx,vt sit,Vestimentum meum reuolutum in capita vestra,& retaliatum,quia qualia fecerunt Christo,talia passi sunt à Romanis. בְּדָמִים cum sanguine.i. retaliabitur,& reuoluetur in caput vestrum vestimentum meum cum sanguine,quia vt me exspoliauerũt vestibus, ita Iudæi omnibus bonis à Romanis exspoliabuntur,& vt sanguinem meum fuderunt,ita quoque Iudæorum à Romanis fundetur sanguis. Lxx(quòd oratio concisa erat & obscura,& veluti sine verbo)addidere de suo verbum vnum,soluent, vt sit, vestimentum meum retaliatum soluent, soluent omnem stolam crucifigentis, de qua sortiti sunt crucifigẽtes, & vestitum meum retaliatum. Lectio ergo Hebræa ad verbum sic reddi potest, quia omnem vestem affligentis cum tumultu,vel,cum dolo, & vestimentum reuolutum, vel retaliatũ cum sanguine, soluent (supple) omnem stolam affligentis.i.crucifigentis,& vestitum meum reuolutum in capita eorum soluent scilicet,cum sanguine. מְגוֹלָלָה potest significare rotundum orbiculatum, vt significetur inconsutilis illa Domini vestis: גלל voluo: vnde גליל circulus,& gilgàl, rota plaustri,& alia B
nomina,quæ res rotundas significant: & quando nomen Hebræum iuxta canonem interpretandæ scripturæ duos sensus significat, qui rei de qua agitur, conueniant,vterque sensus ab Spiritu sancto significari dicendus est.Sic EVSEB.Cæsarien.hoc vaticinium explanat loco citato: & duplici nomine hic sensus placet, quod euentus est optimus interpres scripturæ, & quod verus sensus (vt ait August.) est qui elicitur ex collatione editionum Hebræę, & Græcæ,& Latinæ,& omnibus consentaneus est: & hic sensus tralationi D.Hieronymi, & Græcæ, & Hebræę lectioni consentit,vt omittam quod cohæret superioribus. Certè Lxx viri sic hũc locum intellexere,qui subaudiuere verbum ἀναστρέψουσι soluent, & restituent, reponendum tamen est ex lectione Hebræa,cum sanguine,vt sit lectio Lxx virorũ,Quoniam omnem vestem congregatã dolo,& vestimentũ cum retaliatione,vel cum pacto soluent,& cum sanguine.Lectio Hebræa magis postulat, vt dicas cum retraliatione soluent, vt sit sensus qualia fecerunt talia patientur,tamen quia authores sunt sacri scriptores,afflatu diuino hos vertisse scripturã non malè conuenit,vt dicas cum pacto.i.cum sortitione.Quæres fortasse cur Iudei hæc ad Assyrios transferant? in promptu causa est, expende singula, & reperies nihil posse de Christo dici manifestiùs,quàm singula testimonia,quæ à principio cap.ad finem vsque de Christo dicuntur,vel hoc postremò Procop.vrget Iudæos hac interrogatione, Quis hic puer est, qui in redemptione gẽtium,Romanorum armis inuidos Iudæos deleuerit? & igne succenderit?&c. Quòd versio Lxx hunc sensum apertè præferat Græcè, quid volebas facere Iudæos, nisi manus victas darent,& ad Christum conuerterentur?& si saperent id fecissent,sed cùm id nollẽt, necesse habuere inuertere omnia,& aliò deflectere,& obscurare scripturam, quàm Lxx viri valdè dilucidè & perspicuè Græcè reddiderant: & tamen Iudæos quidam ex nostris valdè admirantur,qui texunt commentaria ex illorum scriptis,& illorum sensum litterale esse contendunt,quæliere.s.colorem quo Iudaica sensa defenderent.

Cur Iudei hæc referãt ad Assyrios.

Cõtraquosdam,qui Iudaicos sensus, litterales scripturæ sensus dicunt.

D. HIERONYMVS.

Erit in combustionem,et cibus ignis.

ALiter hic locus distinctus est à D.Hier. aliter à Lxx viris. D. Hieron. hæc verba superiori sententiæ dedit,vt sit sensus, Violenta prædatio vestium mearum,& sortitio earum,& vestimentum meum mistum sanguine,cum magno tumultu dicentium,Crucifige,crucifige,erit Iudæis in combustionem ignis,id est, erit causa, vt deflagrent omnes vrbes Iudææ. Et certè hæc interpretatio D.Hieronymi non scrupulosa, sed sic ad verbum reddita post passionem Christi,est admirabilis,quæ neque verbum supplet vllum, sed tantùm Hebræa verba exprimit eo ordine quo scripta sunt,vt non videatur vim afferre scripturæ, nec addere quidquam, aut detrahere: quippe post passionem Christi videtur esse cauilla. Sed vt fatear quod sentio,quod in D.Hieronymo non probarem magnoperè, qui post lucem euangelicam scripsit: in Lxx viris admiror, qui trecentis annis ante prædicationem Euangelij vertere litteras sacras,ea scientia spiritali, quam à maioribus, à Mose vsque acceperant, addidere enim verbum vnum quod subaudiere,& sic reddidere superiorem lectionem: Quia omnem vestẽ congregatam

LXX VIRI.

Volent esse igni combusti.

ignis deuorationis in incendium erit Et D
הָיְתָה לִשְׂרֵפַת מַאֲכֹלֶת אֵשׁ

A gregatam dolo,& vestimentum cum retaliatione soluent, & subaudito verbo illo, soluent, eo clausere sententiam, vt sequentia verba Hebræa, nouæ sententiæ fecerint initium, verterintque:Et erit in combustionem ignis,quia puer natus est nobis, & interpretati sunt. i. volet esse in combustionem ignis,nam הָיְתָה, vox Hebræa, fœminina terminatione est, & significat erit,vt subaudiri necesse sit terra, vt subaudit Vatablus, vt sit, Et erit terra in combustionem ignis .i. volet esse terra in combustionem ignis, quia puer natus est nobis. Sic enim Lxx viri hunc locum intellexere, siquidem reddidere, volent esse igni combusti, quia puer natus est nobis. CHRYS.in cap.1.Matthæi interpretans illa verba, Audiens Herodes rex turbatus est,& omnis Hierosolyma cum illo:Herodes,inquit,potuit meritò turbari,vtpotè rex sibi,& suis liberis formidans:Hierosolyma verò cur?nam Christum patrem & beneficum prophetę prædixerant,qua ratione ergo Iudæi turbantur? eadem nimirum qua priùs auersabantur Dominum,beneficia conferentem,& AEgyptiacarum recordabantur carnium. Tu verò diligentiam considera prophetæ, nam hoc quoque ipsum olim propheta prædixerat, dicens: æquo B animo paterentur se igni comburi,quoniã puer natus est nobis,filius datus est nobis. Lege cætera apud Chrys.diuinitùs dicta:hoc loco tantùm libuit demonstrare,Chrysost.idem putasse his verbis esse significatum, quod illis euangelicis, quod idem esse videatur, volent esse igni combusti,quoniam puer natus est nobis: & audiens puerum natum Herodes,turbatus est,& omnis Hierosolyma cum illo.Idem sentit EPIPH.lib.1.aduersus hæreses cap.contra Ebioneos vbi idem hoc loco,dici putat,quod Matth. 2. vt auditum est ex Magis, hunc puerum esse natum,turbatum esse regem,& omnem Hierosolymam cum illo, & significari ait ab Esaia hoc puero nato,adeò Iudæos esse perturbatos,vt incendio absumi præoptarint potiùs quàm Christum agnoscerent: legerant enim in prophetis omnibus incendio conflagraturos omnes,qui Christum non reciperent, nihilominus adeò exæstuauere odio aduersus Christum recens natum,vt ei infantulo statim molirentur insidias,& ex prophetis locũ indicarent impientissimo regi, vbi Christus nasceretur: hoc idem rursum Chrys.ait in demonstratione,quod Christus sit Deus.Et EVSEB.demonst.euangel.lib.7.cap.4.eodem modo hunc locum explanat, quan- C
quam ad vltimum iudicium referri quoque posse ait, vt facturos Iudæos illa vota dicat prophetа,cùm viderint in quem transfixerunt,vtinam nos absumpsissetincendium ante puerum hunc natum,potiùs quàm tanto & tam immani nos commaculassemus flagitio.Et verbis Hebræis hic quoque potest conuenire sensus וְהָיְתָה, & fuisset terra. s. in combustionem ignis.i. vtinam fuisset,non habent enim Hebræi optatiuum,& indicatiuo pro optatiuo vtuntur,& potest esse sensus,vtinam fuisset terra in combustionem,quoniam puer ille Deus erat, quem ipsi recens natum persecuti sumus:si enim,vt inquit Paulus,illum cognouissent,regem gloriæ non crucifixissent. Lege etiam EVSEB.lib.9.cap.8. Ergo iuxta hanc veterum patrum sententiam,illud verbum וְהָיְתָה videntur.Lxx viri,fecisse modi precantis, & fuisset,vel, & sit.i.vtinam fuisset,vel,vtinam sit terra in combustionem ignis, quoniam puer natus est nobis, eo sensu quo Chrysost.& Epiphan.& Euseb.esse volunt.ut pereat Iudæa,quoniam natus est Christus, priusquàm eum recipiamus,& capiamus Romanos inimicos, satiùs est expectare minas Dei, quibus est minatus arsuram Iudæam,si Christum non recipimus.Vt enim alibi dictũ est, & repetitũ sæpè ex Iosepho putarunt Iudæi nunquam esse complendas prophetias: & cùm Lxx viri D
hunc huius loci sensum esse putarint, pro, vtinam sit terra in combustionem ignis, quoniam puer natus est,reddidere, volent esse igni consumpti,quoniam puer natus est.

Matthæi locus.

D. HIERONYMVS.

Paruulus enim natus est nobis, filius datus est nobis.

LXX VIRI.

Quoniam puer natus est nobis, filius datus est nobis.

PROCOP.interpretans hunc locũ:Specta,inquit,quomodo se mutuo cõsequantur prophetiæ:prima,Emmanuelẽ dixit oriturũ ex virgine,& tanquã quæreretur quomodo hoc esset futurũ,quæ prophetia fuit sacrę virginis hoc ab angelo quæsituræ,verbis illis,Quomodo fiet istud,qm̃ virũ nõ cognosco,proxima prophetia vaticinans illã interrogationẽ de Spiritu sancto ait, Ego accedã ad prophetissam,& cõcipiet & pariet,quod idẽ est cũ illo,Spiritus sanctus superueniet in te: tertia nunc de puero nato sequitur, Puer natus est nobis,filius datus est nobis.EVS.demonst.euang.li.7.c.4.cadẽ fermè quæ Proc.& vrget Iudęos hac interrogatione,

Consequentia vaticiniorum Esaiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis hic puer est qui in redemptione gentium, Romanorum armis Iudæos deleuerit? & qui A
cùm princeps pacis appelletur, Iudæę omneis vrbeis incendio consumpserit? Spectat enim
Eusob.cùm hæc dicit,ad verba illa quæ suprà sumus interpretati,Quia omnem stolam congre
gatam dolo,&c. AMBR.lib.3.de fide cap.4.distingue,inquit,singulorum momenta:Puer na-
tus est nobis,filius datus est nobis:& si ex patre est natus, non nobis est natus, sed datus: quasi
dicat,filius æterni patris nobis datus est:& natus est puer nobis, neq; nobis natus est filius æter
ni patris,sed nos per illum (per illum enim omnia facta sunt)hic tamen filius æterni patris no
bis natus est puer,hoc est,qui est filius Dei,hic ex Maria natus est nobis puer. EPIPH. contra
hæreses lib.1.cap.contra Ebionitas, Infantulus natus est nobis, hoc à propheta dictũ,vt signifi
caret veram incarnationem: Filius datus est nobis, hoc est, verbum Dei, filius Dei,in Mariæ
vtero homo factus verus Deus,& verus homo datus est nobis.Quòd autem Ambros.variam
lectionem hic esse significat, id factum est, quòd Iudæi omnia oracula de Christo inuertunt,
ea maximè,quæ illos premunt maximè: Nam SYMMACH. sic hunc locum reddit, Iuuenis
datus est nobis,vt docet EVSEB.demonst.euang.lib.9.ca.4.Et IVSTIN.in apolog.2.pro Chri B
stianis sic hunc locum legit,secutus Symmachi tralationem. Docet ergo Ambros. de fide lib
3.veriorem esse lectionem,Puer datus est nobis,& verè docet quod Hebraicè est ילד .i. infan
tulus. Sciendum est,& summopere notandum,Christum appellari multis nominibus in pro-
phetis,inter cæteras nomenclaturas haberi quoque hanc, vt dicatur puer, vt hoc loco Esaiæ,
& alijs multis appellabitur, & indè sanctos viros ab hoc puero appellatos esse pueros, quod
docet AMBR.in psal.36.in illa verba,Ne auertas faciem à puero tuo,vbi inquit,Ex illo puero,
qui antequam sciret vocare patrem aut matrem,cœpit spolia Damasci,sancti vocati sunt pue
ri:ipse enim Christus est puer qui natus est nobis, qui nos docuit pueritiam esse virtutem, iu-
xta hoc, prophetissa illa sacrata Maria virgo sanctissima, Accepit Israel puerum suum.

Christus appellatus puer, vnde sancti ab hoc puero pueri dicũ tur.

Non est prætereundum silentio,quod EPIPH.ait aduersus hæreses lib.1.cap.contra Ebio
neos,hunc puerum, qui natus est nobis, esse, qui significatus est in veteri testamento, futurus
terminus & finis circuncisionis,Impletum est,inquit,quod Sepphora dixit, stetit sanguis cir-
cuncisionis pueri mei, quod quanquam Sepphora dixit de puero suo circunciso, quòd san- C
guis circuncisionis stetisset, hoc est, non flueret,tamen quemadmodum ille alter cùm dixit,
Expedit vt vnus moriatur pro populo,aliud dicere voluit,aliud est vaticinatus,quod esset pó
tifex anni illius:sic Sepphora stetisse dicit sanguinem circuncisionis in puero, hoc est, repres-
sum esse,& vaticinata est terminatum sanguinem circuncisionis in Christo,qui per excellen-
tiam puer est appellatus. Ait ergo Epiph. hunc puerum esse, vbi circuncisio fuerit terminata,
& quem illa significabat prophetia,quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem, quod Sepphora
non dixerit,Circuncidi puerum meum: angelus enim non curabat circuncisionem faciendã,
cuius sacramentum iam olim Abrahæ datum erat,neque erat solicitus angelus de fluxu san-
guinis circuncisionis,quasi periculum immineret mortis, si plus sanguinis flueret, quàm par
erat.Quid ergo? vt admoneret nos hunc puerum longo post tempore oriturum fuisse termi-
num circuncisionis. Ait enim Sepphora.i.ecclesia ex gentibus,cuius typus erat Sepphora pa-
rentibus idololatris nata, sanguis circuncisionis substitit, & terminatus est in puero meo.i.in
hoc puero qui transijt ad Genteis,à suis non receptus,qui natus est nobis: hoc igitur cùm au-
disset angelus,& cùm tantum mysterium peregisset,abscessit. Hæc Epiph.aliquantùm obscu- D
rè, quæ nos latiùs fudimus,quòd summoperè notanda sint, & eò magis quod AVGVS. lib.2.
quæst.super Exod.12.quæst.cùm quæstionem attigisset,non decidit, & cùm dixisset delitesce
re hîc magnum quoddam mysterium non aperuit. Dices,certò scio,sunt hęc sanè ab Epiph.
optimè dicta,sed nihil horum comparet in editione Hebræa: lusit ergo Epiphanius,& frustrà
fuit Augustinus,& cæteri patres,qui magnum mysterium in his verbis putãt delitescere. Nã
lectionem Hebræam ad verbum expressit D.Hieron.qui pro illo, Stetit sanguis circuncisio-
nis filij mei,reddidit,Sponsus sanguinũ tu mihi es.Dixi suprà,lectionem Hebręam duplicé in
multis locis esse,& duos habere sensus, & fortasse de industria ab Spiritu sancto factũ esse,vt
duplex esset lectio ex sententia D.Aug.qua de re pluribus dictum est in disputatione de trala-
tionibus. Audi ergo, quomodo mutatione vnius litterulæ,facias tralationẽ Lxx seniorum,
וַתֹּאמֶר, & dixit: כִּי, quoniam: חֹתֵן, sponsus: vt vertit D. Hieron. vel vna literula mutata in
similimam חֹתֶךְ, finis,vel terminus,vel definitio: דָּמִים, sanguinum: אַתָּה, tu,vt vertit D.Hie
ron.vel אתה, vt sit verbum,venit: igitur mutatione vnius litterulæ,& varia disp̃nctione effi-

Disceptat' locus Exodi. Sponsus sanguinum tu mihi es.

cies: Spon-

A cies:Sponsus sanguinum tu,vel finis sanguinum venit.Deindè לִי, mihi, vt sit totum: Sponsus
sanguinum tu mihi,vel,finis sanguinum venit mihi, quod Sepphoræ in puero Iesu venerit fi-
nis sanguinum circuncisionis.i.ecclesiæ ex Gentibus. Deindè & posteà, וַיֶּרֶף, & recessit: מֵעָבוֹ
ab eo: אָז tunc,vel,simul: אָמְרָה dixit: חתן sponsus,vel חתך terminus: דמים sanguinum, לְמוּלוֹת
circuncisionum.i.recessit angelus ab eo, simul ac dixit, Sponsus sanguinum circuncisionum:
reliqua perspicuitatis causa addidit D.Hieron.vel,Recessit angelus ab eo,simul ac dixit,Ter-
minus sanguinum circuncisionum. Non potuit apertiùs referari Hebræa lectione huius figu-
ræ,& vmbræ veritas.Apertè enim dicitur angelus à Mose recessisse, simul ac dictum est, Hic
B est terminus,& hęc est definitio circuncisionibus sanguinum,non vni alicui circuncisioni,sed
omnibus.Cur etiam Sepphora vsque ad hunc locum sequuta virum Mosen est,deindè regres
sa domum? quorsum adfuit angelus circuncisioni? an vt institueret mysteriũ circuncisionis?
at iam olim erat institutum.Cur mansit quoad subsisteret sanguis?nõ sat erat expectasse quo-
ad circuncideretur puer? Cur Sepphora non dixit,circuncidi filium meum? vel stetit sanguis
circuncisionis filij mei,sed terminus sanguinum circuncisionibus,vt omnibus diceret non v-
ni alicui? Legendus AVGVS.quæst.super Exod.lib.2.cap.2.& tom.10.serm.80.quòd Moses
Christi figura sit:Sepphora AEthiopissa ecclesię ex Gentibus, & alia. TERTVL.aduersus Iu
dæos cap.1.aliter interpretatur. CYRIL.lib.1.de spiritu & litera, Sepphora,inquit.i.ecclesia
ex Gentibus,nam Gentilibus parentibus orta,Mosi nupsit,qui Christi typum gerebat:filium
i.populum Christianum liberat à morte,circuncisione.i.fide in Christũ, & illud veretur ange
lus circuncisionem Christi non manufactam scilicet.

Quæstio in signis.

Magnum etiam mysterium præfert,vt dixi,tralatio D. Hieron. ait enim Sepphora.i.eccle-
sia ex gentibus Mosi qui typus Christi erat:Moses enim Latinè sonat, per aquas seruatus, vel
per aquas seruans, vnde Christus Moses fuit, qui lauacro baptismi nos seruat. Huic ergo ait
Sepphora,Sponsus sanguinum tu mihi es.i. tibi nupsi, vt circuncidendis filijs meis sanguinem
meum effundam,Christo enim nupsit ecclesia,tanta caritate ei adhærens,vt filiorum sangui-
nem pro eo effundat,martyrio tot sanctorum martyrum,tot sanctarum virginum. Lege AV
GVST.contra Faustum Manich.lib.22.cap.76.vbi discres hanc AEthiopissam. i.ecclesiam, sic
C desponsam Christo,vt effundendo sanguine, ostenderet fœlicitatem quærendam post hanc
vitam:vnde illud,Potestis bibere calicem,quem ego bibiturus sum? vbi non promittit terre-
nam fœlicitatem sed æternam,& pro illa iubet sanguinem effundere. Et cùm hoc pollicetur
ecclesia angelus discedit à Mose.i.à populo legis veteris, nam vna persona in eodẽ loco,duo-
rum negociorum typus esse potest,qui Canon interpretandæ scripturæ præscribitur ab Am-
brosio. Aliter hic locus explanatur ab ORIG.contra Celsum lib. 8. iuxta hanc interpretatio-
nem Symmachi,quam sequutus est D.Hieronymus.

Explanatur lectio vulgata.

Canon.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et factus est principatus super humerum eius.	Cuius principatus factus est super humerum eius.

AVGVST.tom.10.serm.71.interpretans hunc locum: Tunc Christus,inquit, principa-
D tum super humerum eius habuit,quando crucem suam admirabili humilitate portauit.
Nam crux Christi,principatum significat,per quam diabolus vincitur, & mundus ad Christi
gratiam & cognitionem reuocatur,quod ad Philipp.2.cap.ait Paulus, Factus obediens vsque
ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, donauit illi nomen
quod est super omne nomen. IVST.in.2.apolog.pro Christianis: Significatur,inquit,his ver-
bis vis sanctissimæ crucis,cui Dominus subiecit humeros. THEOPH.in illud Lucæ cap.23.
Imposuerunt ipsi crucem,principatus,inquit,& regnum Domini,crux, iuxta illud Pauli: Hu-
miliauit semetipsum vsque ad mortem,mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit
illum,quoniam igitur crux Iesu fuit gloria & celsitudo,meritò dicitur principatus ipsius, siue
principatus dignitas,& ipsius principatus insigne crux ipsa est,vt senatorum insigne prætexta
fuit: & consulum & imperatorum insigne, duodecim fasces: regum insigne,diadema & sce-
ptrum:Christi insigne,crux est: non regnat Christus in nobis, nisi extinctis cupiditatibus, &
affectionibus terrenis cruci suffixis.Nam qui in delitijs vitam degunt, cruci sunt inimici: ille
baculat Christi crucem, qui mundum vicit, vitia abdicat, ad cælestem Hierusalem affectat

Universidad de Deusto
Biblioteca

viam. TERTVLL. lib. aduersus Iudæos, eo cap. quo patriarchæ ostendunt figuram crucis, & A
lib. 3. aduersus Marcionem hunc locum explanans, Quis omnino, regum inquit insigne potestatis suæ humero præfert? & non aut capite diadema, aut manu sceptrum? sed solum nouus rex nouorum æuorum Christus Iesus nouæ gloriæ potestatem humero extulit, crucem scilicet, vt secundum superiorem prophetiam, Dominus regnaret à ligno. AMBROS. de fide lib. 3. cap. 4. quod Lxx dixere ἀρχὴ principium reddidit Latinè, quod alij omnes vertere principatum, quod vox Græca vtrunque significat, & principium pro Christo accipit qui in nobis omnium virtutum principium est, principium integritatis, & virginitatis, quod virgines docuit integritatem mentis, & corporis dicare magis Christo quam marito, principium parsimoniæ, qui pauper factus est, cum dives esset, vt exemplum paupertatis nobis esset, principiũ patientiæ, qui cum malediceretur non maledicebat vnde Esaias, Cuius principium super humerum eius, nam principium illud crux Domini est, principium fortitudinis, quo via sanctis est reserata martyribus. Qui Græcè sciat & Hebraicè credat Ambrosij errore hæc esse dicta, quod & si ἀρχὴ vtrunque significat principium, & principatum, vox Hebræa principatum tan- B
Locus Ambrosij. tum significat, & non principium, verum ecclesiæ proceres vbi nobis videntur labi, abditam, & reconditam præferunt doctrinam. Mitto quod est apud ARIST. lib. 5. meta ta physica vbi inter varias significationes principij docet accipi pro principatu, quod principatus principiũ, & origo sit rerum gerendarum, & certè Christi principatus & regnum in nobis nihil aliud est quam esse principium, & originem omnium virtutum in nobis, regnat enim spiritaliter in nobis. Mitto illud quod PLATO. lib. 1. de legibus, & de rep. 4. & 5. atque adeo libris omnibus de rep. principatum animæ ait penes vnam ex partibus animi esse semper & si sit principatus penes rationem, vt ratio imperet alijs partibus & vincat, tunc in anima existere omnes virtutes, quod principatus sit in ratione hoc est omnium actionum principium. Ambros. etiam de benedictionibus patriarcharum, principium siue principatum ad Diuinitatem refert, Principatus inquiens super humerum eius. i, super corporis passiones diuinitatis potestas erat, vel crux super posita corpori, Hebraicè est & ipse principatus. Origenes, Ambros. & Plato authores sunt quod Deus dicitur ipsum regnum, ipsa sapientia, ipsa iustitia, ipsa veritas, quod illa vox, C
ipsa, addita nominibus significet ipsum principium. i. ipsum Deum, qui essentialiter est hæc omnia, quæ alibi accidentia sunt. vndè Origenes interpretans illud Matth. simile est regnum cælorum homini regi, Christus inquit est ipsum regnum ipsa sapiẽtia ipsa iustitia: & si queras, quorum, sit regnum cælorum? ipsorum est, quorum est Christus secundum quod est ipsum regnum regnans in nobis in omni cogitatione, ita vt non regnet in nobis peccatum sed Christus quatenus iustitia est, quatenus sapientia, quatenus omnis virtus, quatenus principium omniũ actionum nostrarum, quæ pessimè reddita sunt ab interprete. Ipse principatus ergo est ipse Deus qui est essentialiter principatus, finis & origo omnium principatuum.

Et qm̃ Tertull. dum hunc locum explanat illius loci Dauidis facit mentionẽ quẽ iã inde ab
Locus Dauidis, Dominus regnault à ligno. initijs nascentis ecclesiæ, catholica ecclesia sic recinit, Dicite in gentibus quoniam Dñs regnauit à ligno, & à veteribus patribus idem esse putatur cum hoc de quo agitur, Factus est principatus super humerum eius. i. sanctissima crux erit insigne regni Christi quod est idem cum illo, Dominus regnauit à ligno, quod huiusmodi lectionẽ, neque editio Hebræa neque Lxx virorum tralatio agnoscere videtur de ea pauca dicamus. IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem, quod dictum est fuse, & copiose, supra, multa ex codicibus Hebræis, & ex tralatione Lxx virorum Iudæos ait expunxisse, quod plane, & aperte mysteria Christi præ se ferrent, & multa loca citat à Iudæis expuncta & erasa. Idem sentit & Origenes, qua de re pluribus dictum est in disputatione de tralationibus, quod cum fecissent Iudæi clamoribus obtundebãt nostros, parum fideliter Lxx viros vertisse sacras literas, nihil tale Hebraicè esse, falsa esse testimonia, quæ citarentur ex tralatione Lxx virorum tundendo, & odio & clamoribus vt scrip-
Tralatio Lxx, vt docet Hiero. & Iustinus fraudes arguit Iudæorum. sit Origenes in epistola ad Aphricanum, effecere Iudæi vt nostri abstinerent citare illa testimonia de Christo manifestissima, aut quædam verba eraderent. cuius notæ hoc testimoniũ Dauidis est. Coacti enim sunt nostri Iudæorum clamoribus vltimam illam vocem, à ligno eradere è tralatione Lxx virorum, cum Iustinus sic legat in dialogo aduersus Tryphonem, dicite in gentibus quia Dominus regnauit à ligno, vtitur enim hoc argumento aduersus Iudæos, vt probet eos expunxisse ex lectione Hebræa vocem illam à ligno quod tralatio Lxx virorum vocẽ illam præferat, & arguat erasam ex editione Hebræa, eo argumento vtens quo D. Hieronym. in præ-

A in præfatione in quatuor euangelia ad Damasum papam, post tralationem Lxx virorum, nihil posse addi, vel detrahi lectioni Hebræę à Iudæis, quod tralatione Lxx virorum deprehendi non posit: quo argumento vsus IVSTIN. arguit furti Iudæos, & corruptæ scripturę crimine: Tralatio, inquiens, Lxx virorum, quę in vestris manibus est, vt dictum est suprà in disputatione de tralationibus, præfert, Dominus regnauit à ligno: erat igitur scriptum sic Hebraicè, vbi Dominus dicitur regnaturus inter Gentes, & à ligno regnaturus. Sed vt Iustinus hoc testimonio Lxx virorum arguit Iudæos crimine corruptæ scripturę Hebraicæ, ita nos Iustini testimonio docemus Iudæos clamoribus extudisse à nostris vt expungerent quoque ex tralatione Lxx virorum voces illas duas, à ligno, quæ male illos pungebant, cum diceretur, Dicite in gentibus quoniam Dominus regnauit à ligno, quam lectionem tamen retinet catholica ecclesia quæ identidem concinit toto orbe terrarum vt Iudæis oculi doleant & animi, dicite in gentibus quoniam Dominus regnauit à ligno. TERTVLL. lib. 3. aduer. Marcionem interpretans hunc locum Esaiæ sic etiam legit, Solus rex nouus Christus Iesus insigne regiæ potestatis B
humero crucem effert, vt secundum Dauidis prophetiam Dominus regnet à ligno. & aduer. Iudæos li. 1. cap. quod patriarchę ostendunt figuram crucis, Age inquit, si legisti penes prophetam in psal. Dominus regnauit à ligno expecto quid intelligas. Quod premebantur à nostris Iudæi hoc loco psalmi, extorsere clamoribus, vt eraderent voces illas duas, quibus cõfigebantur animo & corde, nec satis habuere eas eradere è codicibus Hebręis, nisi à nobis extunderẽt vt è Græcis quoque codicibus easdem eraderemus. Et eodem lib. idem TERTVL. cap. de claritate gentium in Christo Iesu, Ipse Dauid, inquit, regnaturum Dominum ex ligno. Et D. AMBROS. in cap. 15. epist. 1. ad Corinth. de signo crucis disputans inquit: Dauid in psal. ait, Dominus regnauit à ligno. Et AVGVST. in enarratione in psal. 95. in illa verba, Cantate Domino canticum nouum, Dominus enim, inquit, regnauit à ligno. Et in eundem psal. in illa verba, Etenim correxit orbem terrarum: citat hæc verba psal. Dicite in Gentibus quoniam Dominus regnauit à ligno. Quorum patrum testimonio, liquet tralationem Lxx seniorum prætulisse, Dicite in Gentibus, quoniam Dominus regnauit à ligno: & multò magis hoc liquet testimonio C
ecclesiæ catholicæ, quæ vsque ad nostra tempora agnoscit hãc lectionem. Et è tralatione Lxx verisimiè Iustinus arguit vitiatam esse lectionem Hebræam, cùm enim legeretur יְהוָה מָלַךְ עֵץ i. Dominus regnauit à ligno: vocem illam postremam עֵץ, quæ duabus literis constabat. i. ligno, mutauere in עַז, quæ etiam duabus literis cõstat. i. certè, vel, etenim: & reddidere sequentibus, Etenim correxit orbem terræ. Probat, inquam hoc Iustinus, eadem illa ratione, qua D. Hieron. docet, vt dictum est ex tralatione Lxx virorum Iudæorum, hæc Iudęorum furta posse deprehendi: & in disputatione de tralationibus etiam multis exemplis monstrauimus literas Hebræas duas & treis, etiam sine fraude Iudæorum, Librariorum culpa, mutatas sæpè etiã in alias longè diuersas. Postremò, hanc lectionem antiquissimus, incorruptęque fidei codex manu exaratus, Illustrissimi viri D. Didaci Henriqui Almançę Caurensium Antistitis præferebat.

Iudæos corrupisse Hebræam lectionem & Græcam.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et vocabitur nomen eius, admirabilis consiliarius. D	Et vocatur nomen eius, magni cõsilij angelus, admirabilis cõsiliarius

HOc loco oportet in memoriam redigere quod D. Hieron. docet in quadam epistola ad August. quę inter epistolas Augustini vndecimã est, tralationi Lxx virorum post Hexaplum Origenis, appositas marginibus fuisse tralationes Aquilæ, Symmachi, & Theodocionis, & aliorum. Deindè, culpa Librariorum, multis in locis, illas tralationes in textum tralationis Lxx, irrepsisse quod his locis factum est non semel: primùm hoc loco duplex est tralatio lectionis Hebrææ פלאיועץ, altera Lxx virorum, Magni consilij angelus: altera Aquilæ, quam D. Hieron. est sequutus. Huius rei nos admonuisset ipse Diuus, nisi nactus esset vitiatum exemplar tralationis Lxx virorum, ipse & D. Ambros. in cap. 3. Lucæ lib. 3. in principio, qui hunc locum legunt curtum, & multis verbis defectum, vitiatum videlicet ab hæreticis, qui Christum dolerent, tam apertè Deum appellari. Potuissent tamen D. Hierony. & D. Ambros. veram lectionem Lxx seniorum agnoscere ex Euseb. Cæsarienśi demonst. euangel. lib. 7. cap. 4. & lib. 9. cap. 8. vbi huius loci totius recenset omnium tralationes, & inter se confert Lxx seniorum, & Sym-

Transiatio Lxx, aliorum tralationibus adulterata. D. Hieron. & D. Ambros. vitiosum nacti exemplar trãsla. Lxx virorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Symmachi,& Theodocionis, & Aquilæ, & ex alijs doctoribus sacris antiquioribus, quos A hoc loco citabimus,quorum quidam,quod Hebraicè nescirent non intellexere duplicem esse tralationem. & Euseb. quidem vbi recenset tralationum varietatem huius loci duplicem lectionem tralationis Lxx agnoscit. Ait enim quædam exemplaria præferre, magni consilij angelus,tantum: quædã magni consilij angelus,admirabilis consiliarius. Nã,vt ex Euseb. liquet, & ex Chrys. de inconprehensibili Dei natura,eo tempore vulgata lectio Lxx erat,Magni consilij angelus,Deus fortis,& sic hic locus citatur ab antiquissimus proximis Christi temporibus, vtiã apparebit,posteà è tralatione Aquilę irrepsit, admirabilis consiliarius,quod Aquila pro, magni consilij angelo, reddidit, admirabilis consiliarius:& varietas tralationis apponebatur marginibus, & indè factum est vt sæpè in textum sacrum irreperet culpa librariorũ.

HILAR.de Trinitate lib.4.Est autem secundum prophetam filius Dei,magni consilij angelus,vt personarum distinctio appareret,angelus Dei est nũcupatus,qui enim est Deus ex Deo, ipse & angelus Dei,vt vero honos debitus redderetur, & Dominus,& Deus est prædicatus,& hic quidem primùm angelus Dei deindè Dominus & Deus. Hæc Hilarius,opinor, quod hoc B loco dicatur magni consilij angelus,& postea Deus fortis,primum dicitur appellatus angelus, postea Deus, vt heret personarũ distinctio, dictus primum angelus Dei posteà ne crederetur tantùm angelus, Deus fortis.Et infra idem Hilar. ita qui sub mysterio magni consilij nuncian di, ipse & natura, & nomine, Deus est:quippe dicitur Deus fortis, & lib. 11.de Trinitate,ideo magni consilij angelum Christum appellatum ait quod nemo nouit filium nisi pater,& nemo nouit patrem nisi filius,& cui filius voluerit reuelare.Denique lib.4.de Trinitate huius loci explanatione claudit Hilarius,& postremo ait,Qui est magni consilij angelus, quod patrem nemo nouit nisi filius,& cui filius reuelat,& ab eo reuelandi officio,dictus est angelus.i. nuncius reuelans D.ATHAN.de beatitudine filij Dei lib.vno, appellatum ait Dominum magni consilij angelum quod missus sit à patre ad nunciandum, & peragendum magnum consilium redemptionis.Et DIONY.Areop.de cælesti hierarchia cap.4.Dominum Iesum missum à patre ait ad redimendum genus humanum,& ad clarificandum patrem, & ideo appellatum angelũ magni consilij,quod ipse Dominus in euangelio declarat, cum inquit,Quæ audiui à patre nũciaui vobis. Et IVSTIN.apologia 2.pro Christianis,Nemo inquit nouit patrem nisi filius, ne- C que filium nisi pater,& quibus filius reuelat, & inde verbum Dei, filius Dei, & angelus est appellatus.i.reuelator,ipse enim reuelat,quæ oportet nosse.Quippè Deus verbo suo reuelat.i.filio,& ideo mittitur vt reuelet.hoc sępè iterat aduersus Tryphonẽ idem Iustinus, & ipse Dionys.Areopag.ipsum Dominum testem huius rei citant,qui de se dicit,anangello.i.nuncio,qui ergo anangelli.i.qui nunciat,& qui euangelium mundo attulit recte ab hoc verbo Græco anãgello, angelus nominatur. TERTVLL.lib.de carne Christi, Dictus est magni consilij angelus .i.nuncius, magnum enim cogitatum patris super hominis restitutione adnunciaturus seculo venit:& lib.de Trinitate:quoniam adnunciator filius Dei venit paternæ voluntatis,magni cõsilij angelus est appellatus & infra: Christo cum Deus sit,angeli competit nomen cum magni consilij angelus factus sit, quod exponit sinum patris,nam verbum illud,quod erat apud Deũ quod sinum patris exponeret, carnem factum esse ait Ioannes vt sinum patris nobis exponeret,&c.quæ adiecit.AVGVST.de Trinitate lib.2.cap.13.cùm spiritus sanctus,inquit,quæ vẽtura sunt annũciet nobis, vt Dñs ait, non tamen dictũ esse angelũ legimus inquit.i.nuncium, D quod de Domino Iesu Christo euidentissimè apud prophetam legimus, cum magni consilij angelus dictus sit. Et in Psalm.36.in illa verba: Inmittit angelos Dñi: ipse Dominus noster Iesus Christus dictus est magni consilij angelus.i.magni consilij nuncius. AMBR. de fide contra Arianos cap.8.ideò se in angelo demonstrasse Dominum in scriptura, ait, vt ostenderet se illum esse magni consilij angelum.i. nuncium. & idem AMBROS.in cap. 6. Lucæ lib.6.in principio cum de baptismate ageret,hortareturq; vt consilium baptismatis nemo contemneret,subiecit: Quis enim dubitet Dei esse consiliũ in Christi lauacro? Hoc est consilium,quod magni cõsilij angelus reperit,quod nemo alius cognouit. Quis enim cognouit sensum Dñi? hominis consiliũ nemo contẽnit,Dei consiliũ quis refutet? D.CYPRI. aduersus Iudæos lib. 2.cap.20.magnum illud consilium ad passionem referre videtur & ideo putat Dominum dictum magni consilij angelum.EVSEB. locis citatis,Habes inquit,varijs nominibus appellatũ Dominum,& nũc apellatum angelum patris, & imperatorẽ exercituum Domini(id enim est Deus Sabaoth) & supra dixerat non simpliciter appellatũ angelum sed magni consilij angeinquit

A lum & Deum. EPIPH.lib.2.contra hæreses cap.contra Arianos,interpretans hunc locum inquit μεγάλης βουλῆς ἄγγελος ἐν τῷ κόσμῳ ἀπαγγέλλων τὴν μεγάλην βουλήν.i. magni consilij angelus, in mundo annuncians magnum consilium, quasi dicat, ideo nominatum magni consilij nuncium, quia vt ille ait Ioann.15.Quæcunque audiui à patre meo,nota feci vobis. THEOD.Angelus magni consilij dictus est Christus, quòd æterni patris consilium nobis nunciauit, iuxta illud eiusdem Seruatoris nostri: Omnia quæ audiui à Patre manifestaui vobis. Et D. CHRYS.in Ioann.cap.17.homil.80.interpretans locum illum,Manifestaui nomen tuum hominibus. Magni consilij angelus, dicitur filius Dei, inquit, & aliorum quæ docuit gratia, & principaliter quòd patrem hominibus annunciauit, & quòd in præsentia,inquit,manifestaui nomen tuum hominibus.Nam cùm opus suum consummasse dixisset,quale esset opus suum enarrat, atqui manifestum erat nomen Dei,sed quanuis manifestum esset Iudæis, non tamen omnibus,nam & de Gentibus loquitur: nec norant Iudæi esse patrem, nec est idem nosse rerum esse opificẽ, & filium habere. AVGVS.in cap.6.Ioann.tract.24.in fine,dubium proponit, & diluit posteà, B cur Christus hoc loco dicatur Angelus magni consilij, & alibi dicat hic idem propheta non legatus,nec angelus,sed ipse veniens,saluos faciet eos,id est,ad saluos eos faciendos, non mittet legatum,nec angelũ, sed veniet ipse. Quis veniet? ipse angelus certè,non per angelum,sed quia iste sic angelus,ut etiam Dominus esset angelorum: & subijcit Christum dictum esse angelum,propter euangelium quod mundo nunciauit, nam angelus nuncius est, quod apertiùs docet idem August. de ciuitat.Dei lib.18.cap.35. Nec mirandum est,inquiẽs,quia angelus Dei omnipotentis,dictus est Christus:si cut enim seruus,propter formam serui in qua venit ad homines,dictus est,sic angelus propter euangelium quod nũciauit hominibus: nam euangeliũ, bona nunciatio est,& angelus nuncius:hæc eadem repetit centies August. Et AMBR.in cap. 10.ad Roman.interpretans verba illa, Omnis enim qui inuocauerit nomen Dñi,docet filium Dei appellatum angelum,& Deum,ad distinctionem personarum:ait enim,vt non ipse à quo sunt omnia,esse putaretur, sed hic esse per quem sunt omnia, vt ad id pertineat Deum esse dictum,quòd vnum sunt Pater,& Filius: Angelus autem ad hoc, quia nuncius promissæ salutis C est missus à Patre. Et tom.1.Concil.Leo papa in rescripto ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum cap. 2. sic hunc locum citat, Et vocabitur nomen eius, magni consilij Angelus. Et ANTHEON episcopus Arsinoes in epist.ad Petrum,quæ est in initio.5.synodi Constantinopol.tom.2.Concil. Quis nescit, inquit, apud Esaiam natum Christum, qui est magni consilij Angelus,Deus fortis? Et Concilio Spalensi.2.actione.13.Paruulus natus.i.Christus,ad susceptę humanitatis naturam pertinet,quia homo est factus,filius datus ad diuinitatem,quia Dei filius: & vt ostenderet in vtraq; natura vnam esse personam,adiecit, Vocabitur nomen eius magni consilij angelus,Deus fortis. BASIL.contra Eunomium lib.2.dictum esse ait Christum Deum,& Angelum: & probat hoc loco Esaiæ, & infrà subijcit rationem, quia voluntatem Patris,sanctis suis nunciauit. GREG.Nazianz.in Christi genethlia,Vocatur nomen Christi inquit,magni consilij patris Angelus. Et EVSEB.demonst.euangel.lib.1.cap.4. & lib.5.cap. 28.docet, cur dicatur Deus & Angelus, & eundem esse angelum testamenti, dictum à Malachia propheta. *Christ⁹ angelus, & Deus fortis.*

Deniq; omnes doctores sacri,Isychius,OEcumenius,Aretas,Leo papa,concilia ipsa, & vniuersa catholica ecclesia,hũc locũ sic legit,& sic explanat, & catholica ecclesia ab ipsis suis inD tijs vsq; ad nostra tẽpora sic in suis sacris cantionibus recinit,quanquã nostris tẽporibus, iam sunt aliquot codices, quibus Typographi,alicuius nebulonis inductu alteram dictionem resecant,digni quibus pollices resecarentur, ne quis quidquam quod stabile & fixum est in catholica ecclesia,auderet mutare. Sic enim quidam codices præferunt iam horum gnosticorũ inductu,qui se solos sapienteis arbitrantur,Et vocabitur nomen eius magni consilij, resecant dictionem illam,Angelus,& se opponunt inepti toti ecclesiæ,& tot sanctorum patrũ authoritati,qua impudentia nescio an quicquam impudentiùs dici aut fingi queat. *Quorundã impudẽtia.*

Sed quid, quòd Hebræa lectio huic tãtę authoritati videtur aduersari? negãt quicq; tale Hebraicè esse,neq; quenq; tralatorũ sic hũc locũ vertisse,vt Lxx. Ad hàc difficultatẽ explicandã orationẽ conuertamus,quanquã authoritas tanta Lxxii Iudæorũ,qui CCC.annis ante tẽpora Christi vacui odio,& gratia,hæc sic vertere sciẽtia spiritali,quã à Mose & prophetis per man⁹ acceperãt,& tot⁹ ecclesię catholicę authoritas,& oim sanctorũ patrũ & cõciliorũ,nostro nõ egebat auxilio,vt etiã si cõtra staret Heb.lec.quę nõ stat,nõ temerè hoc sic scriptũ crederetur. *Defẽditur lectio Lxx vitorũ, magni consilij angelus.*

D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius.

LXX VIRI.

Vocabitur nomen eius magni consilij angelus.

consiliarius pele nomen eius vocabitur Et
יִקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא יוֹעֵץ

LEctionem Hebræam D.Hieron. ad verbum reddidit, Vocabitur nomẽ eius admirabilis consiliarius, nam verbum, יִקְרָא, aliter disputum pasiuum erit. Dictus est autem puer hic Emmanuel, vt docet CLEMENS. Alexand. Stromaton lib.6. sapientia patris omnium creaturarũ magister, consiliarius Dei, qui omnia vno obtutu intuetur qui à prima mundi creatione multis, & varijs modis docet, & perficit omneis creaturas vndè ipse Dominus ait, Nedicatis vobis magistrum supra terram. Itaque quod puer hic sapientia patris doctor & magister omnium creaturarum, angelorũ illuminator, admirabilis cõsiliarius dicitur, admirabilis omnium creaturarũ magister. Et LACTAN. Firm.lib.4. de religione cap.6. à Sybilla ait consilium Dei appellatum quod per eum à patre hic mũdus sit fabricatus. Plato in Epinomide huc allusisse videtur, cum ait sedere Deum incælo, velut magistrum in cathedra, vt doceat omneis homines qui intenti esse volent. Lege CHRYSOST. tom.5. in sermone contra anomœos vbi diuinitus hunc locum explanat. Lxx viri eandem hanc lectionẽ Hebræam aliter vertere, vt enim docet Iosephus Iudæus allegati sunt Lxxii Iudæi peritissimi gentis Iudaicæ doctissimi Mosaicæ legis, qui eruerent sensus sacros, ij hanc vocem, פֶּלֶא pelè, quam D.Hieron. vertit, admirabilis, nomen proprium esse putauere illius angeli, qui matri Sampsonis apparuit, & rogatus, quod sibi esset nomen respondit, quid quæris nomen meum, quod est admirabile? vel, Quid quæris nomen meum quod est pelè? .i. Deus absconditus, Deus faciens mirabilia. Cum ergo hic puer qui nobis natus est, hic Emmanuel vocetur à propheta, pelè .i. Deus absconditus, admirabilis, Deus faciens mirabilia. interpretantur Lxx. id est angelus ille, qui se vocauit pelè. 13. Iud. faciunt enim paraphrasim ex alijs scripturæ locis, vt idem vtroque loco significari doceant. Rogo, quis accuset Lxx viros, quod interpretentur, vocabitur nomen eius, pelè? ita vt pelè pro nomine proprio accipiant, illius angeli 13. cap. Iudicum, & dicant, pelè.i. angelus ille qui se pele nominauit יוֹעֵץ, consiliarius, angelus ille cõsiliarius patris summi .s. quod Lxx dixere, magni consilij, vt excitarent hominum animos ad intelligendam secundam personam in diuinis. Recte ergo Lxx viri verbum Hebræum, pelè, quod D. Hieronymus reddidit admirabilis interpretati sunt pro nomine proprio illius angeli, hoc est secundæ personæ in diuinis, quo nomine se ipsa secunda persona in diuinis appellasse videtur 13. Iudicum, & ex vno loco scripturæ alium videntur interpretati, quo magis dicas id verum esse, paucis accipe, quid veteres patres sentiant de hoc loco. 13. Iudic. etiam rudes sermones Hebræi. Nam si intellexissent, pelè. nomen proprium esse potuisse angeli illius, multò, multoque magis id dicerent. AVGVS. quæst. super Iudic. lib.7. cap.52.53.54. totum illud vaticinium cap.13. de Christo interpretatur: & angelum illum, qui apparuit matri Sampsonis, & Manuè patri eius, hunc angelum magni consilij esse dicit, addiditque angelum illum significasse se esse Deum, & sic hoc loco & alijs, hoc vaticinium explanat Augustinus. Quid facturum fuisse putas, si Hebraicè sciisset, & intellexisset angelum illum, illo loco appellatum fuisse, Pelè, & hoc loco ab Esaia puerum hunc recens natum, nominatum quoque esse, Pelè? Adde illud etiam Genes. cap. 32. illic, vbi dicitur: Quid quæris nomen meum? quod est admirabile ex translatione Lxx, & ex versione D.Hieron. intelligi fuisse hoc idem nomen, Pele, vt enim dictum est in disputat. dè tralationibus, & hoc ipso cap. paulò suprà cùm disceptabamus illum locum Dauidis: Dominus regnauit à ligno: D.Hieron. & Iustinus è tralatione Lxx, arguunt quædam detracta el se ex lectione Hebræa, quo canone si vtamur, ex tralatione Lxx, & D.Hiero. liquebit, è lectione Hebræa detractum esse hoc nomen, Pelè, verterunt enim Lxx, & D.Hierony. Quid quæris nomen meum, quod est admirabile? quod in lectione Hebræa deest, intelliges ergo expunctũ esse à Iudæis hoc verbum, Pelè, cùm legeretur, Quid quæris nomen meum Pele.i. admirabile, vel Deus absconditus, vel Deus faciens mirabilia: quod ita esse apparet, quod illud verbũ Lxx Græcè reddiderint, verteritque D.Hieron. Latinè, admirabile. Erat igitur Hebraicè, sic enim colligere docet Hieron. in epist. ad Damasum. & IVST, aduersus Tryphon. vt locis citatis est dictum. Quòd verò puer hic diceretur eodem nomine, Pelè, quo augelus ille qui Deus quoq; dicitur. 32. cap. Genes. qui cùm Iacob luctatus est, eique nomen dederit Israel. i. principatus eu

Cur Filius dicatur cõsiliarius.

Defenduntur Lxx, & sancti patres, contra Iudaizantes.

Explanatur locus Genes. & castigatur.

A Deo, & prævalens aduersus Deum. Quòd ergò vocatur hic puer, Pele.i. angelus, & Deus, eodẽ nomine quo angelus ille, qui cum Iacob est luctatus, vt planum fiat puerum hunc esse eundem illum Angelum, & Deum, qui cum Iacob luctatus est, cum eodem compelletur nomine. Iudæi id sentientes longo post tempore, vocem illam, Pele, expunxerunt ex cap.32. Genes. quam vocem expunctam, arguunt interpretatio D.Hieron. & tralatio Lxx, vnde non possum dicere satis, quàm parũ cõsideratè (ne quid grauiùs dicã) faciunt, qui ex sacris literis illã orationẽ totam, Quod est admirabile, expungunt tam ex tralatione Lxx quàm D.Hieron. cùm omnia antiqua exemplaria, etiam typis excusa, sic legant: Quid quæris nomen meum, quod est admirabile? Et sic recinat catholica ecclesia ab initijs suis. Negant Hebraicè esse. Atqui docet D.Hier. ex tralationibus intelligere, quæ Iudæi ex Hebræa lectione detraxissent: & hoc Canone vti docuit D.Hieron. & Iustinus, eo antiquior multò, eumque adhibere multò fuisset satius, quàm receptam per M.D. annos, & statam ecclesiæ lectionem mutare. Ergo hic puer declaratur esse Angelus ille Deus, dictus, Pele.i. habere nomen admirabile, vel, Pele, Deus absconditus. 32. Genes. B &.13. Iudic. vt nusquam apertiùs, mea quidem sententia declaretur Deus, puer hic, & Deus ille, qui loquebatur ad patres veteris testamenti, quam hoc loco, cùm præsertim sequatur, puerum hunc appellatum esse Deum fortem, quasi dicatur puerum hunc esse illum, qui in literis sacris frequentissimè nominetur, Deus fortis Israël. Adde etiam illud, Pele, quod D.Hieron. vertit, admirabilis, vt dixi, nunquam in sacris literis de creatura vlla dictum, cùm de persona dicitur, nisi de Deo, & Dei esse nomen semper in literis sacris, nunquam tributum homini, aut angelo, nisi huic angelo magni consilij. Quid facerent ergo Lxx seniores, cùm puerum hunc nominatum viderent, Pele? verterent Deum admirabilem? vel Deum absconditum? id enim, Pele, significat. Atqui statim à propheta dicitur appellandum esse Deum fortem, non erat idem bis repetendum. Redderent, Pele, admirabilem, vel admirandum? videbant etiam si coiret omnis factio Iudæorum in vnum locum non posse ostendere hanc vocem, Pele, homini tributam, admirandos viros dictos esse Græcè, & Latinè, confessa res erat. Quò se verterẽt ergò? quid consilij caperent? vt D.Hieronymo visum est, Pele, reddere admirabilem: quòd antecedentibus, & sequentibus puer hic, Deus esse significaretur, idque sat habuit, ita Lxx viri non sat habuere, sed vóluere exprimere vim huius vocis, & significarunt nobis esse angelum illum, Pele.i. Deum absconditum, nominatum consiliarium magni patris, quem August. ait loco citato magnum mysterium nobis significasse, cum oblato holocausto, simul ac emicare flamma cœpit conscendit flammam, & se obtulit cum holocausto, typum manifestissimum nostri sacrificij, vbi Christi corpus sanctissimum, & sanguis preciosissimus offertur. Ait enim AVG. quòd ergo stetit angelus in altaris flamma, intelligendus est significasse illum magni consilij angelum, hominem factum in forma serui non accepturum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum. Hæc August. quæ summoperè notanda videntur: est enim typus manifestissimus sacratæ nostræ Eucharistiæ eo facto exhibitus. Cùm enim, vt dictum est ex Chrysost. non simpliciter accipienda quæ in scriptura sacra sunt, cùm Spiritus sanctus loquatur verbis, & factis, vbi nihil temerè aut fortuitò, inquit, factum esse credendum est. Quorsum enim angelus flammam holocausti conscenderet? & vt ascenderet flamma, ipse quoque ascendit? & vt flamma descenderet, descenderet ipse? an id factum quisquam dicet? vt se ostenderet angelum, sat erat euanuisse ex oculis, vt hoc ostenderetur. Certè factum illud, typus manifestissimus fuit sacrificij ecclesiæ catholicæ, quo toto terrarum orbe, Christus qui est angelus magni consilij offertur: hoc enim significauit angelus, Pele.i. Deus absconditus, cum oblato holocausto, & emicante flamma voluit cum holocausto offerri ipse quoque Deo. Poterit quidem aliquis probare magis tralationem D.Hieron. nemo tamen qui hæc expendet poterit inficiari tralationẽ Lxx virorum cum lectione Hebræa consentire. Vndè apparet, neque ecclesiam catholicam esse delusam à Lxx viris, quæ deludi nullo modo potest, neque concilia, neque consensum veterum patrum frustrà fuisse, qui frustrà esse non potest, dat enim Spiritus sanctus ecclesiæ doctores, & concilijs præest, & secunda persona in diuinis à philosophis etiam dicitur angelus. PROCLVS enim in Timæum Platonis lib.2. explanans illud Platonis, maximum omnium est ab eo incipere, quod secundum naturam primum est, verbum æternum quod est apud patrem angelum appellat, quod patris voluntatem annũciet. Mutuatus namq; multa de sacra Triade à prophetis Plato est, & Proclus à nostris, quæ suis libris intexuere, deprauatè tamẽ, quòd non crediderint, & ideo non rectè intellexere, neque vt oportebat: tamen hoc illis vehementer pla-

Puer hic Emmanuel hoc loco dictus planè Deus, qui loquebatur ad veteres patres, & ille qui in scripturis sactis dicitur Deus fortis Israel.

De sacramento Eucharistiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter placuit,vt verbum æternum,quod est in sinu patris,angelus dicere tur,angelus magni consilij patris.i,nuncius qui magna patris consilia referret.Et ideo ab Orpheo,qui,vt Iustinus ait, multa à Iudæis didicit,dictus est phanes,quod docet PROCL.in Timęum lib.4.nam,ϕ hanes, idem est quod angelus,à verbo Græco φαίνω.i.manifesto,nam Orpheum,& Platonem à prophetis didicisse multa,testis est Iustinus philosophus martyr. A

Verbũ Deus, dictũ etiã a philosophis angelus.

Tralationem D.Hieron.quę eadem est & Aquilæ,interpretatur ORIG.homil.18.in Numerorum cap.14.Admirabilem consiliarium Patris,Filium,& Spiritum sanctum ait: quòd enim Esaias cap.42.dixit, Quis cognouit sensum Dñi, aut quis consiliarius eius fuit? ne intellexeris ita vt excludas filium. Quomodo enim non cognouit sensum Domini vnigenitus suus? qui dicit,Nemo cognouit Patrem nisi Filius,& cui voluerit filius reuelare?& quid est aliud scire patrem,nisi scire consilium eius,& sensum? sed & Spiritus sanctus qui scrutatur etiam alta Dei,quid ni sensum eius agnoscat? sed consiliarius hic non accipiendus est, quasi ignoranti ei quid agat consilium det filius,& Spiritus sanctus, sed quod consilij & voluntatis eius sciens sit Filius,& Spiritus sanctus,quarum trium personarum idem est consilium,voluntas eadem. B

Sed vt redeam ad vocẽ,Pele,quam dixi,nũquã in scriptura reperiri tributã homini cum de persona dicitur,R.Dauid docet,qui cognomẽ Dei mirabilis esse ait, in libro radicũ,& significare idẽ quod Latinè,Faciẽs mirabilia,faciẽs miracula: vt apparcat quod voluere sancti patres Christũ esse,qui in veteri testamẽto fecerit omnia mirabilia,vnde, Qui loquebar,ecce adsum; docet etiam significare occultum &absconditum,vnde dicitur Christus,Deus occultus & absconditus cap.45.verè tu es Deus absconditus,Deus Israel saluator. Vt testimonio Iudæorum etiam hic puer cùm dicitur,Pele,dicatur simul Angelus,& Deus:nam,pele,interpretantur Lxx Angelum illum qui pele sibi nomen esse dixit Iudic.13.& Genes.22.& angelus qui dicitur,pele,Deus dicitur:siquidem ipse ille angelus se vocatum ait,pele. i. absconditum Deum, & Deũ facientem miracula,simul igitur dicitur angelus,& Deus absconditus, de quo infrà dicemus.

Viro Theologo expẽdendas syllabas & literas scripturæ.

Et quoniam D.BASIL.in procœmio lib.de Spiritu sancto viro Theologo expendendas ait esse literas,syllabas,& apices,quòd Spiritus sanctus sacrarum literarum author est,pele, Iudicii 13.scribitur sine, י, in fine, quòd ibi persona diuina, Deus mirabilia faciens, Deus absconditus, non assumpta humanitate, loquebatur & se obtulit in sacrificiũ holocausti.Apud Esaiã: Deus C verbũ nominatur,pele,assumpto, י, in fine. Cùm ẽm humanitatẽ assumpserit: addita litera est, ה, quæ prima est nominis Iesu. Nec temerè sancti patres hæc aiunt expendenda, nã Abraham prius dicebatur Abram,& mutato nomine addita litera, ה, vna tantum, appellatus est à Deo Abraham: & Sarai,detracto, י, vocata est à Deo Sara,vnde in additione,aut detractione vnius literę, magna esse mysteria discimus. Et de cap.13.Iudicum, & de Angelo illo, & de Samsone,qui typus fuit Christi, & de salutatione Angeli quæ facta est ad matrem eius sterilem, quæ typus fuit sacratæ virginis,dictum est in cap. 7. in illa verba, Ecce virgo concipiet: & dicetur in cap.11.cùm explanabitur locus ille,Quoniam Nazaræus vocabitur.

D. HIERONYMVS — LXX VIRI.

Deus fortis. — Deus fortis,potens. — fortis Deus אֵל גִּבּוֹר

DIxi in principio ex Hieron. epist.ad Augustinũ, appositas margini interpretationi Lxx virorum tralationes Aquilę, & Theodocionis, quando inter se dissiderent, pluribus locis imperitia Librariorum receptas pro lectione Lxx virorum, quod factum est superiore sententia:vbi cùm diceretur apud Lxx viros: Vocabitur nomẽ eius,magni consilij angelus,legitur vulgò,apposita interpretatione Aquilæ, quam sequutus est D.Hierony. Vocabitur nomen eius,magni consilij angelus,admirabilis consiliarius:quę non vna,sed duplex eiusdem loci translatio est Lxx virorum,& Aquilę,quod hoc loco factum est, nam אֵל גִּבּוֹר, Lxx reddidere,Deum fortem,quę duo nomina D.Hieron.nos docet poni solere coniuncta, quanquam priùs dixisset,nescio quò spectans,legenda diuisim,nisi voluit bis appellari Deum,puerũhuc primò,Deum:deinde,fortẽ:non fortis quidem per se positum nomẽ Dei est, vt docet IREN. lib.3.cap.8.vbi docet etiam, cur diabolus dicatur fortis in scriptura,cùm Christus diripuit vasa fortis:& ideo Hieron.fortasse voluit magis vrgere Iudæos,cùm puerum hunc bis appellarũ Deum ostenderet.Iudæi & Iudaizantes,quòd dolerent puerum hunc appellatum planè, & apertè Deum fortem,non verterunt אֵל גִּבּוֹר, Deum fortem:sed potentem,fortem, ita apud illos legitur,pro,Deo forti,fortis,potens:quę interpretatio diuersa apposita margini Lxx seniorum,pos-

A rum,posteà pro lectione Lxx adscita est:legitur ẽm apud Lxx θεὸς ἰσχυρὸς ἐστιν ὁ υἱός.i.Deus fortis, potens,quod non intellexisse Euseb.Cæsari.non miror,quippe sermonis Hebræi rudis erat.

Malè habet miseros Iudæos,puerum hunc natum ex sacrata virgine Maria, de Spiritu sancto conceptum,appellari Deum,.Aiũt,referente Procopio Hebræam vocem, אֵל, significare quidem Deum, sed aliquando tamen potentem, & iudicem, & quia durum est puerum vocare Deum, hoc loco potiùs reddendum,potentem, quàm Deum: & ita verterunt pro, Deo forti,potentem fortem.Durum,aiunt Iudæi,puerum appellari Deum. Si non est Deus,verè aiunt.Sed puerum regem:putabúntne durum,vocare regem quòd puer sit? Qui magis quæso, puerum Deum, durum putant Deum appellare quod puer sit? Sed more Gigantæo cum Deo pugnant Iudæi.De hoc nomine אֱלֹהִים אֵל lege EVSEB.de præparatione euang.lib.11. de nominum rectitudine apud Hebræos. Nos iam hic cum Iudæis congrediamur: Iudæi largiuntur אֵל, significare Deum,& rarò,potentem: cur igitur damnant Lxx seniores, qui tot annis ante B Christi tempora,Christum appellant Deum fortem, cùm plùs millies dicatur etiam Deus à prophetis,vt liquebit toto hoc opere. Deindè, vt illis largiremur (quod nũquam largiemur mentiuntur enim impudentissimè Iudæi,& Iudaizantes) אֵל, sumi aliquando pro,angelo,vel potente,quòd falsissimum est,ostendant cùm dicitur coniunctim אֵל גִּבּוֹר .i. Deus fortis, sumi pro homine,aut pro angelo:nunquam reperient factum,cùm duo hęc nomina,Dei sint nomina absolutè dicta, dicta coniunctim emphasim maiorem habeant, ideo pessimi, & versutissimi Iudæi conantur nostris persuadere, diuisim hæc esse legenda, non coniunctim, quod videbant Deum fortem,non posse se cuipiam persuadere aliò referri,quàm ad Deum. Est ẽm pars Trisagij,cuius historiam leges.2.tom.Concil.5.synodo Constantinopol. in epist.Cinciliani episcopi,& in epist.Acacij archiepiscopi Constantinop.& in epist.Felicis papę.& apud DAMAS. lib.3.c.53. huius igitur trisagij,cuius authores fuisse angelos,certũ est: pars est Deus fortis: sic enim dicebatur,sanctus Deus,sanctus fortis,sanctus immortalis Deus.s.&c. Et cùm dicitur,sanctus Deus fortis,ex hoc loco Esaiæ sumptum esse,discres ex eadem synodo.5.Constantinop.ex epist.Antheonis episcopi,& ex epist.Fausti,& ex epist.Asclepiadis, & puerum C hunc Emmanuelem, appellatum esse Deum fortem, coniunctim & non diuisim à veteribus, discres ex locis suprà citatis,doctorum sanctorum, & conciliorum, de magni consilij angelo, quodque indè receptum ecclesia toto orbe personat θεὸς ἰσχυρὸς, & licèt crepet medius Iudęus, licèt omnes Iudæi, quanuis dij pro angelis, & iudicibus,& sanctis viris reperiatur in litteris sacris pluraliter, singulari numero אֵל, vel אֱלוֹהַּ nunquam, nisi pro Deo reperietur, etiam si vertãt se in omnes facies impij Iudæi. Deus numero singulari,pro Deo accipi debet, non pro potenti,aut angelo: nam Regum.2.cap.7.liberasti populum ab AEgyptijs, & dijs eius: tentoria legunt Lxx viri eo loco,vel à tentorijs eorum, vna littera, ה, addita. Nam impij Iudæi quo ostendant Deum singulari numero,non accipi pro Deo,omnia peruertunt. Est enim illis acris pugna aduersus Lxx viros,iam indè ab ecclesię primordijs, quòd se suorum vident subindè testimonijs confixos,& de alio Esaiæ loco, quem etiam Iudæi peruertere conantur, D posteà dicendum est latiùs. Certè אֵל, & אֱלוֹהַּ, singulariter semper pro Deo accipiũtur,nunquam pro alio quoquam.Nam quòd Pagninus in Thesauro linguæ sanctæ negat reperiri singulariter אֱלֹהִים, nisi semel aut bis,ridiculum est: nam cap.12. Iob bis reperitur singulariter. Et Deuteronomij.32.bis etiam. Et psalmo. 31. denique frequentiùs reperitur singulariter, quàm pluraliter. Id tamen negant, ne nostris largiantur in principio Geneseos reperiri mentionem Trinitatis,vbi dicitur,In principio creauit Deus cælum & terram: Hebraicè enim legitur, In principio creauit dij, vbi dij pluraliter, numerum personarum designare videntur, & verum singulare,creauit,vnitatem deitatis,& essentię. Vt enim Græci personas diuinas,tres hypostases nominant:Latini, tres personas:Hebræi,eloim videntur appellasse, quod in principio Geneseos est. Cui rei vt occurrant Iudęi, affirmant hoc nomen pluraliter tantùm declinari, & significare nihilominus rem vnam, qualia multa sunt & Græca, & Latina nomina. AMBROS. libro.3. in Lucam in principio, puerum hunc Deum appellatum esse docet, etiam iuxta tralationem Iudæorum, cuius rei primus author fuit EVSEB. Cæsarien.euangel.

Trisagium

Deus fortis natus dicitur ingine.

Puer hic est is,qui in scriptura dicitur, Deus fortis Israel

Universidad de Deusto
Biblioteca

demonstrationis lib. 7. ca. 4. Adde tu his quòd impij ludæi cælant, Pele, cognomen Dei esse, A
i. Deum facientem mirabilia, vel Deum absconditum, vt diximus ex R. Dauid: qui tamẽ Deus
absconditus, Iudicum. 13. angelus est dictus, vnde à Lxx viris facta metaphrasis est. El singulari
numero Deum significat semper. Nam alibi Iudæos refellimus latiùs, & eos presiùs vrge-
mus, aperimus dolos quibus imperitis persuadere cõtendunt, אל, aliquãdo posse aliud signi
ficare quàm Deum, & eorum probationes subuertimus. Postremò illud maximè nota, Deum
fortem, dictum esse puerum hunc, & declaratum esse puerum hunc recens natum, illum esse
qui in literis sacris, Deus fortis Israel dicitur. CHRYS. de incomprehensibili Dei natura, ho-
mil. 5. monet, vt consideremus spiritalem sapientiam prophetarum, quod priùs incarnatum
Deum, dixit propheta, verbis illis, Puer natus est nobis, & posteà Deum appellauit: & ne de
patre dictum putaremus, incarnationis priùs meminit: non enim pater ipse natus de virgine,
nec factus est puer. Et in demonstratione quod Christus sit Deus, cùm hunc locum citasset
subiecit, Hoc de puro homine nemo dicet, etiã qui sit valdè contentiosus, nã nullus hominũ
vnquã ab ipso sæculo dictus est Deus fortis, sicut nec pater futuri sæculi, nec princeps pacis. B

D. HIERONYMVS.

Pater futuri sæculi, princeps pacis.

pacis princeps æternitatis Pater
אֲבִי עַד שַׂר שָׁלוֹם

LXX VIRI.

Princeps pacis, pater futuri sæculi, addu
cã pacẽ super principes, & sanitatẽ eĩ⁹.

INuersa sunt verba tralationis Lxx virorum, nam lectio Hebræa eadem verba præfert, ordi
ne tamen permutato, admissa tamẽ tralationi Lxx virorum interpretatio est nescio cuius
Iudæi. Tamẽ lectio Hebræa ad verbum reddita est à D. Hier. & à Lxx, nec est cur eam quisquã
attentet. Hebræa lectio est, אֲבִי pater: עַד æternitatis: id enim sonat inter alia, vox hęc Hebręa,
Quis pater æternitatis est nisi Deus? vel Aristot. roga. i. de cælo, & inde discees, Deũ quẽ æona
nominat, patrẽ esse, temporum, æternitatum, & vitæ omnium. Si Græcè legas eo loco Aristo
telem, maximè mirabere. Pro patre æternitatis, Lxx viri & D. Hieron. vertere, pater futuri sæ
culi. i. omnis temporis venturi, omnis futuræ, vt ita dicam, æternitatis, siue hoc siue illo modo C
legas, siue patrem sempiternum, vt legit CLEM. Alexand. in pedagogo in fine cap. 4. cui nisi
Deo conueniat? Quid ergo iuuit Iudæos obscurasse, Pele, negasse אל significare Deum, sem-
per impudentissimè, cum singulari numero nihil aliud possit significare? Quid profuit legere
disiunctim, Deum fortem? ecce pater æternitatis, & futuri sęculi dicitur: quod vel luminibus
captus videat, de alio quopiam dici, quàm de Deo, nullo modo posse? sed cùm Symmachus,
Theodocion, & Aquila, patrem æternitatis vertant, Iudæi offensissimi nomini Christiano, no
stri tamen non desunt qui vertant, patrem in perpetuum, quod etiam si idem significet quod
pater æternitatis, significantiùs tamen dicitur, pater æternitatis vel sęculorum, nam pater in
perpetuum sic dictum potuit videri, vt de Cæsare Augusto, cùm est pater patriæ appellatus: &
lectio Hebræa, patrem æternitatis præfert. Nostrine magis nos oppugnabũt q̃ nostri aduersa-
rij? quod dictum benè erat, mutari non erat æquum, Nescio tamen, quis Iudæus hæc sic mu-
tauit, cuius tralatio intertexta tralationi Lxx seniorum est, אבי venire faciam: עד vsque ad: שר
principem: שלום pacem: quæ tamen verba beatus Prosper & Ambros. explanant, cùm aficti- D
tia sint & suppositicia.

D. HIERONYMVS.

*Multiplicabitur eius imperium, et pa
cis non erit finis.*

LXX VIRI.

Magnus principatus illius, & pacis
eius non erit finis.

LXX seniores more suo faciũt paraphrasim, nam pro, Multiplicabitur eius imperiũ, quod
Hebraicè est, dicunt, Magnus principatus illius. i. imperabit à mari vsq; ad mare, & à flu-
uio vsque ad terminos orbis terrarum, quod vocis gracilitas Mosis significabat, quæ tantùm
in Iudæa erat audienda, quoad veniret is qui mittendus erat, de quo ipse dicebat, Mitte Die
quem missurus es, cuius euangelica tuba toto concreparet orbe terrarum, non intra fines pro-
uinciæ alicuius, quod CYRIL. docet de spiritu & litera, lib. 2. interpretãs illud, Mitte quem
missurus es. Nostra negligentia facit, vt Iudæi nos faciant ludos, & fingant mysteria, vbi
nulla sunt: quæ sunt maxima, ea cælent, & cæca inuoluant caligine, Quam frequens illud
est, vbi dicitur ab Esaia, Ecce virgo concipiet עלמה, id est, virgo, scriptum esse ם quadratæ figuræ

A figura, vndique clausa, quæ sacratæ virginis Mariæ virginitatem designat, quæ littera quadra-
ta nusquã est, nusquã comparet, neque ea est opus. Vbi enim planè & apertè, quod suprà pluri
bus dictum est, Virgo prægnans, & virgo pariens dicitur, quid ænigmate opus erat? Sed for-
tasse olim fuit, & hoc & illud, etiam si Hebræi codices, qui nunc circunferuntur hoc non præ
ferant. Non enim, vt inquit Hesiodus, & refert Aristoteles, omninò vana fama est, quam vni-
uersus populus decantat. Verum ם illa quadrata, vndique clausa, quæ nũquam apud Hebræos
nisi in fine dictionis scribitur, hoc loco de regno Christi in principio scribitur, quod nus-
quam alibi reperies: nam prima littera, m, in marbe Hebræo verbo. i. multiplicabitur vel mul
tus erit principatus Christi, per ם quadratam literam, & clausam vndique scribitur, vt princi-
patus Christi æternitas significetur, qui sine initio, finem non est inuèturus. Nam æternitatem
Hieroglyphicis litteris AEgyptiorum, anguis significat, mordicus caudam tenens, orbiculari
figura, quæ sine initio est, & finem non habet, quod ם quadratum apud Hebræos, significare
videtur: nulla enim alia apud Hebræos est littera, absque illa quæ sine initio, finem non ha-
B beat, vt quemadmodum dicitur, Ego sum α & ω. i. principium & finis, quod illis literis signifi-
catur, quæ sunt alphabeti principium & finis, sic hoc loco factum est, vt hæc littera ם, primo
poneretur loco in hac dictione, vt imperij Christi æternitatẽ significaret: non enim temerè fa
ctum est, quòd tam religiosè à Iudæis est obseruatum, vt hæc littera ם, vndique clausa, æterni
tatis signum, & integritatis, primo loco poneretur hoc solo loco, aut fortasse etiam illo capi-
tis. 7. Ecce virgo concipiet: etiam si Iudæorum malitia, postquam intellectum mysteriũ est,
desitum est sic scribi in posteriori hoc loco. Codices Hebræi excusi typis, signum præferunt
dubiæ lectionis, quod aut legendum sit marbe. i. multiplicabitur, aut multus erit, cum ם qua-
drata in principio, quæ nũquam nisi in fine reperitur apud Hebræos, vel סרבה cum ם in prin
cipio, vt pro, multiplicabitur, legatur spina, vel rebellio: vt sit sensus, Corona spinea, & rebel-
lio Iudæorũ erit initiũ principatus huius pueri, nã ab spinea corona, & rebellione Iudæorũ
quæ Christus est cruce affectus, data est ei omnis potestas in cælo, & in terra, vt ipse Dominus
C ait. Ita hæc dubia lectio (quod suprà dictum est) vtroque modo præfert magna mysteria, nam
hoc postremo modo significabit idem quod illud Dauidis, de quo suprà dictum est, Domi-
nus regnabit à ligno.

De littera ם quadrata finali, q̃ finem sola non habet, nec initiũ, quibus locis reperiatur in principio.

D. HIERONYMVS

*Super solium Dauid, et super regnum
eius, vt confirmet illud, et corroboret in
iudicio, et in iustitia amodo, et vsque in
sempiternum.*

LXX VIRI.

Super thronum Dauid & regnum
eius, vt erigat illud, & vendicet, aut
apprehendat in iudicio & in iusti-
tia, ex nunc & in seculum.

DIxi Lxx seniores facere paraphrasim sæpè, & alijs locis scripturæ alios explanare. Quod
ergo Amos cap. postremo prædictum erat, In die illa suscitabo tabernaculum Dauid
quod cecidit: quod Lxx dixerunt, ἐν ἐκείνῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν ἀνορθώσω. i. erigã
quod proprie dicitur de eo quod ceciderat, nunc dicunt τοῦ ἀποκαταστῆσαι ἀνεσὼ κατορθῶσαι. i. erigere
solium quod cecidisset. κληρονομῆσαι. i vendicare in libertatem, aut recuperare quod amissum
erat. EVSEB. libro. 7. de demonstratione euangelica, hunc locum explanat, quod regnum
D ex stirpe Dauid peruenerat vsque ad Iechoniam, & ad captiuitatem Babylonicam, post quam
captiuitatem nullus ex stirpe Dauid sedit, vsque ad Christum dñm. hæc Eusebius & verè. nam
regia potestas erat penes sacerdotes, & pontifices ex stirpe Dauid, non erant tamen reges, si-
mulatque à Romanis, Iudæis est præfectus rex. Venit Christus, quod putat Euseb. prædictum
esse illo psalmo, Tu verò repulisti Christum tuum, &c. quæ petes ex ipso Euseb. ibi enim ce-
cidisse solium Dauid captiuitate Babylonica probat Euseb. neque fuisse reges post illa inter
Iudæos vsque ad Christum dominum, qui erexisse dicitur solium Dauid nunc, & intermis-
sum longo post tẽpore instaurasse, quod angelum Gabrielem declarasse ait verbis illis, Dabit
illi dominus Deus sedem Dauid patris eius. Hoc igitur solium regale Dauid, veluti prostra-
tum terra, & deiectum, erecturus dicitur Christus à propheta & ab euangelista, quæ omnia la-
tiùs multò exsequitur Eusebius.

Regnũ Iuda ad tranuit vsque ad captiuitatẽ Babyloni-cam.

Tamen quod Euseb. psalmorum authoritate hoc probat loco citato, volui admonere eui-
dentiùs multò significatum esse hoc oraculo Amos, de quo in initio diximus, & Ezech. ca. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vbi significatur, in Sedechia finitum esse regnum Iuda de stirpe Dauid his verbis: Tu autem prophane, aufer cidarim, & tolle coronam, impie dux Israel, cuius venit dies in tẽpore iniquitatis præfinita. Quibus verbis D. Hiero. ait significari, propter impietatem regis, sacerdotium, & regnum Iudæorum interijsse, quod (pace tanti diui) mihi non satis probatur: non enim perijt sacerdotium, nam post captiuitatem Babylonicam sacerdotes fuisse, certa res est: neque hoc quisquam ibit inficias, neque minus certum est, quod à captiuitate Babylonica vsque ad tempora Christi, rex non fuerit, & postquam regnum ad Romanos translatum est, qui constituere regem Herodem, statim Christus venit, & verba Hebræa hoc significant, & Latina, & Græca. Nam quòd Hier. vertit, Hæc dicit Dñs: Aufer cidarim, & tolle coronam de regio diademate: vtrunque rectè intelliges, cum ad regem Israel sermo fiat. Nam quanuis cidaris, insigne pontificis sit, est etiam, & quidem frequentiùs, insigne regium, diciturque tiara, vt author est Sudas: & verbum Hebræum quod pro illo est, significat insigne pontificis, & insigne regis, vt Esaiæ cap. 62. vbi legitur diadema regni, ibi idem verbum est Hebræũ. Igitur si cũ rege sermo Domini est, de regio diademate intelligas oportet, & non de sacerdotio: cùm præsertim euentus sit optimus scripturæ interpres: nam reges sublatos fuisse, confessa res est: pontifices, & sacerdotes non fuisse sublatos, euangelicis literis testatum est. Vbi ille alter prophe

Locus Ezechielis disceptat° de regno Iuda.

tasse dicitur, quòd esset pontifex anni illius. Neque quisquam putet interesse quicquam inter מצנפת & צניף, ob imperitiam Hebræę linguæ sciat idem esse, & nihil differre magis, quàm apud nos ornatum, & ornamentum. Et insigne, aut pontificis aut regis, nunc hoc nunc illo modo dici. Quòd verò sequitur, Nónne hæc dicit, quæ humilem sublimauit, & sublimem humiliauit? vel, Nónne hæc est, quæ humilem sublimauit, & sublimem humiliauit? quanquam sic reddi possit, vt reddidit D. Hieronymus, apertius tamen LXX, *οὗτος οὐ λαμβάνει τὴν τιάραν, ἐλαπεινωσας τὸ ὑψηλὸν καὶ ὑψωσας τὸ ταπεινόν*. Hæc non talis erit, humiliasti quod sublime erat, & exaltasti quod erat humile. i. corona hæc regni non talis erit, quia rex non erit vltrà vsque ad Christum: pontifices erunt proreges. Hæc igitur corona regis talis non erit, quia regia corona nó erit vsque ad Christum, erit regia potestas penes pontifices, sed non erit talis corona. i. nó erit in rege corona regni: & posteà subiungit propheta, Iniquitatem: iniquitatem ponam eam. i. conteram ipsam coronam regni, vt iniqua soleo conterere, & posses Hebraica verba interpretari, Contritionem: contritionem ponam eam. i. conteram ipsam: nam verba geminantur amplificandi causa, & verba Hebræa hoc idem significant וזאת לא זאת. i. hæc non hæc: quasi dicat, hæc regia corona, non erit regia corona, sed pontificia potiùs. Contritionem, contritionem, contritionem ponam eam. Et Vatab. in suis commentarijs hæc ferè sic explanat. Postremò, vbi planissimum erat vaticinium, & admirabile, ibi cimmerijs tenebris prophetiam inuoluit.

dabo ei & iudicium ipsi cui veniat donec erit non hæc Etiam

Id est, etiam hęc non erit, quoad veniat is, cui ipsi iudicium, & גַּם זֹאת לֹא הָיָה עַד בֹּא אֲשֶׁר לוֹ הַמִּשְׁפָּט וְנָתַתִּיו dabo ei. Quid manifestiùs, postquàm dixerat Dominus se contriturum regni coronam, subiicit, & etiam hæc non erit. i. non solùm conteram eam, sed non erit hæc regni corona, quoad veniat is cui erit iudicium. i. is qui leges mundo daturus est, & iudicaturus viuos & mortuos, quia pater omne iudicium dedit filio, & qui promulgaturus est euangelium, & dabo eam ipsi. i. dabo ei hanc regni Dauidici coronam. D Hierony. lic vertit, & Lxx pergunt explanare, non solum vertere qui sic reddidere, neque ipsa talis erit, donec veniat cui conuenit, & dabo ipsi, non erit talis, inquiunt, quia potestas regia erit penes pontifices, non tamen erit dignitas regia. Nescio quid rei sit, cur nostri tam planis & manifestis vaticinijs offundant tenebras, nam ludæos non miror, qui more gigantum semper cum Deo bellant. Non præteribo silentio Hieremiam hoc idem dixisse in fine cap. 22. his verbis, Neque enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda: quæ verba interpretans Hierony. inquit: Oritur quæstio, quomodo ergo Christus ex semine Dauid sedit super solũ Dauid: quæ facilis est, nemo ampliùs in solio Dauid sedit ex eius stirpe, neque Christus obtinuit regnum terrenum, regnum Christi non erat de hoc mundo: vel, non sedit, vsque ad Christum scilicet, vt interpretatur Ezechiel. Quid enim necesse est, aliundè quàm ex prophetis, & ex euangelio, huius quæstionis solutionem petere? Sic etiam hoc dubium diluit EPIPH. lib. 1. contra hæreses, cap. contra Nazaræos, & docet Dauid regnum esse, ecclesiasticam potestatem, quam Deus ecclesiæ tradidit, quod notandum est summoperè contra hæreticos: quæ enim alia est hæc quàm pontificis summi Romani potestas?

Nostrorũ quidã nos oppugnãt non solum Iudæi.

Locus Hieremiæ.

Sedes apostolica.

Sed

Sed quoniã de solio Dauid subuerso captiuitate Babylonica, nec iustaurato vsq; ad Christum dominum, tandiu disputatum est, & sunt qui illud Matth. cap. 21. Osana filio Dauid, sic explanent: agè hoc quoque disceptemus. Hier. in comment. in Matth. hęc verba interpretãs, hunc locum explanat. Et in epist. ad Damas. papam. Et EVSEB. demonst. euangel. lib. 9. cap. 18. nec necesse habeo quæ Hier. & Eusеb. fuse, & copiosè disceptãt, hìc breuiter transcurrere, cùm liceat latiùs, & copiosiùs haurire ex ipsis fontibus. Illud addubito, quid faciat illud, Filio Dauid, aut quid significet, quòd D. Hier. & Eusеb. tantùm explanant, Osana: neque docent quomodo congruant, Osana filio Dauid. Neque enim dices acclamasse pueros, Filio Dauid: nam euangelista totam hanc orationem: Osana filio Dauid, puerorum acclamationẽ esse testatur. Sensit hũc scrupulum nescio quis, qui glossulas adiecit commentarijs Euthymij in Matthęũ: nam scholijs margini adscriptis exprobrat de more (est enim hoc vitium linguarum peritis.) Euthymio imperitiam Hebræę linguæ, aut potiùs sanctis patribus, aut euangelistæ etiam, & filium Dauid, legendum contendit, vt sit, salua filium Dauid contra fidem exemplarium, & contra totius ecclesiæ authoritatem. Itaque fateor acclamasse pueros, quod docet D. Hieron. & Eusеb. partem illius psalmi. 117. Interrogo tamen, quomodo cum parte illius psalmi, congruat illud, Filio Dauid? hoc intelliget, qui fuerit ingeniosior, nos nostrum institutum sequamur, & reliquorum veterum patrum excutiamus sententias. Ostendamus non esse contemnendas, neque prosequendas cachino, neque cum risu explodendas, non enim si quid aut Græcè aut Hebraicè nesciunt continuò notitia rerum, & cognitione sacrarum literarum, quam per manus traditam ab apostolis acceperunt non sunt instructissimi: neq; si quid immiserint erroris sancti patres, quòd rudes fuerint aut Hebraici, aut Græci sermonis ego, quòd in his plus operę posuerim, sacrarum literarum cognitione infinitis partibus inferior, eos exsibilabo, prosequar cachinno, faciam ludos. Nec me quis ferat, si vtriusque sermonis peritissimus esse m, & riderem medicos, quòd arte medica longè peritiores, non multum Græcè aut Latinè valerent, aut cachinno prosequerer summos philosophos ipse longe inferior, si quid in vocula aliqua, ab illis esset erratum. Qui minus ergo non ferendus est si quis peritissimus vtriusque sermonis: cognitione maximæ disciplinæ longè inferior (maxima enim disciplina, & omnium dificilima Theologia dicitur à Platone, quæ præ vt est vera Theologia, ludus, iocusque erat) qui minus ergo ferendus est qui quod vocũ sit doctior, summos rideat Theologos? Cur ergo si hæc linguarum conditio est, qui peritiam sibi linguarum comparauit, non vendicat sibi principatum in omni disciplina? & se anteponit Iuris consultis, Astrologis, & Mathematicis, qui principem locum tenent in his disciplinis?

Disceptatur quiãsit Osana filio Dauid.

Sententia D. Hieron. ex dubium.

Quæ omnia eo dixerim quod Erasmus in annotationibus in caput. 21. Matthæi magno cachinno prosequitur Hilarium & ludos factum prædicat à ludæo quodam, neque mihi persuadebo vnquã, veteres patres tãta leuitate fuisse, vt temerè dicta à quolibet ludæo, per deridiculum, suis chartis intulerint, etiam si centies hoc dicat Erasmus in annotationibus in cap. Matth. & in commentarijs epist. D. Hieron. ad Damasum: at Hierony. reprehendit Hilariũ, & errasse dicit ob imperitiam sermonis Hebræi: certè non ridet, certè non agit triumphos, quod facit Erasmus in aliena victoria, non sua, dissentit ab eo quod licet, & fieri solet.

Defenditur Hilar. contra Erasmũ, simul & veteres patres defenduntur.

Sed vt ad rem ipsam aggrediar, ego verisimam puto expositionem huius loci D. Hieronymi, & Eusebij, non minus veram tamen Hilarij sententiam credo, quæ eadem est omnium veterum patrum. Nam primum omnium, non videtur D. Hierony. necessarijs argumentis colligere, falsam esse sententiam Hilarij, qua dixerat pueros illos apud Matthæum acclamatione illa, Osana filio Dauid, petijsse, vt hoc regnum Dauid, quod post captiuitatem Babylonicam de fierat esse, vsque ad Christum, Christus ipse restitueret domui Dauid, ita vt, Osana filio Dauid, idẽ esset quod redẽptio domus Dauid. Nã quod ait D. Hier. quod in osana, nó sit redẽptio, quę Hebraicè dicitur, pedut: neq; domus quę dicitur Hebraicè, baith: neq; Dauid quib⁹ colligit, osana filio Dauid, non esse idẽ, quod redemptio domus Dauid (quod pace tãti diui sit dictũ) id necessariò cõcluderetur, si his solis vocibus significari posset redẽptio dom⁹ Dauid. Quid quę sit osana nõ Latinè sonat salua: na, obsecro? salua obsecro, non idem est qđ redime obsecro? filio Dauid, nõ idẽ est, qđ domui Dauid? quid interest si dicas, redime obsecro domui Dauid (subaudi soliũ regni) an salua obsecro filio Dauid (subaudi soliũ regni) erat eñ res notiss. instauratio regni Dauid, expectari à Christo (vt suprà est demõstratũ) & pleonasmos vitium est, vt ait Quintil. cũ superuacuis verbis oneratur oratio, præcipuè apud Heb. quib⁹ supra modũ sermo

Universidad de Deusto
Biblioteca

est concisus. At hoc non ita exactè expedit Hilar. nec reliqui sancti patres. Nempe ab his, hoc non erat exigendum, ut peritiam harum linguarum præferrent, quibus se nullam nauasse operam, non inficiantur. Est ergo in acclamatione puerorum redemptio domus Dauid, neq; Hilarius ludibrio habitus à Iudæo vllo est, vt putat Erasmus, communis hæc veterum patrum fuit sententia: nam ORIG. in hunc locum dixit, hanc vocem, Osana, significare humanam Christi dispensationem. i. generis humani redemptionem, quod est, instauratio solij Dauid: per eam enim regnat Christus in nationibus. Et AMBR. in Lucam. lib. 8. cap. de permittendis pueris venire ad Christum: Isti sunt pueri (inquit) qui Dominum pullo asinæ superuectum propheticis vocibus prosequentes, redemptionem gentium venisse dicebant. & planiùs & apertiùs lib. 9. in eundem Lucam cap. 1. de eo quòd Dominus ascensurus Hierosolyma, venit ad montem Oliueti: Osana filio Dauid, hoc est, redemptorem domus Dauid, expectatum quoque secundũ carnem filiũ Dauid venisse declarat, & declarat turba illa post exiguũ crucifixura momentũ. Verè memorabile diuinæ operationis insigne, vt aduersum se testimonium extorqueatur inuitis. Nec sunt reprehendẽdi, qui Osana gloriã & laudẽ sunt interpretati, vt posteà ostẽdemus. INNOM. in cap. Matth. 21. homil. 37. qui circunfertur inter opera Chryso. Osana (inquit) quidam interpretantur gloriam, alij redemptionem, alij saluifica, vel, saluum fac: nam & gloria illi debetur, & redemptio illi conuenit, qui omnes redemit, & pretiosi sanguinis effusione saluauit. Eadem verba reperies apud CHRYS. homil. 24. dñicæ. 1. Aduent. nam ostendemus, inquã, rectè fuisse interpretatos veteres hanc vocem, gloriam & laudem, vt interpretatur CLEM. Alexand. pædag. lib. 1. cap. 5. Itaq; omnes veteres vno ore redemptionem domus Dauid, & salutẽ humani generis his verbis significari aiunt, nõ Hilar. tantum, neq; à Iudæo aliquo accepit, sed ab antiquis patribus ex doctrina apostolica. Sed quęrendum videtur, quid sibi voluerit Isych. in Leuitic. lib. 4. in principio, his verbis: Deus vbi vult, spirat, qui pueris, & pigris hominibus, nimisque imperitis, maiora sæpè quàm prophetis reuelat, quod manifestum est ex eo, quòd populus ille Iesum super asinum sedentem laudans, vocem emisit, quæ plus omni prophetica tuba notanda sit. Nempe hoc ait ISYCH. propheticam quidem vocem, fuisse acclamationem illam puerorum psal. Dauidis. 117. sed maius est interpretari prophetiam quàm videre, vt docet Plato in Timæo: & non recitarunt pueri verba psalmi, sed explanarũt, & significauere hũc esse saluatorẽ, & hunc esse de quo illa prophetia, & totus ille psalmus sit dictus, quod D. GREGOR. ait lib. 2. super Ezechielẽ homil. 17. Clamant (inquit) pueri, Osana. i. salua nos (ab ipso enim salutem priores quæsierunt, & præsentes quærunt) Si ergo pueri agnoscunt hunc esse saluatorem, & confitentur venire in nomine Dei Patris, profecto agnoscunt hunc restituturum solium Dauid, & funguntur officio Ioannis Baptistæ, & dicunt: Ecce qui tollit peccatum mũdi. Quid enim est aliud dicere, hic est saluator, & redemptor Domus Dauidicæ, & hic est benedictus quam dicere: hic est qui tollit peccatum mũdi? vtrunque enim significant hunc esse de quo dictæ sunt illæ prophetiæ. Nam vt hi pueri prophetiam Dauidis interpretantur, & de Christo & de Iesu Dño dictã esse docent. Ita Ioannes prophetiã Esaiæ explanat, & digito signat, hic est ille de quo prophetæ loquũtur, Deus & homo quod faciũt hi pueri, ait enim Ioannes. Ecce agnus Dei, Ecce qui tollit peccatũ mundi quę verba monstrauimus esse ex Esaia cap. 53. & interpretatũ Ioannẽ de Dño, & si Ioannes Deu esse monstrauit, & hi pueri monstrant quoque Iesum Dñm esse Deũ eum Psal. illũ. 117. de eo esse dictũ ostendunt: vbi Deus dicitur toto psalmo centies, præsertim si Hebraicè legas, & cõferas cũ verbis illis quæ pueri acclamarũt, intelliges illis significari quod hic Iesus sit Christus, & Deus, & homo, vt docet etiã EVSEB. de demonst. euang. lib. 6. ca. 8. Rectè igitur Isych. ait, ecclesiã catholicã hanc puerorum acclamationẽ semper fuisse admiratam. legendus EPIPH. contra hæreses lib. 2. cap. contra Nazaræos, vbi thronus Dauid ait, & regale solium in ecclesia sancta est. quæ dignitas regia est, & sacerdotalis simul: in idem enim coniunxit Dominus sacerdotium, & regiam dignitatem, & donauit sanctę ipsius Ecclesiæ, vt duraret in omne æuum, (regnum enim terrenum regni spiritalis typus erat) & regnum Dauidis. i. dilecti, id enim sonat Hebræa vox: typus erat illius dilecti de quo pater (hic est filius meus dilectus) hic igitur Christus est verus Dauid hoc est verus dilectus à patre æterno, qui instaurauit regnum Dauid, & transtulit illud ad summum pontificem contra impios Lutheranos. Euthymius quoque quanquam Hebraicè nesciebat intellexit sensum hunc esse huius loci: Existimabant (inquiens) pueri, cùm dicerẽt, Osana, quod erigeretur ab eo abiectus thronus Dauid, quod quid aliud est, quàm petebant ab eo, vt domum Dauid redimeret?

Veteres oẽs patres non solùm Hilarium declarant Osana redemptionẽ domus Dauid

Disputatio de Osana.

Sedes apostolica, regnum Dauid.

Quòd

A Quòd autẽ Erasmus putat esse vocẽ triũphantiũ, Osana, quę Latinè reddi nõ possit, secutus D. Aug. est, qui Hebraicè nesciebat, nec vertendũ vitio D. Agu. ignorasse vocẽ peregrinã, nihil tñ est faciliùs, quàm hãc vocẽ Latinè reddere, Iasah, & hosah notissimę & vulgatissimæ apud Hebræos significationis sunt, saluare significant: vnde sanctissimum Iesu nomen est deriuatũ saluator, ita hosa, salua: quòd autẽ disputat D. Hier. de ana, & na, quæ sunt apud Hebræos conjunctiones blandientium, quales apud nos: obsecro, quæso, sodes, res tenuis est, & tyronibus obuia, quàm optimè vertere Lxx. O, vt Vergil. --Adsis ô placidusq; iuues. Sensus ergo est, osa salua, na, quæso obsecro: filio Dauid. i. domui Dauid, subaudi solium regni: erat enim res notissima quã petebant, & fortasse non apertè dicebãt, ne intelligerent Romani, & rei fierẽt perduellionis, hoc est, restitue quæso regnũ Dauid qđ tu es instauraturus, qui Christus bñdictus es, qui venis in noĩe Dei patris. i. nomine Dei patris appellat⁹, Deus. ſ. æqualis Deo patri, vt alibi dicendũ est. Quòd autẽ negãt D. Lucã hãc vocẽ suis scriptis adhibuisse, quod homo Græcę literaturę doctiss. sciuerit hãc vocem, Osana, reddi Græcè nullo modo posse, cur hoc negẽt nõ video, cùm apud Hebræos nullũ verbũ sit notioris significationis, nec quod faciliùs reddi possit, siue Græcè siue Latinè, vt iã hoc nomine hæc vox non fuerit omissa, neque D. Lucã eã vocẽ omisisse arbitror, sed Græcè reddidisse. Euangelistarũ emi & apostolorũ hic mos est, vt diximus ex D. Hier. vt sensa redderẽt, verba nõ magnoperè morarentur. Sed mihi videntur alij euangelistæ Græcè reddere hanc vocẽ noluisse, vt pueri viderentur acclamatione sua nõ solùm significasse hũc Iesum esse qui illa ꝓphetia, & toto illo psal. dictus esset Deus & homo significatus ab omnib⁹ prophetis, vsi penè officio D. Ioan. vt Isych. significat quod suprà dictũ est, verũ etiã viderentur multa loca scripturę simul signasse illa voce, osa. i. salua, quibus Dñs dictus est Iesuah, isih, iasah, osah, vocib⁹ plus millies repetitis de Messia, ꝙ hi pueri significarũt, cùm acclamauerũt Dño voce illa millies prædicta à ꝓphetis. Vbicunq; emi est salutare Dei, & salus, ferè est hoc nomen sanctiss. Iesus, nihil enim distãt hæc nomina inter se magis qꝫ apud Latinos, rex, regnator, dux, ductor, vestis vestimentũ, ornatus ornamentũ. Vt igitur hũc sanctissimũ Iesum, toties prædictũ à prophetis esse declararẽt, & vocib⁹ prophetarũ illi acclamasse significarẽtur à quibusdã euãgelistis, nó est reddita Græcè, osana, vox, ab alijs mihi videtur Græcè reddita.

Nã fateor acclamasse pueros, quod nos docet D. Hier. & Euse. partẽ illius psal. 117. sed afflatu Spiritus sancti, quod Dñs ait de illis, Ex ore infantiũ & lactentiũ, &c. explanasse psal. neq; hęsisse literę, neq, emi quod in psal, est: osiana protin⁹ corruptè legitur in euãgelio, osana. Sciebãt emi Hebraicè euãgelistę, & reuerẽter cũ euãgelistis agendũ est, præsertim cùm vtraq; vox sit imperãtis apud Hebræos, osia, & osa, vt apud nos salua, saluato. Cur ergo quisquã dicat, corruptè legi apud euãgelistas? corruptè diceres legi, si psal. præferret saluato, euangelistæ scripsisse pueros acclamasse salua? cùm præsertim adiectas videamus illas voces duas filio Dauid, quæ in psal. non sunt, vt appareat pueros acclamasse sententiam psalmi, non verba, vt vera dicant D. Hieron. & Euseb. nec minus vera Hilar. Ambros. & alij patres.

Defenditur D. Lucas contra Erasmũ.

Quòd præ se ferre videtur Lucas, qui pro eo, quod in psal. est, Benedictus qui venit in nomine Domini, dixit, Benedictus qui venit rex in nomine Domini: qui mihi videtur pro, osana filio Dauid, dixisse vocem illam, rex: quid enim interest, si dicas, instaurator solij Dauid in Iudæa eo tempore, an si dicas rex? Erátne aliud esse instauratorem solij Dauid quàm esse regem? & idem puto significatum illo D. Ioannis cap. 12. Benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel: quid enim est aliud, rex Israel, quàm instaurator regni Israel, quod apertiùs dixit Marcus cap. 11. Benedictum veniens regnum in nomine Domini: Inficieturne quisquam veniens regnum esse idem quod instaurans regnum posteritatis Dauid? vt etiam si citetur psal. nõ ideo tamen eius verba numerentur. Itaque D. Lucas non videtur præterisse hanc vocem, neque reliqui euangelistę, sed reddidisse Græcè, nam pueri petunt à Domino, vt instauret solium Dauid, quod conciderat, nec erat instaurandum vsque ad Christum dominum, vt diximus ex Amos propheta, Ezechiele, & Hieremia, quod etiã apostoli à Domino petunt, Actor. cap. 1. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel. Quòd autẽ pueri hoc idem petãt, quod apostoli præ se ferre videntur reliqui euãgelistę. Quid enim est aliud quod Marcus dixit, Benedictũ regnũ veniens in nomine dñi patris nostri Dauid? quanuis enim eadẽ verba non sint, idem est sensus: seruа, vel instaura filio Dauid, supple regnum, aut, veniat regnũ patris nostri Dauid in nomine Dñi: nisi te perturbat quod additur vox benedictum, hoc modo, benedictum veniet regnum patris nostri Dauid in nomine Domini, & eodem spectant, vt dixi, idemq; significant reliquorum

D. Lucas, & alij euãgelistæ vertere Græcè hanc vocẽ Osana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum euangelistarũ verba, idemque nunciat angelus sacratę virgini, Dabit ei dominus Deus throum Dauid patris sui: non præterit ergo D.Lucas hãc orationem, Osana filio Dauid, sed pro tota illa, posuit, Rex, benedictus, inquiens, qui venit rex in nomine Domini, vbi rex idem est, quod instaurator Dauidici solij. A

Defendũtur qui Osana, vertũt gloriã.

Quòd verò idem D.Lucas pro eo quod alij euangelistæ dixerunt, Osana in excelsis, scripsit pax in cælo, & gloria in excelsis, declarat D.Lucas idem esse, Osana, quod pax & gloria, vt nó errauerint qui interpretati sint, Osana pacem, & gloriam, quod suprà dixi, neque quod Hebraicè dicitur gloria, cheboth, continuò negandum est aliter dici potuisse Hebraice, gloriamnã insolubile argumentum est, mea quidem sententia huius rei, quòd Marcus, & Matthæus acclamationem puerorum clauserint illa clausula, Osana in excelsis: Lucas, illa, pax in cælo, &, gloria in excelsis: si enim duo euangelistæ dixere pueros acclamasse, Benedictus qui venit in nomine Domini, Osana in excelsis: Lucas vero, Benedictus qui venit in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelsis: haud dubium, quin pro, Osana in excelsis, verterit, pax in cælo, & gloria in excelsis, vt iam qui Osana verterint gloriam, habeant authorem D.Lucam euangelistam. Nam refert D.HIER. in epistola ad Damasum fuisse, qui, Osanna, pro, gloria, interpretarentur: & suprà diximus, D.Chrysostomum, Clementem Alex. & Innominatum in Matth. sic fuisse interpretatos. Nec est quòd quisquam dicat, D.Lucam Hebraicè nescisse, qui prædictus fuit dono linguarum, & acceperit euangelium à D.Paulo, & Paulus euangelium accepe- B

Deficitur D. Lucas, quod Osana, reddiderit pax & gloria.

rit nó ab homine, nec per hominem, & vtrique scribenti verba suggesserit Spiritus sanctus: & cùm hæc tam sint vera. vt impium sit hinc diffingere quicquam, reliquum est, vt explicemus, quomodo Osana possit verti pax, & gloria.

Osa, diximus suprà, imperantis esse vocem הוֹשִׁיעָ, à verbo ישע. Sæpè apud Hebræos accidit, vt eadem terminatio sit verbum, & nomen: & D.Lucas in hac clausula acclamationis, Osana in excelsis, illam vocem, osa, pro nomine accepisse videtur. i. salus, vt sit talis acclamatio puerorum, qualis illa Apocalyps.7. Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno: Euangelista qui sensa exprimit, non verba, pro, salus in excelsis: pax in cælo, & gloria in excelsis reddidit: sed dices, scimus nomen esse ab hoc verbo, Mosia i. saluator: & iesa, salus: & iesua, salus: osa, nomen inauditum est pro salute: Quid? non multa, & innumera in sacris literis reperiuntur semel tantùm dicta, quæ inaudita sint alibi? quæ alibi nusquam reperias? & non certa res est, Hebræam linguam fuisse deprauatam aliquantulum? quod est manifestiùs quàm vt pluribus sit probandum, vnde pro illo psal. Heli, heli: alij euangelistæ tradunt dictum à Domino, Heloi, heloi, mutatis verbis psalmi, & ab ipso Domino, quod est mirabiliùs: quid mirere igitur, si pro iesah. i. salute, pueri acclamarint, osa: vt pro heli, euangelistæ tradunt dictum heloi? vt enim à verbo, lasa, est nomen, iesa, salus, ita ab, osa, verbo inde deducto commodè dici potuit voce recepta vulgò, etiam si non reperiatur in scriptura, osa, salus: præsertim cùm multa semel tantùm reperiãtur. Quòd si placet magis, vt osa, vtroque loco sit verbum imperantis, accipe iam quomodo cum verbis Lucæ congruat, qui sensa reddit non verba, vt nos docuit D.Hieron. quod suprà dictum est, id apparebit si constiterit quid sit regnũ Christi. AVGVS. hypognosticon. lib.3. interpretans illud psal. Vt iumentum factus sum apud te, quia sicut iumentum, inquit, vt dometur ad opus homini necessarium, de armento vagum apprehenditur, & incipit per curam domantis ad eius proficere voluntatem, ita liberum arbitrium, quod vulneratum viuit in homine, Dei gratia arripitur de armento luxuriæ seculi, in quo sub pastore D diabolo vagabatur, vt depositio peccato humilietur, & sessoris Christi manu regatur, vnde ORIG. in illa Matth. verba, Simile est regnum cælorum, In illis, inquit, regnum Dei est, vbi depositio peccato regnat pax, trãquillitas, & omnis virtus: quæ verba interpres quisquis ille fuit peruertit. & idem Origenes in illa verba Matth. Sunt de hic stantibus in illo, inquit, regnum Christi est, in quo non regnat peccatum, sed Christus: quando enim Christus regnat in nobis, partes animi, inter quas continua pugna est, quòd caro concupiscit aduersus spiritum sedatur & tranquillantur pace quadam admirabili, quod cum verbis AVGVS. congruit lib.2. cõtra Iulianum Pelagianum, Caro & spiritus in societatis concordiam congruerunt, postquam Christus, pax nostra, è cælo descendit, & fecit vtraque vnum: discordiam enim carnis sanat Dei gratia per Christum dominum nostrum. Quibus verbis colligitur, regnum Christi esse hanc pacem, hanc sanitatem, quam Christus facit in nobis per Spiritum sanctum, quem infundit cordibus nostris, quod perfectè continget nobis regeneratis, vltima regeneratione: est enim du-

Christi regnũ quid? Perfecta sanitas. Duplex regeneratio.

plex regeneratio, vt docet August. lib.3. ad Bonifacium cap.7. vbi de vltima illa regeneratione, dictum illud Matth. docet cap.19. In regeneratione cùm sederit filius hominis, vbi regenerationem ostendit esse resurrectionem iustorum, quam perfectam regenerationem, perfectam adoptionem, & redemptionem perfectam nuncupat, inquit, Paulus, dicens: Adoptionem expectantes, & redemptionem corporis nostri. Nunquid inquit AVGVS. non tincti lauacro bãptismatis sumus? & redẽpti, & adoptati? tamen restat regeneratio, adoptio, redemptio perfecta in resurrectione iustorum. Perfecta ergo redemptio regni Dauid, in resurrectione iustorum est, cùm erit sanitas illa perfecta, pax illa perfectissima, quod pueri sua acclamatione testantur, afflatu Spiritus sancti cùm dicunt, Osana in excelsis. i. salus illa perfecta in excelsis, & sanitas perfecta, & perfecta illa adoptio, si pro nomine vis euangelistam accepisse verbũ Hebræum, & pro eo reddidisse, Pax in cælo, & gloria in excelsis, & petijsse illam pacem dari, & illam gloriam in excelsis, idque petijsse inflatu Spiritus sancti, vt Dominus docet, Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem: quòd si vis non pro nomine accipi, sed verbum es- B se, idem erit, salua quæso in excelsis, instaura, & salua regnum Dauid in excelsis, vt idem sit cũ illo, Adueniat regnum tuum, vt regnes in cælesti illa Hierusalem inter sanctos tuos, quod Lucas dixit, Pax in cælo, & gloria in excelsis, declarans quòd regnum Dauid non erat typus alicuius rei terrenæ, sed regni spiritalis: cum Dauid. i. dilectus: id enim sonat vox Hebręa, Dauid, cum ille dilectus, de quo pater, Hic est filius meus dilectus, regnat inter sanctos suos in cælesti Hierusalem. Hoc regnum Christi petunt pueri in excelsis, cùm dicunt, Osa, salua, instaura, regnum, supple, Dauid in excelsis: & cùm hoc regnum sit sempiterna pax, & sempiterna gloria, vt Paulus ad Romanos cap.14. ait, Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, pax, gaudium in Spiritu sancto. Recte D.Lucas, pro hoc regno in excelsis, reddidit, pax in cælo, & gloria in excelsis.

D. HIERONYMVS.

Zelus Domini exercituum facit hoc, verbum misit Dominus Iacob, et cecidit in Israël. et sciet omnis populus Ephraim, et habitantes Samariam in superbia, et magnitudine cordis, dicẽtes, lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus, sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.

LXX VIRI.

Zelus Domini Sabaoth faciet hęc, mortem misit Dominus super Iacob, & veniet super Israël, & scient omnis populus Ephraim, & sedentes in Samaria in superbia, & excelso corde, dicentes. Lateres ceciderunt, sed venite, poliamus lapides, & incidamus sycomoros, et cedros & ædificabimus nobis turrim.

EVSEB. Cæsarien. lib.7. cap.4. huius loci sensum esse putat, puerum hunc magni consilij angelum, Deum fortem, patrem æternitatis, qui instauraturus est solium Dauid, quòd sempiternũ est futurum, salutem attulisse fidelibus, perfidis Iudæis exitiũ, & vastitatẽ, & Dñm hoc fecisse illo zelo de quo Moses, Ipsi me prouocauerũt in eo qui nó erat Deus, ego prouocabo eos in eo qui nó est populus. Et PROC. D in hunc locum, & præcipuè in cap.42. ubi citat hunc locum Mosis, hoc zelo exclusos Iudæos prædicat, & receptas nationes quod Dominus reddere voluit illis suam stultitiam, vt quemadmodum illi malebant colere non deos, quàm se verum Deum, ita Dominus non populos, nec dignos hoc nomine, quòd dæmones colerent, vocauit ad fidem, & exclusit Iudæos, nam ex Platone, & Arist. liquet indignas esse vrbium nomine, vbi non colitur virtus & religio, vnde & non populos, non vrbes appellat Dominus, nationes virtutis expertes, sine religione. PROC. notat causam exclusionis Iudæorum idolatriam fuisse, vnde quoties vaticinium est de Christo, subijcitur semper peccatum idolatriæ, & auaritiæ, vt suprà notatũ est in cap.2. Sequitur ergo, Verbum misit in Iacob, & cecidit in Israel, quod GREG. in.1. cap. Iob lib.2. cap. 21. sic explanat, Missum esse Christum ad populum Iudaicum, cecidisse. i. receptum fuisse in populo Gentili, qui Israel dicitur in spiritu. Hoc Lxx vertere aliter, Mortem misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Quam varietatem דבר vox Hebræa facit, quæ diuersis punctis, verbum significat, & pestem, siue mortem, & vtrumque congruit optimè antecedentibus & se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quentibus,vt post vaticinia Christi,& œconomiæ redemptionis, præsignificetur vastitas inuecta Iudæis à Romanis,vt sit sensus immisisse Dominum mortem,seu pestem populo Iudaico infideli, quæ cecidit super omnes tribus Israel,(omnes enim vrbes Iudææ,& Israël sunt delete à Tito Vespasiano, & postea prorsus ab Adriano)vt leges apud Dionem in vita Adriani quod verba sequentia magis declarant.Scient omnis populus Ephraim, & sedentes in Samaria, sicut enim populum Iudaicum populum Sodomæ & Gomorræ appellauit, sic nunc infideles Iudæos qui Christum non recepere appellat populum Ephraim, & populum Samariæ, quod quemadmodum illi defecerant à regno Iudà, & à Dei cultu ad idolatriam, & ad nationes infideles, ita populus Iudaicus defecerat à Christo ad Cæsarem,& Romanos,quorũ armis posteà Dei permissu Iudæi periere.Simul etiam quod defectio decem tribuum à regno Iuda typus fuit defectionis Iudæorum à Christo,& à populo fideli,& ideo infideles Iudæi qui Christum non recepere à prophetis dicũtur populus Ephraim,& populus Samariç,quod multis locis docet Procop .quodq; ex Eusebio infra dicendum est latius.Cuius rei ignoratio facit vt interpretes aliquando labantur, quod putent semper in scripturis scapham , scapham appellari (vt in prouerbio est)quod nec in tenuioribus authoribus interpretandis ferendum est, in quibus scriptor aliud dicit sæpe,per figuras,aliud intelligi vult quod ait Quint.sic ergo hoc loco populus Ephraim ,& populus Samariæ. i. populus Iudaicus sciat hoc superbus, & elatus corde, qui dicebant, Lateres ceciderũt,sed quadris lapidibus ædificabimus quod THEOD. de munitione Hierosolymorum videtur interpretari qui (vt alibi pluribus dictum est) vrbẽ Hierosolyma quatuor præruptis,& editissimis collibus in quorum vertice summo latissimus se se fundebat campus , ædificauerunt , ita vt natura loci videretur vrbs inexpugnabilis, erexere turres munitissimas,& firmissimas,vrbem triplici circundedere muro.quod leges apud IOSEPH.lib.5.de bello Iudaico.cap.13.& 14.& alijs , quasque munitiones fatetur Vespasianus viribus humanis fuisse inexpugnabiles lib.6.de bello Iudaico.cap.43 . hanc munitionẽ Hierosolymorum, qua se se Iudæi munierant,& cuius præsidio se putabant impune laturos immane facinus,quod in Christum Dominum admiserant,&tutos se fore credebant ab omni hostium incursu, THEODOR.videtur sensisse, his verbis fuisse significatam: Lateres ceciderunt .i.ceciderunt domus lateritiæ,ædificabimus domus lapideas , quin & ipsi Iudæi diruerãt lateritias domos, & terreas maceries,& lapide structo omnes domos erexerant. Syco moros succiderunt.i.vastauerunt hostes,& depopulati sunt agros,sed cedros immutabimus.i. conseremus totum agrum cedris, & regionem efficiemus multo amœniorem.l.vt dixere Lxx incidamus Sycomoros ,& cedros. Lectio Hebræa est:succiderũt Sycomoros vel Sycaminos & cedros immutabimus,quod Lxx interpretantur.Succiderunt Sycomoros vel succisæ sunt Sycomori (vt est Hebraicè) ab his qui maceriam parant(scilicet)ædificandi causa, & commutabimus cedros.i. succisæ sunt Sycomori, & cedros succidemus vt vetera tigna Sycomoro,& cedro commutemus,& efficiemus amplissimas domos,& magnificentissimas quod factum leges post passionem Domini à Iudæis. idem potest significare tralatio Diui Hieron,succiderũt Sycomoros ad ędificia,sed non solum Sycomoro,sed cedris commutabimus.i.no solum trabibus dolatis ex arbore Sycomoro , vetera ædificia instaurabimus sed totam vrbem tignis cedrinis decorabimus.Hoc est illud quod diximus alibi D.Augustinum admiratũ esse in prophetis quod allegorijs,& tropicis loquutionibus vt Aug. verbis vtar miscent aliquando verbum vnum aut duo,quibus veritatem ipsam quam significare volũt declarant (quę laus Lxx virorum est frequenter) quanquam faciunt hoc quoque prophetæ sed multo multoque frequentius Lxx viri hoc faciunt , nam illis locis quibus hoc factum putat D.Aug. à prophetis si Hebræam lectionem expendisset, sæpe prophetas, sed frequentius Lxx viros reperisset, verba illa intertexuisse,quibus,veritas allegoriæ declararetur quæ totum sensum illius loci illustrarent,& laudasset D.Aug. Lxx viros, non solum prophetas,& sententiam suam de Lxx virorum interpretatione hoc facto cõfirmasset, quod verbo vno adiecto aut mutato sensum scripturæ reserassent tanto tempore ante aduentum Domini,quod hoc loco factum est, addidere enim de suo,ædificabimus nobis turrim .i.turres: Nam Hebræis solemne est singulari numero pro plurali vti,& hi Lxx Iudæi formis dicendi Hebrçorum vtuntur. Potuere ne apertius explanare hunc locum? si Iosephum legeris locis citatis, si attente inspexeris quam à Iudæis, vrbs Hierosolyma firmissimis ędificijs muro triplici editissimis turribus sit munita, & quam se putabant his munitionibus pene viribus humanis esse inexpugnabiles:intelliges,non temere ve-

Lxx viri more prophetarum allegorijs intertexũt veritatem.

A temerè veteres patres non sine afflatu numinis Spiritus sancti, Lxx seniores addidisse de suo ædificabimus turrim:præsertim si cap.vlt. lib.6.Ioseph. de bello Iudaico legeris, vbi Vespasianus turres illas contemplatur desertas, sua sponte à tyrannis Iudæorum: & fatetur ira Dei captas illas vrbes esse non suis viribus . Neque hic locus est Assyrijs, aut vastitati decẽ tribuũ. Neque scio cur placuerit D.Hieron. interpretationem Iudæorum probare. Certè Lxx seniores,qui tanto tempore ante aduentum Christi scripsere(vt apparebit cùm sequentia interpretabimur)hæc omnia ad vastitatem Iudææ,post passionem Christi referunt: & hæc verba,Lateres ceciderunt,sed quadris lapidibus ædificabimus, nullo modo possunt conuenire decem tribubus, congruit his verbis magis Procopij & Euseb. interpretatio. Hoc loco patet, quod suprà admonuimus , interpretem Latinum suas ineptias quas hausisset ex scrinijs Iudæorum, commentarijs Cyrilli intertexuisse,quod fecit hoc loco , & retulit hæc ad Assyrios , si attentè legas inferiora, Cyrilli commentarios agnoscas & deprehendas Cyrillum hæc retulisse ad Romanos,& ad Titum Vespasianum, & Adrianum', quo relata hæc diximus à Procopio, & B Eusebio,& Theodoreto.

D. HIERONYMVS.

Et eleuauit Dominus hosteis Rhasim super eum , et inimicos eius in tumultũ vertet, Syriam ab oriẽte, et Philistijm ab occidente , et deuorabunt Israel ore toto: in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extẽta.

LXX VIRI

Et erumpere faciet Deus, eos qui insurgunt aduersus montem Sion, & inimicos suos disperget Syriam à solis ortu, Gręcos à solis occasu deuorãtes Israel ore toto : in omnibus ijs non est auersus furor meus, sed est manus excelsa.

LXX GRAECE.

καὶ ἐρεῖ ὁ θεὸς τοὺς ἀντικειμένους ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών, ἐπ' αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ διασκόρπιεῖ.

IAm hoc loco, neque Eusebio interprete opus est,aut Procop. aut Theodoreto, aut D.Cyrill.Habemus Lxx viros,qui CCC. annis ante tempora Christi,& penè quadringentis ante hoc vaticinium,Iudæos refellunt,qui hoc ad Assyria tempora referunt, referendumque docent ad Romanos,ad tempora Vespasiani,& Adriani,qui post Domini crucem deleuere nationem Iudæorum,& hoc nomine auro multò pretiosior , & smaragdis futura erat apud nos Lxx seniorum interpretatio , quod velut commentarium esset antiquissimum, breuissimum quidem,verum multis seculis ante crucem Christi editum,quod D.Hieron. vertit,Et eleuabit Dominus hosteis Rhasim super eum.

Hebraicè est.

aduoltes currẽtes super eũ Rhasim hostes Deus eleuabit Et

וְ יְשַׂגֵּב יְהוָה אֶת צָרֵי רְצִין עָלָיו (vel) רְצִים

Id est. Eleuabit Dominus hosteis Rhasim, aut,vt Lxx legere,hosteis currenteis,mutata vna litera postrema, ן, videlicet in , ם, vt fit, Eleuabit Deus hosteis currenteis super eum,& quod dubium erat,quos hosteis , & super quẽ esset excitaturus Dominus , velut interpretes optimi dixere, pro , eleuabit seu excitabit Deus hosteis Rhasim super eum,aut,hosteis currenteis super eum, vt Lxx legere: dixere inquã Lxx, καὶ ἐρεῖ ὁ θεὸς τοὺς ἀντικειμένους ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών .i. Erumpere faciet Deus insurgenteis, contra montem Sion,super eum,vt pro, Eleuabit Deus, quod Hebraicè est , dixerint , Erumpere faciet Deus.i. magno impetu faciet Deus consurgere,seu aduolare,qđ minus benè reddiderat Latinus interpres:& quod Hebraicè est hostes Rhesim,ipsi legerint,hosteis currenteis, vel conuolantes, le gerunt enim pro רָצִין .i.Rhasin, רְצִים .i.currenteis,& verterunt,hosteis consurgenteis, melius reddituri hosteis aduolantes: & quòd dubium erat , contra quem consurgerent hi hostes , & contrà quos illos excitaret Dominus:contra decem tribúsne? vt aiunt Iudæi, an contra Hierusalem post crucem Domini ? vt aiunt Euseb.Procop. Theodor. dirimunt hanc litem Lxx, & damnant Iudæos,litem dant secundum nostros, addidere de suo loco commentarioli , vt suprà diximus,Super montem Sion ,vt appareat hosteis illos aduolanteis, excitatos à Domino non fuisse Assyrios sed Romanos , non fuisse contra decem tribus , sed contra Hierosolyma. Vnde tralatio D.Hieron.est explananda : Eleuabit Dominus hosteis Rhasin. i. Babylonios,& Assyrios,hosteis Iudæorum,qui sub Romanis signis pugnabant : super eum.i. super populum Iuda,de quo agebat,vt diximus,superiore commentario . Sic interpretantur Lxx,additis verbis illis

Lxx viro rũ interpretatio breue quidẽ , sed vetustũ cõmentarium scripturæ est , trecentis annis editum ante Christi tẽpora.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis illis duobus super montem Sion: quod non potest referri ad decē tribus, sed ad Hierusalē A & postea, super eum, hoc est super populum Iudā, nam cum dixerint super montem Sion, iam quod sequitur super eum, non potest referri, nisi ad populum Iudā. Hosteis autē Rhasin. i. Babylonios, & Assyrios hosteis Iudæorum militasse sub Romanis signis post passionē Christi, quando Romani rerum potiebantur, & orbi terrarum imperabant, notius est quam vt dicendum sit, & ex Iosepho disces, & Dione. Quod vero D. Hieronymus vertit conuenienter Hebrææ lectioni, inimicos eius in tumultum vertet, Lxx reddidere, ἰσχὺν ἐχθρῶν αὐτοῦ διασκεδάσει .i. inimicos sui ipsius disperget Dominus. i. Dominus post crucem disperget, & subertet inimicos suos. i. eos qui Dominum in crucem sustulerant, quod declarat pronomen compositū αὐτοῦ. i. sui ipsius. i. Dominus perdet sui ipsius inimicos. Quod Hieronymus dixit Syriam ab oriente, & Philistijm ab Occidente, non potest conuenire captiuitati decem tribuū, nunquā enim leges in sacris literis, Palæstinos opitulatos esse aut Theglatphalassari, aut Salmanassari cum captiuas duxere decem tribus. Præterea Lxx viri hanc etiam dirimunt litem qui pro, Syriam ab oriente & Philistijm ab Occidente edidere, Syriam à solis ortu, & Græcos à solis occasu, quod mos est scripturæ vt dicendum est alibi, Philistijm ponere pro nationibus omnibus, & pro populo gentium, vndè Lxx pro Philistijm semper reddunt alienigenas vt nos doceant Philistijm poni pro alienigenis omnibus. i. pro omnibus qui non sunt Iudæi, vt hoc loco pro Philistijm posuere Græcos, appellauere enim Græcos omneis qui nó sunt Iudęi, quod facit D. Paulus, qui diuidit omne genus hominum in Iudæos & Greços, sæpè repetens illud, Iudæo primum, & Græco, vbi Græci appellantur à D. Paulo omnes, qui Iudæi non sunt, vt docent omnes doctores sacri, qui Paulum interpretantur quod Græca lingua eo tempore communis esset omnibus nationibus, vel quod idolatræ omnes accepisse videtur à Græcia initiū idolatrię, quod disces ex versibus Sybillinis qui sunt apud Lactantium. Ergo Lxx dixere, exercitatam Syriam ab ortu solis aduersus Iudæam, Græcos ab occasu. i. homines occidentales, hoc est Romanos & omnes qui parebant signis Romanorum, quod velit nolit Iudæus, ad Romanos est referendum. nam Græcos ab occasu consurrexisse aduersus decem tribus Israēl inauditum est. Et deuorabunt Israēl ore toto. i. delebuntur omnes vrbes Iudææ, quod factum leges apud Dionem in vita Adriani. & in omnibus his non auersus est furor eius, quod Lxx viri transtulere ad primam personam, in omnibus his non est auersus furor meus, vt referrent ad Deum loquentem. Hic locus explanatus est mirabiliter à D. Chrysostomo. Lege quę scripta sunt in illa verba cap. 5. In his omnibus non est auersus furor eius sed adhuc manus eius excelsa.

D. HIERONYMVS.

Et populus non est reuersus ad percutientem se, et Dominum exercituum non inquisierunt.

LXX VIRI.

Et populus non est conuersus, donec percussus est, & Dominum exercituum non quæsiuit.

quæsiere non sabaoth Deum & percussit eum percussor eius percutientē eū quoad conuersus est non populus Et

וְ הָעָם לֹא שָׁב עַד הֻכָּהוּ וְאֵת יְהוָה צְבָאוֹת לֹא דָרָשׁוּ

TRalatio D. Hieronymi congruit cum lectione Hebræa & habet illum sensum, quem supra diximus ex Augustino & alijs sanctis patribus, cum videant Iudæi completa omnia vaticinia, subuersa Hierosolyma, omnes vrbes Iudęę deflagrasse, quod futurum prædictum erat si Christum non recepissent, adhuc Iudæi sunt, & non conuertuntur? i. adhuc persistant in Iudaismo, non fiunt Christiani? non conuertuntur ad Dominum, qui eos castigat? tamen versio Lxx seniorum est admirabilis, quod TERTVLL. docet aduersus Iudęos de claritate gentium in Christo Iesu quod expectatus sit populus Iudæorum à Tyberio vsque ad Vespasianū vt resipisceret & conuerteretur, & rediret ad Christum & quod se in sua impietate obfirmauit deletus sit, quod verba illa significant: & populus non est conuersus, donec percussus est. i. quanuis expectaretur populus, noluit conuerti donec est subuersus, quod verba Hebræa significant, Et populus non conuersus est, עַד מֻכָּהוּ .i. quo ad percutere eum, vel, percussit eum, vel percussor eius supple fuit Dominus, nam credo illud ה non agnouisse Lxx viros, multæ enim lite-

A nim literæ redundant in lectione Hebræa vt suprà dictum est. Idem ait etiā TERT. aduersus Marc. lib. 3. quod nó resipuerit populus Iudæorum à tempore Tiberij Cęsaris sub quo passus est Dñs, vsque ad tempus Vespasiani, quod medium tempus illis Dñs dedit inducias vt resipiscerent, deletū esse à Romanis. Hoc idem aiunt Athan. Chrys. Iustinus. Hoc significant Lxx seniores cum dicunt, Et populus non est cōuersus donec percussus est, quasi dicant, expectaui illos, vt conuerterentur per annos 42. in dies magis impij erant donec eos deleui. Et dominū exercituum non quæsiuit populus Iudęorum. i. Christum noluit recipere populus Iudæorū. Nam, vt ait ORIGE. in ca. 5. Iesu Naue, quis alius est princeps militię virtutum Domini (hoc enim est esse Dominum exercituū) nisi Dominus Iesus Christus? Omnis namque cæli militia sive angeli, sive archangeli sive virtutes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia inquam hæc, quæ per ipsum facta sunt, sub ipso principe militant, qui est principū princeps, & qui largitur principibus principatum, ipse est enim qui dicit in euangelio, esto potestatem habens supra decem ciuitates: & alij, esto tu potestatē habens supra quinque ciuitates. *Dominus exercituū quis?*

B

D. HIERONYMVS.

Et disperdet Dominus ab Israel caput et caudam incuruantem, et deprauantē die vna, longæuus et honorabilis ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda. Et erunt qui beatificant populum istum seducētes, & qui beatificantur præcipitati, propter hoc super adolescentulis eius non lætabitur Dominus, & pupillorū eius, & viduarum non miserebitur, quia omnis hypocrita est & nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam: in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

LXX VIRI

Et abstulit Dominus ab Israël caput, & caudam, magnum & paruū in die vna, senes, & eos qui facies ad mirātur, hoc caput, & prophetam docētem iniqua, hic cauda. Et erūt beatificantes populum istum seducentes, & seducent vt absorbeant eos. propter hoc super adolescentulis eorum non lętabitur Dominus, & pupillorum eorum, & viduarū eorum non miserebitur, quia oēs iniqui (vel ex leges) & praui, & omne os loquitur iniusta, in omnibus his nō est auersus furor eius, sed adhuc manus eius excelsa.

IOSEPH. lib. 6. de bello Iudaico cap. 40. & 45. & cap. postremo docet, post accisas, & euersas res Iudæas ab imperatore Romano, cōfluxisse omnes Iudæos residuos ex illa vastitate, ad celebrandum pascha, & azymorum dies Hierosolyma, ex vniuersis Iudæę vrbibus, & nec opinanteis subito obsidione Romani exercitus esse oppressos, & perijsse omneis. Et leges etiam apud Dionem in vita Adriani, funditus cōflagrasse vniuersas vrbeis Iudæę, & deletos Iudæos omneis, summos, medios, infimos, hoc significari ait Cyrillus verbis his: Iam enim ex hoc loco cōsentit cum Procopio, Eusebio, Theodoreto, & non ad Assyrios, sed ad Romanos hæc refert, vtinam Cyrilli commentaria pura haberemus, non aliorum scholijs adulterata. Ergo, & disperdet Dominus ab Israēl caput, & caudam. i. perdet Iudæos omneis, summos, medios, infimos, quod factum est sub Adriano. Incuruantem, & deprauantem. i. eos qui incuruabant, & deprauabant omnia, qui inuertebant prophetias, & auertebant populum à Christo, & mentiebantur se esse prophetas: nam horum causa, etiam periisse Iudæos, docet IOSEP. de bello Iudaico lib. 6. cap. 30. quòd Vespasianus imperator ferebat optimas conditiones pacis Iudæis, quòd nolebat nobilissimam Asiæ vrbem & templum nobilissimum orbis terrarum aboleri, & hi pseudoprophetæ falsa spe ductabant populum, nec passi sunt, vt Iudæi vllas conditiones pacis acciperent, quoad templum deflagrauit, & vrbs Hierosolyma ruit. Sed כִּפָּה, quod D. Hieron. vertit incuruantem, à verbo כפף incuruo, potest etiam significare ramum, & אגמון iuncum, & sic reddunt Hebræi ramum, & iuncum, & interpretantur potestatem, & debilē. i. magistratus, & infimos homines, & ita Lxx viri, quos diximus ex Procopio, more optimorū interpretū, ænigmata, & obscurè dicta perspicua

Commentaria Cyrilli adulterata nescio à quo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spicua, & dilucida oratione enodare, pro ramo,& iunco,vertere magnum, & paruum: quod A
ramus, pro magno, & potenti ciue ponitur,iuncus pro debili ciue.Sed adhibendus hic canon
ille scripturæ, quoties vnum verbum plura significat omnia illa, si rei de qua agitur, conue-
niant, ab spiritu sancto esse significata: Vna die ergo, ait propheta post crucem Domini sum
mos,medios,infimos esse delendos,vna die.i.vno tempore forma dicendi Hebræa.Longæuus
& honorabilis, ipse est caput: quod Lxx vertere,senem, & qui facies admirantur, נְשׂוּא legere Lxx נְשׂוּא,id est, accipiétes facies, seu personas, & sic interpretatur propheta,quid appella
rit caput,quasi diceret,appellaui caput,senes,& honorabileis, vel eos qui accipiunt personas,
quales sunt principes apud quos est acceptio personarum. Et interpretatur quid appellarit,
caudam,& caudam appellatum dicit pseudoprophetam, qui inuertit scripturam, qui auerte-
bat populum à Christo, Nam si sal euanuerit in quo salietur? ad nihilum valet,nisi vt concul
cetur: si doctor legis non docet,sed potius depraua omnium menteis postremus est, & pes-
simus. Lxx dixere, prophetam docentem ἀνομα .i.transgressionem legis. Et erunt qui beati-
ficant populum istum seducentes vel errantes, pharisæi nanque, & principes sacerdotum,vt B
auerterent populum à Christo laudabant eos, qui perstarent in lege Mosis, & non sequeren-
tur Christum ait ergo propheta: Qui beatificant populum istum,quod perstet in Iudaismo e-
runt seducentes,vel,errantes.i.errabunt, & qui beatificantur,præcipitati.i.illi qui beati appel
labuntur,incurrent præsentiss.exitium, Hebraicè est,absorbebuntur.i.delebũtur omnes.Lxx
aliter intellexere,qui reddidere, Erunt beatificantes populum istum, seducentes vel errantes.
Quod Hieronymus dixit qui beatificantur præcipitati, vel vt Hebraicè est,qui beatificantur
absorbebuntur interpretantur, illi,qui beatificantur,& beati dicuntur,ideò beati dicuntur,vt
eos absorbeant, .i. vt ab his accipiant primitias, & decimas, & auaritiæ causa eos auertant à
Christo,vertere enim & seducent, vt absorbeant eos. Deindè, Propter hoc super adolescen
tulis eius non lætabitur Dominus.i.non miserebitur filiorum huius populi Iudaici, sed dele-
bit omneis, quia omnis hypochrita est, vel vt Lxx vertere, quia omnes transgressores legis
sunt. Centies dictum est ex IOSEPH.lib.4.cap.22.& lib.6.cap.8. Iudæos contempsisse pro-
phetas & prophetias,& risisse ꝓphetias & ideò perijsse, & ideò à Lxx viris dicũtur legis tran-
sgressores, à D.Hieron. hypochritę, quia simulabant se religionis causa populum auertere à C
Christo & faciebant ne perderent decimas, & primitias. Vniuersum os loquutum est stul-
tiam,conuiciabantur enim Christo & sanctis apostolis, quod diximus ex Iustino in dialogo
aduersus Tryphonem Iudæum. In omnibus his non est auersus furor eius. THEODOR. si
non habet finem impietas Iudęorum,neque vltio finem habebit, nam vt pœnitentiam homi-
num consequitur Domini misericordia,ita perseuerantiam in peccato consequitur ira,sed su-
pra diximus legenda esse, quæ scripta sunt in illa verba cap. 5. In omnibus his non est auersus
furor eius.

D. HIERONYMVS.

*Succensa est enim quasi ignis impie-
tas,veprem,& spinam vorabit,& suc
cendetur in densitate saltus, & conuol
uetur in superbia fumi, in ira Domini
exercituum conturbata est terra, & e-
rit populus quasi esca ignis.*

LXX VIRI.

Succẽdetur sicut ignis iniquitas, &
sicut granum aridum comedetur
ab igne,& succendetur in densitati
bus syluæ,& deuorabit quæ in cir- D
cuitu collium omnia in ira furoris
Domini succẽsa est terra omnis, &
erit populus quasi succẽsus ab igne.

DIxi Cyrillum hæc omnia ad Vespasia-
num referre,vt Eusebium,Procopium,& Theodoretum. Quod Lxx interpretes innuũt
non solum commentariolis, quæ supra diximus interiecisse,sed etiam tralatione ipsa, & ver-
ba quidem prophetæ hoc loco satis indicant,vt supra ostendimus etiam indicasse. Non enim
bello Assyrio conflagrarunt vrbes Israël, neque incendio consumptus est Israël sed captiuus
ductus, conflagrarunt vero vrbes Iudææ sub Vespasiano,precipue tamen sub Adriano,quod
verba prophetæ plane significant. Succensa est, inquit, quasi ignis impietas.i.impij Iudæi con
sumentur incendio, vel, vt reddidere Lxx, succendetur sicut ignis ἀνομια .i.transgressio legis
semper enim Lxx hoc obijciunt Iudæis, vt dixi superiore commentario. Veprem, & spinam
vorabit

A vorabit.i. ignis vorabit Iudæos, sicut veprem,& spinam. Est enim concisus admodum sermo
Hebręus: Lxx, Ardebũt sicut ignis,& sicut gramen aridum comedentur ab igne,non potuere
apertius. Prius transgressores legis appellant,quia dixere,Hic homo multa signa facit, Veniẽt
Romani, & huius tanti criminis subiecere pœnam, Succendetur sicut ignis transgresio legis,
& sicut gramen aridum comedetur ab igne, Transgresio illa legis, scilicet: lege Dionem,& ni
hil ita repereris factum,dicito me inaniter tundere,atqui euentus optimus prophetię interpres
est,Hoc de decem tribubus dici non post: & succendentur in densitatem saltus,& conuoluẽ-
tur in superbia fumi, de eadem conflagratione hæc dicta sunt, arbores enim montis Oliueti,
& arbores, quibus vniuersa regio Hierosolymorũ amœnissima erat,succisę sunt,& præbuere
pabulum igni,quo arsit vrbs Hierosolyma: vt discęs ex IOSEPH. lib.6.cap.1.& Galilęa pro
uincia amœnissima syluis,& arboribus frugiferis,vt discęs ex eodem Iosepho lib.3.cap.4.to-
ta conflagrauit,quod Lxx dixere etiam, Succendentur in dẽsitatibus syluę.i.tota Galilæa suc
censa est,& saltus etiam omnes conflagrauere,& vrbs Hierosolyma,& vniuersa Iudæa. Con-
uoluetur in superbia fumi, magno & elato fumo inuoluentur omnia,quę Lxx dixere, Deuo- B
rabit ignis, quæ in circuitu collium omnia, non solũm colles,sed & vrbes, quæ in circuitu
sunt,vtrunque lectioni Hebrææ congruit,quæ est וַיִּתְאַבְּכוּ גְאוּת עָשָׁן quę verba Hebræa pos-
sunt reddi duobus modis,aut,Eleuauerunt se altitudine fumi: & sic reddidit D.Hierony.vt sit
sensus: saltus,& syluę vniuersę Iudææ ardebunt,& eleuabuntur altitudine fumi,eleuabitur fu
mus in altum totius Iudææ deflagrantis. Sed quia singulariter loquebatur. Succendetur in dẽ
sitate saltus.i.syluæ densę succendentur non solum vrbs, pro,eleuauerunt se altitudine fumi
dixit D.Hieronymus: Conuoluetur in superbia fumi.i.inuoluetur fumo superbissimo & altis
simo omnis saltus,& omnis sylua,non solum vrbes. potest etiam reddi: Eleuauerunt se altitu
dines fumo,quod nomina Hebræa sunt indeclinabilia,& liberum est vt dicas, eleuauerunt se
altitudine fumi,vel,eleuauerũt se altitudines fumo .i.ardebunt altitudines colliũ fumo,quod
de vicinis vrbibus intellexere Lxx viri, & sic vertere, Deuorauit ignis omnia quæ erant in cir
cuitu collium. Quod D. Hieronymus dixit: Inira Domini exercituum,conturbata est terra,
pro,conturbata est,Hebraicè est נֶעְתַּם , quod verbum Hebræum tantum hoc loco reperitur, C
vt notant Rabini: alij aliter interpretantur: D.Hieron.conturbata est terra: Lxx,conflagrauit
tota terra. Quę decem tribubus,tribui non possunt. Nõ enim conflagrarunt montes, & syluę
nec vrbes decem tribuum, conflagrauit verò vniuersa Iudæa, arsere quinquaginta vrbes mu
nitissimæ,nongenti octoginta quinque vici nobilissimi, vt leges apud Dionem in vita Adria-
ni,quod significant etiam verba sequentia, Erit populus quasi esca ignis, quod multò meliùs
& significantiùs vertit D.Hieronymus.

D. HIERONYMVS.

*Vir fratri suo non parcet, et declina-
bit ad dextram,et esuriet,et comedet
ad sinistram,et non saturabitur. Vnus
quisque carnẽ brachij sui vorabit, Ma
nasses Ephraim, et Ephraim Manas
sem,et simul ipsi contra Iudam.*

LXX VIRI

Homo fratris sui non miserebitur,
sed declinabit ad dextram qui esu-
riet,& comedet ad sinistram. Et nõ
saturabitur, homo comedens car-
nem brachij sui. comedet enim Ma
nasses Ephraim, & Ephraim Ma-
nassem,quia simul obsidebũt Iuda

HAEc omnia CYRIL. de vastitate inue
cta Hierosolymis à Tito Vespasiano. Describitur etiam hic dira fames, de qua leges a-
pud IOSEP. lib.5.de bello Iudaico cap.26.&27. & lib.6.cap.20.&.21.& alijs locis,hoc enim
significat, Vir fratri suo nõ parcet; sicubi enim vestigium apparebat cibi, irrumpebat in illam
domum,& de illo cibo dimicabant,pugnabat frater cum fratre,vt lib.5. cap. 20. ait Ioseph. Et
declinabit ad dextram & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur. i. vt verbis
eiusdem Iosephi vtar ex eodem cap.prę fame hiantes tanquam rabidi canes, errabant huc &
illuc,& ferebantur ad dextram & ad sinistram,intrabant nũc in has,nunc in illas domos,quod
nescirent quò se verterent,& sæpè in easdem domos irrumpebant bis, & ter hora vna, nec in-
ueniebant quicquam quo vescerentur: vescebantur animalibus sordidissimis, corijs, calceis,
stercore: neque ijs saturabantur, quin & immundissima, magna mercede mercabantur: come
debant

Universidad de Deusto
Biblioteca

debant quæcunque obuia siue ad dexteram siue ad sinistram, etiam stercora inmunda, & non A
saturabantur, & vnusquisque carnem brachij sui vorabat. i. mordicus præ fame, & rabie sibi
brachia lacerabat. Comedet Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen: hęc verba Cyrillus sim
pliciter dicta putat, quod frater fratrem deuorabit, & vt hi duo fratres pro quibuslibet fratri-
bus ponantur, sed quia subiungitur: Et simul obsidebunt Iudam, placet magis vt referas ad ty-
rannos illos Simonem, & Ioannem, qui obsidebant Hierosolyma, & tyrannide oppresserant
Hierosolymorum seruitutem, & alter vnam partem vrbis occuparat, alter alteram, vterque
suos habebat exercitus contractos ex tribubus Israél, & ex Idumæis, vrbibusque Israél, & mu
tua bella inter se gerebant, vter alterum vinceret, & pelleret vrbe, & vterque magnam stra-
gem edebat in Iudæos, ita foris premebãtur à Romanis, intus à tyrannis, qui cũ exercitu mo
riebantur fame. Igitur Ephraim, & Manasses dicti sunt pugnasse inter se, quod tyranni illi
habebãt milites Idumæos & ex alijs tribubus Israëlis qui inter se bella gerebant, & bellabãt
inter se, quia moriebantur fame, & quia ipsi tyranni inter se bella gerebant, & simul oppugna B
bant Iudam vt dictum est. Hæc ad decem tribus & ad Assyrios referri non possunt.

IN ESAIAE CAP. X.

HOc caput decimũ Esaię à quibusdã veteribus patribus explanatur de Assyrijs, & Senacheribo, à plærisque de vastitate Iudęorũ inuecta à Romanis post cru-
cem Dñi, vt ab Eusebio Cæsar. & ab Orig. & alijs. Multa sunt quæ me potius assentiri Eusebio & Orig. de sententia huius capitis cogunt, quam alijs patri-
bus. Primum omnium, authores prioris sententię in cõmentarijs, Iudęos ipsos huius sententiæ authores citant, quo solo nomine mihi non probaretur, nihil
mihi placet, quod Iudæorũ aliquem habet authorem, quod D. Hier. monitore intellexi, Iu-
dæos ipsos ad peruersam intelligentiã (vtar enim D. Hieron. verbis) praua interpretatione
scripturã detorquere: Odi Danaos, & dona ferenteis dixerat ille. Cuius ad exemplum dicam, C
Odi Iudæos, & dona ferenteis: quod, vt inquit Sophocles, Inimicorũ dona, nó dona. Deindè
Cyrillus & alij, quanuis de Assyrijs interpretentur hoc caput, principiũ tamen nõ de decem
tribubus, sed de regno Iuda interpretandũ putant. Sed illud maioris momenti, quod mihi in-
solubile argumentum videtur, quod huius prophetiæ clausula est, si fuerit populus tuus Israel
quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Nam si de vastitate decẽ tribuũ hæc prophetia est, reli-
quiæ vastitatis decem tribuũ intelligentur, & bene illa loca interpretari viderentur Iudæi, &
Iudaizãteis, & male D. Paulus, quod nefas dictu est, quod retulerit ad reliquias, quæ saluæ fã
ctę sunt post vastitatẽ inuectã Iudęæ à Romanis: & quod dicere est impium necesse est dicere
Paulũ malè videri interpretatũ hæc & sequentia, quæ ad tẽpora Euangelica retulit omnia. Si
Paulus benè hæc interpretatur de tẽporibus euangelicis, quod dicere necesse est, quod in Pau
lo Christus loquitur, vt ipse ait, reliquię igitur intelligẽtur eius vastitatis, quæ fuit inuecta Iu-
dææ vniuersæ tẽporib⁹ Euãgelicis Neq; quisquã hoc poterit inficiari. Nã necessaria hęc sunt
consectaria, si de bello Assyrio hoc cap. sermo est, reliquiæ ergo erũt belli Assyrij, & captiui-
tatis decẽ tribuũ, & vera Iudæi mẽdacissimi videbũtur dicere, falsa D. Paulus quod dicere est D
impiũ. At si vera D. Paulus dicit (in quo Christ⁹ loquitur) vt reliquię hæ, reliquiæ sint, quę sal
uę factę sunt temporib⁹ Euangelicis, vastitas ergo quæ describitur Iudæorũ, cuius hę sint reli
quiæ, erit tẽporibus Euangelicis. Nã dicere quod facta mentione vastitatis decẽ tribuũ, venit
in mentem prophetiæ reliquiarũ, quę saluę factę sunt, Iudæi dicent nostrũ esse commentum.

D. HIERONYMVS

Væ qui cõdũt leges iniquas, et scribẽtes iniustitiã scripserũt, vt opprimerent in iudicio pauperes, et vim facerent causæ humiliũ populi mei, vt essent viduæ præda eorum, et pupillos diriperent

LXX VIRI.

Vę scribẽtibus iniquitatẽ, scribẽtes
eñ iniquitatẽ scribũt, declinãtes iu
diciũ mendicorũ, rapientes iudiciũ
pauperũ populi mei, vt esset ipsis vi
duaĩ direptionẽ, et pupillº in prędã

Primum

A PRimùm omnium, hoc loco nobis fauent D. Hieron. & Cyrill. qui contra iudices tribus Iuda, & Hierusalem dictum putant contra Deuteronomas, iuxta illud Matth. cap. 15. Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Ergo non ad decem tribus aut ad Assyrios hoc primùm est referendum sed ad populum Iudà. Ego verba hæc huius cap. prima significare potius puto quod ait IVST in dialogo aduersus Tryphonem Iudæũ Domi
num post Christi crucẽ quadraginta duos annos expectasse Iudæos dum resipiscerent, & con
uerterentur ad Christum, ipsi vero potius Christũ & populum fidelem persequebantur mul-
to acrius, legatos mittebant in totũ orbem, vt pessimos de Christo & Christianis dissiparent
rumores, & Iudæos, qui erant dispersi toto orbe, concitarent aduersum Christum, & eius dis
cipulos, leges sancirent, vt in synagogis Christi & Christianorũ nomẽ execrarentur, & diris
deuouerent: Væ qui condunt leges iniquas: Væ ijs, qui leges impias illas ferunt, vt in syna-
gogis detestentur Christi nomen, & scribentes iniustitiam scripsere, mittentes legatos per to-
tũ orbem, vt concitarent Iudæos ad persequendũ Christi & Christianorum nomen & ad infa
mandos eos, scripserunt iniustitiã, & iniquitatem: aduersum Deum scilicet infamantes Chri
stum verum Deum, vt docerent genteis nomen Christi blasphemare, quæ causla fuit vt sub- *Contra Iu daizantes, qui Iudæo rũ sensum scripturæ. litteralem sensum dicunt.*
uerterentur, & delerẽtur prorsus: Vt opprimerẽt iudicio pauperes. i. fideleis, sic enim appel-
lantur fideles, quòd omnia reliquerint causla Christi. Vt essent viduæ pręda eorum, & pupil-
los diriperent. i. vt persequerentur fideles quod se viduãt rebus omnibus, & orbãt cunctis bo
nis, & ita erãt prædæ impijs Iudæis. Sic hęc interpretatur ORIG. in Matt. tract. 35. in illa verba, *Contra Iu daizantes,*
Continuò accurrẽs vnus ex eis accepta spongia impleuit aceto his verbis, Iucũdè quis potest
uti hoc textu aduersus eos qui maligna vel scripserũt, vel scribũt aduersus Christum. EPIPH.
to. 2. Concil. Syn. Nicenę. 2. act. 6. de his qui post passionẽ Domini peruertunt scripturæ sen
sa hæc enodat his verbis, Esaias audacter clamat, Væ scribẽtes iniquitatẽ, iniquè eñ & malitio
se: apostoli & scripturæ verba exponẽtes mentiuntur, post salutis nostræ mysteriũ œconomię
Christi Dei nostri: hęc Epiph. syn. 2. Nice. Act. 6. Inũc, & Iudęorũ sensum literalẽ sensũ dicito.

D. HIERONYMVS.

Quid facietis in die visitationis, & ca lamitatis de longè venientis? ad cuius confugietis auxilium?

LXX VIRI.

Et quid facient in die visitationis, nam tribulatio vestra de longè ve-
niet, ad quẽ cõfugiẽt, vt adiuuẽtur?

HIc non solùm D. Hieron. & Cyrill. nobiscum faciũt, sed verba ipsa prophetæ, Iudæos re
fellunt: Quid facietis, inquit, in die visitationis? in die vltionis? quando meritas pœnas
luetis ob tantã impietatẽ, qua in Christũ debacchamini? quid facietis in die calamitatis, quę de
longè veniet? à Romanis, à regionib⁹ lõgè summotis. Hoc Assyrijs tribui nõ potest, neq; vlla
Geographię ratio id patietur: nã Assyrij illic in proximo sunt Iudęis, quod hinc cõijcere licet
etiãsi nõ adhiberemus vllã Geographiæ rationẽ, quod res notissima est, Babylonios, & AEgy
ptios assiduè inter se bella gessisse, & medios esse Iudæos inter Babylonios & AEgyptios, &
adhuc inter Iudæos & Babylonios, Assyrios esse medios Iudæis finitimos. Cùm ergò prophe-
ta dicat, Tribulatio vestra de lõgè veniet, vel in die calamitatis de lõgè veniẽtis, si nõ sumus Ti
resia cœciores, Hispanos, Gallos, Germanos, Mauros, qui sub signis Romanis militabãt, & ip-
sos Romanos hic sermo significat, nõ Assyrios. Hæc est tribulatio quæ de lõgè veniet Iudæis.
Nã & Babylonij Assyrij dicti sunt, postq̃ Babylonij regẽ Assyriorũ vicere, & expulere regno,
quod futurũ nõ multò pòst prædicit Esaias, Assyrij qui verè Assyrij erãt, Syri sunt, & Assyria,
ea quæ dicitur Syria cuius pars sit Iudæa, vt Plinius ait lib. 5. c. 12. & Stephanus de vrbibus, his
verbis, Assyria regio circa Babylonẽ, habitatores Assyrij sunt, alij apud Syros. Et Xenophon
sic distinguit li. 1. Græcarũ historiarũ, Sed neq; illud ad quẽ confugietis, vt auxiliũ petatis, con
gruit Assyrijs. Petebãt eñ Iudæi auxiliũ ab AEgyptijs cõtra Babylonios, à Babylonijs contra
AEgyptios, quòd eis sæpè exprobrat Dñs apud Hieremiã. At cùm imperator Romanus, qui
eo tẽpore rerũ potiebatur, imperabat Assyrijs, & Babylonijs, & AEgyptijs, & protulerat impe
rũ in fineis orbis terrarũ, vos fuerit aggressus, vnde petetis auxiliũ? ad quos confugietis?

D. HIERONYMVS.

Et vbi relinquetis gloriam vestrã, ne incuruemini sub vinculo, et cum interfectis

LXX VIRI.

Vbi derelinquetis gloriam vestrã,
ne corruatis in abductionẽ, & sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectis cadetis: super omnibus his non est auersus furor eius.

HOc loco tralatio Lxx interpretum magis ad verbum reddit lectioné Hebræam: dixit, quæ obscura fecerat Hebræa forma dicendi. Hunc locũ feciſſe arbitror potiſsimum vt D. Hieron. hæc regno Iuda tribuerit, nó decẽ tribubus, quòd vaſtitati inuectæ à Veſpaſiano hæc conueniunt, decem tribubus conuenire nullo modo poſſunt. IOSEP. cũ de bello Iudaico lib. 6. cap. 44. & 45. ſcribit, T. Veſpaſianum captis Hieroſolymis, peperciſſe multitudini pauperũ, & permiſiſſe quadraginta millia hominũ pauperum abire liberos, quò vellent, reliquos aut vendidiſſe, aut captiuos duxiſſe in triumphũ, aut gladio occidi iuſsiſſe, aut duxiſſe obijciẽdos feris in theatris, aut diuendidiſſe, vt à beluis dilaniarentur in feſtis publicis. Vndè ſi parcebat pauperibus, & multitudini T. Veſpaſ. reliqui aut cruce afficiebantur, per omnia cruciamenta necabantur, cædebantur flagris ad necem vſque, quod frequentiſsimè factũ ſcribit Ioſephus B conſtricti vinculis ducebantur, vt in theatris obijcerentur belluis laniandi, aut venderentur cum liberis & vxoribus, aut ducerentur in triumphum Romam: quãto pretio emerent principes Iudæorum, & locupletes, vt ſplendorem illum dignitatis, quo antè nitebant, commutare cum pauperibus poſſent, & ſinerentur abire liberi quò vellent? Vbi relinquetis, inquit, gloriam veſtram? vbi exuetis ſplendorem dignitatis, vt cum pauperibus impunitate donaremini, & abiretis liberi, ne incuruemini ſub vinculo, ne conſtringamini vinculis, & ducamini obijciendi in theatris pabulũ belluis, aut captiui miſeri. quod dixere Lxx, Vt nó corruatis in abductionẽ. i. ne cadatis vt ligemini, & captiui ducamini, & cũ interfectis cadatis, ne gladius hoſtilis vos conſumeret omnes citra diſcrimen, præter pauperes, quibus venia data eſt. Quãdo hoc in captiuitate decẽ tribuũ accidit? vbi ſummi, medij, infimi, ducti ſunt captiui, neque pauperes iuſsi ſunt abire liberi. Super omnibus his non eſt auerſus furor eius. Si ſententia Iudæorũ valet quã citat D. Hier. nã ipſe vſq; adhuc eã non ſequitur, mẽdax hæc eſſet prophetia, quod Hilarius, & Athanaſ. & alij patres aiunt, Iudæos dũ nobis aduerſantur, facere mendaceis prophetias ſua interpretatione, nã in bello Sennacheribi modũ impoſuit Dñs plagis, & cùm vrbes Iudææ leui plaga affeciſſet, eas leuauit malis, & ærumnis. Nã priuſquã Sennacheribus exercitus Hieroſolymis admouiſſet, vniuerſus exercitus nocte vna ab angelo eſt deletus, & ſic ab imminenti plaga Iudæi ſunt liberati. Tantum hæc verba vaſtitati vltimę Iudææ poſt crucé Domini conueniunt, cuius nullus eſt modus futurus, nullus finis, ſemper manus Dñi excelſa ad percutiendum. Sic hunc locum explanat IVSTIN. in dialog. aduerſus Tryphonem Iudæum, ſic CHRYS. vt leges in illa verba cap. 5. In his omnibus non eſt auerſus furor eius.

Iudei ſua interpretatione, mendaces faciunt prophetias.

A interfectis cadent: & ſuper omnibus his nõ eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius excelſa.

planiùs tamen multò D. Hierony. hæc reddidit, quæ obſcura fecerat Hebræa forma dicendi. Hunc locũ feciſſe arbitror potiſsimum vt D. Hieron. hæc regno Iuda tribuerit, nó decẽ tribubus, quòd vaſtitati inuectæ à Veſpaſiano hæc conueniunt, decem tribubus conuenire nullo modo poſſunt. IOSEP. cũ de bello Iudaico lib. 6. cap. 44. & 45. ſcribit, T. Veſpaſianum captis Hieroſolymis, peperciſſe multitudini pauperũ, & permiſiſſe quadraginta millia hominũ pauperum abire liberos, quò vellent, reliquos aut vendidiſſe, aut captiuos duxiſſe in triumphũ, aut gladio occidi iuſsiſſe, aut duxiſſe obijciẽdos feris in theatris, aut diuendidiſſe, vt à beluis dilaniarentur in feſtis publicis. Vndè ſi parcebat pauperibus, & multitudini T. Veſpaſ. reliqui aut cruce afficiebantur, per omnia cruciamenta necabantur, cædebantur flagris ad necem vſque, quod frequentiſsimè factũ ſcribit Ioſephus B conſtricti vinculis ducebantur, vt in theatris obijcerentur belluis laniandi, aut venderentur cum liberis & vxoribus, aut ducerentur in triumphum Romam: quãto pretio emerent principes Iudæorum, & locupletes, vt ſplendorem illum dignitatis, quo antè nitebant, commutare cum pauperibus poſſent, & ſinerentur abire liberi quò vellent? Vbi relinquetis, inquit, gloriam veſtram? vbi exuetis ſplendorem dignitatis, vt cum pauperibus impunitate donaremini, & abiretis liberi, ne incuruemini ſub vinculo, ne conſtringamini vinculis, & ducamini obijciendi in theatris pabulũ belluis, aut captiui miſeri. quod dixere Lxx, Vt nó corruatis in abductionẽ. i. ne cadatis vt ligemini, & captiui ducamini, & cũ interfectis cadatis, ne gladius hoſtilis vos conſumeret omnes citra diſcrimen, præter pauperes, quibus venia data eſt. Quãdo hoc in captiuitate decẽ tribuũ accidit? vbi ſummi, medij, infimi, ducti ſunt captiui, neque pauperes iuſsi ſunt abire liberi. Super omnibus his non eſt auerſus furor eius. Si ſententia Iudæorũ valet quã citat D. Hier. nã ipſe vſq; adhuc eã non ſequitur, mẽdax hæc eſſet prophetia, quod Hilarius, & Athanaſ. & alij patres aiunt, Iudæos dũ nobis aduerſantur, facere mendaceis prophetias ſua interpretatione, nã in bello Sennacheribi modũ impoſuit Dñs plagis, & cùm vrbes Iudææ leui plaga affeciſſet, eas leuauit malis, & ærumnis. Nã priuſquã Sennacheribus exercitus Hieroſolymis admouiſſet, vniuerſus exercitus nocte vna ab angelo eſt deletus, & ſic ab imminenti plaga Iudæi ſunt liberati. Tantum hæc verba vaſtitati vltimę Iudææ poſt crucé Domini conueniunt, cuius nullus eſt modus futurus, nullus finis, ſemper manus Dñi excelſa ad percutiendum. Sic hunc locum explanat IVSTIN. in dialog. aduerſus Tryphonem Iudæum, ſic CHRYS. vt leges in illa verba cap. 5. In his omnibus non eſt auerſus furor eius.

D. HIERONYMVS.

Væ Aſſur virga furoris mei, et baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea, ad gentem fallacem mittã eum, et contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat ſpolia, et diripiat prædam, et ponat illum in conculcationem, quaſi lutum platearum.

HOc eſt quod IVST. in dial. aduerſus Tryphoné ait ſolere Iudæos, ſi quã vocalẽ fortè arripiãt in ſcriptura, quæ ſibi fauere videatur, totũ ſcripturę ſenſum peruertere, & cętera iniuita, & repugnãtia ad ſuũ ſenſum pertrahere. Hic, inquiũt, Aſſyrij nominãtur, neq; dubitationi locus reliquꝰ eſſe videtur, quin tota hæc prophetia ad Aſſyrios, & ad decẽ tribus ſit referenda. Neq; expendũt antecedẽtia aut ſequẽtia. Aſſyrios aiũt nominatos, igitur ad Aſſyrios referẽda hæc ſunt. Si arripiũt, inquit Iuſtin. vocalẽ aliquam eã tenẽt mordicùs, ad illam reliqua omnia pertrahunt quo iure, quáue iniuria. Dictũ eſt autem de ſententia veterũ patrũ in cap. 7. in illa verba: Adducet Dñs ſuper te, & ſuper populũ tuũ, & cætera cũ rege Aſſyriorũ. Et in illa verba ca. 8. Propter hoc ecce adducet Dñs ſuper eos aquas fluminis fortis, & multas, regẽ Aſſyriorũ, dictum

Si Iudæi vocalem aliquam arripiant quæ ſibi fauere videatur, eam tenent mordicùs, vt omnia peruertãt.

LXX VIRI

Vę Aſſyrijs virga furoris mei, & ira eſt in manibus eorum, iram meam in gentem, quæ legẽ tranſgreſſa eſt immittã, & aduerſus populũ meũ adducam, vt faciat ſpolia, & prædam, & conculcet ciuitates, & ponat eas in puluerem.

A dictum eſt, inquam, ex ſententia veterum patrum, Imperatorem Romanum, regem Aſſyriorum appellari, qui eo tempore Aſſyrijs, Aegyptijs, Babylonijs, & toti terrarum orbi imperabat. Neque vlla cauſa eſt, cur in interpretanda ſcriptura, literæ hærere oporteat, cùm hoc ne in tenui quidem ſcriptore interpretando, ferendum vllo modo eſſe videatur, niſi putas illud Iuuenalis — Itur ad Atridem: de Menelao eſſe intelligendum, cuius vxor Helene rapta ſit à Paride, & non potiùs de Domitiano imperatore Romano, cuius abducta vxor à Paride Mimo eſt, quanuis nominetur Menelaus. Aut Quadrantariam Clytemneſtram, cùm dixit ille alter, pro Clytemneſtra Agamemnonis vxore accipias, & non pro illa, quæ ſe venditabat viliſſimo precio, adultera. Aut cùm legis illud Martialis — Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones — de Mæcenate intelligendum iudicas, & de Marone, & non potiùs de quouis principe indulgentiſsimo in literatos, & de quolibet Poëta eximio. Sed exemplorum plena ſunt omnia. Ait enim AVGVST. libro 2. de doctrina Chriſtiana. & 3. figuras omneis, & tropos B ad interpretationem ſcripturæ aduocari oportere. Et ARIST. 3. de arte Rhetorica lib. docet metaphoram eſſe, cùm Thaletem pro quouis philoſopho ponimus, quem tropum Quintilianus potiùs ſynecdochen appellandum putat, vt apud Maronem — Alius Latio iam partus Achilles: vbi Achilles pro Turno. Et in illo: Alter erit tum Typhis, & altera quæ vehat Argo. vbi non Typhis eſt intelligendus, nec Argo nauis, ſed quilibet gubernator nauis, & quæuis nauis: & hac figura ſuprà oſtendimus locis citatis Euſebium Cæſarienſem, Procopiũ, Cyrillum, & Tertullianum, Rhaſin & regem Aſſyriorum pro Romano imperatore accepiſſe. Ergo more receptiſsimo apud Oratores, & ſanctorum patrum authoritate, Aſſyriorum regem pro Romano imperatore interpretabimur hac figura metaphora, quam Ariſtoteles nominat, ſiue ſynecdochen cũ Quintiliano malis appellare, iuxta quem tropum ſancti patres ſuperiora loca ſunt interpretati. Vt omittam quod imperator Romanus, verè Aſſyriorum rex erat: & non ſolùm Aſſyrijs imperabat, & Babylonijs, ſed etiam Perſis, & Parthis, & Medis, vt eſt apud Horatium — Ius, imperiumque Phraates Cæſaris accepit genibus minor. — Ergò, Væ Aſſyrijs. i. væ Romanis, ex parte totum, quòd ſub ſignis Romanis pugnabant Aſſyrij, aut quòd pro Romanis ponuntur Aſſyrij, figura ſuprà dicta. Aut, væ Aſſur. i. væ regi Aſſur, hoc eſt, Romano imperatori, vt dictum eſt, quòd eius armis vindicaturus ſum populum meum. Sed negabis, certo ſcio, te Oratorum ſchemata noſſe, Rhetorum præcepta, Poëmatum figuras, quanquam hæc omnia Auguſtinus ad interpretationem ſcripturæ aduocãda putarit. Profectò eſſe intelligenda ſcripturæ verba, hæc omnia allegoriæ nomine appellabis. Mitto omnia artis præcepta, illud tantum ſumo Auguſtini, metaphoras tolle, vel è medio vulgo, eadem opera loquendi vſum ſuſtuleris. Quæ anicula, quis pellio, aut ſutor metaphoris non vtitur? adhibe populo aurem in vſu quotidiani ſermonis, nihil dices eſſe frequentiùs, vel quum aliquem exterrere volumus, non illi obijcimus eos, qui ei ſunt maximè formidabiles? & eos ad quorum nomen timore concutiuntur? vt Troianis non ſic incutitur timor cum eis Achillis nomen, quem timebant maximè, obijcitur: & qui eos terrere volebat, non dicet in Italia eſt fortiſsimus Turnus, ſed eſt Achilles alter. Et qui Græcos volet perterrefacere Hectoris nomine, quem timebant maximè, terrebit: Aderit, inquiens, alter Hector. Sic cùm Aſſyrij Iudæis eſſent horribiles, Dominus terrẽs Iudæos, Aderit Aſſur. i. aderit Romanus, inquit: qui modus loquendi vulgo receptiſsimus eſt. Has metaphoras, has formas dicendi, ſi vel de quotidiano D ſermone ſuſtuleris, vſum loquẽdi ademeris. THEODOR. Quærendũ, inquit, cur miniſtri diuinæ iuſtitiæ puniãtur? & reſpondet, vtitur Dñs malis hominibus, vt quibuſdã carnificibus, ad irrogãdas pœnas, armatq; eos aduerſum impios, hi verò nó vt ſeruiant Deo ea faciunt, neq; putant ſe illa Dei ope feciſſe, ſed viribꝰ ſuis, & ideo luunt pœnas. Idé ait idé THEOD. in Hieremi. c. 2. Non em̃ tanq̃ Deo inſeruientes bellũ gerebant qui oppugnabãt Iſraëlẽ, ſed quaſi ipſo Deo ſuperiores, ſic em̃ Sennacherib aiebat, ne te decipiat Deus tuus, &c. cap. 35. Eſaiæ. Lege AVGVST. de gratia & liberó arbitrio cap. 20. Docet Plato in Gorg. multò peiùs eſſe, facere iniuriã q̃ accipere. PLOTIN. Enneade. 3. li. 2. de quidẽtia. 1. c. 13. de ijs qui ab alijs necãtur, quos ſuo merito ſæpè à ſicarijs & parricidis interfici ait, quòd Dñs illos luere admiſſa ſcelera voluerit manibus latronũ, & ſicariorũ, qui parati erant ad hominũ carnificinam, & ſic paratos fecerit, vt in hos potiùs ruãt, & edãt ſtragẽ illã, quã animo moliebantur in hos potiùs qui cómeruerãt malũ, quam in alios, vt ſcelerũ pœnas luant mali, ij tamen parricidæ ad necé parati, quos fecit Dñs incurrere in hos potiùs, q̃ in alios, nihilominus ſunt ſcelerati, & pœnas pendũt, inquit, illi

Tropos & ſchemata adſciſcere oportet ad interpretãdã ſcripturam.

Refutãtur hi qui non recipiunt tropos.

Queſtio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cur hi, per quos Dominꝰ castigat malos, puniantur à Domino.

scelerati, per quos castigat Dñs quos vult: quod erant ad pernicié inferendá hominibus para- A
ti, idq; re præstitere, perdidere autẽ hos potiùs, quod Dñs voluerit, vt in hos potiùs quàm in
illos incurrerent. Verba PLOT. pessimè Latinus interpres reddidit, quæ sic reddenda erant:
Iniisti quidem allata nex est, quantũ pertinet ad ficariũ, aut crassatorẽ, qui occiderit: iustè au-
tẽ quantùm ad illũ attinet, cui mors allata est. Etenim passurũ illa mala, iniecit Deus in manus
eius, qui paratus erat facere illa, quæ alter perpeti dignus erat. Quod verò D. Hier. dixit, Vir-
ga furoris mei, & baculꝰ ipse est, in manu eius indignatio mea, id est, ipse Romanus imperator
est virga, & baculus. i. est instrumentũ, quo ego vos punio, id enim est, furoris mei. i. castigatio
nis, & punitionis: & in manu eius indignatio mea. i. manibꝰ Romani imperatoris meritas irro-
gabo vobis pœnas. Lxx aliter distinguũt, cõuenienter etiã lectioni Hebræę. Virga furoris mei
& ira est in manibus ipsorũ: sic eñ vno ductu hæc omnia dixere, neq; fecere orationes duas,
vt D. Hieron. eadẽ tamẽ sententia: tamẽ D. Hier. magis expressisse lectionẽ Hebręa videtur, nã
Hebræa lectio ad verbũ sic reddetur, Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse, hoc est, væ
imperatori Romano, ipse est virga furoris mei & baculus, tamẽ væ illi, statim eñ perijt omnis B
domus Vespasiani. Et indignatio mea in manibus eorũ, ipsi cõplebunt indignationẽ meã. De-
indè, Ad gentẽ fallacẽ mittã eum:, mittã imperatorem Romanũ ad populũ Iudæorũ fallacem,
quod ostendit tralatio Lxx, quæ sententiã reddit, Iram meã ad gentẽ, quæ legẽ transgressa est,
mittã. i. mittã Romanos aduersus Iudæos transgressores legis, & contẽptores prophetarum:
Hebraicè est, Ad gentẽ peccatricẽ, ad gentẽ fallacẽ, & impiã. Lxx viri, pro, Mittã eum, dixere,
mittã irã meam, sed apertiùs pro eo quod Hebraicè est, contra populũ furoris mei mandabo
illi, edidere, Ad populũ meũ adducã ipsum, vel aduersum populũ meũ, quòd minùs benè ver
tit interpres. i. contra populũ Iuda, nunquã eñ populũ suũ appellat Dñs decẽ tribus. Quòd ve
rò postremũ est, significantiùs vertit D. Hieron. Ponã illũ in conculcationẽ, & quasi lutũ pla
tearũ, lege IOSEP. de bello Iudaico lib. 2. c. 34. & sequentibus. & lib. 3. penè à principio. & li. 6.
cap. 1. & cap. 10. &. c. 28. & alijs locis mille, & intelliges tantã multitudinẽ cadauerum stratam
per vias, vt conculcarentur à militibus, & à suis velut stercus, quod profectò de decem tribu-
bus intelligere nõ potes. Ductæ sunt enim captiuæ decẽ tribus, non stratę ferro per vias, neq; C
absumptę incẽdio, præsertim iuxta tralationẽ Lxx, qui quanq; nõ ita expressere lectionẽ He-
bræã, & historiã Iosephi vt D. Hier. tamẽ diuinitùs reddidere sententiã, & adeò significãter, vt
rei gerẽdę interfuisse videãtur. Dixere eñ, vt cõculcet vrbeis, & ponat eas in puluerẽ, hoc factũ
est sub Adriano imperatore: sunt eñ deletę oẽs vrbes Iudææ, succẽsę igni, & redactę in fauil-
las, vt leges apud Dionẽ in vita Adriani, sicq; cõculcabãtur vrbes à militibꝰ, vrbes decẽ tribuũ,
nõ legimꝰ redactas in puluerẽ, aut in fauillã, sed potiùs ab Assyrijs deductis colonijs habitatas.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI
Ipse autem non sic arbitrabitur, et cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius, et ad internecionem gentium non paucarum.	Ipse autem non sic cogitauit, & animo non sic arbitratus est, & mutabitur mens ipsius, vt disperdat gentes non paucas.

Diluus Hieron. lectionem Hebræam ad verbum reddidit, Non sic arbitrabitur Roma- D
nus imperator se à me immissum esse, & mea ope se vastasse vrbeis Iudææ, neq; ipse hęc
faciet, vt seruiat mihi, aut vt exsequatur mea iussa, sed ea mente atq; animo, vt vastet vrbeis, &
exitium importet genti Iudæorum. Hæc ad Assyrios non pertinent: non enim Assyrius dele-
uit Israël, sed captiuum duxit. Ad Romanos pertinet, qui tantam vastitatem inuexere vniuer-
sæ Iudææ, quantam post homines natos nulli nationi inuectam leges, quod prædixerat Do-
minus apud Hieremiam, & apud alios prophetas, quodque ita factum ait Iosephus cum alijs
locis, tum lib. 5. de bello Iudaico cap. 27. Lxx viri sententiam reddunt, & addunt commenta-
riolum ἀπ' ἀναπαλαι ὑπ' ἐκεινου. i. sed mutabitur mens ipsius, quòd à principio mitissimus erat
Titus Vespasianus, & seruatos volebat Iudæos, & seruatam vrbem, & seruatum templum, vt
leges lib. 5. de bello Iudaico cap. 17. & lib. 6. cap. 10. &. 34. posteà mutauit mentem, vt leges lib.
6. cap. 33. &. 35. & sequentibus, vbi iusit edere magnam stragem in Iudæos, & edita est tanta, vt
nulla maior fuerit post hominum memoriam, excepta ea, quæ Iudæis est importata sub A-
driano, quæ hac longè maior fuit.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Dicit enim: Nũquid non principes mei simul reges sunt? nunquid non vt Carcamis, sic Calano? et vt Arphath, sic Æmath? nunquid non vt Damascus, sic Samaria?	Etsi dixerint ei, Tu solꝰ es princeps, & dicet, non tuli regiones quæ supra Babylonem? & Calanem vbi turris ædificata est? & tuli Arabiã, Damascum, & Samariam?

regum princeps
reges simul principes mei non an dixit Quia
כִּי יֹאמַר הֲלֹא שָׂרַי יַחְדָּו מְלָכִים

HOc loco Lxx viri aliam lectionem a- B
gnoscunt, quàm D. Hieron: legunt e-
nim vna littera minus: non enim legunt שָׂרַי, sed sine, י, litera, quæ frequentissimè apud He-
bræos etiam sine vlla Iudæorum fraude solet deesse, & redundare, vt suprà dictum est, vt vel
ex ipso Thesauro linguæ sanctæ, qui primoribus labris attigerit literas Hebræas, discere po-
test. Si ergo legas expuncta illa litterula, sic lectionem Hebræam ad verbum reddere posses,
Quia dixit, an non princeps simul regum? quod Lxx sic intellexere, quia dixit (miles scilicet)
imperatori Romano, an non tu imperator regum es, cui paret vniuersus orbis? facilè poteris
delere Iudæos: pro, quia dicet an non princeps simul regum, supple, es? edidere Lxx. Si dixe-
rint ei, Tu solus es princeps, siue imperator: reddunt enim sensa, non verba: & planè Lxx hæc
ad Imperatorem Romanum referunt, sic enim à Cicerone dicitur non semel, qui cùm ipse im-
perator toto orbe terrarũ vnus esset, &c. Hoc de rege Assyrio nemo dixit tẽpore Esaię, neque
post Esaiæ tẽpora, neq; est appellatus vnquam imperator regũ, vt Hebraicè est: siue consulas
lectionem Hebræã, quam agnoscunt Lxx, & quę ad verbum est, Quia dixit, an non imperator
simul regũ, supple, es? vel, eam lectionem Hebræam, quæ vulgò circunfertur, quam reddit D.
Hier. An non principes mei simul reges sunt? hoc eñ de imperatore Romano dici potest, de
alio non potest: omnes eñ reges seruiebant imperatori Romano, & sub eius signis militabãt,
& regis Romani duces erant, quod notius est q; vt dicendum sit. Intelligunt hoc Iudęi, qui in-
terpretantur, reges sunt. i. sunt velut reges: scriptura nõ dicit, velut reges, sed reges: neque hoc
fas habet, sed addit simul, vt omnes reges dicat hic imperator sibi seruire: si expendas omnia,
nullum verbum reperies quod nõ spectet ad Romanos. Nunquid non vt Carcamis, sic Ca- *Tralatio*
lano? hoc est illud quod dixi, repetendumq; millies est, tralationem D. Hieron. multis causis *D. Hieron.*
fuisse perneccessariam, etiam si tralatio Lxx virorum fraude Iudæorum non esset trunca & la- *perneccessa-*
cera, etiam si temporum iniuriã multis locis vitiata non esset, neq; Iudęorũ tralationibus mul- *ria.*
tis locis adulterata, vt apparebit, quod in quibusdã locis cõmentaria potiùs addunt scripturę,
quàm tralationẽ texant. Et æquum erat, vt scripturę tralationem haberemus in huiusmodi lo-
cis, qua tamen in re verbis exprimere non possum, quantum vtilitatis adferãt Lxx. Nã vt D. *Vtilitas tra-*
Hier. post crucem Dñi rẽ Christianã plurimum iuuit, quòd tralationem scripturę ex lectione *lationis Lxx*
Hebræa, ad verbũ expressam nobis dedit: ita dici non potest satis, quãtum vtilitatis attulerint *virorum.*
Lxx viri, qui CCC. annis ante tẽpora Christi ante Iudæorũ impiã rabiẽ, qua scripturã peruer-
tunt, veluti cõmentariolis quibusdã additis scripturã illustrauere, & cõmentariolis his, quæ
afflatu Spiritus sancti texta credidit sanctorũ patrũ, qui proximi Christi tẽporibus fuere, con- B
sensus. Quis talia cõmentaria Iubens nõ legat? si placent, vtere: sin minus, lege, & reijce dũ scias
tamen facta esse tribus seculis ante Christi tẽpora, & literis euãgelicis consentire semper. Ergo
quòd obscurè dicta hæc erant: Nunquid nõ vt Carcamis, sic & Calano? neq; sciremus quid
esset Carcamis, neq; Calano, aut cuius hęc verba essent: addidere de suo verbum, & edidere, Et
dicet. i. & respondebit. vt sit sensus, si dixerint sui milites imperatori Romano, an non tu im-
perator solus es toto orbe terrarum? respondebit, & dicet imperator Romanus: Nunquid
non vt Carcamis, sic Calano? i. nunquid non cœpi Carcamis, & Calano armis meis? quod sic in-
terpretantur Lxx. i. regionẽ quæ supra Babylonẽ, & Calanẽ, hoc est, Persas, & Medos, & Carma-
nią, & regionẽ orientis. Nam Romani protulere fines imperij supra Babylonem, & sinũ Persi-
cum, quod de Assyrijs interpretari nemo potest. Nunquã enim Assyrij vicerunt Babylonios,
quin potiùs Assyrij deleti sunt à Babylonijs nõ multũ post tẽpora Esaię. Romanos solos pro-
tulisse sua arma vltra Babylonẽ & Calanẽ reperies. Ergo Lxx, q ignota nomina essent Carca-
mis & Calano, paraphrasi quadã explicãt, qđ facere solitos dixim9 ex Proc. & Orig. in Ioan. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi dicerent, quænam essent hæc loca Carcamis,& Calano,edidere.i. regionem quæ supra A
Babylonem & Calanem,quæ est,vbi turris est ædificata:illa,inquam,vbi confusæ sunt linguæ
hominum,& indè est dicta Babel. Turris huius Chalanes,meminit GREG. Nazianz.in lau-
dē Athanasij,& de ordine disputationis,& in hac Chalanes turri cōfusas linguas ait. Ergo sic
interpretari possumus tralationem D. Hieron. vt sint verba Imperatoris Romani, suis viri-
bus tribuentis victoriam, Nunquid non principes mei simul reges sunt? i. nunquid non ego
sum imperator orbis terræ?cui seruiunt omnes reges. Nunquid non vt Carcamis sic Calano?
i.nunquid armis non superaui Carmaniam,& protuli arma supra sinum Persicum? & supra
Calanem?hoc est,supra regionem Babylonis. Et vt Arphat, sic AEmath? quod hæc quoque
nomina erant obscura eadem paraphrasi Lxx interpretantur, & significant fuisse vrbeis Ara-
biæ: & quòd duplex est Arabia,duas vrbes primarias, & principes Arabiæ vtriusque,pro v-
traque Arabia posuisse prophetam(partem scilicet pro toto)& ita reddidere.Arabiam,vt sit
sensus: Postquam dixerit Imperator Romanus se protulisse ad orientem versus arma, supra
sinum Persicum ad Carmaniam vsque, subiungat, ad Meridiem versus se cœpisse vtramque B
Arabiam,Damascum,& Samariam,quę de rege Assyrio interpretari nullo modo possis, & de
rege AEmath leges apud IOSEP.lib.7.Antiq.Iudaic.cap.6. cùm scripsit,Dauid victorijs occu-
passe omnia vsque ad Euphratem, & vicisse illic Adrasarum, addit regem AEmath ad illum
misisse literas,& conciliasse cum eo amicitiam.Lxx viri sic hæc loca interpretantur. Si placet,
vtere:sin minus,quis vnquam interpretem reprehendit, aut commentarium, qui quātum po
tuit nos iuuit? hæc ergo ad Romanos referunt Lxx viri.

D. HIERONYMVS.

Quomodo inuenit manus mea regna idoli sic simulacra eorum de Hierusalem,et de Samaria. Nūquid non sicut feci Samariæ, et idolis eius sic faciam Hierusalem,et simulacris eius?

LXX VIRI.

Sicut tuli,vel cœpi has,omnes prin
cipatus capiam,vlulate sculptilia in
Hierusalem,& in Samaria, quem-
admodū enim feci Samarię, & ma
nufactis eius sic faciam hierusalem C
& simulacris eius.

regna manu mea cœpit capiet Quemadmodum Eodem modo

בַּאֲשֶׁר מָצְאָה יָדִי לְמַמְלְכוֹת

HVnc locum citant Iudæi pro se,cum su
periore, quòd verba hæc Rhapsaces
dux & legatus Senacheribi,nomine ipsius Se
nacheribi dixisse videatur apud hunc eundem prophetam paulò infrà. Et fortasse ob hęc duo
argumenta,sententiam Iudæorum probauit D.Hieron.in hac parte,tamen cùm cętera omnia
repugnent,& reclament,meliùs referetur ad Romanos hoc caput,nam si hæc verba Senache-
ribo conueniunt,multò meliùs conuenient Romanis. Quòd ergo D.Hieron.dixit, Quomo-
do inuenit manus mea regna idoli,oratione imperfecta,quæ cohæreat cum sequentibus.Lxx
viri edidere:Quomodo cœpi has, sic omneis principatus capiam, vt oratio esset perfecta, &
conclusio superioris periodi. בַּאֲשֶׁר, ita,vel eodem modo: מָצְאָה, inueniet,vel capiet: יָדִי, ma
nus mea: לְמַמְלְכוֹת regna.Quæ verba magis imperatori Romano conueniūt,quàm Assyrio:pu
tabat enim imperator Romanus, imperium Romanum iam orbis terrarū finibus terminari, D
quod vt subiugarat penè omnia,eodē modo,inquit,inueniet manū mea regna:reliqua scilicet,
quod Lxx dixere,Quomodo cœpi has,sic omneis principatus capiā.i,vt protuli arma in fines
orbis terrarū,quod suprà dixi,sic capiā reliqua.D.Hieron.inferioribus tribuit hanc orationē.
Sed quòd D.Hieron.dixit,Idoli,sic & simulacra eorum de Hierusalem, & de Samaria, longè
aliter distinxere Lxx,quod aliquantulū varia erat eorū tempore lectio Hebræa. Quod intelli
ges indè,quòd pro,idoli,reddidere Lxx,vlulate:& sic legere,Vlulate,& sculptilia in Hieru-
lem, & Samaria. Nam voculam illam, sic, perspicuitatis causa, addidit D. Hieronymus &
magna hæc est blasphemia aduersus Dominum,vt imperator Romanus vno ordine habuerit
Deum verum, & sculptilia Samariæ, & dixerit, Vlulate sculptilia in Hierusalem. Quòd au-
tem pro, idoli, Lxx seniores dixerint, vlulate, mirandum non est, nam הָאֱלִיל, idolum si-
gnificat: sed vna littera addita in fine, ו, & in principio, א, mutata in, י, efficies הוֹלִילוּ, vlu-
late: & huiusmodi varietates lectionum, in codicibus Hebræis sunt innumerabiles (vt di-
xi) & hunc contemptum Romani imperatoris, atque adeò Pompeij religionis Iudæorum
& tem-

A & templi Domini, nemo est qui ignoret, si historias legerit, atque hinc factum putant, vt
post illa,Pompeio res omnes pessimè cesserint. Idem significat tralatio D.Hieronymi,vt in-
uenit manus mea, & cœpit regna omnia, sic conteram simulacra Hierusalem,& Samariæ. Se-
quentia verba eodem pertinent.

D. HIERONYMVS.

*Et erit cùm impleuerit Dominus cun-
cta opera sua in monte Sion, et in Hie-
rusalem visitabo super fructum ma-
gnifici cordis regis Assur, et super glo
riam altitudinis oculorum eius: dixit
enim in fortitudine manus meæ feci, et
in sapientia mea intellexi.*

LXX VIRI.

Et erit cùm compleuerit(seu perfe
cerit)Dñs cuncta faciens in monte
Sion,& Hierusalē,& inducet super
mentem magnā, super principem
Assyriorum,& super celsitudinem
oculorū glorię eius,dixit em in for-
titudine faciā,& sapiētia intellect⁹.

VEl hic solus locus falsitatis sententiæ Iudæorum admonere nos poterat. Quis enim non
videat hoc non posse congruere Assyrio regi? Compleuerātne Dominus,aut,vt Lxx di
xere,perfecerat omnia quæ erat facturus in monte Sion, aut in Hierusalem, cùm pœnas exe-
git ab Assyrio rege? quis hoc dicet vnquam? non hoc monstri simile est, si sic velimus scriptu
ras interpretari,vt prophetias faciamus mendaceis?non enim compleuerat Dñs omnia quæ e-
rat facturus in Hierusalē,neq; compleuit post multa illa sęcula,cùm deleuit Assyrium,nā mul
to tempore ante captiuitatē Babylonicam,Babylonij deleuere Assyrios,& inter captiuitatem
Babylonicā,& œconomiā redemptionis,qua compleuit Dñs cuncta opera sua in Sion & Hie
rusalem,quod nūc ait propheta,plus quingētis annis interfuit.Falsum est igitur,si dixeris post
completa vniuersa opera Dñi,deletum esse Assyriū, plùs penè septingentis annis ante hæc tē-
pora deletus est Assyrius. Nō potes igitur hæc de Assyrio intelligere,cuncta opera Dñi in mō
te Sion,cuncta opera œconomię redēptionis significant,vt omittā quod neq; Senacherib ob-
sedit vrbē Hierusalē, neq; admouit exercitū vrbi, procul ab vrbe extinctus est exercitus ab
angelo. Tantùm Rhapsaces ante muros Hierusalē Dño fecit conuicia, & statim abijt, aliò er-
go referendus est hic locus. ORIG. homil.8.in Esaiam tom. 1. putat vsque adhuc prædictam,
Romani imperatoris insolentiam, nunc redire ad vastitatem Iudæorum, nam Origen. facit
initium nouæ sententiæ verba illa: Vlulate sculptilia in Hierusalem,& Samaria, vt sit sensus:
idola Hierusalem.i.Iudæi idolatręque Hierusalem,vlulate quemadmodum enim feci Samariæ,&
manufactis eius,ita faciam Hierusalem & idolis eius: comminatur enim quæcunque fecit Sa-
maritanis quos contriuerat Dñs armis Romanorum sub Christi aduentu facturū se Hierusa-
lē,cùm consummauerit Deus omnia faciens in mōte Sion.i.cùm peregerit Dñs redemptionē
Hierusalem, & generis humani, inducet super sensum magnum, super Zabulum inimicum
nostrum,quem sensum magnum appellat, quod vt serpens sapientior erat omnibus bestijs
quæ sunt super terram, & filij sæculi sapientiores super filios lucis, dispensator iniquitatis, *Sensus ma gnus Zabu lus.*
quem principem Assyriorum vocat. i. principem infidelium (Assyrios pro infidelibus po-
nens partem pro toto)quem Dominus principem huius mundi vocat, magnus sensus dicitur
quo abutitur ad instruendos sapientes mundi istius, ad componendam falsitatem sectarum
suarum. Cùm ergo omnia fecerit Deus in monte Sion, cum promissa iustis compleuerit, tunc
principem mundi huius, Zabulum & altitudinem gloriæ oculorum eius, superbiam eius vi-
tauit, triumphauit enim de aēreis potestatibus, & subijcit Zabuli inflationē: viribus faciam
& sapientia intellectus auferam fines gentium. Sapientiam nescio quam pollicetur,alienigena
quædam sapientia est in eis. Est enim sapientia aliena à veritate qūā disperdet Deus: hanc iste
habens existimat se esse sapientem, & fines gentium depasturum (peruenit enim ad omnes
gentes operatio eius) saluator contra in omnes gentes mittit sermones suos, vt eruat eos qui
captiui à Zabulo tenentur:minatur autem Zabulus se vires nostras depasturum, & cernit ciui *Iudæi ido latræ post Christi cru cem.*
tates inhabitari.i.ecclesias Dei. De his cōmouebo,inquit,ciuitates,quę inhabitantur,frequen
ter enim concutit ecclesias, persecutionibus, scandalis. Sic mihi videtur Origenes hunc in-
tellexisse locum. Sed obstabunt Iudaizantes, qui negāt Iudæos post captiuitatem Babylonicā
idola coluisse,neq; fidem habendam putant Machabæorū libris:sed Iudæi mendacissimi sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos Eusebio fidem habeamus, qui lib.2. demonst.euangel.cap.37. Iudæos ait post passionem A
Domini, abiecisse idola: & D.Hieron.qui in cap.13.Hieremiæ, in principium cap. scribit, populum Iuda post reditum de captiuitate, Dei præcepta non fecisse, sed secutum fuisse deos alienos, ad extremum etiam in Dei filium misisse manus. Certè ORIG. sic semper hunc locũ explanat de Zabulo, in Numer.cap.18.homil.11.& in cap.21.Numer.homil.11. & in Hierem.cap.17.homil.4. Sic etiam HILAR.in psal.118.in literam, ain, in verba illa, Excipe me seruũ tuum, vbi superborum principem, inquit, loquentem Esaias introducit ita, virtute faciam, & sapientia intellectus, auferam fines gentium & virtutem eorum, & commouebo ciuitates inhabitabiles, & omnem orbem terræ apprehendam manu mea, vt pullos, & tanquam confracta oua auferam. Hæc superbientis vox est (Diaboli scilicet) qui Deo ac domino nostro Iesu Christo, ostensa terrenorum imperiorum gloria, dicere ausus est, Omnia hæc tibi dabo, si procidens adoraueris me: non esse autem hunc solitarium, sed plures ei adesse spiritualium nequitiarum ministros per eum docemur, qui ait: Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit Pater meus diabolo, & angelis eius. EVSEB. Cæsarien. demonst.euangel.lib.4. cap.9. B
hæc verba etiam de sathana interpretatur, qui gloriatur de viribus malitię suę, quibus putat se posse vrbes à Deo altissimo angelis concreditas, vt in recta via seruentur, ab eorum manibus abducere, & tenebris impietatis inuoluere, & orbem terrarum depasci & omne genus hominum concutere, & abducere ab recto, & honesto, & ad vitia, & voluptates traducere quæ omnia multis verbis persequitur Eusebius. GREG.Nazianz. contra Iulianum Regem, oratione prima in principio, Draconem hunc apostatam, mentem magnam appellatum esse ait Assyriorũ principem, communem omnium hostem, multa contra terram insanientem, & comminantem, CLEMENS tamen Alexandrinus stromaton lib.5. hæc postrema verba: persuadebo ciuitates habitatas, & orbem habitatum totum, comprehendam manu vt nidum, verba Dei esse putat, respondentis iam Sathanæ, quod manu comprehendet orbem terrarum Dominus, & seruabit eum sapientia sua: Quæ verba Orpheum mutuatum esse ait ex literis sacris, & Archilocum, & alios poetas. in eadem sententia est EVSEB. præparationis euangelicæ lib. 13. cap. 7. mutuaturque ad verbum ex Clemente Alexan. D. Basilius in laudem Iulitę Martyris, Sathanę C
hæc omnia verba tribuit in principio. TERTVLL. aduersus Marcionem lib.2.cap.18.cum Clemente Alex.& cum Eusebio Cæsariense, hæc verba Deo tribuit his verbis: cæterum qui totum orbem comprehẽdit manu velut nidum, cuius cœlum thronus, & terra scabellum, &c. Lege CHRYS.tom. 5.de his qui gehennales pœnas credere nolunt & de iudicio homil.50.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, et super gloriam altitudinis oculorum eius.	Et inducet super mentem magnã, (vel, super intellectum magnũ) super principem Assyriorũ, & super cellitudinem gloriæ oculorũ eius.

OStendi superiore commentario, verba hæc referri nullo modo posse ad Sennacheribum regem Assyriorum, sed ad œconomiam redemptionis generis humani, vt sensere omnes veteres patres, qui hunc locum interpretantur absque solo D.Hieronymo. sic enim Procop.explanat, & Cyrillus & D.Basil. & alii D
quorum sententias recensui. Hanc eandẽ sententiam præ se tulere Lxx viri, qui quod Hebraicè est, Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, vt vertit D. Hieron. vel vt aliter vertere posses, Visitabo super fructũ magnifici cordis, regem Assur: interpretati sunt Lxx, visitabo super fructum magni cordis.i.super magnam intelligentiam, edunt enim pro tralatione commentarium scientia spiritali, quam à maioribus acceperant, intelligentiæ porro siue intellectus vocantur à philosophis angeli boni, & mali, neque alio nomine appellantur quã, νόες.i. intellectus, seu intelligentiæ, & fructum non vertere Græcè, quod sat esse putarunt, si dicerent illaturum Dominum pœnam super magnum intellectum, vel super magnam intelligentiam. & ne crederes referendum esse hunc intellectum & hunc sensum ad regem Assur nõ vertere patrio casu, regis Assur, vt D.Hieron. sed casu accusandi repetita præpositione, contra principem Assur, vt esset, contra principem huius mundi, pars enim ponitur pro toto & sic posses tralationem D.Hieron. interpretari, visitabo super fructum, super opera magnifici cordis, superbi cordis regis Assur, regis huius mundi, vt pars ponatur pro toto, & super superbiam eius

Lxx viri pro tralatione edũt commentarium.

A biam eius, princeps huius mundi eijcietur foras, & vincetur eius superbia, vel ab imbelli virguncula, vt ait D.Basilius in laudem D.Iulitę martyris.

D. HIERONYMS.	LXX VIRI.
Dixit enim, in fortitudine manus meæ feci, et in sapientia mea intellexi, et abstuli terminos populorum, et principes eorum deprædatus sum.	Dixit enim, in fortitudine faciam, & sapientia intellectus auferam terminos Gentium, & fortitudinem eorum deprædabor.

HAEc superbientis diaboli verba sunt (vt supra de sentẽtia veterum patrum sum interpretatus) quod D.Hier.dixit: In fortitudine manus mæ feci: Lxx dixere, In fortitudine faciam. Quod Hieronymus in orationes duas: & in sapientia mea intellexi & abstuli terminos populorum, in vnam orationem redegere Lxx: Sapientia intelligentiæ meę auferam ter- B
minos gentium, quod, ו, id est, &, cõiunctio copulatiua, sæpè nihil significat, sed tantum ornat orationem: & lectionem Hebræam sic vertere potes ad verbum: Et sapientia mea cum intellexi.i.cum intendi vires intellectus auferam terminos populorum.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et detraxi quasi potẽs in sublimi residentes, et inuenit quasi nidum manus mea, fortitudinẽ populorũ: sicut colligũtur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersã terrã ego congregaui, et nõ fuit qui moueret pennã, et aperiret os, et gãniret.	Et persuadebo ciuitates habitatas, & omnem orbem comprehẽdam manu, vt nidum, & sicut derelicta oua tollam, & nõ est qui fugiat me, aut resistat mihi, aut aperiens os & garriens.

C VAria lectio est in tralatione Lxx virorum: in Complutensibus Biblijs est, πείσω.i.persuadebo. Clemens Alexan.loco citato suprà, vbi ex authoritate veterum patrum hæc loca interpretabar πείσω.i.seruabo.& sic EVSEB.legit lib.13.de prępar.euangel.cùm citat verba Clementis, libro tamen.4.demonst.euang.cap.9. σείσω.i.commouebo,& sic legunt omnes patres qui hunc locum interpretantur: & hæc lectio est vera & legitima, nam Hebraicè est וְאַוְעִיר.i.descendere faciam, quod Lxx vertere σείσω.concutiam, commouebo. כַּאבִּיר sicut potens. יֹשְׁבִים habitanteis. Lxx viri subaudiuere ciuitateis, vt sit: Concutiam ciuitates habitanteis, vel habitatas. quod in natura verborum est, quæ facimus patiendi modo sæpè dicere, & contrà faciendi quę patimur, ait Quintil. vt habitantes.i.habitatas. D.Hieron. subaudiuit, in sublimi, Hebræi subaudiũt, in locis tutissimis, quod Hebraicè tantum est: Descendere faciã sicut potens habitanteis. Quòd D.Hieron.vertit: Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem gentium, Hebraicè est וַתִּמְצָא כְחַיִל הָעַמִּים.i. fortitudinem populorum, vt D.Hierony.vertit, significat etiam exercitum, & murum, & antemurale: Lxx pro exercitu accepere, & reddidisse videntur, exercitus populorum: & oratorio more, pro omnibus exercitibus populorum acD
cepisse: edidere enim, orbem totum comprehendam manu vt nidum, exercitus populorum, videlicet, interpretati.i.orbem totum: dixi enim Lxx viros, non esse tam tralatores quàm interpretes & commentarios, quo magis necessaria fuit D. Hier. tralatio, magisq; D.Hieron. sua tralatione rem Christianam iuuit. Meliùs tamen Lxx de nobis sunt meriti, quòd non eo tempore ad verbum reddidere scripturam, sed sacros eruere sensus. Frequentissimè enim CCC. ante annis & eo plus, euangelica & apostolica verba repręsentant, & catholicæ fidei veritatẽ: vnde hic locus non abhorret, cùm principem huius mundi, quem magnum intellectum appellant, describunt, vt suprà diximus, & subuertunt eam sententiam, quæ ad Sennacheribum hæc refert. Nam qui potuit ad Senacheribum referri? vt enim omittam, quæ suprà dicta sunt, quomodo Dominus impleuerat omnia, quæ erat facturus in monte Sion temporibus Senacheribi? non reliqua erat omnis œconomia redemptionis? non reliquæ erant omnes prædictiones prophetarum? Quæ circa hanc rem, aiunt, erat facturus, sic omnia licebit interpretari, vt libitum erit. Et sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui. Lxx hæc ad verbum versa à D.Hieron. ex Hebræa lectione breui oratione expressere, Et

Lxx virl, commentarij potiùs quàm interpretes, refellunt Iudæos.

Princeps huius mundi declaratur à Lxx viris.

Refellitur sentẽtia Iudæorũ, qui hæc referunt ad Assyrios ab ipso propheta & à Lxx viris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam oua derelicta tollam,orbē totum scilicet,de quo sermo erat. Nam ex hoc loco,sic A vniuersam terram ego congregabo, suprà,exercitus populorum,vt dixi, sunt interpretati.i. omneis exercitus,orbem totum.Et non fuit qui moueret pennam, & aperiret os,& ganniret, Pro,moueret pennam,Lxx dixere,qui fugerit me,aut contradixerit mihi,hoc est,quod suprà notaui Lxx viros partem allegoriæ interpretari, vndè reliquæ allegoriæ nobis notescerent sensus,vt pro,Moueret pennam,ducta metaphora à nido auicularum,dixere.i.qui fugeret me aut contradiceret mihi,& est illud quod vehementer laudat in prophetis D.August.cum tro picis loquutionibus,vt ille ait,miscetur veritas, vndè aperitur sensus totius tropicæ locutionis,quam putat August.esse laudem prophetarum:& est quidem sæpè sed frequētissime Lxx virorum,qui enodato,& enucleato veluti ad lucem euangelij verbo vno, toti allegoriæ lucē adferunt, & veluti quandam facem prælucent,in his exemplis notioribus,& facilimis,& hęc libuit dicere,quod, vt inquit Quintil. vtendum est his exemplis, quæ sunt audienti magis familiaria.Quod apud Hieronymum est, ganniret, nescio an vitio librarij positum sit pro garriret, Sic enim est Hebraicè,& sic redditum est à Lxx viris:& si vere scripsit D.Hier. ganniret, B posuit pro garriret,vt perstaret in auicularum metaphora.

Lxx viri commentarij & allegoriæ mi scent veritatem, & cur?

D. HIERONYMVS.

Nūquid gloriabitur securis cōtra eū qui secat in ea? aut exaltabitur serra cōtra eū a quo trahitur? quomodo si eleuetur virga cōtra leuantē se, aut exaltetur baculus qui vtique lignum est?

LXX VIRI

Nunquid gloriabitur securis sine incidente cum ea, aut exaltabitur serra sine trahente eam? similiter si quis leuauerit virgam, vel lignū: exaltabitur lignum.

VEteres patres, qui superiora ad Sathanam retulere,vt supra diximus,alij Domini responsionem esse putant,ex illo loco: commouebo,vel persuadebo,ciuitates habitatas,alij vero ex hoc loco,Nūquid gloriabitur securis? Verba ergo sunt Domini respondentis ad superbissimū principē tenebrarum quomodo(inquit)securis gloriari potest sine manu secātis? qua C si dicat,istam omnem dæmonis potentiam tribuendam esse creatori,& primo mouenti,principem tenebrarum ministrum esse diuinę iustitię, velut serram artificis: THEODOR.Nescit (inquit)quod meus est minister,& à me accipit hanc potestatem. Quod D.Hieron.vertit cōvenienterHebraæ lectioni contra eum,Lxx perspicuitatis causa dicunt:sine eo,& cōtra eleuātem, sine eleuante, quod instrumētum sine mouente nihil habeat virium,tantum abest vt contra artificem consurgere possit. Quod vertit D.Hieron. quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se Hebraicè est: quomodo si eleuetur virga eleuantem se: & D.Hieron.subaudiunt contra per zeugma à superiori, vel את articulum accusatiui, vertit cōtra,potest,tamen lectio Hebræa verti:quomodo si eleuetur virga,& alleuans eam? nam את articulus quoque est casus nominandi,& sic geminabitur eadem sententia,& repetetur tertio:sicut alleuans baculum,nō lignum, & hic subaudiuere Lxx exaltabitur, vt sit sensus: sicut alleuans virgam. i. sicut si quis virgam alleuet,& alleuans eam.i.si quis eam alleuet,& sicut alleuans baculum.i.si quis baculū alleuet,lignum non gloriabitur quod ipsum scilicet non alleuat se,sed ab alio alleuatur: Videtur ergo Lxx intellexisse esse articulum trimembrem,quem rhetores appellant,cum eadē sen D tentia ter repetitur, sicut siquis virgam intentet, & sit attollens eā, sicut si quis sit qui baculum attollat, aut alleuet,lignum non gloriabitur.

D. HIERONYMVS.

Propter hoc mittet dominator Dominus exercituū in pinguibus eius tenuitatē, et subtus gloriā eius succēsa ardebit quasi combustio ignis.

LXX VIRI.

Sed mittet Dominus Sabaoth in tuum honorem ignominiam,& in tuam gloriam ignem ardentem incendet.

OStendi supra hæc non posse referri ad Senacheribum, quanquam D. Hieron. sententiā Hebræorum referat:sed ad Sathanam, vt interpretātur Hilarius,& Euseb. & alij patres & cum de Sathana vsque adhuc sermo fuerit, ait Dominus missurum se illum in stagnum sulphuris

A phuris,& ignis:& hoc significare videtur verba illa, Propter hoc mittet Dominus exercituū in pinguibus eius tenuitatem. i. in potentiam illius extenuationem: namque iudicij die victus mittetur in stagnum ignis, & nihil poterit tunc Sathanas quod Lxx dixere:mittet in tuū honorem ignominiam (reddūt enim sensum non verba).i. vt qui nunc princeps tenebrarum sis,& te pro deo iubeas adorari ignominiosē iaceas reuinctus in sulphuris stagno ardētis. Sub tuā gloriam eius succensa ardebit combustio ignis.i.sub eo flagrabit ardens ignis quo combu retur, quod significantius dicitur Hebraicè תחת כבודו יקד pro gloria: יקד ardebit ardendo: כְּקוֹד אֵשׁ sicut ardor ignis: Hæc ergo tota oratio, pro gloria ardebit ardēdo, sicut ardor ignis, quilibet diiudicare potest cui magis cōueniat Senacheribo an Sathanæ, nam quod Iudæa auīt ignī arsisse Senacheribi exercitum, commentum illorū est,si enim hoc ita esset, mentio quoq; eius rei in scriptura fuisset, quid Lxx virorum tralatio non hoc quoque præfert? ἀντὶ τῆς δόξης αὐτῆς καυθήσεται καθάπερ καῦμα πυρός. aduersus tuam gloriam ignis ardens accēdetur,quasi scriptura dicat,O Sathan pro hac gloria & superbia, qua te iactas tam arroganter, in fortitudine faciam & sapientia intellectus auferam terminos gentium, & fortitudinem eorum depascar & orbem totum B comprehendam pugno, tāquam nidum ardebis ardendo sicut ardor ignis, vel vt Lxx dixere ignis aduersus iactantiam hāc tuam accendetur. Spectat ergo hic locus ad stagnum ignis Apocalypsis in quod conijciendus est Sathanas reuinctus de quo AVGVS. de ciuitate Dei li.20. cap.14.

D. HIERONYMVS

Et erit lumē Israel in ignē & sanctus eius in flammā & succendetur et deuorabit spinas eius & vepres in die vna.

LXX VIRI.

Et erit lumen Israel in ignem & sanctificabit eam in igne ardēti, comedet sicut fœnum syluam.

EVSEB.Cęsarienſis lib.2.cap.40:hæc refert ad vltimam Iudææ vastitatem à Romanis post crucem Domini inuectā quo aperte etiam.Lxx viri referre videntur. Ergo interiecta parenthesi de principe tenebrarum de quo Christus in cruce triumphauit, vt ipse dixerat,Prin C ceps huius mūdi ejicietur foras,redit propheta ad vastitatem Iudææ,de qua agebat.Lumen Israel .i.gloria illa Israel qua populus Dei dicebatur & illustris erat, erit in ignem .i. considebit in medios ignes,illa inclyta olim Iudæa conflagrabit incendio. Quanto hoc magis congruit quam vt Hebræi interpretantur lumen Israel.i.angelus quis vnquam lumen Israel, pro angelo dictum vidit? Deinde, Erit in ignem. i.comburet,omnia sunt violenta: Nam nec angelus comburet,nec,Erit in igne,significat comburere.Postea,Sanctus eius in flammam.i. populus Iudæorum qui olim erat sanctus populus Domini, in flammam.i.concidet in medias flammas Hebraicè est קדושׁו .i.sanctus eius vt vertit Diuus Hieron.Lxx viri sine medio,γ,legisse videntur קדשׁו sanctificabit eum.s.Israelem:reddidere enim, Et sanctificabit eam in igne ardenti.i.consumet eam terram Iudææ in igni ardenti: Nam R. Abraham est author hoc verbum קדישׁ in bonam partem accipi & in malam, Lxx viri ergo ne referri posset ad Senacheribū aut ad Assyrios, sanctificabit eam, edidere.i.incēdet eam terram .s.Iudææ ardenti igne vel flamma ignis. AVGVS.quæstionum super Numer. lib.4.cap.3.sanctificare pro castigare dictum ait,quod pœna irrogata alijs alios sanctificet,& timere Deum faciat: verba August sunt. Notandum nouo modo dictū,sanctificata pœna eorum,à quibus hoc peccatum fuerat perpetratum,quia per eos exemplum datum est cæteris,quę timerent. Et succendetur, & deuorabitur spina eius, & vepres eius.i.omnis populus infidelis prouinciæ Iudææ ardebit velut spina,& vepres(nam spinam & vepres appellari infideleis,& perfidos Iudæos dicendum est infra in cap. 27.latius)& dicta esse die vna Hierosolyma arsura & clarius est quam vt sępius dicendum sit, & dicitur pro tempore breuissimo quo conflagrauit vrbs Hierosolyma,& templum,vel quo vniuersa Iudæa conflagrauit sub Adriano, vt leges apud Dionem in vita Adriani. Hoc Lxx qui sensa exprimūt dixere:Comedet sicut fœnū syluā in die illa,& deest ex lectione Hebræa verbū,ardebit,quod reponendū est & legendū, ardebit & comedet sicut fœnū syluam, vt sit ardebit vniuersa Iudæa,vel incendet supple ignis,vniuersam Iudæam, & comedet syluam. i. mōteis,vt supra dictū est,in fine capitis superioris proximi,sicut comedit ignis fœnū,tā facilè comedet syluas omneis,& cōflagrabūt omnes Iudęę vrbes:& syluę oēs: videtur enim feciſſe paraphrasim Lxx ex illo loco.cap. prędēdis, Vt gramen aridum deuorabitur ab igni.

Diuus

D. HIERONYMVS.

Et gloria saltus eius, & Carmeli eius, ab anima vsque ad carnẽ cõsumetur.

LXX VIRI.

Extiguentur mõtes & colles & saltus, & deuorabitur ab anima vsque ad carnes.

VEl hic solus locus refellit Iudęorũ sententiam de decem tribubus & de Senacheribo. Nam facile subuertitur quod aiunt Iudęi de huius loci sensu. Aiunt enim sensum esse, quomodo saltus & Carmelus supposito igne crematur, sic ab anima vsque ad carnem Assyrij gloria consumetur. Nihil horũ ait propheta qui aperte dicit, gloriam saltus & gloriam Carmeli consumendam. Quid prophetę dicta iuuat inuertere? nihil hic de supposito igne, nulla comparationis aut similitudinis mẽtio. Quod si ad comparationem verba prophetæ inuita rapias, bella ne videbitur comparatio, si dicas, ardebunt Assyrij sicut ardent saltus & sicut ardet Carmelus? ita ne montes ardẽt? & syluæ ardent? an niuibus rigent? & torpent gelu? Si diceret propheta sicut ardet Aetna, ferendum aliquo pacto esset. At ardebunt Assyrij sicut montes & saltus, ridiculum est. Supposito igni, aiunt, bene est, non satis erat quæ nihil minus sunt, quam similitudo, facere similitudinem, nisi addas quoque integram orationem præterea. Ad hoc exemplum faciet Hebræus interpres, vt quæ volet dicat omnia propheta, quid enim facilius? si quæ voles omnia inuertas, & subaudias? Si verba prophetæ sola relinquas, & quæ plane sonẽt, audias, intelligas sane interpretationem EVSEB. Cæsariensis esse verisimam: qui cap. 40. libri 2. hæc de vastitate Iudææ post crucem Domini interpretatur: Gloria saltus .i. montis: consumetur. i. ardebit, non solũ enim deflagrare vrbes Iudææ, sed syluę quoque & montes & gloria Carmeli, deflagrabit. f. Ab anima vsque ad corpus, i. non solum igni extinguentur verum tanto igne deflagrabit vniuersa Iudæa, vt & corpora redigantur in fauillas, & hunc sensum Lxx viri docent esse huius loci qui lectionem Hebræam non reddũt ad verbum sed paraphrasi quadam exprimunt, & dixere, Montes, & colles, & saltus extinguentur, & deuorabuntur ab anima, vsque ad carneis. Arsuram aiũt Lxx viri vniuersam Iudæam, monteis, & colleis conflagraturos, & saltus omneis vt in fine cap. proximi prædictum à propheta est: & si euẽtus est optimus interpres scripturæ, quod aiũt omnes sancti, lege Dionem in vita Adriani, deflagrasse videbis vniuersas Iudææ vrbeis, vniuersos vicos, prouinciam vniuersam, vt hic prędictum ab Esaia est: ita proditum historia illic est, esse cõpletum. De Carmelo, quem montem deflagraturum ait propheta totum & omneis eius saltus, leges completum apud IOSEPH. lib. 3. cap. 4.

D. HIERONYMVS.

Et erit terrore profugus.

LXX VIRI.

Et erit fugiens, quasi fugiens à flamma ignis.

LXX viri perstant in sententia, quam semper præ se tulere toto hoc capite, vt hæc referant ad deflagrationem Iudææ. Lege quæ scripta sunt supra in illa verba in fine cap. superioris: Et erit populus quasi esca ignis. sic enim nunc: Erit fugiens, quasi fugiens à flamma ignis, qui enim ex incendio vniuersæ Iudææ euasere ex illa vastitate inuecta Iudææ sub Adriano, ex medijs flammis euasere, vt leges apud Dionẽ. Hoc ergo lectio Hebræa significat: Et erit tanquam fugiens, qui fugerit. i. qui euaserit erit tanquam fugiens ex incendio, de quo sermo erat, & ideo Lxx dixere, & erit fugiens quasi fugiens à flamma ardente, sunt enim magis commentarij quam tralatores Lxx viri. Tralatio D. Hieron. Et erit terrore profugus, supple, Israël. i. populus reliquus Israël, Erit profugus terrore metu tantę vastitatis, & incendij. Nescio cur Vatablum & Pagninum iuuet potius sequi Iudæos quam nostros, cùm נוס fugere significet eaque huius verbi sit notissima significatio. Interpretatur hunc locum EVSEB. Cæsariensis lib. 2. demonstrationis euangelicæ cap. 40.

Lxx, commẽtarij potius ij interpretes.

D. HIERONYMVS.

Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabũtur, et puer scribet eos.

LXX VIRI

Et relicti eorum numerus erũt, & puer paruus scribet eos.

PErgunt Lxx seniores hęc ad Christi tępora referre, & ad reliquias quæ saluæ factæ sunt. Quòd ergo D. Hieron. conuenienter lectioni Hebrææ dixit, Et reliquię ligni

scribet eos puer & erunt numerus syluæ eius ligni reliquiæ Et

וְיֶתֶר עֲצִי יַעְרוֹ מִסְפָּר יִהְיוּ וְנַעַר יִכְתְּבֵם

A ligni saltus eius, interpretantur velut paraphrasi quadam, relicti eorum, vel, ex ipsis, quasi explanent, quod supra dictum est, extinguẽdos monteis & colleis, & saltus, de Iudæis esse intelligendum, delendos primarios, & principes omneis Iudæorum, & primarias vrbes, & principes totius Iudææ, quod hic mos est prophetarum Libanum montem, & alios monteis pro Hierosolymis ponere, & arbores pro ciuibus, vt apud Zachariam: Aperi Libane, vlula abies: sic nunc reliquiæ ligni saltus. i. reliquiæ lignorum, vel arborum, quod frequentissima apud Hebræos est hæc numerorũ libertas. Reliquiæ ergo lignorum vel arborum. i. Iudæorum saltus .i. syluarum, vrbium. i. relicti ex ipsis Iudęis præ paucitate numerabuntur, Hebraicè est, numerus erunt, vt vertere Lxx viri. D. Hieron. sententiam expressit, quasi diceret: numerus erunt. i. præ paucitate numerabuntur .i. residui pauci erunt. Lege AVGVS. in psalmum 94. in illa verba. Quoniã ipsius est mare, & ipse fecit illud, vnde intelliges cur reliquię quę saluæ factæ sunt modo multę sunt dictæ, modo paucæ, paucæ inquit, si conferas cum multitudine eorum qui perfidi fuerũt, quos Dominus affecit pœna merita: multi verò, quod re vera fuere multi, cum vel die vna quinque millia crediderint. EVSEB. lib. 2. cap. 40. residui (inquit) ex illa vastitate Iudææ inuecta à Romanis post crucem Domini, erunt numerus. i. numero comprehendentur, hoc est: pauci erunt, & puer paruus hic qui natus est nobis scribet eos (scilicet in libro viuentium) tollunt quidam cachinos si quid ad hoc exemplum interpretere, tanquam scriptura res gestas alicuius imperij sit complexa, quæ humi repant, nec latum digitum se humo attollant. Nepue illud rationis habent, scripturam sacram diuinas res cõtinere, sub typis quidem rerum terrenarum plærunque, plærunque tamen planè & apertè sine vllis typis, ne mirentur quod res præferat diuinas. néue negent sensum literalem esse, quoties sic explanantur scripturæ, & verba ipsa, illum ipsum sensum sonant. D. BASIL. quanquam etiam vlque adhuc Hebrẽos fugerat secutus, veteres hunc sequitur & puerum intelligit sacerdotem, vt suprà sumus interpretati: & explanat hoc de confessione auriculari. Lege Eusebium qui hæc multis verbis explanat.

Lxx viri, sunt commentarij.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa, non adijciet residuũ Israël.

LXX VIRI.

Et erit in die illa, non amplius adijcietur residuum Israël.

QVod D. Hieron. reddidit, Non adijciet: Lxx viri reddidere, Non adijcietur: vertere enim οὐκ ἔτι προσθήσεται. i. non amplius adijcietur: sensu quodã admirabili. i. in die illa, reliquiæ quæ saluæ factæ sunt, non se adijcient Iudæis, nã Israël casu dandi est: non se adijcient Israëli, apostoli & fideles, non se adijcient Iudęis. Quis enim non videat apostolos & euangelistas à via Iudæorum discessisse? Ergo Lxx verbum Hebræum יסיף .i. adijciet. legisse videntur passiuè, adijcietur: vertere enim προσθήσεται, quod passiuum verbum est. EVSEB. lib. 2. cap. 40. vbi hæc explanat, actiuè accipit, quòd passiua pro actiuis ponantur aliquandò, & quòd videbat Symmachum & Aquilam vertisse actiuè, quos ille consulebat, & cum quibus tralationẽ Lxx virorum conferebat. Tamẽ Lxx passiuè hoc vertere, siue quod duplex hoc loco lectio erat, vt suprà dictũ est, multis esse locis: & Lxx viri passiuam agnoscant lectionem, siue quod interpretantur, Non adijciet residuum Israël. i. residuum non adijciet se Israëli, subaudito pronomine, se: discessit enim populus fidelium à synagoga Iudæorum: & sic enodari potest tralatio D. Hieron. In illa die residuum. i. reliquię non adijciet. i. non adijciẽt, subaudi, se Israël. i. Israëli. Aliter tamen hæc explanat Eusebius loco citato. Sententia Euseb. conuenit tralationi D. Hieron. quæ explanabitur proximo cõmentario. Et diximus ex D. Hieron. & R. Kimhi, posse nos mutatis punctis, verba Hebræa actiuè vel passiuè, pro ratione sententiæ, explicare.

D. HIERONYMVS.

Et hi qui fugerint de domo Iacob, inniti super eo qui percutit eos, sed innitetur super Dominum sanctum Israël in veritate.

LXX VIRI.

Et hi qui saluati fuerint de Iacob, non ampliùs cõfidentes erũt super iniuriãtes eos, sed erũt confidentes super Deũ sanctũ Israël in veritate.

EVSEB. lib. 2. cap. 40. Reliquiæ, inquit, quæ saluæ factæ sunt ex populo Iudæorum, non adijcient, vt fidant regibus terrenis, sed potiùs Deo. Quando quæso hoc factum est, nisi post crucem Domini? nam non modò post captiuitatem decem tribuum, sed etiã post captiuitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tinitatem Babylonicã, reperies Iudæos, & qui reliqui fuere ex decem tribubus, coniunxisse fœdera cum Babylonijs, & cum AEgyptijs, & cum Romanis, vt leges apud Iosephũ, quod tã longe petere testimonia piget: ex Euangelio liquet vbi clamant Iudęi, Non habemus regem nisi Cęsarem, falsa erit igitur prophetia, si non interpretere de tęporibus euãgelicis. Nõ enim dicetur vere non adijciet domus Iacob inniti super eo qui percutit eos, nam palam innitebatur super Romanis, qui illos subiugauerant. Sub Ezechia rege (aiũt) hoc factum est, res magna Iudæos per decennium coluisse religionem, res tam tenuis vaticinio tanti prophetæ digna erat? Nec quod per aliquot dies Iudæi non fecerint fœdera cum regibus infidelibus, continuo vere dicetur non adijcient Iudæi facere fœdera cum infidelibus nationibus, qui eos bello persequuntur'. D. Hieron. superiorę orationem, & hanc, fecit vnius sententiæ, Non adijciet residuum Israel, & hi qui fugerint inniti, &c. Lxx viri duas fecere orationes, reliquiæ non adijcientur Israeli secundum carnem. i. relinquent cerimonias veteris legis quia lex & prophetæ vsque ad Ioannem, & rursum repetita negatione quæ à principio est & hi qui saluati fuerint non confident nationibus infidelibus. Lege Euseb. qui multa in hunc locum dicit mirabiliter. B

Refellitur Iudæi.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquã Iacob ad Deum fortem.	Et erit residuum Iacob super Deũ fortem.

AIt D. Hieron. quosdam ex nostris admonitos hac repetitione, putasse filium Esaiæ Searlasub qui cum propheta Esaia prodijt obuiam regi Achaz, typum huius rei fuisse, quæ de re dictum est in principium capitis. 7. quod miror. D. Hiero. sic dubitanter dixisse. Quid enim vulgatius quam prophetas, multa prophetasse factis, cùm in sacris litęris vt ipse D. docet vel in tenui verbo ingens lateat mysterium? quod ait etiam CHRYSOS. in primum caput Geneseos homilia 3. & in caput 5. Geneseos idem CHRYS. homilia 21. doceat non simpliciter accipienda quæ in scriptura sunt, afflatu spiritus sancti scripta esse omnia, singula incredibiles habere diuitias. Videmus vbicunque in Esaia de reliquijs quæ saluæ factæ sunt, mętio est, Hebraicè esse, Sear Iasub. i. reliquiæ conuertentur, & Esaiam sonare Latine, Iesus Deus, & iube ri à Domino prodire obuiam regi impio Achaz, ad aquæ ductum piscinæ superioris, cum filio nomine Seariasub. Quæ reliqua igitur dubitatio hic est significari aliquid quod Iesus Deus prodijt obuiã cum reliquijs conuersis, regi impio Iudæorum Achaz, ad fontem? qua de re suprà dictum est. Iam D. Basilius qui vsque adhuc sententiam Hebręorum fuerat secutus hęc aut perspicuè referri ad illud Pauli, reliquiæ quæ secundum electionem saluæ factæ sunt. Ergo si hæc ad tempora Christi referuntur, superiora bella descripta quorum hæ sunt reliquiæ non ad Assyrios sed ad tempora Christi referantur necesse est. Ille ergo filius Esaiæ, cui nomen Seariasub. i. reliquiæ conuertentur, qui typus erat reliquiarum quæ saluæ factę sunt, de quo dictũ est in principium cap. 7. huius vaticinij typus erat, nam quod illic typo prædictum est hic explicatur, nunc enim dicitur apertè Seriasub. i. residuum conuertetur, residuum inquam ex vastitate descripta. Et subiungitur ad quê sit cõuertendũ residuũ, & quod puer ille, qui natus est nobis appellatus est cap. 9. elghibor. i. Deus fortis, nunc residuũ conuertendũ cõfisurum dicitur super elghibor. i. super illũ puerũ qui est appellatus, elghibor. i. Deus fortis. i. super Christũ sic explanat EVSEB. Cæsariensis lib. 2. cap. 40. aliter suprà explanarat, sed hoc magis placet. D

Aug. cõtra Adimãtum li. 1. c. 28. & contra Faustũ lib. 12. c. 7.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Si enim fuerit populꝰ tuus Israël quasi arena maris reliquiæ cõuertẽtur ex eo.	Si fuerit populus. Israël sicut arena maris reliquiæ eorum saluabũtur.

DIuus Paulus ad Romanos 9. citat hunc locum, & explanat, si nihil aliud esset, vel hic solus locus Iudæorum sententiam refelleret: reliquias enim has apostolos, & fideles appellat, quòd soli ex illa vastitate, qua Deus infideles Iudæos aut perdidit fame, peste, ferro, incendio, bello, aut expulit vrbibus Iudęæ, salui facti sunt. Ergo si hæ reliquiæ referuntur ad tempora Euangelica vastitas Iudæorum temporis euangelici erit, neque iuuerit dicere, quod mentio facta est reliquiarum decem tribuum, prophetam vaticinatum de reliquijs quæ saluę factæ sunt. Nam certè Iudęi, qui has reliquias ad Assyria bella referunt, non male videbuntur inter-

A interpretari, si illis largiremur prophetam hoc cap. vaticinatum esse de bello Assyrio, & cuilibet arbitro fortasse probarẽt suam caussam nisi Paulus esset interpretatus. Nam si de bello Assyrio prædictum est, reliquiæ illius belli viderentur esse intelligendæ, intelligit Paulus reliquias vastitatis quæ inuecta est vrbibus Iudęę temporibus euangelicis: vastitas ergo quæ inuecta est Iudææ temporibus Euangelicis descripta est vsque adhuc. D. Paulus citat hunc locum iuxta interpretationem Lxx virorum, & notandum est, hunc locum esse ex illorum numero, quæ Lxx non vertunt ad verbum, sententiam expressisse contenti, & tamen citatur à D. Paulo ad Hebræos 9. quod tamen Lxx dixere, si fuerit populus Israël, significantius, & plane magis dixit D. Paulus: Si fuerit numerus filiorum Israel, quod solent apostoli, & Euangelistæ explicare verba scripturæ. EVSEB. lib. 2. demonst. Euãgel. cap. 40. duo promissa Dei inquit ad Abraham extant, quod erunt eius posteri, vt stellæ cœli, & quod erunt vt arena maris: stellis cœli comparati sunt prophetæ, apostoli, fideles, de quibus Dominus: Vos estis lux mũdi: terrigenę, i. proni in res caduca s, arenæ maris comparantur quod prorsus terrena, & humilia spectent, rerum cœlestium expertes, quæ multitudo describitur peritura. Idem ait ORIG. in cap. 9. Pauli ad Rom. Eòdem verba D. Hieron. spectant, Chrysostomi, Theophylacti, Ambrosij & D. AVGVS. de ciuitate Dei lib. 18. cap. 46. & quæstionũ super Genesim lib. 1. quæst. 148. B

Lxx virict tantur à D. Paulo, etiã cùm nõ reddũt ad verbũ lectionẽ Hebræam.

D. HIERONYMS.	LXX VIRI.
Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam.	Verbum consummans, & abbreuians in iustitia.

PAulus quoque hęc de temporibus Euangelicis interpretatur, & de reliquijs quæ saluę factæ sunt, quod certè non liceret, si propheta Assyria bella tractasset hoc cap. Nam quod aiunt, habita mentione reliquiarum decem tribuum, transijsse prophetam ad alias reliquias, meâ quidẽ sententia, magnò cachino prosequerentur Iudęi, si illis largiremur quod veteres non largiuntur, vt ostẽdi, superiora omnia belli Assyrij fuisse prædictiones. Lxx viri hunc locum non vertunt ad verbum, sed sensum exprimunt, & tamẽ D. Paulus ad Rom. 9. iuxta tralationem Lxx virorum hunc locum citat, & est ex eorum numero, quæ apostoli citant etiam cum non sint ad verbum reddita à Lxx viris, quam controuersiam inter Augustin. & Hieron. fuisse diximus. PROC. consummans, inquit, complens Christus verbum, & prædictiones prophetarum: impleuit enim Dominus prophetias, & legem, & breuians ipsum, subaudi verbum prophetarum, & legis prolixitatem, quod ad compendium redegit legẽ, & prophetas, dicens ex duobus mandatis pendere legem, & prophetas, & vno præcepto legis naturalis, concludens omnia præcepta legis. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, eadem vos facite ipsis: in iustitia, ad iustificandos homines. CYRIL. Lex, inquit, Mosis, longa circuitione vtitur, & multis ambagibus, ænigmatis, vmbris, typis, euangelicus sermo breuis concisus. EVSEB. Hæc, quæ dixerat, inquit, de vastitate Iudææ his verbis docet complenda, quando ipse Dominus impleuerit omnia, quæ sunt prædicta in lege veteri, & breuians legis veteris præcepta, sermonem fecerit breuem. Quibus verbis perspicuè euangelij prædicatio præsignificatur, breuis enim sermo euangelij est, omnia quæ in veteri lege sunt breui sermone complexus. AVGVS. tom. 4. ad Simplicianum lib. 1. quæst. 2. Verbum consummans, & breuians. i. compendio fidei saluos faciens credentes, non perinnumerabileis obseruationes, quibus illa gens fuit onerata. Et tom. 9. de disciplina Christiana, lib. 1. Verbum consummans, & breuians, quia consummauit euangelium, & breuiauit, & voluit apertũ esse & breue, breue ne nõ vacaret legere: apertum, ne non liceret intelligere. Et tom. 10. serm. de Epiphania, Consummauit verbum, duobus præceptis dilectionis: breuiauit legem, & prophetas, euangelio. D. CYPR. in expositione symboli: Breuians, redigens in breuitatem euangelij. Tralatio D. Hieron. sic explanabitur: Consummatio. i. perfectio legis, abbreuiata. i. redacta in breue euangelij compendium, inũdabit. i. plenam reddet iustitiam, hoc est, iustificabit credentes, & gratia Spiritus sancti complebit, vt sit sensus, Vastabitur Iudæa, & reliquiæ saluæ fient, quando redigetur in compendium lex vetus, & prędicabitur euangelium, & lex noua, quę est lex gratiæ.

Lxx viri ei tantur à D. Paulo, etiã cùm nõ reddũt ad verbum scripturam.

Non temerè visus sum mihi tundere, cùm semel dixisse, fuisset satis, cùm refellebã sententiam Hebræorum, quam plerique ex nostris sequuntur, qua putabant hoc capite captiuitatẽ decem tribuum prędici, & bella Assyria, quod dicebam, si hoc Iudęis largiremur, nisi hæc D. Paulus esset interpretatus facilè Iudæos, cuilibet arbitro probaturos suam sententiam, hæc de

Assyrijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assyrijs esse dicta,& nō de temporibus euangelij. Nā ecce postquam interpretatus est D. Paulus & omnes sancti hunc locum de euangelio, audent Vatablus & Pagninus & alij, sua tralatione hæc, ad vastitatem Assyriorum referre, & aliter interpretari quàm D. Paulus, & omnes sancti patres. Refellenda tamen Iudæorum sententia est, ne ea occasione quidam ruant ad Iudaismum, & quidam audeant contra D. Paulum scripturam interpretari, qua de re paulò pòst dicendum erit latiùs.

Defendun tur Origenes & Ambros. aduersus Erasmū

Erasmus, nescio cur suspectos faciat Orig. & Ambros. quasi in hoc loco Pauli ignorauerint ita dictum esse, Verbum consummans, vt consummans nominandi casu esset, verbum verò casu accusandi, vt esset sensus: Dominus consummaturus est, & breuiaturus verbum. i. sermonē euangelicum, cùm nulla aut in Ambros. aut in Orig. sit talis suspicio, nam AMBR. interpretās hunc locum Pauli inquit: Saluari reliquias promittit per verbum quod iustè definiens abbreuiabit Dominus super terram. In præfatione verò in epist. Pauli ad Galat. Verbum consummans, intellexit, vt esset, consummans. i. finiens: verbum. i. legem. Subijcit enim: Si hæc intelligerent Iudæi, à lege recederent, scientes, à prædicatione Ioannis Baptistæ legem cessare, vt sola fides, quę ex dilectione operatur, sufficiat ad salutē, abbreuiata ex lege: quo loco sic intellexit hęc verba Ambr. consummans sermonē siue verbū, finem imponens sermoni siue legi: & breuians, redigens in breuitatē euangelij, vt TERTVL. etiam aduers. Marc. li. 4. Verbū, Consummans (inquit) præceptorū fecit grande compendium. & ORIG. in hunc locum, Verbum breuiatū (inquit) faciet Dns super terram: vbi planè scribit Orig. Dominus faciet verbū: quasi quicquā interfit vtrum dicas, Dns consummabit verbum, & breuiabit: an, Dns faciet verbum breuiatum, & consummatum, vt dictum est. AVGVST. magis erat accusandus, qui vtrunq; hoc, verbum consummans, non casu accusandi, vt putat Erasmus, sed nominādi casu esse censet, verbum consummans, & breuians. i. verbum quod consummatos facit, & compendio fidei saluos facit credentes. Et CYPR. aduersus Iudæos lib. 1. Verbum consummans, & breuians in iustitia', Christum esse putat. Et sermone. 6. de oratione Dominica, Verbum (inquit) consummans, & breuians, dominus noster Iesus Christus est, qui omnibus venit Dei sermo. Hos accusa Erasme, quòd vtrunque nominandi casu protulerint, non accusandi. Et ANACL. epistola. 2. decretal. tom. 1. Concil. hunc locum nouo quodam modo interpretatur, vt, Verbum breuiatum, pro, Christo incarnato accipiat, vbi non diminutio deitatis in Filio significetur, sed susceptæ carnis dispensatio, in qua dispensatione non solùm Patre, sed angelis etiam minoratum appellat. Sed caue, ne sanctis patribus cupiens illidere dentem offendas soldo. Nam hi patres ita interpretantur, vt D. Hieron. cuius tralatio tota nominandi casu est, Consummatio abbreuiata inundabit iustitiam. Sed vt hoc planum fiat, notandum est deesse in tralatione Lxx virorum, verbum vnum quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendumque, Verbum consummans, & breuians, exuberans iustitia. Hebraicè enim est שׁוֹטֵף, inundans, exuberans, vt sit. Verbum consummans, & abbreuiatum, exuberans iustitia: vndè intelliges, diuinitùs hunc locum explanatum ab August. & Cypriano, pro Christo, qui verbum patris est, consummans, & perficiens legem, & breuians eam: quia finis, & terminus legis est, & omnes solennitates, & ceremoniæ typi eius fuerint, vt Christus fuerit recapitulatio, quod inquit IREN. & abbreuiatus sermo omnium sacrificiorum, omnium ęceremoniarum, exuberans gratia. i. plenū gratiæ & veritatis: quæ eadem est interpretatio tralationis D. Hieron. Christus enim est consummatio legis abbreuiata, qui est terminus & veritas omnium figurarum veteris legis: inundabit iustitiam. i. plenus erit gratiæ, vt de plenitudine eius omnes accipiamus. Sed quęrendum videtur, cur D. Paulus hoc verbum non posuerit, cùm tantam habeat emphasim, Verbum consummans, & breuians iustitia exuberans. i. qui gratiam non accepit ad mensuram. Diximus suprà, apostolos & euangelistas, cùm citāt loca scripturę citare necessaria, omittere media (quod sæpè rependum est, & exemplis confirmandum) cùm duo sunt verba obscura, alterum vertere, alterum omittere, quòd ei loco de quo agitur non conueniret, & interpretari alibi. Hoc igitur verbum Hebræum, significat plenitudinem gratiæ Christi, de qua non agebatur hoc loco. Nam ita ferè citant apostoli loca scripturæ, vt ea interpretentur, sed de hac re, inquam, postea dicendum est latiùs.

Erasmi lapsus.

Cauillatur lectio Lxx virorum,

Dubium Mos Apostolorum.

Sed quid iuuat hoc, ecce è transuerso sese fert Vatablus, quasi dicens nihil tale significat, sed quod Dominus vult perdere Iudæos, idque iusto iudicio: accedit huic socius Pagninus, qui ad præscriptum R. Dauid in libro Radicum, hunc locum interpretatur, vt eius tralatio præferat sensum

A sensum Vatabli, vnde discès quod suprà pluribus dictum est, de his tralationibus quæ editæ dicuntur ad veritatē Hebraicā, hinc conijce ad quam veritatem sint editę, si Lxx nihil aliud cō moditatis nobis attulissent, quàm quòd tot sæculis ante rē gestam has dirimunt controuersias maximo in pretio erant habendi. En Vatable, & tu Pagnine, Lxxii Iudæi doctissimi, Iudæorū damnant interpretationem, & ne lapsos dicatis Lxxii doctissimos Iudæos, quòd Irenæus extremæ putat esse impudentiæ, D. Paulus tralationem Lxx probat: non conuenit hoc, inquiūt Iudæi, cum veritate Hebraica. Quando, si Deo placet, defendendus Paulus aduersus Iudæos בְּלָיָה, consummatio est, à verbo בָּלָה, consumino, perficio, & deficio, finio, vt nomen ab eo deductum, possis interpretari defectionem, vt referas ad defectionem & finem legis, vel perfectionem & consummationem, vt huc quoque referas, & benè ad vtrunque sancti patres videantur retulisse, quando verbum Græcum vtrunque significat. חָרוּץ, concisum, à verbo חָרַץ, quod multa significat concidere, nam Leuitic. 22. interpretantur hoc verbum ipsi Iudæi חָרוּץ concisum. & Ioēlis. 3. in valle הֲחָרוּץ. i. concisionis. Cur igitur si D. Paulus & Lxx viri sic vertunt, qui reddiderunt λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων. i. verbum consummans, & abbreuians, & breuiatum, quisquam id audeat demutare, & causetur non sic Hebraicè esse? non sic interpretantur Iudæi, fateor. Non sic est Hebraicè, vt interpretatur D. Paulus & Lxx viri, & D. Hieronymus, id verò pernego. Significat & hoc verbum postremum decernere, statuere, iudicare quæ omnia verba ad hanc interpretationem sanctorum pertrahi possunt: nam euangelium, est verbum consummans & perficiens, decretum & statutum à Domino, & datum Gentibus, & definitum, & determinatum. Hæc enim omnia significat hoc verbū חָרוּץ, quod sic omnia sunt decisa & determinata: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur, qui non crediderit condemnabitur. Significat etiam חָרוּץ, aurum, & murum, quòd auro pretiosius euangelium sit, & eo velut muro simus muniti inexpugnabili. Nam adhibendus est ille Canon scripturæ, cùm verbum plura significet, omnia illa voluisse significare Spiritum sanctum. שׁוֹטֵף, inundans & exuberans iustitia, vt sit, Verbum illud euangelicum perficiens omnia, & breuians, vel breuiatum, iustitia exuberans, &c. Quid hic ex lectione Hebræa, aut verbis apostolicis, aut sententiæ veterum patrum repugnat? vt hinc in Iudæorum colonias transeundum fuerit?

Tralationes quæ editæ dicuntur ad veritatem Hebraicam. Lxx viri Iudæos dānant. Paulus citat Lxx viros, & defenditur D. Paulus contra Iudæos

D. HIERONYMVS	LXX VIRI
Consummationem enim, et abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.	Quia verbum abbreuiatum dominator Dominus exercituum faciet in orbe terræ vniuerso.

SAEpè repetit IREN. apostolos & euangelistas, interpretationem scripturæ, ecclesiæ catholicæ reliquisse, quòd eam tradiderint episcopis & doctoribus ecclesię, quę per manus ad nos vsque descenderit: & opinor quòd ex singulis locis scripturæ quædam enodarint, vndè lux inferretur antecedentibus & consequentibus, & tota capita notescerent: quòd si non esset factum, Iudęi plærosque nostrum in sententiam pertraxissent suam, cùm ea quæ citat & explanat PAVL. audet aliter explanare VATAB. & PAGNI. quantuis eos frænauerit diui Hieronymi authoritas, his verbis de Paulo agens, & de interpretatione Pauli, qua hunc locum enucleat, Vbi tanti viri præcessit authoritas, cesset omnis alia interpretatio. Nihilo seciùs Iudæorum sententiam sequuntur relicto diuo Paulo: quid futurum putas, si diuus Paulus hæc non esset interpretatus? Diuus Paulus ergo citat hunc locum iuxta sententiam Lxx virorum, quod dictum est. Tantùm breuitatis causſa, pro, Dominus Deus exercitum, dixit diuus Paulus, Deus: pro, In orbe terræ vniuerso, dixit diuus Paulus, In terra: quod in re nota à Paulo factum optimè est: Lxx verò seniores, diuinitùs dixere ἐπὶ λόγῳ τῆς οἰκουμένης, id est, in vniuerso orbe terræ, vt subuerterent Iudæorum sententiam, qui hæc ad terram Iudææ referunt: quemadmodum etiam pro consummatione, & abbreuiatione quod D. Hier. conuenienter Hebraęe lectioni reddidit, ipsi vertere, Sermonem abbreuiatum, vel verbum abbreuiatum, ne Iudæi & Iudaizantes referrent ad vastitatem à Sennacheribo inuectam, quæ quanquam paraphrasim appelles, eam tamen citat D. Paulus, & eò referendā docet quò retulere Lxx. Hunc locū sic explanat TERT. aduersus Marc. lib. 4. in princip. Quoniam decisum sermonem faciet Dns, vel verbum abbreuiatū. i. euangelium: compendiatū enim & nouum testamētum, & legis lacinijs oneribus expeditum. EVS. demonst. euang. li. 2.

Explanatio scripturæ tradita ecclesiæ ab apostolis.

Lxx viri paraphrasim huius loci faciūt, et non tralationem, & tamē citantur à diuo Paulo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap.40.Manifestè euangelij prædicationem his verbis repræsentat, quod euangelium legis Mosaicæ, quæ in figuris, & typis, & corporalibus cæremonijs erat, compendium est: breue enim compendium legis Mosaicæ, euangelicus sermo est, per omnes nationes promulgatus. CYRIL. Lex Mosis per longas ambages, per ænigmata, & vmbras. Salubris sermo euangelicus breuis est, & concisus, nudam veritatem præferens. AMBR. in lib. de Thobia cap.20. Verbum, inquit, consummans, & abbreuians faciet Dominus super terram, hoc est, faciet, vt ex multis ratiocinijs veteris legis abbreuiata tibi summa conueniat, nam ex multis iudæorum dispensationibus, & ex multo illo ratiocinio peccatorum consummauit tandem, atque breuiauit, vt reliquiæ saluæ fierent. AVG. in euang. Ioannis, tract.16. in caput.5. in illa verba, Triginta & octo annos habebat in infirmitate: Venit, inquit, ipse Dominus charitatis doctor, charitate plenus, breuians, sicut de illo prædictum est, verbum super terram, & ostendit in duobus præceptis charitatis pendere legem, & prophetas: quo loco videtur August. hunc totum locum intellexisse, vt diximus suprà, cùm ostendi casu nominandi illa legisse, Verbũ consummans, & abbreuians, exuberans iustitia, quia verbum abbreuiatum dominator Dominus exercituum faciet in orbe terræ vniuerso: vt sit sensus, Verbum consummans. i. verbum patris implens legem, & prophetas, & breuians legem & prophetas, quòd ipsum verbum patris caro factum. i. ipse Christus veritas est omnium sacrificiorum veteris legis, & omnis prophetiæ, exuberans iustitia. i. plenus gratiæ, & veritatis, veniet, scilicet, & faciet verbum abbreuiatum toto vniuerso. i. dabit doctrinam euangelicam toti vniuerso. THEOD. Quòd enim lex multis mandatis, & sacrificijs, & victimis vtens non valuit præstare, hoc præstitit euangelicus sermo, breue exhibens pharmacum salutis, sacrosanctum baptisma. Ne tamen Varablus, & Pagninus aduersus D. Paulum, & D. Hieronymum, & Lxx seniores cauillari possint nihil tale Hebraicè esse, verba Hebræa sunt.

terræ omnis medio in faciet Sabaoth Deus dominus concisionem breuiationem perfectionem & consummationem Certè Quoniã

כִּי כְלָה וְנֶחֱרָצָה אֲדֹנָי יְהוִה צְבָאוֹת עֹשֶׂה בְּקֶרֶב כָּל הָאָרֶץ

Id est, Certè consummationem, & abbreuiationem dominus Deus sabaoth faciet in omni terra, id est, sermonem euangelicum, qui est consummatio, & abbreuiatio legis veteris, &c. At dices, Possunt aliter Hebræa verba explanari: quid ni? etiam in euangelio Ioannis, In principio erat verbum, verbum posses interpretari. i. prouerbium, quod verbum significat etiam prouerbium, & risus concitares aduersus te, & hæresim incurreres. Ad hoc Iudæorum exemplum omnia euangelia liceret inuertere, sed quòd Græcè, & Latinè scimus, non audet quisquam id facere. In veteri testamento Iudæi audent, quòd Hebraicè nescimus. Nostros ego vehementer miror sermonis Hebraici doctissimos, & pios etiam viros, qui hęc, tantùm abest vt intelligant, vt admirentur etiam.

D. HIERONYMVS.

Propter hoc hæc dicit dñs Deus exercituũ: Noli timere populus meus habitator Siõ ab Assur. In virga enim percutiet te, et baculũ suũ leuabit super te in via Ægypti. Adhuc enim paululũ, modicũq;, et cõsummabitur indignatio mea, et furor meus sup scelus eorum.

LXX VIRI.

Propter hoc hæc dicit dominus sabaoth, Ne timeas populus meus habitanteis in Sion ab Assyrijs, quia in virga percutiet te. Plagam enim inducet super te, vt videat viam Aegypti. Adhuc enim parum, & cessabit ira.

HOc est quod monui suprà ex Proc. & Hippolyto episcopo Romano in Danielẽ, & alijs sanctis patribus, prophetas solitos prędicere non longo post tẽpore futura, vt sibi prophetarũ nomen parerent, & vaticinijs de mysterijs Christi longo post tempore futuris, fidem conciliarent. Quo modo eñ prophetarũ scripta in precio haberẽtur, & summa seruarẽtur religione, si non eorum vaticinia rerũ cõprobasset euentus, in his quę vaticinabantur non longo post tẽpore futuris? Ideo ergo prædicebant futura, & sibi, & regnis finitimis: vt cùm completa viderent, Iudęi intelligerent vaticinia de Christo esse complenda, & prophetarũ scripta seruarent religiosissimè, quem morem seruasse Dominum ait CHRYS. qui hunc canonem scripturæ

pturæ præscribit, vt cùm duo prænunciantur à Domino ex vno statim completo, credatur reliquum futurum. Verba D. Chrysost. sunt in cap.3. Matth. homil.11. in illa verba: Paleas cõburet igni inextinguibili, Propterea, inquit, simul vtrũque dixit, vt ex hoc quod iam factum est, illud quod adhuc differatur, credamus futurũ. Nam ipse quoque Christus multis in locis hoc agit sæpè, vt duas prophetias pariter collocet, quarum vnam hic impleat, alteram spondeat in futuro, vt ex illa quæ impleta hic est, reliqua credatur implenda. Hoc factũ est hoc capite, prædicta est vastitas Iudææ post crucẽ Domini, & euangelij prædicatio, & prædictæ sunt reliquię saluæ futuræ. Hæc non erat populus Iudæorum creditурus, nisi signũ aliquod daret, & prædicere aliam prophetiam, cuius euentus præsens hæc confirmaret, & certissima faceret. Prædicit ergo exitium exercitus Sennacherib. qui vna nocte extinctus ab angelo est, vt tanto illo miraculo, mysterijs Christi, quæ prædixit, concilietur fides. Catholi

Ergò propter hoc. i. quia Christus est venturus, & facturus hoc, noli timere populus meus Assyrium Sennacheribum, nũc seruaberis quoad veniat Christus, & quoad œconomiam redemptionis peragat. in virga enim percutiet te, cùm vi capiet aliquot vrbeis Iudææ. Et baculum suũ leuabit super te, quod. Lxx interpretantur. i. plagam inducet super te, vi capiẽs aliquot vrbeis Iudææ. In via Aegypti, quod. Lxx interpretati sunt, vt videat viam Aegypti, vt petat Aegyptũ eundum enim erat in Aegyptum per mediam Iudæam. adhuc enim paululum, modicumque intra breue tẽpus. Consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum. i. delebo illos, deest verbum in tralatione. Lxx virorum, quod reponendum est ex lectione Hebręa legẽdumque, Adhuc enim parũ, & cessabit ira, & cõsumẽtur ipsi. Hebraicè enim est עַל תֻּבְלֵיהֶם quod D. Hieron. vertit, Super scelus eorum, quod reddere posses ad consummationem eorũ, natus בִּלָּה, inueterasco Latinè, & consumor, & sic Hebræi interpretantur ad consummationem eorum.

D. HIERONYMVS.

Et suscitabit super eũ Dñs exercituũ flagellũ iuxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Ægypti.

LXX VIRI.

Et suscitabit super eũ dñs Deus exercituũ, secundũ plagã Madian, in loco tribulationis, & furor eius in viam, quæ ad Aegyptum.

HIstoria Sennacherib. 4. li. Reg. est cap.18. &.19. &.2. Paralip. cap.32. & apud IOSEP. lib.10. Antiquit. cap.1. Neque scio, cur D. Hieron. in cap.37. huius prophetæ, interpretans illa verba, Reuersus autem Rapsaces: Herodotum dicat Sennacheribi scripsisse historiam, cum de Persis agat, & Persarum regibus, non de Assyrijs, & Assyriorum rege Sennacheribo. Iosephus, vt pluribus dictum est suprà in disputatione de interpretationibus, inuertit historias, & plurima mutat, dissentit in plærisque à literis sacris, quò infidelibus nationibus, penes quas orbis terrarum imperium erat, historiam suam faceret credibilem, quę si Nicephorus & alij quidam expendissent diligenter, & cum sacris litteris contulissent singula, nunquam profecto Iosephi fidem in historia scribẽda commendassent, cum fuerit in quibusdam mẽdacissimus, vt suprà in disputatione commonstrauimus. Ad exemplum multorum quæ illic citauimus, opinor hanc quoque inuertisse historiam. Nam ex cap:36. & ex hoc loco huius prophetæ intelligi potest Sennacheribum rectà petijsse Aegyptum, vt oppugnaret Aegyptum, & cùm indè rediret, cœpisse vrbeis Iudææ: & cùm obsideret Lachis vrbem, misisse Rapascé Hierosolyma, & posteà legatos alios ex Lobna. & cùm rectà pergeret Hierosolyma cum exercitu, captis Dvrbibus Iudææ procul Hierosolymis, vniuersus exercitus extinctus ab angelo est. Sic hęc intellexisse videntur Lxx, & describere videntur impetum regis Assyriorum, & expeditionem illam omnem aduersus Aegyptios, obiterque & in transitu, dum contendit magnis itineribus in Aegyptum, exterruisse volunt Iudææ vrbeis, dum redit ex Aegypto, volunt cœpisse vrbeis Iudææ, & cętera fecisse, vt dictum est. Ait ergo Dominus sic vincendos esse Assyrios, sine gladio, sine pugna, vt olim Madianitæ, nam ab angelo vna nocte vniuersus exercitus est interfectus. Quòd D Hieron. dixit, In petra Oreb. Lxx. reddidere, In loco tribulationis, quòd Madianitæ non occisi fuere in petra Oreb. sed Oreb Madianitarum rex est: & Oreb caliginem, & noctem significat: nam, ן, litera sine varietate significationis, dictionibus Hebræis addi & detrahi solet. Ergo Lxx intelligunt, Dominum subuenturum Iudęis contra Assyrios, vt olim

Universidad de Deusto
Biblioteca

subuenit contrà Madianitas, cùm Iudæos vndique circunstaret pauor, & caligo, & tribulatio, A
qua de re lege in li. Iudicum cap. 7. &. cap. 8. D. Hier. Oreb posuit, quòd princeps Madianitarũ
erat Oreb, & Madianitæ occisi sunt procùl ab eo loco, quo fusi sunt in petra Oreb, vbi occisus
est Oreb, vt ex parte totum intelligatur. Quòd autem sequitur, Et virgam suam super mare: ita
interpretantur Lxx sua paraphrasi, vt impetum regis Sennacheribi significent esse aduersum
Aegyptios, ὁ ὁρμὴ ἀσεβοῦς τοῦ ἄρξαντος ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν κατ' ἐλεγμόν: quæ minus benè Latinè reddi
ta sunt: sic enim erant reddẽda, Ira eius aduersum viã maris, in viam aduersum Aegyptũ: & est
sensus, leuauit Assyrius virgam suam super mare. i. leuauit impetum suum super marẽ, in viam
quæ tendit in Aegyptum.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa, Auferetur onus de humero tuo, & iugũ eius de collo tuo, & cõputrescet iugum à facie olei.

LXX VIRI.

Et erit in die illa, Auferetur iugum eius à te, & corrumpetur iugum ab B
humeris vestris.

SIgnificat propheta, Assyrios nocte vna ab angelo esse delendos, & populum Iudæorum à
seruitute Assyriorum esse liberandum. Desideratur in lectione Lxx totum illud, Comp
trescet iugum à facie olei, quod est reponendum ex lectione Hebræa. pro, Computrescet iu-
gum à facie olei, habet Thargum, conterentur populi à facie Christi. i. quia Christus oriturus
est è gente Iudæorum, & promulgaturus euangelium Hierosolymis: populi, qui Hierosoly-
ma oppugnare volent propter Christum ibi promulgaturum euangelium, conterentur. A fa-
cie ergo olei. i. Christi, qui oleo exultationis est vnctus: & fons, & origo olei, ex quo tanquam
ex capite in membra defluit. Cõputrescet iugum. i. liberabitur Hierusalẽ iugo seruitutis, nũc
Assyriorum in typo & vmbra, posteà dæmonum in veritate. GREG. in. 29. cap. Iob, cap. 11. &
homil. 16. in euangelia, hunc locum explanat. C

D. HIERONYMVS.

Veniet in Aioth, transibit in Magron, apud Magmas cõmendabit vasa sua.

LXX VIRI.

Venit in ciuitatem Agai & transi-
bit in Maggedo, & in Magmas po-
net vasa sua.

D. Hieron. nos docet litteras & pũcta mutare Hebraice.

NOmina propria in lingua natiua, quam in peregrina, castigatiora esse verisimilius est.
Magron, tamen & Maggedon, legi posse puto vtroque modo, quod Magron præfert
vulgata lectio Maggedo vertere Lxx, & ך in ך facile mutatur, & puncta permutari, vulgatum
est. ¶ Et quod obstrepunt, quidam importunè, quod mutem literas, & puncta. D. Hieron. id fa
ciendum docet, qui in fine ca. 44. in illud. Qui dico Cyro, pastor meus es: reddens causam, cur
Lxx, dixerint, qui dico Cyro vt sapiat, ipse Hieron. qui dico Cyro, pastor meus es, permuta-
tione ך in ך factum esse dicit, & punctorum. Idem facit in illud cap. 3. Amos. Propterea hæc di
cit Dominus: & alibi centies. Maggedo mentio est. 4. reg. cap. 9. & Matth. ca. 15. in fine, vbi Mag D
gedan legitur, & Apocalyp. 16. vbi non puto esse nomen vrbis, sed allegoriam quandam, qua
significantur nomine ipso electi in resurrectione mortuorum. Nam Hermaggedo, legitur, &
Maggedo, vt docent Hebræi omne preciosum & opt. tam in fructibus, quàm in auro, & gem-
mis est: & Her. vigilans, vt opponitur mortuo, & illic videtur fieri mentio electorum, quorum
conuentus rectè appellatur Hermaggedo, resurgens preciositas, electio resurgentiũ. D. Hier.
describi putat hic iter Assyrij magno impetu redeuntis ex Aegypto aduersus Hierusalem.
Contra putant Lxx seniores describi hoc loco expeditionem Assyrij properantis ad Aegy-
ptios, et obiter perterrefacientis vrbeis Aegypti: cui rei videtur fauere illud, quod redieus ex
Aegypto, oppugnabat vrbeis: misit enim Tartam, & Rapsacen ad regem Ezechiam, oppug
nans Lachis, quod oppidum est Iuda, vt patet ex Iosue capite decimo: & petijt vt sedederent
Hierosolymitani, quod constat, vt dixi ex. 4. libro. Regum, capite. 17. & Esaia capite tri-
gesimo sexto. & cùm legati redirẽt, inuẽtus est in obsidione Lobnæ, & cp audiret aduẽtare regẽ
Aethiopiæ, relicta Lobne, recta sese ferebat Hierosolyma. Et quòd nunc ait: Ponet vasa sua
apud Magmas, id est, deponet sarcinas, & partẽ impedimẽtorum, vt celeriter petat Aegyptũ, &
Aethiopas, sententiæ Lxx virorum fauet, & videre hoc, qui noluere interpretari, Deponet
vasa sua.

A vasa sua, sed recensebit arma. Sed non meum est tantam contentionem componere. Vtraque
sententia magnos habet patronos, meũ est proponere, disceptet quæstionem, qui volet. Est au
tem admirabilis hypotyposis, properantis exercitus: Veniet in Aioth, transibit in Magon, &c.

D. HIERONYMVS.

Trãsierũt cursim Gabaa sedes nostra.

LXX VIRI.

Pertransibit torrentem, & veniet
in Gabaa.

עָבְרוּ מַעְבָּרָה גֶּבַע מָלוֹן לָנוּ

ESt inquã hypotyposis. i. descriptio, quæ
ponat cursum ante oculos, pperantis ex
ercitus. Transierũt cursim. i. corripiebãt hæc
loca cursu, & pertransibant hæc loca magna celeritate. Gabaa sedes nostra. Verba sunt exerci
tus properantis, ad noctem veniemus Gabaa vrbem, & ibi pernoctabimus. Hebræa verba sic
verti possunt: עָבְרוּ transierunt: מַעְבָּרָה cursim, vt vertit D. Hieron. vel, torrentem, aut, vadum,
vt vertere Lxx viri: hoc enim significat φάραγξ, quam vocem malè vertit interpres, vallẽ. i. hac
B nocte pertransibimus torrentem: & veniet in Gabaa. i. pernoctabimus in Gabaa: sic enim le-
gendum est in lectione Lxx virorum ex lectione Hebræa.

D. HIERONYMVS.

Obstupuit Rhama, Gabaa Saulis fugit.

LXX VIRI.

Timor apprehendit Rhama, ciui-
tatem Saul fugit.

DEscribitur terror vrbium. Obstupuit Rhama. i. timuit vehementer prætereuntem exer-
citum Assyrium Rhama vrbs. Idem significat, Timor apprehendit Rhama. Gabaa Sau
lis fugit. i. præ metu prætereuntis exercitus, fugit omnis ciuitas, & petijt monteis. Hoc aliter
intellexere Lxx, qui vertere, Vrbem Saul fugiet. i. rapide præteribit Assyrius vrbem Saul. In-
terpretantur enim, quid sit Gabaa, quasi dicerent Gabaa. i. vrbem Saulis.

D. HIERONYMVS

Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa paupercula Anatoth.

LXX VIRI.

Hinni voce tua filia Gallim, audi
Laisa audietur in Anatoth.

C DEscribitur perturbatio vrbium Iudæę, præterunte hoste cum maximo exercitu, aliæ vr-
bes hinniebant. i. tollebant clamores, & gemitus, aliæ perculsæ metu clamores aliarum
attentis auribus auscultabãt, & tantus erat exercitus, vt eius fremitus perueniret ad vrbeis lon
ge summotas: pro עֲנִיָּה .i. paupercula: Lxx legere vna littera minus, עֲנָה .i. pro paupercula au-
ditus est vel audietur.

D. HIERONYMVS

Migrauit Medemena, habitatores Gabin confortamini, adhuc dies est vt in Nobe stetur.

LXX VIRI

Obstupuit Madebena, & habitan
tes Gebin, cõsolamini hodie in via
vt maneat.

HIc locus longè secus dispunctus est à D. Hieron. quàm à Lxx viris. D. Hieron. sic distin-
xit, Medemena vrbs migrauit adhuc aduentante Assyrio. Habitatores Gabin confortа-
D mini. i. bono animo estote, qui fugiebatis. Adhuc dies est. i. adhuc erit dies, neq; nocteſcet prĩ
eo die quo fugiebatis, quam liberimini omni metu, vt sistere fugam possitis in Nobe oppido
finitimo, nam præterijt Assyrius iam, ita rapidè carpit iter in AEgyptũ versus. Lxx sic distin
xere: Madebena, & habitantes Gebin, supplẽ, obstupuere prætereunte Assyrio: quæ lectio
congruit mirabiliter terrori vrbium, vbi pro eo quod Hebraicè est, migrabit, vel, fugiet: edide
re Lxx, obstupuit, perterrita est metu. Deindè nouo initio, Confortamini hodie, vt in via ma-
neat: vel, confortate: pro quo dixere παρακαλεῖτε. i. consolamini: vel vt meliùs reddes, reuocate fu
gientes vt maneãt, nã iã Assyrius prẽterijt, nec est quod fugiãt. Quòd D. Hier. dixit, In Nobe, in
terpretantur Lxx. i. ex ipsa via, reuocate eos è via fugientes vt redeant, nã iã prẽterijt Assyrius.

D. HIERONYMVS.

Agitabit manũ suã super mõtem filia Sion, et super collem Hierusalem.

LXX VIRI.

Consolamini in monte filiam Siõ,
& colles in Hierusalem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALiter hunc locum intellexit D.Hieron.quàm Lxx. D.Hier.ſic,Sennacherib videns muros Hieroſolymorum,elata manu exitium minabitur vrbi. Lxx viri, quod Hebræa nomina ſunt indeclinabilia, quæ per caſum accuſandi verterat D.Hier.addita etiam de ſuo,perſpicuitatis gratia, præpoſitione,ſuper,legiſſe videntur Lxx viri,caſu nominandi ſic, Agitabit manum ſuam mons filiæ Sion,& collis Hieruſalem, quaſi ſignificarent Hieruſalem Dei maximo beneficio,elata manu,inſultaturam hoſtibus occiſis.Quid enim frequentiùs, quàm ſic inſultare hoſti perempto,qui venerat eo conſilio,vt vrbeis caperet, vt ille apud Maronẽ Troianis occiſis inſultat: —En agros,& quam bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens—Sic Hieruſalem ait,elata manu hoſtibus occiſis inſultaturam, poſtquam angelus interfecerit exercitum Aſſyriorum.Sic ergo propheta liberandam vrbem Hieroſolyma,imminente periculo prædicit:ſed quod perobſcurè prædictum erat,Lxx tantùm ſententiam exprimũt. Conſolamini in monte filiam Sion. i. iubete illam benè ſperare: & colles in Hieruſalem. i. ſaluierunt colles in Hieruſalem: erat enim vniuerſa vrbs ſita in tribus, quatuórue collibus, vt ſuprà dictũ eſt.Hæc autem quæ diximus, veriſimè dicta eſſe intelliges ex his quæ ſcripta ſunt à D.Hieron.in illa verba cap.38.deſpexit te & ſubſannabit virga filia Sion.

A

B

D. HIERONYMVS.

Ecce dominator Dominus confringet lagunculam in terrore,et excelſæ ſtaturæ ſuccidentur, et ſublimes humiliabũtur, et ſubuertentur condenſa ſaltus eius ferro, et libanus cũ excelſis cadet.

LXX VIRI

Ecce dominator Dñs cõturbat gloriosos cũ fortitudine, & excelſi ſuperbia conterent,&ſublimes humiliabuntur,& cadent excelſi gladio, at libanus cum excelſis cadet.

HIs verbis præſignificatur fore, vt poſt crucem Chriſti deflagrent vrbes Iudææ, vt totius huius capitis ordo fuerit,& ſeries,deſcriptio vaſtitatis Iudææ,poſtquam Dominus compleſſet omnia quæ facturus erat in Hieruſalem,poſtquam peregiſſet œconomiam redemptionis,& poſt triumphatum,& deiectum principem huius mundi,cuius verba plena inſolentiæ, & arrogantiæ deſcripſit,vt nihil potuerit dici ſuperbiùs aut arrogantiùs.Poſt hunc triumphatum,prędictum eſt arſuram vniuerſam Iudææam,quod vt ſuprà dictũ eſt, verbis illis eſt ſignificatum,& erit lumen Iſraël in ignem, & ſanctificabit eam in igne ardenti. Sic enim explanat hunc locum ORIG.etiam periarchon lib.2.cap.11.ait enim,Furor vindictæ Domini,ad purgationem proficit animarum: & ſic dictum hoc putat, Sanctificabit eam Dominus in igne ardenti,quod malis puniti Iudæi reſipuere multi. Quanquam Athanaſ.de fide vnitatis, & Trinitatis lib.vno,poſt deiectum ſathanam,& poſt prædictionẽ triumphi de ſathana,putat prædici miſsionem Spiritus ſancti his verbis,Ait enim Filiũ Dei,lumen Dei appellari,& Spiritum ſanctum qui nos ſanctificat,lumen appellari & ignem,vt hoc loco: Et erit lumen Iſrael,& ſanctificabit eam in igne ardenti. Itaq; illo loco putat ſignificari Athanaſ. poſt triũphatas aëreas poteſtates,& religatum ſathanã,dandũ Spiritum ſanctum Iudęis, credentibus.ſ.& ſanctificandã Iudææ in igne ardenti.i. miſsione Spiritus ſancti ſanctificandos fideles, quando Dominus promulgarit euangeliũ,& ſalutẽ fecerit in medio terræ.Et quia hæc faciẽda ſunt,iuſsit populũ Iudæorũ benè ſperare,& nõ timere Aſſyriũ,qui cũ maxima manu veniebat vaſtaturus Hieroſolyma: ſeruandã eũ eſſe vrbẽ Hieroſolyma, & delendũ Aſſyriũ, vna nocte vniuerſum eius exercitũ occidendũ ab angelo, quãuis magno impetu ruat in ÆEgyptios.Veniẽtis impetus deſcriptus eſt,vt nõ venire,ſed ruere,atq; aduolare videretur,vt ex prædictione aduẽtus eius, & per quas vrbeis venturus eſſet,&quo impetu,& ex euẽtu rei fidem ſuæ prophetiæ conciliaret. Hoc totũ hac clauſula claudit,ne timerent Aſſyrium nũc. Et vaſtitatẽ hoc cap.præſignificatã tunc timerent deniq;,cùm rex glorię Chriſtus,in crucem ſit ſublatus à Iudęis. Sic hunc locum explanat EVSEB. Cæſarienſis.lib.2.cap.40.his verbis, inquiens,prædicit vaſtitatem Iudæorum, vbi Libanum Hieruſalem nominat,vt alibi oſtendimus latiùs,quam cum principibus,& primarijs viris caſuram hic ſermo minatur. Et idem lib.8.cap.4.hæc verba cum principijs capitis ſequentis coniungit,& Libanum delendum eſſe ſignificari ait.i.Hieruſalem deflagraturam igni,& vocandas gentes,quando egreſſa fuerit virga de radice Ieſſe. Sic explanat D.HIERON. Sic CYRIL.inquiens, Significat hic quæ ſint euentura Iſraelitis,quòd in Dominum ſint debacchaturi impiè. Sic PROC. his verbis, Dicturus de aduentu ſeruatoris, hoc loco prædicit

C

D

Explanatur locꝰ huius cap. Eſaiæ aliter quàm ſuprà.

A prædicit deleturum ſe eos qui ſuperbiebant de vmbra legis,quod debacchati ſint in prophetas,& martyres Domini,atque in ipſum Chriſtum. Et TERTVL.lib.4.aduerſus Marcionem cap.21.hoc potiſsimum dictum in diuites ait,& verè, nam potiſsimùm hæc mala recidere in capita phariſæorum, & ſcribarum,& hominum locupletum,vt dictũ eſt ſuprà, repetẽdumq; ſæpè eſt. Et neſcio quo modo Cyrillus,Euſeb.Procop.ſcopum huius loci attigêre, cùm tralatio Lxx virorum hoc loco lacera ſit,& mutila,quòd Iudæi multa expunxere quæ planè Chriſtum teſtarentur,quæ reponenda ſunt ex lectione Hebræa.Ergo D.Hier.ſic, Ecce dominator dominus confringet lagunculam.i.permittet morti tradi Chriſtum,cuius corpus ſanctiſsimũ lagunculę comparatur,more corporis humani.Licet enim corpus pars ſit eſſentialis hominis, tamen vagina animæ dicitur à Daniele, & vas animæ à Platone, & inſtrumentum animæ ab Ariſtotele,& Platone.& ſic pater dicitur contriuiſſe lagunculam.i.corpus Chriſti quomodo dictum eſt,vt ait D.Hieron.illud Zachariæ: Percutiam paſtorem. Et illud Dauidis: Quem tu percuſſiſti perſequuti ſunt. & Iangunculam ſiue teſtam dici corpus in ſcriptura notum eſt, vt in illo pſal.21.Aruit tanquã teſta virtus mea. & D.Aug. ſic interpretatur illud Heliſei cum in ollam ſeu teſtã ſalem indidit & ſanauit aquas, ſalẽ, hoc eſt, ſapientiã patris.i.ſeipſum filius qui eſt ſapientia patris indidit, & ideo dicitur Heliſeus.i. Deus meus Ieſus, nam, el, Deus eſt, vel, heli, Deus meus, Ieſa, Ieſus,Deus meus Ieſus in teſtam.i.in humanum corpus, cum verbũ caro factum eſt, & ſanat aquas populos. & CCC. illi viri Gedeonis in teſtis ferunt lampades accẽſas.i. in corporibus,animas ſplendidius aſtris micãteis. Confringet ergo Dominus lagunculam in terrore, quia cum gladijs & fuſtibus adierunt ad Dominum.Et excelſi ſtaturæ ſuccidentur:principes Iudęorum & phariſæi peribunt Romanorum armis,& ſublimes humiliabũtur, qui enim non perierint,perexigua mercede vænibunt,vt diſces ex IOSEPH. de bello Iudaico lib.6.cap.40.aut vincientur vt dentur in Theatra, & obijciantur belluis immanibus Iudaici, vt ait idem IOSEP.lib.6.cap.44.Subuertentur condenſa ſaltus, delebitur vrbs Hieroſolyma, frequens enim eſt in ſacris litteris vt arbores,& ſyluæ pro hominibus ponantur. Qui Vatablum admirantur ſciant referre Iudęorum ſenſa,qui hæc referunt ad vaſtitatem Aſſyriorum,& negant hæc ad vaſtitatem Iudæorum eſſe referenda. Tu vide an malis Iudęos ſequi,an ſanctos patres. Veritatem, inquies: veritas ab eccleſia catholica ſtat, non à Iudæis. Sed quoniam veritatem quæris Hebræę linguæ,audi verba Hebræa.Quod Hieron.vertit, confringet Hebraicè eſt נֵצֶר quod verbum quid ſignificet diſces indè quod נֵצֶר ramus eſt, & cacumen arboris. verbum ipſum non audent Iudæi interpretari ne appareat admirandum hoc myſterium huius loci: nã ſi נֵצֶר, ramus eſt,& ſummitas arboris,ſi dicerent Iudęi(quod neceſſe eſt dicere,quod apud Hebræos ſeruatur ſignificatio, & etymologia religioſiſsimè, & ſimplicia cõpoſitis reſpondent,& deriuatiua primitiuis) ſi dicant ergo quod neceſſe eſt dicere,ſaaph, eſſe idem quod Latinè ramificare, ſiue exaltare in ſummitatẽ arboris, timẽt ne hæc ſic vertamus, ecce dominator Dominus ramificabit,vel,exaltabit in ſummitatem arboris,vt appareat Chriſtus in cruce ramificatus,extẽſis manibus in crucis arbore, vel exaltatus in ſummitatem arboris crucis,& timent ne in mentem veniat illud.Ego ſi exaltatus fuero,omnia traham ad me ipſum. Dicent Iudæi ſignificare hoc verbum etiam confringere,fateor, quod ſic vertit D.Hier. at rariſsimè, neque proferent vllum aliud exemplum vbi confringere ſignificet.Cur non ſtatur analogia verborum quę ſemper obſeruatur Hebraicè?vt ſi נֵצֶר,ramum ſignificat,& ſummitatem arboris, verbum ipſum ſignificet ramificare & exaltare in ſummitatem arboris. Aliquando, inquient, hæc ratio non ſeruatur. Oſtendant in hoc verbo nonſeruari: aut lege communi ſtent: hic locus,inquiunt, indicat. Mali Dialectici eſt, vt docet Ariſtoteles in.8. Topicon, locum in quo eſt controuerſia pro ſe citare. Deindè פְּאֵרָה decus & gloriam ſignificat: Cur non ſic vertamus, Ecce dominator Dñs ramificabit, vel exaltabit in ſummitatẽ arboris gloriam?an ne appareat ramificatus vel exaltatus in ſummitatem arboris is, qui gloria fuit Iſraẽlis plebis ſuæ? Atqui Chriſtus ſic appellatur Eſa.c.62.nã פְּאֵרָה,& תִּפְאֶרֶת, ita differunt, vt apud nos ornatus & ornamentum. Deinde בְּמַעֲרָצָה, propriè ſignificat cum contritione, iuxta illud,QuiaDominus voluit conterere eum,& attritus eſt propter ſcelera noſtra.Si ſic ergo vertas:Ecce dominus Deus exercituum ramificabit, vel in ſummitatem arboris exaltabit gloriã cũ contritione.i.regẽ gloriæ,qui attritus eſt propter ſcelera noſtra: quid horũ dices nõ reddidiſtũ proprijſsimè? פְּאֵרָה,negabis ſignificare gloriã: פאר,ſignificat decorare,& nomina inde deriuata,gloriã & decus.ſignificat etiã ramos:fateor,quid ni?ſed nõ tãtũ ramos,&etymologia exigit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

exigit,vt magis propriè,gloriam significet: & ita vertisse Lxx viros, aut saltem hùc spectasse, author est D.Hieron.qui ait,Lxx seniores hanc vocem fuisse interpretatos, glorioſos. Quanquam ego tralationem huius loci Lxx seniorum,adulterinã puto:quisquis tamen fuit ille qui hæc vertit à פאר .i.à glorificando, פוארה, glorioſum reddidit,& pro plurali singularem numerum accepit: verte tu singulariter,vt Hebraicè est,& dic:Ecce dominator Deus Sabaoth ramificabit,vel in summitate arboris exaltabit glorioſum cum contritione:& te consule, quid sibi velit ista prophetia.Dices Symmachum hanc dictionem vertisse,torcular: sed,pura,cum,ר est torcular: & hoc loco Esaię pura non scribitur cum, ר, sed cum ,א, apaar. i. glorificando. Sed non inficior has literas in se mutari,& posse reddi torcular, sed magis proprie glorioſum redditum esse contendo, à פאר .i.à glorificando.Cum etiã פארור quod Naum capite 2.Hier. vertit nigredo ollæ,aliqui Hebræi vt est in lexico Hebræo Complutensi secundum natiuam significationem interpretẽtur: Facies omnium retraxerunt decorem suum:ita verbum magis alienum quam pura,à verbo paar,decorem significare fatentur Iudæi,nam à Iudæis extorquenda veritas est, ita celant omnia, & inuoluunt tenebris,quæ magna præferunt mysteria. Deinde nude ne accipere res sacras par est?quod vetant facere Athanasius,Ambro, & veteres omnes patres,quodque Iudæorũ proprium est,quæque magna causa fuit vt perirent Iudæi, cum Iudicum ca. 7.iubet Dominus Gedeonem,si timet descendere in castra Madianitarum solus, vt descendat cum Pura puero suo: Quis hic est pura qui repellere potest formidinem tot millium Madianitarum? timet Gedeon, & Dominus præcipit ei vt ad depellendum tantum timorem socium itineris adhibeat sibi puerum suum Puram: valentissimum esse hunc puerum oportebat,cuius præsidio aduersus tot hominum millia tutus sit Gedeon, si quis hoc iuberet sapiens,aut vir præstantissimus,aliquid arcani significare crederemus, præcipit Deus, & in typo prædicationis Euangelicæ, vt dictum est in caput. 9. in illa verba: sicut in die Madiã. Quis ergo hic puer est Pura? suspicor ego (diuinent alij alia) puerum hunc esse qui datus est nobis, cuius præsidio imperterritus descendit prædicator Euãgelicus aduersus frementes nationes, de quibus Dauid.Quare fremuerunt gentes,id enim significat midian.i.contendés, & litigans idem puer Pura est in lectione Hebręa,quem dixi ex authoritate Diui Hier.in tralatione Lxx redditum esse glorioſum,hic inquam puer Pura in hoc loco Esaię legitur ramificatus.vel exaltatus in summitate arboris. Sed dices puerum illum Pura qui Iudicum 7.Gedeoni metũ dispulit פוארה cũ, ר, scriptũ.Hoc loco Esaiæ פאר cum,א, scriptũ. Sciebat hoc Symmachus, & tamen alterum pro altero vertit,quod sciebat has literas inter se commutari, & alterã poni pro altera. Itaque hoc loco nihil obstat quominus possis agnoscere Pura puerum illum ramificatum, & exaltatũ in summitate arboris,& contritum à patre,cum pro nobis omnibus tradidit illum,cum præsertim D.Hieron.& Lxx seniores puerum illum appellent Phara, quod argumentum est pura scriptum olim cum, א .Nam certè puer ille qui metũ depulit Gedeoni Pura nomine,non vacat mysterio, nec mihi quisquam persuaserit temere dictum à Domino Gedeoni,si times solus descendere in castra Madianitarum, adhibe tibi puerum tuum puram comitem.Quam validas phalanges ductare iubetur Gedeon,quæ sibi sint præsidio,nisi puer noster omnibus phalangibus longè potentior esset? Sed age interpretemur hunc locum vt Iudæi volunt & Iudaissantes.R.Dauid & rabi Abraham:quod D.Hieron.vertit confringet lagũculam,interpretantur,cõfringet,siue excidet ramum,quod פוארה significet etiam ramũ,quod de eodem Christo interpretẽre necesse est, qui est ramusculus ille tener, quem ex cedro quæ adoleuerat apud Chaldæos,Ezechielis.17.excidit Dominus, & seuit in monte excelso Israëlis qui in tantam creuit arborem,vt sub eius vmbram se reciperent omnes aues, & omnia cæli volatilia, qui si de Zorobabele, & Iesu sacerdote intelligi deberet,vt intelligit impia Iudęorum & Iudaizantium natio,non vnus ramusculus ex cedro illa diceretur decisus, & in mõtibus Israëlis satus,sed tota cedrus diceretur auulsa & sata in Israële,quippe omnis populus Israël,qui creuerat apud Babylonem,qui cedrus à Domino dicitur,reductus est ex captiuitate,non vnus aliquis tener ramus decisus. Nam primum benè congruit,quod vna aquila in Babylonem exportarit vnum ramum ex cedro Israëlis.i.Iudęorum vnam exiguam partẽ, vndè creuit in Babylone ingens cedrus,vt ait propheta. i. ingens populus, rursus ex illa cedro quæ creuit in Babylone reductusne tibi videtur ramusculus vnus.i.reductane tibi videtur pars aliqua exigua? vt ramus tener intelligi possit pars illa exigua quę reducta est ex captiuitate Babylonica? An potius tota cedrus,quę Babylone creuerat translata in Iudæam est,cum totus populus ex captiuitate

liuitate liberatus redierit? Ramus igitur ille tener quem Dominus decerpsit ex cedro illa ingenti.i.ex populo Iudæorum vt plantaretur in monte Sion .i.in ecclesia,Christus est,quem ita plantatum pater decidi permisit pro nobis, qui post eius sacratam resurrectionem adoleuit in ingentem arborem sub cuius ramos, omnes aues,& vniuersa volatilia sese recipiunt.Oftendant nunc Iudęi vbi rex Assyrius, aut AEgyptius dicatur ramus,quãdo interpretãtur decisum ramum,deletum Assyrium regẽ,semper rex Assyrius,aut AEgyptius à Domino cedris ingẽtibus comparantur.Vidit hoc R.Abraham,qui ramum interpretatur .i,ramos,quasi verò prę cesserit sylua, aut arbor aliqua,cuius ramos propheta dicat amputandos.Christus vero dicitur ramus,germẽ, planta, cum ãlijs multis locis,tum EZECH.34. vbi Dominus dicit se excitaturum germen nominatum,vt vertit D. Hieron.vel si ad verbum ex Hebræo vertere velles plantulam illam nobilitatam .i.Christum & cap.proximo vbi D.Hieron.vertit, Flos de radice eius ascendet,posses vertere:Ramus de radice eius ascendet. Christus ergo ramus, plantula, germen dicitur, quorũ nihil conuenit Senacheribo. Si cum Symmacho verteris hanc vocem,purah, torcular, certa res est Christi passionem significari. Ergo ad hibendus canon ille est scripturæ interpretandæ ex vbertate spiritus sancti,qui loquitur per prophetas scripturã sententijs grauidam esse, & quoties verbum vnum plura significat, quæ ad rem illam,de qua agitur, spectent,omnia illa à spiritu sancto esse significata, omnes illos sensu, spiritũ sanctum significare voluisse.

IN ESAIAE CAP. XI.

MEniendum est semper ad parteis cum Pagnino,nam in libro interpretationum nominum Hebraicorum, ait, Nasarenum dici per,s,non autem per,z.& authoritate D.Hieron.constabilire conatur, de quo posteà dicendum est: & aliud esse Nazarenum, seu Nasarenum(vt ipse scribit) à Nazaræo, & significat Christum appellatum Nasarenum,non Nazaræum,cum D.Matth.cap.2.dicat,vt adimpleretur quod dictum est per prophetas,Quoniam Nazaræus vocabitur.Vnde concluderet Iudæus,Iesum dominũ non fuisse Christum,nam si Christus appellandus erat Nazaræus,& Iesus dominus non est appellatus Nazaræus, quid indè necessario sequatur vides.Ad hanc igitur difficultatem expli candam,nostram orationem conferamus. Qui putant loco illo Matth.vt adimpleretur quod dictum est per prophetas,Quoniam Nazaræus vocabitur,citari hoc caput Esaiæ,quod vbi legitur,Flos de radice eius ascendet,pro flore: legatur נצר neser,refelluntur ab ipso D.Hieron. quod repugnet ortographia. Si enim Matth. hunc citaret locum, & à verbo Hebræo, neser, Christum dictum esse diceret Nazaræum, Nasaræus scriberetur, non Nazaræus: propterea quòd quæ scribuntur per,צ, apud Hebræos,scribuntur apud nos per, s, vt Sion,& similia.Itaque D.Hieron.disceptat,quo loco prophetarum, prędictum sit Dominum fuisse appellandũ Nazaræum,docetque Nazaræum, & Nazarenum fuisse appellatum Dominum, negat vnquã fuisse appellatum Nasarenum.Quanquam Pagninus,authore D.Hieron.Dominum appellandum Nasarenum contendat, & patriã eius Nasareth, quod fuerit ex vrbe Nasareth, multumque differre putat inter Nazaræum,& Nasarenum, quòd Nazaræus separatus sit & consecratus,à Nazir.i.separari:Nasarenus ciuis vrbis Nasareth:& Flos hic de radice Iesse,quod est contra omnia sacra euangelia,in quibus citra discrimen,Christus dominus Græcè appellatur Nazaræus,& Nazarenus, idque per,z,non per,s,idque Græcè,vbi religiosissimè ortographia seruatur.Nam quanuis vulgata editio Latina, semper præferat de Christo domino Nazarenum cum,z,& nunquã Nazaręum,inde factum est, quod antè hoc tẽpus nemo sit ausus dicere.interesse quicquam inter Nazarenum & Nazaræum,tamẽ euangelia & epistolæ & acta apostolorum,Dominum testantur appellatum citra discrimẽ Nazaræum & Nazarenum. Neq, fuit quisquam vsque adhuc,absque vno Pagnino,qui ortographiam Nazareth, vocaret indubiũ, quòd Nazareth in Græcis exẽplaribus(vbi religiosissimè inquã,ratio ortographiæ seruatur) semper per,z,scribitur,nõ per,s,vt Marc.1.Luc.1.2.&.4.Ioann.1.Act.10. Nec in ecclesia catholica aliter ab vllo sacro scriptore scripta hæc vox est. Dices Hebraicè fortasse scribitur(vt ait

De Nazareth,et Nazareno,& Nazaræo contra Pagninum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christ⁹ Nazarenus & Nazaræus.

Pagninus si Hebraicè scripta esset per ע quæ apud nos vertitur in, ſ, tamen maiorem fidem habendam esse dicerem Euangelicis litteris, cum Græci religiosè seruent rationem orthographiæ, quam Hebræis litteris, vbi ו, etiam sine fraude Iudeorum, vt ostendi in disputatione de tralationibus mutata in, ע, est aliquando, sed nusquam in sacris litteris Hebreis huius nominis mentio est, & cum Euangelia semper præferant Nazareth, alium audiemus quenquã qui neget Nazareth esse appellatam patriam Domini, sed Nasareth ? aut qui neget Dominũ appellatum Nazarenum, & Nazaræum citra discrimen, cum Nazarenus dicatur Dominus per ז, Marci 14. & 16. καὶ εὐ μάλα τὸν Ναζαρηνὸν ἴστε, καὶ τὸν ἐσταυρωμένον .i. & tu cum Iesu Nazareno eras, & Iesum quæritis Nazarenum. Et Luc. 4. τῶ Ναζαρηνῶ Iesu Nazarene. Nazaræus verò, Matth. 2. & 26. & Lucæ 18. & 29 & Ioãnis 19. Actuum 2. 3. 4. 6. & 22. quãdo apparuit Paulo, Ego sum (inquiens) Iesus Nazaræus: quibus omnibus locis Græcè est Nazaræus, qua lingua scripsere apostoli, & Euangelistæ.

Cur Latinus interpres Iesum Nazarenũ semper nominet.

Latinus interpres quod nihil interesse videbat inter Nazarenũ, & Nazaræũ semper vertit Iesus Nazarenus. Cur ergo Pagninus maiorem sibi fidem haberi postulet, quã omnibus exemplaribus Euangeliorum Græcis, Latinis ipsa vetustate, & religione sacrosanctis? nec vllum citat locum scripturæ quo id probet, sed se vidisse titulum crucis ait, (de quo postea dicendum est) at quantum hinc Ecclesiæ catholicæ pariat emolumenti videamus, audacia enim fortasse vtilitate pensabitur. Primum cum negat scribendum Nazaret, aut Nazarenum, sed Nasaret & Nasarenum aduersatur literis apostolicis & euangelicis qui semper præferunt, Nazaret & Nazarenum & aduersatur omnibus sacris scriptoribus, qui ita appellant, cum aliud esse Nazarẽum ait & Dominum significat appellatum Nasarenũ à patria Nasaret, aduersari videtur litteris euangelicis, quę illum Nazaræũ & Nazarenum nominãt citra vllum discrimen. & cum Christus Dominus natura fuerit nazaræus .i. separatus ab alijs, quod fuerit Deus & homo, & quod natura fuerit sanctus, quippe sanctus sanctorum, hæc enim significat hæc vox Nazarẽus & occasione patriæ Nazaret cœperit nominari quod ipse natura erat Nazaræus idque ita scribat D. Matthæus, cap. 2. habitasse in Nazaret Dominum vt ea occasione diceretur quod erat natura, non Mosis ceremonijs Nazarẽus, vt impleretur quod dictũ erat per prophetas, Quoniam Nazarẽus vocabitur. His aduersatur, qui aliud facit Nasareum à Nazaræo, & imperitiæ arguit D. Matth. qui Nazaræũ, & Nazarenũ pro eodẽ accipit; & Nazarenũ, à patria Nazareth, per, z, scribi, & nõ distinguit à Nazaræo: & Dñm Nazarenũ appellat, nõ Nasarenũ. Deindè, si Dñs dictus est Nasarenus nõ Nazaræus, necessariò sequitur nõ fuisse Christum, quod sic necessariò cõcluderetur, Christus appellãdus erat Nazarẽus teste D. Matthæo, vt impleretur quod dictũ est per prophetas, Quoniã Nazaræus vocabitur. Iesus Dñs non est dictus Nazaræus: quid hinc necessariò sequatur vides. Vidit hoc Pagninus, & vt huic malo occurreret, mutauit lectionem euangelij, & scripsit apud Matthæum Nasareth, per ſ. Et quoniam Nasaræus vocabitur. Hoc est, clauum clauo trudere: nam primùm Iudæi dicent & Saraceni, nos nostro arbitratu mutare lectionem euangelij, & ita nos ex euangelio multa vitiasse, quę sanctissimè & religiosissimè sunt seruata, & hoc exemplo tam recenti, vbi post mille quingentos annos, prophetiam vitiamus, illud probabunt: deindè vt alia multa omittam, quæ quiuis sibi suggeret, necessariò sequitur, Iesum non fuisse Christum: nam sunt prophetię de quibus posteà dicemus, quæ prędixere Christum appellandum esse Nazaræum, & Iesus dominus non est appellatus Nazarẽus, sed Nasaræus, vt testantur litteræ euangelicæ: collige tu quid hinc sequatur. Sed vidisse se ait Pagninus, & inspectasse suis oculis, titulũ sanctæ crucis Hebraicis literis conscriptum sic: Iesus Nasarenus: Ego Pagnino non credo, Euangelijs credo, quæ lego oculis fidelibus, vbi orthographiam Græcis, Latinisq; litteris consignatam video, vaticinia prophetarum lego, impleta agnosco, & vt omnes intelligant Pagninum manifesto teneri, titulus sanctissimæ crucis Græcè, & Hebraicè, & Latinè conscriptus erat, vt testis est Ioannes cap. 19. Græcę scriptionis testem habemus Ioannem eodem cap. οὗτος γινέσθω, ὅτι Ναζωραῖος βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων .i. Iesus Nazaræus rex Iudæorum, sic enim Græcè scriptum est. Pilatus qui Dominum in crucem sustulit, Nazaræus scripsit (teste D. Ioanne euangelista) nempe quod ita appellaretur vt prophetæ appellandum esse dixerant. Latinè Iesus Nazarenus scriptus erat vt catholica testatur ecclesia. Cur Pagninus nó ad hibuit testeis Latinæ Grecæque scriptionis, quando huius rei testes innumerabiles poterat habere? Quod si Pagnino largiremur maximè, titulo sanctissimę crucis Hebræa lingua scriptum esse, Iesus Nasarenus quod Pilatus homo Gallus, & satellites quibus id negotium dederit Pilatus, vt crucl titulum ad scriberent in lingua

A in lingua peregrina vnam litteram pro altera scripsissent, continuò maior fides habenda erit imperito, aut rudi satelliti (idq; in aliena lingua & peregrina) quàm sacrosanctis euangelijs. Ego titulum sanctæ crucis rectè scriptum puto, nec mihi fit verisimile quod Pagninus ait, sed si id esset, tamen satellitis lapsum crederem: de litteris nanque euangelicis dubitare, immane est nefas.

Quibus locis prophetarum prædictum fuerit, Dominum Nazaræum vocandum fuisse. CHRYS. quanquam alibi intercidisse prophetias multas scripserat per tot Iudeorum ruinas, quibus fortasse hoc erat præsignificatum, tamen tom. 2. homil. 3. ex cap. Matth. in vigil. Epiph. putat hoc esse vaticinium 13. Iudic. vbi Samson Nazarẽus dictus est in typo, quo præsignificabatur Christus, vbi historiam Sampsonis Chrysost. interpretatur, & Christi typum esse docet, & sub figura Sampsonis Christum Nazaræum esse appellatum. Idem sensit EVCHER. (quanquam alijs in locis non satis probatus scriptor, sed vel ex sentice to decerpitur rosa) li. 3. in Genes. interpretãs prophetiã Iacob de duodecim patribus, cùm explanat verba illa Isacar, Asinus fortis. & verba illa, Dan iudicabit populum suum, docet, cùm appellatur Sampson Nazaræus, non posse intelligi Sampsonem, sed filium Dei: & ratione subijcit, quam nos posteà latiùs fundemus. Docet etiam idem EVCHER. eodem lib. interpretans benedictiones Ioseph, illud quod dixit D. Matth. Quoniam Nazaræus vocabitur, prædictum esse per prophetas, non solùm. 13. Iudicum, sed etiam in benedictionibus Ioseph, quòd illæ omnes benedictiones Ioseph, super caput Christi ponuntur, quas incarnatus accepit, & super verticem Nazaræi, nam de Christo scriptum est, Quoniam Nazaræus vocabitur, hoc est, sanctus Dei inter fratres suos, quia ipse est caput omnium sanctorum, quos fratres vocat in scriptura. D. Hiero. in opere ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, hoc vaticinium putat esse in initio huius cap. quòd verba illa, Flos de radice eius ascendet, vertenda putarit, Nazaræus de radice eius crescet, & insimulat penè dixerim sacrilegij Lxx viros, quod hoc loco aut celauerint, aut ignorauerint mysterium tantum. Verba D. Hiero. sunt, Respondeant logodædali, & fastidiosi omnes æstimatores tractatorum, vbi legerint illud quod ait Matth. dictum esse per prophetas, Quia Nazarẽus vocabitur: & discant in Esaia positum esse, nam vbi nos legimus atque transtulimus, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, in Hebræo, iuxta linguæ illius idioma, ita scriptum est, Exiet virga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius crescet, cur hoc omiserunt Lxx si non licet transferre verbum pro verbo? sacrilegium est vel celasse, vel ignorasse mysterium. Hæc D. Hieron. vbi primum omnium hoc adnertendum est vulgatam editionem, quam appellamus, suam appellare D. Hierony. dixit enim, vbi nos legimus atque transtulimus, ne id viri docti in dubium reuocent. Secundo loco quod sacrilegi appellantur Lxx viri quod celauerint, aut ignorauerint Christi mysteria, contra Iudaizanteis summoperè notandum est. Si enim sacrilegi appellantur & sunt, vt verissimè D. Hieron. ait, qui Christi mysteria celant aut ignorant, toto hoc opere apparebit ferè Iudaizanteis esse sacrilegos, qui celant Christi mysteria, vbi Christus splendidiùs astris nitet, & offundunt tenebras Iudei, & Iudaizantes, ne videatur, néue appareat, nam Lxx viri ab hoc crimine absunt longissimè. Nam ipsi D. Hieron. breuis est responsio, quòd ipse Diuus in commentarijs in hunc locum, hæc, quę hoc loco dicit, refellerat, quòd repugnet orthographia: & dictum èst in disputatione de tralationibus, cur ecclesia Catholica vulgatam, quam ipse Diuus priùs ediderat, retinere maluit, q̃ corrigere, vt posteà in commentarijs emendabat ipse diuus.

Quibus locis prophetarum prædictum sit, Christũ Nazaræũ nominandum

Sacrilegi qui in scripturis Christi mysteria celant.

Ego, vt quod sentio, dicam, de hoc Matthæi loco, Vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazaræus vocabitur: non vnum prophetam aliquem significatum puto, sed quantum nunc in mentem venit tria vaticinia hoc loco puto declarata, ideoque dictũ quod scriptum est per prophetas, primum Genes. 49. secundum, Deuteronomij cap. 33. tertiũ Iudicum. 13. Primum de primis, de postremo posteà erit dicendum. Sed priusquam dicere adgrediar, Ioseph typum Christi fuisse dicendum erit, docet id CYPR. lib. 1. aduersus Iudæos cap. 20. D. AVGVST. tom. 6. lib. 12. contra Faustum Manichęum, cap. 28. & alijs locis explicat typum plurimis verbis, & tom. 10. sermone. 81. 82. 84. 92. Et AMBR. de benedictionibus patriarcharum, vbi explicat hæc loca, quæ citauimus Genes. 49. & Deuteren. 33. PROC. in Genes. & Deuteron. Hic igitur Ioseph typus Christi, sic benedicitur cap. 49. Genes. &. 33. Deuteronomij, vt vtroque loco non ipse benedicatur, sed Christus, præsertim Deuteronom. 33. cap. quo tempore iam mortuus erat Ioseph, nec benedicitur ipse, vt AMBR. de benedictionibus patriar-

Quibus locis prophetarum Christus sit dictus Nazaræus.

Ioseph typus Christi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patriarcharum cap.11.& de institutione virginis cap.16.inquit. Et cum ipse non benedicatur, necessario,ait Ambros.confitendum esse benedici Christum,cuius typus erat.Deniq; omnes doctores sacri totam benedictionem IOSEPH.quæ Geneseos cap.49.& quę est numerorum 33.ad Christum pertinere prædicant, & vtraque benedictione dictus est Christus Nazaræus, primum ab Israële,quum patriarchas benediceret Genes.cap.49.his verbis: Fient in capite Ioseph,& in vertice Nazaræi inter fratres suos, vbi Israël Ioseph typũ Christi & potius ipsum Christum cuius typus erat Ioseph, Nazaræum vocat:cuius loci non translationem, sed metaphrasim fecere Lxx viri,ná pro,Super vertice Nazaræi inter fratres suos. edidere,super verticem glorificati inter fratres suos,sic enim legendum est,non,glorificatus:Super verticem glorificati in fratribus suis. i. honorificati: cum à parentibus, & fratribus est glorificatus,vt interpretatur Ambr.cum glorificatur à synagoga, cuius erat filius secundũ carnem.i.à fidelibus qui credidere ex synagoga & à fratribus à discipulis &apostolis quos in scriptura appellat fratres.Secundo loco dictus est Christus Nazaræus à Mose 33. cap. Deuteronomij his verbis: Benedictio illius,qui apparuit in rubo,veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres suos, vbi apertius Christus dicitur Nazaræus, si quidẽ iam mortuus erat Ioseph, vt inquit Ambros.& Procop.locis citatis,vt non Ioseph dicatur Nazaræus,nec benedicatur, qui iam hoc tempore mortuus erat. sed Christus cuius loci aliter fecere paraphrasim Lxx viri,Erunt inquiunt benedictiones super caput Ioseph,& super caput fratrum,quibus præfuit,ve apertè Lxx viri benedictum prædicent Christũ & apostolos,& fideles,quibus præfuerit Christus, planè enim in eos tantum fratres benedictiones futuras dicunt,quorum caput fuerit Ioseph. Tamen dum metaphrasim horum locorum faciunt illam vocem Nazaræi omiserunt,vt verisimè dixerit D.Hierony. hoc vaticinium, cuius meminit D.Matth. ex Hebręa lectione vbi vtroque loco citato legitur Nazaræus esse petendum.

Iam de cap.13.Iudicum dicendũ erit,vbi apertius multo,mea quidem sententia,Christus dictus est Nazaræus,sed priusquam hoc disceptemus dicendum est,historiam Sampsonis Christi typũ fuisse,vt docet August. serm.107.hic igitur Sãpson Christi typus dictus est Nazaræus ab infantia sua, quod non solum typicè sed fortassè literaliter Christo conuenit. lege Moseu 6.cap.Numeror.& intelliges,nullum Nazaræum esse posse ab vtero matris suæ nisi Christum, C si ad normam.6.cap.Numeror.exigas. & AVGVS.quæstionum super Exod.lib.2.quæstione 93.Deus inquit loquitur in scriptura in cuius sermone,si figuratè aliquid dicatur,quod ad proprietatem non sit impletum,non impedit historiæ fidem,in qua perspicitur veritas narrationis.verisimum enim est angelum ei dixisse,quod si in Sampsone,non tam propriè accipi posse videretur, argumentum esset intelligendum de Christo literaliter.quod repetit idem AVGVS.eodem lib.quæstione 164.his verbis:Ecce dixit iterum quod quemadmodum intelligi posit ignoro,magna tamen est de Christo prophetia, etiam si fieri ad literam posit, quanto magis si non posit,hęc August.quod ergo fieri non posit vt Sampson iuxta legem Mosis aut alio vllo modo Nazaræus esse potuerit ab vtero matris suæ de Christo literaliter intelligendum est,vt docet hoc canone D.August.Prænotandus est etiam canon scripturæ, quem præscribit AVGVS.contra Faustum Manichæũ lib.22.cap.25. vbi inspicere oportet, inquit, facta sanctorum diuinis libris conscripta vt si qua ipsorum peccata inuenerimus, ob quam vtilitatem sint conscripta diligenti ratione videamus,vt cum post illud dedecus laudatur, intelligamus non ipsum laudari,sed alium,hoc est Christum cuius ipse typus erat:& cap. 63. vbi de Iuda patriarcha agens,qui concubuit cum sua nuru, & post hanc turpitudinem à patre benedictus est præcipuè,& super omnes fratres laudatus,ait August.hinc expressius apparet non ad ipsum pertinere illam prophetiam,sed ad Christum,qui ex eius tribu prænuntiabatur in carne venturus,& ideò non tacitum ab scriptura est illud peccatum,vt in laudatione patris, non ipse intelligeretur,sed Christus. Adhibe ergo hanc regulam August. quam non his solum locis,sed millies repetit,& cum Sampsonem Nazaræum ab infantia sua dictum legis, vsque ad mortem,& postea legis peccata Sampsonis, & neque ab infantia sua Nazaræum legis, neque vsque ad mortem,non Sampsonem agnoscas in hac prophetia, sed Christum & dicas cũ Augustino ad veritatem scripturæ sat esse quæ dicta sint,verè ab angelo dicta esse,quę si literaliter de Sampsone intelligi non possint,de Christo intelligi necesse est. AMBR.ergo de virginibus lib.3.interpretãs illud cap.5.Canticorũ,Quia caput meũ plenum est rore: Alios cincinnos,inquit,Nazaræus habet,quos quandiu Sampson habuit intactos,nunquam vinci potuit, cincinnos

Locus cap. 13. Iudicũ, explanatur.

Canones scripturæ.

Sampson Christi typus: & quæ de Sampsone dicta ma- gis comple- ta in Christo quàm in Sampsone.

cincinnos perdidit,& meritum virtutis amisit. si ergo vt Ambros. hic ait. & vt sacræ literæ testantur, capillos amisit Sampson iuxta cap. 6. Numerorum, non potuit esse Nazaræus vsque ad mortem: rursum,si meritum virtutis amisit iuxta canonem Augusti.hæ laudes de illo intelligi non possunt.& idem Ambros.in prologo in librum de spiritu sancto, vbi plurimis verbis Sampsonis historiam Christi typum esse docet: postquam spiritus Dei inquit discessit ab eo longe mutatus ab illo Sampsone in mulieris genibus degener virtutis suæ, &c. & infrà cap. 1.Dominus,inquit scriptura, discessit ab eo: Vides ergo quia ille,qui comitabatur discessit. AVGVS.lib.2.contra secundam epistolam Gaudentij ca.23.Nunquid melior quam Sampson? Audete itaque dicere si potestis,illud quod in crinibus habuit virtutis magnum, diuinumque secretum blandienti mulierculæ fuisse prodendum? Et de mirabilibus sacræ scripturæ cap. 6.Sãpson cũ muliebri persuasione præcepti dominici transgressionẽ adinuenit,donũ amisit, q̃ postea pœnitẽtia recuperauit.Et D.HIER.cum alia alijs locis multa,de hac rescripsit tũ in Ezechielis cap.22.in illa verba,Propterea Ooliba: de visu quoque intelligimus, inquit, quo quia malè fuerant abusi Sampson,& Sedechias, priuantur. Et D.BASIL. de laudibus ieiunij, Sampsonem ebrietas,atque scortatio dedit hostibus,& exoculauit.Si ergo Sampson talis describitur,si peccat,& scortator est,Iudicum cap.14.15.&.16.quærendum est,vt iubet D.Augusti.iuxta canonem præscriptum,cur hæc peccata Sampsonis scriptura commemoret: & intelligendum est,ideo commorasse,ut laudes,quæ sequuntur & ipsa vaticinia, non de Sampsone intelligeremus, sed de Christo, cuius typus erat Sampson. Licebit enim dicere eadem verba quæ idem AVGVST. lib.vno de vnitate ecclesiæ cap.8.de psal.illo ait, quæ dicta sunt in hoc psalmo conuenire non possunt in regem temporalem, qui grauiter peccauit: de Christo ergo sint dicta necesse est. Cur.n nõ dicamus eodẽ modo quæ hic dicũtur nõ cõuenire Sãpsoni,Christo conuenire omnia? Quomodo ei conueniat,quòd eius natalis dies ab angelo prænũcietur, cùm alij multò sanctiores Sampsone fuerint? quorum nullius natalis dies prænunciatus sit ab angelo. Nam si Ioannis natalis dies prædictus est Zachariæ patri,id factum est,vt notat D. Augusti. vt sterilis,virginis parturæ typus esset. Deinde patri prænunciatur oriturus Ioannes, ab angelo. Natalis Sampsonis dies,non prænunciatur ab angelo patri, sed matri sterili: & cum rursus angelus ostenditur patri Sampsonis ab ipsa matre, nihil prænunciat patri, sed prænunciasse se dixit ipsi matri, quæ sterilis fuisse dicitur: quòd sterilis, virginis typus est. Sic enim de sterili matre Ioannis,ait AVG.tom.10.de sanctis,serm.20.Quasi ex aliquo similis Domini præmittitur filius sterilis, ante filium virginis, & de mirabilibus sacræ scripturæ lib.1.cap.12. Sara, inquit,sterilis vxor,peperit filium Isaac,quod valdè conueniebat, quoniam Isaac Christi figura erat,qui ex sola virgine erat oriturus,vt ipse nasceretur ex sterili.CYPR. libro .1. aduersus Iudæos capit. 20.multos recensет natos matre sterili,qui fuere typi Christi, qui erat oriturus matre virgine, nempe quòd sterilis sit typus virginis. Deindè cùm dicitur, Caue ne bibas vinum aut siceram, aut immundum quicquam: hoc elogium puritati sanctissimæ virginis conuenit: quando enim tale aliquid dictum est alicui parturæ aliquem ex sanctis? quando mater sanctificata est,vel Hieremiæ, vel Ioannis Baptistæ? qui in vtero matrum fuerunt sanctificati, quibus minor fuit Sampson sanctitate,& integritate vitæ. Adde,q̃ nulla patris habetur ratio ab angelo. Hic rursum adhibe canonem illum AVG.lib.vno de vnitate ecclesiæ cap.8. Quando aliqua dicuntur, quæ in ipsum,de quo dicuntur,qui typus sit Christi conuenire non possunt, de ipso Christo prædicta esse etiam contra ipsos Iudæos, inuictissimè defenditur. Abrasum est caput Sampsonis quando vires amisit: quomodo ergo illi conuenit, quòd Nazaræus fuerit vsque ad diem mortis suæ? cum desinat esse Nazaræus abraso capite, vt disces ex cap. 6. Numerorum Quomodo verum erit, quod dicitur. Cuius non tanget caput nouacula, cum ei sint abrasi capilli? an non hic dices,illud August. quando non conuenit ei, qui typus est, quod est scriptum, de Christo dictum esse etiam contra ipsos Iudæos inuictissimè defenditur? Nõ conuenit Sampsoni ab vtero matris suæ fuisse Nazaræum, sed Christo qui ab vtero matris suæ fuit sanctus sanctorum, & consecratus Deo, & separatus ab alijs,vt sapientiæ cap.2.dicitur: contrarius est operibus nostris:& infrà, Grauis est nobis ad videndũ, quoniam dissimilis est nobis vita illius: quæ omnia significant Nazaræum fuisse.i.separatum à vijs aliorum & dicatum Deo. Non conuenit Sampsoni, quod mater ait, dixisse angelum, Nazaræus Dei erit ab infantia sua ex vtero matris suæ,vsque ad diem mortis suæ, si quidem Nazaræus non ingredietur ad mortuum, &

Cur dicat scriptura, peccata Sãpsonis.

Sterilis. typus virginis.

Virginis Mariæ puritas. Canon.

millo

Universidad de Deusto
Biblioteca

mille mortuis astitit Sampson. & Nazaræus omnib⁹ diebus separationis suæ sanctus erat futurus Dño, & Sampson peccato est pollutus, Christo igitur hoc conuenit cuius capilli nunq̃ sunt A abrasi. i. virtutum ornamenta non sunt amissa, quæ capillis significãtur, vt docet ORIG. super caput. 1. Numer homilia. 1. in principio. Christus solus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Pro, nouacula, Hebraicè legitur מְרוּדָה. i. rebellio, & inobedientia, vt leges in thesauro linguę sanctę indictione, יְרֹה, vt vertere possis, Nouacula nó ascẽdet super caput eius & rebellio, & inobedientia non ascendet super caput eius, quod soli Christo conuenit. Neque ignoro multos ex sanctis excusare facta Sampsonis. D. Chryl. AVGVS. tomo. 10. sermone. 107.

Nazaræũ dicendũ & Nazarenũ cõtra quosdam.

& quæstionum super Iudicum libr. 7. quæst. 50. 51. 52. 53. 54. vsque ad finem, vbi hæc omnia de Sampsone dici posse putat vt completa sint in typo parum plenè, in Christo verò plenissimè. ¶ Pagn. pro, Nazaræo vertit, Neziræum, ille, quisquis est, qui Roberti biblia reddidit Latinè, contra fidem Hebrææ lectionis vertit Nasir. Nescio cur ijs viris non placeat nomenclaturas euãgelicas, & apostolicas seq, cũ euãgelia appellẽt Nazarẽũ Mar. 10. & Nazoręũ ferè, & Iosep. Iudæus, si sententia Iudæorũ tãtopere placet, sic noïet vt D. Marc. Nazaræũ Græcè li. 4. antiq. c. 4 interpres semp reddit Nazarenũ, qp parui refert, Nazarẽũ, vel Nazarenũ appellare, & sic euãgelia quoq; noïent Græca Nazarenũ, Nazarẽũ Nazoræũ. Patiemur mutare noïa euãgelica & apostolica, quæ Iudæi quoque ipsi probãt? dq; inuidia Iudæorũ vt nobis obstrepãt & postea ciẽt Dei, & hominũ fidem, qđ vt Christũ splẽdentẽ purius astus ostẽdã, pũctũ mutẽ, qp faciendũ docet Hier. in illud Esa. a. 22. Onus Duma, Elai inqt. i. ad me, Si volueris legere, Eli, Deus meus sonat. En liberum facit D. Hieron, mutare vnũ punctũ. Et pro elai, legere, Eli. Præsertim si splendeant Christi mysteria. Et mutationé punctorũ fieri docet in illud Esai. cap. 26, Mortui vitã nó videbunt, & in illud cap. 23. Sicut riui aquarũ in siti. Et in illud cap. 27. Hierem. Prauum est cor hominum: millies denique, ne excitare tragœdias quidam possint.

Punctorũ mutatio.

Hæc veriora veris esse, discces testimonio Lxx. virorũ, primum qui ex hoc loco paraphrasim fecere illius loci cap. 7. Esaiæ. Propter hoc dabit ipse Dominus vobis signum &c. cũ enim Hebræa lectio, præferat, Ecce virgo concipiens, & pariens filium, vocabis nomẽ eius Emmanuel. Lxx viri ex hoc loco fecere paraphrasim, & pro, Ecce virgo concipiens & pariens filium, dixere, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filiũ, vt ostenderent hanc & illã eiusdẽ rei fuisse prophetiã, & matrẽ Sampsonis sterilẽ, typum fuisse virginis sacratæ, & prænuntiationé angeli hãc, typum fuisse prænuntiationis angeli, quæ futura erat virgini, quod videtur angelus qui Luc cæ cap. 1. Mariæ virgini adstitit, nunciaturus incarnationem verbi æterni, innuere: qui penè eadem verba dicit virginĩ, quæ hic dicit matri Sampsonis, Dixit enim angelus matri Sampsonis, Ἰδοὺ σὺ συλλήμψῃ καὶ τέξῃ υἱόν. i. Ecce tu in vtero habebis & paries filium. Et apud Lucam. cap. 1. Ἰδοὺ σὺ συλλήμψῃ ἐν γαστρὶ καὶ τέξῃ υἱόν. i. Ecce concipies in vtero, & paries filium. vno tantùm verbo mutato. Et apud Matthæum, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν. i. Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium. Vbi Euãgelista eadẽ verba retinuit loco pronominis, tu, posuit, virgo. Est autem Nazaræus idem quod sanctus, & separatus Deo, quanuis Iudæi, vt à Lxx viris, & à nostris, dissentiant, contendunt tantum significare separatum, & intelligunt, à vino, cum ipse Moses dicat cap. sexto Numer. Sanctus erit crescente cesarie, & rursum ibidem, Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. Et rursum de Nazaræo: Si peccauerit, quoniam polluta est sanctificatio eius, & ista est lex consecrationis. Habemus Lxxii Iudæos antiquissimos, & doctissimos, qui Nazaræum, cõsecratum interpretantur, & separatum ab omni vitio: quòd si significaret separatum Deo, non esset vt interpretantur, separatus à vino, sed ab omni, quod inebriare potest, & ab omni inmundo: porrò omnis peccati praua cupiditas inebriat, vt docet Aristote. 7. ad Nicomachum. & 7. Physicæ auscultationis. nisi credis corporaliter hæc accipienda, vt Iudæi accipiunt, cum Dominus dicat. Non quod intrat per os. &c. De Nazaræo leges apud ORIGEN. in Leuitici cap. vigesimũ. de eo quod scriptum est, Sancti estote homil. 11. &, homil. prima. super cap. 1. Numer. & homil. 24. super cap. 28. 29. &, 30. Numer. EVSEB. Demonst. Euang. lib. 7. cap. 6. nutritus est in Nazareth vrbe vt ea occasione appellaretur Nazaræus, & occasione patriæ, in qua erat educatus, dictus Nazaræus significaretur id, quod ipse erat natura. est enim Nazaræus separatus ab alijs, & sacratus Deo, & Christus erat verè Nazaræus separatus ab alijs, Deus & homo scilicet, vt æ lectissimæ, & sanctus sanctorum. AVGVST. in cap. septimũ. Ioann. tracta. 31. in principio in illa verba: Sed istum nouimus vndè sit: hunc locum aliter explanat, indè petes. Idem D. Au

Quib⁹ verbis ab angelo mater Sãpsonis admonita fuit, appellata ab angelo sacrata virgo est. Probantur paraphrasis Lxx ab angelis & euangelistis.

Et Ioseph. 4. antiq. c. 4 nazaræũ consecratũ significare docet.

A D. August. quòd rudis sermonis Hebręi erat hæc loca non signat, tamen sensit tam fuisse vulgatum inter veteres, Dominum fuisse appellandum Nazaræum, vt cùm Nathanael audisset à Philippo inuentum esse Christũ & esse Iesum à Nazareth, respondit: A Nazareth potest ali quid boni esse. quod quanuis interroganter accipi possit, docet August. hæc verba explanãs posse legi affirmanter idque probat magis. Lege AVGVS. in psal 65. in illa verba, Date gloriã laudi eius & in Ioannem tract. 31. in principio. Denique totum illud cap. 13. Iudic. de Christo est, nam & Sampson significatur dictus esse à samain. i. à cęlo, quòd ascendebat in flãma angelus ille Pele ad cælum, Angelus ille, qui vt supra dictum est, cùm interpretabamur illud ca. 9. Angelus magni consilij, erat typus eucharistiæ, vt docet A V G. quæst. super Iudic. lib. 7. c. 54. intelligendus est, inquiens, In angelo magni consilij, verbum Deus qui homo factus se obtulit in sacrificiũ pro nobis, quòd voces ipsæ significant, nã angelus ille (vt dictum est) rogatus quis esset? respõdit: Quid quæris nomẽ meũ quod est admirabile? & pro admirabile, Hebraicè est Pele: & quid admirabilius eucharistia, qua Christus offertur? sic concinit ecclesia sancta de eu charistia, Deus qui nobis sub sacramento mirabili: & de eadem eucharistia concinit, Deus mirabilia faciens. Significat etiam Pele, Deus absconditus, quod eucharistiæ conuenit mirabiliter, quòd in eucharistia Deus absconditus mirabiliter est. Et magnopere notandum est, quod ibi offertur sacrificium, & sunt illa verba cap. 13. Iudic. Et posuit super petram offerens Domino, qui facit mirabilia, interpretari potes, offerens sacrificia Domino, qui facit mirabilia. i. & qui facit mirabilia, nam Hebraicè est, Et posuit super petram Deo, & facienti mirabilia. לַיהוָה וּמַפְלִיא לַעֲשׂוֹת. i. Deo, et faciẽti mirabilia, vt sacrificium hoc offeratur Deo, & ei angelo qui se appellauit Pele. i. Deo abscõdito faciẽs mirabilia. Idẽ eñ est pele, & maphli, vt dans apud nos, & dedes, vt Eucharistia sacro sancta admirabile sacramentũ dicatur, et Deus abscõditus, si sequamur interpretationem August. & offeratur Deo, & ipsi angelo magni consilij pele. i. Deo abscondito. Hæc vera esse dices ex Vatablo, qui vertit, Sacrificauit super petram Domino, et mirificè fecit, & poterat vertere, Domino. & mirifica facienti, ad faciendum. i. ad sacrificandum, nam עָשָׂה, pro sacrificare Hebræi interpretantur Leuit. 16. & Hebraicè non est verbũ aliũ aliud, quod sacrificare significet, nã D. Hieron. illud offerẽs supplet de suo: aut hoc verbũ interpretatur sacrificare: & מַפְלִיא, participium est, vt וּמַפְלִיא, & mirabilia facienti interpretari debeamus: aut maphli nomen est, vt interpretari debeas, Deo & pele offerens, si sequi velis interpretationem D. Aug. atque adeo Esaiæ qui puerum illum, qui datus est nobis, nominauit pele, vt hunc eundem esse significaret, cui offerendum est sacrificiũ cum Deo, & Lxx idẽ sensisse videntur, qui pele apud Esaiã, vt dictũ est, declarant esse angelum huius loci, qui se offert in sacrificiũ, & cui simul cũ Deo offertur sacrificiũ. Declaratur ergo sacratæ virginis puritas & sanctitas mirabiliter his verbis: Caue, inquit, ne bibas vinum ac liceram, neq; immundum quidquam, quia concipies, & paries filium, & cæt. quæ verba supra ostendimus soli sacræ virgini posse conuenire cuius vterum filius æterni patris sibi fecerit domicilium, cuius pectus & totum corpus sacrosancta trias sibi fecerit habitaculum, cuius vbera infanti Deo prębuere pabulum, hęc futura significatur purissima. Et cum rursum angelus interrogatur à patre Sampsonis de vaticinio, quod eius vxori prædixerat angelus, viri nullã facit mentionem, quanquam cum eo loqueretur, quin cùm percontatus esset, quid puer esset facturus? nihil de puero respondet angelus, sed de eius coniuge. Nam quanquam versio Latina posset eo referri, vt iuberetur puer abstinere ab omnibus quibus matrem Angelus præceperat abstinere, & eò refert D. BASIL. in homil. de laudibus ieiunij, tamen Hebræa verba commonstrant interpretanda esse de matre Sampsonis, quæ typus erat huius sacratæ virginis. Apud Hebræos enim verba ipsa non solum sunt distincta numeris & personis, sed etiam generibus, & omnia verba Hebræa sunt genere fœminino, vt nó ad patrem, sed ad matrem ipsam referri possint, vt puritas, & sanctitas sacratę virginis significetur. Nam alioqui cuius Nazarei mater iussa est abstinere vino, & sicera. i. omni ebrietate peccati, & se seruare mundam? cuius sancti mater sanctificata est? aut iussa est vt se sanctam seruaret.

Locus.

Iudicum de eucharistia

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.	Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet

Pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRo virga Hebraicè חטר, quã vocé Hebræi interpretantur virgam, & Thargùn pro ea pò A
suit מטה .i. virgam. Pro trunco Hebraicè est גזע, de trunco, quod Hebręi interpretantur
de semine, cùm hæc proprijsimè reddita Latinè sint, nescio cur ea quisquam attentet & pro
virga reddat, surculum: pro trunco semen: an id agunt vt quę stata sunt labefactent? quæ ex-
planata sunt à sanctis patribus faciant irrita? Pro Iesse, Iai, vertunt, atqui IOSEP. lib. 6. Iudaicæ
antiq. ca. 9. & 10. Iesłæum nominat, & Lxx duorum doctisimorum Iudæorũ authoritas, & li
terarum euangelicarum, quibus Matth. 1. Lucæ. 3. Acto. 13. ad Rom. 15. Iesse appellatur, fac esse
deberet vt nihil immutaretur. Notandum rabinos adnotare, גזע, quod nomen Hebraicè
pro radice est, esse truncum arboris resectum, cuius radix adhuc in terra manet quod est sum-
moperè notandum. Diximus enim suprà satis susè in annotationibus in caput 9. in illa verba:
Super solium Dauid, &c. regnum Dauid præcisum fuisse in captiuitate Babylonica ita vt vsq;
Dubiũ hoc notat, & eius solutionem. ad Christum dignitas regia non fuerit instauranda, fuerit autem potestas regia penes pontifi-
ces ipsos. Quod igitur truncus ille præcisus nullam virgam dominantis, vt ait EZECH. cap.
19. esset propagaturus, cuius rei etiã citata sunt supra, alia vaticinia, vt dubium soluerent Lxx B
viri reddidere. ex radice, & Lxx viros secutus est D. Hieron. Si enim ex trunco arboris regiæ,
hoc est ex familia regia non erat propaganda virga dominantis, quod præcisa erat arbos illa
& relictus truneus nullam propagaturus virgam dominantis, quomodo nunc exit virga ex
trunco illo? quo modo hoc oraculum non pugnat cum superioribus quæ citauimus? Suppul
lulascet, aiunt virga ex radice, more quarundam arborum, quę præcisæ sunt, & quanuis ex
trunco nihil procreent, neque possint procreare ex radicibus progenerant virgulas quasdam
sic enim exsiccantur arbores aliquando, vt è radice sese tollat plantula: vndè EZECH. cap. 34.
in fine excitandam à Dño dicit plantulam illam, quæ nobilitatissima futura est toto terrarum
orbe. Vbi pro plantula, quæ in Hebrẽo sermone est, D. Hieron. eadem sententia reddidit, ger
men, huius rei author PROC. est, pro radice, inquiens, reliqui vno consensu, reddidere, trun-
co, quod familia Dauid post captiuitatem Babylonicam tanquam truncus præcisus, non am-
plius habitura esset ramos, deficientibus ex ea regibus, ita ducta metaphora à trunco arboris
Paraphra-sis Lxx vi-rorum. ficco, qui nihil procreare potest, & progenerat è radice plantulam: familia Dauid redacta in C
familiam priuatam exsiccato trunco regio progenerat Christum. Itaque facta paraphrasis est
huius loci à Lxx viris ex loco sequẽti. In die illa radix Iesse, &c. & hãc paraphrasim secutus est
D. Hieron. ORIG. Numerorum cap. 11. homil. 6. Dicet aliquis, inquit, hoc quod dicitur re-
Spiritus sanctus descendit in Christum septiformis. quieuisse spiritum Domini super Christum, commune fuisse Christo cum alijs, super quos re-
quieuisse spiritus Domini dictus est, sed vide quia super nullum alium spiritus requieuisse di-
ctus est septemplici hac virtute. Per quod sine dubio ipsa illa Diuina spiritus sancti substan
Dubium. tia requiescere super virgam de stirpe Iesse prophetatur, simileque est illi, quod Ioannes Bap-
tista ait, super quem videris spiritum Dei descendentem, & manentẽ ipse est. Idem ORIG.
in Numer. cap. 16. & 17. homil. 9. in fine, Dicitur Christus exire virga, & flos ascendere, quia
Christus ascendit vt virga, & vt flos, & cur? singulis diuersus efficitur: ei qui segnior est & negligentior, fit Christus virga, & non in virga
ascendet sed exit, exeundum nanque est ei, qui segnior est de eo statu in quo est, & transeun-
dum ad alium, in quem virga compellit: ei verò iusto, qui sicut palma floret, dicitur Christus
ascendere vt flos, vsquequo afferat fructus spiritus, qui sunt caritas gaudium, pax. HILAR.
in psal. 2. in illa verba: Reges eos in virga ferrea: ipsum Dominum, inquit, virgam ab Esaia dic-
tum accepimus ob doctrinæ suæ vtilem prædicationem, quæ virga directionis est, qua in san D
ctæ vitæ viam regimur, quæ virga regni est, virga doctrinæ: Et ne tyrannicam arbitrare-
mur, sequitur: Flos de radice eius ascendet, vt virgę seueritatem floris suauitas tempera-
ret, doctrinæ terrorem leniret perfectæ beatitudinis spes. ATHAN. de fide vnitatis, &
Trinitatis, hunc totum locum citat, & completum ostendit: Vidimus, inquiens, eum conuersa
tum inter homines spiritum sanctum, & septem spiritus vocatos super eum requiescere aspe
ximus, &c. quę ex illo loco petenda sunt. Docet enim multis verbis spiritum sanctum suprà
Christum mãsisse, quod sit spiritus Christi & quod personarum quidem est indiscreta distin
Dubiũ pro-positũ nobis à Iudæis ctio, vt quanuis filius ab spiritu sancto distinguatur personaliter, filius in spiritu sancto sit,
& spiritus sanctus in filio, & in vtroque pater, & vterque in patre. Vndè interrogat Iudæus Iu
stinum cur Christus si Deus est Dei sapientia homo factus accipit. 7. dona spiritus sanctit res-
pondet Iustinus, accepisse Dominum hæc. 7. dona, quæ sunt omnia dona spiritus sancti quod
in populo Iudaico cessatura essent, & finem habitura, & tantum essent dimanatura à Christo
in cre-

A mcredenteis, sic nec futuros prophetas apud infideleis Iudæos, neque diuidenda dona pro-
phetis, quę olim diuidebantur, vt cùm olim Solomoni datus est spiritus sapientię: Danieli, in-
tellectus & consilij.

Hoc loco veteres patres in treis se scindunt parteis: alij enim, virgam hanc sacratam virgi *Veteres pa-tres alij vir-gam hanc sacratã vir-ginẽ inter-pretantur, & Christũ alij*
nem intelligunt, vt D. Hieron. in hunc locum. Et TERTVL. lib. de carne Christi his verbis,
Ipse Christus est flos de virga, nata de radice Iesse: radix autem Iesse, genus Dauid: virga ex ra-
dice, Maria ex Dauid: flos ex virga, filius ex Maria, ipse erit & fructus ventris: flos enim fru-
ctus, quia per florem, & ex flore omnis fructus. Et lib. 4. aduersus Marcionem, & latiùs lib. 5.
aduersus eundem, de epist. ad Corinth. 1. Et LEO papa serm. 4. de natiuit. Domini, In qua, in
quit, virga, nó dubiè, quòd beata Maria prædicta est, quæ de radice Iesse progenita, spiritu san
cto fœcundata, nouum florem carnis humanæ, vtero quidem materno, sed partu est enixa vir
gineo. D. EPHREM in oratione de sanctissimæ Dei matris laudibus, Virga profecto extitisti
B Maria, flos filius tuus de radice Iesse. Alij verò, quod mihi multo magis placet, virgam hanc
Christum intelligunt, quod vt diximus, à captiuitate Babylonica virga dominantis non futu-
ra erat vsque ad Christum dominum, & spiritus sanctus, vt ait DIONYS. verborum est obser
uantissimus, & eisdem vtitur in prophetis vocibus, vndè videtur dicere, virga dominãtis, quę *Cur dici-tur Chri-stus ascen-disse è ra-dice Iesse.*
nunquam erat oritura ex trunco familiæ Dauid resecto, & præciso iam inde vsque à captiuita
te Babylonica, pullulascet ex radice Dauid. i. ex familia Dauid redacta in conditionem priuatã
& humilem, qualis erat Iesse, pullulascet ergo virga. i. Christus, in æternum regnaturus. Præter
eos quos à principio diximus, sic CLEM. Alexand. explanat prædag. lib. 1. cap. 7. Sic PROC. his
verbis, Dicitur Christus virga, propter dignitatẽ regiã, & quòd pastor est, & quòd rex regum,
quòd propheta, quòd iudex, quòd est præsignificatus virga illa Aaron, quæ refloruit, typusq;
erat Christi resurrectionis, & ideo nucea fuisse dicitur, quod virga nucea capiti adposita natu
raliter facere insomniã dicitur, aut suscitare velociùs, & ideo Christi typuserat, quòd ipsa ari
da & sicca reuixit & refloruit, sic Dñs mortuo reuixit, & vt virga nucea, aut amygdalina capiti
appositа facit insomniã, aut exsuscitat dormiẽteis, sic Christus suscitaturus est mortuos. Hæc
C est illa virga oritura ex radice Iesse, qua Moses edebat miracula in AEgypto, Christus enim il
la faciebat in AEgypto miracula, vt infrà est dicendum latiùs. Hæc est virga qua liberauit po-
pulum suum Moses ab AEgyptiaca seruitute, & quæ nascitur de radice Iesse, liberatura genus
humanum. Eadem penè verbis eisdem Cyrill. ORIG. etiam virgam hanc pro Christo acce-
pit in cap. 10. Numerorum. & homil. 9. in cap. 17. & in Hierem. c. 2. & Thargun sic intellexit,
vbi pro, Egredietur virga de radice Iesse, scribitur, Egredietur rex ex filijs Isai: & pro, Flos de ra *De virga sanctorũ patrũ sen-tentiæ.*
dice eius ascendet, Christus de filijs filiorum crescet. AMBR. officiorum lib. 3. cap. 14. Proiecit
virgam Moses, & serpens factus est, qui AEgyptiorum serpentes deuorauit, significans, quòd
verbum caro fieret, quæ serpentis diri venena euacuaret per remissionem peccatorum. Virga
est enim verbum directum, regale, plenum potestatis, insigne imperij: virga serpens facta est,
quoniam qui erat filius Dei, homo factus est ex virgine, qui quasi serpens exaltatus in cruce,
medicinã vulneribus infudit, vnde Dñs: Sicut Moses exaltauit serpentem, &c. Idem AMBR.
officiorum lib. 3. virgam hanc nuceam ait, quod amara in tentationibus, dura in laboribus, in
virtutibus interioribus fructuosa est. Legendus etiam idem Ambr. in li. de Isaac & anima, cap.
D 8. & in lib. de Ioseph patriarcha cap. 9. & in Psal. 38. & in apolog. Dauid. AVGVST. de virga
Isaac, & de virga nucea tom. 10. serm. de tempore. 3. virgam, Mariam sanctam esse ait, nã vt vir-
ga Aaron produxit flores, frondes, nuces, non radicata plantatione, non defossa sarculo, non
fœcundata seminario, vndè essent iura naturæ omnia, sic virgo contra naturæ iura filium Dei
generat. Dicat mihi Iudæus, quomodo arida virga floruit, & fronduit, & nuces protulit, & di
cam illi, quomodo virgo conceperit, & pepererit. Et posteà: Virga illa Aarõ, virgo Maria fuit,
quæ nobis Christum verum sacerdotem ostendit, & peperit, de quo Dauid: Tu es sacerdos in
æternum. Superiore nanque versu dixerat: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. Et
Esaias, Exiet virga de radice Iesse, quòd hæc virga nuces produxit, imago dominici corpo-
ris fuit, in corio nucis, carnem significat seruatoris, quæ habuit in se asperitatem, & ama-
E ritudinem passionis: in nucleo, interiorem declarat dulcedinem deitatis, quæ tribuit pa-
ssum, & luminis subministrat officium, in testa dura, quæ in medio est, lignum interserit
crucis, quod non discreuit id quod foris & intus fuit. Sermone verò nonagesimo nono, de
virga Aaron: Sicut virga Aaron germinauit in populo Iudæorum, inquit, ita crux Christi flo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ruit in populo gentium,quia Christus verus pontifex est,ipse solus est,cuius virga crucis non A
solùm germinauit,sed & floruit,sed &omneis credẽtium populorum fructus exhibuit. Quẽ
autem fructum attulit? amygdalas, inquit, quæ indumento amaro integuntur, & testa dura,
intus habent dulce pabulum, talis est doctrina legis, prima facies amara quæ circuncisionem
præfert,mandat sacrificia & cæremonias: secundo loco,testa est dura,quę est doctrina mora-
lis,& ratio virtutis,quæ necessaria sunt ad custodiam eorum,quę seruantur intrinsecus,vt ab-
stinentia ciborum,castigatio corporis: frangenda tamen,cùm corpus corruptibile confractũ
morte fuerit,& resurget spiritale: tertio loco nucleus est, secretum mysteriorum & scientiæ
Dei,quo pascuntur beatæ animæ, ipse est pontificatus fructus, qui promittitur his qui esuriũt
iustitiam,& Hieremiæ virga hæc nucea ostenditur,quæ Christus est.Et lebes succensa.i.diabo
lus:Qui peccauerit,sortem suam ponet in ollam succensam .i.cum diabolo. Iustus cum virga,
hoc est,cum Christo, cuius corpus restinctum reuixit. Nam resurrectionis sacramentum ex
mortuis in his,euidenter agnoscimus, & in hac virga agnosce consuetudinẽ Domini. Semper
maiora tribuit,quam promittit.Germinatura virgam promisit:germinauit virga,& produxit B
frondes,& protulit fructus.Nec ociosum est quod in Esaia dicitur, Exiet virga & flos ascen-
det: negligentiori, virga erit Christus: iusto, flos. Et idem AVG.ser.8.virga, crucis mysteriũ
præferebat:sicut enim per virgam AEgyptus decem plagis percutitur,ita per crucẽ totus mũ-
dus humiliatur &vincitur:& sicut Pharao,& populus AEgyptius affligitur per virgam,vt po
pulũ Iudæorum dimittat,ita diabolus & angeli eius fatigãtur per crucis mysteriũ,vt à Dei cul
tu reuocare non possint populũ Christianũ:& vt virga proiecta fit serpens.i.sapientia, nã ser-
pens pro sapientia ponitur : Estote prudentes sicut serpentes, sic virga Mosis. i. crux Christi,
postquàm ad terras descendit.i.postquàm ad hominum credulitatem & fidem venit, conuer
sa est in sapientiam,quæ sapientiam AEgyptiorum, huius mundi sapientiam deuoraret. Alij
Quid sit hæc Esaiæ virga. verò sancti patres,vtranque sententiam tuentur, vt CHRYS. tom.1. in expositione psal. 22.
homil.116.virgam,hoc loco,pro virgine sacra accepit: tomo verò. 2. in cap. Matth..12.homil.
30.ad Christum refert: & tomo.3.homil.de sancto & adorando spiritu. AMBR.de institutio
ne virginis cap.9.virgam,appellat sacratam virginem,alibi Christum,vt de innouatione fide- C
lium,serm.54.interpretans illud,renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua: Vnius,inquit, aquilæ
renouandam in nobis asserit iuuentutem.i.Christi,cuius iuuentus renouata est,cùm à mortuis
resurrexit:vnde illud,Refloruit caro mea,floruit caro Domini, cùm primùm de Maria virgi
ne processit,vt flos de radice eius ascendit, refloruit cum succiso per Iudæos, corporis flore,
rediuiua de sepulchro resurrectionis gloria germinauit, & in floris modum, immortalitatis
afflauit odorem. PROCOP.in cap.53.hoc quod ait,Flos de radice eius ascendet, refert de sen
tentia antiquorum ad sacram resurrectionem.

Non possum mihi conscius esse dissimulanti, quòd veteres patres hanc virgã, pro sceptro,
& insigni regni Dauid,quod Christus erat instauraturus,interpretantur,mihi videri illam esse,
Explanatur locus cap. 47. Genes. cuius summitatem Iacob Genes.cap.47.adorat,summitatem(inquam). i. florem hunc exor-
tum in summitate virgæ huius,quæ exijit ex radice Iesse. Nam quid aliud adorat Israel, cùm
dicitur,Adorauit Israel super summitatẽ virgę eius,quam florem hunc ortum de radice Iesse
Iesse enim ad Iacob originẽ refert, vt radix Iesse, &, virga Iesse, eadem sit radix Iacob,& virga
Iacob. Certè sic explanant veteres, quòd Apostolus dixerit,fide Iacob fastigium virgæ ado-
rasse, vt sceptri dicant significationem esse accipiendam per virgam : & per sceptrum regni,fa D
stigiũ, in quo Christus est adoratus,qui futurus erat regni Iudæorũ caput. Idẽ sensit CHRYS.
in cap.11.ad Hebræos hæc verba interpretans,ait enim Ioseph adorasse Christum in suo typo,
& adorandum significasse à suis fratribus,& nationibus. PROC.quoque in Genesim, hùc Io
cum interpretans eòdem refert, quanquam ait quosdam hunc locum simpliciter accepisse.
AVGVS.quæst.super Genes.lib.1.quæst.162. his verbis figuram magnæ cuiusdam rei signifi-
cari fatetur, non explicat tamen, credidisse arbitror aliter Hebraicè esse, & iuxta lectionem
D.Paulus citat scripturam,iuxta tralationẽ Lxx. Hebræam horum verborum sensum putasse facilem. Quid? non sat erat D.Paulum ad Hebr.
cap.11.hunc citasse locum iuxta tralationem Lxx virorum, vt ratum esset & fixum, sic Hebrai
cè esse, vt vertere Lxx viri?

Vbi eadem vox varijs pũctis, lectum signi- virgæ lecti caput super Israel adorauit Et
ficat, vt vertit D.Hieron. & virgam,vt reddi- וישתחו ישראל על ראש המטה (vel) המטה
dere Lxx,cuius caput.i.florem,qui de ea ascendit,adorat Israel, hoc est, Christum natũ de ra-
dice

Lectio Hebræa est.

A dice Iesse,quæ eadẽ est radix Iacob . Nam quòd Procop.ait fuisse quosdã,qui simpliciter hęc
acciepienda putarunt,opinor fuisse eos qui iudaizant,qui,quòd nuda verborum sequuntur(vt Defęditur D.Paulus, & eius interpretatio.
Ambrosij verbis vtar)non perueniunt ad Christum. Quæ enim est fides illa,qua, authore D.
Paulo ad Hebr.cap. vndecimo, Iacob fastigium virgæ adorat? si fastigium hoc quod adorat
Iacob, non est flos ille qui ascendit de virga, quæ exijt de radice Iesse? Nam si solùm illa fi-
des significaretur,qua Iacob præditus erat,neque aliquid peculiare, & speciale hac adoratio-
ne esset significatum, nunquam hoc factum citasset Paulus peculiare : & fidem quam hoc fa-
cto prætulit, inter alia facta quibus fidem suam significarunt veteres patres. Hoc igitur fa-
cto consequitur necessariò Christi fidem esse significatam. Quo loco repetendum memoria
est,quod alibi monemus,cùm antè Calchographiam inuentã libri omnes manu scripti essent,
& glossulæ multæ marginibus authorum adscriptæ, in scripta grauissimorũ authorũ irrepe- Multæ glossulæ à lectore margini- bus adscriptas irrepsisse in scripta Hieron.
rent (qualia multa Hermolaus Barbarus in castigationibus in Plinũ,Pincianus,& alij viri do-
ctissimi adnotant,cùm claros viros mendis expurgãt)multa quo q; addita marginibus D.Hie
B ronymi à lectore in scripta D.Hieron. irrepsisse, cuius notæ illud esse puto, quod in quæstio-
nibus,seu traditionibus Hebraicis scriptum est.malè hoc versum à Lxx viris,& Hebraicè mul
to aliter legi . An hoc D.Hieron.diceret,qui Hebraici,Græcique sermonis erat doctissimus? Defęditur D.Paulus.
nesciret משה, varijs punctis,virgam significare,& lectum? & vir sanctissimus quod D.Paulus
probasset,improbaret? vt volet quisque existimet: mihi certè non fit credibile,glossulam le-
ctoris margini adscriptam esse puto,quæ in textum D.Hieron.irrepserit. Quòd verò D.Aug. Explanatur trans latio Hiero.
loco citato,iuxta Hebræam lectionem,horum verborum sensum facilem esse putat, adoratse
videlicet Israel ad caput lecti,in quo vtique senex iacebat,& sic positum habebat vt in eo sine
labore,quando vellet, adoraret : quem sensum huius loci litteralem esse planũ est, sic dictum
arbitror,vt doceat D.Augustl.versionem D.Hieronymi, Hebræam lectionem reddere fideli-
ter,non inficietur tamen interpretationem Lxx virorum, quam citat D.Paulus, cum Hebræa
lectione consentire, cùm etiam is qui primoribus labris Hebræas litteras attigerit, intelligat,
C Hebręam eos lectionẽ exprimere fideliſsimè, Neq, inficiasit D. Augustl.trãslationẽ D.Hiero
nymi figuram quoque,& typum magnę cuiusdam rei esse (vt eiusdem Augustini verbis vtar)
Cùm enim de sepulchro ageretur, & condendis ossibus cum patribus suis, conuersus Israel
ad caput lecti, dicitur adorasse : lectus enim caro est,& corpus hoc,vt discres ex D.Hieronym.
homil.2.in cantica,quam vertit ex Origene : Lectus(inquiens) in quo sponsus cum sponsa re-
quiescit corpus humanum est,& citat loca ex euangelio. Idem ait AMBR.lib.5.in cap.5.Lucæ
de scribarum & phariſæorum reprehensione, sed huius corporis humani caput Christus est,
& principium resurrectionis, quam Ambros. lecto significari docet eo loco . De humandis
ossibus ergo,cùm actum esset,vacare ne mysterio videbitur, si dicatur Israel conuersus ad ca-
put lecti,hoc est,ad caput carnis humanæ,& naturæ humanæ, ad Christum scilicet, qui caput
resurrectionis est,& principium,adorasse? Quocunque ergo modo legas siue sequaris transla
tionem Lxx virorum,quam citat D.Paulus, siue sequaris interpretationem D Hierony.Chri-
stus adoratur in typo.Notandum summopere, quod nos docet D. Augustl. loco suprà citato
Græcè legi, Et adorauit super fastigium virgæ suæ ipsius, quòd fit tantum mutatione spiritus
exilis in densum,si pro אטרו,cum spiritu exili.i.ipsius:legas אטרו.i. suiipsius,cũ spu densorneq;
D enim opus est addita vocali,vt putabat hic diuus. Testatur ergo Augusl. sic suis temporib⁹ legi
apud Lxx,& verti potuisse,'Adorauit Israel super summitatem virgæ suæipsius:quam lectio-
nem præfert epistola D.Pauli ad Hebræos,vnde cùm interpres vertit,Adorauit fastigium vir
gæ eius, pro, fastigium virgæ suæipsius positum est, quod non rarò Latinè fit, vt referatur ad
virgam Iacob. Nam quicquid dictum est suprà de virga Mosis,virga Aaron,virga Iesse,ad vir
gam Iacob pertinet,quòd omnes prodierint de semine Iacob. Vndè cùm adorat cacumen vir-
gæ suæipsius,adorat florem qui prodijt ex radice Iesse. Ergo Lxx viri,dum locum illum Ge- Paraphra sim Lxxvi rorum, & verba addi ta à Lxx, citat diuus Paulus.
neseos interpretantur, videntur fecisse paraphrasim ex hoc loco Esaiæ. Hebraicè enim est,
Adorauit super caput virgæ.i.super Christum,qui caput,& compendium,& recapitulatio est
typi huius virgæ,& figurarum vetetis testamenti, vt docet IREN.lib.3.cap.18. & 20. aut super
caput virgæ.i.super florem . Lxx (inquam) fecere paraphrasim, nam pro, Super caput virgæ,
addidere,super fastigium, vel, super summitatem virgæ, & addidere de suo,suæipsius : vt esset
totum, Adorauit Israel super fastigium virgæ suæipsius, nam interpres posuit eius, pro suæ
ipsius.Hanc paraphrasim,& hæc verba addita à Lxx viris, citat D.Paulus ad Hebr.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ et intellectus, ſpiritus conſilij et fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ et pietatis, et replebit eum ſpiritus timoris Domini.

LXX VIRI

Et requieſcet ſuper eũ ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus cõſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ et pietatis, replebit eum ſpiritus timoris Domini.

Septiformis ſpiritus qui in Chriſtum deſcẽdit.

GREG. Nazianz. in ſanctam Penthecoſtẽ: Operationes (inquit) ſpiritus ſancti (arbitror) Eſaias appellat ſpiritus, quos ſeptem dicit, & infra requieuiſſe ait ſuper Dominũ ſeptem ſpiritus idem propheta Eſaias. Et D. BASIL. contra Eunomium ſerm. 5. c. 14. quòd ſi ſpiritus nõ ex Deo diceret aliquis, neque verbum. Eſaias, ſeptem ſpiritus ſancti operationes, ſeptem ſpiritus dixit. AVG. contra Fauſtum Manichæum lib. 12. cap. 15. de ſeptennario numero diſputãs: Sanctum ſpiritum (inquit) diuina ſcriptura in ſeptiformi operatione commendat. Et ISYCH. in Leuitic. lib. 1. cap. 4. in illa verba: Coram Domino autem, Septẽ (inquit) operationes ſpiritus ſancti, ſeptem ſpiritus numerauit Eſaias. Et CYPR. lib. 1. aduerſus Iudæos cap. 20. Et HILAR. in Matth. canone. 15. Spiritus ſancti (inquit) vt per Eſaiam traditur, ſeptiforme munus eſt. Et ATHAN. de fide ſua lib. vno, Septiformem ſpiritum apud Eſaiam deſcribi ait, & numero hoc ſeptennario, ſignificari plenitudinem diuinitatis ſpiritus ſancti in Chriſto fuiſſe. Sed quid referam hanc omnium ſanctorum, quos hic & ſuperiore commentario recenſebã, eſſe ſententiam, cùm D. Ioann. Apolypſi. cap. 1. ſeptem ſpiritus eſſe dixerit?

Vatablus, & Pagninus hanc tantam authoritatem parant conuellere, apud quos ſex ſunt dona ſpiritus ſancti, non ſeptem, nam pro, Repleuit eum ſpiritus timoris Domini: vertit Pagninus, Odorari faciet eum omnes in timore Domini, & ſex fecit dona ſpiritus ſancti: reddidit enim, Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & timoris Domini, & odorari faciet eum omnes in timore Domini. Relicto enim conſenſu ſanctorum patrum, ſequitur Pagninus Rabi Dauid in libro Radicum. Et in commentarijs huius loci, vbi rabi Dauid, ſenſum huius loci putat eſſe, ſacturum ſpiritum ſanctũ, vt Chriſtus cito odoretur illum, qui timet Dominũ, pauca cognitione (inquit) & cognoſcet bonos & malos. Eundem ſequitur VATAB. in commentarijs. Si Iudæorum rabinos, relicto conſenſu ſanctorum patrum ſequendos putarunt, etiam eos ſequendos erant exiſtimaturi potiſsimum, qui contra ſanctos patres ſtarent? qui nobiſcum directa fronte pugnarent? & non eos ſequerentur potiùs, qui ita interpretarentur hunc locum, vt D. Hieronymus & Lxx viri? nam rabi Selomoh eodem modo interpretatur quo D. Hieron. excepto quòd pro illo quod Lxx viri & D. Hieronym. reddidere, Spiritus ſcientiæ & pietatis. Hebraicè eſt, ſpiritus ſciẽtiæ, & timoris Dei: & ita reddidit rabi Selomoh: & poſteà, Replebit eum ſpiritus timoris Domini.

Deſẽditur lectio dui Hieron. & Lxx.

Sic ſaltem interpretarentur, & facerent ſeptem dona ſpiritus, & quærendum noſtris relinquerent, quæ eſſent hæc duo dona ſpiritus ſancti diuerſa, quæ nomine timoris Dñi ſignificarentur ab Eſaia. Et cur timorem primum Domini, Lxx viri, & D. Hier. pietatem nominaſſent, diſtinxiſſentq; à poſtremo timore, idq; comprobaſſet D. Ioan. cùm Apocalyp. 1. ſeptem nominaſſet ſpiritus: num primus timor? timor Domini caſtus is eſſet de quo AVG. in Pſalm. 18. expoſitione. 1. interpretans illa verba, Timor Domini caſtus, non pœnalis (inquit) ſed caſtus, quo eccleſia ſponſum ſuum, quantò ardentiùs diligit, tantò diligentiùs cauet offendere. Nam duplex apud patres veteres timor eſſe videtur, & vterque ſpiritus ſancti donum, ſi expenderis diſſenſionem quandam, quæ inter Auguſtinum & Ambroſium eſt de intellectu huius loci. AVGVST. nanque tomo. 10. ſermone. 1. de annuciatione Dominica, de eo quod ſcriptum eſt in Eſaia. Requieſcet ſuper eum ſpiritus timoris Domini: Eſaias inquit propheta, cùm ſeptem illa notiſsima dona ſpiritalia commendaret incipiens à ſapientia peruenit ad timorem Dei, tanquam de ſublimi deſcendens ad nos, vt doceret nos aſcendere, ſicut ergo ille non deficiendo, ſed docendo à ſapientia vſque ad timorem Dei deſcendit: ſic nos non ſuperbiendo, ſed proficiendo à timore vſque ad ſapientiam oportet aſcendere: Initium enim ſapientiæ, timor Domini. Nam Eſaias cùm propoſuiſſet ſapientiam (lumen, ſcilicet, intellectus in-

Diſſidium quod eſſe videtur inter Auguſtinum & Ambroſ.

Diſſentio quæ videtur eſſe in ſanctis patribus.

AMBR. verò in Pſal. 118. ſerm. 5. in illa verba: Statue ſeruo tuo in timore tuo eloquium tuum, vltimum faſtigium videtur facere timorem Domini, his verbis: Eſaias, inquit, ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij ac virtutis, ſpiritus cognitionis atque pietatis, ſpiritus ſancti timoris: quantis timorem ſubiecit? vt haberet quid ſequi poſſet, informatur timor Dei per ſapientiam, inſtruitur per intellectum, conſilio dirigitur, virtute firmatur, cognitione regitur, pietate decoratur, tolle timori Domini iſta, & eſt timor irrationalis, & inſipiens. HILAR. quoque cum Ambroſ. facit in Pſal. 27. in illa verba, Beati omnes qui timent Dominũ: Quantis, inquiens, ad timorem Domini gradibus ventum eſt, ante inuocanda ſapientia, & legendi officium intellectui eſt deputandum. Vbi multa diſputat de timore, & timorem omnẽ Domini amorem eſſe docet, motumque eius dilectione perfecta conſummari. Idemq; putat AVG. de timore in præfat. in Pſal. 150. Spiritus, inquit, ſanctus, in ſcripturis ſeptenario præcipuè numero commendatur, ſiue in Eſaia, ſiue in Apocalypſi, vbi apertiſsimè ſeptem ſpiritus Dei perhibentur, propter operationem ſeptenariam eiuſdem ſpiritus: & idem ſpiritus timoris Domini, ipſe debet intelligi, timor Domini caſtus permanens in ſæculum ſæculi. Seruilem autem timorem conſummata charitas foras mittit, & nos liberos facit. Et ſic idé AVG. in lib. de gratia & libero arbitrio cap. 18. diluit dubium illud, quomodo Eſaias dicat datum Domino ſpiritum timoris Domini. Et PAVL. ad Timotheum dicat, Non dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & charitatis. Ait enim Auguſt. in quo apoſtoli teſtimonio cauere debemus, ne nos arbitremur non accepiſſe ſpiritum timoris Domini, quod ſine dubio magnum eſt Dei donum, de quo Eſaias: neque eſt ille timor quo Petrus Chriſtum negauit, ſed ille de quo Dominus, Eum timete qui habet poteſtatem, & animam, & corpus perdere in gehẽnam, item dico vobis hunc timete: illum timorem Petri abſtulit, inquiens: Nolite timere eos qui corpus occidunt: huius timoris non accepimus ſpiritum, ſed virtutis, & charitatis, & continentiæ: de quo Paulus, Gloriamur in cogitationibus, ſcientes, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem: charitas ergo facit, vt tribulatio, & metus tribulationis non auferat operationem, ſed potiùs operetur patientiam.

Concordia ſanctorum patrum.

Sed ſi dicta ſanctorum excutias à timore qui eſt initium ſapientię, itur ad intellectum, rurſus ab intellectu, deſcenditur ad timorẽ, qui eſt pietas, quemadmodum à ſenſibilibus itur ad primam cauſam, quod cùm fit, ſcientia dicitur à Platone & Platonicis, deindè cùm ad primam cauſam peruentum eſt, & indè ad cognitionem ſenſibilium & intelligibilium, tanquam à primo principio rurſum itur, ſapientia nominatur, & dialectica, nam Platonici dialecticam & metaphyſicam, & theologiam pro eodem accipiunt, ſic à timore itur ad intellectum & ſapientiam, & rurſus à ſapientia, tanquam à prima cauſa, regredimur ad eius effecta, quorum finis eſt timor, quẽ timorem D. Hiero. & Lxx viri charitatem nominant & pietatem, vt primus timor ſit donum ſpiritus ſancti, qui fit initium ſapientiæ, quæ ſapientia vltimum faſtigiũ eſt, quo peruenitur tanq; ad ſummũ, vt ait Aug. rurſum cùm ab vltimo fine, quod eſt primum naturа, regredimur tanquã à prima cauſa ad effecta conſiſtimus in alio quodã timore, qui timor firmitas potiùs eſt & ſtabilitas, & metus magis ex amore profectus, & dilectione perfecta conſummatus, & perfecta quædã penè dilectio, qualis in hac vita poteſt cõtingere, & qualis eſt ille quẽ ORIG. deſcribit in c. 3. epiſt. ad Rom. qui perfectũ adeò reddat hominẽ, vt cui ſit, nihil delit: ait enim propheta, Nihil deerit timentibus Deũ, hæc Orig. & talẽ quendã timorẽ nõ potuit Hier. nec Lxx exprimere ſignificantiùs, quam cùm appellarunt pietatem. Hęc tam multis verbis ſumus executi, vt ſententiam Catholicę eccleſiæ tueremur, ſalua vulgata editione Hebræa. Nam vnius litterulæ tranſpoſitione efficies rralationem D. Hier. & Lxx, & refelles Rabinos, qui nobis aduerſantur: nam pro pietate, Hebraicè eſt יִרְאַת, i. timor: quòd ſi primam litterulam transferas in mediam dictionem, & dicas רִאַית, efficies viſionis ſeu reuelationis, vt ſit, Spiritus reuelationis, quem eccleſia catholica publicis precationibus petit, vt Deus, & Deus, & Dñs noſter, in fidelium aperiat oculos, & auferat velamen ab oculis eorum: & Paulus ad Epheſ. cap. 1. vt Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, det vobis ſpiritũ ſapientiæ & reuelationis, in agnitionẽ eius illuminatos oculos cordis veſtri, hæc poſtrema reuelatio inquã Dei,

Deſẽditur tralatio D. Hieron. & Lxx.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& agnitio, & illuminatio oculorum efficiunt יראת יהוה .i. pietatem hoc est veram religionẽ, & A
ideo sic reddidit D.Hieron.cum Lxx senioribus, neque quidquam est frequentius apud Pa-
lum, hoc spiritu reuelationis, nec in œconomia redemptionis quidquam magis est necessa-
rium,& hoc multo magis significat verbum Hebræum si transmutatio illius literulę fiat quæ
fit frequẽtissima in codicibus Hebræis, vt docuimus in disputatione de tralationibus,multis
exemplis ex scriptis rabinorum petitis.Quòd apud D.Hieron.& Lxx viros est,Et repleuit eũ
Hebraicè est וַיְרִחֵהוּ, quod R.Dauid,& R.Abraham,vt leges in Thesauro linguæ sanctæ in di-
ctione ריח, interpretatur,Odorari faciet:à verbo ריח, odorari. Hos rabinos sequuntur Vata-
blus,& Pagninus.At R.Selomoh interpretatur,Repleuit spiritu,à verbo רוה, i.repleri spiritu:
& sic D.Hieron.& Lxx viri sunt interpretati. De sensu huius loci,lege ORIG.in cap.11.Nu-
merorum homil.6. Et IREN.lib.3.cap.10.quorum eadem est sententia, quæ TERTVL.lib.3.
aduersus Marcionem,qui interpretans hunc locum ait,significari his verbis, plenitudinẽ gra-
tiæ,& donorum Spiritus sancti fuisse in Christo. Et infrà: Nec enim vlli hominum diuersitas
spiritalium donorum competebat,nisi Christo. Et li.5.de epist.ad Corinth.1. Alijs videtur,in-
quit,his verbis significatum esse, ipsam substantiam Spiritus sancti semper cum Christo futu- B
ram,quod in principio capitis dictum est, & in testimonijs sanctorum patrum, quodq; notũ
est: nam ipse Filius spirat vnà cum Patre Spiritum sanctum,& ideo dicitur Spiritus Christi.

D. HIERONYMVS.

Non secundũ visionẽ oculorũ iudicabit, neq; secundũ auditũ auriũ arguet.

LXX VIRI.

Non secũdum gloriam iudicabit, neque iuxta sermonem arguet.

IRENAE.lib.3.cap.10.Secundum id,quod verbum Dei homo erat ex radice Iesse,& filius
Abrahæ,requieuit spiritus Dei super eum,spiritus sapientiæ & intellectus: secũdum quod
Deus erat,non secundum gloriam iudicabat,neque secundum loquelam arguebat,non enim
opus erat illi,vt quis testimonium ei diceret de homine, cùm sciret ipse quid esset in homine.
Et idem Irenæus lib.4.cap.44. Dicunt hypocritæ, inquit, Nemo nos videt, & seruiunt volu- C
ptatibus suis,& redarguuntur à verbo,qui non secundum gloriam iudicat,neque in faciem at
tendit,sed in cor. Cùm Hebraicè sit,vt vertit D.Hieron.Non secundum visionem oculorum
iudicabit,neque secundum auditum aurium eius arguet: Lxx viri interpretantur,Non secun-
dum visionem oculorum eius.i.non secundum gloriam iudicabit, hoc est, non iudicabit po-
tentes & principes pro fastu,& pro gloria, quod vulgò fit, cùm principes & opulentos etiam
coopertos omni flagitio,omni honore prosequimur: contrà Dominus qui dicebat,Væ vo-
bis pharisæi,& hypocritæ, & similia. Et quòd vertit D.Hieron. Neque secundum auditum
aurium arguet: explanant,Neque secundum sermonem arguet,videbit occulta cordiũ. Huc
spectat illud PLAT.in Gorgia,cùm iudicandos ait homines corpore nudatos, & diuitiarum
& dignitatum fulgore spoliatos,vbi animus solus, sit virtutum splendore astris splendidior,
aut fœdis vitiorum imaginibus turpissimus, quòd imagines rerum omnium quas gessimus,
nostris animis imprimuntur.Sic CYRIL.& PROC.

D. HIERONYMVS

Sed iudicabit in iustitia pauperes,et arguet in æquitate pro mansuetis terræ: et percutiet terrã virga oris sui,et spiritu labiorũ suorũ interficiet impium: et erit iustitia cingulum lumborum eius & fides cinctorium renum eius.

LXX VIRI

Sed iudicabit humili iudicium, & D
arguet humileis terræ,& percutiet
terram verbo oris sui, & in spiritu
per labia impium interficiet,& erit
iustitia cinctus lumbos suos,& veri
tate inuolutus latera sua.

IVdicabit in iustitia pauperes:CLEM.Alexandrinus pædag.lib.1.cap.7.significari putat,ca-
stigabit in iustitia pauperem,& Arguet humileis terrę,vel Arguet in æquitate pro mansue-
tis, eodem spectare ait.i.castigabit mansuetos in vtilitatem eorum, iuxta illud, Castigans ca-
stigauit me Dñs,morti non tradidit me.Castigatio enim Dñi,& increpatio liberatio est à mor
te. IREN.lib.3.cap.10. Arguet in æquitate pro mansuetis terræ,quòd Lxx dixere:Arguet hu-
mileis

A mileis terræ,videtur interpretari,id est,arguet glorioſos terræ, iuxta illud euangelij Matthæi
cap.12.cùm discipuli Domini vellerent spicas vt manducarent, & pharisæi dicerent, Ecce di-
scipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis: Dominus cœpit glorioſos illos pharisæos
arguere, pro mansuetis, pro discipulis,quos scriptura appellat mansuetos, & pauperes spiri-
tu: Non legistis quid fecerit Dauid cùm esurijt? &c. Et cap.15. Tunc accesserunt ad Iesum scri
bæ dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum,& Dominus pro mã
suetis, pro discipulis & apostolis arguit vehementer glorioſos illos scribas & pharisæos. Et
hæc interpretatio mihi præter reliquas placet. CYRIL.Iudicabit humili iudicium,explanat,
non despiciet quenquam humilem, sed rectum & inculpatum de eo iudicium proferet.
D.HIER. Iudicabit iudicium pauperi,cùm dixit: Beati mites, quoniam ipsorum est regnũ
Dei:& beati pauperes,& beati misericordes: illa enim iudicia pronunciauit de pauperibus,nã
pauperes,& mansueti in scriptura,apostoli & sancti nominantur, quòd omnia terrena relin-
B quunt,vt Christum sequantur: Ecce nos reliquimus omnia,& sequuti sumus te, his iudicat iu
dicium Dñs,Amen dico vobis, quicunq; reliquerit patrem aut matrẽ,& ijs præscribit Dñs iu
dicium.i.euangelicã legem,quæ iudicium dicitur,vt infrà dicendũ pluribus est: his, inquam,
qui tollere volunt crucem suã,& sequi Christum. Arguet pro mansuetis terræ, conuenit inter
pretatio supradicta his verbis,iuxta tralationem D.Hier. Tralationi verò Lxx,conuenit inter
pretatio D.Hier. Arguet humileis terræ in æquitate,vt cùm Petro ait,Vade post me Satana: vel
Arguet mansuetos terræ,probauit eos tanquã aurum in fornace. Potestis bibere calicem,quẽ
ego bibiturus sum? Ante reges,& præsides ducemini. Percutiet terram in virga oris sui, ob-
iurgabit verbis grauissimis eos,qui terrena sequuntur: Væ vobis, qui ridetis. Spiritu labiorũ
suorũ interficiet impium,pellet vitia & peccata: sic enim interficiuntur impij,& fiunt pij. Erit
iustitia cingulũ lumborũ eius,& fides cinctorium renũ eius: aut vt Lxx reddidere,Veritas,cin
ctorium renum eius: emunà, vtrunq; significat,& fidem,& veritatẽ, quia erat ipse ipsa iustitia,
& veritas ipsa: vt enim suprà dixerat CYRIL. Quemadmodum in primo homine,quia fuit pi
ger,in obseruatione mandati habitauit peccatum, ita in secundo Adam habitauit ipsa substã-
C tia Spiritus sancti,& omnis diuinitas corporaliter,vt inde omnes acciperemus: vt enim carbo
candens,aut ferrum candens vnitũ igni est,ita vt nulla pars sit,quæ non sit igni vnita, sic Chri-
sti caro sanctissima, & Christi humanitas erat vnita diuinitati verbi, quæ est ipsa veritas,&
ipsa fides,& ideo veritas,& fides cinctorium renum eius dicitur,& cingulum.

D. HIERONYMVS.

Habitabit lupus cum agno, et pardus cum hœdo accubabit: vitulus,et leo, et ouis simul morabuntur,et puer paruulus minabit eos: vitulus et vrsus pascẽtur simul, requiescent catuli eorum,et leo,quasi bos comedet paleas.

LXX VIRI.

Simul pascetur lupus cum agno,&
pardus simul cum hœdo: & vitu-
lus, & leo, & taurus simul pascen-
tur,& puer paruulus ducet eos. bos
& vrsus pascẽtur simul,& simul e-
runt catuli eorum, & leo sicut bos
comedet paleas.

D EVSEB. Cæs.li.2.demonst.euang.cap.41. de Gentibus quæ vocatæ sunt ad fidẽ,hæc explanat, quæ in scriptura bestiæ & belluę no
minantur,& serpentes venenatæ, vt alibi latiùs dicendum est, & ibi satis fuse hunc locũ expla
nat. Et lib.3.c.2.vbi docet hoc loco prædici à propheta,feros Gentium mores, recepta fide mu
tandos in mores mansuetissimos. Et lib.7.cap.9.Hæc allegoria,inquit,significat Gentium mo
res efferos,& agrestes,Christi prædicatione mutandos.Et per allegoriam hæc dicta sunt,vt ra
dix Iesse,virga,flos,cingulum iustitiæ et veritatis,quòd aliter intelligi nisi per allegoriam nul
lo modo possint,quæ omnia dicit Euseb.& quòd hoc cap.prædicũtur signa aduentus Christi. *Quæ signa hoc capite dentur ad uẽtus Christi cognoscetur.*
Vnum enim signum erat,oriturum Dominum de radice Iesse,secũdum Spiritum sanctum de-
scensurum,& mansurum super Christum: quòd secundum signum datũ est D.Ioanni,vt Chri
stum agnosceret: tertiũ signum,non iudicaturum homines pro gloria,& pro fastu,quod cõ-
pletum est cùm diceret,Væ vobis scribæ,&c.vt obiurgaret Iudęos in defensione discipulorũ
suorũ,& reliqua quæ diximus.Ideò vt ORIG.ait li.4.Periarc. c.2.Iudæi postulabãt hęc signa
compleri,vt lupus habitaret cũ agno,vitulus & taurus simul pascerentur, & cum nihil horum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæorum obiectio.

gestum esse secundum historiam viderent, in quibus præcipua signa aduentus Christi obser- A
uanda credebant, non recepere Christum, quin illum affecere cruce: Sic autem hoc dictum
esse docet ORIG.in Genes.cap.6. homil. 2. vt illud quod dictum est Petro in illa visione, in
qua omnia quadrupedia, & bestiæ terræ intra vnum fidei linteum continebantur, quatuor e-
uangeliorum initijs alligatum, quibus significabatur homines agrestes, & feris moribus, qui
nihilo distabant à serpentibus venenatis, à belluis immanibus mutandos in sanctos viros. Idē
ait D.Hieron. & refellit Iudæos eisdem rationibus quibus Euseb. PROC. In ecclesia, inquit,
vitulus, leo, & pardus, mutatis ferinis moribus simul pascentur, eiusdem spiritalis escæ parti-
cipes.i.reges, & principes viri, dimisso illo fastu, & fœditate simul cum pauperibus versabun-
tur. CYRIL.idem ait, additque, Pax Christi non solùm ad eos perueniet, sed ad natos nato-
rum. AMBROS.in psalm.118.in illa verba, Et respondebo: Lupi, inquit, sunt persequutores,
sancti agni: lupus erat Paulus, apostolus factus est. Quis cum hoc lupo non gaudeat versa-
ri? Idem hoc ait AMBR. in illud Lucæ, Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. & idem
de virginib. libro. 2. Cùm virgo, & miles subeunt martyrium simul, ait, tunc verè compleri B
illud, lupum & agnum pasci simul: Ecce, inquit agna, & lupus non solùm pascuntur simul, sed
etiam simul immolantur. Pueros appellat, inquit D.HIER. viros sanctos puerili innocentia,

Puer nobilitatus litteris sacris, qui regit leones, & vrsos, & reliqua animalia quis?

iuxta illud Domini: Nisi quis efficiatur vt paruulus hic, non introibit in regnū Dei. CYRIL.
Puer hic paruulus, qui agit eos, doctor ecclesiæ est moribus sanctissimis: tales enim sunt eccle
siæ doctores, qui cælestem thesaurum testaceis vasculis circunferunt, animo libero omni ma
litia, puerili innocentia. EVSEB. locis citatis, puerum hunc interpretatur quantum comme-
mini illum, qui datus est nobis. Et IVST. in dialogo aduersus Tryphonē, inter nomina Chri-
sti puerum adnumerat. Et sacrata virgo: Accepit, inquit, Israel puerum suum. Ergo puer hic
qui natus est nobis, & filius æterni patris, qui datus est nobis, reget eos, qui olim erant leones,
vrsi, & lupi. Cur autem homines bestiæ nominentur, & serpentes, docet CHRYS. in cap. Ge-

Cur homines bestiæ, & animalia venenata appellentur.

nes.2.homil.12.vbi ait diuinam scripturam homines varijs beluarum nominibus vocare, pro
varietate vitiorum, interdum canes ob impudentiam, & impetum, equos insanientes ob libi-
dinem, asinos ob stupiditatem, leones & pardos ob rapacitatem, & habendi auiditatem, aspi- C
des ob fraudulentiam, serpentes & viperas ob latens venenum, & malitiā. Et in cap.6. Genes.
homil.23.interpretans illud, Noë homo iustus: homo, inquit, commune nomen, pro laude iu-
sti vsurpauit, nam cæteri, qui non sunt iusti ob carnales voluptates, amiserunt esse homines:
tunc enim homo est quando virtutem colit, & sic interpretatur illud Esaiæ: Veni, & non erat
homo: qui alienus est à virtute, bestia appellatur, quod paulò infrà multis verbis docet Chry
sost. nam amatores mulierum, equi dicuntur, & serpentes fraudulenti, & bestiæ, qui transeunt
in bestiarum affectus, interpretaturque illud, Faciamus hominem secundum imaginem no-
stram, vt imperet bestijs.i.vt imperet prauis cupiditatibus, quas habet communes cū bestijs.
De hac re lege BASIL. in Hexameron homil 10.de hominis fabrica, in fine, vbi hęc diuinitùs
disceptat. LACT. lib.2.cap.3. sola religione homines à bestijs separari docet, vt infideles, be
stiæ iure appellentur. & lib.5.cap.5.auaros, lupos appellari docet: serpentes venenatas, inui-
dos, & dolosos, vt Chrysost. & eodem lib.5.cap.11.plurimis verbis exsequitur, cur à prophe-
tis infideles bestiæ nominentur, & serpentes. Et IREN. idem docet lib.5.vbi scribit carnales
homines, quos apostolus appellat, à prophetis bestias appellatos, propter vitam prorsus irra-
tionabilē, vt nos vulgò homines asinos, & pecora dicimus, & cętera quę adiecit. Lege AMBR. D
in Psal.118.serm.10.in illa verba, Manus tuæ fecerunt me: Vbi homo, inquit, ad similitudinem
Dei factus est, verùm scriptura hominem peccantem non appellat hominem, sed aut serpen-
tem, aut equum hinnientē, aut vulpeculā, vt, Dicite huic vulpi, de Herode. Et Ioan. Generatio
viperarū. CHRYS. in Matt.c.3.homil.10.per lupos, & agnos, vitulos, & vrsos, corruptā & vi-
tiosam vitā significari putat, publicanos.s. scortatores, latrones, vt per irrationalium mores, &
ingenia diuersa, ostēdat vitā hominū variā, & varia vitiorū genera in eandē religionis coitura
esse concordiā. Et idem Chrys.in demonst. quòd Christus sit Deus, interpretans hunc locum
prędictum his verbis ait, Non solùm benignos, & mansuetos homines, sed feros, & immanes,
qui inter seipsos lupi erant, & leones, & tauri, & vrsi, in vnam esse ecclesiam colligendos. Si
quærat, inquit Iudæus, quando factum sit, vt lupus cum agno pasceretur: rursum rogabimus,
quid hoc humano generi erat profuturum? hoc ad feros homines pertinere, ad Scythas, Thra
ces, Mauros, Britannos, Indos. CLEM. Alexand. lib.6.Strom. Vitulus, siue bos, inquit, dicitur

A Iudæus, qui sub iugo legis est mundus: est enim bos mundum animal: vrsus, populus Gentiū,
quod immundum animal est, & carnem quādam parit sine figura, quam paulatim lingua con
format: sic populus Gentium, ex belluina vita, lingua ad euangelicam vitam conformatur.
Paleas comedet. ORIG.tom.15.in Ioann. varia esse ciborum genera docet: vt enim quibus-
dam lac datur, iuxta illud D.Petri, Sicut modò geniti infantes, lac concupiscite. Et illud Pauli,
Lac vobis potum dedi, & ægrotis dantur olera, perfectis solidus cibus: sic animis irrationabi-
libus, quæ iumenta dicuntur in sacris literis, qui simpliciter ambulant, non multùm docti, sed
fide pleni, vt docet AVG. in psal.106.in illa verba, Et benedixit eos. His inquit ORIG. dantur
herbę, iuxta illud, In loco pascuæ, ibi me collocauit, dantur paleæ, & fœnum, datur simplicis-
simus cibus spiritalis, quod hoc loco significat Esaias, cùm ait, Leo quasi bos comedet paleas:
& qui erat inter homines velut leo, nō multùm doctus, sed fide plenus, vitam simplicissimam
viuet, & simplici cibo spiritali aletur, non scrutatus maiora. Catuli eorum simul requiescent,
pax Christi perueniet ad natos natorum, sic CYRIL.

B

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et delectabitur infans ab vbere super foramina aspidis, et in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suā mittet. Non nocebunt, neque occident in vniuerso monte sancto meo.	Et puer paruulus in foramen aspidum, & in cubile propagationum aspidum manum immittet, & nō malefacient, neque poterūt perdere vllum in monte sancto meo.

DIuus ATHAN. de passione & cruce Domini lib. putat hoc esse quod dictum est, Ecce
ego dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpios, nam olim serpens
calcauit Euam, nunc conculcare cupiens, audit, Abi post me sathana. Olim aduersarius noster
diabolus, tanquam leo rugiens, circumibat, sitiens nostram animam: nunc verò conculcatur
vnà cum dracone, ac posthac Deus velociter conteret sathanam sub pedes nostros, adeoque
C eōtemptui est, ac deluditur, vt etiam in foramen aspidum aliquis immittat manū, nec timeat,
vt Esaias ait. Nunc enim pueri voluptatem, quę quondam senes demulcebat, derident: pudi-
citiam, quæ suprà legem est, deligunt: virgines q; manentes calcant serpentinæ voluptatis falla
cias, conculcant ipsum diaboli aculeum, cùm mortem, & tormenta quę intentat, contemnūt.
TERTVL. aduersus Marcionem lib. 4. Figuratè, inquit, scorpios, & colubros appellat spirita
lia malitiæ, quorum ipse princeps dicitur serpens, draco, leo, quod illo Dauidis significatur, Su
per aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem: & infrà, cùm hāc
potestatem prius accepisset à patre super scorpios & serpentes, vt suis sanctis illam præstaret,
illam præstitit eis. Omnis metus ergo expertes, inquit CYRIL. immittent manus in cauernas
aspidum, in dæmonum cateruas, & in propagationes aspidum, hoc est, hæreticorum & infide
lium, nec noxam inde trahunt, nam occidi possunt, flecti nequeunt. AMBR. in præfatione
in psal.37. videtur hunc locum interpretari sic: Verbum quod erat in principio apud Deum,
immisisse manum in cauernam aspidum, hoc est, in carnem nostram cùm suscepit illā: & cùm
D caro nostra esset cauerna aspidum. i. peccatorum euacuasse omne venenum aspidum, omnia
peccata, nam peccata dicuntur venenum aspidum, quòd aspides morsu, nullum inferunt dolo
rem, sed leuissimè pungunt, & dulci somno membra hominis morte resoluunt, ita peccatum
voluptate quadam & somno, & obliuione, miseram animā vita spiritali orbat. Idem Ambr.
in apolog. Dauid in princip. Christum & apostolos, ceruos appellatos ait, quòd cerui hanc ha
beant naturā, vt venenatas serpentes ipso spiritu cauernis extrahant, & deuorent, nec timeant
morsum serpentis: sic Christus & eius apostoli, homines qui serpentes venenati dicuntur,
quòd non solùm ipsi scelerum veneno tumeant, sed idem venenum alijs afflent, necant, &
deuorant, hoc est, vitia delent, & sibi concorporant: vt Petrus iussus est in visione illa occi-
dere, & manducare, & concorporare ecclesiæ. Aliter tamen hunc locum explanat idē AMB.
de pœnitentia lib.1.cap.13. cùm interpretatur Pauli sententiam, Tradidit eum Sathanæ: quæ
quia sunt longiora, qui volet indè petat, attento tamen animo sunt legenda. Lxx viri sensus
hoc loco reddunt, non verba. Quòd enim D.Hieron. dixerat, Delectabitur infans ab vbere su
per foramen aspidum, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet: Lxx di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xere, Puer paruulus, vel puer infans in foramen aspidum, & in cubile sobolis aspidum, manũ A immittet, expressa sententia, non reddita ad verbum lectione Hebræa.

D. HIERONYMVS.

Quia repleta est terra scientia Domini sicut aquæ maris operientes.

LXX VIRI

Quia repleta est omnis terra cognitione Domini sicut aqua multa operiet maria.

VT trunq; eodem modo, quanquam dilucidius verti potuit, si ad verbum lectionem Hebræam sic redderes, quia plena est terra cognitione Dei, sicut aquæ mare cooperiunt. AVGVS. de vnitate ecclesiæ lib. vno cap. 7. planius legit hunc locum, & de ecclesia catholica, quæ in totum orbem diffusa est interpretatur, quam præuidisse Esaiam dicit, cùm scripsit, Repleta est terra vt cognoscat Dominũ, vt aqua multa operit mare. Græcè est, ὁτὶ γνωσθήσεται τὸν κύριον, cognoscere Dominũ, vt sit, Repleta est terra cognoscere Dominum, & quia infinitiuus cognoscere est cum articulo, τὸν, valet pro nomine, vel pro subiunctiuo cum, vt, vt sit impleta est terra cognitione Domini, vel impleta est terra vt cognoscat Dominum. CHRYS. tom. 5. in demonstratione, quòd Christus sit Deus, dicit, omnes nationes vocandas ad fidem, idque præsignificatum esse illo vaticinio: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & hoc Esaiæ loco, implebitur omnis terra scientia Dñi, sicut aqua multa quæ operit ipsum marc: sic EVSEB. lib. 2. de demonstratione euãgelica cap. 4. & beatus Prosper de prædictionibus Dei parte 3.

D. HIERONYMVS.

In die illa radix Jesse, qui stat in signũ populorũ, ipsum gentes deprecabuntur.

LXX VIRI

Et erit in die illa, radix Iesse, & quæ consurgit vt princeps sit gentium, in ipso gentes sperabunt.

ORIG. in Epistolã Pauli ad Rom. interpretans hunc locum ait, hunc locum citari à Diuo Paulo iuxta tralationem Lxx virorũ, additque ferè tralationem Lxx virorum ab apostolo citari, omissum autem esse hoc loco totum illud, & erit requies eius honor, quod negligenter dictum ab Origene est, non enim necesse erat citatam à Paulo totam prophetiam, citatum vero à Paulo est, quantum satis est. illud erat adnotãdum magis hoc loco Lxx viros metaphrastas potius fuisse, quam interpretes, & citatam tamen eorum versionem nihilominus à Diuo Paulo, quam contentionem inter Diuum Hieron. & D. August. fuisse diximus in disputatione de tralationibus, post explanationem Diui Pauli non necesse erat hunc locum interpretari, nisi locum Diui Pauli ad Rom. doctores sacri bifariam interpretarentur. AVGVS. de vnitate Ecclesiæ cap. 7. tantũ putat Paulum intellexisse Christum de semine Dauid imperaturum gẽtibus, & nationibus, & HILAR. li. 5. de trinitate prope finem, & ATHAN. de incarnatione verbi lib. vno, his verbis, quod vero saluatoris aduentu omnes vndique gentes Deum agnoscere ceperint, prædixere prophetæ. Erit inquit radix Iesse, & qui exurgit dominari gentibus, in ipso gentes sperabũt, & premit Iudæos interrogatione, quis vnquam ex his quos diuina tradit scriptura ex sola natus virgine? quis genitus rex, priusquam patrem, aut matrem vocare posset, regnat, & spolia hostium diripit? quis huius modi fuit rex Israél, & Iuda? dicant Iudæi in quem sperauerunt gentes omnes, ac cum quo pacem habuerint? quandiu enim stetit Hierusalem, bellum ei perpetuo fuit illatum à nationibus, ab Assyrijs, Aegyptijs, Babylonijs, habuit bella Dauid, Ezechias, Iesus Naue, quis est igitur in quem sperauerunt Gentes? dignum reor hoc inspicere, esse enim alterum quem necesse est, quia non potest prophetia mentiri, sic interpretatur ORIG. & AMBR. in hunc locum Pauli, & CYPRIAN. aduersus Iudæos lib. 1. cap. 21. EVSEB. tamen de demonstratione Euangelica lib. 2. cap. 41. lib. 3. cap. 2. & ferè totum hoc caput explanat & ita hunc locum interpretatur vt diximus, infra tamen li. 7. cap. 9. suspicatur hunc locum dici de sacra Christi resurrectione, & hac prophetia impios Iudæos, & Iudaizantes refellit, qui Psal. de Christo cõscriptos, & oracula de Christo prædicta ad Solomonem referũt (saltem literaliter) En, inquit Euseb. tot annis post Solomonis obitum venturum significat propheta Esaias, illũ toties Dauidi de eius stirpe promissum, qui gentibus est imperaturus, vt nec hæc, nec illa possis vllo modo ad Solomonem referre, & cætera quæ adiecit disertè, & satis fuse. TERTVLL. in lib. de Trinitate

Orig. citari ferè ait à D. Paulo tralationẽ Lxx virorũ.

Lxx viri huius loci, metaphrastas faciũt, & tamẽ ei tantũr à diuo Paulo.

Iudei vrgẽtur à nostris hoc vaticinio.

Euseb. vrget & premit Iudæos

A Trinitate prædictum ait à prophetis, quòd à mortuis esset resurrecturus: vt illo Esaiæ, Et erit in die illa radix Iesse, & qui exurget imperare Gentibus: vbi surget, pro resurget accepit, & Græcè est ἀνιστάμενος quod verti potest resurget. PROC. quas nunc appellat nationes, suprà appellauit belluas, & feras, quib⁹ resurrexisse Dñm ait imperare. i. ad imperandũ quia post sacrã resurrectionẽ imperaturus erat Gentibus, non Iudæę solum. CHRYS. to. 5. in demonst. quòd Christus sit Deus, ait his verbis prædictas passionem, & resurrectionem Domini. Idem sensisse videtur in cap. 11. Matth. homil. 37. Hebraicè est, vt vertit D. Hieron. In die illa erit radix Iesse, qui stat in signum populorum, vel, quæ stans erit in signum populorũ: & alibi pluribus dictum est, ex Procop. & alijs patribus, signum siue vexillum: vtroque enim modo Latinè reddi potest, poni pro cruce Dñi & signo Christi Domini crucifixi: erit ergo hic qui prodijt è radice Iesse, signum populorum, non vnius populi Iudaici, sed populorum Gentium erit signũ: adorabitur hic qui prodijt è radice Iesse crucifixus, adorabitur, inquam, à Gentibus: & sic hũc locum intellectum esse à Lxx viris liquet, quòd verba non reddidere sed sensum, Et erit radix Iesse qui surget, vel qui resurget imperare Gentibus. Nam post sacram passionem, & sacrã resurrectionem, iussi sunt apostoli à Domino prædicare Euangelium omni creaturæ. Ea quod aiebat AVGVS. & ORIG. citat Paulus tralationem Lxx virorum, etiam cùm non exprimit lectionem Hebræam. Editio enim Hebræa reddi potest ad verbum, Qui stat signum populorum, vel in signum: & pro in signum populorum, reddidere, imperare Gentibus: quòd paraphrastę sunt, non interpretes, & explanant quid sit Christum esse in signum populorum, quod quid esset, posteà rerum declarauit euentus: fuit enim & est signum Christi crucifixi, populis & gentibus, in vexillum ab omnibus adoratum. Vera dicit Paulus, cùm dicit hoc dixisse Esaiam, hæc est enim sententia Esaiæ. Quòd D. Hieronymus vertit iuxta lectionem Hebræam, Ipsum Gentes deprecabuntur, vel ipsum Gentes sequentur, vtrunque enim significat verbum Hebręum: Lxx interpretantur, In ipso Gentes sperabunt: & tamen tralationem Lxx, citat D. Paulus. ORIG. interpretans hunc locum, ait Christum à D. Paulo hoc loco significari, appellatũ Deum: cùm enim dixisset sensum huius loci esse, pro hac misericordia, quam à verbo, quod erat apud Deum consecuti sumus, vt is vnigenitus filius Dei, qui semper erat, nasceretur ex radice Iesse, ad salutem Gentibus dandam, Gentes eum honorant, & magnificant Deum. Cum ergo hunc sensum huius loci dixisset esse, hoc quoque significasse D. Paulũ vult, cùm statim subiungit: Deus autẽ spei repleat vos omni gaudio. Quòd enim citarat hoc Esaiæ, In eum Gentes sperabunt, de Christo loquens, subiecisse ait Deum spei, & appellasse Christũ Deum spei, in quem Gentes sperarent: & addidit, Si Esaias dixisset, in ipso Gentes credent, Paulum appellaturum fuisse Christum Deum fidei. Quòd autem AMB. & ORIG. quærunt, cur Propheta dixerit, Erit radix Iesse, & non Dauid, aut Booz, aduertendum est Iesse Hebraicè dici Isai. i. sapientia mea: & Christus dicitur ortus ex radice Isai, quòd radix & scopus aduentus redemptoris, sapientia nostra fuit. Christus enim vt D. Paulus ait. 1. ad Corinth. cap. 1. Factus est nobis sapientia. Hunc locum totum explanat ORIG. mirabiliter, homil. 7. in diuersos, in illa verba: Egressus inde Iesus, vbi quæstionem bellam reperies.

Citatur à Paulo tralatio Lxx cum nõ ex tã flatio, sed metaphrastis est potius.

Lxx tralatum à Paulo citantur eũ nõ reddunt lectionẽ Hebræã ad verbũ.

D. HIERONYMVS *LXX VIRI.*

Et erit sepulchrum eius gloriosum Et erit requies eius honor.

B VATABL. vertit hunc locum, Et erit requies eius gloria, vel in gloria, & optimè: sed in commentarijs interpretatur, Erit regnum eius tranquillum & gloriosum: nam Iudæi qui expectant auream Hierusalem, de regno Messiæ interpretantur: sed hi suos, nos nostros duces sequamur. Pro sepulchro, vel requie, vt vertere Lxx viri, Hebraicè est מְנוּחָה, quæ vox reperies in dictione נוח, in Thesauro linguæ sanctæ, significat requiem à laboribus, à negotijs, ab afflictionibus: & ideo Lxx vertere, ἀνάπαυσιν. i. cessationem, requiem à laboribus, cùm dixit, Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum: statim enim glorificatus à patre est, tot editis miraculis, vt dicerent ipsi qui illum cruce affecerant, Verè filius Dei erat hic: & centum libris vnguenti nardi pistici fuerit delibutus. Hæc glorificatio hoc loco est significata: & hoc erat etiam signum Christi, vt summam ignominiam eius mortis, exciperet summa claritas & gloria. Iudæi hoc totum iam inde ab illo loco: Et erit radix Iesse, referunt ad finum Christum, quem ipsi fingunt regem terrenum futurum: & ad suam Hierusalem auream, quam terrenam ipsi sibi promittunt: & conuenienter huic sententiæ videntur interpretati Pagnin⁹ & natio-

Signũ Christi aduẽtus vt cognoscetur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Vatab. verbis quibusdam additis: Et erit in die illa,eum,qui egredietur de radice Ieſſe, qui A ſtabit vt vexillum populorum,Gentes quærent: quæ verba videri poſſunt ſignificare Gentes & nationes accurſuras ad eum,qui egredietur de radice Ieſſe veluti ad terrenum regem,quod ſignificant verba ſequentia, Et erit requies eius in gloria,quæ interpretatur Vatablus in commentarijs.i.Erit regnum eius tranquillum, & glorioſum. Videre referri quoque poſſe interpretationes VATAB.& PAGNI.ad Chriſtum Dominum,ſed non neceſſe erat verba addere illa, Eum, qui egredietur, aut,tunc quoque vſu veniet,neque ſic mutare verba recepta, & con

Cur Lxx viri trecentis annis ante tempora aduentus Chriſti verterint ſcripturas.

uenienter Hebrææ lectioni,reddita à D.Hieron.vt congruerent etiam ſententiæ Iudæorum, aut vt ſententiam Iudæorum intelligentibus exprimerent.En cur cauit Deus CCC. annis ante crucem Domini vt Lxx viri ſcripturas verterent,& non ad verbum, ſed paraphraſi quadã facta qua ſenſus ſacros,& euangelicos exprimerent.Meum aiunt hoc eſſe commentum, ridiculum,quaſi non oſtenderim ſanctos patres,noui teſtamenti præcones totius orbis doctores quibus ipſe Chriſtus dicebat:Non vos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Iuuat enim vti Cyrilli verbis, quibus ipſe vtitur in expoſitione ſymboli quaſi B (inquam) non oſtenderim hoc docere, & teſtari, cùm eorum citant paraphraſis, Quis credat, aiunt, CCC ante annis, quàm res geſta eſt, paraphraſim euangelij feciſſe Lxx viros? Meum commẽtum eſſe vociferantur, lege quæ ſcripta ſunt in diſputatione de tralationibus,

Lxx viros facere paraphraſim ſcripturæ, non meum eſt commẽtum, ſed apoſtolorũ, euangeliſtarũ, ſanctorum patrum docu mentum.

& intelliges hoc argumentum fuiſſe ſanctis patribus,editam tralationem Lxx virorum affla tu ſpiritus ſancti quod tot ante rem geſtam annis, & ſenſa, & verba euãgelica repreſentarint. Si ſanctis patribus apud quoſdam parua eſt fides:en D.Paulus paraphraſim factam à Lxx viris citat,interpretatur,atqui Hebraicè ſciebat,& doctiſſ.Hebrææ linguæ erat, & de ſe erat teſtatus in ſe Chriſtũ loqui, & raptus in tertium cœlũ hauſerat cognitionẽ rerum cœleſtiũ, vt aic Hilarius, & ſpiritu ſancto dictante hæc ſcripſit, & intelligebat hæc non ad verbum reddita ex Hebræo ſermone, ſed factam paraphraſim à Lxx viris. Non igitur meum eſt commẽtum: quod dico Lxx viros facere paraphraſim ſcripturæ plurimis locis,ſed ſanctorum patrum, D. Pauli,euangeliſtarum,& apoſtolorum,qui paraphraſes.Lxx citant, documentum. Significat etiam vox Hebræa vt docent Hebræi,locare rem,in loco in quo eſſe debet,& ideo D.Hiero- C vertit ſepulchrum, PROC.Noluit dicere propheta mortem eius futuram gloriam .i. glorioſam & pro morte poſuit ceſſationẽ eius futuram gloriam, ſignificat tamen mortem Domini glorioſam futuram: vt enim Iudęorum conſilium fuit,quanta maxima affectum ignominia illum occidere, vt eius nomen extingueretur, & ideo dixere morte turpiſsima condemnemus eum,ita ipſe poſt ſacratam reſurrectionem per omnes nationes clariſsima gloria reſplenduit CYRILL.ſic explanat etiam & clarificatum à patre ait poſt mortem, quod ipſe Dominus ante paſsionem poſtulauerat, pater glorifica filium tuũ ea gloria, qua fuit ante conſtitutionem mundi.CHRYS.in caput Matthæi 11 homelia37.paſsionem hoc loco ſignificari putat & paſſionis gloriam.Idem CHRYS.in demonſt.quod Chriſtus ſit Deus pluribus verbis hunc locũ interpretatur, ait enim his verbis prędictum eſſe poſt mortem res Chriſti futuras clariores, quod poſtquam proditus à diſcipulo eſt, conſputus,conuitijs affectus, flagellatus,crucifixus inter latrones deputatus,irriſus, poſt mortẽ, & reſurrectionem,illud mortis genus tam ignominioſum,diademate quouis glorioſius eſt:Nam reges poſitis diadematis crucem ſuſpiciunt, mortis eius Symbolum, in purpuris crux,in diademate crux, in armis,in rebus omnibus toto D orbe crux ſuper ſolem fulget,& ſplendet,contra atque ſolet in rebus humanis,nam principes qui in magna gloria ſunt,poſt mortẽ ſæpè afficiuntur magna ignominia, contra in cruce mortuus omni ignominia, vt diſcas quod nõ ſit purus homo,res eius multo clariores,& ſublimo res ſunt redditæ, orbis ad fidem acceſsit,infiniti martyrum populi occiſi,Chriſtus crucifixus toto orbe prędicatur,reges,principes,ſapientes,inſipientes Chriſtum adorant.Recte ergo,Requies eius honor: & ſepulchrum eius breuis erat locus,quo corpus hoc poſitum eſt,auguſtior tamen,& venerabilior omnibus regum palatijs,quod in eius quoque diſcipulis contigit,nam qui vincti erant,& contempti,tot tormenta paſsi,regibus ipſis ſunt venerabiliores, etiam Romæ,quæ vrbium eſt regaliſsima,ad ſepulchra piſcatoris,& pellionis currunt & reges, & præſides, & idem toto orbe fit ad ſepulchra martyrũ, & multa alia quæ adiecit Chryſ. quæ indè ſunt petẽda,vt diſcas cùr dictũ ſit à Lxx:Erit ceſſatio eius honor.i. ceſſatio tormentorũ,flagellorũ, & conuiciorũ: & à D.Hiero.Erit ſepulchrũ eius glorioſum:& leges apud AVG.de conſenſu euang.li.1.c.31.& deinceps,qua ratione hoc fuerit ſignum inſolubile diuinitatis Chriſti.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS	LXX VIRI
Et erit in die illa, Adijciet Dominus ſecundo manum ſuam, ad poſſidendũ reſiduum populi ſui, quod relinquitur ab Aſſyrijs, & ab Ægypto & Phetros, & ab Æthiopia, & ab Elam & à Sennaar, & ab Æmath, et abinſulis maris.	Et erit in die illa, Apponet Dominus oſtendere manum ſuam vt zelet reliquum populi, quod derelinquetur ab AEgypto, & ab Aſſyrijs & à Babylone, & ab AEthiopia, & ab Elamitis, & à ſolis ortu & ab Arabia.

EVSEB.Cæſarienſ.nouo quodam modo hunc locum explanat.Cum enim D.Hieron. Cyrillus Baſilius,Procopius,putent pręſignificari hoc loco,poſt vocationem gentium,reli- B quias à Domino ſaluandas, & euocãdas ex omnibus partibus orbis terrarum:quod verba ipſa ſignificare videntur. EVSEB.tamen lib.2.Demonſt. euangelicę cap. 41. expendit verbum illud Græcum προσθήσει .i. adijciet, vel addet, & interrogat, Quid addet Dominus? quid adijciet?& reſpondet, alia dogmata adijciet ad ea dogmata,& præcepta,quę dederat in lege vetere. Itaque verbum illud, προσθήσει, in tralatione Lxx virorũ, quod interpres reddidit, oſtendere, EVSEB.ſumpſit pro reuelare,vt ſit,Adijciet Dominus reuelare manum ſuã,iuxta illud, quod dicitur in prophetis:Facta eſt manus Domini ſuper Ezechielẽ, ſuper Zachariam, cùm ſignificatur factam eſſe reuelationem,& hanc reuelationem factam eſſe ait reliquijs,quæ ſaluæ factę ſunt,ex illa ruina infidelium Iudæorum,nam in exercitu Romanorum (cùm poſt crucem Domini vaſtata eſt Iudæa ſub Veſpaſiano, & poſteà ſub Adriano) omnes hæ nationes pugnabãt. Reliquias igitur Iſraẽlis, quæ ſaluæ factæ ſunt ex illa vaſtitate, biennio opinor antè, monuit Dominus, vt diſcederent Hieroſolymis, vt alibi dicendum eſt latiùs. Ait EVSEB. adieciſſe Dominum prioribus,hoc eſt, legi veteri, quæ deerant, & addidiſſe noui teſtamenti myſteria, per manum Domini reuelatam reliquijs Iſraẽlis. Deerat autem illud, quod Hieremias C ſignificauit cap.31.inquiens, Ecce dies venient, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum. Quòd ſi ita interpreteris hunc locum, Vt oſtendere manum ſuam,dictum ſit à Lxx ſe nioribus,pro eo quod eſt,Facta eſt manus Domini, non diſcrepabit editio Lxx à lectione Hebræa: ſi pro שנית, quod Hieron.vertit,ſecundò, legas שנות, mutare, vel innouare, quòd fiet mutatione, ו, in, ו, & ſic poterit lectio Hebræa ad verbum reddi hoc modo: Erit in die illa, Addet Dominus immutare,vel innouare manum ſuam, hoc eſt, reuelationem ſuã, aut legem ſuam, vt interpretatur Euſeb. Nam Heſter.3.vbi vertit D. Hieron. Nouis vtentur legibus: & Lxx viri, Legibus mutatis, & extraneis: eſt hoc quidem verbum Hebraicè, & vox Hebræa verbum poteſt eſſe, vt ſit, Adijciet Dominus innouare manum ſuam. i. legem ſuam: & poteſt eſſe nomen, vt ſit, Adijciet Dominus nouas leges manus ſuę, vel, mutationes manus ſuę: vt ſit idem cum illo Actor.cap.6. Audiuimus eum dicẽtem,quoniam Ieſus Nazarenus hic mutauit traditiones, quas tradidit nobis Moſes. Et cum illo Hieremiæ cap. 31. Feriam fœdus nouum. Tralatio D.Hieron. conſentit cum lectione Hebræa quæ nunc circunfertur, quæ præfert,ſenith,ſecundò:& non ſenoth,mutationem,aut innouationem manus ſuæ. i. reuelationis D ſuæ,nam manus pro reuelatione,frequentiſsimum eſt. Et vnius litterulæ in alteram mutatio, præſertim, ו, in, ו, frequentiſsima eſt in codicibus Hebræis, & Iudæi hanc mutationem & innouationem legis non audiunt libenter.Poteſt ſignificare idem tralatio D.Hieron.Adijciet Dominus ſecundò manum ſuam.i.reuelationem ſuam ſecundam.i. teſtamentum nouũ quod toties Dominus eſt pollicitus. Rurſum,quòd Hieron.vertit,Ad poſſidendum, vt vertere reliqui omnes interpretes, authore Euſeb.loco citato, ſoli Lxx ſeniores reddidere, Ad zelandum,vel,vt zelet,ſiue quòd duplex erat lectio לקנא, ad zelandum, vel לקנות, ad poſſidendum;nam oſtendimus frequentiſsimè in codicibus Hebræis,duplicem eſſe lectionẽ, vtriuſq; tamen idem eſt ſenſus: ſiue legas,vt zelet,quod eſt frequẽtiſsimum in omnibus prophetis vbi magno ſe zelo teneri ait Dominus Hieroſolymorum & populi Iudæorum .i. amore ardentiſsimo & hoc amore ſe proſequi ait reliquias, quæ ſaluæ factæ ſunt, apoſtolos ſcilicet, & fideles,ijs igitur omnia pollicetur in prophetis,de ijs dicimus, Nimis honorati ſunt amici tui Deus,& conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Ait ergo Eſaias: legem nouam, feret

vt hos

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt hos extollat,& clarissimos reddat,& vt zelum,quo eos prosequitur, præ se ferat, & inter eos possideat reliquias ab Assyrijs,& ab AEgyptijs,& à cæteris, vel, vt per eos possideat reliquias ex vastitate inuecta ab his nationibus, quæ sub signis Romanis bellabant,vel, reliquias Israëlis.i.populi Christiani,qui dicitur Israël secundum spiritum,& colligendus erat ex omnibus gentibus & nationibus ab Assyrijs Babylonijs, & alijs. Phetros, Parthos appellari puto, quos Lxx reddidere Babylonios:quod iam tempestate Lxx virorum Babylonij erant redacti in ditionem regis Persarú, qui imperabat Parthis & Medis,& vno nomine Babylonij omnes nominabantur.pro,Elam,reddidere Lxx,Elamitas,sic nominat eos Lucas actorum 2.pro, Senaar, reddidere Lxx à solis ortu, quod Senaar diceretur ab Hebræis illa regio omnis prope Babylonem quæ spectat ad orientem.Pro Emath vertere ex Arabia,ea ratione qua dictum est in cap.10.in illa verba,vt Arphat,sic Emath. sic Lxx viri in plerisque paraphrastas, & scholiastas agunt potius quam interpretes.

Lxx scholiaste in plerisque.

D. HIERONYMVS

Et leuabit signum in nationes, et congregabit profugos Israel, & dispersos Iudæ colliget a quatuor plagis terræ, et auferetur zelus Ephraim, et hostes Iudæ peribunt, Ephraim non æmulabitur Iudæ, & Iudæ non pugnabit contra Ephraim.

LXX VIRI.

Leuabit signum in genteis, & cõgregabit eos qui perierant ex Israel & dispersos Iuda congregabit ex quatuor alis terræ, & auferetur zelus Ephraim, & inimici Iuda peribunt, & Ephraim nõ æmulabitur Iuda, & Iuda nõ tribulabit Ephraĩ.

EVSEB.Cęsarienſis loco citato 2.lib.demonst.euangelicæ cap.41.residuum hoc Israël,apostoli,tollent signum in genteis & in nationes omneis,& congregabũt dispersos Israel, & populi Iuda.i.fideleis ex gentibus.Nam fideles appellat Israëlem, & Iudęos secundum spiritum vt Ioan.11.vt filios Dei, qui erant dispersi congregaret in vnum .i.quos Dominus prædestinarat futuros filios Dei futuros ex nationibus,& futuros Iudà & Israël secundum spiritum, quemadmodum populus Iudæorum dicitur Israël secundum carnem à quatuor plagis vocandos ait, à quatuor mundi regionibus oriente,occidente, septentrione,meridie: quod autem ait, Auferetur zelus Ephraim,& hostes Iudà peribunt factum antea ait Theodoretus, nã post ductas captiuas decem tribus Israël, reliquiæ decem tribuum de quibus dictum est in cap.9. vndè posteà succreuerunt decem tribus summa pace, & concordia coaluere cum populo Iudà. Et certè benè cohæret cum hoc sensu quod ait perijsse hosteis Iudà, & inimicos: periere enim qui ex decem tribubus inimico animo erant erga populum Iudà, qui vero ex decem tribubus amauere fratres,primò migrauere ex vrbibus Israël in vrbes Iuda, deindè ex captiuitate Israel relicti sunt in suis vrbibus, vt dictum est suprà, & summa concordia coaluere cum populo Iudà. EVSEB. aliter videtur explanare, Apostoli, inquit, qui erant ex diuersis tribubus vocati vna vocatione ad apostolatum, & pleni spiritu sancto deposuere omnem zelum, quo inter se disidebant duodecim tribus Israël, & vna mente atque animo peragrauere omnem orbem, omnes terras, & prædabantur, & venabantur hominum animas Christo. Quæ sententia mihi placet magis, quod hæc prophetia de temporibus Christi est: Ergo auferetur zelus Ephraim auferetur æmulatio decé tribuũ quę vno nomine Ephraim dicebantur apostoli lecti ex decem tribubus,& populo Iuda nõ zelo disidebunt inter se, sed summa concordia coalescent,& hostes Iudà peribunt: perfidi Iudæi qui erunt hostes fidelium, quem populum Iudà secũdum spiritum appellat,inquit Euseb. quem admodum infideles populum Sodomæ,& Gommorrhæ.Ephraim non æmulabitur Iudam,neque Iuda pugnabit cõtra Ephraim apostoli electi ex decé tribubus,quæ vno nomine dicuntur Ephraim, non pugnabunt contra Iudam,contra populum fidelem contra apostolos ex alijs duabus tribubus,& cõtra populum Dei. CYRILL. alio quodam modo intelligere videtur vocatos ad fidem venturos ex omnibus tribubus,& coituros in summam pacem,& concordiam, sub Christo quæ D.Hieron. etiã sententia est,iuxta illud Ezechielis. 7. vbi duę virgę coituræ in vnã virgam dicuntur,& iungendæ sub Christo duce,quæ etiam sententia est D.Basilij.litera prophetæ eodẽ modo explanabitur,vt explanata est siue hãc,siue illã sententiam tibi sequi placeat.

D.HIE-

A

D. HIERONYMVS.

Et volabunt in humeros Philistijm per mare,simul prædabuntur filios orietis.

LXX VIRI.

Et uolabũt in nauibus alienigenarum,mare simul prædabuntur,& eos qui ab ortu solis.

DIuus HIER.in commentarijs legit, Volabunt in humero,quod si contendis legendum esse,in humeros,interpretaberis,in humeros,pro in humeris,quę forma dicendi recepta est etiam apud Oratores,& cum Philistijm in sacris literis pro alienigenis ponantur,sensus est,sanctos apostolos portandos humeris alienigenarum nationũ,ad prædicationem Euangelij & summis honoribus afficiendos. Sed etiã lectio Lxx congruit cum editione Hebræa, quæ significat reges, & principes, & omne genus prepositio Lxx congruit cum editione Hebræa, quæ significat reges, & principes, & omne genus homunum ministros se prębituros prędicatoribus Euangelij,& apostolos nauigijs,equis, opibus illorum,maria,& terras peragraturos.& cum vox Hebræa,cheteph,significet humerum, & latus,Lxx interpretati sunt,volare ad latus.i.nauigare,quod nulla alia re,magis volare videtur homines, quam cum nauibus iter conficiunt,vndè poeta,mare veliuolum appellat. Volare igitur ad latus,signum est nauigãtis ad latus nautarum & remigum, gubernatorúque nauis. Qua ratione deducti Lxx perspicuitatis causa reddiderunt: Volabunt nauibus alienigenarum.Quod autem sequitur: Per mare simul prædabuntur filios orientis,dixere Lxx,Maria simul prædabuntur,& filios orientis .s.conuertent ad Christum. THEOD. Non solum Diuini apostoli luce euangelica illustrauere continentem, sed peragrauere mare, & insulis intulere intelligibilis lucis diem. EVSEB.Non solum continentem,sed insulas nationum peragrauere omnium, vt ex omnibus locis animas prædarẽtur,& captiuarent in obsequium Christi,quod fecere apostoli iuxta hoc oraculum, & volabunt in nauibus alienigenarum. OECVM.in caput 39.actorum interpretans illa verba, Insigne castorum: In nauibus,inquit, alienigenarum, i.dęmonum nominibus inscriptis,quibus inseruiebant alienigenæ nationes. Sed hunc locum D.Hieron.Cyrill,Basil.eodem modo interpretantur.

B

C

D. HIERONYMVS.

Idumæa, et Moab præceptum manus eorum,et filij Ammon obedientes erunt.

LXX VIRI.

Et Idumęã,& Moab primò manus inijcient, at filij Ammon primùm obedient.

אֱדוֹם וּמוֹאָב מִשְׁלוֹחַ יָדָם וּבְנֵי עַמּוֹן מִשְׁמַעְתָּם

PRimùm omnium, castigandus hic locus tralationis Lxx virorum ex lectione Hebręa,legendumq; : Et in Idumæam,& in Moab primùm manus inijcient, & filij Ammon primùm obedient.Nam Hebraicè eodem modo legitur, Edom & Moab, vt si alteri addenda sit prępositio,& alteri quoque sit addenda.Si sic legas,interpretari poteris hunc locum ex.8.cap. Actorum,vbi leges recepisse Samariam verbum Dei, & Petrum & Ioannem ad ipsos venisse, & orasse pro ipsis,vt acciperent Spiritum sanctum,& imposuisse manus super illos, & spiritũ sanctum accepisse, & posteà multis regionibus Samaritanorum euangelium prædicasse. Et Actor.ca.10.scripta est historia Cornelij,qui erat in Cæsarea, & Ioppe, Simonem accersijt,ad quos cùm Petrus loqueretur,cecidit spiritus sanctus super omnes:hæc sunt ergo loca, vbi primùm à Gentibus receptum est verbum Dei, & quibus per impositionem manuum datus est spiritus sanctus,quæ loca Idumæi tenebant,& Moabitæ, vt intelliges ex Plinio lib.5.cap.13.& ex Strabone lib.16.apertiùs,vbi de Iudæa loquitur. Idumæę Ioppe, Samaria, Asotus, & suprà Idumæam,& Samariam Iudæa est.Et D.Hieron.in cap.16.in illa verba,Ini consiliũ:Iudæę confinem ait Moabitidem terram,& primi hi per impositionem manuum apostolorum,verbum Dei receperunt,optimè ergo Lxx reddidere:In Idumęa,& in Moab primum manus inijcient, aut imponent,filij autem Ammon primùm obediẽt,vt sit sensus: Apostolos postquam missi sunt à Domino post eius sacratam resurrectionem,vt omni creaturæ euangelium prędicarẽt, primos adijsse Idumæos:primis per impositionem manuum dedisse spiritum sanctum, quod liquet indè,quòd Petrus erat Ioppe,quæ vrbs Idumæę est,& accersitus est Cæsaream à Cornelio,& in Samaria primum receptũ est verbum Domini, & primis his per manuum impositionem datus est spiritus sanctus. Ergo in Idumęam & in Moab manus inijcient vel imponent

.i.pri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

i. primis his per manuum impositionem spiritum sanctum dabunt, primis, inquam, ex natio A
nibus, vndè accusabatur à suis D. Petrus actorum cap. 11. quod genteis adijsset. & ex cap. 8. acto
rum liquet apostolos in multis vrbibus Samaritanorum euangelium prædicasse, nam Moabi
tæ, & Ammonitæ eo tempore ad Samariam pertinebant, & ad Idumæam. vndè propheta ait,
filij Ammon primi obedient. i. primi è gentibus recipient euangelium.

Illud summoperè notandum Hebraicè non esse hanc vocem, primum, nam lectio Hebraea
ad verbum sic reddetur: Idumææ, & Moab immissio manuum eorum, & filijs Ammon audi-
tio eorum. i. Idumæis, & Moabitis erit impositio manuum eorum ad accipiendum spiritum
sanctum, vt diximus: & filijs Ammon erit auditio eorum. i. filij Ammon audient eos. Lxx
vtroque loco de suo addidere illud aduerbium, primùm, vt sit sensus, apostolos primùm
omnium ituros fuisse, cùm missi sunt euangelizatum gentibus, ad Idumæos, & Moabitas, &
primis omnium per manus impositionem illis fuisse daturos spiritum sanctum, & Ammo-
nitas primos recepturos prædicationem euangelij, quod cum ita factum sit, vt verbis addi-
tis de suo Lxx viri significauere, non temerè veteres patres sensisse videntur hæc verba à Lxx B
viris addita non sine inflatu spiritus sancti. Tralatio D. Hieron. sic erit explananda, Idumæa,
& Moab, præceptum manus eorum. i. erit præceptum, & ipsamet norma euangelica quam prę
dicauere apostoli, erunt tam pij, & tam pie ambulabunt per viam euangelicam, vt videantur
præceptum, regula, & norma, manus eorum. i. spiritus sancti qui dabatur per manus eorum,
hoc est apostolorum, erunt regula euangelicæ vitæ: & filij Ammon obedientes erunt, obe-
dient euangelio Ammonitę.

Verbũ addi-tũ à Lxx viris diuinitùs.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI
Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, et percutiet eum à septẽ riuis, ita vt trans seãt per eum calceati.	Et desolabit Dñs mare AEgypti & eijciet manum suã super flumẽ spi-ritu violẽto, & percutiet septẽ val leis (vel septẽ ostia, aut septẽ alueos) ita vt trãseant eũ in calceamentis. C

VATAB. hoc refert ad mare Arabicũ, perstat enim in incepto, & semper sibi cõstat. Ad
mare AEgyptiorũ refero, quod inexpugnabilem penè faciebat AEgyptum cùm septẽ
Nili alueis latissimis, & altissimis quibus erat AEgyptus munitissima, & in his sitas habebant
spes suas Antonius, & Cleopatra, cùm victi ab Augusto, se in AEgyptum receperunt. Paulo er-
go ante Christi tempora vt peruius esset orbis apostolorum prædicationi, voluit Dominus to-
tum orbem terrarum sub vnius imperatoris imperium redigere, & ita signum aduentus Do-
mini instantis iam hoc loco præsignificat, vt tunc inquam intelligant aduentum Christi insta
re, cùm AEgyptus venerit in potestatem vnius imperatoris PROCOP. Olim non erant natio
nibus mutua inter se commercia, & cõmeare ex alijs ad alios tutum non erat quod bellis dis-
siderent. Deus ergo vt præmuniret viam apostolis ad prædicationem Euangelij, totius orbis
imperium ad Romanos detulit: quæ res typus fuit dissoluendæ dæmonum tyrannidis: Vnũ
imperium, & vnam rem publicam fecit, vt vnam fidem faceret & vnam ecclesiam. Quod au- D
tẽ Cæsar Augustus aggressus bello AEgyptios, potitus AEgypto sit, sine vllo negotio, quod
eo tempore Dominus mare AEgyptiacum, quod multis vadis, & cęno multo, & voraginibus
& lamis erat importuosum, exsiccauit, ita vt illa loca in accessa olim, et inuia, possent libere mi
lites pedibus peragrare, & permeare, & septem Nili alueos, quibus erat munitissima AEgyp-
tus, adeo extenuarit vt vel pedibus possent transmitti. & sic AEgyptus alioquin inaccessa, & in
expugnabilis sine prælio, sine pugna vlla, sine vllo labore capta est ab Augusto. Hæc PROC.
Idem ait D. Hiero. & Cyrillus. Desolabit ergo Dominus linguam maris AEgyptij, perdet Do
minus linguam maris AEgypti, scopulum maris AEgyptij, quod promontoria ad instar lin-
guæ in maria procurrunt, linguas appellant Hebræi, propter similitudinem: ita enim mon-
tes editi, & excelsi in mare procurrunt vt linguarum imaginem exhibeant, & ex Strabone po
stremo lib. Geographię disces, inexpugnabilem esse AEgyptum, qua Pelusium promontorii
est, qui cum de Pelusio promontorio multa dixisset, & de paludibus, quæ sunt circum circa,
de cæno, & luto, & lamis, & voraginibus subiecit: & hac parte penè inaccessa AEgyptus est,
& per

Signũ aduẽtus Christi.

A & per mare docet difficillimos habere aditus, qua Augustus Cæsar necesse habebat AEgy-
ptum aggredi, quod alioqui longissima circuitione vtendũ esset, & potissima AEgypti pars Ni-
li septem alueis ingentibus esset munitissima. Hunc igitur locum tam munitum AEgypti, &
penè inaccessum, propter loca palustria, & lamas, & voragines, & hoc promontorium Pelusiũ
quod arx est, & munimentum totius Aegypti, & claustra Aegypti esse dicebatur, perfacilè ce
pit Augustus. Adeò omnia circum circa exsiccarat Dominus, quæ promontorium fecerãt in-
expugnabile, & littus inuium, & tam facilè (inquam) hæc loca cæpit Augustus, vt rumores di
stulerint proditione factum esse, vt promontorium hoc caperetur ab Augusto: quod his ver
bis docet PLVTARC. in vita M. Antonij, Capto Pelusio rumor erat, proditum à Seleuco, nõ
inuita Cleopatra, &c. Et DION li. 51. cùm dixisset Antoniũ & Cleopatrã, simulac se receperãt
in Aegyptũ, quòd Aegyptus septẽ Nili alueis est munitissima. Est em Nilus vnus ex maximis
orbis terrarũ fluuijs, qui diducitur in septẽ alueos, quorũ quilibet tã latè patet, & tãto impetu
B aquarũ fluit, vt ponte iungi nõ possit, & cathenis, nauibus, lẽbis peruius sit. Ergo simulac se re
ceperant in Aegyptũ, Antonius & Cleopatra, tradit Dion, eos cathenas omnes machinis qui-
busdã rupisse, incendisse naues, combussisse lembos, disiecisse pontes sicubi erant, ne pateret
in Aegyptum aditus, & subitò Cæsar Pelusiũ, quà munitum erat maximè Aegypti mare, vi cę
pit, proditione (vt fama est) Cleopatrę, reuera viribus. Itaque omnes historici ferè hæc eadem
aunt. Ergo Dñs hoc loco promontoriũ Aegypti, quòd linguã maris Aegypti, nominat, quòd
mons est instar linguæ in mare procurrens, quodq; munimen erat, totius Aegypti propter syr
tis voragines, & loca cænosa exsiccasse se dicit, & ex imperuio fecisse peruiũ, & non proditio-
ne Cleopatræ captum. Sunt autẽ ex nostris, qui dicant, Nilum vno fluere alueo, & quòd eo tẽ-
pore Dominus in septem riuos sit diducturus Nili alueum, vt qualibet transitum prębeat. Sed
quid vulgatiùs quàm septem esse ostia Nili, quibus in mare exoneret? & esse tantæ magnitudi
nis Nilũ, vt cùm in septem alueos diducatur, qui eam partem Aegypti, qui propter excellen-
tiam dicitur Aegyptus, complectantur, quilibet alueus ingens exoneret in mare, hos septem
alueos, siue hæc septem ostia, quibus Nilus diuisus in mare exonerat, appellant Lxx φάραγγας,
C interpres Latinus semper reddit, valles, cùm apud Lxx semper significet hæc vox flumina
quæ inter valles magno impetu decurrunt, quales sunt septem aluei Nili, & ideo imperuij, &
penè inexpugnabiles. Quòd igitur D. Hier. vertit, Percutiet eum à septẽ riuis, dixere Lxx, Per-
cutiet eam in septem alueis. i. exsiccabit Dñs septẽ alueos illos Nili, quibus Nilus cõplectitur
Aegyptum, & facit eam munitissimam. Exsiccauit Dñs septem illa flumina ingentia sub Chri
sti aduentũ, vt toti orbi imperitaret vnus imperator. Nam si eo loco reficere copias potuisset
M. Antonius, & bellum redintegrare, concuteretur totus orbis armis. Et prædictũ erat vt do-
cet ORIG. contra Celsum lib. 2. & EVSEB. de præparat. euang. li. 1. longam pacem futurã toto
orbe Christi tẽporib⁹, vt prædicationi apostolorũ peruius esset orbis. Huius rei cardo erat, vt
quando diuisum erat imperiũ Romanũ inter Augustũ & M. Antoniũ: & victus M. Antonius
apud Actium Promontoriũ, se receperat in Aegyptũ, quòd prouincia munitissima orbis ter-
rarũ esset, vt ibi reficeret copias, Dominus exsiccaret hos alueos Nili, ita vt pedib⁹ traijci pos-
sent calceatis, quod factũ est. Hæc ita explanat Procop. & hos septem Nili alueos ingentes ait
exsiccandos, præter alios multos alueos in quos finditur Nilus, minoris magnitudinis.

D. HEIRONYMVS	LXX VIRI.
Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs, sicut fuit Israëli in die illa, qua ascendit de terra Ægypti.	Et erit via residuo populo meo, qui de-relictus est ab Assyrijs, & erit Israël si-cut in die quando egressus est de terra AEgypti.

D ERrit via reliquijs ab Assur. i. reliquijs quæ saluæ factæ sunt, quæ relinquentur à Romanis
qui Assyrijs imperabant: & qua ratione Assyrios ponat pro Romanis propheta, pluribus
dictum est in cap. 7. 8. & 10. ex authoritate veterum patrum. Nam quæ rerum consequentia es
se posset, Nili alueos septem exsiccatos, vt peruij essent reliquijs Assyriorũ? non magis quàm
si diceret captam esse Græciam à rege Hispano, vt Hispania peruia esset Gallis, Perusios & In
dos domitos, vt Romani Hispaniam possent adire, Galliam Hispanijs amicitia iunctam, vt Lu
sitani in Hispaniam venire possent. Si diceret propheta exsiccatos illos alueos Nili fluminis

Universidad de Deusto
Biblioteca

AEgypti, vt residui ex populo Iudæorum, qui relicti erant ab AEgyptijs, & captiui erant apud A
AEgyptios, possent remeare in patriam, cohærerent aliquo modo. Quanquã non necesse erat
exsiccare ostia Nili, vt captiuitate AEgyptiorum Israelitæ liberarentur. Neq; tanto rerũ moli-
mine erant ex captiuitate reuocandi quinque, sexue millia Iudæorum, vt maria & flumina ex
siccarentur. Tamen ferendũ esset aliquo pacto exsiccari flumina AEgypti, vt ex AEgypto cap-
tiui in patriam remearent. At exsiccantur flumina AEgypti, vt redeant captiui ex Assyria?
qui conuenit? non magis quàm si flumina Lusitaniæ exsiccari dicerentur, vt captiui redirent
ex Mauritania. Vidit hoc VATABL. qui, Super flumen, interpretatur Euphratem, cùm aper-
tè propheta agat de AEgypto, non de Babylone, vnde fluit Euphrates, & subiungat propheta
septem flumina, in quæ diuidi Nilum, & non Euphratem res sit cõfessa. Sed Iudæi omnes frau
des versant, vt nobis obstrepant. Igitur cùm propheta dicat, exsiccata Nili ostia, vt peruia es-
sent omnia residuo populo ab Assyrijs, à Romanis intelligas necesse est, ut suprà probauimus,
i. apostolis, & prædicatoribus verbi. Et sic explanat THEOD. Regno, inquiẽs, AEgyptiorum
diuiso à Romanis in prouincias septem, extenuata eorum potentia est, & peruia facta verbi B
prædicatoribus. Et sic etiam intelligit CYRIL. & D. HIER. & sic intellexere Lxx, qui pro eo
quod D. Hieron. vertit, Sicut fuit Israeli in die illa qua ascendit de terra AEgypti, reddidere: Et
erit Israeli sicut in die quando egressus est de terra AEgypti, vt sit: Erit Israeli διαβὰς. i. transitus,
& via subaudi per zeugma à superiore. i. erit aperta via, & libera Israeli. i. apostolis patebit via
& commeatio in omnes orbis partes, & in AEgyptum ad prædicationem euangelij, vt olim
per medium mare facta est via Israeli, cùm exijt è captiuitate AEgypti. Et dictum est suprà
quoties huiusmodi historiæ citantur à prophetis, tanquam typos rerum earum, de quibus a-
gat propheta, citari. Sic enim hoc loco patefacta via per medium mare, typus esse declaratur
viæ patefaciendæ apostolis in aduentu Christi, per totum orbẽ. Quid enim notiùs quàm hunc
mundum in sacris litteris appellari mare? quod etiam PROCOP. declarat his verbis, Mare
appellat scriptura, impiorum omnem multitudinem.

C

IN ESAIAE CAP. XII.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, cõuersus est furor tuus, et consolatus es me.	Et dicet in die illa, Benedicam tibi Dñe, quoniam iratus fuisti & auertisti furorẽ tuũ, & misertus es mei.

PRo, Confitebor, Hebraicè est אוֹדְךָ, id est, confitebor tibi, vt vertit D. Hieron. vel, benedicam tibi, gratias agam tibi, vt reddidêre Lxx, nam יָדָה, confiteri significat, & benedicere, atque gratias agere. THEOD. Hoc canticum (inquit) habet significationem beneficij accepti à Domino, quo redempti sumus, nam qui salutem sunt assequuti per Christum, authorem huius salutis agnoscentes, quas possunt gratias agunt. Idem ait CYRIL. & PROC. Et D
dices, redemptus, scilicet, à Domino. Lxx ad tertiam personam transtulêre, cùm Hebraicè sit
in secunda, vt coniungerent capiti superiori: Et dicet, Israel scilicet, redemptus, vt olim, quan
do egressus est de terra AEgypti, quòd illa liberatio huius redemptionis typus erat. Confite-
bor tibi Domine. i. confitebor semper hoc beneficium redemptionis, qua redemptus sum è
seruitute sathanæ: vel, gratias agam tibi Domine, nam hoc quoque significat, confiteri, in sa-
cris literis. Quoniam iratus es mihi. i. quoniam iratus fuisti mihi: nam temporis præteriti est,
& ita Lxx reddidere, ἐθυμώθης. i. iratus fueras mihi, hoc est, eram ego filius iræ. Auertisti furo-
rem tuum, placatus per Christum. Et cõsolatus es me, vel vt Lxx vertêre, Misertus es mei: red-
dunt enim sententiam. Adnotat D. Hieronymus, quod summoperè aduertendum puto, hoc
cantico significari, quod alibi per prophetas dictum est, post redemptionem generis humani,
non dicturos fideles, Benedictus Dominus qui redemit populum suum ex AEgypto: neque
cantemus Dño, gloriose enim magnificatus est, sed nouam quandam cantionẽ, quæ hæc est.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, et non timebo.	Ecce Deus meus, saluator meus, cõfidens ero in eo, & non timebo.
	הִנֵּה אֵל יְשׁוּעָתִי אֶבְטַח וְלֹא אֶפְחָד

PROCOP. interpretans hunc locũ, notat, quoties est, Salutare Dei, aut saluator in literis sacris, Hebraicè esse hoc sanctissimum nomen, Iesus, vt nomen illud quod vocatum est ab angelo sit multò frequentiùs in literis sacris, quàm Emmanuel, aut Semach, aut aliud aliquod nomen, quo Dominus in sacris literis nominetur. Addit Procopius decuisse prophetiæ floris, qui erat oriturus de radice Iesse, sequenti hac prophetia addi nomenclaturam, qua flos ille sacratissimus esset appellandus. Appellat igitur florem illum sacratissimum, Iesum, & appellat Deum, si sic vertas: Ecce Deus meus, Iesus meus. Neque D. HIER. B
ab hac abhorret sententia, qui ait, Quem suprà Emmanuelem nominarat, & alijs appellarat nominibus, ne videretur alter esse quàm ille, quem Gabriel virgini nunciarat dicens, Vocabis nomen eius Iesum, nunc nominat Saluatorem. hæc Hieronymus. Qui si dixisset vt Procopius & Euse. nunc eodem nomine, quo angelus appellat Iesum, & verè, & diuinitùs dixisset, quanquam eadem est sententia. Sed D. Hieronym. & Euseb. & Procop. se opponunt Iudæi & Iudaizantes, negant Hebraicè Iesum esse, quod Iesuah, salutem significet, & fœminiũ sit, quod finiatur, ה, & finita, ה, nomina fœminina sint, non masculina. Erasse contendunt D. Hieron. & Lxx, quoties masculino genere, aut neutro saluatorẽ reddunt. Et alia multa huius notæ nugantur. Quasi verò, quòd nomina finita, a, fœminina sint, nullum nomen, a, finitum sit masculinum: non eadem ratio valet, inquiunt, apud Hebræos, apud quos nomina finita, ה, fœminina sunt. Quid? Ieouah, nomen Dei tetragrammaton, non finitur, ה, & tamen masculinum est? Quid? ipsi rabini non fatentur cùm alijs locis, tum in dictione מלא, reperiri nomina finita ה, masculina? Quid? nullum pondus habet authoritas Lxxii Iudæorum, qui trecentis annis ante tempora Christi, masculino genere vertere? Quòd si fidem his non habet Iudæus, vel à C
peruicacissimis Iudæis confessionem extorqueat Esaias cap. 62. vbi D. Hieronymus vertit: Ecce saluator tuus venit, Hebraicè est: Ecce Iesus tuus venit, quo loco Hebraicè est nomen, Iesus, terminatione magis fœminina quàm hoc loco. Sed sequentia verba non patiuntur Iudæos tergiuersari: sequuntur enim relatiua masculina, Ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo: at Iudæi sic probant nomina esse masculina seu fœminina, non possunt illis diuersa prodesse, si hæc ratio non satis plena, aut firma esset nobis ad cognoscenda genera nominum, neque illis sanè esset. Idem enim ius æquum est, esse nobis, atque illis. Neque igitur quod hoc nomen, Iesuah, finiatur, ה, neq; quòd, ה, mutetur in, ת, quod ferè fœminnorũ nominũ est, vetat, quin Iesuah nomen sit propriũ masculinum, quod fere illud quidẽ fiat: fallat tamen aliquando illa ratio, cuius rei testeis habemus D. Hieron. & Lxxii Iudæos, qui cùm hæc optimè scirẽt, nihilominus tamen masculino genere ferè vertũt, pro Iesu dño accipiunt.

Quoties in scriptura, est saluator aut saluare. Hebraicè est Iesus.

Sed hic exoritur illa dubitatio, cur cùm Iesus proprium Dñi sit nomen, idq; ita sit intellectum à veteribus patribus, non reddatur pro proprio nomine, sed semper vertatur, saluator, aut salutare Dei, cùm propria nomina ex qualibet lingua integra ad nos transeant, neque ea interpretemur. Sic Adam nominamus, non terrenum: sic Hieronymum, non legem sacram: sic D
Gregorium, non vigilantium: quanuis id hæc nomina Græca propria Latinè sonent. Cachinnos profectò aduersus se concitaret, si quis citaturus Aristotelem, citaret optimum finem, quòd Aristoteles, vox Græca, Latinè significet optimum finem. Aut si quis Demosthenem citaturus, citaret populi robur, quod Demosthenes Latinè sonet, idem quod populi robur. Quo minus ergo videbimur esse ridiculi, cùm dominus appelletur Iesus in literis sacris frequentissimè, idque declaratum sit ab angelo proprium esse nomen Domini, quod non Iesum reddimus, sed pro Iesu interpretamur saluatorem, non secus q̃ si pro Gregorio, citaremus vigilantium: aut pro Hieronymo, sacram legem? Si id ante aduentum Christi ignorabatur, quod, vt docet LACT. Firm. li. 4. c. 15. & 20. & alij patres, ante Christum passum, prophetæ non intelligebantur, cur postquam id declaratum est ab angelo, Iesum propriũ nomẽ esse Domini, non ea lege vtimur in vertendo nomine proprio, qua in cæteris? & vt Adam dicimus, non terrenum, sic Iesum dicimus, non saluatorem?

Dubium.

Ego quidem hoc veteres patres intellexisse arbitror, & Lxx viros, quando nomenclatura

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lxx virorum literæ euangelicæ vtuntur,vt ostendam:tamen vertere voluere Latinè, & Græcè,vt ostenderent non nomenclaturam solam Domino conuenire, quæ ei communis cũ alijs fuit, & cùm Iesu Naue qui fuit eius typus, sed veritatem ipsam.Non expectabant enim & Iudæi & Gentes nomenclaturam quam in alijs videbant. Multi enim sunt appellati hoc nomine Iesu,sed ardentissimis votis expectabant saluatorem mundi,redemptorem generis humani,ideo vt nobis dulce sonat, & suaue accidit nostris auribus: Ecce Deus meus,Iesus meus,expectantibus saluatorem mundi, & salutem orbis dulciùs sonabat, ecce saluator mundi, ecce salutare Dei,quod nõ morabantur nomenclaturam,quæ communis cũ alijs erat,sed nomenclaturam auidissimè audiebant cum re ipsa.i.cum redemptione orbis.Et ita Lxx viri,pro Iesu, reddunt σωτὴρ, quod nomen est frequentissimum in literis euangelicis,in quibus frequentissimè Dominus appellatur σωτὴρ,id est,saluator. Reddidere etiã Lxx pro,Iesu, salutare Dei,quod doctores sacri semper interpretantur pro Christo, & litteræ euangelicæ sic Christum appellant.Sacrata virgo hunc locum citasse videtur iuxta tralationem Lxx virorum,in suo canticõ, si Græca Græcis compares, Lucæ cap. 1. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: quòd si ex Hebræo sermone est explanandum,dices,Exultauit spiritus meus in Deo Iesu meo. Vbi no tandum tamen,Iesum,hîc appellari Deum,Hebraicè enim non est: Ecce Deus meus,Iesus meus, sed,Ecce Deus Iesus meus. Et hoc malè vrit Iudæos, ideo stant contra Lxxii Iudæos illos, qui hoc loco vertere genere masculino,Ecce Deus saluator meus:& cùm Hebraicè sit Iesus, velut digito ostendunt Iesum appellatum Deum.

Cur hoc sanctissimũ nomen,Ihsv, Lxx viri, et D.Hier. interpretẽtur Latinè & Græcè, ex Hebræo sermone, cũ alia nomina integra ad nos transferãt Abraham, Isaac, & similia.

Iesus nomẽ humanitatis, est etiã diuinitatis nomen.

Verba addita à Lxx viris.

Fateor tamen Lxx viros,& D.Hieron.aliquandò vertere hoc nomẽ genere fœminino,pro salute, quod est argumentum, hoc nomen sanctissimum, Iesus, quanquam ab omnibus ferè Theologis accipiatur,vt nomen filij Dei,quod ratione humanitatis maximè conueniat, tamẽ ratione diuinitatis ipsi etiam tribuitur,quod Deus est ipsa salus,ipsa sapientia,ipsa iustitia, quæ de re alibi dicitur latiùs. Quòd D.Hieron.vertit,Fiducialiter agam,Hebraicè est אֶבְטַח, quod reddi potest,fiducialiter agam.i.viuam summa fiducia, redemptus à Iesu meo, vel, confidens ero,aut, sperans ero,addidere Lxx de suo,in eo,vt sit,sperabo in eo.

D. HIERONYMVS.

Quia fortitudo mea, et laus mea dñs Deus, et factus est mihi in salutem.

LXX VIRI.

Qm̃ gloria mea, & laus mea Dñs, & factus est mihi in salutem.

כִּי עֻזִּי וְזִמְרָת יָהּ יְהוָה וַיְהִי לִי לִישׁוּעָה

Hic locus secundus erit,vbi PROC. Hebraicè expressum ait hoc sanctissimũ nomen,Iesus:sic enim ad verbum reddere posses Hebręam lectionem,Quoniam fortis meus, aut fortitudo mea,& laus,Deus de Deo,& erit mihi Iesus, vel erit mihi in Iesum.Nam לִישׁוּעָה potest esse casus nominandi,& accusandi,quòd articulus ille, & casui nominandi accommodetur aliquando,& sic possit verti:Erit mihi Iesus,vel,erit mihi in Iesum,vt sit sensus,Quia fortitudo mea,& laus mea,Deus de Deo erit mihi Iesus.i. factus est homo mihi, & mea causa nominatus est Iesus.Sed hic est illud quod sæpè repetendũ est,hoc nomen,Deus,quoties de Christo dicitur,repeti nó rarò bis יָהּ יְהוָה .i.Deus,Deus: aut,vt ego interpretor,Deꝰ Dei.i.Deus Dei filiꝰ,vel,Deus de Deo. Ná canon scripturæ est,literas sacras ad euãgelij lucẽ esse explanandas. D.Hieron.reddidit,dñs Deus: sed hoc quoq; ad Christũ referri potest,sed apertiùs Hebraicè est,vbi reddas,necesse est Deus Dei,vel,Deus de Deo,si ad verbũ reddere cogaris.Iudæi,Deus Deus vertunt,sed huius repetitionis causlam reddunt cassam,ineptam, & inanem. Ego didici ex Chrysostomo & Basilio,& alijs sanctis patribus, nihil temerè in sacris literis esse positum, spiritum sanctum esse qui loquitur,vel in singulis voculis ingentem latere thesaurum,nihil temerè, & fortuitò in diuina scriptura dictum esse: cur ergo non sic reddas ad lucem euangelij? Quoniã fortitudo mea,&laus mea Deus de Deo,vel,Deus Dei(scilicet filius)& factus est mihi Iesus,quia factus est mihi homo Iesus, quod est idem cum illo,Verbum caro factum est: sic ergo interpretabimur tralationem D.Hieron.factus est mihi in salutem.i.in Christũ Iesum, qui est nostra salus,nostra iustitia,& nostra redemptio.Certè PROC. verè dicit Hebræam lectionem posse reddi,factus est mihi in Iesum,vel,factus est mihi Iesus. Si cui autẽ displicet, quòd contendam illud quod Hier.vertit,Dñs Deus de Christo esse intelligendum necessariò: quòd Hebraicè sit Deus de Deo,vel,Deꝰ Dei,negetq; hoc ita esse Hebraicè, dicat aliquã causam quę non sit stulta & stolida,& inepta, quales sunt quæ reddũtur à Iudæis, cur tam crebrò fiat hæc repetitio

Deus, Deus vel Deus & Deo, frequenter in sanctis literis.

A repetitio,Deus,Deus,nam Hebraicè non est,dñs Deus: quòd si nó possunt,patiantur hęc loca ad lucem euangelij explanari,& audiant commune præceptum,commune consilium sanctorum patrum,quo monemur non simpliciter accipere, quæ in scriptura sancta sunt.

D. HIERONYMVS.

Haurietis aquas in gaudio,de fontibus Saluatoris.

LXX VIRI

Haurite aquã cum gaudio, de fontibus Saluatoris.

Hic tertius est locus,vbi adnotat PROC.expressum esse Hebraicè hoc sanctissimũ nomẽ Iesu. Posses enim lectionẽ Hebræam sic reddere, Haurietis aquas in gaudio de fontibus Iesu.Enargiã putant apud Poëtam summum,illã:Cùm procul obscuros colles,humilemq; videmus Italiam,Italiam,primus conclamat Achates, Italiam,socij læto clamore salutãt: vbi terna illa repetitione,Italiam,Italiam,Italiam,ob oculos ponitur lætitia Troianorũ, qui post tot errores,tandem ad Italiã appulissent.Qui minus his erit illa exultatio fidelium gestientiũ, & triumphantium, ob lætissimum illum nuntium aduentus sanctissimi Iesu expressa? ac terna repetitione nominis Iesu Hebraicè, vbi legitur: Ecce Deus Iesus meus, &, Factus est mihi Deus de Deo Iesus,Haurietis iam aquas in gaudio,de fontibꝰ Iesu. PROC.Aquas.i.spiritũ sanctum inundantem vniuersam ecclesiam viuificatiuis aquis ex veteri,& nouo testamento: tũc enim vetus testamentum est intellectum spiritaliter: & hinc fluuij appellantur sancti patres, deriuati à magno illo flumine, à Christo, cuius impetus lętificat ciuitatẽ Dei. Qui fluuij sanctam ecclesiam,quæ olim desertum quoddam erat, vernantem faciunt,mira arborum amœnitate, martyribus, & confessoribus, sacris virginibus, sanctorum admirabili quadam varietate,& ecclesiã aquis spiritalibus irrigant,vt veluti paradisus amœnissimus, omnium virtutum floribus,quoquò vertas oculos micet, & splendeat. Et hæc aqua saluatoris facit,vt cùm fideles corpore mortali contineantur, in tantam succrescant altitudinem, vt cælo caput inferant, & dicant cum Paulo, Conuersatio nostra in cælis est, hac aqua irrigua terra creat arbores illas proceras,& speciosissimas,quas depictas apud Ezechielem reperies. AMBR.in psal.37.in illa verba, Tota die contristatus ingrediebar: De vulnere Christi, fons vitæ æternæ scaturiuit,vt Esaias docet:Saliat aqua cum delectatione.Exiliuit ergo de vulnere aqua,vt nos biberemus cũ delectatione.Et sic semper Amb.hunc locũ explanat pro sacramentis,quæ ex vulnere Christi dimanarũt pro mensa cęlesti,& calice illo qui inebriat in psal.4.paulò post principiũ.ORIG. in Numer.cap.21.homil.12.de aquis baptismi,Recordetur,inquiens,vnusquisque fideliũ,cùm venit ad aquas baptismi,cùm accesit ad fontem saluatoris, quibus ibi tunc sit vsus verbis, & quòd renunciauerit diabolo & pompis eius.i.voluptatibus,vitijs,& peccatis. & quòd pollicitus sit se non potaturum de lacu diaboli,relinquens fontem aquæ viuæ, sed potaturum de fontibus saluatoris.Explanat hunc locum etiam ORIG.in cap.6.Iudic.homi.8. THEOD.Fontes, inquit,saluatoris,vocat literas sacras, ex his enim fideles hauriunt aquas cum lætitia. CYRIL. aquam appellat, vitificatiuũ Dei verbum: fontes, sanctos apostolos & euangelistas: & sic interpretatur illud Dauid,Visi sunt fontes aquarum,& aperta sunt fundamenta orbis terrarum. Fontes enim aquarum,appellat(inquit)Dñi discipulos,qui orbem terrarum faciunt irriguum cælesti pluuia.i. sermonibus per spiritum sanctum in eorum pectora deriuatis, qui idem sunt fundamenta terræ.i.fundaméta ecclesiæ,petra fundamenti Christus est, supra quam fundatur ecclesia:Ipsi enim nos Christo innitimur per fidem,& super ipsum ædificamur domus spiritales in templum sanctum,post Christum, petræ,& fundamenta sunt sancti apostoli, qui euangelium toto orbe prædicarunt:eorum enim scriptis nitimur,& constabilimur.

Enargia exultantiũ aduentus sanctissimi Iesu.

Aquæ quæ ecclesiã irrigant.

D. HIERONYMVS.

Cõfitemini Dño,et inuocate nomẽ eius.

LXX VIRI.

Gras agite Dño,clamate nomẽ eius.

THEODOR. Hæc, inquit, choro apostolorum conueniunt, & fidelibus ex populo Iudæorum,qui prædicauere Euangelium,iuxta illud Domini, Docete omnes Gentes, ergo Clamate nomen eius,posuere, pro,Prædicate Euangeliũ omni creaturæ.PROC.Iubet,inquit, vt omnis ecclesia personet laudes Christi,vt iubilo, & vociferatione Christi nomen celebrẽt: ergo confitemini.i.gratias agite,vt reddidere Lxx,nam hoc quoq; significat, cõfiteri,in sacris literis:verbum Hebræum significat, gratias agere, & laudare,& confiteri. Quòd D.Hiero.reddidit,Inuocate nomen eius:Lxx vertere,Clamate.i.prædicate nomen Domini, vt interpretatur Theo-

tur Theodoretus: vel cum iubilo,& vociferatione,Christi nomen celebrate,vt explanat Pro- A
cop.verbum Hebræum,quiru,& hoc,& illo modo verti potest.

D. HIERONYMVS. *LXX VIRI*

Notas facite in populis adinuẽtiones eius. Euãgelizate in gẽtib⁹ glorioſa ei⁹.

QVòd D.Hieron.vertit,Notas facite:Lxx reddidere,Nunciate,aut euãgelizate:ſemper eũ Lxx pro hoc verbo, euangelizo, vtuntur hoc verbo, anangello, quod idem ſignificat. Quod vertit Hier.Adinuẽtiones eius:Lxx reddidere,Glorioſa eius,vel,miracula eius: Hebraice eſt,opera eius,vel,adinuẽtiones eius,ita Hebræi reddunt:Nota facite in populis opera eius. Lxx in plæriſq; magis ſunt cõmentarij,quàm interpretes:& ſic hoc loco interpretãtur,opera, i.glorioſa miracula. Idẽ ſignificauit Hieron.cùm dixit,adinuẽtiones eius.i. œconomiã redemptionis,vt ſit ſenſus:O ſacri apoſtoli,euãgelizate in gentib⁹ glorioſa miracula Chriſti, & œconomiã redẽptionis,quomodo vicerit ſathanã æterna redemptione inuenta. Sic Procop.

D. HIERONYMVS *LXX VIRI.* B

Mementote, quoniam excelſum eſt nomen eius. Celebrate memoria, quòd exaltatum eſt nomen eius.

THEOD.ſignificari ait his verbis crucem Dñi. Ait enim,verbum illud,Exaltatum eſt: nõ ſolùm altitudinem miraculorum præfert,ſed etiã crucis altitudinẽ,qua affectus eſt Dñs: ergo Theodor.ſic explanat,Celebrate memoria exaltationem miraculorum, & crucis exaltationem,qua nomen Dñi exaltatum eſt.PROC.mementote.i.ſempiterna memoria celebrate, ſolennibus,& feſtis diebus,quoniã excelſum eſt nomen eius.i. quoniã exaltatũ eſt nomẽ eius miraculis editis,cum cruce affectus eſt,cùm reſurrexit, cùm cælos aſcendit, cùm miſit ſpiritũ ſanctũ ſuper ſuos,cùm edidit innumerabilia miracula per apoſtolos,& diſcipulos ſuos. Hoc videntur Apoſtoli iuberi meminiſſe,& horum tantorum myſteriorum,feſtos dies agere.

D. HIERONYMVS *LXX VIRI* C

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit, annũciate hoc in vniuerſa terra. Laudate nomẽ Dñi,qm excelſa fecit,euangelizate hęc in omni terra.

TRalatio Lxx pro commentario eſt. Cantate Domino.i. laudate nomen Domini,quoniã magnifice fecit,quoniam excelſa fecit,altiſsima miracula, vel vt Hebraicè eſt, quoniam ſublimia fecit,vel,quoniã ſuperba,& altiſsima fecit.i.fecit res admirandas, ſublimes maximè. Annunciate hoc in vniuerſa terra,euangelizate has res tam admirandas.

D. HIERONYMVS. *LXX VIRI.*

Exalta, et lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Exultate,et lętamini habitãtes Siõ, quia exaltatus eſt ſanctus Iſraël in medio eius.

EXulta,& lauda habitatio Siõ. i.exultate, & lætamini habitãtes Siõ, quia magn⁹.i. quia exaltat⁹ eſt ſanct⁹ Iſrael,& glorificat⁹ cùm reſurrexit glorioſus in medio tui,vel,in medio eius,hoc eſt,in medio Hieroſol.& videtur idẽ eſſe cũ illo Ioan.16.Cõfidite ego vici mundũ. D

IN ESAIAE CAP. XIII.

Cur vicinarũ prophetarũ cala mitates prophetæ prædixerint, multò ante ipſos euentus.

DIctum eſt in cap. VII. & in illa verba cap. x. Propter hoc, hæc dicit dominus Deus exercituum, ſolere prophetas (vt docent veteres patres) prædicere res non ita longo poſt tempore futuras, vt illarum certiſsimus euentus fidem cæteris conciliet,& hanc eſſe cauſam cur vaticinijs de Chriſto, vaticinia aliarum nationum miſceantur, vt cùm completas viderent non longo poſt tempore, prædictiones prophetarum, de alijs nationibus, certum haberent prophetias alias eſſe complendas. Dixi enim ex D.Chryſoſt.& alijs patribus canonẽ ſcripturæ hunc eſſe, vt duo,aut plura præſignificentur,vt ex alijs ſtatim factis,reliqua futura credantur. Quòd per ſequentia

A ſequentia capita fit ab Eſaia,prædicitur enim excidium Babylonium & Moabitarum, vt cùm harum prophetiarum euentus certus apparuerit,admiranda myſteria,quę de aduentu Chriſti ſunt prædicta,futura eſſe ſit certũ & fixũ. Nullũ enim aliud probationis genus prophetæ reliquum erat, vt fidem facere poſſet Iudæis de incarnatione filij Dei, de partu virginis de ſpiritu ſancto,de œconomia redẽptionis,quam ſi ea prædiceret,quæ non longo poſt tempore futura & animos hominum admiratione imbuerent,& fidem ſuis ſcriptis conciliarent. Et in præſentia regnum Babylonicum,cùm hoc propheta vaticinatur florentiſsimum eſt,longè,lateq; imperitat, CC.LVI. ante anno Eſaias hoc cap.eius excidium præſignificat. Fuit enim Eſaias, vt diſces ex EVSEB.præparat.euangel.lib.10.cap.de antiquitate Moſis & prophetarũ,prima olympiade: captiuitas verò Babylonica accidit olympiade.64.vna olympias quatuor annos continet,vt idẽ docet Euſeb.loco citato. Si numeres igitur.& multiplices. 64. olympiades per quaternos annos,reperies quater.64.efficere.256. annos. Tanto igitur tẽpore ante vaſtitatẽ Babylonici regni,quod tũc erat florentiſsimũ,prædicitur eius vaſtitas,vt euẽtus huius tãtæ prophetiæ tãtis myſterijs Chriſti ſummã addat religionẽ,nã prædixerat anteà,& ſubijciet ſtatim vaticinia rerũ,aliarum quidẽ quæ ſtatim eueniẽt,quale fuit vaticiniũ Senacheribi,aliarũ,quę tertio poſt anno erãt futuræ,vt ſtatim eius prophetia inciperet eſſe veneranda. *Babylonis excidium prædicitur & curt*

B Priuſquàm aggrediar ad huius cap.explanationẽ,volui admonere,ſcriptores ſacros inter ſe diſſidere: quoſdam enim vt D.Hier.& Theod.hoc totũ caput, & ſequens de Babylonis vaſtitate interpretari, veteres verò patres ferè omneis, bonã quidẽ partẽ huius cap.interpretari de Babylonica vaſtitate,maiorẽ verò partẽ huius cap.& ſequentis quædã,referre ad vltimã orbis terrarũ inflammationẽ,& ad iudiciũ vltimũ,quos D.Hieron.præſtringere videtur, quod allegoricè fortaſſe,vltimũ iudiciũ ſignificetur,literaliter verò vaſtitas Babylonica tantùm,cùm planè nominentur Babylonij,Perſæ,Medi,vt alio referre violentũ eſſe videatur. Ego authoritatem ſanctorũ patrũ non poſſum non venerari,illorũ ſententiam ab apoſtolis per manus traditam exiſtimare. Nec illos fallebat(quantum puto)Babylonis, & Medorũ fieri mentionem, tã planè eũ editio Lxx præfert Medos,& Aſſyrios,& Babylonẽ,quàm lectio Hebræa, neq; captis luminibus erant veteres patres,vt id non viderent,aut tã leui brachio hæc tractabant,vt cõnuentibus oculis hæc tranſmitterẽt.Sed quędã ita dicuntur,quædam ita à Lxx tranſlata ſunt, vt neq; Babylonis excidio,neq; regi Babylonio vllo modo congruãt,ſed res ipſa cogat de orbis inflammatione,de lucifero,& malorũ pœnis ea intelligere,vt neq; D.Hieron.neque veteres patres omnino ſis dãnaturus.Reliquũ eſt ergo, vt quę obſtant ex parte diuerſa reſoluam⁹, quo modo Babylonis,Aſſyriorũ,Medorũ,tã crebra mentio fiat. Non inficiamur,neque vetes patres inficias ire, Babylonicum hic deſcribi excidiũ.Et D.Hieron.docet allegoricè quidem vaſtitatẽ vltimã orbis terrarũ præſignificari: & res hæc nota eſt, Deũ ad homines dictis, & factis loqui,& veteres hiſtorias typos eſſe rerũ futurarũ.His iactis fundamẽtis,docet AVG. de ciuit.Dei lib.20.c.21.loquutiones tropicas in prophetis veritati miſceri,vt ad intellectũ ſpiritalẽ intentio ſobria,cũ quodã vtili & ſalubri labore perueniat, quod etiã plurimis verbis docet HILAR.in.pſal.126.ſi attentè omnia legas in principio, cùm prophetiã Aggæi interpretatur.Et in pſal.146.cùm interpretatur verba vltima,quibus locis oſtendit idẽ, quod Auguſ.tropicis loquutionib⁹, & allegorijs miſceri veritatẽ, quo planior ſit, & dilucidior allegoria cùm quædã allegoricè dicuntur, quædã ſine allegoria planè & apertè de ipſa re,quæ ſignificatur tali allegoria.Quod genus dicendi eſſe apud Oratores docet Quintilianus, & miſtum genus allegoriæ appellat, multò apertiùs docet vſus oratorũ ipſorum, vbi quædam dicuntur per allegoriã, ita tamẽ,vt allegoriæ quædã miſceantur dicta apertè,& planè de re ipſa quàm allegoria illa vellẽt oratores ſignificare. Ne ſacra prophanis miſceamus è ſacris literis exempla petantur.D.AVG.de vnitate eccleſię lib.vno.c.8.pſal.71.fatetur quædã de Solomone, de quo pſal. inſcribitur,dicta eſſe,cõtẽdit tamẽ quædã ita dicta eſſe,quæ,vt ipſius Aug.verbis vtar,de Chriſto dicta eſſe contra ipſos Iudæos inuictiſsimè defendantur à noſtris. Vnde,aut quamobrem? nempè,quòd quando aliqua allegoricè ſignificantur,vt intelligatur allegoria facit ſpiritus ſanctus,quod nos facere ſolemus,vt quædam dicat planè ſine ænigmate, ſine allegoria, vnde reliquæ allegoriæ lux afferatur.Quod hoc loco factum eſſe Auguſtinus contendit, cuius generis illud eſſe puto, ex ſecundo Regum de eodem Solomone, quod citat TERTVL. libro tertio aduerſus Marcionem, Thronus eius in æuum, & quòd miſericordia Dei ab eo non ſit diſceſſura.Quæ verba Tertullianus negat Solomoni vllo modo conuenire poſſe. Quòd ſi me *Sententiæ veterũ patrũ, de huius capitis intellectu.* *Canon veterum patrum, quo monemur veritatem allegoriæ miſceri.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

roges, qua cauſſa? nempè quòd allegoria ſimilitudo eſt, & cùm per ſimilitudinẽ verbi cauſſa, A leonis, aut lupi, tyrãnum aliquem deſcribas, edentem carnificinã in ſuos, ſi huic allegorię veritatem miſceas, & quædã apertè dicas de tyrãno illo, profectò quæ de homine dixeris, leonj, aut lupo non conuenient. Quì minus cum per imagines & ſimilitudines hominum præſignificatus ſit Chriſtus Deus verus, & homo verus, cum relicta allegoria, propheta veritatem miſceat, & proprietatem, id eſt, relicta allegoria planè loquitur de Chriſto, ſi contendas verba illa apertè dicta de Chriſto deo vero, & homine vero, accomodare ſimilitudini. i. homini cuius ſimilitudine præſignificabatur Chriſtus, certè nõ conuenient homini verba de Deo dicta, nec ſimilitudini conuenient verba dicta de veritate.

Cur plera que in ſcripturis non conueniãt typo.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI
Onus Babylonis, quod vidit Eſaias filius Amos.	Viſio contra Babylonem, quam vidit Eſaias filius Amos.

Cur quod alij, pphetiam appellãt, D. hic ron. onus nominet.

VErbum Hebræum מַשָּׂא, à verbo נָשָׂא facit hoc diſsidium. Nam verbum Hebræum נָשָׂא, porto ſignificat, & indè מַשָּׂא, onus, vt vertit D. Hiero. Significat etiam נָשָׂא, accipere, & indè מַשָּׂא acceptio, quam alij interpretes λῆμμα verterunt. i. acceptionem. THEOD. in Abacuc, Acceptionem, inquit, in his appellat viſionis, & præcognitionis comprehenſionem, quam accipit propheta à Deo donante. Ergò מַשָּׂא, prophetia eſt. i. acceptio illuſtrationis diuinæ, quam Lxx vertere viſionem, quod, vt inquit BASIL. in caput 1. Eſaiæ, viſus, ſenſuum acerrimus eſt, & ideo prophetia, viſio dicitur, quod mente planè cernatur, vt ea videmus quę oculis cernimus. vndè, inquit, prophetas appellabant veteres videntes quaſi dicerent, diuini conſilij ſpectatores, & conſcios. Ergo מַשָּׂא onus reddi poteſt, vt vertit D. Hieron. quod verbum, vt ipſe ait, ponitur vbi plena ſunt minarum quæ dicuntur. Poteſt reddi quoque prophetia, vt reddunt Hebræi, ſeu acceptio prophetię, vt vertunt alibi Lxx ſeniores, & vt vertunt alij interpretes, quòd Lxx viſionem dicunt, quòd, viſio, nomen eſt prophetię, vt dictum eſt: & eſt idem quod reuelatio, vt docet ORIG. in Ezechielis cap. 13. homil. 2. Quòd enim ex parte Dei C eſt reuelatio, ex parte prophetæ eſt viſio.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI
Super montẽ caliginoſum leuate ſignũ.	Super mõtẽ cãpeſtrẽ exaltate ſignũ.

PRopheta, quo commendatior & veneranda magis apud Iudæos eius ſit prophetia, vtin noſtros vſus ſeruaretur non ſolùm excidium regni Babylonici, quod eo tempore erat florentiſsimum, & fines imperij longè, lateq; protulerat, prædicit, ſed tempora ſignat, ſignificatq; futurũ, poſtquàm ſubuerterit rex Babylonius Hieroſolyma, & captiuũ duxerit Iudęorum populum. Additque cauſſam vaſtitatis regni Babylonici futuram, quod Dominus per Babylonios punire ſuos voluerit ob peccatum idolatrię & auaritiæ: Babylonij verò non tenuerint modum, ſed pluſquam par erat, in populum Dei ſæuierint. Prædicitur ergo Babylon ruitura armis Cyri regis Perſarum, & momento temporis ruitura, illa Babylon, quæ nobilitatiſsima toto orbe erat, quæque tantæ magnitudinis erat, vt non vrbs aliqua, ſed mons quidam editiſsimus eſſe videretur, ita turres, munimenta, mœnia, ædificia magnificentiſsima, ad cælum D vſque attolli videbantur.

Vox Hebræa מַשָּׂא, ambigua eſt, quam D. Hieron. reddidit, caliginoſum, vt ſit, O Perſę (ad Perſas enim ſubuerſuros Babylonem, fit apoſtrophe à propheta) O Perſę, inquam, & Medi, ruite, adeſte, tollite ſigna in Babylonẽ, quæ tantæ molis vrbs eſt, vt non vrbs quędã, ſed mons quidam eſſe videatur editiſsimus, qui præ altitudine fugiat oculorum viſum, & ſe condat in nubium caliginem, Hebræi eodem ſenſu interpretãtur, Super montem excelſum & denigratum. i. ſuper Babylonem, quæ vt mons quidam excelſus, & denigratus, condit murorũ & turrium altitudinem, intra nubila ipſa. Sic enim eſt explanandum, quòd Babylon talis deſcribitur à Gęographis & Hiſtoricis omnibus, & non eſt ſita in mõte, ſed in plano loco, & ideo Lxx viri montem campeſtrem vertêre per oxymoriam figuram. i. per acutam ſtultitiam: ſic enim figura illa nominatur, vt apud Horatium, Strenua nos exercet inertia: ſtultitia enim videtur montem nominare, & campeſtrem: ſi enim mons eſt, non eſt campus, nec planus locus, ſi rurſum campeſtris locus eſt, mons eſſe nullo modo poteſt, atqui in loco plano eſt ſita: hæc ergò quæ ſtul-

A quę ſtultitiæ faciem præfert, acutiſsima oratio eſt, qualis illa Horatij. Significat enim illam vrbem in plano loco ſitam, ædificiorum, & murorum, & turrium altitudinem tantam eſſe, & tam longè, lateq; ſe fundere, vt mons quidam maximus & editiſsimus eſſe videatur. De magnitudine vrbis Babylonis, plena ſunt omnia. שפה, verbum Hebræum, ſignificat alleuare, & ideo D. Hieron. reddidit caliginoſum, excelſum hoc nomen inde deductum, ſignificat etiam comprimere, & contundere: ideo hoc nomen inde def lexum, Lxx viri reddidere, compreſſum, contuſum. i. planum & campeſtrem, quòd Babylon non in monte, ſed in loco plano ſit ſita. Thargum ſuper munitionem, aut ciuitatem munitam.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Exaltate vocem, leuate manum, et ingrediantur portas duces.	Alleuate vocẽ eis, ne timeatis, euocate manu, aperite principes.

ad portas venite
B duces portas ingrediãtur & manũ leuate eis vocem exaltate ſignum Tollite
שְׂאוּ נֵס הָרִימוּ קוֹל לָהֶם הָנִיפוּ יָד וְ יָבֹאוּ פִּתְחֵי נְדִיבִים

LEctio Hebræa ad verbum ſic reddi poteſt: Leuate ſignum, exaltate vocem eis, leuate manum, & ingrediantur portas duces: & ſic reddidit D. Hieron. Poteſt etiam reddi ſic: Exaltate ſignum, exaltate vocem eis, leuate manum, & veniant ad portas duces, quod Lxx ſic interpretantur, Exaltate ſignum, exaltate vocẽ eis: addidere de ſuo, ne timeatis, vt ſit ſenſus: O Perſæ & Medi, tollite ſigna aduerſum Babylonios, & magno clamore ite, ne timeatis. Deindè, pro leuate manu. i. euocate manu, hoc eſt, tanquam victos, & dedititios ad primum veſtrũ aduentum, euocate manu Babylonios, vt referent vobis portas vrbis: & ſic interpretantur verba ſequentia, & veniant ad portas duces. i. tantùm euocate manu Babylonios ipſos, vt vrbis portas aperiant, & ſtatim duces ipſi Babylonij, præ metu venient ad portas, & vos recipient. Sed pro his omnibus, Lxx tantùm dixere, Euocate manu, aperite principes. i. primo aduentu ô Perſæ, & Medi, euocate Babylonios principes manu, tanquam victos, & pro imperio iubete, vt apeC riant portas vrbis. Exprimunt enim Lxx ſententiam, non reddunt verba, & ſignificari putant momento temporis capiendam Babylonem vrbem, & ſe ad primum aduentum Perſarum, & Medorum, dedituros Babylonios, nec repugnaturos, quod ita Dominus velit. Idem ſignificat tralatio D. Hieron. Leuate manum, ad Babylonios ſcilicet, vt vrbis portas pandant, & ingrediantur portas duces. i. ſtatim aperientur, & pandentur, & duces Perſarũ ingredientur portas.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Ego mandaui ſanctificatis meis.	Ego ordino.

DIuus AVG. quæſtionum ſuper Numer. lib. 4. quęſt. 30. ſanctificari pœnam, nouo quodam modo dictum putat, quãdo per pœnam exemplum datur cæteris, vt ſancti ſint: vt hoc loco iuxta hanc ſententiam D. Auguſt. ſanctificati dicantur Perſæ, & Medi, per quos pœnas irrogat Babylonijs, vt alijs ſanctitatis exemplum ſint, ne ſæuiant in eos, quos per illorum manus punire volet Deus. Sanctificati ergo dicentur per metonymiam, vt mors pallida, triſtis paupertas dicitur, & hilaris adoleſcentia, quòd efficiant homines pallidos, triſteis, hilares,
D non quòd mors ſit pallida, aut paupertas triſtis, aut Perſæ & Babylonij ſanctificati, ſed quòd exemplo pœnarum, quas pependêre, quòd ſæuiêre nimis in eos, quos Dominus per illos punire voluit, cùm crudeliſsimi in Iudæos fuêre Babylonij, quos Iudæos Babyloniorum armis Deus caſtigabat, efficiant ſanctificatos eos, qui illorum exemplo timent Dñm, & ſibi caueRint, alieno malo vtili exemplo docti, quod in prouerbio eſt, vt ſit ſenſus: nemo miretur, ſi potentiſsima Babylon, & munitiſsima, momento temporis caperetur, meo enim, inquit Dominus iuſſu factum eſt, vt horum exemplo cum potentiſsimum regnum puncto temporis ruiſſe viderent, cauerent alij, & fierent ſancti, meque timerent, cùm per illos, aliquos alios caſtigare voluero. Ego enim præparaui Perſas & Medos, ita vt Babylonij nec opinãtes ſubitò opprimerentur, vt quanquam potentiſsimi eſſent, prohibere ingruenteis hoſteis, nullo modo poſſent. Pro his omnibus, Lxx dixêre, Ego ordino: reddunt enim ſententiam non verba. i. nemo miretur potentiſsimum orbis terrarum regnum, puncto temporis ruiſſe: Ego enim, Deus, ordino omnia.

D. HIERONYMVS.

Et vocaui forteis meos in ira mea, exultanteis in gloria mea.

gloria mea exultãtes in furore meũ fortes meos vocaui Etiã

גַּם־קָרָאתִי גִבּוֹרַי לְאַפִּי עֲלִיזֵי גַאֲוָתִי

LXX VIRI.

Et ego adduco eos, gigantes veniũt implere furorem meum, gaudẽtes simul & superbientes.

LEctio Hebræa ad verbum sic reddi potest, Etiam vocaui forteis meos ad furorem meum exultantes in gloria mea, quanquam hoc verbum Hebręum, gaaua, superbia sit & arrogãtia, & elatio, rarò ponitur pro gloria, sed sat est D.Hier. sic hoc loco accepisse hanc vocem Hebręam. Sensus est huius versionis, idem, qui superioris sentẽtię, Vocaui hos forteis meos, Domini enim est fortitudo, & Domini sunt omnes boni, & mali: Vocaui ergo hos in ira mea. i. vt puniant eos quibus sum iratus exultantes in gloria mea, quos gloria mea exultanteis victoria facit. Potest etiam aliter verti lectio Hebræa quæ à Lxx viris in treis sententias diducitur, in primam illam, גַּם־קָרָאתִי, id est, etiam vocaui, vt sit, Etiam vocaui ipsos: & pro hac oratione dixere, Ego adduco eos. in secundam גִּבּוֹרַי לְאַפִּי, id est, fortes mei, seu gigantes mei ad furorem meum, & subaudiũt verbum, adsunt, quod sermo Hebræus sit concisus, vbi multa subaudiuntur. Ergo vertunt hunc locum: Gigantes adsunt ad furorem meum, vt expleant furorem meum, & ita reddidere, Gigantes veniunt ad complendum furorem meum. In tertiam עֲלִיזֵי גַאֲוָתָם, sic enim legunt Lxx, mutatione vnius litteræ, quam ostendimus frequentissimè reperiri in codicibus Hebræis. i. exultantes in arrogantia eorum, quod ipsi veniant arrogantes, & superbi ad vastandam Babylonem, non vt faciant Domini imperata.

Superiora igitur omnia de Persis, & Medis dicta sunt vastaturis Babylonẽ, literaliter, allegoricè quidem vt Eusseb. ait referente D.Hieron. de angelicis virtutibus, & pessimis dæmonibus in vltimo iudicio vastantibus orbem terrarum, qui Babylon dicitur, vocabit enim Dominus sanctos suos angelos nempè, adde etiam dæmones, vt separent malos, & perdant, & expleant furorem Domini, dies enim iudicij, dies iræ est, & caliginis, & furoris, neque est quod allegoriam in scripturis dãnemus, potissimus enim scripturæ sensus est allegoricus in historia, quẽ intendit spiritus sanctus, præsertim in illis locis vbi miscetur veritas, quod his duobus capitibus fieri diximus.

D. HIERONYMVS.

Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentum. Vox sonitus regum gentium congregatarum. Dominus exercituũ præcepit militiæ belli venientibus de terra procul. A summitate cœli Dominus, & vasa furoris eius vt disperdat omnem terram.

LXX VIRI.

Vox gentium multarũ super mõtes similis gẽtiũ multarũ, vox regũ & gentiũ congregatarũ, Dominus Sabaoth præcipit genti bellicosæ. Venite de terra procul à summitate fundamẽti cęli, Dñs & præliatores eiº, vt disperdat totũ orbẽ terrę.

IAm hic locus ad veritatem spectare potius videtur, quàm ad typum. Nam quanuis ad typũ referri possit: vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium. i. vt Lxx vertere vox gentium multarum super monteis, similis gentium multarum, vt dicat propheta se videre animo descendenteis de montibus Medorum, & Persarum innumerabiles copias, exercitus maximos, tamen cum Babylon sita sit in loco plano, vbi nulli sunt montes, magis veritati conueniet, quàm historiæ vastitatis Babylonicæ hęc oratio, Vox gentium multarũ super mõteis, maximè cum Hebraicè sit, similis gentium multarum, quod innuit describi potius aëreas potestates, & principes tenebrarum quæ tanta multitudine aderunt super monteis orbis terrarum, secundo Christi aduentu, vt importent orbi vastitatem, vt sint futuræ similes magnis regum exercitibus, alioqui si describerentur Medi & Persæ, cur dicitur quasi exercitus? aut, vt Lxx seniores dixere, similis magnis exercitibus? Posses vertere lectionem Hebræam, Similitudo populi innumerabilis: Quoties prophetæ prædicunt bella futura non dicunt se videre similitudinem copiarum, & exercituum, sed significant se videre copias ipsas, & exercitus ipsos. Postea, Vox sonitus regum gentium congregatarum. Vel, vt Lxx viri dixere, vox

A rę, vox regum, omisere enim dictionem illam, sonitus, perspicuitatis caussa: quanquam ad historiam referri potest, tamen ad veritatem melius referas: Non enim multi reges, aut multæ ad fuere nationes ad subuertendam Babylonem, vel exigua manu potentissima regna subuertit Dominus. Magis placet, vt reges appellet principes tenebrarum, & genteis, aërias potestates. Quod sequitur, aliter dispunctum est à D.Hieron. aliter à Lxx senioribus. D.Hieron. iam facit orationem: Dominus exercituum præcepit militiæ belli, venientibus de terra procul. i. præcepit legionibus Persarum conscriptis ex gentibus longè summotis, vt euerterẽt Babylonem, aut quia Persæ non procul aberant à Babylone, neque magnos coegere exercitus quando diruere Babylonem, nescio an magis conueniat interpretari de dæmonibus, & de angelis cœlestibus, præsertim cum Hebraicè sit Deus Sabaoth, præcepit seba. i. Deus exercituum præcepit exercitibus. Deus exercituum cœlestium, præcepit cœlestibus exercitibus: & Lxx duas fecerint orationes has, Primam, Dominus Sabaoth præcepit genti bellicosæ: Nam pro eo, quod Hebraicè est præcepit militiæ belli, edidere, præcepit genti bellicosæ. Deindè secundam orationem faciunt. Quod D. Hieronymus dixit, Venientibus de terra procul, & modo imperandi dicunt: Venite de terra procul. Postremo à summitate cœli Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram, nisi inuita, & reluctantia, aliò trahere hæc verba velis, à summitate cœli, vel, vt Lxx vertere à summo fundamento cœli, vel ab extremo fundamento cœli. Dominus, & præliatores eius, vel vasa furoris eius: de Domino: & aereis potestati B bus dictum est: quę aderunt iussu Domini ad vastandum terrarum orbem ab imo fundamento cœli. i. ab inferis, vel à finibus cœlorum vt Hebraicè est, vt ad bonos angelos, & ad malos referre possis. Iã quod in clausula orationis est vt perdat omnem terram, vel, vt Lxx reddidere totum orbem terrarum, durum, & violentum est, si ad Babylonicum regnum tantum referas & vim facies scripturæ, quæ planè & apertè dicit omnem terram, & secundũ Lxx, totũ orbẽ.

D. HIERONYMVS.

Vlulate quia prope est dies domini qua si vastitas à Domino veniet. Propter C *hoc omnes manus dissoluẽtur & omne cor hominis tabescet, & cõteretur. Torsiones & dolores tenebunt quasi parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.*

LXX VIRI.

Vlulate, propè enim dies Dñi, & cõtritio à Deo veniet: propter hoc omnis manus dissoluetur, & omnis anima hominis timebit, & turbabũtur legati, & dolores ipsos habebũt, sicut mulieris pariẽtis, & cõdolebũt alter ad alterũ, et stupebũt & faciẽ eorũ sicut flammã mutabũt.

HIc locus ad vtrunque referri potest, ad vastitatem Babylonis, & ad vltimum mundi iudicium: magis tamen ad vltimum mundi iudicium, quòd figuræ & typo miscetur veritas, sicut illud, Quasi vastitas à Domino veniet: Veniet tam horribilis vastitas, qualis à Domino venire potest: pro quo Lxx reddidère, Contritio, siue confractio veniet à Domino. i. Deus omnia conteret & confringet: vndè, omnes dissoluentur timore, & omnis anima hominis ti- D mebit, vel contabescet. Quòd D.Hieron. vertit significantiùs, & lectioni Hebræę conuentius, nam est Hebraicè יִמַּס. i. liquescet, dissoluetur, quòd Lucas dixit, Arescet, in illis verbis Domini, cap. 21. quibus hæc eadem dixisse videtur: arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Sequentia aliter & dispunxere, & intellexere Lxx seniores, Nam lectio Hebræa est.

Vndè quiuis facilè intelliget, vtranq; editionem consentire cũ lectione Hebræa. Nam primum verbũ lectionis Hebręę, D.Hier. tribuit superiori sententię, vbi dixit, Omne cor hominis tabescet, & cõteretur: cùm Lxx tãtùm dixerint. Omnis anima hominis timebit: appositia illic distinctione, vt nouo initio dixerint, cõteretur, &c. Pro verbo, Cõteretur, dixère Lxx, Turbabũtur. Nã quãuis D.Hier. hoc verbũ verterit singulariter, Hebraicè tamẽ est pluraliter, eodẽ sensu cõterentur, homines. s. & verbũ pro

dolebunt parturientẽ sicut apprehendẽt dolores & angustiæ conterentur Et
וְ נִבְהָלוּ צִירִים וְחֲבָלִים יֹאחֵזוּן כְּיוֹלֵדָה יְחִילוּן

legati torsiones turbabuntur

priè signi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

priè significat,etiam terrebuntur, Verbum sequens צִירִים, significat angustias,dolores, & sic A
D. Hierony. vertit, torsiones. Significat etiam legatos,Lxx reddidere, Turbabuntur legati, siue intelligas de legatis,& nuncijs, qui tristeis adferebant nuntios aduentantis exercitus, & de legatis imminente summo discrimine miserantibus fortunas suas,& dolentibus,siue de sacerdotibus dæmonũ vt vult Cyrillus,siue de sacerdotibus Domini, qui medij sunt inter Deũ & homines,qui turbabuntur,& arescent timore eorum quæ superuenient vniuerso orbi. D. Basilius legatos illos intelligit parabolæ dominicæ,qui ad Dominum misere legatos post ipsum,qui dicerent,nolumus te regnare super nos,Qui legati alij sunt hi, inquit, quam qui profectum Dominum in longinquam regionem(.i.ad nos, quod longè aberamus à Deo, & venerat ad expugnandam rebellionem nostram) crucis morte affecerunt, & putauerunt se post se mundi regnum illi detrahere? dicebant enim Pilato,Noli scribere,rex Iudæorum: quid enim est aliud mittere legatos post eum,quam dicere,noli scribere rex Iudæorum? non habemus regem nisi Cæsarem. an non hoc significat idem,quod illud,Nolumus hunc regnare super nos? Hic igitur in vltimo iudicio arescent timore, & facies combustæ vultus eorum.i. B
ita erunt anxij,vt facies eorum flammas ardenteis referant. Hebraicè est, facies flammarum vultus eorum: Lxx faciem eorum sicut flammam mutabunt.

D. HIERONYMVS.

Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisque ad ponẽdam terram in solitudinem, et peccatores eius conterendos de ea.

LXX VIRI

Ecce enim dies Domini veniet insanabilis, & indignationis, furoris, & iræ,ad ponendum orbem terræ desertum, & peccatores perdere ex eo.

EX hoc loco potissimum veteres patres ad vltimum iudicium hæc referunt. D.AMBROS.in lib.de Helia & ieiunio cap.21. de vltima inflammatione terrarum hæc explanat his verbis: Quasi manu sanctus propheta demonstrat diem iudicij inquiens:Ecce venit Dominus disperdere orbem terrarum, &c.quę ad C
iecit illo capite. Idem sentit D.CHRYS.in 12.cap.Matth.homilia 48.his verbis: Audi quid propheta dicat de illo die iudicij: Dies Domini incurabilis furore,atquè ira plenus: vbi multa in hanc sententiam dicit. & tomo 5.in paræneſi priore ad Theodorum lapsum totum hunc locum,& sequentia ad diem iudicij refert,& tàm plana putat,& tam perspicua, vt interpretatione non putet egere.D.Ephren in lib.de pœnitentia cùm ageret de die iudicij: De die hac, inquit,Esaias,Ecce Dominus veniet disperdere terram.ORIGEN. tomo 2.in epistolã ad Rom. in cap.2.Puto inquit quod hic locus expositione non eget euidẽter enim in his omnibus dies iudicij designatur. D.GREG.in 30.cap.Iob lib. 20. cap. 23. idem sentit. & Cyprianus contra Demetrianum

D. HIERONYMVS.

Quoniam stellæ cœli, & splendor earũ non expandent lumen suum: Obtenebratus est sol in ortu suo,et luna nõ splẽdebit in lumine suo.

LXX VIRI.

Nam stellæ cœli,& Orion,& omnis ornatus cœli, lumen suum non dabũt, & obtenebrabitur sole oriẽ D
te:& luna non dabit lumẽ suum.

luce ei⁹ illustrabit nõ luna & in oriente sol obscurabitur luce earũ splendebũt non splendor earum orion earũ & cælorũ stellæ Quia
כִּי כוֹכְבֵי הַשָּׁמַיִם וּכְסִילֵיהֶם לֹא יַהֲלוּ אוֹרָם חָשַׁךְ הַשֶּׁמֶשׁ בְּצֵאתוֹ וְיָרֵחַ לֹא יָגִיהַ אוֹרוֹ

HVnc locum explanat ORIG. in caput 24.Matth.tractatu 30.interpretans verba illa: sol obscurabitur,& luna non dabit lumen suũ, & multas quæstiones disceptat admirabiliter,& diluit,quæ illinc petentur melius: Et D. Chrysost.in paræneſi priore ad Theodorum lapsum.Hoc loco hærere videntur, qui referunt hoc ad excidium Babylonis, cum propheta dicat stellas cæli obscurandas,sed aiunt, imminente summo discrimine fore vt Babylonijs in media luce nox oriatur, & crassa caligo, præ metu, & formidine. At propheta palàm ait obscurandas stellas cæli,& Orionem (sic enim interpretantur, כְּסִיל, Hebræi, vt leges in thesauro lin-

A ro linguę sanctæ)vt interpretatio Lxx,vel Iudæis testibus, consentiat cũ editione Hebręa.Ad didere autẽ de suo Lxx,& omnis ornatus cęli, vt dilucide diem iudicij nobis repræsentarent. Quid em̃ apertius si legas hunc locũ iuxta tralationẽ Lxx? Stellæ enim cæli,& Orion,& omnis ornatus cæli nõ dabunt lumen suũ,obtenebrescet in oriente sol & luna nõ dabit claritatẽ suã. Sic em̃ legendũ est ex castigationibus codicibus Græcis,& ex scriptis veterũ patrũ. CHRYS. em̃ legit in paræne si priore ad Theod.lapsum tom.2.obtenebrescet sol in exortu suo. ORIG. Obscurabitur in oriente sol: Leges ergò tralationem Lxx: Stellæ cæli,& orion,& omnis ornatus cæli lumen suum non dabunt.pro quo D.Matt. Stellæ cadent à cælo,& potestates cæli commouebuntur. Deindè,obtenebrabitur sol in oriente,quod D. Matth. dixit: sol obscurabitur. Posteà,& luna non dabit lumen suum, quod ad verbum citat Matth. Quod si priora non citat eisdem verbis indè factum puto,quod Euangelistæ sunt breuitatis amatores,& superiora breuius dicere voluerunt.Aduertendum̃ tamen est,quod infrà est adnotandum, Lxx seniores,quoties verbum aliquod ambiguum est,duobus modis illud vertere,quod facit vt qui B huius rei rationem non habeat, putet eos ab Hebræa lectione dissentire, vt hoc loco, quod, כְּסִיל, Orionẽ significat, vt docent Hebræi,aut secundum alios arcturum,aut vt alij tradidere stellam matutinã, iuxta alios splendorem stellarum, aut figuras ex multis stellis expressas,ita ipsi reddiderunt, כְּסִילֵיהֶם, orion, & quia durum erat dicere vt Hebraicè est,& orion earum. Quid enim sibi vult hæc oratio, Obscurabuntur stellæ, & orion earum? reddidere quidem, כְּסִיל, orion, & quod significat כְּסִיל, splendorem edidere, & splendor earum, & ita duobus modis vertere vocem Hebręam,Orion,& omnis splendor earum,id enim significat,& omnis ornatus earum, vel,omnis ornatus cæli.

D. Matth. videtur eligere paucula hæc verba Lxx.

Lxx, verba quæ duos sensus habent, duobus modis aliquando vertunt.

D. HIERONYMVS

Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatẽ eorũ. & requiescere faciam superbiam infidelium,et arrogantiam fortium humiliabo.

LXX VIRI

Et mãdabo orbi terrę vniuerso mala, & impijs impietatis eorum, & perdam superbiam iniquorum, & iniuriam superborum humiliabo.

HAEc omnia Origenes loco citato de vltima mundi vastitate, & D. Basil. iam ab illo loco: Ecce dies Domini veniet, vltimam orbis terræ vastitatem,describi docet. Et EVSEB.Cæsariensis.li.2.cap.42.Sed verba Hebræa & Græca hoc satis indicant. Nam pro, Visitabo super orbis mala,Hebraicè est,Et visitabo super mundum mala,vel peccata. Quid enim interest,vtrum dicas,Visitabo super mundum peccatum, aut malum, an quod Actor.16.cap.dictum est,quòd statuit diem Dominus,in quo iudicaturus est orbẽ? Et quòd ad Roman. cap.2. In die quando iudicabit Dominus occulta cordium? Et cap.3. Alioqui quomodo iudicabit Deus hunc mundum,nisi putas aliquid interesse,inter, iudicabit mundum, & visitabit mundum? Quòd sic intellexisse Lxx seniores,argumento est, quòd pro hoc vertere, mandabo vniuerso orbi terræ mala: quò spectant etiam verba sequentia, Et contra impios iniquitatẽ eorum: vel vt vertere Lxx,Mandabo impijs impietates eorum.i.faciam eos luere pœnas impietatum,& requiescere faciam superbiam infidelium, vel vt Hebraicè est, Superbiam superbiarũ: Lxx reddidere sententiam,quasi explanarent interpretationem D.Hieron.& dicerent,id est, D disperdam superbiam iniquorum,vel transgressorum legis.

D. HIERONYMVS.

Precioſior erit vir auro, et homo mundo obrizo.

LXX VIRI.

Et erũt relicti magis precioſi quàm aurum obrizũ, & homo magis honorabilis quàm lapis ex Ophir.

DIuus CHRYS. locis suprà citatis, & ORIG.& alij patres, quos suprà citauimus, hæc de vltimo iudicio interpretantur. EVSEB.de demonst.euang.lib.2.c.42.hoc loco refellit hæreticos, qui putabant in consummatione seculi citra discrimen omnes esse saluandos,& Iudæos omneis assequuturos promissam veteribus patribus fœlicitatem, quod planè hoc loco Esaias dicat illud Domini, Multos vocatos, paucos electos fore. Quæ sententia,inquam,est BASIL.qui de sanctis hunc locum interpretatur,qui erant omni auro incocto honorabiliores,omni preciosissimo lapide preciosiores:& est veterum patrum quos suprà commorauj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Defenduntur veteres patres. Preciosum pro bono quod sit rarum poni, pro vile autem abiecto etiam si sit rarum nō poni.

moraui. Neque quod Iudæus, quo D. Hier. vtebatur in perdiscenda Hebræa lingua, narret nobis Iudæorum interpretationem, veterum patrum sententia damnanda est indicta causſa. Nam quod hic locus refertur ad regni Babylonici vastitatem, & pretiosum dici aiunt omne rarum, & sic qui euaserint ex excidio Babylonico pretiosiores auro futuros, hoc est rarissimos, quod receptissimum sit in sacris litteris rarum appellari pretiosum, quod pace sanctiſſimi. D. Hier. dictū sit, qui hanc sententiā probat: mihi nō probatur multo, multoque verior sanctorū patrū omniū sentētia videtur. Nā vt interim largiar pretiosum in sacris literis dici quod rarum est, pretiosiosius auro, & margarito pro raro simpliciter, vt non altiorem quendam sensum significet, nusquam reperias. Si dicitur de prophetia, & verbo Dei: Erat sermo Dei pretiosus. i. rarus, nō cōtinuo de homine infideli, & misero, quē Dñs miseris modis pro triuerit & ad vltimas miserias redegerit, dicetur, erit pretiosior auro, & margarito. Quin potius, erit abiectior, & contemptus magis q̄ homines abiectissimi, & contēptissimi, vilissimo precio vēnibit, tenui moneta venalis, vilis seruus. Siquidē residui ex illo bello, aut vagi, omnibus bonis pulsi, aut viles captiui erant, alga viliores, tantum abest vt auro incocto, & margarito pretiosiores, dicantur. Quid? quod sic concidit regnum Babylonicum, vt venerit in ditionem Cyri regis Persarum, diruta sit vrbs, non tamen vt funditus omnes sint deleti, residui multi fuere viles, & abiecti, quos Iudæi ex captiuitate reduces pro mancipijs secum adduxere, viles, & infelices. Nam si prophetia, & Dei sermo pretiosus dicitur cum rarus est, indè fit quod Dei sermo per se pretiosus est. Dicebatur pretiosus potissimum quum esset rarus. Neque si septem mulieres apud Esaiam apprehendunt virum vnum continuo idem erat in Babylonijs, nam Iudææ fœminæ, quod expectabant messiam, & pro summo crimine, proque ignominia maxima sterilitatem esse putabant, ex vno viro Iudæo suscipere sobolem conabantur, idque vt religioni parerent, vt Cyrillus in illum locum docet, pretiosius auro esse credebant. Sanctorum patrū sententiæ fauet verbum Hebræum. Nam, יקר, significat gloriosum esse in honore, & gloria esse, quod residuis ex Babylonio excidio nullo modo congruit sanctis viris congruit, vt Psalm. 139. Nimis honorati sunt amici tui Deus, vbi est hoc verbum יקר, quod Hebræi ad verbum reddunt, quam glorioſi, quam precioſi vel magni sunt amici tui Deus. Lxx sic hunc locum reddunt, Erunt relicti honorati magis, vel glorioſi magis, quā aurum purgatissimum, & homo magis honorabilis quam lapis ex Ophir, & sic hunc locum vertit R. Ionah, vt conuenire non possint hæc verba vilibus, abiectis, & contemptissimis hominibus, & vt necesse habeas ad eos referre, qui salui fient, ad glorioſos sanctos. & scripturę mos est, sanctos viros appellare lapides precioſos, gēmas, & margaritas, quod docet ORIG. contra Celsum lib. 8. vbi doctrina inquit Diuina sanctos post resurrectionē appellat lapides precioſos, cum è viuis & precioſissimis quibusdam lapidibus templum Dei sit ędificandum, cum pro vt quisque se gesserit, Dei templi precioſus futurus sit lapis, si saluus fiat, sic enim D. Petrus ait vos ædificati estis lapides viui, citatque illud Esaię præparo tibi carbonem, lapidē tuum, fundamenta tua Sapphirus, & propugnacula tua Iaspis: subijcitque Origenes, Constat iustorum nonnullos carbunculum lapidem esse, Sapphirum alios, alios iaspidem, quosdam esse chrystallum, vt iusti referant omne electorum precioſorum lapidum genus: hæc Orig. & certè receptissimum est in scriptura ipsos beatos sui Domini nomine appellari, qui in scriptura gemma, & lapis pretioſus dicitur. Mitto dicere vulgatum esse in arte rhetorica cum aliquem laudas, metaphoram ducendam esse à re optima, quę visu, & auditu delectet, vt docet Arist. 3. de arte rhetorica lib. vt cum sol aureus dicitur, & cum aurora roſea apud poētam. Cùm vituperes, à re fœda, vt cœnum & labes apud Ciceronem, nisi credis hæc oratores obseruare, & spiritum sanctum non obseruare. Quod si horum nihil esset, sola lectio Hebræa non pateretur alium sensum, quæ est:

אמוקיר אֱנוֹשׁ מִפָּז וְאָדָם מִכֶּתֶם אוֹפִיר

Id est, glorioſus, & magis honoratus erit homo,
quàm aurum purissimum, & homo magis quàm aurum ex Ophir.

D. HIERONYMVS.

Super hoc cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem furoris eius.

LXX VIRI

Nam cęlum irascetur, & terra mouebitur à fundamētis eius, propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die qua venerit furor eius.

ורגיז

A ורגיז, id est, turbari faciam, vel irasci faciam, vt lectio Hebręa posſit verti, Super hoc cælū irasci faciam, quod D. Hier. reddidit, Super hoc cælū turbabo. Lxx viri, Cælum irascetur. i. virtutes cæli commouebuntur, & aētriæ potestates. nam dixi Chrysost. & alios patres de die iudicij hęc interpretari. & videtur D. EPHREM li. de pœnitentia illa omnia hinc mutuatus virtutes cælorum mouebuntur, precedent coruscationes, astra cadēt, angelorum exercitus prębunt, archangelorum chori stabunt parati. Nam quod sequitur. Terra mouebitur de loco suo, vel vt reddidere Lxx, Terra mouebitur à fundamentis eius, nisi ad vltimam vastitatē retuleris, quò referas, non habes.

D. HIERONYMVS

Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, & nō erit qui congreget, vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient, & omnis, qui inuentus fuerit, occidetur. Et omnis, qui superuenerit cadet i gladio, infantes illorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur.

LXX VIRI.

Et erunt relicti quasi damula fugiens, & quasi ouis errans: ita vt homo ad populum suum cōuertatur, & homo in regionē suā fugeē. Qui enim captus fuerit erit victus, & quicunque congregati fuerint, cadent in gladio. Et filios eorum allident coram eis, & domos eorū diripient, & vxores eorum habebunt.

IAm hinc vsque ad finem capitis redire propheta videtur ad vmbram & typum, hoc est, ad historiā excidij regni Babylonici, cui propheta miscuerat veritatem, vt in initio dictū est, iuxta canonem illum præscriptū ab Augustino & Hilario. Cui nō est dissimilis illa quęque canon scripturæ, quem prescripsit Tertullianus in lib. de spectaculis, cum quædam specialiter prenunciata videntur, generaliter esse interpretanda: vt cùm Israelitas admonet, cC. mines admonet: cùm AEgypto minatur, omni gēnti peccatrici minatur, & sic omnis gens vocatur AEgyptus. Vndè nunc cum Babylonijs minetur Dominus vastitatem, significat eandē vastitatem importandam peccatoribus terræ, in cōsummatione seculorum. Quasi dicat Dominus: cùm hæc Babylonijs dico, peccatorib⁹ omnibus dico, quos exspectat magna vastitas in vltimo iudicio. Ergo vniuersus orbis, hoc loco dicitur Babylon. Redit ergo nunc ad historiam, & ad prædictionem excidij Babylonis, perituros omnes Babylonios præsignificat, paucissimos fugituros cladem illam tandem, eosq; vagos, & errantes futuros, qui verò commorabantur Babylone, redituros ad suas vrbes, cùm imminentem calamitatem videant Babylonios prædæ futuros hostibus, & rapinæ. Quòd Hier. vertit, Omnis qui superueniet, gladio cadet: Lxx vertēre, Et quicunque congregati fuerint, cadent in gladio: Hebraicè est הִנָּסְפָה i. congregatus, siue additus, à verbo ספה, quod inter alia significat addere. Et sic interpretatur R. Ionathan, referente Pagnino in Thesauro. Cur igitur confoditur lectio Hebræa punctis, velut obelis, tanquam malè reddita à D. Hieronymo? An ad normam Iudaicæ peruersitatis, emendandus erit D. Hieronymus? En lectio Hebræa significat: Quicunque congregatus
D fuerit, siue additus Babylonijs, vt illis ferat opem, cadet in gladio. Hoc D. Hier. dixit, Omnis qui superueniet, cadet in gladio. i. quicunque veniet auxilio Babylonijs, cadet in gladio. Qui venerit illis auxilio, &, qui additus fuerit illis, non idem significat? Hoc idem dixēre Lxx, Quicunq; additi fuerint, cadent in gladio. Notandum tamē EVSEB. li. 2. c. 42. prima verba illa, Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis, & non erit qui congreget: tribuere sententiæ superiori, de vastitate vltima orbis terrarum, & putare significare his verbis, paucos futuros electos, quòd quicunque fugerit pœnas vltimi iudicij, futuri sunt quasi damula fugiens, aut ouis errans sine custode, dilacerato grege à lupis, aut à malis bestijs. Eodem referre videtur D. BASIL. in epist. ad Chilonem discipulum suum.

D. HIERONYMVS

Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint,

LXX VIRI.

Ecce suscitabo vobis Medos, qui argentum non reputant, nec auri indigen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

velint sed sagittis paruulos interficiãt & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non parcat oculus eorum.

digentiã habent, arcus adolescẽtiũ conterẽt, Et filiorũ vestrorum non miserebuntur, nec filijs tuis parcẽt oculi eorum.

MEdos ait Dominus esse mittendos, qui Babylonem subuertant: qui non tenentur auri cupiditate, nec imponent vectigalia, nec vllo pretio & pecunia parcent Babylonijs sed ferro igniq; omnia vastabũt & describitur vrbis Babylonicæ vastitas. Magnopere hæc spectant ad veritatẽ, multo plus quàm ad typum historiæ. Quæ enim natio vnquã est, quæ nihil moretur aurum, aut opes, aut imperium, tantumq; bella gerat, vt excisionem, & inflammationem vrbibus importet? Persæ bellabant gratis? gratis ab vltimis orbis partibus ad arma cõfluebant? Mihi certe Medi quos mittit Dominus, qui argentum non quærunt, nec aurum volunt, non tantũ Medi videntur, apud quos montes aureos Poetæ esse fabulantur, nihilominus tamen amant aurum, amant opes, & imperium. Non tam igitur mihi hi Medi videntur, quam potestates aeriæ esse, quæ Medai nomine intelliguntur (nam Medai mensura est & cuique pro modo criminum, irrogabuntur pœnæ) Quod D. Hier. vertit: Sagittis paruulos interficient, Lxx reddidere. Arcus iuuenum conterent: iuxta illud, Arcum conteret & confringet arma Psal. 36. & Ezech. cap. 39. Percutiam arcum tuum in manu sinistra tua. & Oseæ. 1. In illa die conteram arcum Israël. & cap. 2. & arcum, gladiũ, & bellum conteram de terra Israël, vt necesse habeas hæc referre ad aerias potestates. Dominus enim, aut potestates aeriæ imperio Domini conterunt arcus iuuenum in manibus illorum, & illorum confringunt arma, non hostes qui expoliant armis aduersarios, & manibus excutiunt arma, non confringũt neque comminuũt. Vtraque lectio conuenit cum editione Hebræa, quæ verti potest ad verbum: Arcubus pueros conterent. Pro quo Hier. vertit, Sagittis paruulos interficient. Potest quoque reddi lectio Hebræa ad verbum sic. Arcus iuuenũ cõterent, vt reddidere Lxx, quod nomina Hebræa indeclinabilia sint & citra discrimẽ vertere potes, Arcubus iuuenes conterent, vel arcus iuuenum conterent. Deinde lectio Hebræa ad verbum reddi potest & fructũ ventris non miserebuntur, quod D. Hiero. reddidit, Lactantibus vteris nõ miserebũtur. Lxx filiorum vestrorum non miserebuntur: dictio etiam Hebræa pueros, & iuuenes significat.

D. HIERONYMVS.

Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorũ. Sicut subuertit Deus Sodomã & Gomorrham, non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: neque ponet ibi tentoria Arabs, neque pastores requiescent ibi.

LXX VIRI.

Et erit Babylon quæ vocatur inclyta à regibus Chaldæorũ, quemadmodũ subuertit Deus Sodomã & Gomorrhã. Non habitabitur in æternum, neque ingredientur in eã per multas generationes: neque ingredientur in eam Arabes, nec pastores requiescent in ea.

LEctio Hebræa redditur à Pagnino, Erit Babel gloria regnorum, gloria superbiæ Chaldæorum, secundum subuersionem, qua subuertit Deus Sodomam. A Vatablo sic. Et subuertetur Babylon regnorum ornamentum & splendoris Chaldæorum decus, &c. i. Babylon illa quę est gloria orbis terrarum, clarissima orbis terrarum vrbs, quam nunc florentissimã videtis, redigetur in fauillas, sicut Sodoma (Ponitur enim splendor & gloria, qua micat toto orbe Babylon, vt admirabile sit magis hoc vaticiniũ, quo redigenda in fauillas dicitur præter opinionem hominũ.) Lxx sententiam expressisse sunt contẽti. D. Hier. translatio in Complutensibus codicibus in editione Hebræa punctis tota velut obelis est confossa, tanquã male reddita à D. Hieron. cum consentiat cum omnium interpretatione. Vide quãtum liceat Iudaizantibus, quantũ audeant, etiam cum D. Hieron. translatio ab editione Hebræa & cum omnium interpretatione ne pilo quidem dissentiat, verbo dissidet à Iudæis, statim eius translatio pu-

A latio punctis cõfoditur, neq; hoc loco solùm, sed ferè semper. Ego sat habeo aliquãdo admonuisse. Quòd Hier. vertit, Non fundabitur vsq; ad generationẽ in generationẽ: Lxx sententiã reddidere, quã ipsi putarũt esse huius loci, Nõ habitabitur in æternũ, nec ingrediẽtur in eã per multas generationes: quasi significarẽt nobis æternũ apud Hebræos significare aliquãdo multũ tẽp⁹, & ita sunt interpretati, qđ æternũ dixerãt, nõ ingrediẽtur in eã per multas gẽrationes nec Arabes, nec pastores requiescẽt in ea, nec eñ vel pascuis ouiũ aut armẽtorũ erat futura vtilis.

D. HIERONYMVS.

Sed requiescent ibi bestiæ, et replebuntur domus eorũ draconibus, et habitabunt ibi struthiones, et pilosi saltabunt ibi, et respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, et sirenes in delubris voluptatis.

LXX VIRI.

Et requiescẽt in ea bestiæ, & implebunt domus sonitu, & accubabunt ibi sirenes, et dęmones saltabũt ibi, & onocentauri illic habitabunt, & nidificabunt ericij in domib⁹ eorũ.

HAEc si ad vastitatẽ Babylonicã referas, perspicuum sensum habent, vasta Babylonica regna futura, quæ tunc erant florentissima. Et describuntur à propheta vastitatis signa, vt sit sensus, Hæc loca quæ nunc sunt habitatoribus frequentissima futura sunt infesta bestijs, & animalibus, quæ deserta loca frequentant. Quòd verò Dñs subuerterit regnũ Babylonicum, & in vastitatẽ redegerit, notissimum est. Nam vt THEOD. hunc locum interpretans dicit, ducentesimo anno postquam hæc sunt prænunciata, vastatum Babylonium regnum est, aut, vt suprà diximus ex Euseb. ducentesimo, quinquagesimo sexto. Nec dubitandum est, quin hæc animalia quæ hic à propheta describuntur, hæc loca in vastitatem redacta frequẽtent. Sed nescio an ita vasta omnia sint, vt hic à propheta describuntur, & ita his animalibus quæ sola loca tenẽt, & dæmonibus sint infesta omnia, nã quædam loca nõ moror. Vndè hic valere arbitror canonẽ illũ scripturæ, quem præscribit AVG. & docent veteres patres, vt quæ literaliter non videmus completa, intelligamus accipienda spiritualiter, & illum eundẽ esse sensum litteralẽ. Hinc enim promissa veteribus patribus spiritaliter intelligimus, quod vasta loca Iudææ videmus, nec promissam fœlicitatẽ illã veteribus patribus esse completã corporaliter. Quin ideo putãt veteres patres subuersas vrbes Iudææ, ne hæreremus in his caducis, & illa magna promissa ad hęc caduca quisquam referret, si vrbes Iudææ videret florẽtes. Accisa sunt omnia & protrita, vt aliò animos & mentes referremus. Nam Iudæi & Iudaizantes etiam cùm res Iudæorũ tot calamitatibus ab initio gentis Iudaicę concisas, & afflictas vident, & per mille quingentos annos iacere miseras, abduci non possunt, quin omnia referant ad res terrenas, & prophetas faciant mendaces. Ergo solet Deus facere, vt corporaliter videamus non completas prophetias, vt excitemus animos ad spiritalia, quod hic factũ puto, vt cùm dictum videamus Babylonem futurã sicut Sodomã & Gomorrhã, intelligamus conflagrationem orbis significari, qui Babylon hic dicitur: nam Sodoma vltimæ conflagrationis etiam typus erat. Et certè D. Ioan. Apocal. 18. vbi si Græca Græcis conferas, penè hæc eadẽ Esaiæ verba reperies, sic videtur hũc locum interpretari, vbi scripsit, Cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorũ, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & horribilis, & tota Apocalyp. D. Ioan. consummationẽ mundi sub nomine Babylonis describit. Neq; enim significatur ibi à D. Ioãne vastitas Babylonis, quæ octingentesimo ante anno erat vastata, iuxta hãc D. Ioannis sententiã, sic reliqua explanabimus: Neq; ponet ibi tentoria Arabs. i. non habitabitur amplius ab hominibus, postquam conflagrauerit orbis. Vt enim Babylon pro mundo ponitur, sic Arabes. i. Babylonij (quòd omnis illa regio communi nomine Arabia appellaretur) pro omnibus hominibus ponuntur: & postquàm conflagrauerit orbis, neq; erũt pastores, neque armenta, sed requiescent ibi bestiæ, nam dæmones dicuntur bestiæ, & Behemoth, vt infrà dicendum est. Et replebuntur domus eorum draconibus, Hebraicè est תנים, quam vocem D. Hierony. vertit dracones, & dæmon vocatur draco. Lxx viri videntur deduxisse vocem illam Hebræam ab נָהַם, quæ aliquando interiectio lætantis est, aliquando lugentis, vt significet, euge, euge, & eheu, quod vtrunque ad dæmones pertinet, qui cruciantur sempiterna flamma, & lætantur in perditione hominum. Variæ sententiæ sunt Rabinorum de significatione huius vocis. Quòd D. Hieronymus vertit, Struthiones: Lxx seniores reddide-

D. Ioan. ad hunc locum alludere videtur iuxta translationẽ Lxx viro rum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, sirenes, quòd vox Hebræa obscura est, de cuius significatione Rabinorum varia sententia A est. De sirenibus lege AMBROS. in psalmum. 43. non longè à fine. Quòd vertit D. Hieronymus, Pilosi saltabunt ibi: reddidêre Lxx seniores, Dæmonia saltabunt ibi: שְׂעִיר, significat idem, quod pilosus, & quod dæmon, nimirum quòd pilosus dæmon est, cùm se sub hirci imagine & figura, suorum cultorum oculis sistebat. R. Dauid ait esse genus animalis in deserto cõmorantis. THARG. interpretatur, dæmones; Paralipom. 11. vbi legitur, Statuit ibi sacerdotes dæmonibus. & Leuit. 17. Libabunt hostias suas dæmonibus: pro dæmonibus, est hæc vox Hebræa שְׂעִיר. Quòd vertit D. Hieron. Respondebunt ibi vlulæ: Lxx edidere, Onocentauri illic habitabunt: vox Hebræa, ijm, insulas significat, & bestias syluestreis: secundum alios, catos syluestreis: secundum alios, picas. In tanta varietate sententiarum, Lxx suam sententiam tuentur, qui reddidere, onocentauros. i. dæmones quosdam, qui se membro aliquo asinino sistunt hominibus vigilantibus, vndè empusa. i. larua, quam vulgò (*pesadilla*) nominamus, ὀνόκωλος. i. asinino brachio, vel pede: vel ὀνόκωλος. i. membro asinino dicitur, vt Eustrat. narrat in lib. 11. Odyssææ, hos dæmones centauros appellabant veteres ἀπὸ τοῦ κεντεῖν. i. à verberando: & aura, hoc est, à B verberãdis ventis, vt docet idem Eustrathius in. 1. Iliad. quòd vana conceperint animo dæmones, & inania sint meditati, illa scilicet, Ponam sedem meam super Aquilonem, & ero similis Altissimo. Eustrathius tam dicit centauros appellatos, à verberandis ventis, quòd vana & inania conceperint animo. Tu tecum reputa, quæ vana dæmones conceperint animo. Lxx non sat habuere, centauros nominasse dæmonas, addidere super hãc compositionem ὄνος. i. asinum, quòd dæmones cùm vana illa meditati sunt, redacti sunt in asininam stultitiam, vndè bestiæ appellantur: & Behemoth, Ne tradas bestijs animas confitenteis tibi. i. dæmonibus. Neque enim hanc vocem, onocentaurum, alibi reperias quàm apud Lxx. Iudæi qui, ijm, bestias vertũt, non discrepant à Lxx, sed Iudæi literæ hærẽt. Onocentauri enim, dæmones dicuntur, & homines vani, qui seruiunt honoribꝰ, qui ducuntur vanis rerũ, quòd asinina stultitia verberãt auras. Quòd vertit D. Hieron. Sirenes: Lxx reddunt, Ericij, quòd vox Hebræa (vt intelliges ex onomasticis Hebræis) variè explanatur à Rabinis. In delubris voluptatis: pro, voluptatis, Hebraicè est, oneg. i. voluptatis, sed eadem illa vox, oneg, verbum esse potest, & significat voluptati C operam dare: & sic Lxx ediderunt, Nidificabunt, nam delubrum, & domum lautam, & splendidam eodem nomine appellant Hebræi.

Onocẽtaurus.

Onoscelis.

Voluptas multiceps malum, & veluti hydra quædã. Vitia et peccata ab idolatris pro numinibus colebantur.

THEOD. sic hæc omnia explanat, interpretans enim hæc, Incorporea dæmonum natura est, inquit, solent autem decipere homines, & se illis sistere varijs figuris. Posuit ergo nomina dæmonibus, qualia vulgus agnoscit: onocentauros, veteres nominabant, empusas, nunc appellant, onoscelidas: sirenas dæmones nominat, qui omni voluptatum genere animos hominum demulcent. Itaque, Sirenas accipit Theodor. pro dæmonibus, qui animos hominum incitant ad voluptatem: de quibus lege EVSEB. præparat. euang. lib. 7. cap. 2. qui multiceps malum voluptatem appellat, quæ efficiat hominem animal multiceps, quod plura capita belluarum habeat, quam hydra illa quam fabulantur poetæ, quæ facit hominem, non belluam vnã sed plures belluas, vnde nata idolatria est. Quid enim aliud colit, qui colit Venerem, quàm libidinem? quid aliud veneratur, qui Priapũ colit? quid? qui Adonim? quid? qui Plutum, quàm diuitias, voluptatis ministras? An non eodem spectat Bacchus. i. vinum? non omnis historia deorum, omnia theatra sonant libidines, adulteria? hydra multò peior voluptas est, multiceps D malum. Sed hunc locũ explanat diuinitùs D. CHRYS. in cap. Matth. 18. homil. 60. in fine. Cùm enim dixisset, Non vnam bestiam sed multas. i. obscœnas cogitationes, omni bestia ferociores animam nostram lacerare, subiecit, Quare vos obtestor atque obsecro interficiamus hunc draconem, arceamus atroces bestias, mucrone spiritus eas confodiamus, ne nobis dicat propheta: Centauri, ericij, dracones illic tripudiabunt: sunt enim certè homines asinocentauris multò peiores, qui ceu in deserto viuentes calcitrant, & ætatem iuuentæ miserabiliter agant. Nam cum cupidine libidinis vexantur, effrænes saliunt, & calcitrant asinocentauris peiores, nulli studeant rei honestæ, quorum causſam parentes esse ait, qui filios equorum domitores esse docent, vt suas libidines frænent & doment, non docent. Ergò D. Chrysost. vitiosos, & peccatores ericios, asinocentauros, dracones, bestias hoc loco appellari docet. Quæ ex ipso D. Chrysostomo petes, sed attentè legendus est.

INESA.

A

IN ESAIAE CAP. XIIII.

REpetenda sunt in hoc caput, quæ dicta sunt in præfatione in cap. superius, sic præsignificari his duobus capitibus, Babylonicam vastitatem, quæ typus est vltimæ mundi vastationis, vt typo admisceatur veritas. i. multa dicãtur de vltima mundi vastatione planè & apertè, iuxta canonem præscriptum ab Augustino, Hilario, & Tertull. Cùm enim multa sint prædicta de Christi mysterijs & œconomia redemptionis, quod vt docet D. CHRYS. multi dicebãt quorsum Christus sequendus est? qui nullas pollicetur diuitias, nullas opes, non vitam quietã, sed clamat potiùs: Si quis me sequi volet, tollat crucem suam, & sequatur me. Non enim contenti sunt vita beata & sempiterna, quã Christus post hanc vitã promittit, quòd in hac vita nõ promittat opes, & diuitias. Post tanta, inquã, vaticinia mysteriorũ Christi, vltimũ iudiciũ ob oculos ponit, & æternas pœnas, vt quos rerum sempiternarũ nõ accendat gloria, pœnæ sempiternæ deterreat metus, qui hoc cap. describitur. Vt enim ait EVSEB. præp. euangel. li. 1. c. 1. illis verbis, Quis nunciauit vobis, quod ignis ardet? iuxta versionem Lxx, magna cura nobis injicitur viuendi rectè, & vitæ futuræ, quum nobis significatur vitam beatam, & sempiternam exspectare bonos, & flammis sempiternis arsuros malos. Vndè PLATO, opinor in Phedone cùm de his rebus multa disputasset, & de animorũ immortalitate, subiecit: Quæ cùm ita sint, omnium maxima cura esse debet huius rei quæna nos sit exceptura sedes post hanc vitã, beatorumne, an eorũ quos æternę exspectant flammę. Tamen ego eorum sanctorum patrũ sententiam sequendam puto, qui maiorem partem huius cap. ad Christi mysteria videntur referre.

B

Cur deseribatur his capitibus vltimum iudicium.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI
Propè est vt veniat tẽpus eius, et dies eius nõ elongabuntur: miserebitur enim C *Dñs Iacob, et eliget adhuc de Israël, et requiescere eos faciet super humũ suã.*	Citò veniet & non tardabit, & dies eorum non protrahentur, & miserebitur Dñs Iacob, & eliget adhuc Israël, & requiescet sup terrã eorũ.

protrahent non & dies eiꝰ tẽpus eiꝰ venire Appropinquauit
וְקָרוֹב לָבוֹא עֵתָהּ וְיָמֶיהָ לֹא יִמָּשֵׁכוּ

DIuus Hieron. & omnes ferè veteres patres, hunc locum interpretãtur de excidio Babylonico, & sensum esse putant, citò futurum hoc excidium regni Babylonici, & reuocandos ex captiuitate Iudæos, & restituendos in suas sedes. Vt nõ solùm præsignificetur regni Babylonici vastitas, sed prænuncietur priùs populum Iuda ducendũ captiuũ Babylonẽ, & septuagesimo post anno vastandos Babylonios, & reuocandũ ex captiuitate populũ Iuda, quod multis alijs vaticinijs fuit prædictũ. Et ideo Pagnin. hoc principiũ huius cap. sequutus Iudeorũ distinctionẽ superioris cap. facit clausulam. Et certè hæc sententia videtur legenti obuia prima facie, sed paulò infrà hæret D. Hieron. & dubitat quonam modo possint explanari sequẽtia, & Lxx hæc verba initium fecerunt noui capitis, quod argumentũ est aliquid noui his verbis significari, alioqui non malè Iudæi hæc verba clausulam capitis superioris faciunt. Ergò sic quoque possumus explanare hæc verba: Propè est vt veniat tempus eius. i. propè est vt veniat D tempus Christi: quod declarant Lxx, qui reddidere, Citò venit, & nõ tardabit, quæ est forma receptissima dicendi de aduentu Christi in scriptura, vt diximus in cap. 8. in principio ex Hippolyto episcopo Romano, & ex August. & vt significat EVSEB. demonst. euang. lib. 9. cap. vlti. vbi ait quod Christus nominatur veniens, neq; Hebræa verba repugnant, quæ congruunt mirabiliter cũ vaticinijs de Christo, קָרוֹב לָבוֹא, id est, propè est vt veniat, scilicet is, de quo dici solet per excellentiam: venit, scilicet, is, qui expectabatur à sanctis patribus, in sinu Abrahæ, & Iudæis fidelibus, vt diximus ex diuo Ambrosio. עֵתָהּ, tempus eius, id est, iam est tempus eius: neque repugnat quod vox Hebræa fœminino genere est, appellatur enim Christus salus: Propè adest salus mea vt veniat, vt infrà dicet hic idem propheta, & sic hoc loco potest significari, Citò venit, salus mea scilicet. Et rursum, Tempus eius. i. iam est tempus aduentus salutis meæ, quam ego missurus sum Gentibus, & hoc significarunt Lxx seniores, qui reddidere hunc locum paraphrasi facta ex capite secundo Abacuch ἐπιφανεῖ, & non tardabit, vt ostenderent idem significari his verbis quod illis, Veniens veniet, & non tardabit, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba de aduentu Christi interpretatur Diuus Paulus: & si expendas, & conferas inter se eis- A
dem verbis mutatis tantùm temporibus, Lxx viri hæc vertêre, & illa, hoc scripturæ canone,
quem diximus, obseruandum in Lxx senioribus, & in apostolis, & euangelistis, ideo locorum
scripturæ fieri ex alijs scripturę locis paraphrasim, vt nobis significetur, idem, his & illis signi-
ficari. Postremò, וְעַמִּיתֹ לֹא יְמֻשָּׁכוּ .i. Dies eius non elongabuntur, vt vertit D. Hiero. i. dies ad-
uentus salutis meæ non tardabunt, vel dies eorum, supple mysteriorum, non protrahêtur, sup
ple. Sed dices cùm hic de vastitate Babylonica agatur, facilius hæc referriad vastitatem Baby-
lonicam. Fateor, si paterentur sequentia, sed repugnant, & hæret D. Hieron. & affirmat se non
posse referre ad tempora vastitatis Babylonicæ, vt dicemus, & congruunt omnia, si de aduen-
tu Christi interpretemur. Et est scripturæ canon præscriptus ab apostolis, & traditus nobis
quasi per manus à sanctis patribus, vt diximus ex CLEM. Alexand. scripturam ad lucẽ euan-
gelicam esse explanandam. Quid vetat ergò, & ad lucem euangelij hunc locum explanare, &
ex alijs scripturę locis? quod faciendum docet D. Clemens, vt dictum est in caput superiùs, &
explanare iuxta paraphrasim factam à Lxx viris, eo modo vt dictum est: vt sit sensus, interitu B
ros Babylonios, vt superiore cap. dictum est, & reuocandos ex captiuitate Iudæos, quia propè
est vt veniat Christus, & oportet priùs instaurari vrbeis Iudææ, celebres esse, & frequenteis ha
bitatoribus. Miserebitur enim Dns Iacob, magna enim misericordia est, misisse redemptorẽ, et
eliget adhuc Israel. i. reuocaturus est è captiuitate populum suum, & instauraturus vrbeis Iu-
dææ, vt eligat sibi populum lectissimum Christianorũ, & requiescere faciet eos super humũ
suam, hoc est, faciet eos tranquillos, vt multiplicentur, & frequentes habitatoribus vrbes fiãt.
Sic Hebraicè est, vt vertit D. Hieron. Sed Lxx ex alijs locis scripturæ, vbi promittit Dominus
ecclesiæ se futurum in medio eius, facta paraphrasi, vertêre, Requiescet super terram eorum:
tunc enim verè requiescere populum suum facit Dominus, quum in medio eorũ habitat, ipse
enim est pax, & vera requies, iuxta illud, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &
inuenietis requiem animabus vestris. Et antiquissimos patres sic hæc intellexisse iã apparebit.

Canon.

Cur hæc ferri non possint ad captiuitatẽ Babylonicam.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Adiũgetur aduena ad eos, et adhærebit domui Iacob, et tenebunt eos populi, et adducent eos in locum suum.	Et aduena apponetur ad eos, & adiungẽt ad domũ Iacob, & accipiẽt eũ gẽtes, & inducẽt in locũ eorũ. C

HVnc locum non inficior posse explanari de Babylonijs, & de Iudæis reuocatis ex captiuitate Babylonica, sed fatetur D. Hieron. vt dicemus repugnare sequentia. De nationibus ergo interpretabimur, quæ venere ad Christũ, vt interpretatur TERTVL. aduersus Marcionem lib. 3. cap. 14. nam nationes appellantur proselyti ab Hebræis. Ait ergo Tertull. Esaias ipsos quoque proselytos ait per Christum accessuros ad Deum & nationes, quod sumus nos. Itaque Tertull. putat significari his verbis non solùm nationes ad Christum accessuras, sed eos etiam, quos Hebræi proselytos nominabant. Et IVST. aduersus Tryphonem, quanquam proselytos vocari concedat, eos, qui è gentibus circuncíderentur, & adscriberentur populo Iudæorum, interpretatur tamen proselytos, pro nationibus, quæ ad Christum venere, Ridiculum, inquiens est, putare vos proselytos semper significare eos, qui adscriberentur Iudęorum D
populo, & circuncíderentur, cùm scriptura dicat, proselytorum oculos apertos, & cælesti luce illustratos, vos verò vocet cœcos, & surdos, qui conuenit si in vestro ordine sunt illos illustratos, vos cœcos nominari? vbi corruptè legitur ἡμῶν, & ὑμᾶς .i. nos, & nostri, pro ὑμῶν, & ὑμᾶς vestrum, & vos. Subijcitque, Proselytus ergo non est, qui ad uos accedit, sed qui ad Christum
Et magis ridiculi eritis cùm fateamini necesse est, prædictum à prophetis dandam legem nationibus, videtis datam, & non recipitis, nec resipiscitis. Itaque adhærebit domui Iacob, spiritali scilicet. Et AMBR. de vocatione Gentium lib. 2. docet aduenas de nationibus posse explanari, & sic intelligendum illud: Ecce aduenæ ad te per me accedent, quod Gentes, quæ te
non cognouerunt, inuocabunt te. Et tenebunt eos populi, & adducent eum in locum suum ad
apostolos, & prædicatores verbi referri potest, quos accipiebãt gentes & nationes, & adduce
bant ad se, qua de re multa sunt prophetarũ vaticinia. Fateor posse referri ad Iudæos, reductos
ex captiuitate Babylonica, si sequentia paterentur. Si ad Christũ referas, congruũt omnia, &
scripturæ finis est Christus, & ideo veterũ patrũ, qui hæc ad Christũ referũt, placet sententia.

D. HIE-

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Et possidebit eos domus Israël super terram Domini in seruos, et ancillas, et erunt capientes eos, qui se cæperant, et subijcient exactores suos.	Et possidebunt, & multiplicabuntur super terrã Dei in seruos, & ancillas, & erũt captiui captiuãtes eos, & subijcientur dominantes eis.

HIc est locus, vbi D. Hierony. hæret, & fatetur, vt illius verbis vtar, arctari intelligentiã, Hoc loco D. Hieron. hæret, si hæc referat ad Babylonem.
quomodo possederit Israël in terra Domini victores quondam suos, & subiecerint exactores, seruosq; eos habuerint, & ancillas. Dissoluereq; hunc nodum conatur, nunc huc nunc illuc historiam referens, neq; sibi satisfacit satis. Ergo interpretatio prior de vastitate regni Babylonici non cohæret. Interpretatio de Christi aduentu congruit præcedentibus, ideo vastandam Babylonem, quoniam instant tempora Christi, & oportet restitui ex captiuitate Babylonica in suas vrbes populum Dei, & vrbeis Iudææ habitatoribus esse frequenteis, & cætera, quę B
diximus, quibus mirificè congruunt sequentia: Possidebit eos domus Israël. i. Israël spiritalis, populus Christi fidelis, possidebit eos populos scilicet, de quib⁹ dixerat, In seruos & ancillas, credentes enim nationes apostolis Domini erant in seruos: & sic sunt possessi in seruos, & in ancillas: vel vt Lxx sunt interpretati: Hæreditabunt, & multiplicabũtur super terrã Dei in ser- Ex hoc loco liquet, hoc caput referri nõ posse ad historiam Babylonicam sed ad euãgelicam.
uos, & ancillas. i. domus Israel hæreditabit populos hos, Israël inquam, spiritalis. Quænam est alia hæc hæreditas, quàm illa de qua Dauid? Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam: vt disputat IVST. aduersus Tryph. & vt præ se ferunt Lxx, qui addiderunt de suo verbum illud, Multiplicabuntur: vt sit sensus, populi fideles hæreditabunt, nationes scilicet, & gentes, quæ præcesserant in tralatione Lxx: præcesserat enim, Accipient eos Gentes, siue nationes. Hæreditabunt ergo fideles has gentes, & has nationes, quę eos recepêre: & multiplicabuntur super terram Dei, supple hæ nationes multiplicabuntur in ecclesia, quæ est terra Dei. In seruos, & ancillas apostolorum aut Christi. Dic quæso? In captiuitate Babylonica, quas nationes, quos populos, quas gẽteis audis multiplicatas aut possessas in Iudęa in seruos, & in ancillas? quod aliquot C
ex Babylonijs sequuti fuerint Iudęos, dices populos & nationes sequutas populum Iudęorũ? non cohęret. Deindè: Et erunt capientes eos, qui se cœperant, & subijcient exactores suos. Hic multò magis arctatur intelligentia (vt verbo D. Hieron. vtar) quando factum reperies si ad captiuitatem Babylonicam referas, vt Iudæi captiuos duxerint Babylonios aut Aegyptios, aut Assyrios, aut cæteros, qui olim Iudæos duxerant captiuos? quando factum est, vt Iudæi his nationibus fuerint dominati? quæ nationes illis dominabantur? Si vni aut alteri diceres, ferendum aliquo pacto erat, multos enim Babylonios duxere secum in seruos, & ancillas Iudæi ex captiuitate. At hic non de aliquo numero Babyloniorum sermo est, sed de populis, & nationibus, & in vniuersum dicitur: Erunt captiuantes eos, qui se cœperant, de Christi aduentu hoc est verissimum. Nam Dominus per Hieremiam cap. 16. Mittet multos piscatores, & multos venatores, qui venentur super omnem montem, & super omnem collem, quem locum interpretans AMBR. in psal. 118. serm. 6. in illa verba: Et veniet super me misericordia tua, venatores Petrum, & Paulum appellat, & interpretatur venatores eos qui inuestigant illos, qui capiuntur ad vitam: idem enim sunt venatores, piscatores, messores. An non apostolorum capb
tura, & venatio fuit vniuersus orbis? venatores illi, & piscatores non dominantur nationibus? Non cœpere nationes ad vitam, vt docet Ambrosius? Quid planiùs? quid apertiùs? cùm hoc sensu non arctetur nostra intelligentia.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit in die illa, cùm requiem dederit tibi Dns à labore tuo, et à confusione tua, et à seruitute dura, qua antè serui fis. Sumes parabolam istam contra regem Babylonis, et dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum?	Et erit die illa, Releuabit Dns te à dolore, & ira tua, & seruitute tua qua seruiuisti eis, & sumes planctũ hunc super regem Babylonis: & dices in die illa, Quomodo cessauit exactor, & cessauit solicitator?

Universidad de Deusto
Biblioteca

HAEc seruitus dura qua liberatus hic populus dicitur, illa est, cuius typus erat seruitus Babylonica, & qua liberati sumus Christi morte, vt interpretatur D. Athanas. lib. vno de pass. & cruce Dñi his verbis, Postq̃ tu Dñe ab illo extorsisti chirographũ quod erat cótra nos, idq; affixisti cruci, omnes sathanæ insultant dicentes, Quomodo cohibitus est exactor? coërcitus est ille, qui instabat? Quæ pauctula Athanas. verba totum hunc locum explanant. Nã erit in die illa, cù requiẽ dederit tibi Dñs à labore tuo, à confusione tua, &c. vel cùm releuabit Dominus te. i. cùm te redemerit, & cùm cessare fecerit te à labore tuo, vel ab ira tua, aut vt vertit D. Hier. à confusione tua, quod posses vertere à timore tuo, redemptũ à peccatis. s. iuxta illud, Confidite, qm̃ vici mundum, & à seruitute dura, qua seruiuisti sathanæ, quæ omnia paucis verbis dixit Athanas. Postquàm tu Dñe extorsisti à dæmone chirographum, quod erat contra nos, idque affixisti cruci, omnes dæmoni insultant. i. completa est illa prophetia Esaiæ: Sumes parabolam istam contra regem Babylonis, nam si Babylon mundus hic dicitur à D. Ioanne in Apocalypsi centies, vt dictum est in caput superius, rex Babylonis idem erit, quod princeps mundi huius: & non solùm sic intellexit Athanasius hoc loco, sed REMIG. Altisiodorens. sic interpretatur hunc locum in Zachariæ cap. 9. Explanat enim de diabolo, qui eiectus est foras. Completam ergo significat Athanas. hanc prophetiam, quando princeps mundi huius eiectus est foras. Hunc intellectum spiritalem dicent quidam: nihil enim patiuntur per metaphorã, aut allegoriã dici in sacris literis, quod in interpretãdo, vel tenuissimo poeta ferri nõ potest, vt allegorię, aut schemati nullus sit locus, qua de re suprà plurib⁹ disputatũ est.

A

B

D. HIERONYMVS.

Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium.

LXX VIRI.

Contriuit Dominus iugum peccatorum, iugum principum.

LXX viri explanant hunc locũ vt Athanas. Potuere enim apertiùs interpretari de passione Domini, quam cùm vertere, Contriuit Dominus iugum peccatorum? an non contritũ est iugum peccatorũ passione Dñi? & non hoc idem erat iugũ principum huius mundi, principũ tenebrarum super omnes filios Adam. Erit igitur interpretatio Lxx virorum pro cómentario tralationi D. Hieron. Contriuit Dominus baculum impiorum dæmonum, virgam dominantium principum tenebrarum. Vtraque tralatio tamen congruit cum lectione Hebræa. De iugo quod est super filios Adam, AVGVS. contra Iulianum Pelagianum lib. 4. non valdè longè à principio. Et contra Pelagianos hypognost. lib. 5. etiam in principio.

C

D. HIERONYMVS

Cædentem populos indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter.

LXX VIRI.

Percutiens gentem plaga insanabili, percutiens gentem plaga furoris, quæ non pepercit.

IVxta interpretationem Lxx sic enodabimus tralationem D. Hieron. Contriuit Dñs virgã dominantium, virgam principum tenebrarum, cædentem populos indignatione. i. quæ virga principum tenebrarũ sæuiebat in populos, & in nationes, plaga insanabili, plaga mortis æternæ. Subijciẽtem gentes, quæ dominabatur gentibus, in furore, odio acri, quòd aduersarius noster vt leo rugiens persequitur omnes nationes, vt laniet & laceret. Tamen Lxx longè secus hunc locum videntur intellexisse, cùm enim vertissent, Contriuit Dominus iugum peccatorum: subiecere, Percutiens gentem furore. i. delens Iudæos armis Romanorum, plaga insanabili (nunquam enim instaurabuntur vrbes Iudææ) & percutiens gentẽ (Iudæorum. s.) plaga furoris qua non pepercit. i. delens Iudæos, & reliquias dispergens toto orbe, nunquam eas liberaturus captiuitate, vt sit vaticiniũ Christi passionis qua redemit genus humanũ, & vastitatis Hierosolymorũ post Christi crucẽ. Sic em̃ hęc erunt interpretanda conueniẽter superioribus iuxta interpretationẽ Athanas. & Remigij. Et lectio Hebræa vtriq; tralationi congruit.

D

D. HIERONYMVS.

Conquieuit, & siluit omnis terra, gauisa est, & exultauit: abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani.

LXX VIRI.

Requieuit cõfidenter omnis terra, clamat cum lætitia, & ligna Libani gauisa sunt sup te, & cedrus Libani.

Quòd

A QVòd D. Hierony. reddidit: Conquieuit, & siluit: Lxx dixêre, Requieuit confidenter, siue quòd sententiam reddiderint: siue quod pro, cóquieuit, Hebraicè est נָחָה, quod verbũ potest esse, & nomen, vt Hester. 2. הֲנָחָה. Neq; est cur Iudæi dicant, ה, esse nominis constitutiuam, cùm Lxx pro articulo accepisse videantur, quod est verosimiliùs. Notãt tamen Hebræi semel tantùm reperiri Hebraicè hanc vocẽ nomẽ esse. Quòd si dicas oportere esse cum ה, túc ה, articulus est, & est multò duriùs, quòd נָחָה, verbum faciunt pro requiescere. Sed sat est sic accepisse D. Hieron. Quòd ergo D. Hieron. reddidit, Conquieuit, & siluit: Lxx reddidisse videntur, Cum quiete requieuit: edidere enim, requieuit confidenter, vt sit, Requieuit confidens omnis terra, redempta à Dño scilicet. Quòd D. Hieron. reddidit, Gauisus est, & exultauit, Hebraicè est פָּצְחוּ רְנָנָה i. cecinerunt laudem: pro quo D. Hieron. sententiã vertit. Lxx etiam, pro, Cecinerunt laudem, edidere, Clamat cum lætitia, vel, iubilat cum laude, vt sit totum, Requieuit credens omnis populus, clamat, vel, iubilat cum laude, & gratias agit Dño ob redemptionem, & cantat Dño canticum nouũ. Deindè, Abietes quoq; lætatę sunt super te, & cedri Libani, quod conuenienter Hebraę lectioni reddidit D. Hieron. Lxx edidere, Et ligna Libani, eodem intellectu, reddunt enim sententiam. Nam ligna, & arbores appellari in scriptura, euangelistas, & apostolos, & reliquos homines, docet ORIG. in cap. 15. Exod. homil. 6. in fine. Et in cap. 6. Genes. homil. 2. qua de re alibi dicendum est latiùs.

B

D. HIERONYMVS

Ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos.

LXX VIRI.

Ex quo dormiuisti, nõ ascendit qui succidat nos.

CEnties hoc cap. D. Hieron. in commentar. fatetur se hærere, & dubitare, ac suam intelligentiã arctari, dum sequitur historiã vastitatis Babylonicæ, quod multa non cohæreãt. Adhibe tu canonem, quẽ præscribit HILAR. in psal. 69. addita quædam esse ab spiritu sancto scripturæ sacræ, ne, quæ de Christo dicebantur, ad terrena referri possent. Et illa omnia, quæ D. Hieron. arctant intelligentiam: & quæ D. Hieron. ad vastitatem Babylonicam referre conatur, & confitetur non posse cohærere, huius notę esse putato: & addita multa ab spiritu sancto esse intelligito, ne quę de Christi temporibus dicta sunt, ad terrena referantur. Neq; in his historiam Babylonicam esse putemus, sed euangelicam. Huius notæ est hic locus. Quid enim? postquam concidit Babylonis rex, nemo arbores succidit? nemo bello Iudæos affixit? nemo Iudæos duxit captiuos? Vbi ergo Antigonus? vbi AEgyptij reges? qui toties post euersam Babylonem concidere Iudęos, & captiuos duxere? Quid? quod ATHAN. inquit de incarnatione verbi lib. vno interpretãs illud, Antequam sciret puer vocare patrẽ aut matrẽ, &c. Quandiu stetit illa Hierusalem, bellum ei perpetuum fuit, omnes pugnarunt contra illam, & cætera quæ adiecit in hanc sententiam. Faciemúsne mendaceis prophetias vt nobis aduersemur? Quantò satiùs est si dicamus conuenienter superioribus, ex quo victus est princeps mũdi huius, portas inferi non prævalituras aduersus ecclesiam? Neque si quis sensus est spiritalis, continuò non est historicus, siquidem scriptura spiritalis est, vbi innumera sine ęnigmate, sine figura, sine vlla circuitione dicuntur spiritalia.

Canonem hunc Hilarij admoneat. Hæret Hieron. si hæc referas ad Babylonẽ.

Mẽdacem fieri scripturam, si non interpretere de Christo.

D. HIERONYMVS.

Infernus subter te cõturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Oẽs principes terræ surrexerunt de solijs suis: omnes principes nationũ, vniuersi respõdebunt, et dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut et nos? nostri similis effectus es? detracta est ad inferos superbia tua? concidit cadauer tuum? subter te sternetur tinea? et operimentum tuum erunt vermes?

LXX VIRI.

Infernus subter iritatus est, occurrens tibi: consurrexerunt tibi oẽs gigantes, qui dominati sunt terrę, qui suscitauerunt de sedibus suis omnes reges gentium: vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu captus es sicut & nos? in nobis autem reputatus es? descẽdit ad inferos gloria tua, multa lætitia tua? subter te sternet tinea & operimentũ tuũ vermis?

Universidad de Deusto
Biblioteca

EVSEBIVS Cæsariensis demonstrationis euangel. libr.10. cap.postremo, interpretatur A hunc locum de Christo passo, & ait significari principatus, & potestates tenebrarum, quæ versantur in hoc aëre: & ipsos qui torquentur in tartaro accurrisse ad Christum mortuũ, & passum, & circuisse eius corpus sanctissimum, iuxta illud: Tauri pingues circundederunt me, aperuerunt aduersus me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens. Animam enim Christi humanam, & alijs similem esse putabant, & plus nihil. Et aperuerunt os suum, tenebrarum principes, aduersum illam, tanquam illam deuoraturi, vt alias hominũ animas. Ergo de Christo passo dictum putat Euseb. Infernus subter te conturbatus est in occursum aduẽtus tui, ô Christe. Suscitauit tibi Gigantes. i. omnis cœtus inferorum, & dæmonum paratus erat, & congregatus in tuum aduentum, & insultabant tibi quod mortuus esses, & ad inferos descenderes, qui tanta gloria eras, & corrumpendum esset corpus tuum sicut cætera cadauera. Putabant eradicatũ te esse è terra viuentiũ, cùm genus humanũ redemisti, cùm passus es, & mortuus, & sepultus, quod illis longè secus accidit. Nã qui tibi insultabãt principes tenebrarum, illa ipsa tua sacratissima morte triumphati sunt, vt ait D. Paulus. Veteres ergo, vt ex his locis quæ interpretantur liquet, hæc omnia non ad vastitatem Babylonicam, sed ad œconomiam redemptionis referebant, neque sensu allegorico, sed literali, quam litera ipsa prophetæ clarè sonet. ORIG. in Matth. tract. 9. interpretans illa verba, Multi erunt primi nouissimi: hęc ad sathanam refert his verbis, Primus fuit, quando incedebat immaculatus, donec iniquitas inueniretur in eo, & factus est in infernum descendens nouissimus, vt admirentur videntes eum, & dicant: & tu consumptus es sicut & nos? in nobis existimatus es? descendit ad inferos honor tuus, & multa gloria tua? ATHAN. in lib. de passione & cruce Domini: Subter sathanam sternitur putredo, iamq; nullus metuit draconem, sed te, ac per te patrẽ adorant. Et suprà eodem opere, quasi interpretans: Concidit cadauer tuum. Qui norant diaboli confidentiam, atque ingenteis insidias, nunc cùm eum viderent mortuum, passione Christi, scilicet, quasi admirantes dicebant. Quòd ergò D. Hieron. vertit, Infernus subter te conturbatus est, quasi dicat, stagnum sulphuris contremuisse, postquam draconem in se coniectum vidit: Lxx reddidêre, Infernus subter te irritatus est: quod verbum Hebræum vtrunque significat רגז .i. turbòr, & irascor, & commoueor. Iratus est ergo infernus aduersum te, quod genus hominum tu deceperis. Et hoc si ad sathanam referas, si verò sequaris Euseb. & ad Christum referendum putas, Infernus conturbatus est subter te. i. conturbati sunt inferi tẽpore aduentus tui, & ita insultabunt tibi & mortuæ, vt opponerent tibi omnes gigantes inferorum, & omnes dæmonum exercitus, vt sic insultarent, vt sibi vehementer timerent, & cauerent, & resistere tibi essent parati, si vim faceres. Quòd D. Hieron. vertit, Surrexerunt de solijs suis, Hebraicè est הקים, & ideo Lxx reddidere, Surgere fecerunt de sedibus suis, vel surgere fecit infernus: Pro, vulneratus es? reddiderunt Lxx captus es: pro, Nostri similis effectus es: dixerunt: In nobis reputatus es. Quæ verba Nabucdonosori conuenire nullo modo poterant: Quomodo reges, & principes terræ qui Nabuchodonosore potentiores fuerant, mirarentur Nabucdonosorem eodem ordine habitum, quo ipsi essent? mirarentur potiùs si non mortuus esset vt ipsi, & si non in eadem mala veniret, in quæ ipsi deciderant. Detracta est ad inferos superbia, seu, gloria tua? illa, inquam, quæ te pro Deo colui feciſti, ô sathan: & quomodo se coli fecerit pro Deo, lege apud EVSEB. libr. 4. demonstrationis euangelicæ cap. 9. Si verò ad mortem Christi, quo refert Euseb. lib. 10. cap. vltimo. Insultatio est dæmonum, & aëriarum potestatum Christo mortuo: quomodo detracta est ad inferos gloria tua, qua edebas tot miracula, tot signa? omnes enim in Christi morte scandalizati sunt, & dæmones admirati. Concidit cadauer tuum? pro, cadauere: Lxx seniores reddunt, Lætitia tua: verbum Hebræum vtrunque significat, nam נבל, cadauer est, à נבל .i. cado, & נבל, nablum, chorus tympanus, & dæmon toto orbe celebratur musicis instrumentis, tympanis, choris, & mirantur, quòd tanta gloria data sit in stagnum sulphuris, si ad sathanam referas. Sin autem referres ad Christum passum mirantur, & insultant dęmones, quod הֲמִיַּת, sonitus, hoc etiam significat vox illa Hebræa נִבְלֶךָ, nablorum. i. voces illæ puerorum clamantium, Osanna in excelsis: & triumphus ille quo ingressus est Dominus Hierosolyma, descenderit ad inferos. Putabant enim, inquit EVSEB. similem esse nostri, neque quicquam plùs, & retinendum esse apud inferos.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terrã, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, In cælum ascẽdam, supra astra Dei exaltabo solium meum, et sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: Ascendam supra altitudinem nubium, similis ero Altissimo.	Quomodo cecidit de cęlo Lucifer manè exoriens? contritus es in terra, qui mittebas ad oẽs gẽteis? tu aũt dixisti in corde tuo, In cęlũ ascendã, supra astra cæli ponã soliũ meũ, sedebo in mõte sublimi supra mõtes excelsos qui sunt ad aquilonẽ, ascendã supꝝ nubes, ero similis altissimo.

B Diuus HIERON. in comment. negat Hebraicè esse, Lucifer qui manè oriebaris: sed pro eo legit, Vlula fili diluculi. vt sit totum, Quomodo cecidisti de cælo, vlula fili diluculi? Multa in comentarijs D. Hieron. esse arbitror adulterina, eaque ab inepto lectore margini adscripta, pro glossematis inscripta D. Hieron. irrepsisse posteà, quod factum apparet in commẽtarijs doctissimorum virorum antiquorum, vt ineptorum glossulæ adscriptæ margini, cùm omnia manu scripta essent, in excellentum virorum irrepserint commentaria. Quod sine dubio factũ hoc loco est, vt nescio quis margini commentariorũ D. Hieron. scripserit, hæc malè esse versa in editione vulgata, cùm lectio Hebræa sit.

Id est, Quomodo cecidisti Lucifer filius auroręʔ auroræ filius Lucifer è cælo cecidisti Quomodo
אֵיךְ נָפַלְתָּ מִשָּׁמַיִם הֵילֵל בֶּן שָׁחַר

Pro hoc postremo, Filius auroręʔ D. Hieron. & Lxx viri sequuti sententiam, reddidêre: Qui manè oriebaris, nec verbum הֵילֵל, potest significare vlulare, sed lucere, splendere, illuminare, vndè הילל, stella matutina, vt aiunt Rabini: sed error est natus ex vocis similitudine, nam ילל, vlulare est, ergo vulgata editio D. Hieron. & tralatio Lxx virorum ad verbum reddidit lectionem Hebræam, excepto, quòd pro, Filio auroræ, C reddidêre, Qui manè oriebaris, quod idem sit.

AVGVST. de doctrina Christiana lib. 3. cap. 37. cùm septimam Ticonij regulam explicat, hunc locum interpretatur de diabolo & eius corpore. Est enim diabolus caput impiorum qui sunt quodammodo eius corpus, ituri cum illo in supplicium æterni ignis, sicut Christus caput est ecclesiæ, quæ est corpus eius futurum cum illo in regno: sicut ergo in prima regula quam vocat, inquit, de Domino & eius corpore intelligendum est, cùm de vna eademq; persona scriptura loquitur, quid conueniat capiti, quid corpori, sic intelligendum est cùm de diabolo loquitur, quid de ipso, quid de eius corpore debeat intelligi: vt illud, Quomodo cecidit de cælo Lucifer, & cætera quæ sub figura regis Babylonis de diabolo sunt intelligeda. De ciui tate Dei lib. 11. cap. 15. paucis verbis multa dubia proponit de intellectu huius loci, & diluit omnia, si attentè discutias singula: multa quoque in hunc locum dicit de Genesi ad litteram lib. 11. cap. 24. Et de mirabilibus sacræ scripturæ lib. 1. cap. 2. D. HIER. hæc quoque de dæmone dicta putat sub figura regis Babylonis: quam sententiam sequuntur multi ex sanctis patribus. Mihi, quod cum bona venia sit dictum, tantorum diuorum, hęc sententia non probatur. Nam D primum omnium largiamur, quod impossibile esse suprà ostendimus, superiora huius capitis de rege Babylonio esse prædicta, missam faciamus regulam scripturæ quam explanaui in præfatione in cap. 13. veritatem misceri typo, qua liquet etiam si hoc capite vsque adhuc de rege Babylonio sermo fuisset quod ipsa verborum series non patitur, vt confitetur D. Hieronymus, tamen sine figura vlla verba fieri posse de veritate, hoc est, de sathana, cuius typus erat rex Babylonis, quod in illa regula Ticonij sensit AVGVS. Mitto hæc omnia, de quibus in illa præfatione satis superque diximus. Quid? non vsitatissimum est etiam apud Poetas & Oratores & in quotidiano sermone, quum aliquem arrogantiæ arguas, aut quouis nomine reprehendas exemplis quoque obiurgare, non sic ille periit? non sic ille est infamatus? aut quomodo periit ille, vel ille? quomodo ille est infamatus? non sic apud Maronem illa, cùm sermonem instituisset de AEnea, & repudiaret generum, medio sermoni intermiscuit? An non sic Phrygius penetrat Lacedæmona pastor, Ledæamq; Helenam, Troianas vexit ad vrbes? eoibus verbis illa AEneę perfidiam, Paridis exẽplo arguit. Qui minus hoc loco si sermo esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

maxime vsque adhuc de rege Babylonio, eius arrogantia & insolentia argui posset exemplo A
Satanæ? an non in quotidiano sermone arrogantiam & superbiam eorum quos castigamus sic
retundimus? quæ res Satanã cælo deiecit, qui veluti Lucifer cælo lucebat? Quin, excurrere so
lemus in ipsam historiam & eam narramus, quo magis reprehensio, & exemplum, in eorum
quos obiurgamus, pectora descendat. Sed quid? quod vsque adhuc toto hoc capite non de
Babylonio rege, vt ostendimus ex authoritate veterum, & ex ipsis prophetę verbis sermo est,
sed de Christo & dæmone à Christo triumphato? vt cadat optime nihil hic de Babylonio re-
ge esse dictum, sed planè & aperte de Satana, sine figura sine vlla circuitione sine ænigmate vl-
lo. Quare placet magis, quod ORIG. periarchon lib.3.cap.2. ait, vbi negat hæc posse intelligi
de rege Babylonio: Quomodo possibile est, inquit, in Esaia intelligere de homine dicta esse,
quæ illic dicuntur? nec enim homo est qui dicitur cecidisse de cælo, vel fuisse Lucifer, vel
qui dicitur manè exoriri: & semper Origenes in hac est sententia vt de dracone hęc dicta pu-
tet, vt Periarc.lib.1.c.5.& in Numer. cap.19.homel.9.& in c.21.Numer.homil.10.& in c.10.ad
Rom.lib.8.vbi mirabiliter hunc locum explanat, si attente legas, & ATHAN.de passione & B
cruce Dñi lib.1.& AMB.in Psal. 118. serm.3.in illa verba, Increpasti superbos: & in eundē Psal.
serm.16. in illa verba, Suscipe seruũ tuum in bonum.& TERT.aduersus Marc.lib.5.c.de epist.
ad Laodicenos,& EVSEB.demonst.euangel. li.4.c.9.& HIEROSP. in dimidio temporis cap.1.
&.2. CYPRIAN. epistolarũ lib.1.epist.3.Contritus es, qui mittebas ad omneis genteis. AVG.
hæc de doctrina Christiana li.3.c.37.diabolo congruere ait & eius mẽbris, mittit enim diabo-
lus ad omneis genteis angelos suos malos, & homines malos, qui omnia turbent. Et membris
congruit vbi non ipse conteritur diabolus, nisi quia ipse est in corpore suo quod contritum
sit vti puluis, quem proijcit ventus à facie terrę. Pro, contritus es, D.Hieron.legit, Corruisti in
in terram, ducta metaphora à vase fictili quod dum caderet contritum est: Verbum Hebręũ
רעץ, est vi auellere & exscindere, & magna vi trahere, nam cadens Sathan traxit magnam vim
stellarum. Mittebas ad omneis genteis: D.Hieron.dixit, Vulnerabas omneis genteis, Hebraicè
cè est, Infirmabas, debilitabas: quæ omnia eòdem spectant, eò enim mittebat angelos, vt vul-
neraret omnes genteis, vt sauciaret, illas debilitaret, & orbaret luminibus, quibus cęlestia vide
bant. Quæ sequũtur plana sunt: In cęlum ascendam, supra astra exaltabo solium meum. Se- C
debo in monte sublimi, dixit D.Hieronym. Sedebo in monte testamenti: Hebraicè est, moèd,
quam vocem Rabbi Dauid vertit, In monte sanctuarij, hoc est in sublimi cæli loco, vbi sedes
Dei est, in Dei sanctuario, illic enim vel à philosophis sedes Dei locatur, vt ab Aristot.lib.1. de
cælo, & lib. 2.apertius. Super latera aquilonis: quę sublimior cæli pars est: quę omnia optimè
vertit D.Hieronymus, licet Iudaizantes punćto, vel obelo lectionem Hebræam confodiant.
Quidquid enim D.Hiero.non vertit vt Iudæi, punćto signant, quasi dicant expungendum o-
belo, aliterque interpretandum. Latera ergò aquilonis sunt editiora loca cæli vt Aristote-
les ait lib.1.de cęlo, & alijs locis, & Plato in Phædro. Et sedem Dei esse putant Iudaizantes, re-
ctè quidem, sententiam tamen Iudęorum sequuntur, quam ridet D.Hieron.in commentarijs.
Iudęi enim se astra vocari putãt, referente D.Hieron.& montem testamenti templum, vt Na-
bucdonosor dixerit se confessurum in monte Sion, & in lateribus Aquilonis. i. in Hierusalẽ,
Iudæorum fabulæ. Iudaizantibus sola Iudæorum sella placet vt ibi adoraretur pro Deo, quasi Nabucdonosor hoc petierit vnquã se coli pro Deo à Iudæis
aut quasi sedẽ regni locarit Hierosolymis, aut coli pro Deo voluerit in templo Domini, quæ
omnia ferro ignique deleuit, & Iudæos omnes duxit captos ad regna Babylonica. Sed Iudai- D
zantibus innutritis rabinorum lectione, & Iudæorum commentarijs, non sanctorum libris,
nulla alia saliua placet, quam ea, quam à primo gustauerunt. Vndè Plato crebrò monet vt
etiam atque etiam cogitet quilibet quos legat libros, quas discat disciplinas, futurum enim
vt si bonis assuescat placeant bona, mala fœteant, contrà verò si assuescat malis mala placeant
fœteant bona. Quanto ergo cõuenit magis vt hic sathan, quẽ prius velut Luciferũ esse, dixerat
inter angelos, qui oritur manè de cęlo decidisse dicatur, qđ supra omneis angelos, quos astra
vocat, positurũ se sedes putarit? & se adorandum pro Deo in monte testamenti hoc est in Dei
ecclesia sit arbitratus & crediderit sessurum se in summo cæli loco, quæ sedes Dei est? quod e-
tiã nũc molitur, & futurũ putat, vt in ecclesia sedeat, quę est cõgregatio regni cęlestis (quã ipse
à Deo parat abducere) & dominari super astra, & supra eos qui imaginẽ Dei prę ferunt & ascen
surũ supra nubeis. i. superaturũ sanctos Dei, qui nubes dicũtur in scriptura, cui simile illud Iob
apud quẽ putat Iordanẽ descẽsurũ in os suũ, id est, deuoraturũ oẽis tinctos sacro baptismate.

D.HIE-

A

D. HIERONYMVS.

Verũtamẽ ad infernum detraheris in profundum laci, qui te viderint ad te inclinabuntur, teque prospicient: nũ quid iste est vir qui turbauit terram? qui concussit regna? qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, & vinctis eius non aperuit carcerem?

LXX VIRI.

Nunc autem in infernum descendes, & in fundamẽta terræ, videtes te admirabuntur super te, & dicẽt: hic homo qui cõturbabat terram, qui concussit reges, qui posuit orbẽ terrę desertũ, qui ciuitates eius destruxit, & existentes in vinculo, vel in captiuitate non soluit.

HAEc quoque D.CYPRIAN.lib.1. Epistolarum Epistola 3. de dæmone interpretatur. & Beatus PROSP. in dimidio temporis B cap.3. Quod fuerit præcipitatus Diabolus in stagnum sulphuris. & alia quæ eodem cap. leges. & citat illud Apocal.12. quo expressus pene hic locus totus est. Proiectus est è cælo. s. draco ille magnus, ille serpens antiquus, qui vocatus diabolus & Sathanas, qui seducit totũ orbem terræ, nam verbo illo vno: qui seducit totum orbem terræ, expresit D. Ioannes hæc omnia verba Esaiæ qui turbauit terram, concussit regna, posuit orbem desertum gratia Dei. s. & vrbes eius destruxit abducendo à Deo, Vinctis eius nõ aperuit carcerem, abduxit enim mortales in sempiterna vincla & in sempiternas pœnas. EVSEB.Cæs. hunc locum explanat, demonstrationis euangelicæ lib.4.cap.9. qui insolentiæ dæmonis pœnas hic describi putat, quod minaretur se deprædaturum totum orbem, concussurum totum hominum genus, mutaturum ex bono ordine ad malum, quod fecit inscans homines in omnibus illecebris vitiorum, & pertrahens ad omnia scelera, & flagitia fædissimis fabulis de Dijs, & narrationibus impudentissimis rerum impudẽtissimarum fecit quod erat minatus, vt omnia perderet, omnia subuerteret falsorum Deorum cultu, vicijs, libidinibus, flagitijs. Lxx quod D.Hieron.reddidit in profundum laci, verterunt, in fundamenta terræ, vt inferos declararent esse in imo terrę. Qui te vi C derint ad te inclinabuntur, dixere: Videntes te admirabuntur super te quia שָׁנַה, est etiã aspicere cum admiratione. Itaque lectio Hebræa poterat verti ad verbum: videntes, te aspicient cum admiratione: te contemplabuntur. Pro his omnibus edidere Lxx qui sententiã reddunt. Videntes te admirabuntur super te.

D. HIERONYMVS

Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua, tu autẽ proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderũt ad fundamẽta laci, quasi cadauer putridum, non habebis consortium neque cum eis in sepultura.

LXX VIRI

Omnes reges gentium dormierũt in honore, tu autem proiectus eris in montibus, sicut mortuus abominabilis, cum multis mortuis confossis gladio descendentibus ad inferos, quemadmodum vestimẽtum in sanguine mistum non erit mundum, sic nec tu eris mundus.

DIuus HIERON.ad Babylonicã vastitatẽ hæc refert quemadmodum superiora: sed hic quoq;, vt supra, fatetur se hærere. Et certè ex hoc loco posset videri propheta ad historiam redijsse, si obiectionibus D.Hiero.respondere possemus. Iudęi narrãt fabulas anileis, Aiunt, referente D.Hieron.sensum huius loci esse, omnes reges gentium sepulti sunt cum honore, humatus tumulo exturbabere à filio tuo, & trahere pedibus per Babylonẽ, vt fides fiat populis, te perijsse iam læto malo, neque rediturum in regnum rursum, vt cùm efferatus versatus es inter bestias agri, & tandem septimo post anno in regnum redijsti, vt sit vaticinium, Nabucdonosorem exturbandum tumulo à filio, & obijciendum pabulum feris. Hæc Iudæi: Sed multa obijcit D. Hier. quæ huic sententiæ repugnãt, quæ apud ipsum D. leges. Quomodo enim cohæreat illud, præter ea quæ D.Hieron.repugnare sententiæ Iudæorum docet? vt Nabucdonosor

Universidad de Deusto
Biblioteca

bucdonosor proiectus de sepulchro dicatur,cum ijs qui interfecti sunt gladio?An omnes in A
terfectos gladio cum patre Nabucdonosore tumulo exturbarat filius? Merito ergò hæc sen
tentia D.Hieron.suspecta est. Magis ad regem Balthasarem hęc referenda esse videbantur,
qui superatus à Dario Medo cum alijs multis interfectis inhumatus iacuit. Sed rursum quo-
modo cohæreat illud? Quasi cadauer putridum non habebis consortium cum eis in sepultu
ra.Aut enim omnes inhumati iacuerunt,aut vndè scimus reliquos esse mandatos tumulo,Bal
thasarem inhumatum iacuisse? Sed multo melius D. Hierony.refellit hæc in commentarijs.
Placet magis sententia B. PROSP. in dimidio temporis cap.3.qui illud.Proiectus es de sepul-
chro tuo, de sathana dictũ putat. Quam sententiam si sequamur,sic hæc omnia interpretabi-
mur,vt reges intelligamus sanctos,& bonos,qui genus electum,regale sacerdotium dicuntur
à D.Petro.Nam & boni à Plat.in polit.& li.1.de legib.& alijs locis plurimis in lib.de rep.& in
Philebo,reges dicuntur qđ sibi dominentur,& se vincant.reges ergò id est sancti in quibus re
gnat ratio,& més,dormierũt in gloria.i.sepulti sunt cũ summa gloria vnusquisq; in domo sua, B
quia preciosa mors sanctorũ in conspectu Dei, & vt Plato lib.de legib.8.ait, Sanctis bonorũ
maximum mors est. Sed hæc rident Iudaizantes,fortassè credunt philosophorũ libros altio-
rem habere intellectum, quam libros sacros,quę quorundã est stultitia, & amẽtia. Tu autem
proiectus es de sepulchro tuo.i.hoc tibi saltẽ non contigit,vt morerere & sepelirere. Sed pro
iectus es quasi stirps abominabilis,sic etiam vertit Pagninus,neque est cur Iudæi toties obelo
signent lectionem Hebræam,quasi malè redditam à D.Hieron.quasi stirps inutilis,quæ in ig
nem conijcitur,sic tu mitteris in stagnum sulphuris,pollutus,& obuolutus cum ijs,qui inter-
fecti sunt gladio.Hebręa lectio reddi potest,Vestitus iugulatis interfectis gladio, qui descen
derunt ad fundamenta laci,quæ lectio conuenit soli Sathanæ,qui est draco ille Nili apud AE-
gyptum cuius squamis adhærent pisces aquarum Nili, vndè dæmon vestitus illis piscibus.i.
malis dicetur optimè,qui dicitur draco aquarum fluminis AEgypti. i. hominum mundano-
rum cuius squammis adhærent pisces, cuius corpori concorporantur mali, vnde caput ma-
lorum dicitur,& hoc loco vestitus iugulatis.i.omnibus damnatis quorum caput est,nisi dixe
rit Iudæus draconem illum apud Ezechielem aquarum Nili,Draconem esse aliqué cuius squã
mis concorporentur pisces Nili.Nã hoc solent facere Iudæi vt prophetias in fabulas commu- C
tent,& mendacia,vt monent veteres patres.Ergo quasi stirps inutilis mitteris in stagnum sul-
phuris vestitus omnibus malis,& inuolutus,quasi cadauer putridum,vt hic apponenda sit di-
stinctio(sic enim Hebraicè distinctum est).Tralatio Lxx hoc loco nõ placet,videtur suppos
titia,& adulterina.Non habebis consortium cum eis,neque in sepultura.i.non habebis quod
reges terrę(hoc est sancti)habuere, quorum corpus sepultum est, & sine sensu manebit vsq;
ad resurrectionem, neque hoc saltem continget tibi, vt moriaris sine sensu,& sis sepultus.

D. HIERONYMVS.

Tu enim terrã tuã dispersidisti,tu populum tuum occidisti,nõ vocabitur in æternum semẽ pessimorũ. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrũ eorum, non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum.

LXX VIRI.

Quia terram meam perdidisti, populum meum occidisti, non manebis in ętternum tempus. Semen malum,præpara filios tuos vt occidãtur pro peccatis patris eorum, ne D
resurgant,& hæreditẽt terram, & impleant terram bellis.

EAdem est sententia, quam superioris prophetię esse diximus.Nam hic locus est, quẽ D. Hieron.negat posse conuenire Nabucdonosori:tu terram tuam dispersidisti, tu populũ tuum occidisti:Sic enim prędert Hebręa lectio, nisi intelligas de terra Iudæorum, quam iam suam fecerat,sed hoc durum est nimis, Sathanæ conuenit hæc oratio, terra enim dicitur ci-
busDiaboli iuxta illud:terrã comedes.i.terrenos homines,tu ergo terram tuam dispersidisti .i.terrenos homines,& populum omnem, cuius caput es, aut vt est appud Lxx(si modo illõrũ tralatio est,& non adulterina):Terrã meam perdidisti,& populum meum occidisti,quod Do mini erant omnes,quos peruertit Sathanas,Nõ vocabitur in ętternum semen pessimorũ,quia si in memoria æterna erunt iusti, mali erunt in obliuione sempiterna. Præparate filios eius occisioni.i.

A cisioni.i.filios Diaboli,pœnæ sempiternæ,in iniquitate patrum eorum .i.ob peccata quæ Sathanæ, & dæmonum inductu fecerunt. Nam quanuis non omnia peccata fiant inductu dæmonum,(prauis enim cupiditatibus allecti peccamus) tamen Sathan fuit nobis origo peccati. Nõ consurgent .i.non resurgent in iudicio,ad vitam beatam,etiam si resurgant ad pœnas: neque hæreditabunt terram de qua dictum est:Beati mites quoniam ipsi hæreditabunt terram:neque implebunt faciem orbis ciuitatum .i. detrudentur ad sempiternas pœnas, ne impleant orbem ciuitatibus,& regnis infidelibus. Quod etiam si post consummationem seculi futurum non est, tamen est morata oratio:pro,ciuitatum,Hebraicè est עירים, reddi potest desolationibus, & vtroque modo explanãt Hebręi, vertunt enim non implebunt faciem orbis ciuitatibus,vel desolationibus.i.non vastabunt vrbes,vt ante hac,sed dixi superiore commẽtario posse hęc referri ad vastitatem Babylonicam.

D. HIERONYMVS

B *Et consurgam super eos dicit Dominus exercituum, & perdam Babylonis nomen & reliquias,& germen, & progeniem dicit Dominus. Et ponam eam in possessionem ericij,et in paludes aquarum,& scopabo eam in scopa terens,dicit Dominus exercituum.*

LXX VIRI.

Et insurgã eis dicit Dominus sabaoth,& perdam eorum nomẽ,& reliquias,& semen.Hæc dicit Dominus.Et ponam Babylonem desertã ita vt habitent ericij,& erit in nihilum, & ponam eam luti barathrũ in perditionem.

REdit ad historiam propheta,aut ex superiore loco illo,quem dixi,Omnes reges gentium vniuersi dormierũt:aut ex hoc,quod magis placet. Describitur ergo his verbis Babylonis vastitas:Perdam Babylonis nomen,& reliquias.i,vastabo Babylonem. Quod vertit D.Hieron.germen, & progeniem Hebraicè est, נֵין וְנֶכֶד .i. filium & nepotem: pro quo D. Hieron. dixit,germen, & progeniem. Lxx viri,semen,vt sit,Perdam eorum semen, & posteritatem.
C Ponam eam in possessionem Ericij: interpretantur Lxx paraphrasi quadam. i. ponam Babylonem desertam,ita vt habitent ericij. Vatablus,testudinem vertit,sed nihil est quod mutetur nostra lectio, nam מורש, hæreditas est & possessio. קפוד ericium interpretatur R.Selomoh,vt optimè reddita sit Hebræa lectio à D. Hieron. Ponam eam in possessionem ericij: cur rectè versa mutet Vatablus? at קפוד rabi Selomoh ericium interpretatur:R.Dauid,& R. Ioseph testudinem,rabi Abraham noctuam.alij rabini onocrotalum, sunt enim imperitissimi Rabini,& inter se dissentiunt. In paludes aquarum .i.ponã Babylonem in paludes aquarum:quod interpretantur Lxx,Ponam eam in luti barathrum,in perditionem: sunt enim cõmentarij magis quàm interpretes, vt scires quid esset in paludes aquarum, paraphrasi explicant,i.in luti barathrum,in luti voragines,& cœnosas paludes,& in perditionem. Et scopabo eam in scopa terens:Lxx interpretantur,id est,redigam Babylonem in nihilum.Quòd D.Hieron.vertit, Terendo,vel terens,sequutus est sententiam, nec enim necesse est, semper hęrere literæ: Hebraicè est תמרה, perdere:& ita Lxx viri reddidere,in perditionem.

Lxx viri commentariorum officio funguntur.

D. HIERONYMVS.

D *Iurauit Dominus exercituum dicẽs, Si non vt putaui ita erit, et quomodo mente tractaui, sic eueniet vt conterã Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum,& auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur.*

LXX VIRI.

Hęc dicit Dñs sabaoth:Quẽadmodum dixi,sic erit,& quemadmodũ deliberaui sic manebit, vt perdã Assyrios super terrã meã,& super mõtes meos, & erũt in conculcationẽ, & auferetur ab eis iugũ eorũ,& gloria eorũ ab humeris eorũ auferet.

DIctum est in illa verba cap.10. Propter hoc, hęc dicit dominus Deus exercituum, Noli timere populus meus: canonem esse scripturæ obseruandum duo simul prenũciari vaticinia in scriptura,vt ex vno statim completo, credatur reliquum futurum, quod in euangelicis li- *Canon.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

licis literis feciſſe Dominum docet D.CHRYS.in cap.3. Matt.in illa verba: Paleas comburet A igni inextinguibili:propterea inquiens ſimul vtrunque dixit,vt ex hoc quod iam factum eſt, illud, quod adhuc differatur, credamus futurum. Nam ipſe quoque Chriſtus multis in locis hoc agit ſæpè vt duas prophetias pariter collocet, quarum vnam hic impleat, alteram ſpondeat in futuro,vt ex illa,quę impleta hic eſt,reliqua credatur implenda. Hæc Chryſoſt. Hoc idem fit hoc loco Eſaiæ,hæc Babylonis vaſtitas prædicitur implenda ducenteſimo quinquageſimo ſexto poſt anno. Vndè igitur ſciet populus Iudæorum hoc futurum? Nam hoc argumento probat veras futuras prophetias de Chriſto, quas multas ſuprà prędixit, vt ſuprà dictum eſt in præfatione in cap. decimum tertium. Vt cùm videant Babylonici regni vaſtitatem prænunciatam,ducenteſimo, quinquageſimo ante anno eueniſſe, ita vt prędictum erat, rata habeant, & pro certiſsimis quæ de Chriſto ſunt prędicta. Sed hoc argumentum, quo probare vult vaticinia de Chriſto,longo poſt tempore futurum eſt. Alio ergo argumento & vaticinio eſt firmandum:hoc in præſentia fit, prędicit aliud quod ſtatim fiet vt Babylonicam vaſtitatem credant futuram, quam poſteri Iudæorum cum ducenteſimo, quinquageſimo B poſt anno videant completam,prophetias de Chriſto colant religioſiſsimè. Subijcit ergo vaticinium ſtatim complendum de exercitu vniuerſo Aſſyriorum vna nocte delendo per angelum,& Senacheribo fugando, & in templo dęmonum interficiendo, vt duo ſint vaticinia ſimul,quorum vnum ſtatim completum fidem faciat cęmplendum aliud. In tralatione Lxx virorum pro כבוד,cum, כ, id eſt gloria:legendum ex lectione Hebręa כבד,cum כ .i. dolor,vtſit, Et dolor eorũ ab humeris eorum auferetur .i. liberabitur populus meus à ſeruitute Aſſyriorũ.

Nolo hos ſcripturæ canones.

D. HIERONYMVS.

Hoc cõſiliũ quod cogitaui ſuper omnẽ terram & hæc eſt manus extenta ſuper vniuerſas gẽteis. Dñs exercituum decreuit: & quis poterit infirmare, & manus eius extẽta, & quis auertet eã?

LXX VIRI.

Hoc conſilium,quod cogitauit Dominus,& hæc manus excelſa ſuper omnes gentes, quæ enim Deus ſanctus decreuit,quis diſsipabit?& manum eius excelſam quis auertet? C

Diluus Hieron.pro certo affirmat Babylonicam hic deſcribi vaſtitatem,quæ typus ſit vaſtitatis vltimæ,tamen(quod pace ſanctiſsimi Diui ſit dictum) magis placet omnium veterum patrum,quorum in commentarijs in ſuperius caput, & in hoc,ſententias retuli,conſenſus,qui putant his duobus capitibus Babylonicam quidem deſcribi vaſtitatem,quę typus quidẽ ſit vaſtitatis vltimę. Typo tamen,& allegoriæ,iuxta canonem prædictum in præfatione in cap.13. multa vera miſceri planè, & apertè dicta de vaſtitate vltima,cuius notæ hæc verba eſſe ipſa declarant. Ait enim propheta,ea quæ dicta ſunt,eſſe conſilium Domini ſuper omnem terram,vel, vt Lxx edidere,ſuper omnem orbem,& rurſus,ſuper omnes gentes,quid apertius?

D. HIERONYMVS.

In anno, quo mortuus eſt rex Achaz, factum eſt onus iſtud.

LXX VIRI.

Anno, quo mortuus eſt Achaz rex factum eſt verbum hoc.

IN principium cap.13.dictum eſt,cur D.Hieronym.dictionem Hebręam נָשָׂא, vertit onus Hebręi penè omnes vertant prophetiam,vndè Lxx ſeniores pro prophetia aliquando viſionem,aliquando verbum,aut acceptionem reddiderunt. Tamen ſiue his ſiue illis verbis,dictio Hebręa Latinè reddatur, ſignificatur prophetia. D

D. HIERONYMVS.

Ne lætetis Philiſtæa omnis tu,quoniã comminuta eſt virga percuſſoris tui, de radice enim colubri egredietur regulus, & ſemẽ eius abſorbens volucrẽ.

LXX VIRI.

Nelætemini alienigenę omnes,cõtritum enim eſt iugum percutientium vos, ex ſemine verò ſerpentũ egredientur genimina aſpidũ, & genimina eorum egrediẽtur ſerpentes pennati

שבט, virga eſt,& dominium,ſiue imperiũ & ita D.Hieron.reddidit virgam.Lxx vertere iugum.i.imperium,& tyrannis percutientis & צפע, ab alijs regulus redditur, à Lxx viris, Aſpis, poſtquam periere linguæ, aut deſiere eſſe maternæ,nomina arborum,animalium,lapidum Herbarum, ſimiliumque pene ignorantur,credibiliusque eſt eos nouiſſe melius harum rerum voces,quibus Hebręa lingua patria erat,quam Rabinos,poſt tot ruinas,& tot vaſtitates vrbium Iudææ,quibus cognitio linguę Hebręę penè perijt. Preſertim cùm Rabini ſutores ſint,aut ſcrutarij,& veteramentarij,& ſatis laborum illis eſt, nec vacat ſtudijs operam impendere, ita ſunt malis cincti, & circumuallati. Accedit his quod in ſtudio ſcripturę Rabini ad id omnes intendunt neruos,vt ſcripturam invertant, itaque mirandum non eſt ſi Rabini à Lxx viris diſſentiant. שָׂרָף, ſerpens eſt ignitus, alij ceraſtem vocant,alij preſterem. Lxx ſerpentem reddidere,meopeph.i. volantem (ſunt enim ſerpentes volucres apud AEgyptios quæ affatu omnia obuia necant,quę in AEgyptum verſus, ſe ſe tollunt è paludibus AEthiopiæ,quibus fiunt obuię ibides, & eas ſerpentes deuorant aues illæ ibides, & tanto beneficio aues illę ibides quę conficiunt ſerpentes illas volãteis demerentur AEgyptios, quod auertunt peſtem illam, quæ alioqui vniuerſam AEgyptum in vaſtitatem erat redactura,vt pro numinibus ſumma religione colantur. Hinc ducta metapho B ra Lxx viri dixere, ſerpentes pennatos. Eſt etiam aliud genus ſerpẽtis quod volantes abſorbet volucres,attrahit enim illas ad ſe,vt ferrum magnes, & eas deuorat, quod genus ſerpentis ſignificare voluit D.Hieron. itaque omnes ſerpentem eſſe declarant: alij alio modo. Sed de his plus ſatis,aliunde enim hęc diſcenda ſunt,alioqui hoc volumen in infinitum excreſceret. Nonſtri ferè omnes de Ozia & de Ezechia hęc interpretantur, qui de Philiſtęis multas retulere victorias,& Ozias quidem mortuus erat cum hęc eſt edita prophetia,& Ezechias plus detrimẽti ab alijs nationibus accepit, quam ipſe Philiſtęis importauit: & oportebat oſtẽdere aliquot ſubindè reges natos qui vaſtaſſent Philiſtæos, quos oſtendet nemo. Erant enim Iudęorum reges ob crimen Idolatriæ,& auaritiæ alijs nationibus prędæ. Adde quod nunquam viri boni ſerpentes,& animalia venenata nominantur in ſcriptura,nam cùm laudas,à rebus optimis metaphora ducitur:contrà verò,à rebus peſsimis,cùm vituperas. Sed illud maximum argumentum eſt,quòd qui hanc tuentur ſententiam,non poſſunt oſtendere quonam modo ex ſerpente natus ſit regulus,& è regulo ceraſtes volans. Oportebat enim tres (minimum) reges ſubindè natos,qui vaſtitatem Philiſtæis intuliſſent. At ſi conuenienter ſuperioribus interpreteris, C omnia congruunt(quod ſignum eſt inſolubile veritatis,vt ex Ariſtot. dictũ eſt) nam cùm ſuperiora ad tempora Chriſti ſint relata à multis doctoribus ſacris, quorũ ſententias retulimus, quoque ſpectare oſtendimus verba prophetæ,dictumque ſit ſenſiſſe patres veteres, ſerié prophetiæ hanc fuiſſe,vt prædiceretur vaſtitas regni Babylonici,poſt captiuum ductum eò populum Iudæorum,& ſubiungeretur cauſa,ita opus eſſe facto,quòd inſtarent tempora Chriſti,& neceſſe eſſet reuocari captiuitatem è Babylone,& inſtauran vrbes Iudææ,quòd venturus Chriſtus eſſet,& redempturus genus humanum,& triumphaturus ſathanam,& aërias poteſtates,& ideo vaſtandam Babylonem tũc eſſe, vt redeat è captiuitate populus Iudaicus, & futura ſigna veritatis huius prophetiæ,& vltimi iudicij,quod ſimul eſt prænunciatum his, qui tantam ſalutem à Deo miſſam, hoc eſt, Chriſtum non receperint. Et ſignum veritatis horum omnium datum eſt, quod propediem ab angelo vna nocte, vniuerſus Aſſyriorum exercitus eſt interficiendus. Quemadmodum ergo his,qui Chriſtum non receperint, propheta eſt minatus vltimum iudicium,& pœnas ſempiternas:ſic his verbis Iudęis Chriſtum non recipientibus,minari videtur Dominus vaſtitatem quę illis poſt crucem Domini à Romanis eſt inuecta. Si ergò hęc ad Romanos retuleris plana erunt omnia,nam euentus ipſe vt docent veteres patres ſenſum ſcripturę aperit,Romani ergò, vt leges apud IOSEPH. de bello Iudaico libro 2.& 3.& alijs locis Galilęã vaſtarunt & loca finitima,imperatore Nerone & loca Hieroſolymis vicina cum dux exercitus eſſet Veſpaſianus & Geographia te docebit ea loca Paleſtinã regionẽ eſſe appellata quod Philiſtęi, quos Greci & Latini Palæſtinos vocãt, ea loca tenerẽt: quibꝰ mixti Iudęi iam habitabant. Iudęis enim vt ſupra dictum eſt alię nationes infideles erãt mixtę & temporibus Chriſti ea loca à Iudęis tenebantur quod intelliges ex Ioſepho de bello Iudaico & ex Dione in vita Adriani. Nec reperies ſane alias Philiſtęorũ ſiue paleſtinorum vrbes quã quę,3. libro Ioſephi potiſsimum vaſtantur. Mors ergò Neronis hęc vaſtantem Veſpaſianum vocauit Romam vt diſces ex.4.lib. de bello Iuda.c.29. vndè putarũt Iudęi liberatos ſe illo bello vt eodem cap. docet Ioſephus. Ait ergò propheta, Ne lętetur Philiſtęa regio,illam enim vaſtabat Veſpaſianus quando mors Neronis illum inde auocauit,ne lętetur ergò philiſtęa regio quod morte Neronis intermiſſum ſit bellum Flauij Veſpaſiani,& tantiſper dum Galba Otho Vitellius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vitellius imperium tenuere,nam ex serpente Nerone nascetur Regulus serpens ille venenatissimus.i. Flau. Vespasianus quem Nero prouexerat in dignitatem imperatoriam & exercitibus præfecerat. Vndè factum est vt ex imperatore exercitus,imperator Romanus crearetur,qui T.Vespasianum filium misit vt bellum quod ipse aduersus Iudæos cœperat conficeret.Et post T.Vespasianum, qui subuertit Hierosolyma & debellauit Iudæos,nascetur serpés volans,vel vt D.Hieron.reddidit serpens qui volucres præteruolãtes deuorat.i.Adrianus sub quo prorsus omnes Iudæorum vrbes vt leges apud Dionem sunt incensæ & ferro deletæ: qui serpenti volanti comparatur,vel absorbenti volucres quod prorsus Iudææ vastitatẽ & in flãmationem intulerit. Sic ex serpente Nerone natus est regulus Flau. Vespasianus vel ex Flau. Vespasiano T.Vespasianus qui Iudææ vastitatem importauit:& semen eius .i. ex semine eius .i. ex ducibus & imperatoribus, quos ille & Domitianus creauerint, nascetur Adrianus qui prorsus deleuit nationem Iudęorum, & si qui fugere tantam cladem,ducti sint captiui in vltimas oras,aut vrbeis Iudææ reliquerint, adeo vt cautum sit lege, vt capite plecteretur Iudæus, qui in vrbeis ædificatas à nationibus posteà in Iudæa, pedem intulisset.Philistæa regio dicitur etiam Iudęa post crucem Domini, sicut Sodoma, & Gomorrha, quod post tempora Christi populus Iudæorum secundum carnem, populo Dei,hoc est apostolis, & fidelibus fuerit inimicus,vt olim populus Philistinorum populo Dei inimicus erat.

D. HIERONYMVS

Et pascentur primogenita pauperum & pauperes fiducialiter requiescent: et interimam in fame radicem tuã & reliquias tuas interficiam.

LXX VIRI.

Et pascentur mẽdici peripsum,mẽdici autẽ homines in pace requiescent. Interficiet autem in fame mẽ tuũ,& reliquias tuas interficiet.

DIxi hæc referri ad Oziam, & ad Ezechiam reges,sed nullo modo cohærent hęc, si ad illos referas,Cur enim pauperes appellentur Iudęi:et primogeniti pauperum?non conuenit quæ dicit Vatablus. Quando fiducialiter egerũt Iudæi, qui semper afflicti fuere bellis? tantum est,per quindecim annos sub Ezechia fuisse pacatos? res magna si annis quindecim licuit esse quietis sub Ezechia,vt digna sit res tanto vaticinio. Appellantur cerastæ,& basiliſci, quod vastitatem inferant alijs,& vastantur ipsi,& quasi magnum accipiunt quindecim annorum pacem.Ideóne dicebantur cerastę, & basiliſci?erant enim semper afflicti bellis permissu Dñi ob crimen idolatrię,vndè nullis pœnis castigati discedebant, qua causſa vastabãtur semper ab alijs & vastatores aliorum illos appellari volumus? neque causſa vlla est cur pauperes aut primogeniti pauperum dicantur. Nam si rationes,quę redduntur excutias,reperies cassas. Atsi interpretere consequenter superioribus,aduerte quàm omnia congruant, post vastatas vrbeis Iudęę à Romanis post crucem Domini. Pascentur primogenita pauperum .i. pascẽtur apostoli,qui primogeniti sunt populi fidelis,qui in scripturis pauperum, & mendicorum nomine appellatur,quod relinquere omnia iussus,& sequi Christum.Hi verè pauperes sunt, & pauperum primogeniti quod significant Lxx,& pascentur mendici per ipsum, vbi, Mendici autem homines in pace requiescent,Iudęorũ regno tribui non potest.Apostolis conuenit ad mas nationes,Romanorum armis.Nam vt suprà diximus ex Athanasio,& Chrysost.Biennio antequam subuerteretur vrbs Hierosolyma admonuit spiritus sanctus vt indè migrarent, & aliò confugerent.& certa aliqua verba addiderunt Lxx quibus hoc innuerent, quæ expuncta sunt à Iudæis,qualia multa eos abstulisse ex tralatione Lxx, quæ penes illos erat,author est Iustinus in dialogo aduersus Tryphonem:quod indicant verba illa:Pascentur mendici per ipsum:per quem? te rogo. Nempè per Christum cuius mentio præcesserat aliqua. Quam verò his,quæ diximus,cohærent sequentia?Interire faciam in fame radicem tuam.i. vrbem Hierosolyma,quę radix,& caput erat gẽtis Iudęę,quę fame dira,& peste,& ferro, & igni delera est, vt suprà pluribus diximus,& ita perijt fame,& reliquiæ interfectæ sunt gladio, quod vel è.6. lib.de bell.Iud.Iosephi intelliges,si postrema capita legeris.Lxx sententiam exprimunt, delẽdum esse semen Iudæorum fame & interficiendum gladio.

Si cõuenienter euangelio hoc caput interpretere omnia cõgruunt, si aliò referas, nõ cohærent.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS

Vlula porta, clamat ciuitas, prostrata est Philistæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiat agmen eius.

LXX VIRI.

Vlulate portæ ciuitatum, clament ciuitates conturbatæ alienigenę omnes,quia ab Aquilone fumus venit,& non est vt sint.

OMnia directa fronte pugnant cum sententia, quam subuertimus. Nam si ad Ezechiam referas, Hierusalem, respectu Palæstinæ regionis,orientem,& meridiem spectat,non aquilonẽ,& multò magis Assyrij vergunt ad meridiẽ, & ad orientem. Fumus ergo hic qui ab aquilone adest, si Geographiæ rationẽ habeas,neq; ad Assyrios, neque ad Hierusalẽ pertinere vllo modo potest: ad Romanos pertinet,qui respectu harũ nationum ad occasum & ad septentrionẽ vergunt, cui conuenit illud, quod prostrata dicitur Philistæa omnis.i.Iudæa. Nã temporibus Christi, omnẽ illam regionẽ Palæstinæ, tenebãt Iudæi, & prophetæ, vt præuidẽt futura,ita præuident quibus nominibus res appellandæ sint eo tempore, quo fiunt, vt docet EVSEB.lib.3.demonstrat.euangel. cap.2. & illis temporibus Christi, Palæstina prouincia erat idem cum Iudæa. Omnia ergo deleta sunt, vt lib. 2. &.3.Iosephi de bello Iudaico proditum est.Idem dicunt Lxx seniores his verbis, Vlulate portæ vrbium, clament vrbes conturbatæ. Faciunt enim paraphrasim, & præ se ferunt hoc intelligendum esse de vastitate inuecta Iudææ à Romanis.Nam quanuis dicant, Clament vrbes conturbatæ alienigenæ omnes: alienigenas nominãt Iudææ vrbes,quod se alienauerint à Deo. Deindè, Quia ab aquilone fumus venit.i.à Romanis.Et non est qui effugiat agmen eius:pro quo reddidere Lxx,Et non est vt sint.i.deleti sunt prorsus omnes.Nam commentarij sunt Lxx, potiùs quàm interpretes. Et hoc neque Ezechiæ conuenire potest, neque Assyrijs. Prorsus enim deletæ sunt hæ vrbes à Romanis, à Tito Vespasiano,& Adriano,vt verè dici possit,Non est,vt sint.

B

D. HIERONYMVS.

Et quid respondebunt nuncij Gentis? quia Dominus fundauit Siõ,et in ipsa sperabunt pauperes populi eius.

LXX VIRI.

Et quid respondebunt reges Gentium? quia Dominus fundauit Siõ, & peripsum saluabuntur populi.

C

NEque hæc cohærent si referas ad Ezechiam.Postquã enim bellauit aduersum Philisteos conciſus est multis cladibus ab Assyrijs,& ab alijs.Cur ergo mirarentur gẽtes victorias Ezechiæ?potiùs ad tempora Christi hæc sunt referenda,vt dictũ est.Quid respondebunt nuncijs Gentium?supple,apostoli & fideles,quid respondebunt his,qui interrogarint,cur Dñs vrbeis Iudææ subuerterit,vrbes populi sui? quas tuitus semper est, & quarum causſa tot ediderit miracula.responſio est,Quia Dominus fundauit Sion.i.ecclesiam,& fundata veritate,tollenda erat vmbra,quod suprà dictum est in illa verba capit. Terra vestra deserta: vel,Quid respondebunt reges Gentium? vt verterũt Lxx, i. apostoli,qui ecclesiarum principes sunt, & triumphales duces.Nã dictio Hebræa quæ nuncios significat,demit litera, ℵ,significat reges,& alibi quando cũ, ℵ,quanq̃, ℵ, multis in locis scripturæ deest,pluribus redũdat, quod vel ex ipsis codicibus Hebræis liquet satis,vbi signa multa posita sunt, quibus redũdare apparet hanc literulam. Cur Dñs perdiderit vrbeis Iudææ? si solus verus Deus Iudæorum est, respondebunt quod Dominus fundauit Sion.i.Ecclesiam.Et in ipsa sperabunt pauperes populi eius.i.apostoli,& fideles,pro quo Lxx dixere:Et per ipsum saluabuntur populi multi, quod hoc loco commentarij esse voluere,non interpretes.i.deletam esse vmbram, post quam iam venit veritas, ne esset impedimento Iudæa, quo minus saluarentur populi orbis terrarum. Qua de re, inquam,legenda,quæ scripta sunt in illa verba capitis primi: Terra vestra deserta,&c.ex Orig.& alijs: vndè intelliges quod D.Hieron.vertit cõuenienter lectioni Hebrææ: In ipsa sperabunt, &c. Lxx viros explanasse diuinitus: In ipsa Sion, in ecclesiæ sacramentis sperabunt pauperes,fideles populi Dñi, pro quo Lxx edidere .i.populi multi qui venient ad fidem, saluabuntur per ipsum Dñm.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN ESAIAE CAP. XV.

PRædicitur hoc cap. Moabitarũ euersio. Neque prædicitur (quantum ego sentio) ad consolationem Iudæorum, nam boni non lætantur aliorum malis, neque scriptura malè docuit vnquam. Lux enim vitæ est, & fax fulgẽtissima virtutis. Iudæi præterea vastandi à Babylonijs, & Assyrijs erant. Quod ergo solatium esse posset Iudæis, si Moabitæ eiusdem fortunæ futuri fuissent participes? Aut quo Moabitarum sors erat deterior futura sorte Iudæorum? sed finis scripturæ Christus est: placet magis vt eò omnia spectent. Itaq; canon ille repetendus est, de quo paulò antè diximus in principium cap. 7. & in illa verba cap. 10. Propter hoc hæc dicit dominus Deus exercituum, noli timere populus meus habitator Sion ex Procop. & Hippolyto episcopo Romano, & D. Chrysost. vaticinia rerum paulò pòst futurarum intertexi solere oraculis de Christo, quo fides concilietur vaticinijs mysteriorum Christi, vt hoc loco superioribus capitibus prædicta est vastitas Babylonis longo post tempore futura, quo fides fieret magnis mysterijs quæ de Christo Dño erant prefiguricata iam indè vsque à primo Esaiæ cap. vt cùm. CC. post anno res hæc cõpleta videretur, rata, & fixa haberẽtur, quę de Christo prænũciabãtur. Et q̃ Babylonis subuersio multo post tẽpore esset futura: priùs eiũ vastanda vrbs Hierosolyma erat, priùs Iudæi agẽdi cathenati Babylonẽ erãt ante suos victores Babylonios: quo fides his, & alijs rebus fiat, prædicitur Moabitarum vastitas, vt alia alijs præstruant fidem.

D. HIERONYMVS

Onus Moab, quia nocte vastata est Har moab conticuit: quia nocte vastatus est murus, Moab conticuit.

LXX VIRI.

Verbum contra Moab: nocte peribit Moabitis: nocte enim vastabitur murus Moabitidis.

VErbum Hebræum נדמה, ambiguum est, significat conticescere, & silere: & ita D. Hieronymus vertit, conticuit: posset tamen ad verbum reddi sic, Onus, siue, prophetia Moab, de quo dictum est in caput. 13. Quia nocte vastata est Har, Moab succisa est. quia nocte vastatus est murus, Moab succisa est. Har, Moabitidis prouinciæ erat metropolis, quæ regio Moabitis dicebatur, quod Har ergo caput erat illius regionis, & capta est noctu per insidias, posteà tota regio patuit prædæ hostium, inde propheta ait, Quia nocte vastata est Har vrbs, Moab succisa est, hoc est, tota regio Moabitis vastata est: quod vertere Lxx, Nocte peribit Moabitis, supple, regio, nocte peribit murus Moabitidis regionis. i. Har metropolis, quæ murus erat Moabitidis regionis: nam Har metropolis, murus totius regionis dicebatur.

D. HIERONYMVS.

Ascendit domus, et Dibon ad excelsa in planctũ super Nabo, et super Medaba Moab vlulabit.

LXX VIRI.

Contristamini in vobis ipsis. peribit enim & Debon vbi altare vestrũ, illuc ascendetis ad plorãdum, super Nabo Moabitidis vlulate.

DIxerat expugnãdam nocte vrbem Har, caput Moabitidis regionis: addit nũc expugnandas has vrbes, Dibon, Nabo, Medaba, nã vrbs tertia reponenda est ex lectione Hebræa in tralatione Lxx, legendumq;, Super Nabo, & Medaba Moabitidis vlulate. Tralatio D. Hieron. ergo est, Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctũ. i. domus regia, & Dibon vrbs ascenderũt ad excelsa. i. ad aras dæmonũ, quæ poni solebãt in excelso loco in montibus. In planctũ, ad luctũ super Nabo, & Medaba, super his vrbibus captis. Lxx aliter intellexere hunc locũ, nam lectio Hebræa sic reddi potest ad verbũ, Ascendit domũ, & Dibon excelsa vestra ad planctũ, quod per parenthesim legere Lxx sic, Ascendit domũ ad planctũ, vel imodo imperantis, Ascende domũ ad planctum, nã Debon, ara vestra subaudi, capta est, quod per apoſiopesim dicitur, quæ vehementem luctum significat. Ergo pro, Ascẽde domũ ad planctũ edidere Lxx, Contristamini in vobis ipsis, lugete apud vos. Pro, Debon ara vestra, reddidere, Peribit Debon, vbi erat ara vestra (sunt eiũ cõmentarij.) Deinde, Illuc ascendetis ad plorandum, quod vice scholiorum addidere, Super has vrbes Nabo, & Medaba vlulabitis.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.

In cunctis capitibus eius caluitium, et omnis barba radetur.

LXX VIRI.

Super omne caput caluitium, omnia brachia concisa.

VAria est interpretatio, quòd longè secùs intellectus est hic locus à D. Hiero. & à Lxx viris. Nam Lxx viri intellexere quod vulgo fiebat apud idolatras sacerdotes dæmonũ, cultris brachia sauciaturos, vt placarent dæmonum irã. Et videntur legisse, guedua, non guerua, vt sit omnis senectus concisa, lacera, secta. i. sacerdotes senes, concidebãt sibi cultris brachia: & zachen, senectutẽ interpretati sunt, aut senem: quæ vox utriusque generis est, vt tam sacerdotes mares quàm fœminas id fecisse demonstrent. Quòd si legatur, guerua. i. diminuta, eodem spectat: vt dicatur, omnes sacerdotes senes diminuti sanguine. Sed hæ duæ literæ (res) & (dalet) ita sunt similes, vt vix internoscas. Lxx, perspicuitatis causa reddidere, Omnia brachia concisa cultris. Zachen, etiam significat barbam: & barbam diminutam accepit D. Hieron. pro barba rasa.

diminuta	lacera concisa	barba rasa barba senectus	Omnis
גרועה (vel)	גדועה	זקן	כל

D. HIERONYMVS.

In triuijs eius accincti sunt sacco, sup tecta eius, et in plateis eius omnis vlulatus descendet in fletũ, clamabit Esebon, et Eleale vsque Iassa audita est vox eorum: super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit sibi.

LXX VIRI.

In plateis eorũ p̃cingite saccos, plãgite sup tecta ei⁹: & in vinculis eius oẽs vlulate cũ fletu, quia clamauit Esebon, & Eleale vsq; Iassa audita est vox eorũ, ppter hoc lũbi Moabitidis clamãt, anima ei⁹ cognoscet.

DEscribitur luctus regionis Moabitidis vastatę ab Assyrijs, & Babylonijs. Voces Hebræę sunt ambiguæ, & ideo variè intellectæ à D. Hieron. & à Lxx senioribus. In triuijs eius, Lxx reddidere, In plateis eorum, & ita vertunt Hebræi. Accincti sunt sacco, vel, prẽcingite saccos. i. sumite vestes lugubres. Verbũ vtriusq; temporis est. Super tecta eius, Lxx vertere, Plangite super domos eius, vel in domibus eius, subaudiuere enim verbum, plangite. Et in plateis eius, dixere, in vinculis eius, quod in plateis, captis vrbibus, vincti captiui asseruari solent, quæ maiorem hominum multitudinem capiũt. Omnis vlulatus descendet in fletum, posset verti, vniuersus vlulabit, descendet in fletum, vel, descendens in fletum. Et ita penè vertit PAGN. & VATAB. vndè Lxx reddidere optimè, Omnes vlulate cum fletu reuincti cathenis. Vsque adhuc eadem est sententia tralationis D. Hieron. & etiam sequentia non discrepant. Clamabit Esebon, & Eleale. i. clamabunt hæ vrbes captæ ab hostibus, & dirutæ. Vsque Iassa audita est vox eorum. i. tantus erit clamor cadentium, vt perueniat vsque ad vrbem Iassa, quæ longè indè aberat. Sequentia discrepant toto cælo: sententia tamen eadem est. Super hoc expediti Moab vlulabunt. i. vlulabunt etiam milites fortes, & naui, nedum vulgus promiscuum, puerorum, & fœminarum, & senum. Anima eius vlulabit sibi. i. anima Moabitarum tabescet luctu, sed quia חלצי, significat expeditos, & armis præcinctos. D. Hieron. vertit, expeditos, neque est quod iudaizantes obelo confodiant dictionem Hebræam, חלצי, tanq̃ malè tralatam à D. Hieron. ea enim propria significatio huius verbi est. Significat & lumbos: vndè Lxx optimè propter hoc lumbi Moabitidis clamant, quæ forma dicẽdi Hebræa est, quòd lugentes incuruari solent, & incuruati, clamare & lugere. Deinde יֵדָעֶה, quod, ד, in, ר, facilè mutari solet, & pro anima eius vlulabit, legere, anima eius cognoscet. i. sentiet, quasi dicat, nemo intelliget quantum malorum patiantur, nisi anima ipsorum quæ experietur mala.

D. HIERONYMVS

Cor meum ad Moab clamabit: vectes eius vsque Segor vitulam consternantẽ. Per ascensum enim Luith, flens ascẽdet, et in via Oronain clamorem cõtritionis

LXX VIRI.

Cor Moabitidis clamat in seipsa vsque Segor, vitula eiñ est trima. Super requiem autem Luith ad te flẽtes ascendẽt. Via Oronain clamat

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis leuabunt. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interijt.

contritio, & concussio. Aqua Nebrin deserta erit, & herba eius deficiet, herba enim viridis non erit.

DEscribitur adhuc luctus Moabitarum, & captiuitas. Primùm omnium, Lxx videntur legisse לב, non לבי .i. cor, non cor meum: & illa literula (iod) sæpè solet addi loco nõ suo, itaq; legere, Cor Moabitidis regionis clamat, vel, clamabit præ luctu, & miseria, quòd se videt duci captiuos. Vectes eius vsq; Segor. i. tanta series captiuorum, cathenatorum, & vectibus reuinctorũ, vt ordo captiuorum pertingat ad Segor, nec dum prodierit totus ordo ex vrbe, sed ברח, vectem significat, & fugã. D. Hier. pro vecte accepit & optimè: Lxx, pro fuga, & exilio: & sic interpretatur Vatabl. Lxx putarunt lectionẽ Hebræã sic posse verti, Cor Moab clamabit in fuga sua vsq; Segor: & ideo reddidere, Cor Moab clamat in seipsa vsq; Segor. i. miseratur fortunas suas, cùm se videt exulem, & captiuam duci vsq; Segor, nam illic maior illã excipiet calamitas. Vitulam consternantem, velut Lxx reddidere. Vitula enim est trima. i. erat triũ annorum tantum. i. potens vrbs erat, diuitijs, & armis, ducta metaphora à vitula quæ cùm trima est, valet viribus, & cornupeta est, & luxuriatur. Diui Hiero. tralatio eundem sensum habere potest, siue legas vitulã conternantẽ, per exclamationem, vt dicere solemus, hominem infœlicem, ita vitulã conternantem. i. heu vitulam conternantẽ trimam, hoc est, regionem florentẽ armis, quæ in tantã deuenit calamitatem, vel, consternantem. i. quæ cornupeta consternebat obuios homines. Per ascensum Luith, flens ascendet. Hęc verba nouo quodã modo explanãt Lxx. i. eris tam miserabilis, vt cùm ascenderis Luit vrbem, vt ibi commoreris illa nocte captiua ducta, ad te ascendant vicini, & finitimi vt fleant, & miserentur fortunas tuas. Et ita interpretantur: per ascensum Luit. i. super requiẽ Luit, hoc est, cùm perueneris Luit vincta cathenis & vrbem ascenderis, vt illa nocte illic quiescas. Flens ascendet. i. ad te flentes ascendent, posteà in via Oronain, clamorem contritionis leuabũt. i. ibi, potissimùm in illa via sensere suam miseriam, quòd non solum captiui miseri, sed ibi defecti aqua, & rebus omnibus sunt. Aquę enim Nemrim desertæ erunt. i. deficiẽt aquæ eo tempore. Aruit herba. i. herba quoq; deficiet, ne herba quidẽ vobis suppetit, defecit germen, & viror omnis interijt. Hæc omnia eodẽ ferè modo Lxx, nisi quod in quibusdã sententiam reddunt, nõ omnia verba, desunt tamen in tralatione Lxx verba hæc, quæ reponenda sunt ex lectione Hebræa, Viror non erit.

D. HIERONYMVS.

Secundũ magnitudinem operis visitatio eorum,

LXX VIRI.

Num & sic debet saluari?

LOcus hic perobscurus est. Pagnin. Vatab. & alij, variè reddũt, addũt multa verba de suo. Si ad verbum reddere velim⁹, sensus est perspicuus: reddes eũ ad verbũ, Super quæ plus faciet, dico sic posse verti ad verbũ, si sententiam Lxx sequi placeat, nã (itra) vox Hebræa idẽ significat, quod apud nos hoc aduerbiũ (plus) præter alia quæ significat, nã significat, magnitudinẽ, vt vertit Hiero. significat etiã, plus. Reliqua verba Hebręa, notissimæ significationis sunt. Si vertas ergo sic vt Lxx volunt, Super quod plus faciet: sensus est perspicuus & planus, Plura mala Deus est daturus Moabitis, Super hæc mala plus malorũ inferet illis Deus: & ita reddidere sensum Lxx, & p sic edidêre, Nunquid sic debet saluari? i. nunquid Moabita affectus his cladibus, & ductus captiuus in captiuitate saluus deget? quasi dicat, non, plus malorũ accipiet: vel, vt vertit Hiero. Secundum magnitudinem scelerum, castigabuntur Moabitæ, nam visitatio castigatio est.

magnitudinẽ quod faciet plus sic Super
עַל כֵּן יִתְרָה עָשָׂה

D. HIERONYMVS.

Secũdũ magnitudinẽ opis, et visitatio eorũ ad torrentẽ salicũ ducẽt eos, quoniã circuiuit clamor terminũ Moab.

LXX VIRI.

Nũquid sic debet saluari? inducãeũ sup torrentẽ Arabas & capiẽt eã: attigit eũ clamor terminũ Moabitidis.

ducent eos Arabes torrentem super visitabit eos & faciet magnitudinẽ plus sic quod Super
עַל נַחַל הָעֲרָבִים יִשָּׂאוּם וּ פָקְדָתָם יִתְרָה עָשָׂה כֵּן עַל

ID est, Super quod plus faciet, visitabunt eos super torrentem Arabes, ducent eos, vel, iuxta interpretationem D. Hieronymi, Super quæ magnitudinem fecit. i. secundù magnitudinẽ eorum,

A eorum, quæ fecit visitatio eorum, punitio eorum super torrentem salicum, iuxta tralationem Lxx, erat sensus, non solùm ducentur captiui Moabitæ ab Assyrijs, sed Dominus plus malorũ illis inuehet, nam visitabunt eos, inuadent eos, cùm ducẽtur ab Assyrijs captiui ad torrentem quendam, Arabes homines, nequiores multò Assyrijs, qui ad peiorem captiuitatẽ eos ducant. Nam Assyrij ad se transferebant Moabitas, & Israelitas, & alios, & dabant eis vicos, & oppida quæ incolerent, ea lege, vt certis temporibus, agros Assyriorum excolerent, & eis seruirent in re rustica, quo pacto Lacedæmones Ilotis vtebantur, qua de re legendus in Polit. Aristoteles. At Arabes captiuis pro iumentis vtebantur: Quando visitabo eos, dixere Lxx, Inducam super eos: inducendo enim mala, visitat Dñs malos: quãdo visitabo eos, interpretãtur, inducã super eos Arabas ad torrentem, & capient ipsam, subaudi ciuitatem Moabiticam. i. ciues Moabitas ducent captiuos. Idem potest significare tralatio D. Hieron. secundum magnitudinẽ operum, pro grauitate delictorum visitatio eorum. i. irrogabo eis pœnas ad torrẽtem salicum, ad
B fluuium, cuius ripis multę sunt salices, cùm ibi, scilicet, Arabes adorientur ex insidijs, & ducẽt eos captiuos, inquam, circubit clamor terminum Moab, cùm irrumpent Arabes, & eos aggredientur ferro, & ducent captiuos, tantus erit clamor, ciulatus, vociferatio, lamentatio Moabitarum, vt audiantur in terminis Moabitarum, & Gallim longè disitis, & perueniet vsque ad puteum Elim, quia aquæ Dibon replebuntur sanguine occisorum Moabitarum. Hæc omnia eodem modo Lxx seniores.

D. HIERONYMVS.

Ponam enim super Dibon additamenta ijs, qui fugerint de Moab leonem, et reliquys terræ

LXX VIRI.

Inducam super Dibon additamenta, & tollam semen Moab, & Ariel, & reliquum Adama.

AMplificatio hæc est per incrementum. Primùm enim vastitatem descripsit propheta Moabitis importatam ab Assyrijs, deinde quæsiuit, an putet Moab se nihilo plus pœnarum daturum esse, & subiecit malum quod illis impendebat ad torrentem Salicum, vbi illis
C tendent insidias Arabes, vt exsatient illorum sanguine iras, quas aduersus illos concepерant, & eos in multò duriorem captiuitatem pertrahent. Postremò subiungit, his tot malis hunc cumulum addendum esse à Deo, vt reliquias quæ se fuga subduxerant, obuius leo conficiat. Sed hoc postremo loco, Lxx dissident à D. Hieron. quòd Lxx aiunt Dominum adiecturum hæc additamenta, his tot malis Moabitarum, vt semen Moab tollat Deus, & obuios conficiat leo, & reliquos Moabitas Adama, subaudi consumat (erat autem Adama vna ex vrbibus Sodomorum) & quòd illa regio absumpta incendio erat, & vniuersa in cineres redacta erat, voraginibus hians, & lamis vt Solinus prodidit, & qui aufugerant, si per imprudentiã, vel necessitatem ea loca petiuerant, illis voraginibus absumebantur, & siti, aut fame peribãt, & alijs
D innumeris periculis, quòd illa loca essent inculta & inhabitata. Notandum tamen, quod D. Hieron. vertit, Leonẽ: Lxx vertisse, Ariel: vnde apparet, Lxx viros pro אֲרִיאֵל, legisse אַרְיֵה, mutatione vnius literæ in aliam, ה, in, א, & additione alterius literæ, quod frequentissimè fieri in Hebraicis libris suprà ostendimus: & si sic legas, significabit propheta, hanc vastitatẽ Moabitarum futuram, cum vastitate Iudææ inuectа à Babylonijs, aut paulò post illam vastitatẽ: nam, Ariel, populum Dei significat, vt in cap. 29. dicendum est latiùs.

IN ESAIAE CAP. XVI.

HOc caput ex illorum numero est, quæ Iudæi sustulere de medio, vt sæpè suprà repetitum est ex Iustino & Origene, & in eius locum sustẽcere tralationẽ nescio quam. Aut si id non est, certè in hexaplo Origenis, in quo erant variæ tralationes, loco tralationis Lxx virorum, supposita alicuius Iudæi interpretatio est. Quod facilè fit, vbi multorum sunt commentaria, aut vbi multæ personæ loquũtur, vt in comœdijs, & tragœdijs, vbi frequẽtissimè hic lapsus est, vt pro vna persona, scribatur altera, quod nos docet D. Hieron. Hoc ergo cap. solum linguæ Hebrææ præsidium opitulabitur, vt interpretari possimus tralationem D. Hieron. destitutis clarissima illa face, quæ nobis prælucebat Lxx seniorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS

Emitte agnum Dñe, dominatorem terræ, de petra deserti ad montẽ filiæ Sion.

IVdæi hunc locum interpretãtur de tributo quod Moabitæ reddebant regi Israel, quod erat quotannis centum millia agnorum, & mortuo Achab, ampliùs nõ miserunt, vt legitur. 4. Reg. cap. 3. Hæc Vatab. ijsdem verbis, qui hanc Iudæorum sententiam reijcit insolens, & stolidam putat. Mihi etiam libet paucis hic subijcere cur sit stolida: Iudæi enim dum inuoluant tenebris, & cœca caligine Christi mysteria, quam sibi constanter, conuenienterque dicant, non laborant. Centum millia agnorum Moabitæ (aiunt) regi Israel mittebant. Quid tũ posteà? quasi verò ad illa tempora hoc vaticinium spectet, hæc vastitas Moabitarũ, quæ prædicta superiore cap. est, & quæ hoc cap. præsignificatur, non est importata ab Israele, aut ab rege Iuda Moabitis, sed à Babylonijs & ab Assyrijs, quod vel hinc apparet, quod descripta est via, qua cathenati ab Assyrijs, agebantur Moabitæ longo tempore post ductas captiuas decẽ tribus. Nam, & hęc eadem vastitas prædicitur ab Hiere. c. 48. qui vaticinat⁹ est in diebus Iosiæ, post ductas captiuas decẽ tribus, quæ captiuæ ductæ sunt temporibus Ezechiæ regis, vt liquet ex. 4. li. Reg. loco citato. Quid ergo attinet ad hanc prophetiã tributũ, quod Moabitæ reddebant olim multò ante tẽpore regi Israel? Erat, aiunt, roboratus Israel (vtor enim Iudaizantiũ verbis) vnde malùm robora⁹ Israel erat? qui vel tẽporibus Hieremiæ, cùm hæc eadẽ vaticinatur, erat deletus, & captiu⁹ ductus, neq; stabat iã regnũ Israel: tantũ erant residuę quędã reliquię in vrbib⁹ Israel, pauperes, videlicet, & tenuiores homines, vt quãdo populus Iuda ductus captiu⁹ à Nabucdonosore est, tenuiores sunt relicti, vt leges apud Hiere. Neq; hoc pertinere potest ad historiã Iorã regis Iuda, quę est. 4. Reg. 3. de qua suprà dictũ est. Tunc em̃ nõ ducti sunt captiui Moabitę in Israel, neq; ad populũ Iuda, tãtũ abest vt ad Assyrios acti sint cathenati, ea via, quę superiore cap. descripta est: incurrerintq; ea mala, quæ cap. superiore sunt prænũciata. Neq; illæ sunt deletæ vrbes, quæ superiore cap. aut hoc describũtur deletæ, vt hæc vaticinia ad historiã illã pertinere nullo modo possint. Deletũ est regnũ Moab, aiunt Iudæi, q̃ regi Israel tributũ nõ solueret. Deus vobis bonã mentẽ, miseri Iudæi & Iudaizantes. Multò antè tẽpore deletũ erat regnũ Israel, q̃ hoc vaticiniũ esset apud Hierem. & deletos dicitis Moabitas, quòd non redderẽt tributũ regi Israel. Cui, malùm, regi? qui iã nõ erat. An cũ Deo pugnabitis, & eius scripturam inuertetis semper? Nõ satiùs erat audire Hierem. qui causam euersionis Moab scribit cap. 48. fuisse, quòd riserit Israelẽ, cùm captiu⁹ duceretur, his verbis, Fuit in derisum tibi Israel quasi inter fures reperisses eũ, propter verba ergo tua, quæ aduersus illũ locutus es, 'captiu⁹ duceris, Potuit apertiùs? an Iudęi sibi & Iudaizantes credi potuùs postulant q̃ Deo? Nã hoc vnũ, quæ illorũ est peruicacia, & impietas, iã reliquũ est. Versent se Iudæi huc & illuc, nõ poterunt efficere, vt Moabitarũ vastitas, & captiuitas nõ longo post tẽpore fuerit, q̃ deletum est regnum Israel, ne ad illũ pertinere possit. Sed age, finge, quod nusq̃ est, ductos captiuos Moabitas ab Assyrijs, cùm extaret regnũ Israel, nã via, qua captiui ducti sunt Moabitæ ab Assyrijs, descripta superiore cap. est, Assyriúsne cũ Moabitis cladẽ illã inuexit, regis Israel causam agebat? & petebat armis, & tãta belli mole, vt regi Israelis agnos redderet Moabitarũ rex? vt cõgruat bene illa adhortatio, si auertere tãtã pestẽ belli à se velint Moabitę, vt regi Israelis agnos soluãt? & cui soluẽt, cùm non extet rex Israel? Mitto hæc, si hæc agnorũ tot millia, regi Israelis reddebantur, & repetebantur his armis, eaq; causa erat Moabitis vastitatis, regi Israelis solui iuberẽtur: nõ iubentur solui regi Israelis, nõ est igitur hic mentio illius tributi, nam iubẽtur mittere Hierusalem, & ad montẽ Sion, non iubentur mittere ad regẽ Israel. An quod Hispano, aut Gallo regi debetur, persoluetur regi Anglo, aut Lusitano? Quæ hæc est prauitas, quæúe Iudæorũ impietas, vt nos tã apertè facere ludos velint? sed Iudæos orbatos luminibus, & scelerum agitatos furijs non miror, nostros quosdam qui rerum Iudaicarum amore rapiuntur, mirari satis nõ possum, quòd pro impietate Iudæorũ, tanq̃ pro aris, focisq; in quibusdã locis scripturę dimicãt. Iudæi em̃ peiores sunt Iernæa bellua, quæ septẽ exerebat capita, cuius si vnũ amputares, renascebãtur septẽ: ita si vnã Iudæis obstruas viã, ne miraculis Christi offundãt tenebras, fœcũda cõcutiũt pectora, mille alias moliũtur fraudes. Car, quæ vox Hebraicè est loco agni, arietẽ interpretãtur, & p instrumẽtis bellicis accipiũt ad oppugnãdos muros, qã sic apud Ezechielẽ reperiatur. c. 4. Pones arietes in gyro: quanq̃ R. Dauid exponit, duces, & principes exercituum. R. Ioseph, agnos ferreos: & sic interpretantur hunc locũ, vos Moabitæ, & Ammonitę mittite principes & duces, & instrumẽta bellica ex vestris vrbib⁹ aduersum mœnia Hierusalẽ. Et certè nihil est facilius q̃ sacra scripturæ sensa, & quælibet grauissimorũ authorũ loca ad ineptos, & stolidos sensus inuertere: quod faciunt de more Iudæi, quod ex authoritate veterũ patrum dictum est. Faciunt vt prophetarũ vaticinia aniles fabulæ sint, aut cassos sonos fundant, & ad nihilum recidant. Quando, malum, Moabitæ & Ammonitæ Hierosolymis intulere bellum? aut si intulissent, ea ne causa fuit vt perirent? ferocia, aiunt Moabitarum reprehenditur: quid? cæteræ nationes quæ vastauẽre vrbeis Iudææ deletæ sunt hoc solo nomine, quòd Iudæos lacessierẽt armis? vt mittam dicere quòd hæc ruina Moabitarum, quæ hoc loco prædicitur, non solum post deletas decem tribus fuit, sed etiam post ductum captiuum populum Iuda vt apparet ex Hierem. cap. 27. vbi constituit Dominus Nabucdonosorem regem Babylonis, harum omnium nationum dominatorem.

Sententia D. Hieron. & ecclesiæ totius verissima est. Nam veritas suo se lumine prodit, cùm in fine cap. superioris significauerit propheta, de sententia Lxx virorum, delendum vnà cum Moabitis Arielem. i. altare Domini, & Hierosolyma, vt infrà latiùs est dicendum, cùm interpretabimur, quid sit Ariel, cumq; hoc idem hoc capite significetur vnà delendos Moabitas, & vastandam Galilæam, hoc est, decẽ tribus Israel, verbis illis, & auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo: Carmelus enim Galilæę mons est, quod significatur Hierem. cap. 27. ne videatur prædicti vastitas, quæ deletura sit, & populum Iuda, & tribus Israel, & Moabitas, ita vt nulla re liqua spes sit. Cõfirmat Dominus per prophetam Esaiam promissã de mittendo Christo, ea rata & stabilia futura ait, & sic dicitur: Emitte agnum Domine. Illud adnotatione dignum, quod pro, mitte, apud Hebræos legitur, mittite, & sic vertit Pagninus & Vatablus, vt referas ad sacrã Triadem, quemadmodum illud, Faciamus hominem ad imag. vt, mittite, dictum sit plurali ter de tribus personis, Domine, singulariter, vt declaretur vnitas essentiæ. Sed dices, lectio Hebræa non præfert illam vocem, Domine, & D. Hieron. vertit, Emitte agnum dominatorem terræ, vel, dominatori terræ. Qua de re legendus D. Hieron. in comment. Lectio Hebræa, cum nomina sint indeclinabilia, dupliciter verti potest, Emittite agnum, dominator terræ, vt sit casus vocandi, ò dominator terrę Deus, emittite agnum: vel potest reddi, emittite agnum dominatorem terræ, vt sit, O pater, & spiritus sancte, emittite agnũ qui tollit peccatum mundi, dominatorem terræ. i. verum Deum. Quòd cùm viderent veteres patres, quòd verba sint indeclinabilia apud Hebræos, vtroque modo hoc verti posse, Emittite agnum dominator terræ: &, emittite agnum dominatorem terræ: adhibuere canonem interpretandæ scripturæ, quo admonemur, ea, quæ duos sensus habent, vtrunque ab spiritu sancto esse significatum, & sic vtroque modo sunt interpretati: Emittite agnũ dominator terræ, & dominatorem terræ: & pro his dixere, Emittite agnũ Domine, dominatorem terræ, quod fecisse etiam euangelistas ipsos diximus in cap. 61. ne quisquam putet in ecclesia temerè dictũ, Emitte agnum Dñe dominatorem terræ, de petra deserti. i. de vrbe Moabitica, quam nunc redigis in petram deserti, vndè ante hanc cladem subducta Ruth est, ad quam euangelista Christi ortus refert. Ad montem filiæ Sion. i. in Iudæam, quando huic tantæ Moabitarum ruinæ, tot seculis ante subduxisti Ruth, vt indè nasceretur Messias, emitte illum iam tandem, vt his malis omnibus medeatur.

D. HIERONYMVS.

Et erit sicut auis fugiens, et pulli de nido euolantes.

Diuus Hieron. putat his verbis redijsse prophetam ad ordinem historiæ, & describi captiuitatem Moabitarum, & fœminarũ Moabitidum, quæ captiuæ ducentur, & traijcientur fluuiũ Arnõ: vt sit, Et erit Moab sicut auis fugiẽs, quia ducetur captiua vrbs Moab, vt auis quæ relicto nido fuga petit aliena loca, & sicut pulli de nido euolantes, erit scilicet Moab, quia relictis domibus captiui ducentur, & sic erũt filiæ Moab in transcensu Arnon, id est, filiæ Moab captiuæ ductæ, & traijcientes fluuium Arnon, similes erunt auibus è nido euolantibus. Reliqui Patres cùm sequantur tralationem Lxx virorum, quæ hoc loco deest, tacent, nulla in hoc caput scripta reliquere, nulla commentaria. Posset tralatio D. Hieronymi referri ad Christum, qui in scripturis est semper quærendus, si cum Hebræa lectione conferas, nã posses sic lectionem Hebræã ad verbũ vertere וְהָיָה, & fuit: כְּעוֹף, sicut auis: נוֹדֵד, fugiẽs aut migrans:

Universidad de Deusto
Biblioteca

קֵן nido. מְשֻׁלָּח, missa vt dicatur de Ruth. & sit adhuc vaticinium de Christo, et sit sensus: E- A
mittite ô pater, & fili, et spiritus sancte agnum illum, qui tollit peccatum mundi, nam filius
missus quoque à seipso est: dominator terræ: i. sancta Trinitas, qui vnus Dominus terræ es,
& rerum omnium. vel agnum dominatorem terræ, de petra. i. de oppido, quod redacturus
es in rupes, & petras, ad montem Sion. i. ad vrbem Hierusalem, quando cauisti pater optime,
vt fœmina vndè oriturus Christus est, tanto tempore ante hanc cladem ad Iudęam se recipe
ret, nos promisso munere de cœlo bea. Et fuit sicut auis fugiens è nido emissa. i. Ruth, fuit vt
auis fugiens, & è nido emissa. lege librum Ruth, & intelliges egregia similitudine descriptam
fugam Ruth, cum sequeretur socrum, & Iudęam peteret, vt sit sensus, Emitte summe Deus ag
num illum immaculatum, quando iam olim tantę ruinæ subduxisti Ruth, quę fuit sicut auis
fugiens, & vaga è nido emissa cum patriam fugeret, sequuta socrum in Iudæam vbi nupsit
Booz, & genuit Obed, Obed genuit Isai: Isai genuit Dauid & Dominus dictus est filius
Dauid. Idem hoc significare potest tralatio D. Hieron. si legas, Et erit. i. & fuit, forma dicendi
Hebręa apud quos futura pro præteritis vsurpantur, & sic interpretari licet, quod Hebraicè B
sit תִּהְיֶה, & fuit. Ergo sensus lectionis D. Hier. erit idem, Et erit. i. & fuit, Ruth, sicut auis fugiés
cum sequuta socrũ est, scilicet: & pulli de nido euolãtes. i. vt pullus euolans è nido vt plurialis
sit pro singulari, præsertim cum Hebraicè singulariter sit hoc scriptum, & præterito tępore.

D. HIERONYMVS

Sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Arnon transeuntes Moab filiæ Erunt תִּהְיֶינָה בְּנוֹת מוֹאָב מַעְבְּרוֹת לְאַרְנוֹן

IAm superiore commentario explanatus est hic locus iuxta sententiam D. Hiero. Potest ad
verbum verti sic ex Hebræa lectione: Erunt filiæ Moab transeuntes Arnon: vt sit sensus, Su
ducta est Ruth huic ruinæ multo ante tempore, vndè Christus est oriturus, quia filiæ Moab
erant transituræ fluuium Arnon ductæ captiuæ ab Assyrijs. Vndè sensus esse potest tralatio-
nis D. Hieron. Sic erunt filię Moab in transcensu Arnon. i. quemadmodũ fuit Ruth relinquês
nidum suum, sic erunt filiæ Moabitides in transcensu Arnon, cùm ducentur captiuæ.

D. HIERONYMVS. C

Ini consilium, coge concilium, pone quasi noctem vmbram tuam in meridie.
Absconde fugientes, et vagos ne prodas.

Iudices
detegas non fugientes ꝓfugos toge meridie medio in vmbrã tuã sicut noctẽ pone iudiciũ fac consiliũ Venire fac
הַכְנִיסִי עֲצָה עֲשִׂי פְלִילָה שִׁיתִי כַלַּיְלָה צִלֵּךְ בְּתוֹךְ צָהֳרַיִם סַתְּרִי נִדָּחִים נוֹדֵד אַל תְּגַלִּי

DIuus Hieron. (quem solùm in hoc caput habemus interpretem, quod sciam, quòd huius
capitis expuncta tralatio Lxx seniorum est· & nescio cuius tralatio in eius locum est suf
fecta) putat huius loci sensum esse, Vis ô Moab saluus esse? & Dei misericordiam promererit
in clara luce, & in aperta fuga populi mei, cùm vastabitur à Nabucdonosore Hierusalẽ profu-
gos meos absconde, habitent apud te: Iudæa enim confinis est Moabitis. Ergo D. Hieronym.
hoc vaticinium putat esse excidij, & vastitatis inuectæ Moabitis à Babylonijs post vastatam
Iudęam, quod apparet ex Hierem. vt suprà dictum est, vt non possit cohærere Iudęorum in-
terpretatio. Potest huius loci etiam esse sensus, vt semper sit sermo, non de Moabitarum exci- D
dio, sed de agno illo immaculato, qui sustulit peccatũ mundi, & de Ruth vndè traxit ortum se
cundũ carnẽ. Alloquitur ergo vrbeis omneis Iudææ vastatas, reliquię eĩ sunt relictæ & paupe
res, & tenuiores in vrbib⁹ Iuda, etiã postq̃ ductus est captiuus populus Iudaicus, subuersis Hie
rosolymis à Nabucdonosore. Alloqui ergo videtur omnes has vrbes propheta, vt pro tanto
beneficio referãt gratiã Moabitis, ô populę, quicunque es cape consiliũ & delibera, quo pacto
ad te confugientes Moabitas, quos ego seruare voluero, tegas, quasi noctis vmbra, vt abdas eos
vbi non compareant. Et si in meridie. i. palàm ad te confugerint, abde eos in sola loca, absconde
de eos fugienteis, ne prodas eos. Græcus interpres quisquis est sic intellexit, qui reddidit: Fa-
cite tegmen ipsi. i. occultate ipsam Moabitidem gentem. Cape ergo consilium ô Iuda, inquit
propheta, & quære modos omnes, vt serues Moabitas, qui ad te confugerint.

D. HIERONYMVS.

Habitabũt apud te profugi mei, Moab esto latibulũ eorum à facie vastatoris: finitus est enim puluis, cõsummatus est miser, defecit qui conculcabat terram.

Habita-

A emunctor defecit quia vastatoris à facie eis latibulũ sis Moab ꝓfugi mei in te Habitabunt
יָגֹרוּ בָךְ נִדָּחַי מוֹאָב הֱוִי סֵתֶר לָמוֹ מִפְּנֵי שׁוֹדֵד כִּי אָפֵס חָמָץ
terra de conculcantis finiti sunt vastator finitus est
כָּלָה שֹׁד תַּמּוּ רֹמֵס מִן הָאָרֶץ

SEntentia D. Hieron. de intellectu huius loci dicta est superiore commentario. Videtur ta
men posse etiam conuenienter superioribus hic locus explanari de agno immaculato, &
Moabitide Ruth, & Moabitis, vndè Christus secũdum carnem natus est. Vt ea causa commen
det Moabitas, & iubeat eos, qui euaserint tantam ruinam seruari hoc nomine, quòd ex Ruth
Moabitide natus sit Christus. Et ita explanari potest hic locus, si distinctionem Græcę editio-
nis sequamur. Habitabunt apud te profugi mei Moab, illic apposita distinctione, sic enim Græ
cus interpres distinxit, sic quoque Pagninus distinguit, iuxta quam distinctionem sic hæc e-
nodabis: Moab. i. Moabitæ profugi mei, quos ego voluero fugere ex tanta ruina, habitabunt
B apud te ô Iudà. Dixi enim vastatis Hierosolymis, & vrbibus Iudà tenuiores, & pauperes
relictos, raros tamen. Deindè: Esto latibulum eorum à facie vastatoris. i. defende illos, occul-
ta apud te. Finitus est enim puluis. i. citò euanescet impetus Nabucdonosoris, vt puluis. vel
cessabit emunctor (sic enim lectio Hebræa verti quoq; potest). i. Tyrannus expoliator cessa
bit, qui multa exigebat tributa, nam מִיץ, fugere significat. Sunt enim tyranni sanguisugæ, qui
ciuium sanguinem exsugunt, nec implentur vnquam cruore. Consummatus est miser. i. simi-
tus est tyrannus, nam vel Plato postremis de rep. libris docet plurimis verbis & longa disputa-
tione tyrannos, quos vulgus putat beatos, & admiratur, mortalium omnium miserrimos es-
se, & infœliciss. Defecit qui conculcabat terram. Deficiet rex Babylonius, regnorum vastator,
potest verti hoc, defecerunt vel deficient exercitus. s. vastatoris, consumetur exercitus concul
catoris vt ad Babylonici regis exercitus referas. Nam sunt ridiculi, mea quidẽ sententia, qui
hæc referunt ad Senacheribum, longo tempore post deletum Senacheribum. Hanc vastitatẽ
Moabitarum prędixit Hierem. loco suprà citato: tantum abest, vt completa sit hęc prophetia
C tempore Senacheribi, aut vt de Senacheribo hæc propheta vaticinetur, qua de re pluribus su-
prà dictum est. Si distinctionem vulgatæ editionis sequamur hic sensus locum non habet, se-
quenda est explanatio D. Hier. quæ primo loco posita est: vt sit sensus, ô Moab, seruа Iudæos,
qui ad te confugerint, vnde oriturus est Christus, & in medio tantæ pestis qui id feceris serua
beris, & citò peribit Babylonius rex, vt omnes seruemini, & posteà longo post tempore na-
scetur Christus

D. HIERONYMVS.

Et præparabitur in misericordia solio, & sedebit super eũm in veritate, in taber naculo Dauid iudicãs, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustũ est.

dirigetur
iustitiã accelerãs & iudicio quærẽs iudicãs Dauid tabernaculo in veritate in super id sedebit & solio mia in præparabitur Et
וְהוּכַן בְּחֶסֶד כִּסֵּא וְיֵשֶׁב עָלָיו בֶּאֱמֶת בְּאֹהֶל דָּוִד שֹׁפֵט וְדֹרֵשׁ מִשְׁפָּט וּמַהֵר צֶדֶק

DIuus Hieron. in comment. nos docet hoc vaticinium referri à Iudęis ad Ezechiam regẽ,
nihilo seciùs, nostrorum nonnulli etiam admoniti huius erroris à D. Hieron. Iudæorũ
D sententiam sequuntur. Hic locus facit, vt non ad Moab verba fieri videantur, sed ad populum
Iuda, nam si hoc loco pręmia proponuntur populo Iuda, & ei promittitur Ezechias aut Chri-
stus, populo ergo Iuda mãdabatur vt seruaret Moabitas profugos, & abscõderet eos. Nam si
Moabitis imperasset, vt Iudæos seruarẽt profugos, Moabitis promisissẽt pręmia ob Iudæos ser
uatos si enim tibi proponatur labor, merces laboris tibi, nõ tuis inimicis promittetur. propo-
suit quispiã Hispanis laborẽ ea mercede vt Maurorũ regnũ fœlix, faustumque sit: putasne nos
subituros capitis discrimen, huiusmodi mercede proposita? Atqui maiora exercebant odia
Moabitæ aduersus Iudæos, quàm nos aduersus Mauros. Moabitis ergo nõ proponeretur mer
ces hęc, futurũ si se præstitissent humanos aduersus Israëlitas, vt constabiliretur regnũ Iuda, re
sponderent vtique, pestem oppetat populus Iuda potiùs, nam de Christo quippe idolatræ &
infideles, nihil credebant. Ad populum Iuda ergo verba facta, hoc argumento esse videntur,
& sic cohærent omnia. Petitum est enim, vt mitteretur agnus ille immaculatus, terræ domina-
tor Christus, quãdo Ruth, vnde oriturus erat ruinę Moabitarũ, iam olim erat subducta, quòd

ducendæ captiuæ erant à Babylonijs fœminæ Moabitides, petitum erat à reſiduis pauperibus A
in vrbibus Iuda, vt pro tanto beneficio Moabitas, qui ad ſe confugerent, ſeruarent, & eos abſconderent, quando Moabitis regio dederat Ruth, vnde erat oriturus Chriſtus, qui inſtauraturus ſit ſolium Dauid, quod nõ longo tempore poſt, Babyloniũ regnum ſit periturum. Hęc congruunt omnia, & cohærent inter ſe.

Age nunc oſtendamus veriſsimam eſſe D. Hieron. ſententiã qua nos docet hanc de Chriſto eſſe prophetiam, quanquam hoc D. Hieron. perſpicuum eſſe putat, neque egere probatione. Primùm omnium illud volo conſtet veteres patres hunc locum ad Chriſtum retuliſſe. Nam D. Hiero. vt dixi, citra controuerſiam hoc oraculum de Chriſto eſſe ait. Procop. qui veterum patrum ſententias de intellectu ſcripturarum vnum in librum congeſsit, Euangelizat, inquit, propheta, hoc loco ſolium Dauid, & thronum Dei futurum apud ipſos, non hominum opera, ſed Dei miſericordia. Euãgelizat regnum Dauid inſtaurandũ à Chriſto. Eſſe tamen ait, qui hoc ad Cyri tempora referant: adeo quibuſdam immortale odium aduerſum Dominum eſt, & aduerſum Chriſtum eius, qui gigantęo more cum Deo pugnãt. Hic inſtaurandum ſoliũ B
Dauid dicitur poſt captiuitatem Babylonicam. Vſque ad Chriſtum Dominum prędictũ erat, non futurum eſſe regem Iuda, neque inſtaurandum ſolium Dauid, vt dictum eſt in cap. 9. in illa verba ſuper ſoliũ Dauid, &c. & annotatione ſequenti cum diſceptatur quid ſit ô ſana, quod docet etiam AVGVS. de ciuitate Dei lib. 19. cap. 45. & EVSEB. demonſt. Euangel. lib. 2. cap. 33. & li. 7 cap. 7. docet renouationem ſolij Dauid in prophetis ad Chriſti ſpectare tempora. Cum ergo ſolium Dauid non fuerit renouandum vſque ad Chriſtum Dominum & poſt captiuitatem Babylonicam nunquam fuerit rex in populo Iudà niſi ſub Domini aduentum, quod ſignum erat ipſius Domini aduentus, qui potuit intelligi inſtaurari ſolium Dauid poſt captiuitatem Babylonicam, niſi de Chriſto Domino intelligas? Sed redeo ad id, vndè digreſſus ſum hanc prophetiam de Chriſto eſſe intelligendam, verba ipſa prophetæ ſatis indicant. Nunquã prophetia promittit virum vnum aliquem bonum niſi typũ illum faciat Chriſti & multis ſit bono futurus, neque prophetia promittit fœlicitatem, quæ per exiguum tempus ſit duratura. & ita חזקן, verbum Hebręum quod plura ſignificat nulla ſua ſignificatione Ezechiæ cõgruit C
Nam ſiue, renouare interpreteris & ſic legas, Et renouabitur in miſericordia ſolium Dauid nullo modo conueniet Ezechiæ. Poſsidebat eũ regnum quod à maioribus acceperat, & idẽ poſteris ſuis tradidit hęreditarium. Quę igitur hic eſt regni renouatio? Si vertas, prępparabitur, vt vertit D. Hieron. Aquila, & Theod. non conuenit Ezechię, qui iam regnabat quando hæc prophetia fuit: nam præparari regnum ei dicitur qui regnaturus eſt, neque præparatio regni eſt vbi nulla eſt mutatio, nulla inſtauratio. Quod ſi יחזקן, ſtabilietur vertas (nam hæc omnia ſignificat hoc verbum Hebræum) ne hoc quidem competit in Ezechiam, nec enim quod ei promiſſa eſt quindecim annorum quies continuo regnum eius dicetur ſtabilitum. Nam eadẽ opera Iudæis regibus, impijs etiam ſtabilitum regnum dices, qui per plures regnarunt annos. Neque regnum ſtabilitum dicetur, cuius ſubuerſionem, & ſobolis regiæ captiuitatẽ Ezechiæ regi prædixit Dominus, non ſolum alijs regibus, quæ res completa captiuitate Babylonica eſt, & poſtremo vaſtitate à Romanis inuecta. Chriſto verò cõueniũt omnes ſuprà dictę huius verbi ſignificationes. Is enim dictus eſt inſtauraturus regnũ Iſraël, & renouaturus ſoliũ Dauid. Et huius rei prophetarum multa extant vaticinia. Is cęlum aſcendit prępparaturus regnum ſuis D
vbi ſuprà oſtendimus in caput. 9. eſſe veram inſtaurationem regni Dauid. Is dictus eſt conſtabiliturus regnum ſempiternum, quod futurum eſt vt ſol inconſpectu Domini, vt apud Euſeb. locis ſuprà citatis patet, quibus idem dicitur quod hoc loco erigendum ſolium Dauid, quod ceciderat videlicet captiuitate Babylonica, illic dicitur regnum Chriſti futurum ęternum, hic ſtabile. Additur hoc loco (in miſericordia) quæ fuit omnium maxima in aduentu Chriſti & ita Procop. ſolium Dauid appellat propheta, inquit, Eccleſiam, & poteſtatem Eccleſiaſticã ſummi pontificis, ſolium Dauid, & thronum Dauid, idem ait EPIPH. quod ſuprà in cap. 9. diximus contra noſtræ tempeſtatis hæreticos. Explanat autem Procop. verba illa in veritate. i. iam non per typos, & figuras vt in lege veteri, ſed in ipſa veritate, quæ per vmbram legis veteris ſignificabatur. Et infrà. In veritate, inquit, quod ſolium Dauid erit ſolium veritatis, quod deleuit gentium mendacia. In tabernaculo Dauid, iudicans. i. euangelium promulgans. nam in cap. 42. dicendum eſt iudicium in prophetici literis appellari euangelium. Neque minus põderis habet hoc poſtremum quod inter alia Chriſti nomina, quæ multa in prophetis ſunt Ieſus, Em

A ſus, Emmanuel, Semach. Eſt etiam, Accelerans ſpolia, ſupra cap. 8. מהר שלל, pro quo cognomine Chriſti hoc loco eſt, מהר צדק, accelerans iuſtitiam. Nec quiſquam tam cœcus eſt, vt non intelligat, maher Salal. i. accelerans ſpolia & maher ſedech. i. accelerans iuſtitiam idẽ eſſe. Neque alio modo accelerantur ſpolia. i. abducuntur gentes quæ ſeruiebant ſathanæ, ab ipſo ſathana, quam accelerata iuſtificatione, quæ per Chriſtum facta eſt. Vt idem ſit acceleras iuſtitiam, & accelerans ſpolia, & vtrunq; ſit Chriſti cognomen, quo vel ſolo apparet hæc omnia vſque ad hunc locum, ad Chriſtum eſſe referenda.

D. HIERONYMVS.

Audiuimus ſuperbiam Moab, & cætera vſque ad finem cap.

FActa digreſsione à principio cap. vſque ad hunc locum, ad hæc Chriſti vaticinia, quæ vltatiſsima eſt apud omneis oratores, redit ad hiſtoriam, & præſignificat vrbeis diruendas, vt cum hęc cõprobauerit rerũ euentus, maior indè accedat authoritas vaticinijs de Chri-
B ſto, vt ſuprà dictum eſt. Vndè diluitur dubium, quod proponit THEODOR. & alij ſcripto res ſacri cur prophetæ prędicant finitimarum regionum tantum res futuras, nempè quod eo conſilio prędicuntur res futuræ aliarum gentium & nationum, vt rerum euentus certiſsimus oſtendat illos fuiſſe prophetas. Et cum hæc omnia eo ordine, quo prædicta ſunt, videant cõpleta, reliqua omnia credant complenda, & fixum, & ſtabile putent. Et ideo finitimarum regionũ res futuræ prędicebantur, quas complere viderent ipſi Iudęi: qua de re ſuprà pluribus eſt dictum. Quod autem dicitur: In tribus annis quaſi annis mercenarij: de Babylonica captiuitate intelligas neceſſe eſt, quod, vt inquit D. Hieron. poſt captam Hieruſalem trium annorum ſpatio omnes vrbes Moabitides ſunt vaſtandę, & anni mercenarij dicuntur, quod ſeruitio triũ annorum & labore trium annorum integrorum, pro mercede accipiet rex Babylonicus omneis vrbeis Moabiticas. Nam non eſt quod ad Aſſyrios, & Senacheribum hoc vaticinium referri queat, cum multo tempore poſt deletum Senacheribum, Hieremias hęc omnia ſit vaticinatus, quæ vaticinatur his capit. Eſaias. Notandum etiam ſignificari verbis illis: Et auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo, quod ſuprà dictum eſt, ſignificatũ à Lxx ſenioribus in fine cap.
C ſuperioris, cum vertêre, Et tollam ſemen Moab & Ariel. i. delebo regnũ Moab, & Iudà, quod factum eſt captiuitate Babylonica. Nam Carmelus, mons Galilęæ eſt, & pro Iudęa ponitur in ſcriptura & reliquiæ decem tribuum poſt captiuas ductas decem tribus, ſub regno Iudà erãt. Cum delendã ergo ait exultationem de Carmelo, vaſtandam Galilæam ait, non terram Moabitidem, neque intelligere potes vaſtandam Galilæam ab Aſſyrijs. Hęc enim vaſtatio quę hic prædicitur prædicta eſt ab Hieremia, tanquam futura multo tempore poſt captiuas ductas decem tribus.

IN ESAIAE CAP. XVII.

D HIc diſſenſio eſt veterum patrum & D. Hieron. Nam veteres patres omnes putant hoc cap. œconomiæ redemptionis hiſtoriã narrari. D. Hier. in comment. quos edidit iuxta expoſitionẽ hiſtoriæ, vt ipſe ait, id inficiatur, pia voluntas inquiens, ſed nõ ſeruãs ordinẽ hiſtoriæ. Hic qđ pace D. Hier. dictũ ſit ſola eſt hiſtoria euãgelica. Apparebit aũt hoc cap. veriſsimũ illud Iuſtiniani voluminis cõſtitutione 146. de Hebręis, quomodo oporteat eos ſcripturas legere: Quis illud in Lxx non admiretur, quòd cùm longo tempore ſalutarem apparitionem Magni Dei, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti præceſſerint, tamen illam futuram, quaſi præſentibus cernentes oculis, prophetica quodam modo gratia ipſos circumfulgente ſacrorum librorum interpretationem accõmodarunt? apparebit, inquam, hoc Iuſtiniani elogium, & hoc cap. & alijs multis veriſsimum fuiſſe, ita ſingula Lxx viri ad lucẽ euangelicã interpretantur, tot annis ante euangelica tempora, vt ait Iuſtinianus.

D. HIERONYMVS.

Onus Damaſci, ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas.

LXX VIRI.

Verbum hoc contra Damaſcũ, ecce Damaſcꝰ auferetʳ è ciuitatibus.

Prophe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN principiũ cap.13.& alijs locis dictum est, cur D.Hieron.verterit מַשָּׂא ,onus: Lxx,visionem, verbum, prophetiam. Hoc loco Hebraicè est,Onus Damasci aut,Prophetia Damasci:pro quo Lxx fecere paraphrasim, & edidere:Verbum hoc contra Damascum.i.prophetia hęc erit contra Damascum.Reliqua Hebraicè sunt: Ecce Damascus repelletur ex vrbe. quod interpretantur Lxx,Ecce Damascus auferetur ex ciuitatibus.i.auferetur ex numero ciuitatum.D.Hieron. explanat Ecce Damascus repelletur ex vrbe.i.Ecce Damascus desinet esse ciuitas,hoc est vastabitur.

Prophetia Onus vrbe ex repelletur Damascus ecce Damasci
מַשָּׂא דִּמֶּשֶׂק הִנֵּה דִמֶּשֶׂק מוּסָר מֵעִיר

A

D. HIERONYMVS

Et erit sicut aceruus lapidum in ruina.

SImilitudo literæ vnius fecit tantum dissidium tralationis D.Hierony. & Lxx virorum. Lectio tamen Lxx,non potest vllo modo alio referri quàm ad tempora Christi, legere tamen pro עֲרֹעֵר, id est, pro aroer, עדעד, mutato,ר, in,ד, quæ literæ sunt tam vicinæ & affines, vix vt internosci possint in codicibus manuscriptis Hebræis.Et si legas עדעד, significat vsque in æternum,si legas עֲרֹעֵר ,id est aroer,erit lectio D.Hierony. Erit sicut aceruus lapidum in ruina,derelictæ ciuitates aroer gregibus erunt,vt sit sensus:Erit sicut acceruus lapidum in ruina,Damascus scilicet,quia subuertetur & redigetur in aceruos lapidum, ciuitates aroèr erunt derelictæ gregibus, redactæ scilicet in vastitatem , eruut pascua gregum . Lxx viri sensa reddunt velut admirandi commentarij . nam lectio Hebræa, quam agnoscunt Lxx viri , sic reddi potest ad verbum : Et erit aceruus ruinæ , relictæ ciuitates vsque in æternum gregibus erunt (quod Lxx pro Aroer legunt ,ad ad , vsque in æternum) Et erit sensus: Erit aceruus ruinæ,Damascus.s. .i.vastabitur,&redigetur in aceruos lapidum ex ruina.Relictę ciuitates vsq; in æternum,in pascua gregum. i. vrbes regni Damasci vastabuntur , & redigentur in pascua gregum : reddidere Lxx viri pro his, Erit in ruina derelicta in seculum , in cubile gregum , & requiem.i.erit regio Damascus nomine,redacta in pascua pecudum vsque in seculum.Damascus vrbs erat caput regni , & totum regnum Damascus appellabatur , vt vrbeis has vastas intelligeremus, vrbeis regni , quod etiam Damascus dicebatur. Hanc lectionem Lxx virorum nemo poterit nisi ad Christi tempora referre,& ideo Iudęi ad illud confugiunt,deceptos esse Lxx similitudine literarum, quibus respondimus in disputatione de tralationibus . Non sisevertat Iudæus in quas volet facies,hanc lectionem Lxx virorum aliò referat,quam in tempora Christi,neque fugiet Iudæus si alas Icari sumat. Sed prius quam id ostendam prætexere oportet D.Hiero.sententiam de huius loci intellectu, qui ex. 4.reg.cap.16. hunc locum explanat de vastitate importata Damasco à rege Assyriorum quando vastata Damascus est, & interfectus Rhasim rex Damasci,& ciues Damasci translati sunt Cyrené,quæ eadem est sententia Cyrilli (si modo eius sunt commentaria)qua de re suprà dixi quid sentiam. PROC. quod Hebraicè nesciebat credidit Lxx addidisse de suo:Erit relicta in seculum Damascus, & aitaper tè hæc verba redundare,quod hic describatur ruina Damasci importata ab Assyrijs, quæ non fuit perpetua sed ad tempus,quod postea instauratum sit regnum Damasci , & vsque ad apostolorum tempora floruerit, quod fatetur etiã D.Hier.Quin Plinius & Strabo fuisse florentissimam Syriæ Damascum tradunt.Ergò verba prophetę, quæ futuram desertam , & relictam vsque in seculum in pascua gregum aiunt,vastitati inuectæ ab Assyrijs non conueniũt, nisi mendacem prophetiam facere volumus , nam post hanc vastitatem floruit regnum Damasci,& Damascus,& Damascena regio redacta in prouinciã à Romanis est postea, vt docet EVSEB.Euang.demonst.lib.7.c.2.qua de re multa dixim° in illa verba cap.7.Derelinquetur terra quam tu detestaris, Et cum regnũ Damasci est deletũ,& tota regio redacta in prouinciã est, imminutæ quidem sunt vires Damasci,sed ne tunc quidem redacta in pascua gregum Damascena regio intelligi potest,necessitas ipsa cogit,vt quando Lxxii testes Iudæos doctissimos lectionis huius habemus, qui suis temporibus tribus seculis ante aduentum Domini testantur pro ר, fuisse, ד, & mutatione vnius literæ prędicitur hoc oraculo Damascenam regionem redigendam in vastitatem , referamus ad Adriani tempora à quo vniuersa Iudea est deleta quinquaginta vrbes munitissimę , cum nongentis octoginta quinque vicis nobilissimis incẽdio cõsumptæ , & vasta relicta est tunc omnis illa regio , vt leges apud Dionẽ in vita Adriani tunc est

LXX VIRI.

Et erit in ruina derelicta in seculũ

erunt gregibus aroer vrbes relictæ ruinæ aceruus erit Et
וְהָיְתָה מִפְעֵי מִפְלָה עֲרוֹת עֲרֵי עֲרוֹעֵר לַעֲדָרִים תִּהְיֶינָה

B

C

D

Lectio Lxx hæc cogit ad Christi tempora referre.

A tunc est relicta in pascua pecudum, nam omnia ea loca tenebant Iudæi,& omnia ea absumpta sunt incendio,& in vastitatem redacta,vt si euẽtus scripturarum interpres optimus sit, quod ex Daniele docent omnes patres , nulla dubitatio relinquatur , non de temporibus Assyriorum,sed de temporibus Romanorum hoc esse intelligendum . quod sensit idem Procop.qui coactus verbis prophetæ sententiam mutat infrà , reditq; ad Romanos, his verbis *ἀναγκαῖον δὲ μοι δοκεῖ τὰ ῥηθέντα ἐπὶ Γαλιλαίους ἀναφέρειν*, .i.intelligẽdũ est de Damasco,eo modo quo nunc est sub Romanis,quod videlicet temporibus Procopij vasta illa loca essent. Quod si neges ad Iudæam pertinere Damascum , coget te Paulus fateri qui Hierosolymis profectus Damascum est, ad vinciendos Christianos,vndè intelliges Iudæos illic habitasse,& non longè Hierosolymis distare Damascum.& Dion scribit Iudæos occupasse munitissima Syrię oppida,& postea omnia esse deleta & igni absumpta,oppida scilicet munitissima quinquaginta, vicos nobilissimos 985,vbi si teneas rationem geographiæ,& conferas cum actis apostolorum, non poteris in dubium vocare,an inter illa munitissima 50 oppida absumpta incendio à Iulio Seuero, fuerit Damascus,de qua vastitate Lxx sen.intellexisse satis liquet cùm dixere,Erit derelicta in seculum.Mitto dicere Aroer Moabitidis regionis vrbem esse, vt disces ex lib.Iosuè cap.12. & Iudicũ cap.11.Et nisi D.Hieron.hanc vrbem,aut vrbem cognominem retulisset ad regionem Damascenam,có tenderem neminem fore , qui hanc vrbem regionis Damascenæ esse commonstraret , tamen D. Hierony. authoritas facit vt in dubium non sit vocandum, an vrbs fuerit regionis Damascenę. Manet tamen adhuc scrupulus,quanuis hoc largiar authoritati D.Hieron.quo nam modo intelligi possit vrbeis Aroer , nam Aroèr vrbs erat , non regnum.Damasci vrbes intelligo quod Damascus regnum fuerit, vrbeis Aroer non intelligo , quod aroer vrbs fuerit,non regnum . Qui ingenio plus valuerit & doctrina hunc dissoluet nodum.

D. HIERONYMVS

Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco.

QVoquo te vertas apparebit non temere Iustinianum, & veteres Patres spiritu prophetico putasse Lxx viros vertisse sacras literas & sensus expressisse sacros.Quod ergò D. Hieron.vertit conuenienter lectioni Hebrææ:& cessabit adiutorium ab Ephraim interpretãtur Lxx veluti commentario quodam:& non amplius erit munita ad confugiendum illuc Ephraim, & quod Hieron.reddit,Et regnum à Damasco, interpretantur, cessabit regnum à Damasco, vertere enim,& non amplius erit regnum in Damasco,& quod D. Hieron. vertit, & reliquiæ Syriæ eodem modo vertere . Residuum Syrorũ, sed nõ tribuere inferioribus,sed finem sententiæ esse putarũt, admirabili sententia , si historias legas,vt sit sensus cessabit adiutoriũ ab Ephraim.i.non amplius erit munita Damascus,neq; erit potẽs amplius regnũ Damasci,vt confugiat illuc Israël,& ab eo petat auxiliũ,vt solebat,& regnũ à Damasco(subaudi cessabit).i.non amplius erit regnum in Damasco,& reliquiæ Syriæ.i.residuum Syrorum (supple cessabit) nã omnis Syria vastabitur à Romanis , & redigetur in prouinciam Romanorum.Iã hoc loco Procop.hæc refert ad Christi tempora his verbis: Hoc quod dicitur nõ erit munita Damascus ad confugiendum illuc Ephraim , & non erit regnum in Damasco , Romanis temporibus congruit , nam post aduentum nostri seruatoris regna omnia sunt deleta , & redacta in ditionem Romanorum. Sed Procop.hæc refert ad tempora Augusti Cæsaris, & ad superiora tempora sub Christi aduentum quo etiam referre videtur Euseb.Cęsar. loco citato superiore capite,vndè nõ abhorret quod sequitur & residuũ Syriæ vel& reliquię Syrię (subaudi) nõ erũt. i. reliqua regna Syrię nõ erũt,quod delebũtur à Romanis. Sic enim hæc iuxta interpretationẽ Lxx virorũ interpretabimur de sententia ita placet vt ad tempora Augusti hæc referas , vt putes etiã referenda ad tępora Adriani.leges enim apud Dionẽ,Iudæos cum rebellarũt aduersum Romanos,occupasse vniuersam Iudæã & bonam Syriæ partẽ & incensas vrbes Iudęæ, & Syriæ, quo confugerant Iudæi,quod significatũ videtur verbis illis: & residuum Syrorum, vel,& reliquiæ Syrię, multi enim alienigenæ ex Syris se Iudæis adiunxere,qui eadem sunt cum Iudæis vsi fortuna.

LXX VIRI.

Et non amplius erit munita ad confugiendum illuc Ephraim , & non amplius erit regnum in Damasco, & residuum Syrorum.

D.HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS

Et reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorũ Iſrael erũt, dicit Dominus exercituum.

LXX VIRI.

Non tu melior es filijs Iſrael, & gloria eorum.

DIctum eſt ſuperiore commentario hunc locum aliter diſtinctum, & diſpunctũ à D. Hieron. quam à Lxx viris. Sed vtroq; modo eadem ſententia eſt. Procop. quãquam à principio hoc caput referre cœperat ad Aſſyrios, tamen poſtea hæc, & omnia ad Chriſti tempora refert. Reliquiæ inquit Syrię ſicut gloria filiorum Iſrael erunt .i. inuoluentur eadem ruina cũ Iudæis, quod factum eſt tempore Veſpaſiani, & tempore Adriani, & ſub aduentum Domini, quando omnia regna deleta ſunt, & redacta in ditionẽ Imperatoris Romani. Lectio Hebręa ad verbum reddita eſt à D. Hieron. ſicut gloria filiorum Iſraël erunt, dixit Dominus. quod interpretantur Lxx .i. inuoluentur ruinę filiorum Iſrael. Quod enim ſupra dictum erat ceſſaturũ Regnum Damaſci, & reſiduum Syriæ, vel & reliquię Syriæ, ſubieciſſe videtur propheta: Erũt B ſicut gloria filiorum Iſrael .i. concident vna cum filijs Iſrael hoc inquam paraphraſi quadam dixere Lxx. Non tu melior es filijs Iſrael, & gloria eorum .i. non erit melior fortuna tua, & cõditio, quam erit filiorum Iſraël: quemadmodum enim illi conſumentur incendio quòd Chriſtum non receperint, ita tu eadem inolueris ruina, quod non receperis fidem.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa, attenuabitur gloria Jacob, & pinguedo carnis eius emarceſcet.

LXX VIRI

Hæc dicit Dñs ſabaoth, erit in die illa defectio glorię Iacob, & pinguia glorię eius commouebuntur.

PRocop. vocat gloriam Hieruſalem, & pinguia eius, regnum, ſacerdotium, ſanctificationẽ, legis ceremonias, prophetică gratiă, quod his priuatus ſit Iſrael, & Damaſcus regno. Vnde ait: In die illa, ſignificans tempus ſeruatoris noſtri. EVSEB. lib. 2. cap. 43. etiã de Chriſto hęc C explanat his verbis: His plane, & euidenter prædicitur gloriam Iſrael auferendam eſſe, & omnia pinguia eorum eſſe auferenda. Lectionem Hebręam ad verbum expreſsit D. Hieron. quã cõmentarij vice interpretantur Lxx, Et erit in die illa attenuabitur gloria Iacob, interpretantur Lxx .i. in die illa erit defectio gloriæ Iacob hoc eſt, ceſſabit gloria Iacob, ceſſabit lex vetus, vt ait Procop. Deindè, Et pinguedo carnis eius emarceſcet, interpretantur hoc Lxx ſic .i. pinguia gloriæ eius cõmouebuntur, vel ruent, vt ſacerdotiũ, ſanctificatio, regnũ, cultus legis, prophetica gratia. Lxx tralatio & hiſtoria inuitũ etiã cogãt hæc ad Chriſtũ referre, nõ ad Aſſyrio-

Non prædicitur auferẽdos Iudæos, ſed illorũ gloriam.

rũ hiſtoriã, quę alioqui verbis prophetę nullo modo eõgruit. Quomodo eñ ſi de Aſſyrijs hic ageretur, Damaſcus deſijt eſſe ciuitas, & eſt derelicta in ſeculum, in ruinam, iuxta tralationem Lxx, quomodo ceſſat adiutoriũ ab Ephraim, & regnum à Damaſco? quod poſt illa tempora fuit potentiſsimũ, vſque ad tempora Apoſtolorũ, ut D. Hiero. fatetur, & Proc. qui aduerte ait non prædixiſſe prophetam delendos eſſe Iudæos, ſed gloriam illorum eſſe auferendam.

D. HIERONYMVS.

Et erit ſicut congregans in meſſe, quod reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget.

LXX VIRI.

Et erit quemadmodum ſi quis cõgregauerit meſſem, quæ ſtetit, & ſemen ſpicarum metet. D

DIuus HIER. in commẽt. ſecũdis, vbi hęc explanat, ſpiritaliter cum reliquis ſanctis patribus hæc ad Chriſtũ refert, & ad eius tẽpora. Primis cõment. vbi perſequi ſe ait hiſtoriã, negat expoſitionem iuxta hiſtoriã ad Chriſti tempora poſſe referri, neque cauſam addit, neque quid repugnet, oſtendit. Neque quiſquam commõſtrauerit vnquam hoc toto cap. quid non cohęreat aptè cum Chriſti temporibus, neque efficiet vlla vi, vt hoc caput hiſtoriæ Aſſyriorum congruat: vt nec ſuſpicio ſit hic agi poſſe de Aſſyrijs, non modo ſuperiora omnia (vt oſtendi) repugnant, ſed etiam omnia ſequentia, vt apparebit. Potior igitur eſt EV-

semen eius
demetet ſpicarum brachiũ eius & ſtantem meſſem congregãs ſicut erit Et
וְהָיָה כְּאֹסֵף קָצִיר קָמָה וּ זְרֹעוֹ שִׁבֳּלִים יְקַצֹּר

A eſt EVSEB. ſententia, qui hunc locum explanat lib. 2. cap. 43. de Chriſti temporibus, his verbis: Euidenter his prędicitur ſubuertendam gloriam Iſraelis: & paucos (quos poſsis numero comprehendere) in Chriſtum Dominum credituros. Et Procop. In die illa, inquit, aduentum ſeruatoris ſignificans. Aduerte vero non prædixiſſe prophetam delendos eſſe Iudæos, ſed gloriam illorum eſſe auferendam, cùm inquit: Vt in meſſe congregantur ſpicæ, in meſſe enim demeſſis frugibus relinquitur ſpica ſola, ſic erit de Iudæorum populis, de quibus relinquentur pauci vt in ſpicilegio. Quod autem pro eo, quod Hieron. reddidit: Brachium eius: Lxx vertere: Semen eius, verbum Hebræum fecit זרע, quod ſignificat ſemen, & brachium, quanquam hoc loco magis videtur ſignificare, ſemẽ eius (vt reddidere Lxx) quod pro brachio ſolet ſcribi cũ ו, ante, ע, ſed parui refert quando D. Hier. pro brachio vertit: ſolet enim ו, addi & detrahi. Veriuſque tralationis eadem ſententia eſt, ſi dicas: Erit ſicut congregans in meſſe, quod reſtiterit .i. erunt pauci, qui Chriſto credent, quoniam reliquiæ ſaluæ fient, cæteris Iudæis deletis, ducta metaphora à ſegetibus, quæ demetuntur, & paucæ ſpicæ relinquuntur à meſſoribus ſtantes, quas ſpicas brachium Domini leget, apoſtolos, ſcilicet & fideles. Tralatio B Lxx apertior eſt: Erit quemadmodum ſi quis congregauerit, meſſem quæ ſtetit & ſemen ſpicarum eius metet .i. erit ſicut congregans ſpicas poſt meſſem ſtãtes, ſic demetet Dominus filios Iudæorum, qui ſubintrabunt Eccleſiam poſtea, quos appellat ſemen ſpicarum eius meſsis. Nã apud Oſeam eſt, & alios prophetas, Iudæos, poſtquam vaſtata fuerit Iudæa, qui ducentur capti in varias oras orbis terrarum, aut ſi qui delituerint alicubi, vermiculaturos .i. procreaturos innumeram ſobolem ad inſtar vermiculorum, qui poſtea cateruatim intrent in Eccleſiam. Et videtur pulchra metaphora, quemadmodum in euerſione vrbium, exuſtis meſsibus, aut depopulatis agris, excutiuntur grana, quæ renaſcuntur in ſegetes, quas demetunt longa obſidione liberati, aut reſidui ex illa vaſtitate: ſic futurum, vt ex Iudęis reſiduis vagis toto orbe, renaſcatur ſoboles, quę poſtea intret in Eccleſiã, vel ſemen ſpicarum eius meſsis, intelligit apoſtolos iuxta illud, eo ſenſu, quo in illũ locũ dictum eſt, Niſi Dominus reliquiſſet nobis ſemen, cap. 1.

D. HIERONYMVS.

C *Et erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaĩ, et relinquetur in eo ſicut racemꝰ.*

LXX VIRI.

Et erit quemadmodum ſiquis congregauerit ſpicam in valle dura, & relicta fuerit in ea ſtipula.

VErbum Hebræum Raphaim, multa ſignificat, ideo maluit D. Hier. non reddere Latinè, quoniã Raphaim metalla ſignificat, & ſic Lxx viri reddidere, In valle dura, quod peritiſsimi legis Moſaicæ meminere apud Ieremiam cap. 5. frontem populi Iudæorum eſſe dictam ſilice duriorem, & Ezechielis cap. 2. & 3. & alijs multis locis, dura ceruice appellatos eſſe Iudæos, & ita, In valle Raphaim, in valle metallorum verterunt .i. in valle Iudæorum qui ferrei, & adamantini dicuntur, & ferrea, & dura ceruice .i. in gente Iudæa duræ ceruicis erit Dominus, quaſi quærens ſpicas .i. quaſi deligens paucos diſcipulos, & apoſtolos, cęteros ob infidelitatem perditurus. Et relinquetur in ea ſicut racemus .i. perexigua racematio fidelium relinquetur, reliquiæ .ſ. quæ ſaluæ factæ ſunt (vtitur enim ſimilitudine vindemiæ, & racemationis poſt factam vindemiam, cum in vitibus pauci racemi relinquũtur) ſic pauci fideles relinquentur, pereuntibus cæteris Iudęis infidelibus. Quanquã quod D. Hier. Relinquetur in ea ſicut racemꝰ: Lxx reddidere, Relicta fuerit in ea ſtipula, quia Hebraicè nõ eſt aduerbiũ illud, ſicut: & עוללות, quod Rabini aiunt ſignificare racemos, vt vertit D. Hieron. Vatablus vel quicũque eſt ille qui illam verſionem fecit, reddidit ſpicas, ſed Lxx ſenioribus multo maior habẽda eſt fides quam cæcis Rabinis, quippe antiquioribus & doctioribus multo: & ipſum verbi etymon hoc indicat, nam עלל, operari ſignificat, vndè עוללות, opera facta, & fructus omnes ſignificare poſſe videtur, non ſolum racemos ſed ſtipulas & ſpicas, vt reddidere Lxx. Significat etiam raphaim ſanos & huic loco conuenit mirabiliter, vt dicat Dominus deliget Chriſtus in valle redemptorũ, & ſanatorũ & curatorũ (hæc enim omnia ſignificat Raphaim) ſpicas, quæ oratio emphaſim habet, vt ſit ſenſus, pauculos eſſe delectos in valle vbi curatio, & ſanatio, & redẽptio generis humani ſit facta, & tam paucos eſſe delectos vt comparentur ſpicis quę in ſpicilegio leguntur, vel racemis comparentur, qui facta vindemia leguntur in racematione: cum gẽtes infideles ad Chriſtum momento temporis ſint conuerſæ. Significat etiam Raphaim mortuos, neque hoc male conuenit huic loco vt dicas à Chriſto pauculos eſſe delectos in valle Raphaim

Universidad de Deusto
Biblioteca

phaim.i.mortuorum,hoc est Iudęorum,quos Dominus mortuos appellat:Sine mortuos sepe A
lire suos mortuos:significat etiam Raphaim gigantes,& potentes. In illa ergo valle quæ olim
erat gigantum .i.populi Dei,quæque tulit tot prophetas, tot sanctos viros, nunc pauculæ de-
ligentur spicę,significat lapides pretiosos vt sit sensus,ex terra sanctorum à Christo pauculos
esse deligędos,nam sanctos appellatos esse gemmas,& smaragdos dictum est in illa verba ca-
pitis 13.pretiosior erit vir auro.Et est canon interpretandæ scripturę si verbum vnum multa si-
gnificet,quæ ad rem, de qua agitur pertineant,omnia illa ab spiritu sancto fuisse significata:&
ideo à D.Hieronymo hæc vox non est Latinè reddita, quod multos haberet intellectus huic
sententiæ consentaneos.Procop. hæc omnia vt dixi ad Christi tempora refert,& EVSEB. de-
monst.Euangelicæ lib.2.cap.31. cum enim proposuisset se dicturum vaticinia, quibus præd-
ctum erat post crucem Domini delendum populum Iudæorum, subiecit hunc locum, quod
idem fecit eodem lib.2.cap.42.& planiora hæc putat,quam vt interpretanda sint.

D. HIERONYMVS.

Et sicut excussio oleæ duarum vel triũ oliuarum in summitate rami: siue qua tuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dñs Deus Israel.

LXX VIRI.

Aut sicut grana oliuæ duo vel tria B
in summitate sublimi, vel quatuor
vel quinque in ramis eorũ derelin-
quẽtur. hæc dicit Dñs Deus Israel.

PROCOP.his verbis, puto spicas,chorum apostolorum significare,de quibus dictum est:
Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen : Horum nanque lectissimos nunc alio
significat exemplo, Grana, inquiens, duo vel tria, quæ verba significant idem quod superiùs
per spicas significatum est,tanta raritas fidelium erit temporibus Christi, vt summi principes
illorum futuri sint duo vel tres,id enim significat illa oratio: In summitate sublimi quasi dicat
duos vel tres excellẽtissimos fututos,interim enim numero binario,interim ternario nomina
tur. Treis enim adhibuit testeis Dominus transfigurationis suæ Petrum,& Iacobum, & Ioan-
nem:treis introduxit secum quando suscitauit filiam archisynagogi. Omnes autem ij, qui
hic numerantur duo tres,quatuor,quinque,quatuordecim efficiunt apostolos, ita vt duode- C
cim addatur Paulus,& Iacobus frater Domini,qui efficiunt quatuordecim.hi autem reperiun
tur in summitate sublimi oleæ,hoc est in Iudæorum successione.Hanc oleam Paulus,pulchrã
oleam nominat,& radicem sanctam. Hæc Procop.Idem ait EVSEB.Cæsariensis lib. 2. cap. 32.
& cap.42.Cum enim populum Iudęorum delendum fuisse significauerit propheta post crucẽ
Domini,granis his perpaucis significauit,inquit,apostolus, qui Christo crediderunt. Hoc lec-
tio Hebræa præfert,in qua sine coniunctione disiunctiua legitur, duo,tria grana in capite ra-
mi, quatuor, quinque in ramis eius fructus eius, quasi dicat hunc fuisse fructum huius oli-
uæ. i. populi Iudæorum, vt disiunctiones lectionis vulgatæ pro coniunctionibus copulationis
sint accipiendę,quando Hebraicè copulatiuè dicuntur,non disiunctiuè,In summitate rami,&
in cacuminibus eius, in summo fastigio huius oleæ hoc est populi Dei, Nam apostolos ante-
ferendos esse prophetis docet ISYC.in Leuit.lib.2.in illa verba, Tollens autem de canistro a-
zymorum,quia maiorem perceperunt gratiam apostoli quam prophetæ. Et apostolorum ser
mones, præponuntur sermonibus prophetarum, & docet hunc ordinem seruasse Paulum. i.
ad Corinth.cap.12.posuit Deus in Ecclesia primum apostolos,deindè prophetas,vndè per ap- D
positionem sequitur fructus eius. i.qui apostoli per excellẽtiam dicuntur fructus huius oliuę
vt cum vrbem, per excellentiam Romam accipimus,& quum Homerum per excellentiã poẽ
tam nominamus.Dicit Dominus Deus Israël:Hæc verba poni solẽt,vt fixum,& stabile ostẽ-
datur futurũ id quod prędictum est,si quidẽ dicit Dominus,cuius dixisse, fecisse est.

D. HIERONYMVS.

*In die illa inclinabitur homo ad fa-
ctorẽ suum,& oculi eius ad sanctũ
Israël respiciẽt. Et non inclinabitur
ad altaria,quæ fecerũt manus eius,
& quæ operati sunt digiti eius,& nõ
respicient lucos,& delubra.*

LXX VIRI.

Die illa cõfidens erit homo sup eo, qui
fecit eũ, oculi autẽ eius in sanctũ Israël
respicient. Et non confidentes erunt in
altaribus, neq; in operibus manuũ eo-
rũ, quæ fecerũt digiti eorũ, nõ videbũt
arbores,neq; abominationes eorũ.

Quidam

A QVidam è nostris,nominis etiam celeberrimi,hæc & superiora referunt ad Assyrios,R esi-
dui aiunt tribuum conuersi sunt ad tribum Iuda. Quid tum posteà? quasi verò non pla
num sit,non solùm residuos tribuum,sed populum Iuda refertum fuisse idolatria, etiam post
vastitatem inuectam ab Assyrijs, quod obijcit Dominus penè omnibus vaticinijs Hieremiæ
& Ezechielis,& ea causa vastatur Hierusalem à Babylonijs, & Iudæi captiui ducuntur Baby-
lonem: vt si sic interpretaremur,falsa futura fuerit prophetia, & mendax, quæ ait, Non incli-
nabitur ad altaria,quæ fecerunt manus eius, imò post deletas decem tribus, multò magis Iu-
dæa fuit dedita idololatriæ,quàm decem tribus fuerant olim, quod Dominus significat apud
Ezechielem, similitudine illa duarum illarum fœminarum,Oolla,& Ooliba, vt nec hæc, nec
superiora vllo modo Assyrijs possint congruere. Magis placet sententia EVSEB. lib. 2.c.31.
qui hæc verba interpretatur de conuersione Gentium ad Christum, & ad Deum Israël. Cùm
enim conuersionem Gentium dixisset à prophetis fuisse præsignificatam inter alia, eius rei
vaticinia hunc locum subiecit,vt sensum huius loci crediderit,in aduentu Domini vniuersum
B orbem conuertendum esse ad Christum. Et cap.43. idem Euseb.hunc locum citans,Post vati-
cinia vastitatis Iudæę, inquit,& post prophetias de reliquijs Israël, quæ saluæ factæ sunt,con
sequenter his verbis præsignificat conuersionem Gentium ad Deum Israël,relicto errore ido
lolatriæ.PROC.Post apostolos,inquit,consequenter his verbis,gentium conuersio est præ-
significata, & auersio nationum à dæmonum cultu.

D. HIERONYMVS.

*In die illa, erunt ciuitates fortitudinis
eius derelictæ sicut aratra, et segetes,
quæ derelictæ sunt à facie filiorum Is-
raël,et erit deserta, quia oblita es Dei
saluatoris tui,et fortis adiutoris tui nõ
es recordata.*

LXX VIRI.

In die illa, Erunt ciuitates tuæ dere
lictæ, quemadmodum derelique-
rũt Amorrhæi, & Euæhi à facie fi-
liorum Israël:quia dereliquisti Deũ
saluatorem tuum , & domini Dei
tui non es recordata.

C

quæ Amorrhæorum & ramus vel Euæorum aratrum relictum sicut fortitudinis ei⁹ ciuitates illa In die
וְהָאֲמֹרִי אֶשֹׁר (vel) הַחִוִּי וְהָאֲמִיר (vel) בַּעֲזוּבֹת הַחֹרֶשׁ פְּעֹוֹ בְּיוֹם הַהוּא עָרֵי
recordata es non adiutoris tui fortis & Iesum tuũ Deum oblita es qm̃ deserta erit & Israël filiorum à facie reliquerũt
עֻזְבוּ מִפְּנֵי בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְהָיְתָה שְׁמֵמָה כִּי שָׁכַחְתְּ אֱלֹהֵי יִשְׁעֶךָ וְצוּר מָעֻזֶּךָ לֹא זָכָרְתְּ

DIctum est suprà, repetendumque sæpè est, quoties propheta citat verba testamenti ve-
teris,citari ea tanquam typum eius prophetiæ, de qua agitur. Sic hoc loco citat prophe-
ta historiam Iesu Naue,pro typo Iesu saluatoris nostri: vt enim Iesus Naue vrbes diruit Cana-
næorum , Amorrhæorum, & Heuæorum , & nationes illas expulit , & collocauit illic popu-
lum Dei , relictis tamen, qui populum Dei armis lacesserent , ne obluiisceretur Dei : sic Iesus
seruator noster,expulit nationes infideles, præcipuè impios Iudæos , vt ibi ecclesiam planta-
ret,quæ toto germinaret orbe,vt est apud Hieremiam cap. 1. vbi Hieremias typus Domini e-
uulsit gentes,expulit nationes infideles,dissipauit populos,soluit populum fidelem , ædifica-
b uit ecclesiam , quoniam Iudæa reliquit Dominum seruatorem suum , vel, vt Hebræa lectio
præfert , quoniam Iudæa reliquit Deum Iesum suum, peius tractata est, quàm reliquæ natio-
nes , nam eius vrbes sunt erutæ , & illi suis ædibus pulsi , vt olim Heuæi & Amorrhæi. Sic
PROCOP.hunc locum explanat: Historia (inquiens)Iesu Naue typus fuit Iesu seruatoris no
stri , qui expulit reliqua imperia , & toto orbe suam ecclesiam collocauit . Et rursum Procо-
pius idem , Quemadmodum olim pulsi Amorrhæi sunt , & Heuæi his sedibus ob infidelita-
tem,& tu introductus es in eas ô Israel , sic tu pelleris ijsdem sedibus , vt habitent alij . Vtris-
que enim Iudæis , & Amorrhæis impietas causa expulsionis fuit. Amorrhæis quidem infi-
delitas, vobis , quod Dominum vestrum Iesum reliquistis : sic enim præfert lectio Hebræa.
Hæc Procopius . Vndè apparet , veteres Theologos adnotasse , pro eo quod D. Hieronymus
vertit,Oblita es Dei saluatoris tui: Hebraicè esse , Oblita es Dei Iesu tui : pro quo Lxx senio-
res reddidere σωτῆρα , quo nomine Iesus in euangelicis litteris nominatur . Iudaizantes his ad-
uersantur,quos refutauimus in commentarijs in caput duodecimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EVSEB. Cæsarienſ. lib.2. euang.demonſt.cap.31. eodem hæc refert quo Procop. vt ex titulo capitis intelliges. Adde his, ſignificaſſe prophetã Eſaiam, complendam eſſe prophetiam Moſis, qua prædixit Deuteron.cap.28.&.29. vaſtandos Iudæos eſſe, & pellendos proprijs ſedibus, quòd non ſeruarint legem, quòd apertiùs prædixit Ioſue cap.23. Sicut impleuit opere Dominus quod promiſit, & proſpera cuncta venerunt, ſic adducet ſuper vos quicquid malorum comminatus eſt, donec vos auferat, atque diſperdat de terra. Quod ſignificauit etiam IOSEP. Iudaicæ antiquit.lib.4.in fine poſtremi cap. Nec te perturbet quod miratur D.Hierony. Lxx viros vertiſſe, pro, ſegetibus, & aratris, Heuæos, & Amorrhæos, cùm lectio Hebræa nihil tale agnoſcat, nam poſteà idem Diuus nos docuit, vt ſuprà pluribus diximus, Lxx viros ſecutos ſæpè ſententiam, non verba: & ſic ſacras literas fuiſſe interpretatos, vt ſenſus ſacros eruerent, verba non morarentur. Et hoc laudauit Iuſtinianus, laudauit omnis antiquitas in Lxx viris, quòd ſenſa explicant ſcripturæ, non numerant verba, quòd vice commentarij, quædam verba de ſuo addiderint, qua de re, multa in diſputatione de tralationibus diximus. Itaque his verbis additis planè ſignificarunt Lxx viri id quod Procop. & Euſeb. nos docent, citari hanc hiſtoriam legis veteris, pro typo temporum Chriſti. Et qui minus licuit Lxx viris ſubaudire Amorrhæi, & Heuæi. ſ. quàm Vatablo? qui ſubaudijt in commentarijs ſimilem vocem, vbi ait, Relinquunt (ſubaudi Chanæi) Sed alij ad Aſſyrios referunt, inquies, non moror. Lxx viri planè hæc ad Chriſti tempora referunt, iam indè à principio capitis, ſi ſingula expendas. Sed quid? quod perexigua mutatione literarum in Hebræa lectione efficies interpretationẽ Lxx? ſi in prima dictione חרש ה.i.aratrum, pro ר, ſcribas ו, & pro ש, ſcribas י, & ſic legas חרי ה.i. Heuæorum, in ſecunda dictione אמיר ה. i.ramus, tranſmutes tantùm vnam literam י, & legas אמרי ה.i.& Amorrhæorum, quod in ſacris literis in codicibus Hebræis, plurimis locis factum eſſe docuimus ex authoritate etiam Rabinorum, etiam vbi nulla Iudæorum fraus eſt.

Lxx viri commentarij ſunt, et explanant ſcripturæ typos.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Propterea plantabis plantationem fidelem, et germen alienum ſeminabis.	Propter hoc plantabis plantationẽ infidelem, & ſemen infidele.

DIuus Hieron. Hebræam lectionem ad verbum reddidit. Lxx ſic hæc interpretãtur, Propterea plantabis plantationem fidelem. i. quia oblita es Dei Ieſu tui, vt ſuprà dixit, & Chriſtum non recepiſti, eris cauſſa vt infideles nationes plantentur in eccleſia, & vt oleaſter inſeratur oleæ. Itaque quod Hebraicè eſt, Plantationem fidelem, reddidere Lxx, veluti ſcholio quodam. i. plantationem infidelium, quòd ex infidelibus nationibus plantata ſit eccleſia fidelium, & ideo fidelis & pulchra dicitur eccleſia. Verbum enim Hebræum, fidelem, pulchram, & amœnam ſignificat, quæ nomina omnia eccleſiæ catholicæ conueniunt. Sed pro fideli, pulchra, & amœna hac plantatione. i. pro hac eccleſia pulchra, fideli, & amœna, reddidere Lxx, plantationem infidelem, quod infidelis oleaſter, hoc eſt, infidelis populus Gentium, inſitus oleæ eſt, & indè facta eccleſia fidelis, pulchra, & amœna. Idque ita fecere, veluti paraphraſi facta ex verbis ſequentibus, vt interpretarẽtur verba prophetæ de vocatione Gentium, quòd ita explanatur ab ipſo propheta verbis ſequẽtibus: Et germen alienum ſeminabis, quod Lxx interpretantur etiam. i. ſemen infidele, hoc eſt, nationes idolatras: vt ſit ſenſus, Plantabis plantationem fidelem, id eſt, plantabis plantationem fidelis eccleſiæ, ex populo Gentium infideli. Et germen alienum ſeminabis. i. eris cauſſa, vt nationes infideles, & alienæ introducantur in eccleſiam, iuxta illud: Vobis oportebat primùm prædicari verbum Dei: ſed quia vos non recipitis, ecce conuertimur ad Genteis. Lege AVGVS. de olea, & oleaſtro, & plantatione, cùm alijs locis plurimis, tum in.4.cap. Ioann. tract.16. in illa verba: Vade, filius tuus viuit: vſque in finem tractatus.

Lxx viri ſcholaſte.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
In die plantationis tuæ, labruſca.	In die qua plantaueris, errabis.

IN die plantationis tuæ, labruſca. Id eſt, in ea die qua cauſſa fueris, vt Gentes infideles plantentur in eccleſia, & vt oleaſter, id eſt, infidelis Gentium populus inſeratur oleæ, labruſca, id eſt, manebis tu (ô ſynagoga) labruſca, & vua fœtida. Senſus ergo eſt, cum intromiſſæ fuerint in eccleſiam nationes, & cùm oleaſter inſeri cœperit oleæ, fiet excluſio Iudæorum ab

A rum ab eccleſia, quod Paulus inquit ad Romanos cap. 11. illorum delictum ſalus eſt gentibus: &, quod ſi delictum illorum delitiæ ſunt mundi: &, quòd diminutio eorum, diuitiæ Gentium: &, amiſsio eorum, reconciliatio eſt mundi. Lxx viri, pro, labruſca, reddidere errabis: vt ſit ſenſus, In die plantationis. i. in die qua plantaueris nationes infideles, hoc eſt, cùm fueris cauſſa, vt gentes infideles plantentur in eccleſia, errabis. i. excluderis, hoc eſt, quando Gentes intrabunt in eccleſiam, fiet excluſio Iudæorum. Verbum Hebræum ſi deducatur à שגה, cum puncto in parte dextra, ſignificabit errabis, vel ignorabis, & ſic vertiſſe videntur Lxx viri. in die qua plantabitur eccleſia, excluderis (ô ſynagoga) & occœcaberis. Si verò punctum ſit in parte ſiniſtra, vertes, Multiplicaberis, & creſces, vt reddidere Vatab. & Pagninus, quod referri poteſt ad illud, quod vno die credidere quinque hominum millia: & vulgatus ſcripturæ canon eſt, vt de parte loquamur tanquam de toto, & cùm pars Iudæorum ſit occœcata, Iudæos occœcatos dicat ſcriptura: & cùm pars crediderit, & numerus credentium fuerit multiplicatus, Iudæos credenteis multiplicatos dicat.

B

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Manè ſemen tuum florebit.	Manè ſi ſeminaueris, florebit in meſſem.

MAnè ſemen tuum florebit. i. diluculo illo reſurrectionis, florebit ſemen tuum, Quia ſi granum frumenti mortuum fuerit, reſurgens multum fructum afferet. Et ideo poſt reſurrectionem ſemen tuum florebit. i. erit magnus credentium numerus, erit multus ille fructus, quem Dominus dixit, oriturum ex grano illo frumenti, quod cadens in terram, fuerit mortuum. Vna enim prædicatione, vno miraculo, vna ſeminatione verbi Dei, multa credidere hominum millia, quæ completa ſunt Spiritu ſancto, & quæ floruere ſtatim, & fuit matura Deo meſsis. Quòd ſignificauere Lxx ſeniores, cùm reddidere: At manè ſi ſeminaueris, florebit in meſſem. Quod eſt idem cum illo capitis poſtremi, Parietur gens ſimul: ſimul enim partus eſt populus Chriſtianus, & vna ſeminatione nata meſsis eccleſiæ eſt, & maturuit poſt reſurrectionem, quod Lxx ſeniores dixere, Manè, cùm modò tria millia ſimul credidere, modò quinque millia. Gens ergo Chriſtiana nata eſt ſemel, & manè ſeminata floruit ſtatim C in meſſem maturam Deo.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Ablata eſt meſſis in die hæreditatis, et dolebit grauiter.	In die hæreditatis, ſicut pater hominis hæreditabit filios.

HAEc omnia enodamus conuenienter ſanctorum interpretationi, nam veteres patres, qui ſuperiora interpretantur, hæc adeò perſpicua putant, & plana, vt non putent interpretatione indigere. Senſus ergo huius loci eſt: In die hæreditatis. i. in die paſsionis Chriſti & œconomiæ redemptionis, quo die patefactus aditus eſt ad cæleſtem hæreditatem, & ad bona promiſſa patribus, & vt homines diuinæ efficerentur conſortes naturæ, & panem de cælo miſſum acciperent, vt non morerentur in æternum, & in Dei filios adoptarentur. In die ergo huius hæreditatis, quo adituri erant hanc tantam, & talem hæreditatem, ablata eſt meſsis, id eſt, ablata eſt hæc tanta fœlicitas, & ad Gentes tralata eſt, quia enim indignos ſe fecere D Iudæi regno Dei. conuerſi ſunt apoſtoli ad Genteis. Tralatio Lxx ſeniorum idem ſignificat, ſed videtur eſſe vitiata. Quòd enim dixit D. Hieronymus conuenienter lectioni Hebræę, In die hæreditatis ablata eſt meſsis: dixere Lxx ſeniores, In die hæreditatis hæreditabit filios tuos, hoc eſt, in die paſsionis Chriſti, populus Gentium de quo ſermo erat, quem dixerat inſitum in oleam, hæreditabit filios tuos, hoc eſt, adibit hæreditatem, quam adituri erant filij tui: hoc enim ſignificant Lxx ſeniores, cùm dixere, Hæreditabit filios tuos, id eſt, adibit hæreditatem filiorum tuorum, vt pater hominis. i. ſicut pater filij mortui adit hæreditatem, nam populus Iſraël filius videtur totius hominũ multitudinis, quia vt docet D. Thomas p.3. q.7. articulo.2. Primus Abraham à ſocietate infidelium ſe ſegregauit, vnde natus eſt populus Dei, qui fortaſſe hac cauſa iuxta hãc tralationẽ, dicitur filius hominũ multitudinis, quod ſegregatus erat ex hominum multitudine: mortuo igitur populo Iſraelitico, tanquam filio populus gentium, in eius locum eſt ſuffectus tanquam pater, iuxta hanc interpretationem. Itaq; quòd D. Hieron. reddidit, Dolebit grauiter (ſubaudi, populus Iudæorum) non ſolùm excluſus hæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reditate,& ecclesia, sed concisus cladibus à Vespasiano & Hadriano, luens immane facinus, A
quod admisit aduersum Dominum, hoc reddidere Lxx seniores. Sicut pater filij, quod lectio Hebræa vtroque modo verti possit:

hominis pater sicut
grauiter dolebit & hæreditatis in die messis Aufugit
נֵד קָצִיר בְּיוֹם נַחֲלָה וּכְאֵב אָנוּשׁ

Quot verba Hebræa sunt, tot punctis, velut obelis sunt iugulatæ dictiones Hebrææ, tanquàm malè translatæ à D. Hieron. Non solùm enim Iudæi commentis inter ipsos falsis interpretationibus se mutuò decipiunt (vt vtar verbis Iustiniani, & vt ait IVST. philosophus martyr in dialogo aduersus Tryph. Iudæum) sed audent etiam pergere porrò & Christianis offundere tenebras, & erroris arguere Diuum Hieron. veritatis magistrum, & audiuntur à quibusdam è nostris, si Deo placet. Hæc omnia ita inuersa videas in tralationibus eorum, qui ad Iudæorum præscriptum vertunt scripturam, vt non agnoscas verba prophetæ. Facere enim solent Iudæi (vt docent Athanas. Hilar. Orig. & alij patres) vt suis fallis interpretationibus ad nihilum recidant verba prophetæ. Ergo Hebræa verba sunt נד, migrauit, à verbo נוד, demigrare: nam נד, Genes. 4. mobilis, nomen est. & Hierem. 50. נדו, moti sunt, migrauerunt. Et sic B
D. Hierony. reddidit נד. i. ablata est, migrauit. קָצִיר, messis. בְּיוֹם, in die. נַחֲלָה, hæreditatis. Nec scio cur obelo iugulent hanc dictionem, nisi necesse sit, vt D. Hieron. Iudaizet, nisi velit Iudaizantium nota inuri. נחל, hæreditare est, & נַחֲלָה, hæreditas, vt Numer. c. 18. Ego pars & hæreditas tua. Et ibidem, Dominus est hæreditas eorum, vbi pro hæreditate est נחלה. Post sequitur וּכְאֵב, & dolebit. אנוש, grauiter (vt reddidit Diuus Hieronymus) Sed hoc postremum Lxx seniores aliter verterunt, quia כְּאֵב, potest esse vna dictio כְּאֵב. i. dolebit. Et sic dispunxit D. Hierony. vt sit verbum, & significet, dolebit: non vt dispungunt Iudaizantes כְּאֵב. i. dolorem. Quanquam & sic quoq; videri potest dispunxisse, & pro nomine, vertisse verbū. Lxx viri duas fecere editiones, nā pro כאב. i. dolebit, aut dolor legere. כ אב. i. sicut pater. אָנוּשׁ sic dispunctum, desperatum, significat, & insanabilem, vel insanabiliter, & desperatè, vt accepisse videtur D. Hieron. qui pro dolore insanabili, & desperato dixerit, dolebit insanabiliter, & desperatè: quæ lectio confirmat magis id, quod suprà dixeramus ex authoritate veterum patrum, hoc caput esse de mysterijs Christi, & de vastitate Iudææ inuecta à Romanis desperata, & insanabili: nunquam enim instaurabuntur vrbes Iudææ, neque reuocabitur illorum captiuitas, vt ex superioribus captiuitatibus erant reuocati. Sed eadem illa dictio אָנוּשׁ, aliter dispuncta hominem significat: & ideo Lxx seniores reddidere, Sicut pater hominis: vt sit, Populus Gentium adibit hæreditatem populi Israëlitici mortui, sicut pater hominis. i. sicut pater filij mortui adit hæreditatem.

D. HIERONYMVS

Væ multitudini populorum multorum, vt multitudo maris sonantis, et tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum, sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, et increpabit eum, et fugiet procul, et rapietur sicut puluis montium à facie venti, et sicut turbo coram tempestate.

LXX VIRI.

Væ multitudini Gentium multarum, sicut mare inundans, sic conturbabitur, & sonitus Gentiū multarum quasi aqua sonabit: sicuti aqua multa, Gentes multæ, quasi aquæ multæ vi impulsę, & exterminabit eos, & procul eos prosequentur sicut puluerem montium ventilatum à facie venti, & sicut puluerem rotę tempestatis impellentis. D

POst vaticinia apostolorum, & cōuersionis Gentium ad Christum, & expulsionis Iudæorum ex suis vrbibus, quam futuram dixit esse similem expulsioni Heuæorum & Amorrhæorum, quòd non receperint Iesum Deum suum, & post descriptam Gentium plantationem in ecclesia, & obcœcationem populi Iudaici, quam causam dixit futuram, vt populus Gentium adiret hæreditatem bonorum cælestium quæ promissa erant populo Iudæorum, vt dictum est ex Procopio, & Eusebio Cæsariensi: describitur nunc conuenienter superioribus, aduentus exercitus Romanorum, siue sub Adriano, siue sub imperatore Vespasiano. Væ multitudini populorum multorum: seu vt Lxx vertere, Væ multitudini Gentium multarum: quod exercitui Romano conuenit, nam sub signis Romani imperatoris multæ nationes militabant. Et mos est scripturæ, vnam nationem, populum nominare, quod declarant hoc loco Lxx, cùm populorum multorum, interpretantur nationum multarum, vt multitudo maris sonantis, & tumultus turbarum. i. tantus erit tumultus turbarum, hoc est, nationum, quæ sub signis Romanis militabunt, quanta est multitudo maris sonantis, fluctuum maris turbati, & cōciti, quod significat etiam tralatio Lxx, Sicut mare inundans, vel fluctibus agitatū, sic conturbabitur, vel tumultuabitur exercitus Romanus.

D. HIERONYMVS.

In tempore vespere, et ecce turbatio in matutino, et non subsistet.

LXX VIRI.

Ad vesperam erit luctus, priusquā manè, & non erit.

HAEc postrema loca possent facere cum interpretatione Iudæorū, quā sequuntur Theodoretus, & nostrorū plærique, & si reliqua quæ suprà dicta sunt sic essent, vt vtriq; sententiæ conuenirent, liberum esset vtramuis sententiam sequi: sed suprà ostendimus, sententię de vastitate Assyriorum multa repugnare. Igitur prædicitur hîc vastitas Hierosolymorū, quę vrbs cùm Asiæ florentissima esset, & munitissima, intra breuissimum tempus deleta à Vespasiano est, vt cùm vespere Vespas. admouerit exercitum, antequam diluceſceret iam capta, & diruta erat: quod dedecus cùm vellet Iosephus refellere, quòd ita res accidisset, & ita vulgò diceretur: vel, quia fortasse obsessa vrbs à ducibus Vespasiani esset aliquandiu, & ea nocte qua cum vniuerso exercitu aduenit Vespasianus, fuerit deleta, vt Iudæis gratificaretur Iosephus, libri cōscripsit, vbi deriuare tantum dedecus à se conatur & à suis, & aliquandiu pugnatum, prodidit priusquam subuerteretur vrbs Hierosolyma: & fortasse dictū sic hoc est, quòd obsessio perexiguum tempus durauerit. Huius rei indicia, leges in procœmio Iosephi de bello Iudaico. Propheta ergo prædicere videtur, quod verè accidit post Christum passum: tanta ira fœuisse Deum in Iudęos, vt vespere muris Hierosolymorū admotus exercitus fuerit, & priusq; diluceſceret, iam vrbs concidisset: quod apertè præ se fert tralatio Lxx, Ad vesperā erit luctus priusquàm diluceſceret, & non erit: ad vesperam erit luctus, ingruentibus hostibus, & cingen C
tibus vrbem obsidione. Vrbs cincta erat obsidione à ducibus Vespasiani, nocte adfuit Vespas. cum vniuerso exercitu, & priusquàm diluceſceret iam non erit, quia ante diluculum iam erat diruta vrbs, quod sic factum, & sic fama vulgatum summa vi conatur refellere Iosephus, vt faueat suis. Hæc lectio non tam congruit Sennacheribo: cur enim ad vesperam erit luctus? quę hunc luctum intelliges? nam fateor vna nocte vniuersum exercitum ab angelo esse peremptū, non præsensit tamen exercitus futurum, vt impendente malo lugeret: neque potest ad Hierosolyma referri, quæ nunquam fuit obsessa à Sennacheribo. Quòd si referas ad terrorem quem Sennacheribus intulit Hierosolymis, hic pauor non perterruit Hierosolymitanos vespere, nā cæperat Assyrius omnes penè Iudææ vrbes, aderat iam capturus Hierosolyma, misit Rapsacē qui exprobraret Deo Israëlis, & intelligis tu tantùm hoc euenisse vespere, vbi per tot dies erat hîc luctus, hic pauor, itiones, & reditiones ad Esaiam prophetam, confabulationes Iudæorum, & hostium, & adhortationes ad deditionem, & reditus Rapsacis ad Senacheribum qui aliam iam vrbem oppugnabat? quomodo verum erit vespere fuisse luctum, manè deletum esse exercitum? Quòd si de proximo vespere intelligas, & de proxima nocte, qua deletus est exercitus Sennacheribi: nec hoc quidem conuenit, nam iam per prophetam Esaiam iussus erat rex D
sperare benè, & ostensa Hierosolymitanis ciuibus salutis spes erat, iusserat Dominus deponere timorem, dixerat Dñs nihil esse pericli, iam eo vespere absterſæ erant lacrymæ, iam exspectabant salutem, quā promiserat Dñs cùm nunciata illis salus est multo ante. Nō igitur conuenit tēporibus Sennacheribi, vespere erat luctus, tantū, quantum euersioni Hierosolymorum.

D. HIERONYMVS

Hæc est pars eorū qui vastauerunt nos, et sors diripientium nos.

LXX VIRI.

Hæc pars prædantium nos, hæreditas hæreditantibus nos.

HIc quoque locus ad vtrāq; sententiam referri potest ad Sennacheribū, vt sit sensus, has pœnas pendunt qui nos deuastant, quas pepēdit Sennacherib cum suo exercitu, vel ad illud, quod Dñs dixit Matth. c. 23. vt veniat super vos omnis sanguis iust⁹, qui effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguiné Zacharię filij Barachię: vt sit sensus, has pœnas pē

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit Hierusalem ab imo versa,quod occiderit prophetas, & Christum Dominum, quod dixit A
Dominus eodem loco: Hierusalem,Hierusalem,quæ occidis prophetas, & lapidas eos,relin-
quetur domus vestra deserta.Hæc est ergo pars eorum, qui deuastauerunt nos. Nã depreda-
bantur bona prophetarum, & sanctorum,& ipsos occidebant. En quomodo ab initio capitis
ad finem vsque,omnia inter se cohęrent,& congruunt,nihil repugnet,nihil reluctetur,si tem-
porum Christi historiam hoc capite describi intelligas.Si verò historiam Senacheribi,& Assy
riorum esse putes,mille reperies nodos inexplicabiles,quos neq; dissoluere,neque gladio dis-
secare poteris.

IN ESAIAE CAP. XVIII.

D. HIERONYMVS.

Væ terræ cymbalo alarũ, quæ est trans flumina Æthiopiæ, qui mittit in mare legatos,et in vasis papyri super aquas.

LXX VIRI.

Væ terræ nauium alarũ trans flumina AEthiopiæ,qui mittit in mare pacta,& epistolas papyraceas. B

CAput hoc, vt plenum est mysteriorum,ita obscurissimũ. Quid sentiat D. Hieron. cuiuis videre licet quod sit omnib⁹ ad manum. Ego in interpretando hoc cap. vtar illo canone scripturę,præscripto à D.Aug.vt Græcã,Hebræã,Latinamq; editionẽ conferã,& eum semper sensum sequar,qui omnib⁹ maximè cõgruere videatur.

OECVM. in Prolegom. epistolæ ad Rom. in scholio, hunc locum explanat his verbis: Inuenimus in veterum commentarijs quod sacerdotes,& scribæ,& seniores, qui Hierosolyma inhabitabant, exaratas literas ad omneis nationes transmitterent ad Iudæos, vbicunque terrarum dispersi essent,Christi doctrinam calumniantes,atque à Deo alienam, atque epistolis admonebant,ne illã susciperent,quod Esaias significat verbis illis: Væ terræ nauiũ alæ quæ C
mittit per mare pacta vel concordias,& epistolas papyraceas super aquas. His enim verbis significat quod vltra AEthiopum regiones,& nouissimos terræ fineis sonus malitię eorum,qui Iudæam in habitabant per quædam velut alata nauigia processerit: & illorum legati literas papyraceas deferentes,super aquas nauigantes,mareque transeuntes vbique terrarum discurrebant,sermonemque,qui de saluatore nostro erat,calumniãtes. Hæc Oecumenius. Quam sententiã fuisse etiam Eusebij Cæs. docet D. Hieron. neq; scio cur eam improbet, quámue aliam quærat historiã, vbi historia est euangelica. Hoc idẽ prodit IVST. in dialogo aduersus Tryphonẽ Iudæum,penè verbis ijsdẽ. Iuxta hanc sententiã,sic explanabimus principiũ huius cap. Væ terræ cymbalo alarum. i. væ terræ Iudææ ob alatas naueis,quæ percussæ ventis cymbalorũ sonum reddunt: Væ,inquam,terræ Iudææ ob alatas naueis,quas mittit in omneis parteis orbis terrarũ,quæ est trans flumina AEthiopiæ. i. quorum homines sunt vltra AEthiopiam profecti illuc, vt abducant Iudæos, & nationes à Christo, & blasphemare doceant nomen Christi, vt docet Iust. & est synecdoche: ponitur enim pars pro toto, AEthiopia pro omnibus terminis orbis terrarũ. i. væ Iudææ,quæ est in omnibus finibus orbis terrarum,illuc profecta, vt doceat blasphemare nomen Dñi. Idem significant Lxx, Væ terræ nauium alarum. i. caussa alarum D
suorum nauigiorum. Est enim forma dicendi Græca,vt in genitiuis causa sæpè intelligatur: vt sit, Væ terræ,causa alarum suorum nauigiorum, vltra flumina AEthiopiæ (sic enim vertes lectionem Græcam) id est, quibus peruolat etiam vltra flumina AEthiopiæ, hoc est, in omneis parteis orbis. Pro cymbalo (quod reddidit D. Hieron.) Hebraicè est צִלְצַל. i. inumbratione, vt sit, Væ terræ inumbratione alarum. i. Væ terræ multas mittenti naueis, quæ vmbram faciunt velis,& sic R. Dauid in lib. Radic. & in commentarijs interpretatur, O terra inumbrans alis,quod dictũ est ob multitudinẽ nauiũ,in quibus vela obumbrantia tenduntur,cùm ambulant ad modũ auiũ volantiũ suis alis. Et THARG. Væ terręad quã veniunt cũ nauibus è terra lóginqua,& vela sua extendũt,vt aquila volans alis suis. Qua sententia Iudęorũ apparet sensum huius loci OEcum. & aliorũ patrũ verissimũ esse: Verborũ eñ significationes à Iudæis petim⁹, vt inquit Chrysost. sensa à sanctis patribus. Væ ergo terræ Iudææ quę multarũ nauium pandit vela vt vltimas orbis parteis petat,& nomen Domini blasphemare doceat. Deindè: Qui mittit in ma-

A tit in mare legatos, diasaphesis est,quæ,q̃ obscure dictũ erat, explanat. Et sic dictũ est. Qui. ter
A minatione masculina,cum de Iudæa agat, vt apud poëtã. Pars arduus altis Puluerulentus equis furit. quãuis enim nomẽ fœmininũ sit ratione terminationis,q̃ de hominibus sermo est, masculino genere enunciatur. Lxx viri, q̃ Hebraicè est,legatos, reddidere συνθηκα fœdera, vel pacta, sic enim reddes ex Hebręa lectione, non obsides, vt interpretaremur, legatos de cõspiratione: quã quã tralatio Lxx trunca est,& lacera. Quod Hebraicè est, Vasa papyri super aquã, Lxx interpretãtur, epistolas papyraceas super aquas maris. i. Væ terræ Iudææ, quæ legatos, & epistolas mittit in omneis terrarũ parteis ad infamãdũ Christi nomẽ. ¶ En q̃ Iacob⁹ de Valẽtia epus Christopolitanus in psal. prologi tractatu. 6. prodidit Iudæos in vnũ quendã locũ conuenisse, vt manifestissima de Christo vaticinia viciarent, quod infinita quædã multitudo ex nationibus, & ex Iudæis ad Christum affluęret, & baptismo tingeretur, vt id impedirent. rudis quidem Hebręę linguæ Iudæorum dolos episcopus hic Christopolitanus non satis doctè aperuit, sed quę scripsit de hac re scripsit verissimè. Neq; id factum tantum est illo conuentu Iudæorũ, sed missis legatis in totũ orbẽ terrarũ vbi Iudæi agebant, qui toto orbe erãt dispersi, vt leges apud Iosephũ lib. 14. Antiquita. cap. 12. docebant suos oppugnare Christum & Christianos, & hos dolos B
& fraudes ad suos transmittebant, quod hoc loco propheta significat facturos iuxta sententiã Oecumenij, & Procopij, quod q; fecisse testatur Iustinus proximus temporibus Christi, quem tãquam virum apostolicũ citant Euseb. Basilius, Epiphanius, & alij patres. Is aduersus Tryphonẽ Iudæũ, scripsit Iudæos misisse legatos in totum orbẽ vt facerent id, quod Christopolitanus hic episcopus prodidit, & Iudæi fatentur id factum in quibusdã locis, vt leges in thesauro in dictione, Zamar, vbi rabbi Dauid id confitetur factũ in decem, & octo locis, q̃ factũ est in decies octies mille locis. Nostrũ ergo institutũ est defendere lectionẽ vulgatã. D. Hie. & ea causa fuit vt ex omni vetustate summa diligentia erueremus historiã Lxx virorum, vt eorũ authoritate, qui CCC annis ante crucẽ Christi scripsere, nostra tueremur, aperiremus Iudæorũ dolos.

Huius operis scopus est defensio vulgatæ editionis et sententiæ sanctorum.

D. HIERONYMVS

Ite angeli veloces ad gentẽ conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilẽ, post quem non est alius, ad gentem exspectantem, & conculcatam. C

LXX VIRI.

Ibunt enim nuncij leues (vel ibunt angeli veloces) ad gẽtẽ excelsam,& peregrinum populũ, & durũ, quis est vltra? ad gẽtẽ sine spe cõculcatã.

OEcum. loco citato, Hæc verba de discipulis dñi dicũtur, inquit, quos, eo quod omnibus hominibus bonorum euangelizatores, siue nuncij sint, angelos leues appellauit, ad eorũ distinctionẽ, quos Iudæi miserant aduersum Christũ. PROC. hunc locum interpretatur iuxta tralationẽ Symmachi, quã sequitur Hiero. Ite angeli veloces ad populum conuulsum, vel afflictum,& depilatũ, siue dilaceratũ. i. ad populũ fidelẽ, qui intrat per angustã portã,& ingreditur angustã viã, per tribulationes, qui depilatus est,& expoliatus bonis omnibus,& cõculcatus diceritur,& desperans. Iuxta horũ sententiã sic hic locus explanabitur, Ite angeli veloces, ite prędicatores euangelij, qui angeli dñi dicuntur in literis sacris, veloces, celeres. Percurrẽre enim intra breuissimũ tẽpus totũ terrarũ orbẽ. Ad gentẽ cõuulsam,& dilaceratam, ad populũ fidelem actũ per omneis tribulationes, relinquebant enim omnia vt sequerentur Christũ,& spoliabãtur ab infidelibus omnibus rebus, ingrediebantur viã angustam, lapidati, secti, occisi. Ad populũ terribilẽ, cuius causa multa facta sunt miracula. Post quẽ nõ est alius. i. supra quẽ populũ nullus alius est, cuius causa Deus tot fecerit miracula, Ad gentẽ expectantem,& conculcatã, q̃ hæc Derat professio Christianorũ, conculcari ab omnibus,& tollere crucẽ dñi,& sperare æternam vitã. Iubet ergo Dñs prædicatores Euangelij ire ad populũ fidelẽ,& hanc illis præscribere vitam, quam suis apostolis præscripsit Dñs, Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sum? potestis relinquere omnia? & simul prædicit hæc initia fore Christianæ religionis, postea conuertendum esse totũ orbẽ. [Ad gentẽ conuulsam:] Hebraicè est אֶל גּוֹי מְמֻשָּׁךְ, quod verbũ reddi potest ad gentẽ conuulsam, ad gentem tractã per oës tribulationes. Nã משׁך, trahere est, vel, Ad gentem preciosam, nã מָשׁךְ, preciũ est,& preciosum: & rabbini res preciosas sic vocari aiũt, quia suum nomen in longinquas regiones protrahũt. Hinc Lxx מְמֻשָּׁךְ, dictũ putant. i. preciosum, qui sic ediderẽ: Ibunt angeli ad gentem excelsam i. ad gentem cuius cõuersatio est in cælis, ad gentẽ pretiosam, iuxta illud, Preciosa in conspectu Dñi, mors sanctorum eius. Et dilaceratã, Hebraicè est

Universidad de Deusto
Biblioteca

cē est מורש.i. depilatā, vel dilaceratā, ad gētē, quæ se nudauit bonis omnibus, vt sequeretur Christū: vel. Ad gentē spoliatā ab infidelibus. Lxx, Ad populum peregrinū. i. ad ciues cælestis Hierusalem, de quibus D. Paulus ad Ephes. cap. 2. Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, qui ab eodē Paulo ad Heb. 11. peregrini dicuntur, & hospites super terram: iuxta quod vidētur Lxx vertisse, Ad populū peregrinum. Significat etiā vox Hebræa, tersum, mundatum, fulgentem. i. ad populum quem dñs sibi mundauit, & fulgentē omnibus virtutib⁹ reddidit: iuxta illud Pau. ad Eph. 5. Mūdās ecclesiā lauacro aquæ. & iuxta illud D. Petri. 2. epist. c. 3. Mundus mundatus aqua. Ad populum terribilem post quem non est alius, Hebraicè est אֶל עַם נורָא מִן הוּא וָהָלְאָה .i. Ad populum horribilē plusquā hic & vltra, hoc est ad populum, cuius causa multo maiora miracula fecit Deus, quam causa populi Iudaici sunt facta. Præter enim alia innumerabilia miracula, deleuit vniuersas vrbeis Iudææ, deleuit vniuersas nationes, & regna, vt suam ædificaret ecclesiam toto terrarum orbe. Nam prædictum erat id per prophetas, æditurum Dominum, causa populi Christiani, multo maiora miracula, quam olim erantædita causa populi Iudaici. Nam quæ in AEgypto ediderat dñs, typos fuisse eorum, quæ erat facturus in Christi aduentu, significare videtur dñs apud Micheā cap. 7. præcipuè si conferas tralationē D. Hier. cū tralatione Lxx, & cū tralatione Hebræa: Lxx horū loco reddidisse videtur, Ad populū laboriosum, quis est vltra? hoc est, ad populum qui omnes labores perfert causa Dñi. Ad gentem expectantem, quod spe salui facti sunt fideles. Lxx vertere: Ad gentem sine spe. quod relinquunt spes omnes humanas. Non dissimulandum est locū hunc videri mihi ex illorū numero esse, quos Iustinus vitiatos à Iudæis scripsit in trāslatione Lxx. Nam verba illa Hebræa אֶל עַם נורָא מִן הוּא וָהָלְאָה, in fine cap. repetūtur & explanātur à Lxx sic, אֶל עַם ad populum, נורָא, magnum, significat vox Hebræa terribilem, sanctum, & semper in scriptura pro re sancta, & diuina ponitur, vt in illo, Quā terribilis est locus iste, terribilis apud reges terræ: sanctū & terribile nomē ei⁹, vt designetur chorus apostolorū מִן הוּא, ab hoc (supple tepore) וָהָלְאָה & vltra. i, in ęternū, vt significetur populus fidelis, qui futurus est terribilis, & sanctus in æternū

A

B

C

D. HIERONYMVS

Cuius diripuerunt flumina terrā eius, omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cū eleuatū fuerit signū in mōtib⁹ videbitis, & clāgorē tubæ audietis.

LXX VIRI

Nunc flumina terræ omnia, sicut regio habitata habitabuntur, regio eorum quasi in signū à monte leuabitur, sicut tubæ vox audibile.

in montibus signum tollere cum terræ habitatores & mundi habitatores omnes terrā eius flumina vastarunt Cuius

אֲשֶׁר בָּזוּ נְהָרִים אַרְצוֹ כָּל יִשְׁבֵי תֵּבֵל וְ שֹׁכְנֵי אֶרֶץ כְּ נְשֹׂא נֵס הָרִים

audietis tuba clāgat cū & videbitis

תִּרְאוּ וְכִתְקֹעַ שׁוֹפָר תִּשְׁמָעוּ

HOc loco mutila est Lxx tralatio, & ideo multa non interpretantur patres veteres, sed quando iam in superioribus nobis præluxere facem, non difficile erit ad illud exemplū enodare sequentia. Cuius diripuerunt flumina terrā eius: forma dicendi Hebræa est, vbi flumina pro exercitibus ponuntur vt suprà in cap. 8. dictū est. Sensus est. Ite angeli veloces ad gentē cōuulsam, &c. i. ad populū fidelē, qui credidit ex Iudæis cuius terram, (scilicet Iudæam) flumina diripuerunt, cuius terra vastata est à T. Vespas. ne doleant scilicet, nā pro Iudæa vastata dabitur populo fidelium orbis. Prædicit propheta crucis sanctissimæ signum fore omnibus perspicuum, tanq̄ si elatū esset suprà omneis mōteis, nā tubæ clangor apostolica prædicatio est. Ergo PROC. vt res quæ super montem est, inquit, editissimum, prospicitur vndique, sic crux Christi, toto orbe erit nobilitatissima, vt omnes orbis habitatores, qui morantur in terra, videant signum sanctissimæ crucis, cùm eleuatum, & exaltatum fuerit. In montibus, non secùs ac si esset in montibus, ita videbitur vndique. Et audient omnes habitatores terræ tubam euangelicam, & credent Christo. Lxx viri videntur sententiā reddidisse, quanquā trunca quoque sententia est, Dicite, inquàm, angeli populo fideli flumina omnia esse habitanda. i. conuertendū esse totū orbē. Nā mos est scripturæ, nationes infideles appellare feras, & bestias, quod qui Deū non colit, homo non sit: & vrbes nationum infidelium, desertū nominare, quòd vrbes veræ religionis expertes, non sunt vrbes, sed bestiarū stabula, desertum, quòd frequentant feræ, & illa loca habitari dicit scriptura, quæ colunt serui Dei: ergo flumina terræ omnia habitabuntur. i. omnes fluuij, iuxta quos sunt vrbes, habitabūtur ab hominibus fidelibus, quæ anteà habitabātur ab infidelibus, & ideo desertū dicebātur, & ferarū stationes habitabūtur sicut regio habitata, & sicut

A & sicut populus Dei. Et regio eorum. i. ecclesia, quæ erit regio eorū, leuabitur, attolletur, quasi signū à monte. i. ex mōte, ex summitate mōtis, erit quasi vrbs super montē posita. vt sit ide cū illo, Mōs domus Dñi in vertice montiū. Et à Domino in euangelio dicitur, Sicut ciuitas supra montē posita. Sicut tubæ vox audibile. i. domus Dei erit super montē posita, in signū audibile. & audiatur, & cuius prædicatio audiatur, sicut vox tubæ. Hæc omnia esse veriora veris, apparet è tralatione Lxx virorum, qui verba illa Hebræa אֲשֶׁר בָּזוּ נְהָרִים אַרְצוֹ .i. cuius diripuerūt flumina terrā: aliter videntur legisse, mutata vna litera in fine huius capitis, vbi hæc eadē verba repetuntur. Nam hoc loco, expūcta est fortasse fraude Iudæorum ex tralatione Lxx virorū huius orationis tralatio. Legisse ergo videntur אֲשֶׁר בָּזוּאת נְהָרִים אַרְצוֹ quæ sic intellexisse videntur Lxx אֲשֶׁר qui בָּזוּאת in illis vt sit, Qui in illis אַרְצוֹ נְהָרִים fluuijs terræ eius: vt sit tota oratio, qui in illis fluuijs terræ eius. Reddidere enim, Qui est in parte fluminis regionis, vt declaretur chorus apostolorū, quē suprà descripsit, qui baptizabat in ripis Iordanis, & in Galilęa & ex eis locis delectus est à Dño, vt suprà dictū est in illa verba cap. 9. Terra Zabulon, & terra

B Nephthalim, ¶ Sed obijciunt viri doctissimi sacrarū literarū, quod dum defendo Lxx, dictiones Hebræas diuidā, vt hoc loco pro בָּזוּאוֹ .i. de populati sunt, legam בָּזוּ וְאֵת .i. in illa, vel in illis. Qui bus respōsum sit, me tueri lectionem receptā apud scriptores sacros, quæ euangelica verba sonat, authoritate veterum patrū, quos citaui in disputatione de tralationibus, & præcepto D. Hieron. de quo suprà dictū est millies, & exēplo eiusdem D. Hieron. qui in illa verba cap. 11. Oseę, post dūm. Verbum, maim, inquit, si simul legatur, aquas significat, si diuisim per tres literas mutatis punctis, mi iam, de mari, significabit. Vbi D. Hieron. vt defendat lectionē Lxx diuidit dictionē, & coniungit & vocales mutat. Et in illa verba ca. 1. Naū, Et in diluuio, verbum Hebræum mequomàh, quod ipse diuus interpretatur loci eius, ait omnes interpretes legisse diuisim, me quomòth, à surgentibus: vbi mutat literas, & pūcta, diuidit dictionē, cū pro, mequomah, vna voce, author est alios oēs legisse, me quomoth, mutatis literis, & pūctis & dictiōe diuisa, nequealia ratione id intellectū est quā ex trāslatione illorū. hoc exēplo D. Hieron. nos tuemur tralationem Lxx vt defendamus editionē vulgatā D. Hieron. quāludaiz antes, postquā iāse victores putabāt aduersum Lxx, facta phalange oppugnare cæpere. Nā alioqui tralatione

C D. Hier. cōtēti esse possem⁹. Sed aduersum aduersariorū impetusè repub. Christiana est, vt ei sit subsidio hæc quę ecc. annis ante crucē dñi est facta. Ea. n. inquit Arist. li. 1. rhetoric. ad Theodectē interpretatio legis valeat oportet, quæ ante ortā cōtrouersiā est facta, alienis ab odio & gratia mētib⁹: nō eaquę postortā cōtrouersiā facta est, vbi odiū & gratia facit, vt in hāc poti⁹ inter pres propēdeat partē, quā in illā, & in Iudęis interpretib⁹ pl⁹ habeat viriū, necesse est, qui ardēt Christi & Christiani nominis odio. Sed qui cōtrà sentiunt, illo nos vrgent maximè, quòd nos tuemur tralationē Lxx, documento D. Hier. quo in epistola ad Damasum super quatuor euangelia, nos docet ex tralatiōe Lxx deprehēdere quæ, mutata addita, & tracta essent ex lect. Heb. post Lxx, & exēplo codicis Hispani, qui Latinè versus centū antè annis esset, quale esset ostēdimus. Si enim in Hispano codice legeretur, *calòr*, & versum Latinè videres, doloré, facilè intelligeres interpretes legisse in Hispano cod. *Dolor*, non, *Calòr*, Et si pro *Lumbre*, Latinè redditū videres culmen, legisse diceres interpretes, *Cumbre*, non, *Lumbre*. Et si interpres pro, *Vuas*, Latinè vertisset, algas, prę se ferret legisse, *Ouas*, nō, *Vuas*. Quę ratio multo magis valet, vbi interpretatio Lxx. ecc.

D annis ante crucē Dñi edita, cum literis euangelicis, apostolicisq; concordat. & arguit mutata punctа, aut literulam aliquam. Vrgent ergo nos maximè, quòd is D. Hieron. (cuius hæc documento, & exemplo facimus) errore literarum Lxx viros lapsos affirmat, quod alias literas, pro alijs legerint. Facilis est responsio ad hæc: fortasse ita sensisse prius D. Hier. posteà mutasse sententiā vt D. Aug. scripsit libros Retract. Nec. n. D. Hier. erat non intelligere æquum esse eodē iure defendi Lxx viros, quo defenduntur Iudæi blasphemi, & cum defenderet ipse D. Hieron. Symmachum, Theodocionem, Aquilam, Iudęos blasphemos, quos ipse appellat, & negaret errasse, sed alia agnouisse pūcta, & literas alias, præter locos suprà citatos, alibi millies, vt in illud cap. 3. Amòs. Propterea hæc dicit Dominus: & in illud cap. 3. Abacuc: Operuit cælos gloria ei⁹ Et in illud cap. 3. Zachariæ, Phramea susciture. & in illud cap. 31. Esaiæ, Conuertimini licut. Et in princi. 32. Esa. Denique cum vir sanctiss. & ingeniosiss. sic semper defendat Iudęos blasphemos, intelligeret profectò æquū esse idē ius esse Lxx, vt si Iudæi sic defenderētur, defenderētur eodē iure, qui tribus seculis ante crucem Domini euange. verba personant. Neque coniectura tā tum agi volo, cum ostenderim in disputa. de tralat. D. Hieronymum postremis libris profes-

Idem facit in illud ca. 33. Ecce videntes, pro quo habrat ce est, here lam, quam vocem docet Aquilā vt Symmachum & Theodotionem legisse diuisim mutatis pūctis & literis eraelabem videbor ipsis cūhebraice cōiūctim legatur et in illud ca. 7. Michęæ. Ne lęteris coniunctim & diuisim eandē vocem legit.

Scopus huius operis defensio æditionis vulgatæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum fuisse Lxx viros plenos spiritu sancto vertisse scripturã, & cum præceptum illud præscripsit in epistola ad Damasum, de quo in principio dixi satis suam, aperuit mentem. Nam si errarant Lxx, quomodo ex eorum tralat. deprehendi potuit, quæ addita, detracta, mutatáue essent ex lectione Hebræa? sensit ergo cum præscripsit hoc præceptũ, veram esse, & fidelissimam translationem Lxx & mutarat sententiam iam. Aut potius glossemata erant illa alicuius, quibus Lxx erraße dicebatur: cùm frequentissimè Lxx laudet D. Hier. aut certè si ita sensit aliquãdo, mutasse sententiam apparet, ratione suprà dicta, & hoc documento, quod postremò præscripsit. A

D. HIERONYMVS.

Quia hæc dicit Dñs, Ego quiescã, et cõsiderabo in loco meo.

LXX VIRI.

Quia sic dixit Dominus mihi, Securitas erit in mea ciuitate.

HVnc locum explanant Lxx viri sic, Ego quiescam. i. ego quiescere faciã: per metonymiã scripturę vsitatissimam nunc scio. i. nunc facio sciri. Et addidere de suo, In mea ciuitate. i. in ecclesia mea. Docet Dominus fore, vt citra vllã perturbationẽ habitetur vrbs eiº, suppeditat enim Dominus vrbi suæ admirabilem quandã trãquillitatem: iuxta illud, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: & iuxta illud, Fluminis impetus lætificant ciuitatem Dei. Consyderabo in loco meo: hoc deest in tralatione Lxx, qđ trunca est. ORIG. in Matth. in illud ca. 16. Vade post me Sathana, ait Iesum conuersum ad Petrum, hæc ad eum dixisse, subijcitque. Beatus ad quem Christus cõuertitur, etiã si corripiendi causa cõuertatur: cõuersione enim Dñi, ait illuminatum Petrũ & omnes, ad quos cõuertitur, ait cognoscere peccatũ suũ. Cùm enim Dñs nos cõsyderat, aut respicit, radios sui luminis in nostra corda dirigit: vt pote qui sol intelligibilis sit, cuius ad cõparationẽ, sol hic, quem cernimus caligo est & obscuritas. Cùm ergo sui luminis radios in nostra cordã dirigit Deº, nos cælesti lumine cõplet & illustrat. Vndè subijcitur tali radiorũ illustratione futurã lucẽ in cordibus nostris, sicut est lux meridiana. Cõsyderabo in loco meo i. conuertam radios luminis mei in ecclesiam meam, & illustrabo eam. B

D. HIERONYMVS

Sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis.

LXX VIRI.

Sicut lux ardoris in meridie, & sicut nubes roris diei messi erit.

PROCO. In vrbe Dei. i. in Ecclesia nõ vulgare lumẽ erit sed simile luci meridianæ. Hebræa lectio, כְּחֹם sicut ardor, considerabo è loco meo Ecclesiam, sicut ardor, quia Dominus est ignis consumens vitia ardore spiritus sancti. צַח siccitatis, sicut calor exsiccans vitia, vel sicut calor æstatis splendens, sicut sol in media æstate, עַל iuxta, vel suprà, אוֹר, lucẽ, calore qui luceat suprà omnẽ lucem, אוֹר, lucem significat vel solem: & aliquando pluuiam, vt sit, sicut calor siccitatis suprà solem, qui splendeat maiori lumine quam sol. Iudæi, pluuiam, vertunt, & sicut nubes roris. PROCO. Innoxium erit hoc lumen, & hic ardor siccitatis solem ipsum superans, vna enim cum ipso erit nubes roris, lumen enim, Dei verbum est, quod ecclesiam illustrat, filius vnigenitus patris, qui est ignis consumens. Nubes roris spiritus sanctus est, qui obumbrat eis, qui summam vnigeniti verbi theologiam capere non possunt, sic enim immensus splendor vnigeniti verbi Dei temperatus erit prætenta spiritus sancti nube. C

supra ardor
messis calore in roris nubes ficut lucẽ iuxta siccitatis calor ficut
כְּחֹם צַח עַל־אוֹר כְּעַב טַל בְּחֹם קָצִיר

D. HIERONYMVS

Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinauit.

LXX VIRI.

Πρὸ τοῦ θερισμοῦ ὅταν συντελεσθῇ ἄνθος καὶ ἁμπὰξ ἀνθῇ ὄμφακες ἀμπαχίζουσα. i. Ante messem quando consummatus fuerit flos, & vua acerba floruerit florem germinans. D

PROCOP. messes, significat ecclesias Dei instar spicarum florentes, iuxta quod dictum est, Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, quas albas regiones dicit Dominus in euãgelio. Hebraicè est, Ante messem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinauit, & flos erit. PROCO. Ante messem, ante constitutionẽ ecclesiarum totus est floruit, orbis scilicet, erant enim albæ messes, vt dixit Dominus, erant prophetiæ, erant toto orbe multa miracula, perfectio quæ antea erat immatura, suos fructus edere erat parata, iam venerat plenitudo temporis, erit flos. nascetur Christus, hæc. n. duo verba, erit flos, sunt subaudienda in translatione D. Hier. ex hebræa lectione. Trãsla, Lxx tota est perturbata, sic in suum ordinẽ est restituenda. Ergo

ERgo lectio Hebræa sic ad verbũ reddita à Lxx senioribus est, Quoniam ante messem vt perficietur fructus vel flos, & acerba vua maturescens, vel crescens, erit flos. Reddidere enim Lxx, si in ordinem redigas eorum tralationem: Erit ante messem, quando perfectus fuerit flos, & vua acerba protuberans, florebit flos. sic enim lectio Græca in suum ordinem restituta ad exemplum lectionis Hebrææ vertẽda est. Lectio ergo Hebræa ad verbum reddita, est. Quoniam ante messem cum perfectus erit fructus, & vua acerba crescens, erit flos. i. cum venerit plenitudo temporis, nascetur Christus. Hoc enim significãt verba illa, cum perfectus erit fructus. i. cum albescent messes, quod dixit Dominus, idem significant verba sequentia, Cum vua acerba creuerit. i. cum maturuerint fructus, vel cœperint matuescere, erit flos ille de quo dictum est: Ego flos agri & lilium campi, &, Flos de radice eius ascendet. i. nascetur Christus. Idem significat tralatio Lxx, Erit ante messem quando perfectus fuerit flos. i. antequam Dominus mittat operarios in messem, quando perfectus fuerit flos. i. cum ex flore protuberabũt iam fructus. i. cũ venerit iam temporis plenitudo, maturuerit iam mesis, & vua acerba protuberans erit, florebit flos, ille scilicet, qui nascetur de radice Iesse, de quo sybilla dicit, referente Lactantio Firmiano lib. 4. cap. 13. ἀνθέσει ἄνθος καλαφέν, florebit flos ille purus, nam spiritus sanctus, vt notant omnes veteres patres obseruantissimus verborum est, & ijsdem verbis vtitur, siue reuelet aliquid ore Esaiæ, siue sybillę aut cuiuscunque prophetæ, easdem in omnibus agnoscas voces & verba eadem, vt cogaris referre ad eundem spiritum, qui in omnibus loquebatur. Lxx nanque viri dixere, καὶ ἄνθος ἀνθήσει, & flos florebit, sybilla ἀνθέσει ἄνθος καλαφέν, florebit flos purus ille. Miror cur Vatablus, & Pagninus addant verba de suo, quæ non agnoscit lectio Hebræa, cum direę sint imprecationes aduersus eos, qui quidquam addiderint, siue detraxerint scripturæ, cur scripturam adulterent alienis verbis? PAGNIN. vertit, Erit flos eius, melius redditurus, Erit flos, quod Hebraicè non sit vox illa, eius, cum res ipsa hoc cogeret dicere, neque posset ad vineam referri, nam quomodo vinea intelligi possit florescere, quæ iam vuas acerbas ederat, cuius iam vuæ matuescebant? quomodo propheta prędiceret futurum, vt vinea, cuius vuæ acerbæ erãt, floresceret etiam? Certè hoc velit nolit Pagninus, ad Christum referat necesse est. Habẽdus semper ante oculos canon ille Hilarij est, semper scripturam addere solere aliquid, quod te cogat resilire à terrenis, & ad Christum adtollere oculos: post vuas acerbas nõ sunt fructuum flores, crepent licet medij Iudæi. A B C

matuescens
flos erit crescens vua acerba & fructus perficietur vt messem ante Quoniã
כִּי לִפְנֵי קָצִיר כַּחַם פֶּרַח וּבֹסֶר גֹּמֵל יִהְיֶה נִצָּה
Ἀνθέσει ἄνθος καὶ ἡ ἔμπαξ ἐμφαχίζουσα ὅταν συντελεσθῇ ἄνθος καὶ ἔσται πρὸ θερισμοῦ. i. Erit ante messẽ quãdo perfectus fuerit flos, & vua acerba pro tuberans, florebit flos.

D. HIERONYMVS

Et præscindentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint, abscindẽtur: excutientur, & relinquẽtur simul auibus mõtium, & bestijs terræ, æstate perpetua erunt super eum volucres, & oẽs bestiæ terræ super illã hyemabũt. D

LXX VIRI.

Et auferet racemulos paruulos falcibus, & sarmẽta auferet, & abscindet, & relinquet simul auibus cæli, & bestijs terræ, & congregabuntur super eos volatilia cæli, & oẽs bestiæ terræ super eam venient.

THEODOR. hæc referre videtur ad vastitatem Iudææ inuectã à Vesp. post crucem Domini, qui interpretatur, Racemulos paruos. i. infantulos paruulos & sarmẽta illorum parentes, vt cum de vinea dictum sit, quę protulerat vuas acerbas, & de flore de radice Iesse, qui erat oriturus eo tempore, subijciat, postea vineę ramusculos etiam resecandos falcibus, & totã vineam vastandam, & relinquendam bestijs agri. Nam vinea Domini populus Iudæ est, vastanda ergo Iudæa dicitur, & relinquẽda gentibus infidelibus. De his ramis fractis lege AVGVS. in 4. caput Ioannis tractatu 16. in illa verba: Vade, filius tuus viuit. זלולים, solo hoc loco reperitur. D. Hierony. reddidit ramusculos: Lxx seniores, racemulos: à, זלו, crapulari. נטישות D. Hieronymus reddidit, quæ derelicta fuerint, à nathas, derelinquo: Lxx seniores reddidere sarmenta, quod hoc verbum Hebræum ramos significat etiam, & cum de similitudine vineæ agatur reddidere sarmenta.

D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

In tempore illo, deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso, et dilacerato, à populo terribili post quem non fuit alius, à gente expectante, et cõculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum Domini exercituũ montem Sion.

LXX VIRI. A

In tempore illo, deferentur munera Dño sabaoth de populo tribulato, & diuulso, & ex populo magno nũc, & in ęternũ tẽpus, gẽs sperãs, & conculcata quæ est in parte fluminis regionis, in locum vbi nomẽ Dñi sabaoth, in montem sanctum.

HAEc verba ex OEcumen. Procop. & Euseb. suprà sunt explanata in principium capitis, quæ hic repetuntur ad verbum iuxta tralationem D. Hieron. sensus est perspicuus. Ait enim, Eo tempore quo Dominus subuertet vrbeis ludææ armis Romanorum, populum fidelem, quem populum afflictum nominat, qui crucem Domini tollit, & intrat per portam angustam laboribus plenam, populum conuulsum, & dilaceratum, oblaturum Domino toto terrarum orbe gratum sacrificium. Et hoc est argumentum librorum de Republ. Plat. quod ex hoc loco, & alijs scripturæ locis, est mutuatus. Probat enim illis libris viros iustos, quanto magis spoliati rebus humanis sint, afflicti, conculcati, & tracti per omnes miserias, & perstiterint in sua iustitia, tanto esse fœliciores: vtitur enim argumento ex ablatione, quod appellat, quando præciso rerum omnium humanarum respectu, & immersi malis omnibus prætereà, Deũ sequuntur illi verè beati sunt. Tralatio Lxx hoc loco est longè diuersa à superiore, quanuis eadem verba sint Hebraicè hic & illic, quo factum est, vt suspicer superiore loco esse laceram & adulteratam. Ergo vertere sic, Tempore illo deferentur munera Deo sabaoth de populo tribulato, & diuulso, & à populo magno: vt sit sensus, à populo magno. i. à populo Christiano, quod est genus electum, & regale sacerdotium, afferenda Domino munera, de populo tribulato .i. de gentibus, & nationibus conuersis ad fidem Christi. Afferebãt enim apostoli eleemosinas à populo gentium conuerso ad fidem, vt diuiderẽtur pauperibus, Hebraicè est, si ad verbum vertas, Afferetur munus omnipotenti Deo Sabaoth, populus, tribulatº, & expilatus à populo magno, vel à populo horribili, vt iuxta interpretationem Lxx, qui Hebræam lectionẽ ad verbum reddunt, hoc loco significetur post crucem Domini, post euersas vrbes Iudææ ab apostolis afferendum pro munere ad Deum Sabaoth populũ gentium, qui velit pati omneis persecutiones pro Christo. Si singulorũ verborum explanationes videre velis, repete ex cõmentario in principium huius cap. vbi singulas voces sumus interpretati. Sed pro populo terribili, vel edẽti miracula: vertere Lxx, populum magnum, quam enim terribilem fuisse putas D. Petrum act. cap. 5. cum Anania, & Sapphira vxor eius ceciderunt mortui ad pedes Petri? eũ factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia? An hoc tãtum Petro accidisse putas, cum prædicatorum euangelij miraculis conuersus sit orbis? vt appositè dictus sit apostolorum chorus populus horribilis, quem nunc Lxx populum magnum appellant, Sed verba illa Hebręa, quę prius verterant (si modò legitima illorũ translatio erat) Post quem nõ est alius, vel quis est vltra? vt suprà dictũ est, hoc loco vertere aliter, quod aliud hoc loco significare putarunt, edidere enim, Ab hinc & vltra, vel ab hinc in ęternũ, vt significarent adducendas à fidelibus nationes ad fidem cõuersas pro munere Deo, à populo magno. i. à principibus ecclesię: ab hinc in ęternum .i. vsque ad seculi consummationẽ, ad fines enim seculorum semper nationes intrabũt in ecclesiam. Vbi illud notãdum

vltra & hinc ab hinc ab Plusquam
מִן הוּא וָהָלְאָה B

, accipi hoc loco pro aduerbio à Lxx viris, ideo sunt delecti doctissimi legis Mosaicæ, vt veros scripturæ sensus eruerent: & ita videntur significare populum Christianum, quem magnum populum nominant, vel terribilem, vt est castrorum acies: Ab hinc vsque in æternum adducturum in ecclesiam fideles multos.

vltra & hinc ab horribili à populo & expilatus & tribulatus populus sabaoth Deo munus Adducetur
יובל שַׁי יְהוָה צְבָאוֹת עַם מְמֻשָׁךְ וּמוֹרָט וּמֵעָם נוֹרָא מִן הוּא וָהָלְאָה

Ergo Lxx interpretantur hunc locum sic: Adducetur munus Deo sabaoth populus tribulatus, & expilatus, & à populo horribili ab hinc, & vltra. i. ab hinc in æternum ad fineis seculorum adducentur nationes conuersæ ad fidem, quæ relinquant omnia pro Christo & patiantur pro

A tur pro Christo & adducentur à populo fideli. Quòd autem sequitur אֲשֶׁר בָּזּוּ נְהָרִים אַרְצוֹ id est, cuius diripuerunt flumina terrã: dixi suprà non tralatum esse à Lxx viris, aut intercidisse tralationem horum verborum & hoc loco interpretantur hæc verba. Interpretationem D. Hieron. suprà explanauimus. Lxx viri vna litera mutata, lectionem Hebręam legisse videtur, legere enim אֲשֶׁר ב זֹאת נְהָרִים אַרְצוֹ .i. qui in illa parte fluuiorum terræ eius, reddidere enim Gens sperans, & conculcata, quæ est in parte fluminis regionis, vt sit sensus, adducetur gẽs sperans, & conculcata pro munere Deo: gens inquam sperans vitam ęternam: & conculcata. i. passa, & conculcata pro munere Deo: gens inquam sperans vitam ęternam: & conculcata. i. passa omneis tribulatiões. Quæ est in parte fluminis regionis eius: i. in parte Iordanis, illic enim potissimum versabatur Dominus, & apostoli eius, & illic baptizabant apostoli, vndè Galilæi dicebantur vt dictum est in. c. 9. in illa verba, Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulon, &c. & afferent hęc munera in locum Dei Iacob. i. in ecclesiam & montem Sion. i. in ecclesiam quæ in litteris sacris mons Sion dicitur.

B

IN ESAIAE CAP. XIX.

NOn possum non dolere, & conqueri, nostros homines in scripta veterum patrum ita esse animatos, vt quæ tela aduersus Iudæos nostri maiores accerrima contorqueant, veluti manibus extorqueant: quæ argumenta firmissima nostræ caussæ esse putant, ea infirment, quod vnus aut alter ex veteribus patribus Iudæorum interpretationem, & responsionem, qua maiorum nostrorum tela repellunt, nescio qua ratione deducti, probent, omnes veluti damnata veterũ omnium patrum caussa, quorum opera Christiana resp. longè, lateque se fudit, Iudæorum interpretationem sequantur. Quanuis enim magno se duce tuentur, tamen illud oportebat habere rationis, omnium veterum patrum consensum, qui ab apostolis veluti per manus traditam scripturarum interpretationem accepissent, non esse contemnendum. En hoc caput vnũ erat quo nostri maiores vrgent Iudæos, & in maximas redigunt angustias. Commenti sunt Iu
C dæi nescio quam responsionem, & nescio quam huius capitis interpretationem, quę mea qui dem sententia multa habet inter se frontibus aduersis pugnantia, quod vnus aut alter ex veteribus satisfactũ esse putat à Iudæis argumentis veterum patrum, en omnes conuolant deserta veterum patrum caussa, ad contrariam interpretationem. Audiantur sane patres sanctissimi: ita tamen vt alteram aurem seruemus sententiæ aliorum veterum patrum, neque eos indicta caussa damnemus, qui singulis huius capitis orationibus Iudæos premunt, & vrgent. Ego quidem illis tantum tribuo, quantum par est fulgentiss. Ecclesiæ catholicæ luminibus tribui, non tamen ideò puto reliquorum veterum patrum sententiæ nostras claudendas aureis.

D. HIERONYMVS.

Onus Ægypti

LXX VIRI

Visio AEgypti

Huius varietatis caussa suprà sæpè est repetita.

D. HIERONYMVS.

b *Ecce Dñs ascendet super nubẽ leuem.*

LXX VIRI.

Ecce Dñs sedet super nubẽ leuem.

QVod D. Hieron. vertit ascendet, Hebraicè est: רֹכֵב, quod verbum equitare significat, vndè ascendet, equitabit, interpretabimur significat etiam sedere vt Leuitici 15. sagma, siue sella super quam sederit: vbi pro, sederit hoc verbum Hebræũ est, & sic Lxx vertere. Ecce Dominus sedet super nubem leuem. D. CHRYS. in cap. Matt. 2. interpretans illud: Ecce angelus Domini apparuit Ioseph in somnis, dicens, Tolle puerum, & matrem eius, & fuge in AEgyptum: subiecit: vt impleatur quod dictum est: Ecce Dominus descendet in Aegyptum sedens super nubem leuem. Idem sentit EVSEB. lib. 6. cap. 20. qui hanc prophetiam completam ait, cum angelus apparuit Ioseph dicens: Tolle puerum, & matrem eius, & fuge in AEgyptum. Theodoretus testatur historia illa euãgelica, qua angelus iubet Ioseph in Aegyptum fugere cum puero, & matre eius, completam esse hanc prophetiam. Et ATHAN. lib. vno de incarnatione verbi, probat Christum Deum & homi-

velocem nubem super sedens equitans Deus Ecce
הִנֵּה יְהוָה רֹכֵב עַל עָב קַל

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hominem esse, hominem quidem ex illo Esaiæ: Antequam sciat puer vocare patrem, aut ma A trem, accipiet virtutem Damasci: Deum uerò, ex hoc loco, his verbis, Quod igitur homo ven turus esset per hoc superius vaticinium prædictum est: quòd autem sit venturus omniũ Deus, rursus ita pronunciat: Ecce Dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Aegyptum, nam indè pater eum reuocat, dicens, Ex Aegypto vocaui filium meum. Quam sententiam Athan. probat. Lectio Hebræa, Vbi quod D. Hieron. & Lxx viri vertere, Ecce Dominus: Hebraicè est, יְהוָה הִנֵּה .i. Ecce Deus, & hoc malè habet Iudæos, & Iudaizanteis, quod Christus hoc loco ap pellatur, iehouah, nomine illo tetragammato sanctissimo. i. Deus.

Quærendum tamen est quæ sit nubes illa leuis, qua Aegyptum ingreditur Deus: AVGVS. in cap. Ioannis 8. tractatu 34. interpretans illâ verba: Ego sum lux mundi, per hoc lumen, factũ est solis lumen, & lumen illud, quod fecit solem, & creauit nos, factũ est sub sole propter nos: factum est, inquam, propter nos sub sole, lumen, quod fecit solem. noli contemnere nubé car nis, nube tegitur carnis non vt obscuretur sol, sed vt temperetur. loquitur enim per nubé car nis lumen illud indeficiens: Ego sum lux mundi. Cur autè & ipse Christus nubes sit dictus, & B apostoli nubes appellẽtur, dictũ est in illa verba cap. 5. Nubibus mandabo. EVSEB. demonst. euang. li. 1. c. 4. vbi bonam partem huius cap. explanat. & li. 8. c. 5. & lib. 9. c. 2. nubem ait, esse sa crum illud corpus, quod ex D. Maria virgine sumpsit. INNOM. in caput Matt. 2. homil 2. nu bes est corpus, leue, sine pondere peccatorum. & CHRYS. homil. 2. ex varijs in Matt. locis, in festo innocẽtium. In nube leui. i. in corpore sancto, quod nullo peccato potuit prægrauari, nã hoc dicto manifestum sacramentum dominicæ incarnationis ostensum est. CYRIL. nubem leuem, dixit, sacram Christi carnem, sanctum templũ, quod sumpsit ex Maria virg. quam nu bem leuem nominat, quod typus esset & figura pluuię spiritalis, quam pluuiam spiritalem in Christi aduentu futuram tubę prophetarum personant, vt cum Christi corpus nubes dicatur & Deus dicatur venire in nube, expectes ab illa nube spiritalem pluuiam. Ait quoque Cyrill. figuram esse sacri baptismatis, & à quibusdam nubem leuem sacratissimam virginem dici. Eadem penè verbis ijsdem PROC. Veniet, inquiens, in leui nube. i. in corpore concepto de spi ritu sancto ex sacra virgine, quemadmodum enim nubes, ex spiritu, & vapore terrę confit, hic Domini corpus ex spiritu sancto & terrena substantia quo vectus Dominus est puerili ætate C in Aegyptum. Alij nubem leuem appellant, inquit Procop. sacram virginem cuius vlnis dela tus in Aegyptum est, leuem dictã, quod libera erat omni passione & fomite, & quod super omnes res terrenas volabat. B. PROSP. in prædictionibus Dei, parte 3. promiss. 2. nubem leuẽ carnem Christi vocat, nullũ habentem pódus peccati. D. AMBROS. in exhortatione ad vir gines: Nubem, inquit, Mariam dixit quia virgo erat, nullis oneribus grauata coniugij. Et idem AMBRO. in institutione virginis: Quasi nubes, inquit, Maria pluuit in terras gratiam Christi, leuis dicta, quia coniugij onera nesciuit, quæ leuauit mundum de graui fœnore peccatorum. & infrà, Excipite sacræ virgines nubis huius spiritalem pluuiam, temperamentum flagrantiæ corporalis, vt corporis omneis restinguatis ardores, atque interna mentis vestræ humescant. Huius nubis imbrem prophetæ nunciauerunt salutem mundi futuram, & cætera quæ adiecit. Tamen alijs locis interpretatur nubem leuem pro eadem sacra virgine, & pro eodem corpo re Christi vt in Psal. 118. serm. 3. in illa verba. Retribue seruo tuo. & in eundem Psal. serm. 5. De nique ex veteribus patribus nemo est quin sic interpretetur hæc verba, ne quisquam arbitre tur quorundam sanctorum hanc esse sententiam, omnis veterum patrum chorus sic hæc ver- D ba interpretatur vno consensu. Verba ipsa prophetę huic sententiæ magis congruunt si dicas Dominum venisse in AEgyptum, sacræ virginis vlnis portatum, vel in nube leui .i. in cor pore sanctissimo sumpto de virgine, quam si referas ad Assyrios, aut Babylonios, quasi verò Dominus dux sit Assyriorum aut Babyloniorum, nationũ infidelium. Immittit Babylonios Dominus cum vastare vult Aegyptum, aut Assyrios, non ipse dux illorum est. Nam vaticiniũ de Cyro rege postea interpretabimur, neque furor Domini aduersus Aegyptios, quo Aegyp tum vastare vult significari potest per nubem leuem, vt vertere CCC. annis ante crucem Do mini Lxx viri, & vt reddit D. Hieron. tempestate horribili dicendum erat venturum Domi num si vastitas Aegypti significaretur. Nam quod D. Hieron. interpretatur nubem leuem id est velocem, vt repentina, & subita vastitas, & velox significetur, nescio an hoc verbum talem interpretationem recipiat: Certè Lxx seniorum versio illam respuit, qui reddidere κούφον .i. le uem, & vox Græca leuitatem illã significat, quæ grauitati opponitur, qua leuitate ignis supera loca pe

A loca petit, opposita grauitati, qua grauia petunt loca infera & si calamitas hic significaretur, nũ quam diceretur κούφον .i. leuis à Lxx viris, sed βαρεῖαν .i. grauis. & quanquam verbum Hebræum possit significare quoque velocem, tamen si propheta Assyria aut Babylonica bella significa re vellet, nunquam diceret nube veloci, sed procella horrida, aut aliquid simile, semper enim sic de calamitate impendente à Domino loquitur propheta, & nunquam hoc modo.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Et ingredietur Ægyptum, & cõmoue buntur simulachra Ægypti à facie eius, et cor Ægypti tabescet in medio eius.	Et venietin AEgyptum, & moue buntur manufacta Aegypti à facie eius, & cor eorum deficiet in ipsis.

INterrogare libet an in vastitate AEgypti importata à Babylonijs, aut ab Assyrijs idola rue rint à facie Dñi? Idola eñ à facie Dñi corruisse apparet, cũ relicta sunt idola, & adoratus est B Dñs: à facie Assyriorum aliqua idola AEgyptiorũ ruerint fortassè, à facie Dñi ruere in Christi aduentu: signum enim aduentus Christi idolorum casus erat, & ruina, vt docet EVSEB. Cæsar. præpar. Euang. lib. 1. cap. 1. quod hoc loco planè prædicitur, vt sanctorum patrum sententiæ omnia congruant. Certè ATHAN. lib. 1. de incarnatione verbi, hoc vaticinio vehemẽter pre mit Iudæos, interrogans quis sit ille, cuius descensu in AEgyptum corruerunt omnia idola, & fracta sunt? cur impudenter negent Dominum fuisse Christum cum signa aduentus Christi vi deãt esse completa? recepta enim Christi fide, confracta fuere idola omnia Aegypti. Et vt hęc verba Athanasij intelligas, verbum Græcũ Lxx seniorum, συντριβήσεται, quod Latinè versum est cõ mouebuntur, reddi potest, conterentur, & verbum Hebræum יָנוּעוּ, mouebuntur significat, vel cadent, aut emigrabunt, vt hoc vaticinio significetur aduentu Domini casura idola Aegypti, & migratura Aegypto. EVSES. demonst. euangelicę lib. 6. cap. 20. & lib. 8. cap. 5. & lib. 9. cap. 2. hoc quoque loco Iudęos vrget, cum signum certissimum, & insolubile sit, inquiens, aduentus Christi, cum corruerint idola Aegypti, & cum videatis corruisse idola Aegypti, cessasse dęmo num cultum, & idolatriam omnem Aegypti, perstatis in perfidia tamen? AVGVS. quoque de C consensu euangelistarum lib. 1. cap. 16. 17. 19. hoc quoque Iudæos vrget oraculo, cum prædi ctum docet à prophetis pro signo certissimo aduentus Christi, confractionem idolorum, & simulachrorum, & completum ostendit. & cap. 19. 26. & 27. sybillam quoque hoc prædixisse ait ruitura idola in Christi aduentu. INNOM. in cap. 2. Matthæi homilia 2. quasi Herodem fu giens descendit Dominus in Aegyptum, vt dæmonum fugaret errorem, quod significat illud Esaiæ: Cadent idola Aegypti, non descendit in Aegyptum Dominus mortem fugiens, sed vt mortifera dissiparet idola. PROC. Cùm Dominus puerili ætate in Aegyptum deuectus est ineffabili potentia confregit idola, quod fore prædictum erat in eius aduentu. THEOD. prędictioni huic euentus ipse rerum veritatis tribuit testimonium, Deorum enim error de fectus est in AEgypto, & ille qui vectus est in nube leui ab Aegyptijs est adoratus. ORIG. ho milia 3. in diuersos: Dominus sedet in nube pusilla, quia non est inuentus dolus in ore eius: vt destruantur manufacta eorum, & pereant idola ipsorum, & pereat idolatria, & fugiant ex Ae gypto dæmones, vt pro multitudine abominationum, multitudo exuberet ecclesiarũ, vt pro multis vitijs, multa sit sanctitas. Cor Aegypti tabescet in medio eius vel liquescet igne spi D ritus sancti videlicet, nam verbum Hebræum liquescere significat vt vertere possis: Cor Ae gypti liquefiet in medio eius: quod Lxx vertere νικηθήσεται .i. vincetur, male enim interpres La tinus reddidit, deficiet. Cor ergò Aegypti liquefiet igne spiritus sancti & vincetur euangelica prædicatione. CYRI. Vincetur cor Aegyptiorum inquit. i. cedet Euangelicę prędicationi, cũ prius bellasset aduersum Deum, nam cor Pharaonis, & Aegyptiorum, quod induratum fue rat olim, in aduentu Christi igne spiritus sancti cœpit liquescere. PROC. Vincetur cor Aegy ptiorum .i. cedet Euãgelicæ prædicationi, aut liquescet .i. mollietur igne spiritus sancti. THE ODOR. O quanto melius sic vinci, quam vincere, quod cap. 8. nationibus dixit propheta, In telligite gentes, & vincemini. i. Intelligite nihil vobis posse esse melius, quam vinci euange lica prædicatione.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et concurrere faciã Ægyptios aduer sum	Et insurgent AEgyptij in AEgy ptios,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum Ægyptios,& vir pugnabit contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, ciuitas aduersum ciuitatem, regnum aduersum regnum.

ptios, & bellabit homo cum fratre A suo,& homo cum proximo suo, ciuitas in ciuitatem nomos contra nomon.

AGe,quando omnium veterum patrũ sententia reiecta,D.Hieron.sequimur in interpretatione huius cap.quæramus è nostris (nam Iudæos nihil moror) quando hoc factum legitur,vt concurrerint Aegyptij aduersum Aegyptios,& pugnauerit vir contra fratrem suũ? quomodo bello Assyrio,aut Babylonico hęc congruunt? nec ignoro D.Hieron. manifestum esse dicere, hoc factum esse temporibus Assyriorum,& Nabucdonosor,alijs sedentibus,alijs repugnantibus.Sed quando hoc controuersum est inter D. Hieron.& veteres patres omneis, vtrum hoc caput de Christi temporibus sit intelligendum, an de Assyrijs, & Babylonijs,damnabitur ne caussa veterum patrum tam facile quod D.Hieron.dicat hoc manifestum esse? Cũ B bona venia tanti Diui,bellatum inter Aegyptios,& Assyrios, & Babylonios est vario Marte, & varia fortuna belli, & potentissimum erat regnum Aegypti,nec cessit vnquam Babylonio rum,aut Assyriorum armis neque factum hoc vnquam legitur,nec ostendet quisquam Aegyptios victos à Babylonijs,aut ab Assyrijs, quod seditionibus inter se dissederint. Neque si hoc ostenderetur,protinus damnanda erat veterum patrum sententia, cum D. quoque Hier. hæc verba referat ad illud.Non veni pacem mittere sed gladium. THEODOR.ergo sic hunc locum explanat,hoc, quod propheta his verbis ait,prædixit Dominus literis euangelicis:Nó veni,inquiens,mittere pacem in terram,sed gladium,separare hominem à proximo suo, filiã à matre sua,nurum à socru.Distrahit enim Dominus impietatis concordiam, & per alumnos impietatis prædicat veritatem,& concordiam noxiam segregat,salubrem conciliat pacem: pro impietate,pietatem introducit.EVSEB.Cæsarien.lib.6.cap.20. Idem esse hoc ait cum illo euangelij:Tradet frater fratrem in morté,& pater filium, & insurgent filij aduersus parentes & vrget Euseb.Iudæos hoc oracilo:Si hoc, inquiens,non euenisse videmus, vt singulis domibus bellum fuerit intestinum,vt pater pro veteri errore decertarit aduersus filium, filius pro C Christi religione aduersus patrem in Aegypto,atque adeo in omnibus gentibus,si hoc non videmus accidisse,vt pater magistratibus traderet filium,quod Christianus esset, & filius patré quod vnum ex signis aduentus Christi erat,fateamur non venisse Christum sin hoc tenetur manibus, & res cõfessa est, sic euenisse,quod signum erat aduentus Christi,necesse est fatearis venisse Christum. PROCOP.sic explanat hoc, & CYRIL.Hæc ergo signa erant Christi aduẽtus,& certum est tempore Christi completa esse,alias nunquam.Agnoscamus ergo in prophęta Esaia euangelij verba,& ad lucem euangelij scripturam interpretemur & ex rerum euentu (qui duo sunt canones interpretãdæ scripturæ certissimi.)Quod D.Hieron. conuenienter lectioni Hebrææ vertit,regnum aduersus regnum, Lxx viri,quod de Aegypto hæc sit prophetia vbi non multa regna sint,sed vnum interpretantur.i. nomos aduersum nomon, quod (vt omnes Geographi prodidere & Herodotus in Euterpe) vniuersa Aegyptus diuisa erat in nomos,hoc est,in diœceses quasdam,hos nomos,siue has diœceses nos docent Lxx appellatas regna à propheta,cùm dixit,regnũ aduersum regnum, & sic PROC.explanat,Nomos aduersus nomum, hoc eit, regio aduersus regionem bellabit: alij enim ad fidem accurrebant,alij euangelio repugnabant,itaque domus dissidebat à domo,vrbs,ab vrbe:regio à regione, Nam Aegypti regiones appellabant nomos.EPIPH.contra hęreses li.1.& contra Basilidianos. c.4.Nomon, inquit,Aegyptij appellãt cuiuscũq; vrbis diœcesin,& finitimos vicos qui vrbi paret, & docet sic explanandũ esse hoc verbũ, quoties in prophetis reperiatur de Aegypto.Itaque nomon appellabant Aegyptij cuiuscunque vrbis diœcesin(quod territorium barbari dicunt,agrum Latini.) THEODOR. pro lege accipit:interpretatur enim,lex aduersus legem pugnabit.i. lex fidei aduersum legem infidelitatis. & Euseb.loco citato. PROCO. quoque posse sic explanari docet: Lex, inquiens, idolatriæ, certabit aduersus legem Christi & sic tralationem D. Hieronymi explanabimus, Regnum aduersus regnum.i. regnum Sathanę, aduersum regnum Christi, vel contra.

Signa aduentus Christi, sed coniunge cum alijs quæ à principio capitis sũt prædicta.

Scripturæ canones.

D.HIE-

A

D. HIERONYMVS.

Dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius, et consilium eius præcipitabo,et interrogabunt simulachra sua, et diuinos suos, et pythones,et ariolos.

LXX VIRI.

Et cõturbabitur spiritus Aegyptiorum in ipsis,& consiliũ eorum dissipabo, & interrogabunt Deos eorum, & simulachra eorum, & de terra loquentes,& ventriloquos.

CYRIL. huius loci sensum putat, fore, vt in cassum recidant consilia regum, & gentium aduersus Dominum, & aduersum Christum eius. Idem putat EVSEB.de demonstratione euangelica libr. 6. cap. 20. his penè verbis,Spiritus idololatrarum conturbabitur in ipsis Aegyptijs.Capient consilia, quo pacto ab Aegypto Christianos summoueant.Ego illorum consilia dissipabo,nec iuuerit illos scitari dæmonas,quo pacto Christianorum nomen deleant,quin,nec dæmones apud illos iam dabunt responsa, quæ vsque ad Christi tempora, omnibus gentibus responsa dabant: & horum singula putat Eusebius,signa esse Christi aduentus,& premit Iudæos horum singulis hoc cap. Et lib. 8. cap.vltimo, rogans num inficiari possent, hæc iam signa euenisse, cùm pulsa sit idololatria finibus Aegypti,cùm fœuitum sit in Christianos immanissimè,cùm consulta oracula Aegyptiorum, quæ alioqui erant vocalia maximè reticuerunt. Quæ ergo tanta est pertinacia,vt negetis Christi aduentum? THEOD. Sua (inquit) vaticinia consultabunt contra populum fidelem,nec quicquam illos iuuerit. Idem ait PROC. de his augurijs,& auguriorum nominibus,dictum est in cap.8.cùm hæc eadem verba,Ventriloquos,& de terra loquentes,explanabamus.

B

D. HIERONYMVS

Et tradam Ægyptum in manum dominorũ crudeliũ,et rex fortis dominabitur eorũ.ait Dominus exercituum.

LXX VIRI.

Et tradam Aegyptũ in manus hominum dominorum durorum, & reges duri dominabuntur eis.

C

ORIGEN. quem quidam aiunt destruere literam, quoties orta controuersia est de intellectu alicuius loci, cum alijs locis, tum decimo tomo in Ioann. Iudæos aduersarios sic premit,vt dicat Ἀκολουθίαν τῆς προφητείας ἀναζήτουσι, id est,consequutionem prophetiæ seruent, & hunc canonem præscribit, quoties orta controuersia est, vt ipsa consequutio, & verborum series seruetur, quod Iudæi facere non possunt, & ideo contrà nituntur, qua de re suprà satis est disputatum. Hoc ergo canone Origenis si vtamur, & huius loci verba expendamus, vt iubet Origenes, vel his verbis solis sententia veterum patrum verissima ostendetur, subuerteretur contraria. Nam quanuis Nabucodonosor Aegyptum subegerit, & vastauerit, Aegyptios captiuos duxerit, nunquam tamen Aegyptijs est dominatus, suos reges habuere semper Aegyptij, suis vixere legibus, nunquam traditi sunt Aegyptij in manum dominorum crudelium, neque regum durorum, aut regis fortis alicuius. Erat ergo signum aduentus Christi, tempus illud quo Aegyptus suos habere reges desineret, & peregrino regi obtemperaret,quod factum nunquam est,vsque ad tempora C. Iulij Cæs. & Augusti: tunc non fuit sub suis regibus Aegyptus,sed sub manu dominorum crudelium, & sub rege forti.i. sub Augusto Cæsare. PROC. Cessauit regnum Aegyptiorum sub prædicationem euangelij, aut potius sub Christi natalem,imperante Augusto Romanis, quorum durum imperium significauit Daniel,cùm regnum eorum nominauit ferreum, & cùm illorum imperium nominauit bestiam dentibus ferreis:hæc Procop. Vndè Lxx verbum Hebræum, קשה, reddidere,durum optimè,ea enim huius vocis frequentissima significatio est: & idem significauit Hieronym. cùm vertit, crudeles.i. inuictos. CYRIL. Significat (inquit) his verbis propheta,Vespasianum imperatorem, qui subegit Aegyptum, quo tempore viguit maximè euangelica prædicatio. EVSEB. Cæsarienf. locis citatis ad Augustum Cæsarem refert hoc, & vrget Iudæos hoc signo aduentus Christi: Vidistis(inquiens)ô Iudæi, regnum Aegypti vsq; ad Augusti duasse tempora,& imperatore Augusto esse deletum,& hoc vaticinio dicitur signum aduentus Christi,esse finem regni Aegyptiorum, quæ igitur vobis reliqua tergiuersatio est? THEOD. Regnum (inquit) durum,regnum Romanorũ est,quod prophetia Daniel ferreũ nominauit.

D

Z D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Et arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atque siccabitur: & deficient flumina, attenuabũtur, & siccabuntur riui aggerum.

LXX VIRI.

Et bibent aquam, quæ iuxta mare Aegyptij, at fluuius deficiet, & siccabitur, & deficiẽt flumina, & dioryges fluminis, & siccabitur omnis congregatio aquę.

AGè, hæc quoque ad Babylonica tempora refer, si potes: explica memoriam rerum veterum, vide an factum hoc vnquam legeris, vt fluuius Nilus Aegypti, qui vnus est è maximis fluuijs orbis terrarum, & septem eius aluei, in quos diuiditur, quibus in mare influit maximis & nauigabilibus, & quibus Aegyptus fuit semper munitissima, & insuperabilis, ita aruerint, vt necesse habuerint Aegyptij littus maris petere, vt factis fossis in littore maris, inde adaquarentur. Factum hoc vnquã doceant Iudæi? Nam D. Hieron. in comment. iam hæc, & superiora etiam ad Christi tempora refert. Hoc etiam signum erat aduentus Christi, cùm viderent arescere fluuium Nilum, & eius septem alueos, quod factum est sub Augusto, & sub Vespasiano, vt dictum est in illa verba cap. 11. Desolabit Dominus linguam maris Aegyptij. CYRIL. Putabant Aegyptij se posse effugere seruitutis iugum, quòd septem Nili alueis maximis, & nauigabilibus tota Aegyptus cincta erat, & aquarum multitudine circunuallata, vt neque Augustum timeret, neque Vespasianum: fefellit eos spes, omnes enim fluuij aruerunt, & paludes sunt exsiccatæ, vt Nili aluei facilè pedibus traijcerentur. Eodem modo explanat PROCOP. Quòd D. Hierony. dixit, Arescet aqua de mari: Lxx vertere, Bibent aquam quæ iuxta mare Aegyptij: Hebraicè est

Id est, Et bibentur aquæ è mari, quod Lxx paraphrasi quadam interpretantur, Bibent aquam Aegyptij quæ iuxta mare est. i. tanta erit

mari è aquæ bibentur Et
וְנִשְׁתּוּ מַיִם מֵהַיָּם

aquarum penuria, & tanta siccitas Nili fluuij, vt necesse habeant Aegyptij littus maris petere, & factis fossis in maris littore, vt aqua scaturiret, quę bibi posset, & indè adaquari. Ita Aegyptus, quæ munitissima erat septem magnis Nili alueis, ita vt si vna pars expugnari posset, tota esset penè inexpugnabilis, nudabitur aquarum multitudine, & patebit hostium incursibus. D. Hieronymus lectionem Hebræam, quam diximus ad verbum verti, Bibentur aquæ è mari, interpretatur. i. exsiccabuntur aquæ è mari: quod verissimum est, nam, vt dictum est in locum citatum cap. 11. Pelusium promontorium, quod caput Aegypti erat, & Aegyptum penè inaccessam faciebat, mari, & luto, & cœno, ita est exsiccatum, vt pedibus potuerit adiri, & ita nullo negocio expugnari ab Augusto Cæsare potuerit, vt suprà dictum est. Attenuabuntur & siccabuntur riui aggerum. Non solùm Nilus fluuius in septem alueos maximos erat diuisus, quibus, velut brachijs, ambiebat eam Aegypti partem, quę propriè Aegyptus nominabatur, sed etiam ex alueis Nili deducebantur riui, qui Dioryges nominabantur, à diorytto. i. effodio, quòd factis fossis deducebantur aquæ Nili, & circùm circa muniebantur vrbes Aegypti, & cingebantur maxima aquarum mole, & profunda, & muris validissimis, ita vt vrbes viderentur inaccessæ & inexpugnabiles. Ait ergò propheta, fore vt omnia hæc exsiccentur etiam: Ergo attenuabuntur, & siccabuntur riui aggerum. i. exsiccabuntur illi riui ducti ex Nilo fluuio, quibus aggeres, id est, muri vrbium cingebantur, nam aggeres munitiones vrbium sunt, vt apud Virgilium, Quin intra portas, atque ipsis prœlia miscent Aggeribus murorum -- Hoc Lxx seniores dixere eadem sententia, nam D. Hieron. dixit: Fluuius desolabitur. i. exsiccabitur. Lxx seniores, Fluuius deficiet. D. Hieron. Deficient flumina, & attenuabuntur. Eodem modo Lxx, Deficient flumina. i. aluei septem Nili. D. Hieronymus, Siccabuntur riui aggerum. Lxx viri, Deficient dioryges fluminis. i. deficient fossæ, quibus aquæ deriuantur ad oppidorum munitiones.

D. HIERONYMVS.

Calamus et iuncus marcescet, nudabitur alueus riui à fonte suo, et omnis sementis irrigua siccabitur, arescet et non e-

LXX VIRI

Et siccabitur omnis cõgregatio aquę in omni palude calami & papyri, & viride omne quod circùm flumen,

A *non erit, mœrebunt piscatores, et lugebunt, omnes mittentes in flumen hamum, et expandentes rete.*

men, & omne seminatum propter flumen siccabitur à ventis corruptum, & gement piscatores, & gement omnes mittentes hamum in fluuium, & mitttentes sagenas, & expandentes retia lugebunt.

QVòd D. Hieron. conuenienter Hebræę lectioni vertit, Calamus, & iuncus arescet, paraphrasi quadã interpretantur Lxx, i. siccabitur omnis cõgregatio aquæ in omni palude calami, & iunci: id enim significat, calamus & iuncus marcescet. i. adeò exsiccabitur omnis congregatio aquæ in omni palude vt calami, & iunci omnes exsiccentur.

fontem gramina succisi sunt
fluminis ripas sup flumẽ sup nudatio aruerũt iũc* & Calam*
קְנֶה וָסוּף קָמְלוּ עָרוֹת עַל יְאוֹר עַל פִּי יְאוֹר

עָרוֹת, duo significat nudationé, & sic vertit D. Hier. B & gramina, & sic reddidere Lxx, nam lectionem Hebræam ad verbum vertere potes dupliciter: Nudatio super flumen, super fontem fluminis. i. erit nudatio herbarum graminis, & omnis rei viridis erit super flumen, etiam super fontem fluminis, adeò exsiccabuntur omnia: & sic D. Hieron. vertit, Nudabitur alueus riui à fonte suo. i. ripa aluei fluminis Nili nudabitur omni gramine, & omni re viridi vsque à fonte suo. i. vsque à fonte Nili fluuij, ita præ penuria aquæ siccabuntur omnia. Potest quoque verti lectio Hebræa sic, Gramina super flumen, super fontem fluminis: vt sit, Siccabuntur, supple, gramina super flumen, & super fontem fluminis. Lxx viri vertere sententiam, dixere enim, Et viride omne quod circum flumẽ est, subaudiunt, siccabitur. Omnis sementis irrigua, siccabitur, arescet, & non erit. Apud Aegyptios non pluit, sed æstate quando omnia flumina exsiccantur, ipse Nilus exuperat tunc ripas, & inundat omnes agros, & post æstatem cùm se in suum alueum recipit (nam reliquo anni tempore continetur suis ripis) fit sementis, & tam fœcundæ sunt Nili aquæ, vt terra madens aquis Nili, tam vberes ferat fructus, vt sola Aegyptus multas prouincias possit alere. C Omnis ergo sementis irrigua. i. omnis sementis quę facta est agris irriguis. i. agris madentibus inundatione fluminis Nili, siccabitur & arescet: quod Lxx seniores dixere, Omne seminatum per flumen. i. propter inundatos agros flumine Nilo superiore anno, siccabitur: & addidere de suo causam cur exsiccandum esset, cùm alijs annis non soleret exsiccari. A vento corrupto. i. quia corrumpetur à vento vrente. Mœrebunt piscatores. Leges apud Pomponium Melam, & apud Strabonem, postremo Geographiæ libro, & Herodotum in Euterpe, aquas fluminis Nili esse fœcundissimas, procreare maximam piscium multitudinem, adeò vt paludes latissimæ, quæ è Nilo educebantur, incredibiles è captura piscium redditus redderent. Erat igitur magna multitudo piscatorum, & texentium retia, qui indè magnos faciebant quæstus, & fiebant multa genera retium, quorum omnium describitur mœror, quòd exsiccatis aquis cessaret illorum quæstus.

D. HIERONYMVS

Confundentur qui operabantur linum, plectentes et texentes subtilia, & erunt irrigua eius flaccescentia.

LXX VIRI.

Confusio accipiet operanteis linũ sectum, & operanteis byssum, & erunt operantes ea in dolore.

DEscribitur adhuc Nili siccitas, quæ tanta erit, vt piscatores, & texentes retia, lugeant & mœreant, cùm videant se nullum facere quæstum, & operam contriuisse texentes retia è lino secto, vel purissimo, vt verterunt Lxx: vel ex byssо, quod subtilissimum linum interpretatur D. Hieronymus. Et erunt irrigua eius flaccescentia,

Hebraicè est
percussi ponentes eius
percussĩ irrigua eius erunt Et
וְהָיוּ שְׁתוֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים

Quòd vertere potes, Et erunt irrigua eius percussa, supple, æstate, & ariditate, nam שְׁתוֹתֶיהָ, significat irrigua eius, vnde D. Hieronymus reddidit, flaccescentia. i. quæ irrigabantur aquis Nili, arescent omnia. Significat etiam שְׁתוֹתֶיהָ, ponentes ea, à שׁוּת, quod ponere significat, & congruit huic loco mirabiliter, quoniam de retibus agit, & piscatoribus, vt subiungat, Erunt ponentes retia percussi, supple, dolore. Quòd autẽ genere fœminino hoc verbũ est vertes sic, Ponentes eius, supple terrę Aegypti, hoc est, qui ponunt retia in Aegypto ad capturam

Universidad de Deusto
Biblioteca

piſcium,contriti,& percuſsi dolore,ſic explanant Lxx viri.Nec diſsimulandum eſt,quod D. Hieron.vertit, linum,Lxx viros vertiſſe λίνον ἐχεσὶ, quod ſignificat linteum quo piſcatores ſibi caput aſtringunt.

D. HIERONYMVS.

Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.

LXX VIRI.

Omnes facientes ceruiſiam,contriſtabuntur & animis dolebunt.

lacunas
animo incurui ceruiſiam
animæ ſtagna clauſuram facientes Omnes
כָּל עֹשֵׂי שֶׁכֶר אַגְמֵי נָפֶשׁ

HEbræa lectio duobus modis verti poteſt: שֶׁכֶר, rete ſignificat, & clauſuram, & ſic interpretantur Hebræi, vt ſit, Omnes facientes lacunas, ſiue clauſuram animę.i.clauſuras animalium,& piſcinas, vt ibi paſcerent piſces, quos piſcarentur: quòd enim Nilus eſſet piſcium fœcundiſsimus, paludes ingenteis faciebant,vndè magnum quæſtum facerent, & magnos haberent redditus ex piſcium captura: & ſic interpretantur אַגְמֵי, ſtagna: נָפֶשׁ, animarum. Vndè Pagninus vertit, Omnes facientes clauſuras ſtagnorum pro piſcibus: quam ſententiam ſequitur D.Hierony. qui vertit, Omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſceis: reddit enim ſententiam non verba. Poteſt etiam verti lectio Hebræa, Omnes facientes ceruiſiam incurui animo,quòd שֶׁכֶר, vinũ ſignificet,vt aiunt Hebræi,& potũ,qui fit è fructibus,qui adeò inebriatiuus eſt,vt illorũ verbis vtar, vt ſenſum omnem auferat,& intelligentiam: vnde vertere Lxx σῖκερα, vinum ex hordeo,vel ceruiſiã, ad decipiendum,inebriatiuam videlicet. Poſteà אַגְמֵי,iunci.i.incurui: accipiunt enim Hebræi iuncum, pro incuruo, & debili inſtar iunci: נָפֶשׁ, animo:& ſic Vatab.reddidit, Triſtes erunt animo:vt ſit ſenſus, Tanta erit fluminis ſiccitas, vt cùm aqua non ſuppetat, vel ad faciendam ceruiſiam,qui facienda ceruiſia quæſtum faciebant,mœreãt,& triſtes ſint animo. Nec potuit magis ſiccitas Nili examplificari, quàm cùm dicitur fore vt aqua non ſuppetat ad faciendam ceruiſiam,vnde Lxx vertere.Omnes facientes ceruiſiam contriſtabuntur, & animo dolebũt: quibus omnibus ſignificatur, ſub aduentum Domini exſiccandum prorſus Nilum fluuium, quòd Aegypti munimen erat,& Aegyptum venturam in Romanorum poteſtatem,quòd aduentus Chriſti ſignum erat.

D. HIERONYMVS

Stulti principes Taneos ſapientes conſiliarij Pharaonis, dederunt conſilium inſipiens. Quomodo dicetis Pharaoni, filius ſapientum ego, filius regum antiquorum? vbi nunc ſunt ſapientes tui? annuncient tibi, et dicant quid cogitauerit Dñs exercituũ ſuper Ægyptum. ſtulti facti ſunt principes Taneos,emarcuerũt principes Mẽpheos,deceperunt Ægyptũ, angulũ populorũ eius, Dñs ĩmiſcuit in medio eius ſpm vertiginis.

LXX VIRI.

Et ſtulti erunt principes Taneos, ſapientes cõſiliarij regis, cõſilium eorũ euaneſcet. Quomodo dicetis regi filij prudẽtiũ nos,filij regũ,qui ab initio? vbi ſunt nũc ſapiẽtes tui,& annũcient tibi,& dicãt: quid cogitauerit Dñs ſabaoth ſuper Aegyptũ, defecerunt principes Taneos, exaltati ſunt principes Mempheos, & decipient Aegyptũ,& tribus, Dñs enim immiſcuit eis ſpiritum erroris.

DEſcribitur à propheta cœcitas principum Aegypti,qua obcœcati ſunt à Dño, vt Aegyptus in Romanorum poteſtatem veniret: quod,vt dixi,ſignum erat aduentus Dñi.Hoc te ipſæ hiſtorię docebunt completũ,nam tantus ſtupor omneis inuaſit,vt neque ſe defendere, neque conſilium capere vllũ potuerint, cùm alioqui ſe ſapientes nominarent, & à maioribus ſe ſapientiã iactarent hæreditariã accepiſſe.Vel apud Platonem reperies, cùm alijs locis tum in Phœdro,omnem diſciplinam & doctrinam ab Aegyptijs ſumpſiſſe initium, indè ad Græcos dimanaſſe & ad alias nationes, quo nomine eis propheta inſultat hoc loco, & rogat an intelligant, quæ cauſſa fuerit, vt qui cæteros ſapientiam docuerint, omni ſapientia fuerint deſtituti,& regnum perdiderint.Vel apud Plutarchum in vita Marci Antonij leges, cùm M. Antonius

A victus ab Auguſto Cæſare,ſe in Aegyptum recepit, quòd ea prouincia accommodatiſsima eſſet reficiẽdis exercitibus,neque paraſſe copias, neq; ſe oppoſuiſſe aduerſarijs, ſed torpuiſſe omneis Aegyptios.נִשְׁאָה cũ puncto in dextro cornu,ſeducere ſignificat.Seducti ſunt principes Mempheos.D.Hieron.codẽ ſenſu.Emarcuerũt principes Mempheos: & Mẽpheos, gentiuus eſt Græc⁹ à Mẽphis,quæ vrbs munitiſsima eſt Aegypti. Idẽ verbũ נִשְׁאָה verbo נשׂא cũ puncto in ſiniſtro cornu,ſignificat,inter alia,exaltare,& ſic accepere Lxx viri, vertere enim, Exaltati ſunt.i. elati inſolẽtia,qui ꝙ ſe ſolos crederent ſapere,perdiderũt Aegyptũ.Et angulũ. i.columẽ & fulcrũ tribuũ eius.i.Mẽphim,quæ columẽ Aegypti erat, & tribuũ Aegypti. Nã angulus apud Hebræos ſignificat caput,& vallũ,& principẽ,ducta metaphora ab angulo domus, qui totã domũ fulcit.Quòd autem ſapiẽtes Aegypti ſe filios regũ nominarẽt,inde factum eſt, quod,vt docet Plato in Polit. ſapientes, quorũ conſilio regnum regitur, reges ſunt. ¶ Sed vt ille alter,qui in pergula proponebat opera, & ipſe poſt tabulã latebat, vt exciperet iudicia hominũ,& vitia,quæ picturę obijcerẽtur:ita hoc opus,dũ typis excuderetur,in pergula ꝓpoſitũ eſſe volui,vt exciperẽ ſermones hominũ.& doctiſsimi viri illud obijciũt ꝙ puncta mutem, vt hoc à me cõmentario factũ eſt:ꝙ dum defendo lectionẽ illã Lxx.cap.3.Ligemus iuſtum &c.di co,mũta literam,idq; ſæpè repeto, & nefas eſſe aiunt inexpiabile, ſiquis ſacras literas attentet, & mutãdas literas dicat,& pũcta in ſacra ſcriptura. Doctiſsimis viris,qui hæc obijciũt,reſpondeo,me nõ mutare literas,ſed oſtendere mutatas à Iudæis,idq; noſtros veteres patres nos admonuiſſe vt oſtẽdimus in diſputatione fo.46. 47.48.& in cap.64.fo.963.964.965.966.967.968. 969.neque eſſe quenquã qui inficietur verã lectionẽ eſſe,quã eccleſia catholica agnoſcit.Fodẽrũt manus meas:nõ quã præferũt codices Hebræi vitiatã à Iudæis,vna mutata literula,pro ,Fo derunt,ꝙ vox Hebræa,caãru,ſignificat,vitiata lectione ſcripſere,caari, ſicut leo,vt vna mutata litera manifeſtiſsimũ teſtimoniũ de Chriſti paſsione obſcurarint. Id factum admonet veteres patres,& nos ipſi manibus deprehẽdimus ita factũ eſſe, verã lectionẽ agnoſcimus,Ex vtero autẽ Luciferũ genui te,quã vniuerſa ecc. catholica cãtat à ſuis primordijs. nunquam vitiãt Iudęi vna mutata litera.Itaq; à Iudæis mutatas literas oſtendo,cuius rei ſunt authores veteres patres nõ muto ipſe literas nec puncta.Cõtrouerſia fuit inter noſtros & Iudæos vtra verior ſit lectio, eccleſię catholicæ lectio,an ſynagogæ Iudæorũ,& vtra vitiata:defendo ego ſententiã ſanctorũ,oſtẽdo Iudæos vitiaſſe ſcripturã in illis locis, quibus diuerſitas ſcripturæ eſt Hebraicè, & Latine in vaticinijs de Chriſto,idq; facio præcepto diui Hieronymi in epiſtola ad Damaſum ſuper quatuor euãgelia,ꝺ quo millies ſupra eſt dictũ.Et facio exẽplo ipſius D.Hieron.qui mutat literas,& pũcta,vt defendat lectionẽ Aquilæ, Symmachi,& Theodocionis.Mutat,inq;,pũcta, hoc eſt docet eos ſequutos eſſe aliã lectionẽ mutato vno pũcto,aut litera,vt in illa verba c. 2.Sophoniæ, Audiui opprobriũ Moab:reddẽs cauſſam,cur,ꝙ ipſe verterit,ſiccitas,Lxx reddiderunt,Damaſcũ,ſiccitas,inquit,Hebraicè dicitur,mimſaq.et prima litera immutata,ſi loco eiꝰ ponatur,d,pro mimſaq,dices, dimſaq, & mutatis pũctis,dameſeq. Et idẽ D. Hieron. in cap. 5. Amos in illud.Nũquid hoſtias,et ſacrificiũ obtũliſtis?docet ꝙ Lxx legũt,moloq,Aquilã legiſſe,melquon,Symmachũ,et Theodocionẽ malcheché,quã lectionẽ prę ferũt Hebræi codices. Negabit hic quiſquã mutãdas eſſe multas literas Hebrææ lectionis,atq; pũcta multa, & legendũ nõ malquequẽ,vt Hebr. lectio præfert,ſed moloq, vt vertere Lxx.quãdo lectionẽ Lxx ꝓbat D.Lucas,& agnoſcit catholica eccleſia? Nega mutãdas literas, & incurras hæreſim. Et in cap.38.Eſ.in ea verba:Sicut pullus hirũdinis,ſic clamabo:mutatione literę D.Hieron.defendit Aquilã,ꝙ ſequutus fuerit aliã lectionẽ, mutata vna litera, & varietatẽ lectionis eſſe in codicibus Hebræis,etiã ſine fraude Iudæorũ,oſtẽdimus in diſputat,de tranſlat. Sed inſtant viri doctiſsimi,me,dum tueor tranſlationem Lxx,damnare vulgatam,quæ aliam lectionem Hebræã ſæpè ſequitur.Nec videntẽadem ſententiã vtriuſq; lectionis eſſe,ſed obſcurioré alibi,alibi planioré, vt altera declaretur,altera ꝙ à me fit illo loco,de quo agimus ca.3. Ligemus iuſtũ, quod ꝙ faciendũ docet D.Hieron.cùm alijs locis,tum in principio cap. 49.vbi ait, Vtranque editionem poſui, vt quod in altera videretur obſcurum,alterius lectione reſeretur.Sed ſæpè inquiũt variã,multumq; diuerſa vulgata D.Hieron.eſt,ab editione Lxx. Reſpondi ſæpè iã, quoties id accidit,quod ſæpè accidit,vtrãq; interpretationẽ eſſe ſacram,ꝙ neceſſe eſſe fateri, niſi quis in currere here ſim velit,intelliget ex quinquaginta locis, quos iuxta interpretationẽ Lxx citãt apoſtoli,& euangeliſtę,quorum collationem in fine huius operis Græcè,& Latinè poſuimus, in quorum pleriſque diuerſam vulgatam lectionem eſſe apparet à tralatione Lxx. quam vtrã

Universidad de Deusto
Biblioteca

que ſacram fateri, neceſſe eſt, ꝙ vulgatã D.Hieron. ſacroſanctã faciunt concilia, Lxx. tranſlationem citant apoſtoli & euangeliſtę vt eo loco apparet, vt vnus locus ſcripturæ aliquando duos literales ſenſus ſacros habere poſsit, quod docent omnes Theologi, & alterum ſpiritus ſanctus altera traſlatione, alterũ expreſſerit altera. Sumus Põtifex, inquiũt, nõ dãnat lectionẽ Hebręã, nec catholica eccleſia aut cõcilia. Immò maximè, quãdo repugnat lectioni ſcripturæ receptæ in eccleſia catholica ab ipſis eccleſiæ primordijs, vſque ad noſtra tẽpora, quæ vitiata eſſe apparet à Iudæis, quòd Chriſtũ ſonaret, quòd ccc. annis ante Chriſtũ dominũ Lxx teſtes eam ad nos tranſmittunt & teſtantur eſſe veram, probant apoſtoli, & euangeliſtæ, eam eccleſiæ à ſe fundatæ tradunt, eccleſiæ proceres ad nos traſmittunt. Vrgent adhuc cùm dico mutandã literam, me anteponere in pleriſq; tralationem Lxx editioni vulgatæ, nihil minus facio: neque.n.D.Hieron. cum defendens tranſlationem Lxx ſuprà literas mutat, tralationẽ Lxx ſuæ anteponit, ſed ſignificat varietatem eſſe lectionis Hebraicæ. Et in diſputatione de tralationibus oſtẽdimus duplicẽ lectionem fortaſſe de induſtria relictam à prophetis quòd vtraq; magnum quoddam myſterium ſignificetur. Negant rurſum noſtrũ eſſe mutare literas: Sic ego dico muta literã, vt mathematicus iubet ducere lineã infinitã. Nec.n. iubet facere, quod nõ patitur natura rerũ, ſed vt fingat illud animo. Sic ego eis, qui negãt Hebraicè eſſe, qđ eſſe apud Lxx dico vt mutent vnam literulam, aut punctũ vnum, ideſt vt fingant animo & legant apud animum ſuũ mutata vna literula, aut põcto vno, & futurum vt puriùs aſtris Chriſti niteat in Heb. lectione & veriſima appareat lectio Lxx. Neq; mutari iubeo Hebræam lectionem, quã Iudęi proprijs manibus exarant, non Chriſtiani, & ita dico mutari, vt ſignificari velim, quod D.Hieron. frequentiſsimè ait, Symmachum, Aquilam, Theodocionem aliam agnouiſſe lectionem, vna litera mutata ſcilicet, aut puncto vno, vt tota noſtra contentio ſit de verbo, non de re.

A

B

D. HIERONYMVS

Et errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomẽs, & non erit Ægypto quod faciat caput & caudam incuruantem et refrænantẽ. Jn die illa, erit Ægyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt, et timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam.

LXX VIRI.

Et errare fecerunt Aegyptũ in omnibus operibus eius, ſicut errat ebrius, & vomens ſimul. Nõ erit Aegyptijs opus quod faciet caput & caudam, principiũ et finẽ. Die illa erũt Aegyptij ſicut mulieres in tremore, & in timore à facie manus Dñi ſabaoth, quam ipſe inijciet eis.

C

QVoties vitã Marci Antonij apud Plut. legeris, & cum hoc capite cõtuleris, nihil dicas his verbis eſſe cõueniẽtiùs. Cùm enim ſe recepit victus ab Auguſto in Aegyptũ, vt ibi reficeret copias, ita ſe geſsit, qui alioqui dux bellicoſiſsimus & imperator fortiſsimus erat, vt fingere nõ poſsis quidquã magis plenũ crapula, temulẽtũ magis, quã ipſe erat. Ergo non erit opus Aegypto, ꝙ faciat & caudã. i. nõ erit opus factũ ab Aegyptijs ad reſiſtendũ hoſtibus, ꝙ habeat principiũ, & finẽ. Et quòd habeat incuruãtẽ, vel refrænantẽ. i. ꝙ paret exercitũ, qui incurruare poſsit hoſtiũ copias. i. fugare, aut ſaltẽ refrænare. THEOD. Omnia opera eorũ erũt imperfecta tumultuaria, nec benè incipiẽtur, nec ad finẽ perueniẽt. Tralationẽ D.Hieron. ſic quoq; enodabimus, Nõ erit Aegypto opus, ꝙ faciat caput & caudã, incuruos alios, alios refrænãtes. i. qui ne ſeparẽt quidẽ ſenes à iuuenibus, quibus verbis incredibilis Aegyptiorũ ſtupor prædicitur. Vnus imperator erat præpoſitus Peluſio, quæ arx erat Aegypti munituſsima, is quoq; dux torpuit, qua de re ſuprà in c. 11. dictũ eſt. Ezechiel c. 30. 31. 32. de hac re vaticinatur, & multa ſunt argum. quib⁹ colliges oĩa illa ad tẽpora Chriſti eſſe referẽda: & ꝙ fortiſsimos gentiũ Romanos fuiſſe, Daniel eſt teſtis: & cõterẽda idola dicat, & ꝙ gladiũ dñi penes illos eſſe dixit ꝓpheta.

Phraſis Hebr. ducet dicuntur caput, milites gregarij cauda, maiores rami, minores ũgi.

D

D. HIERONYMVS.

Et erit terra Iuda Ægypto in feſtiuitatem, omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie cõſilij Domini exercituũ, quod ipſe cogitauit ſuper eã.

LXX VIRI.

Et erit regio Iudæorum Aegyptijs in terriculum, ſi quis eam nominauerit, timebũt, ꝓpter cõſiliũ quod Dñs ſabaoth conſultauit ſuper eã.

A Et quod, inquit ille, multitudo imperita, vel Catoni poteſt bonam mentem excutere. Nã D. Hieron. verterat hunc locum mirabiliter, Et erit terra Iuda Aegypto in feſtiuitatem, ſed Iudæorum multitudo, cum quibus quotidiè diſputabat, fecit eum mutare ſententiam: non recitè quantum ego arbitror, nam חַגָּא, feſtum ſignificat, pauorem nunquam. Hũc ſolum locum citant Iudæi, quo hoc verbum pauorem ſignificare aiunt, quòd ſe confixos hoc teſtimonio videnti, nec poſſe comminiſci quicquam, quò ſe tueantur, cùm חָגַג, tripudiare ſignificet, & agere feſtos dies, & cum ſaltatu, tripudioq; ire ad feſtum diem: hinc omnia deriuata ſolennitates ſignificant, & feſtos dies, & ſacrificia, hoc ſolum nomen חַגָּא, & hoc ſolo loco pauorem ſignificare aiunt, nec vllo exemplo ſimili, aut teſtimonio, aliquo ſcripturæ confirmant, & quòd à verbo חָגַג, quod tripudio ſignificat, & celebro: durum videtur deflectere, ſi timorem ſignificare dicant, deflectunt à verbo חוג alij, quod ſignificat circuire, & circundare, & fingunt Iudæi hoc verbum ſignificare circuire loca, metu, & formidine, ſe huc & illuc ferre, quod nuſquam reperiet quiſquam. Nam חוג, tantum ſignificat circuire, & circũdare: vt, circundare terminum aquis, vnde circulus aut ſphæra חוג dicitur: & nunquam factum reperies, vt ſignificet hoc verbum trepidare metu, & circuire hæc & illa loca præ metu: nec ſi ſe rumpant Iudæi, oſtendent vbi hoc verbum id ſignificet. Sed quid non fingant Iudæi, vt omnia turbent? Lectio igitur vulgata eſt admirabilis, Et erit terra Iuda Aegypto in feſtiuitatem. Sed hic locus Eſaiæ vtrunque ſignificat, & futuram terram Iuda Aegypto in feſtiuitatem, & in terriculum, vtrunque explanemus, ſi prius Iudæorum ſententiam ſubuerterimus. Aiunt Iudæi Aegyptios trepidaturos audito nomine terræ Iuda, & præ metu huc & illuc diſcurſuros. Ipſos Iudæos interrogo, quando terra Iuda tanto pauori fuit Aegyptijs aut alijs nationibus, vt audito nomine Iudæorum huc & illuc circuntulerint oculos præ timore? non hoc ridiculum eſt? Iudæos natio vlla timuit vnquã? ne dũ Aegyptij, qui potẽtiſsimi erant & fortiſsimi, vndè Iudęi auxilia petebant. An non hoc eſt quod veteres patres aiunt, prophetias fieri vanas & mendaces à Iudæis, dum obſcurant myſteria redemptionis. Quis non rideat, ſi audiat fuiſſe aliquando tempus, cùm Aegyptij Iudæorum nomine audito, timore contremuerint? quem non pudeat hoc dicere? Iudæa ob peccata ſua, & quòd abduci nolebat à cultu dæmonum, & idolorum, Aegyptijs & Aſſyrijs prædæ fuit. Poſt tempora Moſis, nunquam factum reperies, vt Iudæi victoriã retulerint ex Aegyptijs. Non hoc dicimus, inquiunt, ſed cùm Aegyptij victi ſunt ab Aſſyrijs & Babylonijs, intellexere ſe victos Iudæorum cauſa, quòd opem tulerint Iudæis, & poſt illa timebunt Iudæam, quaſi verò Aegyptij, aut Deo Iſraëlis eo tempore crederent, aut putarent ſe illa paſſos cauſa gentis Iudææ, quod credibile non eſt de gentibus idolatris. Sed agè, finge credidiſſe prophetis Aegyptios, quæſo, quo pacto intelligent Aegyptij, vaſtatas bello vrbes Aegyptias à Babylonijs, quòd tulerint opem Iudæis, cùm centies priùs vaſtatas ab Aſſyrijs, & Babylonijs Iudææ vrbeis viderint, quàm ſeipſos? Hoc eſt, quod inquit Athanaſ. & Hilar. & alij patres magno, & admirando Dei conſilio factum eſſe, vt Iudæa ſemper fuerit calamitatibus implicata bellis protrita, ne quæ dicuntur de temporibus Chriſti, Iudæi ad ſua tempora referrent. Nam nunc quis tam impudens eſt ex Iudæis qui audeat dicere, fuiſſe tempus vllum cùm Aegyptij audito nomine Iudæorum metu trepidarent, vt huc, & illuc circunferrent oculos, quærerent latebras, in quas ſe abderent? Sic, aiunt, hunc locum interpretatur Aquila Iudæus. Egregius author. ſ. cùm verbum Hebręũ nihil tale ſignificet, & ſcripturas verterit ipſe & Symmachus, & Theodocion in odiũ Lxx virorũ, & Chriſtiani nominis, vt docet EPIPH. Futurum hoc aiũt Iudęi tempore Chriſti ſui, quem expectant, à quibus quæram cum Tertul. Quæ Iudæa illatura hunc terrorem Aegyptijs ſit, quæ deleta prorſus milleſimo quingenteſimo ante anno: vbi Hieruſalem? Sion? Bethleem? vbi vrbes de quibus erant prophetarum vaticinia? Cùm veſtigium illarum non compareat, neque inſtaurandę ſint vnquam, perſpicuum eſt completa eſſe vaticinia, & iam non poſſe compleri. Quomodo ergo naſcetur Dominus in Bethleem, quæ diruta milleſimo, quingenteſimo ante anno, nunquam eſt inſtauranda? quomodo ſimiliter alia complebuntur vaticinia?

Defẽditur lectio vulgata.

Refellunt Iudæi.

Refellunt Iudæi.

B

C

Quantò meliùs & conuenientiùs ſententiæ omniũ veterum patrũ, ſi dicas: Terram Iuda futuram Aegypto in feſtiuitatẽ, vt vertit D.Hieron. hoc eſt, ituros Aegyptios recepta fide Chriſti, cum ſaltatu, ſolenniq; tripudio in Iudæam ad ſanctiſsimum Chriſti ſepulchrũ, ad illa loca quæ Domini pedes calcauerunt, cùm hoc videamus ad noſtra vſque tempora fieri, & hæc loca peti à Chriſtianis ſumma cum veneratione, & religione, & ſi hæc loca ab immaniſsimis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Turcis teneantur, quod declarant sequentia verba: Omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini. i. omnis qui fuerit recordatus œconomiæ redemptionis ibi peractæ, pauebit à facie consilij Domini. i. venerabitur loca sancta Iudææ, & sacros apostolos, & eorum scripta. A facie cõsilij Domini. i. propter Domini consilium, de quo infrà cap. 25. Consilium hoc Domini super omnes gentes, dissoluere faciem vinculi colligati super omnes populos. i. redimere genus humanum, quod fecit Dominus Hierosolymis. Tralatio Lxx virorum, hoc loco videtur suppositicia & adulterina: tamen illa, & Iudæorum tralatio sensum optimum habent, si sic explanes, vt historiæ & rerum euentui, qui est optimus scripturæ interpres, congruat. Liquet enim, vt suprà diximus, repetendumq; est sæpiùs, nulla re magis permotos gentium animos & nationum, vt ad Christum venirent, quam cùm videre post crucẽ Domini Iudææ omnes vrbes fuisse subuersas, Iudæos omnes suis sedibus pulsos, captiuos ductos in omnes terras, vt prædictum videbant prophetarum vaticinijs. Hæc res igitur perterruit AEgyptios, & omnes nationes, cùm legerent apud prophetam, quod centies hoc libro ostendo, prædictum, arsuras vrbes Iudææ omnes, post Christi aduentum, quòd eum non essent recepturæ, & arsisse videbant, & conflagrasse templum & Iudæam omnem: quod hæc verba iuxta tralationem Lxx virorum, & iuxta interpretationem Iudæorum planè significant, si dicas, Erit regio Iudææ Aegyptijs in terriculum. i. exterrebuntur Aegyptij, & aliæ nationes, audito Iudææ nomine, & auditis pœnis, quas luit vniuersa Iudæa, quod Christũ non receperit, quòd Christi maiestas eos exterrebit, qui quingentis, & mille, & bis mille annis antè prædixerit futurum per prophetas, & postquàm cruce est affectus, id resurgens compleuerit. Si quis illam nominauerit, timebunt. i. exemplo Iudææ timebunt, & cauebunt aliæ nationes, & resipiscent & alieno malo edocti, discent timere Deum: ideo enim pœnæ irrogatæ nocentibus, exempla dicuntur Latinè, quòd sunt alijs exemplo, vt caueant malo. Postremò, Propter consiliũ quod Dominus sabaoth consultauit super eam. i. propter pœnas acerbas, quas Deus sabaoth exegit à Iudæis perfidis ob Christi crucem, cùm omnes Iudææ vrbes incendio absumpsit. Sic etiam editionem D. Hierony. licebit interpretari. Erit Aegypto terra Iuda in festiuitatem. i. ibunt Aegyptij recepta fide in terram Iuda, cum saltatu, solennìq; tripudio, in Iudæam ad sanctissimum Christi sepulchrum, ad illa loca quæ Domini pedes calcauerunt, & ea loca petent, vt ibi agant festos dies, & omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini exercituum. i. quoties veniet in mentem vrbium Iudææ, quàm olim floruerint, quàm frequentes habitatoribus fuerint, pauebit, & horrescet corpore & animo, cùm videat subuersas, & solo exæquatas omnes, & terram quæ olim erat fœcundissima, & vberrimos edebat fructus, ad mirabilem redactam sterilitatẽ: quæ omnia prædixerat Moses Deuteron. cap. 38. his verbis, Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus, in similitudinem aquilæ volantis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis. Vbi planè describitur exercitus Romanus conscriptus ex Hispanis, Gallis, Germanis, & ex vltimis terræ finibus, quòd Romani imperabant orbi: nam regnum Babylonium, quanquam longè lateque patebat, tamen confine est Iudææ prouinciæ, vt alibi dictum est. Sed apertiùs hæc verba, & interpretationem quam præscripsimus, infrà leges quoque eodem capite præcipuè tamen cap. sequenti Deuter. 19. vbi ait, Dicetq; sequens generatio, & filij, qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint, videntes plagas terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixerit Dominus sulphure, & solis ardore comburens, ita vt vltra non seratur, neque virens quippiam germinet in exemplum subuersionis Sodomæ, &c. Quare sic fecit Dominus terræ huic? & respondebunt, Quia dereliquerunt pactum Domini, &c. Quia enim dereliquerunt Christum, cuius figura & vmbra erat vetus testamentum, redacta est Iudæa in illam sterilitatem & vastitatem. Conferamus verba Mosis cum verbis Esaiæ, easdem agnoscemus sententias. Quid enim est aliud, quod tot verbis dixit Mosis? Dicet sequens generatio & filij, qui nascentur deinceps, &c. quam quod paucis verbis dixit Esaias? omnis qui illius fuerit recordatus. i. qui secũ cogitauerit fœlicitatem Iudææ, & vbertatem, & amœnitatem, & viderit in quam vastitatem sit redacta & in quam sterilitatẽ, ita vt vltra non seratur, sed sterilis sit vt Sodoma, pauebit, & quod Moses dixit: interrogabit: Quare sic fecit Dominus terræ huic? & quod Moses dixit Dominum irrogasse has pœnas Iudææ vt Sodomæ, quia dereliquerunt pactum Domini, & seruire magis voluerunt Romanis, & adorare Deos alienos, vt leges apud Egesyppum de Aristobulo, Hyrcano, Antipatro, & alijs Iudæorum regibus sub Christi aduentum, quam Deo seruire, & diuinis legi-

nis legibus, & clara voce testati sunt se non habere regem nisi Cęsarẽ: Esaias paucis illis verbis significauit, Pauebit à facie consilij Dñi quod cogitauit super Iudæam. i. pauebit cùm videat Iudęam redactam à Dño in sterilitatem Sodomæ, propter negatum Christũ, vbi frænanda est imperitia quorundam, vt suprà scripsi, ne dicam impietatem, qui Geographiæ Ptolomæi adscribunt, & alijs locis spargunt voces non magnopere pias, quibus testãtur terram sanctam nõ esse vberem, & amœnam, qualis describitur in sacris literis, sed sterilem, & infœcundã, & eius rei nos voluere admonitos, & aduersari audent scripturæ sacræ. Et quidam addunt nimia quadam cultura Iudæorum vernasse arboribus, & amœnam fuisse, qualis describitur à Iosepho Iudæo, cum alioqui esset in fœcunda, & sterilis, qualis nunc apparet. Mentiuntur ergo ô boni viri, literæ sacræ? Ne te hi decipiãt ergo amœnissima, & fertilissima terra Iudæa erat qualis describitur à Iosepho, & qualis literis sacris descripta est: nũc verè sterilis, & infœcunda, quia in hanc sterilitatẽ redacta est post crucẽ Dñi, vt prædixerat futurũ Moses, eo loco, quẽ citaui.

D. HIERONYMVS.

In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum.

LXX VIRI

In die illa erunt quinque ciuitates interra Aegypti loquentes lingua Chananitide, & iurantes nomine Domini Sabaoth.

THEODOR. Ita Dominus dicit se deleturum regnum Aegypti, vt his omnibus significet se traducturum Aegyptios, ex impietate ad pietatem, & religionem. PROCOP. in cap. 42. hunc locum eodem modo explanat, & quinque vrbes in ecclesia Dei varia religionum genera esse putat, quę loquerentur linguâ Chananitide, quod cõfessa res sit Eremitas, Anachoritas, monachos, & alia religionum genera in Aegypto primum esse cœpisse, cuius rei August. testis est tom. 10. serm. 50. de eo, quod scriptum est. Ego sum pastor bonus: vbi ait in Aegypto magnum gregem Domini esse, magnam sanctorum numerositatem, quæ penitus mũdum cõtemnat. Et CHRYS. in cap. 2, Matth. homil. 8. in illa verba: Fuge in Aegyptum, ait in Aegypto esse innumerabiles angelorum copias in humana specie, & populos martyrum, & choros virgines bonas. Sed quo modo quinario numero perfectio, & plenitudo seruorũ Christi significetur; docet in psal. 118. serm. 22. in illa verba, Erraui sicut ouis quę perierat. Sensus ergo est, futura in Aegypto multa religionum genera sanctorum, qui corporeis sensibus quinque, & quinque animi interioribus sensibus toti ferantur in Deum, & lingua loquantur Chananitide i. eloquia Dei loquantur, & sonent semper. Chananitide ergo lingua. i. Iudæa, quòd Iudęam tenebant olim Chananęi: & leges apud omnes veteres patres, religiosis in Aegypto, & alijs locis, semper in ore fuisse prophetarum scripta, euangelia, sacras literas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS

Ciuitas solis vocabitur vna.

LXX VIRI.

Ciuitas Acheres vocabitur vna.

PAGNIN. quemadmodum Lxx viri hanc vrbem non vertit Latinè, sed integram lectionem Hebræam ad nos transtulit, qui vertit ciuitas heres dicetur vni, appellatur enim vrbs Heres siue Cheres, ח, mutatur interim in aspirationem, h, interim in, ch, quanquam reprehenduntur Lxx viri, quod illam mutent aliquando in, ch, cùm non solum euangelicæ literæ, & apostolicæ, sed etiam Philon, & Iosephus, Iudæorũ longè doctissimi, vt Hieron. eos appellat, ita sæpè vertant. Non solum eñ nos Achaz dicimus cũ D. Matth. cap. 1. & non, Ahaz, sed etiã IOSEP. de bello Iud. lib. 9. c. 13. vbi, Achazum, appellat, quòd hæc nomina declinat more nominum Græcorum, & non Ahazum. Et cap. 12. Achazen nominarat, & non, Ahazen sic Achab appellat regem lib. 8. Iud. antiq. cap. 7. & non Ahab, & Achiã prophetã, non, Ahiã, in fine cap. 4. eiusdem libri, cum hæc nomina apud Hebr. scribantur per, ח, sed infinita sunt hæc, nam & lib. 7. cap. 6. Iosaphat filium Achilę scripsit non Ahilæ, & lib. 5 cap. 10. Manoen patrem Sampsonis quod apud Hebræos scribatur per, ח, Manochen appellat vt, ה, cum transit ad nos interim mutetur in aspirationem, Manohen, interim Manochen, ne quis Lxx viros hoc nomine reprehendat. Quòd ergo Pagninus, & Vatablus dicunt, Heres Ciuitas, Lxx viri dixerunt Cheres ciuitas, Quin ad nos transtulere hoc nomen addito Hebræo articulo ha, quemadmodum VATAB. vertit hir heres, nomen enim, hir Hebræum, quod vrbem significat ad nos quoque transtulit integrum, ita Lxx viri addidere articulum ha cheres. Nam quod D. Hier. mirari se dicit cur Lxx verterint ciuitas Sedec mendosos codices nactus D. Hieron. hoc scripsit, emendatiores eñ codices præferunt πόλις ἀχηρὶς κληθήσεται μία .i. vrbs Hacheres vocabitur vna vrbs. quod si nulla essent exemplaria, quæ hanc lectionem præferrent, facile erat hæc loca ex Hebræa lectione castigare. Quis enim authori, librariorum imputat vitia? vox ergo integra relicta est à Lxx, cum articulo ha qui articulus habet emphasim, quasi dicas vrbs ha Cheres. i. vrbs illa Cheres (quod vox Hebræa multos habet intellectus) integra est relicta, & ipsis vocibus, & nomenclaturis, vt suprà diximus. ex Chrysost. prophetæ multa significant: significat ergo Cheres, scabiem, & scabiei pruriginem, quo nomine vitia, & peccata significantur, & voluptas quę nascitur ex libidinibus. Quod vt docet Plato in Philebo: Quemadmodum iucũdum est scabié scabere, at posteà tetros hoc ciet dolores, ita vitiorũ voluptas gustu grata est, postea multum habet fellis, & aloës. Ergo ciuitas Aegyptiorum, quæ vitiorum prurigine vrebatur, & quæ scatebat vitijs, & libidinibus, erit ex his quæ Christo credent, & plena spiritu, sancto angelorum vitam viuet (vt dicebat Chrysost.) significat etiam Cheres testã aridam, & siccam, quod vrbs Aegyptia quæ maxime sicca erat, & maxime roris spiritus sancti expers, pluuia cælesti madebit. Cheres quoque solem significat vt verti possit, ciuitas solis erit vna vt vertit D. Hier. nec aliena à sensu huius loci hæc significatio est, quasi dicat Propheta: vrbs Aegyptiorũ scabiosa, vitiorũ & lubidinum prurigine flagrãs, vrbs illa sicca spiritus sancti roris expers, futura est vrbs solis iustitię, nam canõ ille est adhibendus, cum verbũ Hebræũ multa significat, quæ ad id de quo agitur spectant, omnia illa ab spiritu sancto esse significata.

Defenduntur Lxx viri contra eos qui eos reprehendunt, quòd ח, vertũt in ch.

D. HIERONYMVS

In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti.

LXX VIRI.

In die illa erit altare Domino in regione Aegyptiorum.

AVGVS. de vnitate ecclesiæ lib. 1. cap. 14. interpretatur hęc de ecclesia Christi, quæ fuit in Aegypto in multis milibus seruorum Dei, qui per Eremum sancta societate viuebant perfectionem præcepti euangelici studentes tenere, de qua dictum est, Vis esse perfectus, vade & vende omnia quę habes, & da pauperibus. EVSEB. de demonstratione euangelica lib. 1. c. 4. hoc testimonio impietatis arguit perfidos Iudæos, quod Moses altare Domino & sacrificia nusquam terrarum nisi in sola Iudæa fieri cauerit, atque adeo in vna sola Iudææ vrbe in templo Hierosolymitano. Hęc prophetia altare Domino futurum in terra Aegypti dicit, non ergo hoc futurum dicit legislatione Mosis, qua id ne fieret cautum erat, sed legislatione Christi, translato igitur sacerdotio, necesse erat legis translationem fieri, Si est altare Dño in Aegypto, & sacrificãt Aegyptij, sunt sacerdotes Aegyptij, noui igitur legũlatio hæc est, & nouũ testa-

A testamentũ, & multa in hãc sentẽtiã dicit diuinitus, vbi hũc locũ explanat & lib. 2. ca. 35. Vides tẽplum extra Hierusalẽ in media Aegypto, hoc est in medio nationũ, ex parte. n. totũ significat prophetia, &c. Postea his addit quæ suprà dixerat omnia, & lib. 6. c. 20. & lib. 9. c. 2. hoc oracu lo vrget Iudæos vehemẽter. PROCO. prædicit (inquit) his verbis euangelij prædicationẽ, nam cũ vetet Moses extra Hierusalem fieri altare Dño, & iusserit ex sola tribu Leui fieri sacerdotes, quomodo inquit in Aegypto futurũ altare est, & Aegyptij futuri sunt sacerdotes? nisi quod vt inquit Paulus trãslato sacerdotio, necesse erat vt legis translatio fieret. Eadẽ ait D. Hie. in cõmẽtarijs. Quod D. Hiero. dixit, In medio Aegypti, cõgruẽter Hebrææ lectioni, Lxx edidere, in regione Aegypti: ne intelligeremus de vno aliquo altari, sed quod fiẽt sacrificia Dño in regione Aegypti: sunt enim Lxx viri cõmẽtarij potius quã interpretes in plerisq;. De hoc loco Esaiæ, & quomodo Onias hoc vaticiniũ Esaiæ de altari ponendo in medio Aegypti voluerit complere, Iosephus antiquitatum Iudaicarum lib. 13. cap. 6.

D. HIERONYMVS

B *Et titulus Dñi iuxta terminũ eius.*

LXX VIRI.

Et titulus (vel colũna) ad fines eorũ Dño.

DIuus Augus. & Euseb. locis citatis hæc eiusdẽ sentẽtiæ esse aiũt cũ superiore. CYRILL. Colũna. i. tẽplum Dei sanctũ, vel. Dei ecclesia quæ colũna dicitur à D. Paulo, Dei viui. 1. ad Timoth. c. 3. vel signũ sanctissimæ crucis, murus enim nobis inexpugnabilis crux est. Pro, Titulo Dñi, Hebraicè est, מַצֵּבָה .i. statua, vel colũna, & multo frequẽti⁹ hoc verbũ statuã significat, vt posis vertere, statua iuxta terminũ eius Deo (vt vertit Vatablus.) Quid vetat incessere Iudæos ijsdẽ argumentis, quibus suprà incessit D. Hiero. Euseb. & Procop? Cautũ erat veteri te stamẽto ne fieret statua Deo, vel sculptile. Ecce dicitur futura Deo Israẽlis statua, vel sculptile in finibus Aegypti. Prædicitur ergo manifesta abrogatio legis Mosis, & nouæ legis introductio. Notandũ etiã Christũ hoc loco dici Deũ, statua enim hæc vel colũna, quæ fit Deo, imago Christi est, vt interpretantur oẽs patres, vbi Christus dicitur, Iehouah. i. Deus. Quòd D. Hiero. vertit, iuxta terminũ: Lxx dicere. Ad terminũ ei⁹, vt sit: Statua Deo erit ad terminũ ei⁹. i. vsq; ad terminũ Aegypti, hoc est, tota Aegyptus vsq; ad terminos suos erit plena tẽplis, & signis Christi crucifixi. Potes quoq; adhibere canonẽ scripturæ, quẽ præscribit TERTVL. in li. de spectaculis, vbi in Aegypto, terra peccatrice, totus orbis qui peccatis scatebat, intelligatur in parte sicut totũ vt dicatur futurũ altare Dño in medio Aegypti. i. in medio orbis. ad terminum ei⁹. i. vsq; ad fines orbis. ADRIANVS tomo. 2. Cõciliorũ synodi Nicænæ. 2. act. 2. in epistola ad Cõstantinũ Imperatorũ, & Irenen, his locis Esaiæ defendet vsum imaginẽ aduersum Hęreticos, & citat locũ Genes. c. 49. quẽ citat D. Paulus iuxta tralationẽ Lxx ad Heb. 11. fide Iacob in summitate virgæ suæ adorauit: & sentit Iacob adorasse in imagine virgã illã, nõ tñ adorasse virgã, sed tenentẽ eã, hoc est, filiũ ipsum Ioseph, quod cũ mago adoratur non solũ imago, sed is cuius est imago adoratur. Idẽ sensit LEONTI. in eadẽ synodo actio. 4. in disceptatione cõtra Iudæos. Et sic hic locus explanatur à plerisq; etiã in cõcilijs. opinor quod cõpletum putẽt somniũ Ioseph quod se viderat adorari à parentibus & fratribus, qua in re fuerat Christi typus, qui adoratus est à parentibus à sacrata virgine & à Ioseph, qui dictus est eius pater. ¶ Sed illud obijci posset D. Hiero. in Quæst. Heb. in Genes. frustrà hæc simulari à nõis affirmat, cũ Hebraicè lõgè secus sit: qua de re dictũ est in cap. 11. fo. 283. vbi monui multas glossulas irrepsisse in textũ D. Hiero. C quod ante inuentã calcographiã libri omnes manu scriberẽtur, & in sanctorũ scripta hæc pestis sęuiret, vt illorũ scriptis hęretici zizania interserent, vndè leges li. 5. hist. Eccl. Euseb. c. 20 pulchrã Irenæi obtestationem, qua per Christũ dñm, & eius gloriosum aduentum obtestatur eos, qui suos libros describerint, vt emẽdatè describãt omnia summa cura, & descripta cum exemplari conferãt rursum diligenter, Nec Irenæũ hæc iuuit obtestatio. Quãuis. n. vt vir apostolicus, apostolorũ temporibus proximus in manibus omniũ esset, & ita citetur ab Euseb. Epipha. Basilio, tñ eius scriptis sparsa Hæreticorũ zizania quædã reperies. Quæ ego cũ conferrem cum Didaco Couarru. epo Segobiensi, qui põtificij iuris lumen est splendiss. de quo multa volumina scripsit diuinitus, quæ doctorum manibus teruntur, qui etiam Græcæ linguæ scientissimus est, in literis sacris versatissimus, Hispaniæ decus: cum hæc ergò cum tali hoc viro conferrem, iniecit libro Græco manum vndè deprehenderat multa glossemata irrepsisse in contextum scriptoris, quæ meis oculis subiecit vt viderem, cuius notæ sunt hæc & similia apud D. Hier. Putant ergo Iacob adorasse filiũ suũ Ioseph in summitate virgæ, fortasse quod existimãt, typũ fuisse adorationis Christi in summitate sanctissimæ crucis. Nã Ioseph typũ

fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse Christi,suprà plurib⁹ est dictũ.Neq; hoc quisq; poterit inficiari ita esse, quando D. Paulus ait,Iacob in fide adorasse fastigium virgæ,si adorauit tãtum filium suum Ioseph præsentẽ in illa imagine,quæ illic fides erat?quæ in sacris literis non dicitur erga homines, neq; à D. Paulo eo loco,neq; de re præsenti,sed futura,cuius fidẽ habebat.Ergo intelligebant patres,& sumus pontifex,adoratum quidem filium Ioseph in summitate virgæ in historia, sed in typo illo adoratum fuisse Christum in summitate crucis,ea fide, quam commendat Paulus. Sed si legas:In summitate virgæ suæ ipsius,vt diximus legendum esse ex D.Augustino,cum de hoc loco disputabamus in cap.11.placet veterum patrum,quos illic citauimus,interpretatio. A

D. HIERONYMVS

Et erit in signum,& in testimoniũ Domino exercituum terra Ægypti.

VOcula Hebræa עד,testimoniũ significat,vt vertit D.Hieron.& in æternum,vt reddidere Lxx. Hic locus,vt docet D.Hiero.cum superioribꝰ,& sequẽtibꝰ tã à nostris,q; à Iudæis ad Christi tẽpora refertur,& quanq; à D.Aug.& Euseb.& Procop.& Cyrillo de Aegypto videtur explanari,potest de toto orbe intelligi,vt supra dictum est.quod si de Aegypto tãtum intelligas,placet multo magis tralatio D.Hier.qua dicitur futurũ hoc signũ crucis in memoriã passionis Christi,qui in literis sacris dicitur dñs exercituum,videtur enim Aegyptus nõ in ęternum colere Christum,possidetur enim à Barbaris,& Mahometicæ superstioni seruit misera,quanquam etiam multos illic Christianos esse perhibent,& multa Christianorum templa. B

LXX VIRI.

Et erit in signum in seculũ Domino in regione Aegypti.

D. HIERONYMVS.

Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis,& mittet eis saluatorem & propugnatorem,qui liberet eos.

LACTAN. lib.4.c.13. cũ probãdum suscepisset,Christum esse Deum & hominẽ, & multis alijs prophetarũ vaticinijs docuisset eũ esse Deũ,hominẽ probat esse hoc vaticinio Esaiæ, quo dicitur, Mittet eis Deus hominẽ,qui saluabit eos, iudicãs sanabit eos.Et simile ait hoc vaticinium illi,Hieremiæ,Homo est,& quis cognouit eũ?& illi Mosis Nũ.24.Orietur stella ex Iacob, & exsurget homo ex Israel: additq; cõsultum Apollinẽ vtrum ne Deus,an homo fuerit?respondisse: mortalẽ fuisse secundum carnẽ, vbi Deũ cõfessus est,quanq; inuitus, cum mortalẽ respondit secũdum carnẽ,nõ absolutè.Sed si Hebræis vocibus insistas,hoc loco Deus,& homo describitur planissimè: cum eñ de eodẽ sermo sit,& de cõuersione Aegypti ad pietatẽ,qui vsq; adhuc,vt adnotauimus יְהוָה est appellatus nunc homo dicitur. Citatur hic locus etiã in Cõc.Carthag.2.iuxta tralationẽ Lxx in rescripto eporũ synodi Tellẽ.ad Syricium papã:Et dicitur cur sit appellatus homo cũesset Deus.CYRIL. de incar.vnig.c.3.in fi.tomo.1.cõci.EVSE.demõ.Euãg.lib.1.cap.4. hominẽ hunc missum Aegyptijs eundẽ illum esse ait,quẽ Mosis oracula significarent,cum dixit:Egredietur homo ex semine ipsius,& dominabitur nationibꝰ multis.CYRIL.sic à Sathana oppressos Aegyptios ad dñm clamasse ait,vt sanguis Abel ad dñm clamasse dictus est.Cum igitur Aegyptij dura Sathanæ tyrãnide premerentur,misit eis Deus Iesum sedentẽ in nube leui,in vlnis B.virg. qui occulta quæ bailla, וְרָב וְהַצִּילָם dupliciter verti possunt, וְרָב.i.propugnatorem,vel, & iudicabit,vtrunq; eñ significat,& verbũ,& nomẽ esse potest. ¶ Et cp me nouarum rerũ inuentorẽ clamitãt quidã receptã lectionem in ecclesia catholica tueor aduersus quasdam interpretationes recens editas delibatas ex Iudæorum scriptis,quasi harum rerũ inuẽtor ego sim,& nõ duces sequar veteres patres in mutandis punctis, explanandis varijs Hebræarum vocũ significationibꝰ. D. Hieron.y.in illa verba cap. 15. Secundum magnitudinem,Harabim,vocem Hebræam reddi posse docet,salices, &Arabes,& sic tuetur vtranque translationem.Et in illa verba,Ponam supra Dibon,diban,& dimon scribi posse ait. mutata vna litera.Et in illa verba: Onus in Arabia.verbũ arab, verti posse docet, vesper, Arabia, coruus, planicies, & occidens. Ne quis me hæc nullo exemplo facere dicat, cum præcepto, & exemplo Diui Hieronymi faciam. Cyrillus C D

LXX VIRI.

Quia clamabũt ad Dñm ꝓpter tribulãteis eos,& mittet eis hominem, qui saluabit eos iudicãs saluabis eos.

magnum iudicabit Iesum

liberabit eos & propugnatorem & saluatorem eis misit Et

וְיִשְׁלַח לָהֶם מוֹשִׁיעַ וְרָב וְהַצִּילָם

A rillus,Seruabit,inquit,Dñs non Aegyptios solum,sed vniuersum orbem. Iudicans.i.iustum iudicium pronuncians, Satanam enim qui vim intulit,cum suis dæmonibus catenis reuinctũ in carcerem tenebrarum retrusit,iuxta illud: Nunc iudicium est huius mundi:nunc princeps huius mundi eijcietur foras:&,Ego si exaltatus fuero,omnia traham ad me.Summopere tamẽ notandum est,quanquã Lactantius,& Euseb.hoc loco probari putent Christum esse hominẽ Hebraicè non appellari hominem,sed Mosiah, quæ vox idẽ significat, quod Iesus, deriuata à verbo,Iasah,ab eodem inquam verbò vndè deriuatur Iesus, neque aliud significans,quam Iesus,non magis quam apud nos seruator hominum & conseruans homines. Quod igitur Hebraicè est,Mittet eis Mosiah.i. mittet eis Iesum vel saluatorem, Lxx viri paraphrasi quadã ex illo Hieremię loco,& ex illis locis Mosis,quę suprà citata sunt, edidere, Mittet eis hominem, vt significarent nobis hunc,quem Esaias appellat,Mosiah.i.saluatorem,siue Iesum, esse illum quem hominem appellauit Moses,& Hieremias, faciunt enim vt dixi,Lxx viri & apostoli & euangelistæ dum interpretantur scripturam, paraphrasim ex alijs locis, vt doceant nos idem B in his & in illis significari,& vt alijs locis alia declarent, & enodent. Cur autẽ Moses & Esaias aut Lxx viri hoc loco Christum hominem appellarint,explanatur diuinitus tomo.1.concilio rum in expositione symboli Nicæni,cum explanatur illa pars symboli qua dicitur homo factus Deus. Notandum etiam רָב posse verti propugnatorem,vt sit nomen,posse quoque reddi,magnum,& inclytum,& sic redditur à Iudæis,vt sit:Mittet eis Iesum magnum illum & inclytum,sic appellatũ,vt aiũt Iudæi,ob magnas,& multiplices, quibus pollet,dignitates.Quod si ita est vt re ipsa est, vide quam conuenienter dicatur:Mittet eis Iesum magnum illum,& inclytum in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis:illum,in quo sunt omnes thesauri sapientiæ,& cognitionis absconditi,vt ad Colos.2.ait Paulus. Potest quoque verti doctor & magister,iuxta illud,Vnꝰ est magister vester:nã Hester 1.rab,pro magistro est,vt sit,Mittet illis doctorem gentium.Lxx viri à verbo רוב,deduxere & רָב,fecere verbum,iudicabit,& hoc quoque significare docẽt ipsi Iudæi, & probãt testimonio 1.lib.reg.cap.25. רָב אֶת רִיבוֹ, .i. iudicabit iudiciũ:adhibẽdus semper est canõ ille sæpè repetitus quãdo verbũ idẽ plura significet, &c.

D. HIERONYMVS

Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptij Dominum in die illa,& colent eum in hostijs, & muneribus,vota vouebũt Domino,& soluent. Percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos.

LXX VIRI.

Et notus erit Dominus Aegyptijs, & cognoscent Aegyptij Dominũ in die illa,& facient sacrificium, & donum,& vouebũt vota Domino, & reddent, & percutiet Dominus Aegyptios plaga,& sanabit eos, & conuertentur ad Dñm,&exaudiet eos,& sanabit eos sanitate. C

PROCOP.Specta, inquit,quantoperè propheta Domini indulgentiam admiretur, & quãto gaudio exultet,ob indulgentiss.Domini benignitatem,quod Aegyptum,præter cæteras nationes,vitijs fœdiss.inquinatam, & turpissima idolatriæ superstitione fœdatã sua misericordia sit prosequuturus,& vocaturus ad fidem. Præ lætitia enim & admiratione,more gestientium & lętantium,& gaudio triumphantium eandem rem centies repetit, nec sat habuit dixisse, Iurabunt Aegyptij per Deum Israël,erit altare Domino in medio Aegypti,& alia multa nisi hic in fine eandem sententiam multis versarit modis,varijs orationibus idem repetierit vaticinium,quasi dicendo animi admirationem exsatiare non posset & lætitiam, Cognoscetur Dominus ab Aegyptijs: rursum,Cognoscent Aegyptij Dominum:rursum,Et colent eum hostijs:neque hoc sat habuit,addidit,Et vota vouebunt,quasi non vna harum orationũ sit sententia.Eadem D.Hieron.& Cyrillus aiũt: Percutiet Dominus Aegyptios plaga & sanabit eos. THEODOR.Regni ablationem appellat propheta plagam, voluit enim Dominus Aegyptũ esse sub Romanorum imperio,cum reliquis nationibus, vt apostolorum prædicationi peruia esset,& humilis magis,sanationem nominat Dei cognitionem,deleuit enim regnum Aegypti Dominus,&traduxit Dominus Aegyptum ex impietate,ad pietatem.Eodẽ spectare videntur Cyrill. D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cyrillus, & D.Hieron. Innominatus qui cum Saluiano circumferturin Anticimenis lib. 1. de locis Esaiæ quærit,cur cum dixerit Esaias,Mittet eis saluatorem, subiungat statim: Percutiet Dominus Aegyptum plaga,& respondet,percussio hæc parcentis est,non perdentis,quæ potius per plagam pœnitentiæ animam possit perducere ad salutẽ,quod declarat dicés:Et reuertentur ad Dominum,& placabitur eis,& sanabit eos. A

D. HIERONYMVS.

In die illa erit via de Ægypto in Assyrios, intrabit Assyrius Ægyptũ,& Ægyptius Assyrios, & seruient Ægyptij Assur.

LXX VIRI.

In die alla erit via Aegypti ad Assyrios & ingrediẽtur Assyrij in Aegyptum, & Aegyptij ibunt ad Assyrios & seruiẽt Aegyptij Assyrijs.

HVnc locum explanat optimè D.Cyrillus,ante Christi aduẽtum regna omnia fuisse inaccessa inter se mutuò,& imperuia quod bello, & armis inter se dissidebant,sub aduentũ Christi imperio Romano subiecit Dominus regna omnia,vt pace omnia coalescerent, & mutuo essent omnia peruia,coalesceretque inter eos pax Christi,iuxta illud D.Pauli: Ipse est pax nostra,non enim solum coniungit angelis homines,sed genteis etiam cum gẽtibus. Aegyptij ergo qui bellagerebant assiduè cum Assyrijs mutuos habebunt congressus, iuxta illud, Non bellabit gens contra gentem, & concident gladios suos in aratra: Idem enim hoc loco dicitur,& illo: Seruient ergo Aegyptij Assyrijs hostibus suis infestissimis non seruili conditione sed charitatis vinculo capti diligent inimicos suos,iuxta præceptum Domini,vt quos oderãt peius sanguine viperino,quasi acerrimos hosteis,& inimicos,qui se sæpè vastarant,qui ex Aegypto sæpissimè prædas abegerant, diligerent, sicut se ipsos iuxta illud Domini præceptum, Benefacite ijs,qui oderunt vos Matt.5. Tamen in sacris literis intelligo Syros appellatos Assyrios, & Syriæ bona pars est Iudæa,præterq; Syri primi omnium recepere fidem, & Antiochię quæ vrbs Syriæ est, primum nominati sunt Christiani: & Samaria prima recepit verbum Domini. Et si rationem tenes Geographiæ, ex Syria dispersi sunt apostoli in totum orbem, & in Aegyptum. Audient ergo Aegyptij Syros prædicatores euangelij.i.apostolos,& illis obtemperabũt,& hæc seruitus,maxima libertas dicitur non solũ apud Theologos, vt leges apud D. THOM.in materia de statibus,sed etiam à philosophis,vt ab Aristotele 6.de rep.lib. B C

D. HIERONYMVS.

In die illa erit Israel tertius Ægypto & Assyrio, benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum dicens, Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum tuarũ Assyrius, hæreditas autem mea Israel.

LXX VIRI.

Die illa erit Israel tertius inter Aegyptios & inter Assyrios benedictus in terra, cui benedixit Dñs Sabaoth,dicens. Benedictus populus meus,qui in Aegypto, & qui in Assyrijs,& hæreditas mea Israel.

CYRIL. Dictus est Israel primogenitus in filijs, postquam autem in filium Dei est debachatus, post nationes collocatur,sortitus post genteis secũdum locum.Postquam enim intrauerit plenitudo gentium Israël saluus fiet. Aduerte hoc loco Israelem tertium nominari post Assyrios & Aegyptios, affecit enim cruce Dominum, & positus est in dorso iuxta illud Psalm.20. Quoniam pones eos dorsum,hæc eadem ait idem CYRILL. in Ioannem lib. 2. cap.122. Neque intelligas ergo hoc loco Israelem tertium nominatum post Assyrios,& Aegyptios esse benedictionem in medio terræ,tanquam Israel solus sit benedictio in medio terræ, quemadmodum erat ante Christi aduentum,sed vt interpretãtur Lxx, tertius erit benedictus .i. tertio loco erit benedictio in medio terræ post Assyrios,& Aegyptios,qui primi benedicẽtur,quod declarant verba sequentia: Benedictus populus meus qui in Aegypto est: ergo Aegyptus primo loco benedicetur,& qui in Assyrijs,vbi Assyrij 2.loco benedicuntur. post hos tertio loco benedicitur Israel,& hereditas mea Israel,iuxta tralationem Lxx,quę lucidior est. Vides quo pacto tertio loco benedicitur hęreditas Domini Israel qui olim erat hęreditas Domini. Vnde tralatio D.Hieron.sic est explananda, vt coniunctio, aut,pro ornatu sit,& nihil significet, D

A gnificet,aut valeat pro coniunctione copulatiua, nam pro illa Hebraicè est ו, id est, &. Quod igitur dixit D. Hieron.Hæreditas autem mea, valet, pro: Et hæreditas mea, ne possis dicere semper Israelem appellari à propheta benedictionem in medio terræ,& hæreditatem Domini. Nam si de summa cute arbitrarere hunc locum, videretur propheta benedictum dicere Aegyptium & Assyrium,Israelem autem hæreditatem Domini. Hanc verò interpretationẽ Cyrilli verissimam esse, & tralationem Lxx diuinam disces ex eodem CYRILLO in fine lib. 10. de spiritu,& litera, quærit enim ibi CYRILL. Cur cum 2. Num.& alijs locis scripturæ filij Israel ordine suo per loca sua,& turmas iubeantur incedere,primi secundum locum tenere iubẽtur,& secundi primũ, verbi caussa Iacob ex Lia sustulit liberos sex hoc ordine, Rubẽ,Simeõ, Leui,Iudà,Isacar,Zabulon. Cur collocat primos Iuda,Isacar,Zabulon? Secundos Ruben, Simeon,Gad filiũ ancillæ? quod Leui non adnumerabatur filijs Israel,vt 2.c.Num.legitur. Cur igitur cum eodẽ cap. dicat Moses ire filios Israel per domos suas, & loca sua, primo loco eunt secundi,& secundo loco primi, nisi quod posteriores partes tulere Iudæi post Christi aduentũ? Verba Cyrill. sunt: Primò offert donum tribus Iudà ex qua natus est Christus, secundũ carnem: Deindè Isacar,& Zabulon vltimi ex filijs Liæ: Secundus ordo,Ruben primogenitus, Simeon,& Gad,qui ancilla est prognatus, per secundum hũc ordinem significatur Israel, quod ostendit prophetia Iacob: Ruben primogenitus meus,&c. Et rursum: Simeõ & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilio eorum non veniet anima mea, & in concupiscentia sua subneruauerunt taurum. Gad verò prædicitur insidiosus. Ruben ergo, quòd primogenitus est,citra controuersiam est typus Israelis. Simeon verò cui coniungitur Leui tanquam propẽsus ad homicidia, signum est Israelis,qui occidit prophetas: Quos,inquit,prophetas non occiderunt patres vestri? Subneruauerunt taurum, qui est Christus. Consentit enim Leui cũ Iudæis in Christi morte: Leui .i. scribæ, & pharisæi,quæ erat tribus Leui, & ideò prophetia Iacob,Leui coniungit cum Simeon. Hæc Cyrillus. Quod si D.Cyrillo obijcias, malè hunc locũ vertisse Lxx, quod D.Hier.non verterit: Quoniam in cœtu suo interfecerunt homines, & in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Ego D. Hieron. credo voluisse significare nobis,quod docent etiam Rabini referente PAGNIN.in thesauro linguę sanctæ, hunc locum à Rabinis explanari,subneruauerunt bouem,ab alijs,subneruauerũt murum. At si contendas non idem esse,subneruauerunt bouem,& subneruauerunt taurum: VATAB.in comm.in illum locum,quosdam rabinos vertisse prodit,subneruauerũt bouem, vel taurũ. O cur licet tantum in ea,quæ tradita ab apostolis,recepta ab ecclesia & sanctis patribus explanata sunt,cum reddita sint fideliter tot seculis ante aduẽtũ Christi? En,Iudeis authoribꝰ, fideliter Hebræa lectio reddita à Lxx est, & explanata persanctè à D.Cyrillo. Sed D. Hieron. ostendere nobis voluit hunc locum posse verti duobus modis, alioqui non erat subneruaturus ipse omnium veterum patrum monimenta, qui in hunc locum multa diuinitus scripta reliquere. Docuit Christum appellatum esse murum,& significatũ hoc loco lancea suffossum militis, & clauis cruci suffixum,vbi potuit admoneri lector lectionem Hebræam ad verbum esse: Quoniam in furore suo occiderunt virum: vt intelligere possis Iesum, & repetita eadem re rursum: In concupiscentia sua subneruauerunt taurum.i.Christum. Nã si Iudęos & Iudæorum interpretationem audias hæc omnia pessum ibunt. Nam Iudæi omnia referunt ad fabulas aniles vt docent veteres patres, vt ex eorum scriptis intelliges. Taurum esse Christi figurã docet idem CYRILL.lib.decimo de spiritu, & litera. Dictum est suprà cur vitulus, & taurus immaculatus,& non punctus stimulo mactaretur in figuram Christi quod Christus verè immaculatus fuit,& qui nunquã vulnere peccati potuerit lauciari. vndè, Venit,inquit, princeps huius mundi,& in me non habet quidquam, & taurus dictus propter crucis cornua, & quod disperserit inimicos post passionem, velut taurus cornibus, cum eius pulchritudo post passionem est ostensa,cum apparuit eius diuinitas, & velut taurus cornibus disperserit aduersarios. Sed vt redeam ad id, vndè digressus sum, liquet ergo in Ruben, Simeon, & Leui significatos Iudæos,qui occidere Dominum,reliquus est Gad,quem insidiosum prædixerat propheta Iacob, vndè,inquit, Cyrillus illorum est typus qui accesserunt ad Iesum tentantes eũ animo sero: nam ancilla natus est Gad,Ruben,Simeon,ergo Gad qui secundũ locũ tenent,cum maxime ultimi natu sint filiorum Israel,imaginem præferãt Iudæorum: postremi filij Israel,qui primo loco ponuntur,Iudà,Isacar,Zabulon,Christiani populi figura sint, quasi significent quod erunt nouissimi B C D

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouissimi primi,& quod populus gentium,qui vltimo loco venit,primum occupabit,quod eodem loco alia imagine significatum docet idem Cyrillus.Nam cum ex ancilla nomine Balam Dan,& Nephthalim,sint procreati,& posteà ex Zelpha ancilla Gad,&Aser,postremo ex Rachel Ioseph & Beniamin,& sors Ioseph distributa sit in Ephraim,& Manasse, tertia turma est Ephraim, Manasses,Beniamin. Quarta Dan,Asser, Nephthalim. Vbi docet Cyrillus Dan, Aser, Nephthalim semper antelatos Ephraim , Manasse ,Beniamin,vt pote maiores natu:cur posteà semper hunc ordinem iubentur seruare? vt minores natu,primo loco sint?.i.Ephraim, Manasse, Beniamin: posteriore vero maiores natu,nisi quod maior populus seruiet minori? Et quod filij ancillæ dicuntur Iudæi à D.Paulo , qui posteriore loco , erunt quam filij liberæ, Ephraim,Manasses,Beniamin filij Rachel liberæ? Nam Ephraim,& Manasse ponuntur pro Ioseph.Erunt igitur typus populi Christiani, qui est filius cælestis Hierusalem quæ libera est:Et vt veriora veris hæc esse discas, ait Cyrillus , non tantum in offerendis donis hunc ordinem seruari iubet Deus semel,aut bis,sed semper,& hoc ordine post illa semper collocantur.

IN ESAIAE CAP. XX.

HVius capitis sensus est perspicuus: ideo quod ad argumentum pertinet transcurram breuiter. PROC.hæc ait. Nemo prophetas cognoscebat ex his vaticinijs, quibus prædicerent res longo post tempore futuras , sed ex prædictionibus rerum,quæ non ita multo post acciderent,vndè sibi conciliabant fidem ad reliqua quæ longo post tempore prædicerét futura.Ita Samuel,vt prætrue ret sibi fidem ad ea,quæ Sauli dixerat de regno , de asinis prædicit inuētas esse & de cæteris, quæ ei posteà in itinere acciderunt . Et ille alter Regis Israel prædicit mortem , & alia multa id genus,quæ in scripturis continentur. Hæc Procop. Et ostensum est suprà hoc sæpè fecisse Esaiam ca.7.cũ Achaz prędicit in fecta re & saluo regno Iudà redituros ad se duos illos reges,& intra breuissimum tempus perituros,quod præfinit,vt cum oculis videāt intra breue tempus euenisse,credant illa maiora: Ecce virgo concipiet. Hoc fecit de Senacheribo cuius exercitum delendum ab angelo significat,neque accessurum ad Hierosolyma,vt cum id factum viderant,credant ea,quæ prædixerat: Nascetur virga de radice Iesse &,Puer natus est nobis,filius datus est nobis. & innumerabilia alia oracula,quæ de Christo vaticinatus erat. Eôdem spectat quod de Moab prædixit, & regno Moab delẽdo , de Israele ducendo captiuo intra paucos annos ab Assyrijs,quæ cum certiss.euentus habuerint , vt propheta prædixerat, parta fides est rebus maioribus. Ad hoc exemplum cum tam multa de Christo prædixerit,& de Aegypti conuersione ad Christum, quo res indubitata sit, sic prędicit futura intra paucos annos Assyrios,subiugaturos Aegyptum,& Aegyptios ducendos captiuos ab Assyrijs , quæ res maior erat omni fide,erat enim Aegyptus penè inexpugnabilis, & quæ assidua bella gerebat cũ Assyrijs varia fortuna belli. Cum autẽ hoc loco prędicat propheta vincendos ab Assyrijs intra triennium,idque ita euenire videāt,pro certo habẽt reliqua,quæ prędicta sunt de aduentu Christi,de fractione idolorum,de conuersione Aegypti ad fidem, & alia quæ prædicta sunt sic futura. Simul etiam, quod Cyrillus docet,frænat stultitiam Iudęorũ,qui,quod à Deo castigarentur ob delicta:& scelẽra,quæ in se admitterent,& bellis alienigenarum premerentur Dei permissũ, confugiebant ad Aegyptios,quòd eos bello insuperabiles existimabant esse.Ostendit eis Dominus vana esse hominum auxilia,etiam eorum qui credũtur vinci nó posse,quod facile ruant,quos velit Dominus ruere.Docet vt à Deo petamus opem,& prędium, neque viribus humanis fidamus.De reliquo omnia plana sunt hoc cap. Quod Hieron. vertit: Cum misissetẽ Sargon rex Assyriorũ, Lxx,pro Sargon,Narnan posuere,quod,vt leges apud D.Hieron.multis nominibus appellaretur. & ostendimus Lxx cum Hebraica Græcè vertunt nomina propria ita appellare,vt Græcè appellentur.Quod autẽ THEOD.& Cyrill.verba illa Habitator insulæ huius, &c.de Aegypto interpretãtur,quod concluſa sit alueis Nili,& mari Aegyptiaco,mihi non placet.Nã quibus prędijs freta erat Aegyptus,nisi suis viribꝰ? Aethiopum armis? potentiores erant Aethiopibus.Placet magis,vt de Iudęa intelligas, nam(vt infrà dicẽdũ est)hic mũdus mare dicitur in sacris literis:Ecclesię insulæ quæ suprà mare extãt vndè synagoga,

synagoga,quæ sola erat populus Dei,quæ extabat super fluctus huius mundi , insula dicitur. Hæc ergo insula dicet cum videbit Aegyptios , & Aethiopas captiuos duci ab Assyrijs, ad quorum comparationem ipsa tenuissimas vireis habet,Dei beneficio se defendi , & tutam esse ab Assyrijs,quando infinitis partibus potentior Aegyptus , & potentissima Aethiopia, par Assyrijs esse non potuit.

D. HIERONYMVS

In anno quo ingressus est Thartan in Azotum,cum misisset eum Sargõ rex Assyriorum,et pugnasset contra Azotum,et cœpisset eam: in tempore illo locutus est Dominus in manu Esaiæ filij Amos,dicens:Vade,et solue saccum de lumbis tuis,et calciamenta tua tolle de pedibus tuis:et fecit sic,vadens nudus, et discalciatus. Et dixit Dominus, Sicut ambulauit seruus meus Esaias nudus,et discalciatus,trium annorum signum,et portentum erit super Ægyptum,et super Æthiopiam:sic minabitur rex Assyriorum captiuitatem Ægypti, et transmigrationem Æthiopiæ: iuuenem,et senem,nudum,et discalciatum,discoopertis natibus,adignominiã Ægypti,et timebunt,et confundentur ab Æthiopia spe sua , et ab Ægypto gloria sua: et dicet habitator insulæ huius in die illa , Hæccine erat spes nostra, ad quos confugimus in auxiliũ,vt liberarent nos à facie regis Assyriorum? et quomodo effugere poterimus?

LXX VIRI.

Anno quo ingressus est Tarthan in Azotum, quando missus est à Sargon rege Assyriorum,et debellauit Azotum,& cœpit eam : tunc locutus est Dominus ad Esaiam dicens, Vade,& aufer saccũ de lumbis tuis, & calciamẽta tua tolle de pedibus tuis:& fecit sic vadens nudus,& discalciatus: & dixit Dominus,Quẽadmodũ ambulauit Esaias seruus meꝰ nudus,& discalciatus,tribus annis erunt signa & portenta Aegyptijs,& Aethiopibus, quia sic aget rex Assyriorum captiuitatem Aegypti,& Aethiopum, iuuenes & senes,nudos et discalciatos,discooperтos confusionem Aegypti, & confundẽtur victi Aegyptij in Aethiopibus,in quibus fuerant confisi Aegyptij : erant enim eis gloria : & dicẽt habitãtes in insula hac,Ecce nos fuimus confisi in eis in auxiliũ, qui nõ potuerũt saluari à regibꝰ Assyriorũ,& quomodo nos saluabimur?

HOc capite prædicitur vastitas Aegypti,tertio post anno futura, non duobus præcedentibus,quæ vt ostendi ex authoritate sanctorum patrum,& ex ipsa Græca , Hebræa, Latina lectione, admiranda Christi continent mysteria. Neque Sargon hic Assyriorum rex qui vastaturus tertio post anno Aegyptum est,& Aethiopiam,idem est cum Sennacheribo:alioqui falsa esset prophetia. Sennacheribus enim,non vastauit Agyptum,nec Athiopiam , vt discesex IOSEP.lib.10.ca.1.&.2.qua de re suprà dictum est pluribus. Perspicuum est hoc caput, & dilucidius quàm in eo interpretando immorari debeamus . Sola enim hic dicitur historia, qua capta Azoto vrbe à Thartano duce Sargonis regis Assyriorum,iubetur à Domino Esaias ponere vestes,& currere nudus per vrbẽ,& discalciatus,& prędicere,vt ille nudus ambulat,& sine calceis per vrbem,sic nudos,& excalciatos ducẽdos captiuos Aegyptios & Assyrios. Nõ enim solum sermone(vt ait IREN.lib.4.c.37.)prophetabant prophetæ,sed & visione, & conuersatione,& actibus quos faciebant.Et paulò infrà idem IREN.quędã per operationẽ typicè significabant prophetæ. Et infrà,Quæ agenda erant,operatione perficiebãt.Quod futurũ erat ergo,vt Aegyptij & Aethiopes exuti bonis omnibꝰ,ab Assyrijs captiui ducerẽtur, neq; Aegyptij solũ,sed Aethiopes etiã,quorũ prędidio Aegyptij se munitissimos esse putabãt,propheta

Universidad de Deusto
Biblioteca

nudis pedib⁹,& corpore nudo per vrbẽ diſcurrit, hoc facto vaticinãs quod futurũ erat,& interpretãs hoc vaticiniũ,quid ſignificaret,inquã,hoc factũ,& quid vaticinaretur hoc factũ, vt hinc diſcerem⁹ reliqua interpretari,neq; temerè putarem⁹ factũ quieq̃, quod à ꝓpheta fieret. quale illud eſt quod ſuprà interpretati ſumus,cùm Eſaias iubetur cap.7.prodire obuiã regi Achaz,cum filio nomine,qui derelictus eſt conuertetur,ad extremũ aquæ ductus ſuperioris piſcinę:neq; neceſſe erat in hoc caput aliud annotare, quod conſiliũ ſemper fuit in his quę myſteria Chriſti præferũt immorari diutiùs,tranſcurrere reliqua. Tamen nolo illud præterire lentio,quod D.Hier. vertit thartan,Lxx legiſſe תנתה .i.thanathã,ꝓ mutatione vni⁹ literulę fieri poteſt, ר, in, נ, ſi pro תרתן ,legeris, תנתן, & creberrimas has fieri mutationes, oſtendimus in diſputatione de tralationibus.Illud duriùs multò,quòd pro, ſargun, vertere Lxx, arna, ſeu vt alia exemplaria præferunt Narna. Sed iam ſuprà oſtendimus ex Eucherio, qui alioqui minus bonus author habetur,de quæſtionibus veteris teſtamenti, de quæſtionibus in Iob, cùm quæreret curLxx ſeniores reddiderint,Pleiadas,Oriona,vel Arcturum,reſpondiſſe,nó ita trã ſlatorem hæc appellaſſe,vt appellantur Hebraicè,ſed vt appellaret vſus gentilitatis, vt tranſlatio apud nos eſſet manifeſtior. Hæc repetit multis locis: vnde nemo miretur, ſi Sargon regem Aſſyriorum, Lxx viri nominent Arnan, nomenclatura videlicet notiore populo Gentium,quod facere ſolitos Lxx viros,ex ſanctis etiam patribus ſuprà oſtendimus.Noſtri verò, quaſi iam prorſus damnata cauſa Lxx virorum,pro Thanathan,quod vertere Lxx viri,Latinè reddunt Thartan, vt vertit D.Hieron. & pro Arna, ſeu Narna, rege Aſſyriorum, reddunt Sargon Latinè(eſt enim hic morbus communis omnium qui vertunt Latinè Græcas ſcripturas,vt nunquam fideliter reddant tralationem Lxx virorum,ſed pro ea,tralationem D.Hieronymi nobis ſupponant.) Atqui Lxxii Iudæi tot ſeculis ante Chriſti tempora, quod maximũ eſt noſtræ veritatis argumentum,ſemper cum literis euangelicis conſentiunt, & in plærisque non faciunt tralationem,ſed ſunt metaphraſtæ,& planè & apertè Chriſti myſteria ſonant, & hoc nomine Iudæis ſunt odioſiſsimi & Iudaizantibus.

Docet prætereà hoc facto Eſaiæ Dominus, hoc oſtento, Iudæos fidere Deo, & diuinope,& non confugere ad auxilia nationum infidelium (hoc enim morbo laborabant Iudæi) quòd millies admoniti à Domino,vt vocati in diſcrimen ad ſe ſolum confugerent,& à ſe peterent opem,non confugerent ad Aegyptios,non ad Aſſyrios,aut Babylonios, nolebant reſipiſcere,etiam centies caſtigati ob hoc tam graue delictum, & grauiſsimis cladibus conciſi à Domino. Oſtendit ergo indulgentiſsimus Dominus hoc facto, validiſsimas nationum vires nullas eſſe,cùm ipſe velit,vt Iudæi cùm videant Aethiopas, & Aegyptios, tam turpiter duci captiuos,& tanta cum ignominia, reſipiſcant & deſinant fidere illorum præſidio, & fidant Deo. Hoc enim ſignificat propheta cùm dicit, Et dicet habitator inſulæ huius in die illa, &c. nam Iudæa dicitur inſula,vt ſuprà dixi.

AMBR.in pſal.39.in principio,interpretans falſas inſanias, quas putat eſſe eaſdem quas Solomon appellat Vanitates vanitatum: ait eſſe quoque veras inſanias, non vt intelligas verè inſanire eos, quibus accidit vera inſania, ſed inſanias veras appellat, quando illæ inſaniæ vera vident, & vera ſequuntur, vt falſæ inſaniæ dicuntur, quæ falſas rerum imagines conſectantur,honores humanos,delitiarum faſtus, imperia, opes, quæ temporis momento euaneſcunt,ita,Inſanias veras.i.quæ hominibus videntur inſaniæ,vera tamen bona ſequuntur. Ait igitur Ambroſius,Sunt ergo veræ inſaniæ,& forſitan prophetarum, qui in exceſſu mentis poſiti,prophetabant,repleti Dei ſpiritu, vt quibuſdam inſani viderentur, cùm propriæ ſalutis immemores,nudi plærunque,diſcalceati,ſicut Eſaias ſanctus per populos curreret,vociferantes,non quæ ipſi vellent,ſed quæ à Domino iuberentur:hæc Ambroſius.quibus oſtendit inſanias veras appellatas,quòd inſaniæ videantur apud homines,vera tamen bona videant, & ſequantur,vt Eſaias hoc loco,cùm nudis pedibus,& corpore nudo,iuſſu Domini per vias diſcurrit,inſanus iudicio vulgi,, reuerà Spiritu ſancto exuberans, & verorum bonorum nuncius & vates.Neque Ambroſius ſolus in hac fuit ſententia,verum etiam in Phædro PLATO, vbi inſaniam negat ſimpliciter malum eſſe: ait enim quoſdam diuino beneficio fieri inſanos, diuino munere præditos,& diuino dono, qui nobis maximorum bonorũ ſunt authores, vt Prophetæ,& Sybillæ. & infrà: Pulcherrimę(inquit)arti,quæ prædicit futura, hæc nomenclatura impoſita eſt,quando diuino beneficio,& munere diuino hæc inſania contingit, quam eſſe ait omni humana ſapientia ſapientiorem: vbi Plato, prophetiam quæ diuino munere contigit,

prophetis inſaniam appellatam vulgò ait, & ſapienter appellatam inſaniam, quæ tamen maximum bonum ſit, & maximorum bonorum fons & origo, omni humana ſapientia longè, longeque ſapientior. Sed quòd non iuxta prudentiam, aut ſapientiam humanam ſe gerat, neque agat, aut dirigat ſuos actus iuxta regulas humanæ rationis, inſania dicatur. Quæ tamen omni prudentia & ſapientia ſit ſanior,cùm ſpiritu Dei repletus propheta,humanas vias,& humanas rationes contemnit, & in rebus humanis delirus habetur, vera bona ſequitur, & cæleſtia,& cæleſtium bonorum nobis eſt author,qualis deſcribitur hoc loco Eſaias.

IN ESAIAE CAP. XXI.

ONus dicta ſunt in caput ſuperius, huc quoque ſunt adhibenda, & eodem verborum ordine. Non enim ſolùm prophetæ prædicebant,non longo poſt tempore futura, vt dictum eſt in caput proximum, ſed etiam longè ſummota: & ita capite proximo impendens Aegypti vaſtitas prædicta eſt. Hoc capi. longo poſt tempore futura Babylonica clades prædicitur. Nam prophetæ, quæ finitimis prouincijs impendebãt mala, prænunciant, quæ Iudæorum oculis ſubiecta futura ſunt, vt ſuprà oſtendimus, vt cum Iudæi videant illa compleri, ex alijs factis, reliqua futura credantur,quæ de Chriſti myſterijs ſunt præſignificata. Prædicitur ergo hoc capite vaſtitas Babylonica, qua inuecta,reuocandus erat populus Iuda ex captiuitate Babylonica in patriam, & inſtaurandæ vrbes Iudææ,quæ completa omnia ſunt eo ordine, quo præſignificantur hoc capite futura. Hæc eadem vaſtitas Babylonica prædicta eſt capitu. 13. & 14. huius prophetæ, & huc adhibe quæ prædicta ſunt omnia in prolegomenis in cap. 13. vbi docuimus vaſtitatem quidem Babylonicam prædici illis duobus cap. ita tamen, vt ſub typo captiuitatis Babylonicæ præſignificetur vltima mundi vaſtitas, & iudicium vltimum: præſcripſimuſque canonem illum ſcripturæ interpretandæ, quo ex authoritate veterum patrum oſtendimus typis miſceri vera, quæ vera eſſe hoc cap. apparebit D. Ioannis teſtimonio, qui multa verba huius cap. in ſua Apocalypſi ad vltimam vaſtitatem refert,vt illa:Cecidit, cecidit Babylon,& ita D.Hiero.in ſecundis commentarijs explanat.Sed vbi D.Ioannes in Apocalypſi interpres eſt, alio interprete non eſt opus: quin hoc capite authoritate D. Ioannis liquet,quæ illic dicta ſunt,omnia eſſe veriſsima,& interpretationem veterum patrum, qua multa ex illis capitibus ad vaſtitatem vltimam referunt,eſſe veriorem veris,authore D.Ioanne:eadem enim ratio huius capitis eſt,& illorum.

D. HIERONYMVS	*LXX VIRI.*	
Onus deſerti maris.	Viſio deſerti.	מַשָּׂא מִדְבַּר יָם

IN cap.13. dictum eſt, & in cap.ſequentia,vbi D.Hieronymus reddit, Onus: Lxx viri, Verbum,ſiue viſionem: qua ratione id factum ſit,inde huius diſsidij erit ratio petenda. D. Hieronymus hoc initium, & hunc capitis titulum obſcurum putat, & niſi mentio tam crebra fieret Babylonis, dubitaturum ſe fuiſſe dicit, quò referendum eſſet hoc principium, & quid ſibi vellet pondus hoc, quod deſerto mari imponitur. Putat tamen perſpicuum eſſe, quòd deſertum mare, Babylon appelletur, Hieremia dicente ex perſona Dei: Et deſertum faciam mare eius,& ſiccabo terram illius,& erit Babylon in tumulos arenarum: vt Babylon appelletur mare,propter multitudinem inhabitantium, hæc Hieronymus: vt ſit, Onus vaſtitas maris Babylonis:deſerti.i.vaſtandæ, & redigendæ in vaſtitatem. Lxx videntur mihi verba huius capitis iam inde à principio Balthaſari regi Babylonico tribuere, miſeranti vaſtitatem Babylonicã, & lugenti cladem tantam, ita vt typus ſit peccatoris cuiuſlibet, interprete D. Ioanne in Apocalypſi, deplorantis vltimam vaſtitatem, & vltimas miſerias impendentes poſt iudicium vltimum: & vaſtitatem Babylonicam typum eſſe liquet vltimæ conſummationis. Vt enim illa regem Balthaſarem, & Babylonis principes lætos, hilares, agitantes lætiſsima conuiuia, in mediis epulis occupat,nec opinanteis, & opprimit, ita vltima conſummatio, vt Dominus ait, comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui dantes, nec opinanteis ſubitò homines opprimet, ducta metaphora à tẽpeſtate quæ oboritur in media arena deſerti prouinciæ Cyrenaicæ, quæ tota arenoſa eſt, & cùm venti validi perflant,non ſolùm excitant puluerem, quo occæcẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

oculos tantum, quod apud nos fit, ſed attollunt ingentes arenarum aceruos, & arenæ maximos voluunt fluctus & plurimos, & viatores, & integros exercitus arena obruunt, & nihil horribiliùs hac tempeſtate, ſubitò in deſerto, aut in maris Cyrenaici littore coorta, cuius ſimilitudine vtitur propheta. Vtraque ergo hæc calamitas ſignificatur ſubita, & repentina, vbi elementa omnia contraria ſunt, vnde nulla mali fuga. Eſt tamen deſertum illud non longè à mari prouinciæ Cyrenaicæ, & iuxta ipſas ſyrtes maris Libyci, vt ſimilitudine, quæ obiecta eſt Balthaſari tempeſtatis arenoſæ in medio illius deſerti, quæ viatores obruit arena, & integros exercitus ſubitò coorta, & viuos humat, ſubita Babylonis vaſtitas, & ſubita orbis conſummatio declaretur. Videntur Lxx ſeniores nominaſſe viſionem deſerti illius maris Cyrenaici. quãquam in lectione Lxx virorum deeſt, maris, quæ vox fortè de induſtria prætermiſſa eſt à Lxx ſenioribus, vt deſerti illius tempeſtates coortæ omnium ſcriptis nobilitatæ, cùm fluctus arenarum maiores, & crebriores maris fluctibus oboriuntur ſubitò, & integros obruunt exercitus, venirent in mentem. Poteſt iam, vox Hebræa verti, maris: vt ſit, Viſio deſerti maris, vel, occidentis: vt ſit, Viſio maris occidentis, deſertum enim prouinciæ Cyrenaicæ, vbi ſæuæ illæ oboriuntur tempeſtates, & atrociſsimæ, ad occaſum eſt ſitum.

A

B

D. HIERONYMVS

Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deſerto venit, de terra horribili viſio dura nunciata eſt mihi.

LXX VIRI.

Sicut tempeſtas per deſertum tranſeat, de deſerto veniẽs de terra, horribilis viſio, & dura annunciata eſt mihi.

DIuus Hieronymus aliter diſpũxit hæc quàm Lxx ſeniores. Senſus tamen idem vtriuſque tralationis eſt, hoc excepto, quòd tralatio Lxx virorum plane ſpectare videtur ad tempeſtatem illam, quæ oriri ſolet in deſerto prope Syrteis, & in prouincia Cyrenaica, quæ ingenteis voluit arenarum fluctus, in morem maris ſæuientis, cuius mentio eſt apud PLIN. lib. 2. cap. 45. confeſtim auſtro voluente arenas. & POMPON. Melam lib. 1. cap. 8. de rupe auſtro ſacra, hæc cùm hominum manu attingitur ille immodicus aſſurgit, arenaſque quaſi maria agens, ſic ſæuit, vt æquor fluctibus. Et HERODOD. in Thalia, exercitus in Ammonios ductos, exorta auſtri procella, arena obrutos ſcribit, ita vt ne vnus quidem ſuperfuerit. Imagine ergo huius procellæ coortæ, auſtro flante, quæ in media terra exſurgit ſubita & inopinata, Balthaſari oſtenſa dicitur vaſtitas Babylonis, & ſub typo vaſtitatis Babylonicæ, vltima mundi conſummatio. Eſt enim imago appoſitiſsima, nam maris tempeſtas præuidetur, & non adimit omnem ſpem euadendi, deſerti tempeſtas, neque præuideri poteſt, neque caueri, neque ſpem vllam fugæ relinquit. Vt mittam dicere, quod SOLIN. ait cap. 40. Ibi ad exitium viuentium elementa congruere, quòd in terris flabra ſæuiant, in mari terræ, in locis ſcilicet prope Syrtim arenoſis, vbi congruũt omnia elementa exorta tempeſtate in hominum exitium & perniciem, quod futurum liquet in vltima orbis conſummatione, cuius imago eſt tempeſtas exorta prope Syrtis in deſerto, vbi ſi te in mare recipias, atrox mare ſæuit, & præſentiſsimum minatur exitium: ſi terras petas, terræ & venti ſæuiunt atrociùs multò, inter hæc tonat, fulgurat, cadunt ſæuiſsima fulmina, vt in tuam perniciem. quod inquit Solinus, conſpiraſſe videantur elementa omnia. Ergo Lxx ſeniores ſic hunc locum videntur intellexiſſe, ſicut tempeſtas per deſertum tranſiret, de deſerto veniens de terra. i. ſicut procella quæ in deſerto exoritur, & attollit fluctus arenarum quæ venit de deſerto. i. quæ exoritur in medio deſerto. de terra, hoc eſt, quæ arenæ & terræ attollit fluctus, cum inſtar maris ſæuiunt terræ, & arenæ fluctibus viatores obruunt. Horribilis viſio & dura annunciata eſt mihi. i. talis quædam ſæua, repens, & inopinata calamitas, per viſionem oſtenſa mihi eſt, vt quemadmodum in illa omnia elementa in hominum perniciem videntur conſpiraſſe, ſic in hac quæ mihi oſtenſa eſt. Eadem tralationis D. Hieronymi ſententia eſt, Viſio dura annũciata eſt mihi ſicut turbines. i. qualis viſio turbinum. Ab Aphrico veniunt. i. quas excitat Auſter, cùm attollit arenarum fluctus. De deſerto venit. i. quæ venit de deſerto, nam auſter flat à meridie, & ad meridiem verſus protenditur deſertum. De terra horribili, hoc eſt, quæ procella, & qui turbines veniunt de terra horribili, deſerti ſcilicet, nihil enim horribilius illis locis huiuſmodi tempeſtatibus, quę illic perflant.

C

D

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS.

Qui incredulus eſt, infideliter agit, et qui depopulator eſt, vaſtat.

LXX VIRI.

Præuaricans præuaricatur, iniquus iniqua agit.

vaſta vaſtat	vaſtator &	præuaricare præuaricatur	Præuaricator
הַבּוֹגֵד	בּוֹגֵד	וְהַשּׁוֹדֵד	שׁוֹדֵד

IN totum hoc caput adhibendus eſt Canon ille præſcriptus ab Origene & Auguſtino: vt ſi quis locus ab apoſtolo aut euangeliſta ſit explanatus, illũ habeamus pro ſcopo, & ad illius lucem antecedentia, & conſequentia interpretemur. Cùm ergo de vltima vaſtitate D. Ioannes explanet illud: Cecidit, cecidit Babylon, totum hoc caput explanandum erit de vaſtitate Babylonica literaliter, ita tamen vt typum eſſe intelligamus eam mundi conſummationis, & dupliciter hoc caput explanemus. Ergò, Qui incredulus eſt, infideliter agit: Verba ſunt Balthaſaris, lugentis vaſtitatem Babylonis. i. quid tam mirum eſt, ſi perfidus Darius fidem non ſeruat, & ſi vaſtator Darius nos nec opinanteis vaſtat? vel, vt peccatoris verba ſint. Quid tam mirum eſt, ſi prædo ſathã deprædatur miſeros, qui ei ſeruiebant, & vaſtator angelus malos vaſtat? Eadem ſententia tralationis Lxx virorum: Præuaricans, præuaricatur, & exlex leges violat, & homo peccati perdit omnia, & vaſtat. Nam ἄνομος, exlex eſt, & legirupa, quod interpres ſemper vertit, iniquum. Et verba hæc de Dario intelliguntur, & de fure illo, de quo Dominus: Si ſciret paterfamiliãs, qua hora fur venturus eſſet, non ſineret perfodi domum ſuam. Vtraque tralatio conuenit cum lectione Hebræa, excepto quòd pro, boghĕd, boghed, legere Lxx, boghed, bagad, mutatis punctis: Et pro, ſoded, ſoded: legere ſoded, ſadad. Vel eandem agnouere lectionem, vt ſit, præuaricans, præuaricans eſt, & vaſtans, vaſtans eſt.

B

D. HIERONYMVS.

Aſcende Elam, obſide Mede.

LXX VIRI.

Contra me Elamitę, & legati Perſarum contra me venient.

Medorum Mede	legati (ſi eũ ר, legas) obſide	Elam	Contra me Super me Aſcende
מָדַי	צוּרִי	עֵילָם	עֲלִי

C

MVtatio vnius literæ facit hanc varietatem interpretationis. Nam עֲלִי, poteſt ſignificare, aſcende, vt vertit D. Hierony. vt ſit: Aſcende Elam, & obſide Mede, quibus verbis Dominus imperat Elamitas, & Medos obſidere Babylonem, & ſubuertere. Poteſt etiam ſignificare עֲלִי, ſuper me, vel, contra me, ab aduerbio, על, ſuper, vel contra, & ſic reddidere Lxx, Contra me Elamitæ. Et vt oſtendimus ſuprà, Lxx viri, & apoſtoli, & euangeliſtæ Hebræa nomina cum, Græcè vertunt libros ſacros, Græca forma enunciant, & ita dixere Lxx: Contra me Elamitæ. Pro, צוּרִי. i. obſide, mutata, ר, in, ד, legunt Lxx צוּדִי. i. legati, & ſic vertere, Legati Medorum, & ſubaudiuere, veniunt: vt ſit totum, Contra me Elamitæ, & legati Medorum veniunt. Pro Medis autem poſuere Perſas, quòd rex Darius, Medis & Perſis imperabat: & confeſſa res eſt, Medos appellari Perſas. Semper autem Lxx viri hæc faciunt verba Balthaſaris miſerantis fortunas ſuas, qui typus eſt hominis terreni, nam duæ ſunt vrbes, Ciuitas Dei, quæ complectitur omnes bonos, & Ciuitas terrena, quæ Babylon dicitur, qua continentur omnes mali, cuius ciuis Balthaſar eſt, quæ vox ſignificat idem quod theſaurizans magno mentis acumine, à be. i. in, lathas, acuendo, aſar, theſaurizare. i. in acumine mentis theſaurizans. Quæritur ergò hic diues auarus, quòd aduerſum ſe aſcendant Elamitæ. i. aëriæ poteſtates, & inuiſibiles, id enim ſignificat Elamita, ab עלם. i. abſcondere. & quæritur aſcendere aduerſum ſe Medos. i. qui in menſura reddunt pœnas, vt quantum glorificauit ſe in delitijs, tantum detur illi tormentorum, quod ait Ioann. Apocal. 18. vbi verba illa citat: Cecidit, cecidit Babylon: nam multa ſignificari in prophetis, vocum ipſarum etymologia, & ſignificatione ſuprà oſtendimus ex D. Hieronymo, Chryſoſtomo, & alijs patribus. Et מָדַי menſura eſt, vt ſenſus huius loci videatur ſignificari à D. Ioanne illo capite. Fortaſſe Lxx ſeniores pro Medis reddidere Perſas, vt hoc ſignificarent ignaris linguæ Hebræę, quibus Græca lingua familiarior erat, nam Perſæ perditores, & vaſtatores angelos ſignificant, ἀπὸ τοῦ φθείρειν, id eſt, à vaſtando, & perdendo. Et ſi habeas fidem ſanctis patribus, qui ſunt authores, Lxx ſeniores inſtinctu Spiritus ſancti vertiſſe ſcripturas, hoc dices veriſsimum eſſe, ſi legas cap. 9. Apocalyp. vbi vaſtator angelus, dicitur abadon. i. perdens, ab abad. i. perdo, quod eſt idem cum φθείρω, & Græcè dicitur ἀπολλύων. i. perdens, quod eſt etiam idem cum φθείρω.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS. LXX. VIRI. A

Omnem gemitum eius ceſſare feci. Nunc ingemiſcã,& cõſolabor meipſum.

TRalatio D. Hieron. ad verbum reddita eſt ex lectione Hebræa: Omnem gemitum eius ceſſare faciam,vel,feci:quod Lxx videntur explanare.i. exſatiabo lacrymis,& gemitu hãc tantam cladem,quo me conſoler,& ſic reddidere: Nunc ingemiſcã,& conſolabor meipſum: & ſic explanat PROC.hunc locum.Tamen D.Ioann.Apocaly. 18. videtur verbum illud Hebræum הִשְׁבַּתִּי, quod D.Hieron.vertit:Ceſſare faciam, diſpunxiſſe הִשְׁבִּיתִי, non à verbo שבת i.ceſſo,ſed à verbo שוב .i.reuertor,vt ſignificet,reuerti faciam, & ſit tota oratio : Omnem gemitum eius redire faciam: & ſit ſenſus,Omneis lacrymas,quas intulit populo meo rex Babylonius,reuerti faciam in caput eius.Et iuxta hanc ſententiam,tralationem D.Hieron.interpretabimur,Ceſſare feci,vel,faciam,omnem gemitum eius.i.omnes lacrymas,&gemitus,quibus Babylon faciebat contabeſcere populum meum . Vaſtata eſt enim Babylon, quòd ſæuiebat immaniſimè in populum Dei. Gemitum ergo eius, actiuè accipe, gemitus,quos faciebat gemere Babylon. D.ergo Ioann.Apocal.18.vbi citat verba illa huius cap. Cecidit,cecidit Babylon: & vbi hoc cap.explanat,ſic videtur hunc locum interpretari ad verbum, Omnem gemitum eius reuerti faciam.i. faciam vt gemitus,quos intulit rex Babylonius Iudæis, reuertantur in caput regis Babylonis,& vt patiatur à Medis,& Perſis rex Babylonius, mala, quæ intulerat populo Iuda.Explanat enim D.Ioann.ſenſu ſpirituali:Faciam reuerti in caput terrenæ Babylonis omnia mala quæ intulit populo meo, ſanctis ſcilicet, & martyribus. Quid enim intereſt vtrum dicas,Omnẽ gemitũ eius reuerti faciam? an quod Ioannes dixit, Reddite illi ſicut,& illa reddidit vobis? vel, Duplicate duplicia ſecundum opera eius. vel, In poculo,quod miſcuit vobis,miſcete illi duplum. Tribus enim modis expreſsiſſe videtur D.Ioannes hunc locum,& poſteà per totum caput videtur huius loci feciſſe paraphraſim.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI. C

Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, et anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis. Propter hoc repleti ſunt lũbi mei anguſtia(vel)diſſolutione,dolores apprehenderũt me, ſicut parturientẽ.

DEſcribitur lamentatio Babyloniorum,imminente ſummo diſcrimine. D.Ioann.cap.18. lamentationem hanc deſcribit,& explanat multis verbis, de vaſtitate vrbis terrenæ: & omnia hæc erunt idem cum verbis illis euangelicis,Ibi erit fletus & ſtridor dentium.Pro lumbi mei repleti ſunt dolore,Lxx reddidere,Soluti ſunt,vt ſitidẽ cum illo: -- Soluuntur frigore membra: & verbum Hebræum,dolere ſignificat,& contremiſcere,& cadere.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI

Corrui cùm audirẽ,cõturbatus ſum cùm viderem. Iniurius fui quòd non audierim H δίκαιος ἦν μὴ ἀκοῦσαι, laboraui ne viderem. ἐκοπίασα ἵνα μὴ βλέπω. Iniquè egi quòd nõ audiui, laboraui ne viderem. D

VErbum Hebreum נְעֻוֵּיתִי, poteſt reddi Latinè, incuruatus ſum, corrui: & ſic vertit D.Hieronymus, Corrui, cùm audirẽ, vel,corrui ab audiendo, vt Hebraicè eſt, & conturbatus ſum à videndo: & verba ſunt Balthaſaris lamentantis vaſtitatem Babylonicam, exanimatum ſe prædicantis, cùm audiuit à Domino tantum adeſſe malorum, & conturbatum cum viſione hac,vidit mala quæ impẽdebant.Poteſt quoque reddi,naabethi,Peccaui,iniquè egi, vt reddidere Lxx ſeniores, Peccaui à non audiendo, vel,quòd non audiui, laboraui ne viderem, vel, feſtinaui à non videndo. PROC. proſopopœia vtitur ſcriptura ad vtilitatem legentium & audientium. Sunt enim verba Balthaſaris confitentis, incurriſſe calamitates illas,& miſeriã ſua culpa, & confitentis in media ruina peccata ſua: Peccaui, inquiens, & iniquè egi,quòd non audiui à Iudæis inter tot miracula Dei cultum: Feſtinaui à non videndo, i.fugi ne viderem Dñi miracula.Hæc Procop.Tu tamẽ intellige,Balthaſari in medijs malis,& in media

A in media ruina, veniſſe in mentem quæ conſilia dederat Daniel regibus Babylonijs,& quę rerum miracula ediderat,& ſe accuſare quod non obtemperauerit conſilijs, quòd occluſerit oculos,& obturauerit aureis,ad tot miracula edita. Nam lectio Hebræa poteſt reddi: Peccaui ab audiendo, feſtinaui à videndo.i. peccaui quòd non audiui, fugi ne viderem. Sunt quoque verba malorum in medijs tormentis, qui lamentantur,quòd occluſerint oculos ne viderent, & obturauerint aureis,ne audirent dominum,vt alieno malo reſipiſcamus.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me. Cor meum aberrauit, & iniquitas me inundat.

POteſt ergo verti hic locus: Emarcuit cor meũ,vel, Obſtupuit,caligo peſſũdabit me, vel obſtupefecit me,vt vertit D. Hiero. Et eſt idem ſenſus,qui ſuperioris orationis. idolum Aberrauit peſſũdame caligo cor meum Obſtupuit תְּעֻה לְבָבִי פַּלָצוּת בִּעֲתָתְנִי

B Lamentatur enim exitium Babylonis Balthaſar. Poteſt etiam verti: Cor meum aberrauit,vt confiteatur Balthaſar ſe erraſſe,& commeruiſſe,quæ patitur mala:& ſit idem cum illo damna fidat.Tamẽ ſi lectionem Hebræam ad verbum vertas,& נְשָׁף, in propria ſignificatione accipias,ſic reddes:Nox dilecta mihi,poſuit me in pauorem.i.nox qua ego Balthaſar rex Babylonis lætiſsimus epulabar,verſa eſt mihi in pauorem,& vt ſit idem cum illo. 1. ad Theſſal.cap.5. cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Vbi eſt illa ſimilitudo,quæ ſuprà poſita eſt,ſicut anguſtia parturientis: dixit enim D.Paulus,Sicut dolor in vtero habentis,& eſt eadem ſimilitudo procellæ arenoſæ,de qua ſuprà dictum eſt, quam nemo effugit: ait enim,Et non effugient:& non diſplicet mihi,vt נְשָׁף, propriè verti poſsit etiam nox, quod idẽ nomen eſt apud Paulum loco citato: Sicut fur in nocte,ita veniet.Et in euangelicis literis: Stulte,hac nocte animam tuam repetent à te.Semper eſt adhibendus ille Canon ſcripturæ, cùm idem verbum plura ſignificet, quæ ad rem de qua agitur, ſpectent, omnia illa ab Spiritu ſancto eſſe ſignificata.

C Propter hoc repleti ſunt lũbi mei anguſtia(vel)diſſolutione,dolores apprehenderũt me, ſicut parturientẽ.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum. Anima mea iniecit me in timorẽ.

in pauorem me poſuit dilecta mihi anima Nox Babylon נְשָׁף (vel) נפש חָשְׁקִי שָׂם לִי לְחֶרְדָּת

TRanſmutatio vnius litteræ varietatem tranſlationis fecit, vbi nunc נְשָׁף, legitur: legere Lxx viri literarũ tranſmutatione נפש, & ſic vertere ad verbum lectionem Hebræam, Anima dilecta mea poſuit me in pauorem.i. Quòd ſum obſequutus animæ meæ,& prauis cupiditatibus delinitus, en, in quanta mala præcipitor,vt ſint verba Balthaſaris,& damnatorum omnium . D. Hieronymus legit נְשָׁף, quæ vox noctem & caliginem ſignificat,& putauit hoc loco accipi pro Babylone, quæ tanta altitudine erat, vt murorum & ædificiorum ſuperbia, fugeret oculorum aciem, vt caligarent oculi,nec tantam altitudinem poſſent intueri, & ſic reddidit: Babylon dilecta mihi, poſita eſt mihi in miraculum,vel in pauorem (vtrunque enim verbum Hebræum ſignificat) i. imbuit animum meum admiratione,& pauore. Quòd ex tanto rerum faſtigio tam cito redacta in cineres eſt,tam citò ex oculis euanuit, documentum magnum nequis fluxis huius vitæ rebus fidat. Tamẽ ſi lectionem Hebræam ad verbum vertas,& נְשָׁף, in propria ſignificatione accipias,ſic reddes:Nox dilecta mihi,poſuit me in pauorem.i.nox qua ego Balthaſar rex Babylonis lætiſsimus epulabar,verſa eſt mihi in pauorem,& vt ſit idem cum illo. 1. ad Theſſal.cap.5. cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Vbi eſt illa ſimilitudo,quæ ſuprà poſita eſt,ſicut anguſtia parturientis: dixit enim D.Paulus,Sicut dolor in vtero habentis,& eſt eadem ſimilitudo procellæ arenoſæ,de qua ſuprà dictum eſt, quam nemo effugit: ait enim,Et non effugient:& non diſplicet mihi,vt נְשָׁף, propriè verti poſsit etiam nox, quod idẽ nomen eſt apud Paulum loco citato: Sicut fur in nocte,ita veniet.Et in euangelicis literis: Stulte,hac nocte animam tuam repetent à te.Semper eſt adhibendus ille Canon ſcripturæ, cùm idem verbum plura ſignificet, quæ ad rem de qua agitur, ſpectent, omnia illa ab Spiritu ſancto eſſe ſignificata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Pone mensam, contemplare in specula, comedentes, et bibentes surgite principes, arripite clypeum.

Pone mensam, bibite, comedite, surgentes principes, arripite clypeum.

TRalatio Lxx trunca est: desunt enim hæc verba, Contemplare in specula, vel spectaculum. Hoc loco videtur describi conuiuium Balthasaris, quod est apud Danielem cap.5.cùm erat accumbens epulis rex Balthasar,& visa manus illa est scribens in pariete: vt sit sensus, Pone mensam, & contemplare in specula, vel specta spectaculum manus scribentis in pariete. quasi dicat, vix positam fuisse mensam, & vix accubuisse epulis Balthasarem cum visa manus scribentis, cùm accersitus Daniel est, & eius vaticinium tãta celeritate completum, vt antequam surrexissent è conuiuio, exploratores clamarint ad arma, quod illis verbis significari videtur, Comedentes, & bibentes surgite principes: quod etiam in consummatione seculi eueniet, quod ait Dominus apud Matthæum: Comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui dantes, non cognouerunt donec, &c.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Hæc enim dicit Dñs, vade, & pone speculatorem, & quodcunque viderit adnunciet, & vidit currũ duorũ equitum ascensorẽ asini, & ascensorẽ cameli.

Quia sic dixit Dñs ad me, Vadens, tibi statue speculatorem, & vidi ascensores equites duos, ascensorem asini, & ascensorem cameli.

TRalatio Lxx virorum hoc loco vitiata est, quod inde apparet quod ipse propheta suiipsius interpres est, & hæc verba explanat, & repetit, vndè locus hallucinãdi non erat, & cùm tralationem Lxx virorum certum habeamus multis locis esse vitiatam, planum est hoc loco legi vitiosè. Sui ergo ipsius propheta ipse est interpres paulò infrà, vbi ait vidisse se ascensorem bigæ equitum, qui vectabatur biga asini, & cameli. i. Darium, qui imperitabat Medis generosioribus, quos significat per camelos: & Persis minus generosis, quos per asinos significat, quod te docebunt omnes historici, qui typus est filij hominis, qui sicut fulgur veniens ab oriente, & parens ad occidentem, rex angelorum & hominum est, & vt apparet nunc Darius rex Medorum generosissimorum, & minus generosę Persicæ gentis, sic in vltimo iudicio apparebit rex hominum, & angelorum. Speculator ergo positus iussus speculari, & annunciare quod viderit, vidisse se nunciat currum duorum equitum. i. thronum duorum regnorum, aut currum duorum regum: rex enim Darius vice duorum regum erat rex Medorum, & rex Persarum. Ascensorem asini, & ascensorem cameli. i. Darium, qui vectabatur curru, quem trahebat asinus & camelus, quæ figura significabat regem esse generosæ gentis Medorum, & minus generosæ gentis Persarum: & ita vbi solebant esse duo reges, rex Medorum, & rex Persarũ vnus rex erat Darius typus Christi, qui expulso principe tenebrarum, vt ante Medis. i. angelis rex erat ita nationibus post crucem rex esse cœpit, & hæc duo regna coniunxit angelorũ, & hominum: quanquam ISYCH. in Leuitic. lib.2.cap.11. in illa verba, Non comedetis illud: per camelum, Iudaicum populum intelligit, ob graue iugum legis quod portabat, & ob distortos mores: per asinum, animal immundum, populum Gentium, & ita Christus significabitur, qui velut lapis angularis, coniunxit vtrunque populum.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Et contemplatus est diligenter multo intuitu, & clamauit leo, super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem & super custodiam meã, ego sum stans totis noctibus. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum, & respondit & dixit,

Audi auditionem multam, & voca Vriam in speculam Domini, & dixit: Steti per totum diem, & super statione steti tota nocte, et ecce ipse venit ascensor bigæ, & respondens dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia

xit, Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorũ eius, cõtrita sunt in terra.

mnia simulachra eius, & manufacta eius contrita sunt in terram.

DIuus Hieron. sic hunc locum intellexit, vt iussus fuerit propheta ire, & ponere speculatorem & abierit, & posuerit se ipsum, & vt loquatur de se ipso tanquam de tertia persona dixeritque, quæ superiore commentario explanauimus, subijciatque loquens etiam de se ipso in tertia persona per etereosin figuram, qua de nobis loquimur tanquam de alijs. Contemplatus est Esaias diligenter multo intuitu. i. contemplatus sum ego magna diligentia, & intentione animi, & clamauit. i. clamaui, leo (suple adest) hoc est Darius vastaturus Babylonẽ, & adest leo de tribu Iuda consequenter superioribus, & postea dicit, rursus se collocasse in statione sua, & rursus se eandem visionem vidisse, & repetita visiõ rei futuræ confirmatio est. Leo Hebraicè dicitur, אַרְיֵה, quæ vox Hebræa mutatis punctis hoc modo, אֲרִיָה, significat, Vriam, & ita Lxx viri reddidere, Audi auditionem multam, & voca Vriam, nam verba legere Lxx viri
B casu imperandi, de tracto, ו, ex vtroque verbo, quæ varietas est frequentissima in codicibus Hebræis vt ostendi in disputatione de tralationibus. Et est admirabilis lectio, nam pro surech cum, ר, poni surec quibuz, frequentissimum est, vt leges cum alijs locis multis tum in onomastico Hebræo Complutensi, in dictione dur, ne dubites eãdem dictionem Hebræam quæ leonẽ significat, significare Vriam, si surec quibuz ponatur pro surec, cum, ר. Mentio autẽ huius Vriæ facta est cap.8. Fac mihi testeis fideleis Vriam sacerdotem. PROCOP. Iubetur prophe
ta his verbis huius prophetiæ sumere testem Vriam sacerdotem, quod solebant Iudęi abroga
re fidem prophetis. Iubetur ergo propheta assumere principem sacerdotum testem, qui apud ipsos erat honoratiss. sic enim prophetę summa habita fides est, cum princeps sacerdotum honoratiss. admonitus ab ipso propheta, vt se sisteret in statione ad videndam eandem visionem & sic stans eandem visionem vidit. Neque inficior Procop. vt rudem Hebræę linguæ, hanc lectionem habere suspectam eam tamen vehementer probat postea: quid si scisset eandem lectionem Hebraicè esse, punctorum mutatione? Ita hunc locum etiam explanat Cyrillus. Notandum tamen Lxx viros addidisse duas dictiones, vt lucem afferrent huic prophetiæ, & para
C phrasi quadam hunc locum vertere. vbi enim D. Hieron dixit conuenienter Hebræę lectioni. Ego sum stans iugiter per diem, edidere: Et dixit, steti per totum diem super stationem meam, & steti per totam noctem, vt appareat responsum esse Vriæ, qui vocatus erat, vt attẽto animo esset, & expectaret, vt sibi quoque hæc reuelaretur prophetia, vt testis esset prophetæ rei tantæ. Magnum enim erat quod prædicta erat captiuitas regni Iuda, qua ducendus erat Babylonem captiuus vniuersus populus, & prædicitur nunc septuagesimo anno post captiuum ductum populum Iudà Babylonem, casuram Babylonem, qui typus erat liberationis è captiuita te dæmonis cum boni ad vitam beatam ducentur, & vltimi Iudicij. Cum expectasset ergo Vrias totam noctem, & totum diem, ait se vidisse eandem visionem, ascensorem bigę equitum i. bigæ qua equitare solent homines, qui ascensor bigæ vectabatur camelo, & asino, quę verba explanauimus superiore commẽtario. Qui clamauit, Cecidit, cecidit Babylon: quorum verbo
rum explanationem, petes à D. Ioanne apocal. cap.14. & 18. vbi sensum huius prophetiæ referat, typicum, non literalem.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

D *Tritura mea filij areæ meæ quæ audiui à Domino exercituum Deo Israel annunciaui vobis.*

Audite derelicti, & dolentes, audite quę audiui à Dño Sabaoth, Deus Israel annunciauit vobis.

SAtis indicant Lxx viri intellexisse hunc locum ita de vastitate Babylonica dictum esse, vt typus esset vltimæ vastitatis, & liberationis ex captiuitate dęmonis. Nõ vertere enim hũc locum ad verbum, sed expressere sententiam. D. Ioannes ergo cap.9, & 14. & 18. hoc cap. docet esse typum vltimæ consummationis mundi, iuxta quam explanationem ad bonos verba fiunt hoc loco, tanquam ad aream permundatam de qua Matt. cap.3. cuius ventilabrũ in manu sua, & permundabit aream suã, & congregabit triticum in horreum suum. Ad hoc ergo triticum congregatum in horreum Domini, dirigitur sermo, hoc enim triticum appellat trituram suã, & filios areæ suæ: & horum causa reuelatam doctrinam diuinam docet EVSEB. Cæsariensis de

Universidad de Deusto
Biblioteca

monſtrationis euangelicæ lib.2.cap.44.vbi hunc locum explanat,& ad hos ſpectare videtur huius capitis reuelatio,qua reuelantur pœnæ ſempiternæ malorum in vltimo ſudicio, & bonorum beatitudo his verbis,quæ nũc enodamus. Quorum verborum nullam meliorem inuenio interpretationem,quã euangelica verba:quę dixi Matt.cap.3.& Lucæ 3.vt ſit, Tritura mea .i. triticum cógregatum in horreum meum, hoc eſt,electi mei ducta metaphora à meſſe,& ab area,& à tribulis,quibus expurgãtur frumenta.Aceruus enim tritici purgatus, tritura dicitur, ad cuius ſimilitudinem Dominus ille qui accepit ventilabrum in manu,vt purget aream ſuam electos ſuos appellat trituram,ſeparatos à malis, hos filios areæ ſuæ appellat Dominus, quod tribulationibus, & perſequutionibus malorum ſunt expurgati. Electi ergo mei, inquit Dominus,quę audiui à patre meo annuncio vobis,iuxta illud,quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis.Sententiam horum verborum expreſſere Lxx, qui pro tritura,& filijs areæ,vertere derelictos,& dolentes,quaſi triturã explanarent, quos Dominus dereliquerit in area huius mundi triturari tribulis tribulationum & perſequutionum.EVSEB.Cęſar.hæc ſic explanat loco citato: Specta,inquiens,quomodo hic non vocat Iudæos omnes ad hæc audienda arcana, B
ſed quos nominat relictos & lugẽteis, quales ſunt, qui iuxta apoſtolum lugent hominũ ſcelera,& flagitia vel derelictos lugere tribulationib⁹ preſſos,& tribulis perſequutionũ afflictos.

D. HIERONYMVS. *LXX VIRI.*

Onus Duma. Verbum Idumææ.

LEge in principium cap.13.quod alijs locis repetitum eſt ſæpè, cur,quod D. Hieron.vertit,onus:Lxx,Verbum reddant aut viſionem.Cur autem pro Duma,quod idem Edom dicitur Hebraicè,reddiderint Idumæam,cauſſam reddit ille alter de quæſtionibus veteris teſtamenti in Iob:inquiens,Cur autem authorũ ſecularium conſuetudine legimus pleiadas, oriona,arcturum,& ſimilia & reſpondet cum hoc quæſiſſet, Nõ quod his apud Hebræos nominibus appellentur,ſed vt apud nos harum rerum ſignificatio poſſet eſſe manifeſtior, ita hęc tranſlator appellare voluit, vt vſus gentilitatis tenebat. Idem intelliges ex cap. 1. lib. 2.de bello Iudaico,Ioſephi Iudæi.

D. HIERONYMVS *LXX VIRI.* C

Ad me clamat ex Seir Ad me clama ex Seir

GRæcè enim, περὶ μὲ κέκλυται ἀφὸ τοῦ Σηείρ , cum deſcripta ſit vaſtitas Babylonis inuecta à Dario Medorum,& Perſarum rege,timebant ſibi omnes finitimæ nationes,putabãt fore vt vaſtarentur quoque à Dario, & alij fugiebant, alij ſe parabant ad arma. Inter has nationes metu trepidas,Idumæi, qui ad Eſau referebant originem, clamant ad Dominum, & ab eo petunt opem.Senſus ergo eſt huius loci: Clamat ad me Idumæus ex Seir.i.ex móte Idumææ, Seir appellato, ab Eſau qui ea loca tenet: iuxta Lxx virorum tralationem Idumæi iubentur clamare ad Dominum,& ſic bellare. PROC. Metu trepidis Idumæis ait Dominus,feſtinate venire ad me & cum apud me fueritis cuſtodite veſtra propugnacula.vel,cuſtodite quid nocte fiat,quid nocte fiat:quaſi dicat tunc profuturam noſtram diligentiam, cum ad Diuinũ auxilium confugerimus,nam Idumæa natio maxima eſt, quæ Arabię magnam partem tenet ab Eſau appellata,qui dictus eſt Edom,hoc eſt terrenus,talis enim vita fuit ipſi, qui pro victu, & D
vno edulio vendidit primogenita. Hos vocat Dominus ad ſe ex Seir,qui mons Arabiæ eſt,& vrbs nobiliſsima,vbi ſedes regia erat Idumæorum. THEOD.Seir mons Idumęorum erat ab Eſau nomen traxit,qui piloſus erat,indè dictus Seir,Seir enim Hebræa vox Latinè piloſum ſignificat,& quoniam timentes hoſteis ad muros excubias faciebant nocte,& die, & clamabãt, & ſic territuros ſe hoſteis putabant. Hos propheta obiurgans ait: Cuſtodite propugnacula & cuſtodite quid nocte fiat,rectè enim iſtuc facitis,quod pro patriæ muris conſiſtitis,ſi tamẽ ſalutem quęritis,ad me venite,ne fidatis veſtris viribus, memini cognationis Abrahã, & ideo ſi ad me confugitis vos defendam.Hæc Theodor.& Procop.Si vero referas ad ſenſum ſpiritalem,quem dixi explanari à D. Ioan. apocal.18.peracta reuelatione conſummationis ſeculorũ & incendij ſempiterni,quo ardebit Babylon.i.vrbs terrena hominum terrenorum.de quo incendio multa D.Ioan.apocal.18.Interim monet Dominus progeniem Edom.i.homines terreni:qui pro edulio,& pro cibo, & pro rebus terrenis vẽdidit primogenita. Monet ergo huius progeniem.i.terrenos homines,qui hunc imitantur,vt dum tempus eſt eis,clament ad Dominum,&

A num, & ſeruent ſua propugnacula.i. ſeruent arcem animorum, ne occupetur à Sathana, & cuſtodiant quid de nocte, quid de nocte .i.caueant noctem illam ſempiternam. Hic eſt ſenſus totius huius prophetiæ,nunc eamus per ſingula.

D. HIERONYMVS. *LXX VIRI.*

Cuſtos,quid de nocte? cuſtos,quid de nocte? dixit cuſtos,venit mane,et nox. Cuſtodite propugnacula, cuſtodio manè,& nocte.

nocte tu cuſtos custodi custos nocte de custodi Custodi
nox etiam & manè venit custodi dixit nocte de quid custos nocte de quid Cuſtos
שֹׁמֵר מַה מִּלַּיְלָה שֹׁמֵר מַה אָמַר שֹׁמֵר אָתָה בֹּקֶר וְגַם לָיְלָה

HIc locus variè intellectus, & explanatus eſt à D. Hieron.& à Lxx viris.D.Hieron,ſic,Cuſtos quid de nocte,Cuſtos quid de nocte?i.ô ſupreme Deus hominũ cuſtos,quid hac nocte me futurũ eſt? impendebat enim illis mortis terror,ſin- B
gulis noctibus putabant imminere ſibi vltimũ exitiũ,deindè dixit cuſtos:Venit manè & nox. PROC.Quibuſdã gentibus venit manè,quas liberabo: quibuſdã nox,quæ me nõ quęſierunt. Proindè qui meo eget auxilio,me quærat. Senſu vero ſpiritali, iuxta illum quem D. Ioan. explicat,clamant terreni homines ad Dominum,nocte illa calamitatis,& miſeriæ, pro ſupreme Deus,quid nobis futurum eſt?Dixit cuſtos, Deus eſt ſcilicet hominum cuſtos,reſpõdit: venit mane & nox,quæ verba D.GREG.in 24.cap.Iob Moralium lib 16.cap.25.ſic explanat, vt manè ſit incarnationis tempus.Erit ergo ſenſus huius loci, idem cum illo Ioan.cap.12.Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendãt, quia damnatis dicitur, Venit manè, & nox.i.fuit vobis manè,hoc eſt,fuit vobis lux aduẽtus mei, cũ licuit vobis operari, iam nox venit cum operari non licet. Nam Deum dici cuſtodem hominum,docet GREG.homil.18. in euangelia interpretans hunc locum.Et AVGVS,in cap.8.Ioan. tract. 43. & ſic à Iob dicitur cuſtos hominum. Lxx viri aliter Hebræa verba intellexere,nam, שֹׁמֵר, quod nomen fecit D. Hieron.& vertit cuſtos,ipſi verbum fecere imperantis שְׁמֹר, cuſtodi, & ſic reddidere: Cuſto- C
di quid de nocte, cuſtodi quid de nocte, vt ſit ſenſus pendens ex ſuperioribus, clama ad me ex Seir,& cuſtodi quid de nocte, cuſtodi quid de nocte. i. ô populę Idumæ inuoca me Dominum Deum & tunc cuſtodi muros tuos,tunc enim iuuerint te vires humanę,ſi Deũ habueris propitium. Sic Theodoretus,& Procop.hęc ſunt interpretati ſuperiore commentario. Pro lectione Hebræa quæ ſic ad verbũ reddi poteſt: Clama ad me ex Seir, & cuſtodi quid de nocte,cuſtodi quid de nocte:Lxx ſententiã vertunt,& non verba,reddidere enim,Ad me clama de Seir,cuſtodite propugnacula .i.tu habitator Seir inuocato me,& poſteà cuſtodito propugnacula. Sequentia verba aliter quoque interpretantur Lxx, אָמַר, dixit, illic poſita diſtinctione,vt ſit integra oratio, dixit,vt ſubaudiatur Idumæus,reſpondit Idumæus,Somer,cuſtos שָׁמַר, tu,nam cum alijs punctis verbum eſt,& ſignificat venit,vt reddidit D.Hieron. cum alijs pronomen eſt,& ſignificat,tu,& ſic reddidere Lxx viri: Cuſtos tu manè,& etiã nocte:ſic enim ad verbum vertitur Hebręa lectio,vt ſit reſponſum Idumæi ad verba Domini. Tu Deus omnipotens cuſtos es omnium manè,& nocte, nam nomina Hebræa indeclinabilia ſunt, & caſu nominandi reddi poſſunt,vt vertit D.Hieron.manè & nox: & caſu auferendi,manè,& nocte. Lxx ſententiam reddunt,& quæ verba erant Idumæi reſpõdentis Deo,tribuũt ipſi Deo quod D
eadem ſit ſententia, Ego cuſtodio manè,& nocte,quaſi dicat Dominus,ô Idumęi inuocate me & tunc,cum me habueritis propitium, cuſtodite veſtra propugnacula & vos defendite, nam ego cuſtos hominum ſum noctes,& dies: Vocat ergo Dominus homines terrenos ad pœnitẽtiam,vt ſe inuocent,& ſeruent mentis propugnacula,ne occupentur à Sathana,ſe enim cuſtodem ait hominum,ſi modo homines ad eius lucem ſe conuertant, & ſe cuſtodem eſſe in luce euangelica & in nocte illa horribili,& amara. RICHAR.Sancti Victoris in lib.de verbo incarnato,hunc locum totum mihi videtur mirabiliter, explanare. Totũ enim lib.de verbo incarnato ex hoc loco texit.ſic ergo explanat: Ad me clamat ex Seir.i.populus gentium clamat ad me,vt clament ad Dominum filij alieni,quod ad exprobrationem Iudęorum dictum vult, ut ſit,Populus alienus me vocat,& ſeruire mihi poſtulat,cum interim populus meus me repudiet. Nam & AVGVS.quæſt.ſuper Deuteronomium lib.5. in fine Seir pro populo gẽtium accipi poſſe docet,quod Seir mons Idumææ ſit,& Seir ſignificet piloſum,hoc eſt Eſau,& piloſus ponitur pro peccatore,& peccatori populo,qui ſedebat in tenebris orta eſt lux magna,hoc eſt

populo

Universidad de Deusto
Biblioteca

populo gentium, vndè orta est ecclesia: Ex Seir ergo .i. ex ecclesia, quæ creuit ex populo gentium peccatore, sanctificata per gratiam, fit clamor ad me, cùm interim Iudæi me non inuocent, cùm venerit Christus ad colligendos Israëlitas: sic enim Augustinus interpretatur illud: Alluxit ex Seir nobis. Neque hæc interpretatio abhorret à literali sensu si consequenter interpretere verbis illis, Tritura mea filia areæ meę: & typis de Christo congruenter coniungitur veritas. Clamat ergo populus gentium ad Dominum ex Seir .i. ex monte Idumææ, qui mons pro omni loco populi gentium ponitur per synedochen, pars pro toto. Christi enim aduentum desiderabat, erat enim Christus expectatio Gentium. Custos. i. ô summe Deus, qui hominum custos es, sic enim explanat etiam AVGVS. in cap. 8. Ioann. tractatu. 45. interpretans vocem illam, Samaritanum; quæ vox sonat Latinè idem quod custos, iuxta illud, Non dormit, neque dormitat, qui custodit Israel: &, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, est enim custos noster idem qui creator noster. Ergo ô custos hominum qui de nocte? quid de nocte? .i. quid de tanta tribulatione fiet, vel quandiu in hac nocte versabimur, quando illucescet nobis Christus? vt enim ait Greg. Nazianz. alludens ad hunc locum in homil. in sanctũ baptisma, significat id, quando solues noctẽ peccatorũ, quãdo in nocte spes mala est iuxta Esaiã inquit, quando illucesceret Christus? posteà, venit manè .i. adest manè, appropinquat Christi aduentus iuxta illud, Ego sum lux mundi, oriente nanque Christo sole iustitiæ inchoatur verum manè. Venit ergo manè, & nox, quia simul cum lege noua, & cum aduentu Christi, exorta est factio hæreticorum: exorti sunt antichristi multi: antichristus enim nox est. Si quæritis: quæri te. i. iam exorto manè, si quæritis lucem ipsam, quærite per studium, conuertimini per desiderium, venite per exercitium, & in inquirendo perseuerate.

D. HIERONYMVS.

Si quæritis, quærite, conuertimini & venite.

LXX VIRI.

Si quæsieris, quære, & apud me habita.

DIuus Hieron. lectionem Heb. ad verbum reddidit. Lxx viri interpretantur verba Hieronymi quasi dicãt, Conuertimini, & venite. i. firmi estote, & stabiles in fide, & sic enim reddidere. Apud me habita D. BASIL. homil. de pœnitentia interpretans hunc locũ. Qui quærit diuina inquit, apud Deum habitat, quando cum fide quærit, etiam si nõ inueniat, qui firma fide est non discedit à fide. PROC. Quærat auxilium meum, qui eo indiget, habitet apud me omnis, cui cura est proprię salutis: promittit autem ipsis auxilium, si eligant perseuerare apud Deum. Ergo si quæritis, quærite, scriò scilicet, quærite, faciem Dei semper, cõuertimini ad me, & venite: actibus enim virtutis venitur ad Deum. CYRILL. in euang. Ioannis lib. 4. cap. 13. probus auditor inquit, quæ intellexit, in memoria recondit, quę ardua sunt sępè inuestigat, vt monet propheta, conquirens quęre, addit enim, Apud me habita, quærendum semper dicẽs, vt apud eum habitemus, vt nunquam ad alienas sententias dilabamur, quod non facit animus malignus. Nam quæ non intelligit, statim tanquam friuola reijcit, iuxta quam sententiam Cyrilli, Ad me venite, ex tralatione D. Hieron. interpretabimur pro præmio eorum qui quæsierint Deum, vt futurum dicat Dominus, si me quæsieritis, futurum est vt ad me veniatis in vitã sempiternã, quod Lxx dixere, Apud me habitabitis. THEOD. si me quæsieritis, quærite, & defendam vos apud me habitantes, & faciam vos potentiores vestris hostibus.

D. HIERONYMVS

Onus in Arabia in saltu ad vesperam dormietis in semitis Dodanim. Occurrẽtes sitienti ferte aquã, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorum fugerũt a facie gladij imminẽtis, à facie arcus extẽti, à facie grauis prælij quoniã hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in vno anno

LXX VIRI.

In saltu vespere dormies in via Dedã, in occursũ sitiẽti aquã ferte habitãtes in regione Themã, cũ panibus occurrite fugientibus propter multitudinem occisorũ: & propter multitudinem errantiũ, & propter multitudinẽ gladij, & propter multitudinem arcuum extentorum, & pro-

anno, quasi in anno mercenarij & auferetur omnis gloria Cedar, et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filijs Cedar, inminuentur, Dominus enim Deus Israel locutus est.

propter multitudinẽ eorũ qui ceciderunt in bello, quia sic dixit mihi Dñs, adhuc annº quasi annus mercenarij deficiet gloria Cedar, & reliquũ sagittationũ fortiũ filiorum Cedar, erit parũ. Quia Dominus loquutus est Deus Israel.

Lege quæ dicta sunt, in superiora capitacur onus dicatur à D. Hiero. ꝙ Lxx. dicunt prophetiam, verbum aut visionem. Vaticinatur intra annum perituros habitatores Cedar, & inimicorum armis delendos, ita vt ad maximam paucitatem redigantur, qui olim numero valebant, & arte sagittandi. Cur autẽ hæ interijciantur prophetiæ, repete ex cap. 20. & ex cap. 7. Iubet prius Idumęos Deo fidere, si Deũ sequantur, & colant, & prodire obuiam Babylonijs fugientibus cum viatico, cum pane, & aqua, & iubet miseratione prosequi miseros, & scribitur vastitas regni Babylonici. Vult tamen vt ijs, quos ipse castigat, occurramus, indulgeamus, & alibi multat grauiter vt pater indulgentissimus, eos qui sæuiunt in illos, quos ipse castigat. Theman idem est, quod auster. Quod autẽ aiunt Iudæi, qui prophetias ad nihilũ redigũt, vt ait Hilarius, vastatos esse Idumæos à Dario cum regnum Babylonicum vastauit, alienum est à veterum patrum sententia, neque credo id proditũ à D. Cyrillo, sed intertextũ eius scriptis ab aliquo aut Græco aut Latino scripto re inepto: Certè Gręcum exemplar peruetustum id nõ præferebat, nec vlla id prodit historia.

IN ESAIAE CAP. XXII.

DIuus Hieron. in primis in hoc cap. commentarijs, nos docet, Eusebium Cæsarien. de Christi passione hoc caput interpretari. Iudæum nescio quem, ad Senacheribum referre, quanquam D. Hieron. Iudæi illius sententiam literalem putet, Eusebij verò sentẽtiam allegoricam. Exijs duabus propositis sentẽtijs, Iudæi illius, & Eusebij Cæsariẽsis à D. Hieron. sententiã Eusebij Cæsariensis sequendam puto, quod eandẽ veterũ patrũ omniũ sententiã esse intelligo, atq; literalẽ, nõ allegoricã. Iudæis sua dona sinamus, qui post Christi crucem omneis admouent machinas, vt prophetarũ sacra sensa peruertant, leui literarũ inflexu, varia dispunctione, & distinctione oracula prophetarũ de Christo vitiant. Neq; quisquã sibi persuaserit nos hæc somniare, vt quidã nobis obijciunt, hæc veterũ patrũ sentẽtia est, Nostrum hoc opere institutum est aduersus Iudaizantiũ ingruẽteis phalãges, quæ nostro tẽpore in vulgatã æditionẽ. B. Hiero. & in interpretationẽ sanctorũ scripturæ præcipites ferebãtur: quasq; seueriſsimus supremus senatus inquisitorũ hęreticę prauitatis repsit, veritatẽ lectionis nr̃ę, & hebręę & gręcę ẽfendere, aperire Iudæorũ dolos, opponere veterum patrum sentẽtias, vt Iudæorũ pateãt insidiæ, vt vitari possint. Neq; post veteres patres nos primi hui⁹ rei nostros admonemus, admonuere alij pleriq;, admonuit doctissimꝰ IACOBVS de Valẽtia Christopolitanus epus Iudæos ęgerrimè tulisse quod affl ueret ex toto orbe incredibilis quædam vis hominum, & è Iudæis magna multitudo in ecclesiã, & vt ecclesię aduersarẽtur, cõuenisse Iudæos in vnũ quẽdã locũ, vt prophetias de Christo vitiarẽt. Neque quisquã hoc cõmentitiũ putet. fatentur id Iudæi, vt leges in dictione, zamar, vbi rabi Dauid fatetur decem & octo dictiones ab scribis Iudæorum cõsultò esse mutatas. Fatẽtur. 18. dictiões mutatas cũ decies octies mille mutarint mali & in disputat. ostendimus rabinorum confessione, & euidentissimis argumentis id euinci esse veriſſ. Nec semel cõueniſſe Iudęos quispiã arbitretur vt id facerẽt, ostendimus millies ab ipsis initijs ecclesiæ Christianæ vsque ad nostra tẽpora huic rei omniconatu incubuisse, vt Christi mysterium obscurarent.

Scopus huius operis est defensio vulgatæ editionis, & interpretationis scripturæ sanctorum patrũ, et admonitio fraudum Iudæorum.

D. HIERONYMVS.

Onus vallis visionis

LXX VIRI.

Verbum vallis Sion

Quod

quod dubiũ erat, quæ esset vallis visionis Lxx interpretãtur. i. vallis Siõ, quæ dicitur vallis visionis, ob magnã multitudinẽ prophetarũ. PROC. proponit hãc quæstionẽ, cũ Hierusalẽ sita A
in excelso sit loco, q̃ docet etiã IOSEPH. de bello Iudaico li. 5. c. 13. & de inceps, cur ꝓpheta eã
apellet vallẽ. i. locũ humilẽ? Diluit hoc dubiũq̃ post Christi mortẽ Hierusalẽ ex vrbe excelsa,
humillima est facta, nõ secus ac si ex colle deciderit invallẽ infimã, quę ei adiacet. Nã inter col
les editiss. infimas valleis interiacere necesse est, & omni virtuti, quæ sublimis est & excelsa, vi
cinũ vitiũ est, q̃ homines facit humillimos, et abiectissimos, in qđ incidat necesse est, qui à vir
tute aberrat, aut à fide decidit in infidelitatẽ, vt Iudæi, qui ex euangelica & cælesti celsitudine,
delati sunt in statum nationum infidelium. Hæc Procop. Ergo si hæc, de sententia Procopij, &
Eusebij Cæsarien. de Christi passione sunt interpretãda, quod inter colles illos editissimos,
in quibus sita erat vrbs Hierosolyma, interiacebant valles infimæ, puto prophetiam hanc esse
vallis Cedron, quæ ducit in mõtẽ Oliuarũ, cuius meminit IOSEP. li. 5. c. 8. &. 13. quod illa vallis
personabat clamoribus, & vocibus Iudæorũ qui Christũ prehẽderunt. Nã Ioan. 18. Iesus egres
sus cũ discipulis suis est trans torrentẽ Cedron. & Lucæ. 22. egressus Iesus ibat secũdũ cõsuetu
dinẽ in montem Oliuarum. Ibat ergo per vallem Cedron in montem Oliuarum: nam per hãc
vallem iri in montem Oliuarum disces ex IOSEP. lib. 5. cap. 8. Vbi notãdum in hoc Ioannis lo- B
co: Iesus egressus cũ discipulis suis trans torrẽtẽ Cedron. illã vocẽ Cedrõ, genitiuũ esse græcũ
pluralis numeri. 1. Cedrorũ, quod declarat articulus, vt docet Erasmꝰ. Tamẽ illa dubia omnia,
Defenditur euãgelista cõtra Capnionẽ. quæ proponit ex suo Capnione, & quibus subscribit, sic dissolues: torrentẽ illũ dictũ fuisse Ce
drõ à cadàr verbo Heb. quod est tenebrescere, & nigrescere, vnde torrẽs ille nomẽ inuenit Ce
drõ. 1. caliginosꝰ, & sic semper in veteri testamẽto nominatur græcè χειμὰρρους nũquã χειμὼν. 1. Cedro
rũ quanuis Erasmus dicat quibusdã locis apud Lxx. reperiri χείμων. semper leges apud Lxx. χειμὰρρους
1. caliginosus. Subscribat libẽter Erasmus suo Capnioni: hanc lectionem præferunt omnia exẽ
plaria. Solus D. Ioãnes pro, torrẽte χειμὰρρους. 1. pro torrẽte caliginoso, posuit, torrentẽ τῶν χειμάρρων. 1. tor
rentẽ cedrorũ, iuxta canonẽ scripturæ, quem præscribit Origenes tomo. 7. in Ioannẽ disputãs
de illo loco Esaiæ Vox clamãtis in deserto: quo monemur apostolos & euãgelistas magistros
ecclesiæ voces obscuras scripturæ in planiores, & dilucidiores cõmutare. Docet. n. euãgelista
torrentẽ illum dictũ esse Cedrõn. 1. caliginosum, quòd densitate arborũ cedrorũ erat amænus
& obductus tenebris etiã in medio solis æstu. Nam arboribus densissimis, et amænissimis ver
nasse Hierosolyma disces ex Iosepho cũ ex alijs locis plurimus, tũ ex libro. 6. de bello Iud. c. 1. C

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Quid nã quoque tibi est quia ascẽdisti et tu omnis, in tecta clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans?	Quid factum est tibi nunc, quia ascendistis omnes in tecta vana & stulta?

QVidnam quoque tibi est? coniunctio, quoque, ornatus causa ponitur in tralatione D. Hie
ronymi, Hebraicè enim non est hæc vox, & addita est à D. Hieronymo. PROC. Quid
factum est tibi, quia ascendistis omnes in tecta stulta clamantes contra Christum? Tolle tolle
crucifige, crucifige, clamoribus enim huiusmodi plena vrbs erat: hæc Procop. quid ergo hæc
litera magis sonare potest? quã si dicas quid nam tibi est. i. quis te cæpit furor? quæ amentia tua
est ist hæc? quia tu omnis vrbs Hierosolyma conscendisti in tecta Pilati, & pontificum clamãs
contra Christum, Crucifige crucifige, tolle tolle? Nam vt dicendum est in illud: Iustus pe-
Ne intelligat de Ioseph ab Arimathia, Nicodemo aut alijs ẽius discipulis. rijt,* vniuersus populus Iudæorum cõiurauit aduersum Christũ tẽpore passionis, quod decla
rat propheta cũ dicit: Omnis tu, declarãt hoc Lxx. viri, qui addidere de suo, stulta vel vana, vt D
esset, quia ascẽdistis & omnes in tecta stulta, vel temeraria. i. vt inquit Procopius, vt ederetis fa
cinus illud stultissimũ et temeritatis plenũ. Ciuitas exultãs: hęc verba desunt in tralatione Lxx
virorum. Certe hoc verbum, ciuitas exultans, signum insolubile est falsitatis sententiæ Iudæo-
rum, & veritatis sententiæ sanctorum, quod in summo rerum periculo ciuitas exultans dici
non potest, in passione Christi dici posset, vt diximus. PROC. Læti enim & hilares vinxere
Christum, & traxere ad põtifices & ad Pilatum & Herodẽ & ascenderũt in tecta stulta, quod
inciderunt in tantã miseriam, vt regẽ gloriæ cruce affecerint, tumẽt tamẽ miseri stulte, & se
pios esse putant. Posses tamen dicere stulta tecta dici, quod putauere se posse valere aduersum
Christum, & dixerint, Eradamus eum de terra viuentium & non memoretur nomẽ eius vltra.

D. HIE-

D. HIERONYMVS.	LXX. VIRI.
Interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.	Vulnerati tui, nõ vulnerati gladio, nec mortui tui, mortui bello.

IAm hæc verba ad Sennacheribum referri non possunt, primum quod Sennacherib non at
tigerit Hierosolyma, quod eius exercitus deletus ab angelo sit, antequam attigerit Hieroso
lyma. Fingũt Iudæi captam esse ex parte vrbem Hierusalem à Rapsace duce Sennacherib pro
ditione Sobnæ, quod Iudæorum commentum est, falsissimum est, nec tale quicquam memo-
riæ proditũ est. Vna hæc est ex multis fabularum milibus, quas Iudæi sunt commenti, quasq;
rident patres veteres, & de Sobna infrà dicendum est latius. Sed largiamur Iudæis veram es-
se fabulam, quam sunt commenti, captam fuisse partem urbis, quod nunquam factũ reperies,
adque proditione Sobnæ, tamen falsum esset dicere, interfecti tui nõ interfecti gladio, quan-
quam enim capti ab hostibus insidijs, & proditione, si interfecti sunt, gladio sunt interfecti,
B & armis bellicis, aut non sunt interfecti, & si vulnerati sunt, gladio vulnerati sunt & armis
bellicis, aut non sunt vulnerati. Qui conuenit ergo dicere interfecti tui non interfecti
gladio, nec mortui in bello, etiam si pars vrbis Hierosolymorum capta sit insidijs, &
proditione Sobnæ, quasi vero non armis vastetur vrbs cum insidijs & proditione capi-
tur, quasi non geratur res armis. Si diceret propheta capti tui, non capti gladio, locum ha-
beret Iudæorum commentum, non id ait sed interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui
in bello. Videamus ergo quæ sit nostrorum sententia. THEOD. hostes tui non suis viribus
aduersum te prævaluere, ego vos tradidi hostibus vestris propter insaniam & furorem vestrũ
in me, quod in me vestrum redemptorem insanijstis, & me affecistis cruce, tradidi vos hostiũ
armis, vt ita dictum sit, vt illud prophetæ, Propter me hæc facta sunt vobis. & vt illud Maro-
nis: Nõ tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ Culpatúsue Paris, verũ inclementia diuũ Has
euertit opes. — Vt sit sensus iuxta sententiam Theodor. non armis hostium nec viribus hosti
libus, sed voluntate mea, ingens illa strages quę à Romanis est edita, accidit, de qua IOSEPH.
lib. 6. cap. 45. quæ Theodoreti sententia quam sit vera intelliges ex IOSEPH. de bello Iudaico
C lib. 6. cap. 8. & cap. 31. & cap. 43. & alijs multis locis, vbi tradidit, concidisse Iudæos non Roma-
nis armis, sed ira Dei, & quod sic prędictum erat à prophetis, perituros Iudæos, & completa
esse prophetarum vaticinia. Cur autem non plane dicat propter Christi mortem & explicet
quæ sunt completa vaticinia, alibi dictum est latius, illud magis mirandum cur cum hęc sense
rit, Iudæus esse perstiterit, Erant Christiani toto orbe vagi & afflicti, nudabantur bonis omni-
bus patiebãtur pro Christo noluit ex illo fastigio diuitiarum, & opũ Iosephus & ex illo princi
pum fauore excidere, & tot perferre ærumnas. PROC. Iudæi post crucem Domini ex euange
lica & cælesti altitudine deciderunt in infimam conditionem: redacti nanque sunt in condi-
tionem & in numerum nationum infideliũ, tam infœlici tamen forte implicati, tumẽt tamen
temere, & audiũt à propheta, Quid factum est tibi quod ascendisti, in domos stultas? vulnera
ti tui nõ vulnerati gladio, quod est peccatum ad mortẽ, iuxta illud, Anima quæ peccauerit ip-
sa morietur. Itaq; Procop. hæc explanasse videtur, iuxta illud Euangelij, Si nõ venissem, pecca
tum non haberent. &, Sine mortuos sepelire suos mortuos, vt mortuos illos intelligat & vul-
neratos, qui non mortui corpore sint, sed corpore & animo. Potest etiam hic locus explanari
D de martyribus & de prophetis & occisis à Iudæis, pro quibus omnibus vt inquit ORIGE. in
Matthæi cap. 23. tractatu. 26. in principio, Iustum erat vastari Hierusalẽ, & vrbes Iudęę, nam Iu
dei Christo Domino cruce affecto, impleuere mensuram patrum, vt luerent sanguinem qui
effusus erat à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, & de his dici
quoque potest interfecti tui. i. omnis sanguis iustorum & Christus Dominus & Iacobus &
Stephanus & reliqui martyres, & vulneratus Paulus & cæsi apostoli, non gladio hostili vulne
rantur, nec bello interficiũtur. Querebantur enim Iudęi se subinde nouis bellis exortis inter-
fici, & apud Hieremiã se carnes esse dicebant, & Hierusalẽ ollam vbi coquerentur carnes, pos
set ergo esse sensus: deploras ô Hierusalẽ, tuos ciues gladio, & bello subindẽ cadere, ij quos tu
interficis, & in quorũ morte exultas, & clamoribus resonas, & tecta conscendis, vt illos ad sup
plicium duci spectes, & concitas aduersus illos turbas, non interficiuntur bello, sed tua impie
tate cruce affectus est Christus, Stephanus lapidatus, Iacobus & alij innumerabiles, martyrio
coronati.

D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Cuncti principes tui fugerunt simul, du reꝯ, ligati sunt, omnes qui inuenti sunt vincti pariter, procul fugerunt.

LXX VIRI.

Omnes principes tui fugerunt simul ab arcu, & ligati sunt, & fortes in te longe fugerunt.

IAm ne Iudæi quidem audent hæc ad Sennacheribum referre, nec tam callide confícta fabula de proditione Sobnæ & capta parte Hierosolymorum, illos iuuat, vt hęc eodem possint referri. Nam qui possent congruere Sennacheribi historiæ, hæc verba? Cuncti principes tui fugerũt, capta enim (vt illi aiũt) pars vrbis est postea, extincto exercitu Sénacheribi ab angelo priusquã exercitus admoueretur vrbi, vrbs Hierosolyma Dei beneficio immunis malorũ fuit, quomodo igitur fugiũt cũcti principes simul, quomodo ligãtur? Bello Babylonico aiũt hæc facta sunt. Hæ sunt Iudæorum technæ, quãdo falsæ eorũ interpretationi repugnãt, sequẽtia aut antecedentia, alio referunt, si eos refellas ex antecedentibus & cõsequentibus, negant prophetas cohærentia dicere, furere aiunt, nunc hæc, nũc illa fundere oracula, pro vt spiritus .s. instigat, & hanc esse prophetiarum naturam. Contra Lactantius hanc esse mendaciorũ naturam & falsæ interpretationis, vt non cohęreãt inter se partes, vt prima medijs, media imis nõ congruant. Non furiunt prophetæ, furiunt Iudæi, nam prophetæ pleni spiritu sancto cohærentia dicũt, & quæ mutuo nexu inter se sint colligata, si recte interpretere, & si sanctorũ sententiam in explicanda scriptura sequi velis. In falsa interpretatione, in mendacijs non potest esse nexus ait Lactantius. Sed de hac re suprà in disputatione de tralationibus pluribus diximus de veterum patrum sententia, quod Iudæorũ hoc cõmentũ est, quo solo suas fraudes tuẽtur, nam si hoc sustuleris, aperias omnes Iudæorũ dolos, fraudes omnes palam facias, omnis enim fere Iudæorum interpretatio aut ex antecedentibus, aut ex consequẽtibus subuertitur. Si sequamur ergo sententiam, quam D. Hieron. Eusebij Cæsarien. esse ait, vt hoc caput de passione Christi sit, quæ eadem est veterum patrum, vt ostendimus, postquam clamores Iudæorum descripti sunt, quibus vinctum Dominum ad crucem ducebant, subijcitur vastitas Iudææ inuecta à Romanis cuius meminit etiã in passione Dominus cum dicit, Nolite flere super me, sed super vos & super filios vestros, &c. &, Si scires & tu quę vẽtura sunt super te. &, Relinquetur terra vestra deserta. PROC. his verbis propheta significat nõ futuros reges amplius apud Iudæos, nec duces, nec prophetas, nec sacerdotes, quod vastãdi sint. s. nec instaurãdæ vnquã Iudæorũ vrbes. THEOD. sensit describi vastitatẽ Hierusalẽ post vaticinium de passione Christi & post querelas sanguinis sanctorũ, de quibus suprà & videtur is seruare ordo qui est Matthęi ca. 23. Ecce ego mitto ad vos sapiẽtes & prophetas & scribas, &c. & posteà, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus. postremò, Relinquetur terra vestra deserta. Ergo principes tui fugerũt simul. i. fugati sunt & victi à Romanis & vt prodit IOSEPH. in fine 6. libri de bello Iudaico, sua spóte deseruere turres viribus humanis inexpugnabiles, dureque ligati sũt à sagittarijs .s. qui eos persequebantur fugientes. Quod D. Hier. reddidit dure, Hebraicè est מִקְּשֶׁת, quod proprie reddi potest ab arcu, & sic reddũt Iudæi omnes, & ita reddidere Lxx viri, vt sit ab arcu ligati sunt. i. à sagittarijs, qui eos fugiẽtes persequebãtur. D. Hier. dictionẽ Hebræã מִקְּשֶׁת, deflexit à verbo קשה .i. indurare: vndè קשה, nomẽ, & קשת, dura, & מקשה, dura, & malleo cõtusa, & ita vertit, ligati dure: ק, Omnes qui inuẽti sunt, Hebraicè est, כָּל נִמְצָאַיִךְ, .i. omnes inuẽti tui, pro quo, tẽpestate Lxx virorũ legebatur כל מעזך .i. omnis fortitudo tua, nam מעז, fortitudo est. Aut hoc igitur legebatur, aut aliquid simile. Sed adhuc in tralatiõe Lxx deest verbũ vnum, vincti sunt, quod reponendum est ex lectione Hebræa, legendumq; : Fortes in te vincti sunt longe fugerunt. i. longe abierunt exulatum captiui ducti in vltimas nationes. Hęc omnia sic euenisse leges apud IOSEPH. de bello Iudaico lib. 6. cap. 40. 44. 45.

D. HIERONYMVS

Propterea dixi, recedite à me amarè flebo, nolite incũbere vt consolemini me sup vastitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis, & cõculcationis, et fle-

LXX VIRI.

Propter hoc dixi, dimitte me amarè flebo nolite cõtendere consolari me sup cõtritione filiæ populi mei quia dies tumultus, & perditionis, & conculcationis, & erroris à Dño sabaoth in valle Sion errabũt à paruo vsque ad magnũ, super montes.

A fletuum à domino Deo exercituum in valle visionis: scrutans murum, et magnificans super montem.

DIuus CHRYS. in cap. 9. Genes. in illa verba, Et cœpit Noe homo agricola terræ: Mos, inquit, est prophetarum, & iustorum omnium, non solùm pro his tantum dolere, qui sibi proximi sunt, sed pro reliquis omnibus, sic Esaias: Non valebitis consolari me in contritione filiæ generis mei. D. Chrysost. de prouidentia Dei lib. 3. non multum lõgè à fine: Esaias, inquit, cùm audisset quia deserta erit omnis terra, ne consolari quidem voluit, sed assiduè lugebat dicens: Dimittite me, amarè flebo, non poteritis consolari me. Quibus verbis Chrysost. & hunc locum interpretatur, & superiora omnia, eo modo quo reliqui patres. Docet enim superiora dicta esse de vastitate Iudææ post crucem Domini, & agi de cruce Domini, & simul hunc locum explanat. PROC. Deflet, inquit, propheta hoc loco sui generis repudiationẽ, B & vastitatem vrbis Hierosolymitanæ inuectam à Romanis. THEOD. quoque de Romanis interpretatur hæc. Ergò, Recedite à me, amarè flebo super vastitate, vel, super contritione filiæ populi mei. i. vrbis Hierusalem: & ea est forma dicendi, qua filij Græcorum dicuntur Græci: filij medicorum, medici: filij Iudæorum, Iudæi. Dies interfectionis: Lxx reddidere, Dies tumultus. Quòd dictio Hebræa, mehumah, tumultum significat, & contritionẽ, & sic alij vertunt, Dies cõturbationis. Pro cõculcatione, reddidere Lxx perditionis, quod eodẽ spectat. Pro, fletuum, vertere erroris, quod בוך, confundere significat, vndè מְבוּכָה, confusio & error: potest esse à verbo בָּכָה, & significat hoc modo fletus, & sic vtrunque significat: quæ omnia verba possunt pertinere ad bellum Romanorum, ad passionem Christi, ad cœcitatem Iudæorum: ille enim dies fuit illis, dies tumultus, & perturbationis, dies perditionis, & conculcationis, & erroris in valle Sion. i. in valle Cedron, per quam Dominus ducebatur vinctus, vt suprà dictum est. Neq; enim Hierosolyma sita erat in valle, sed in montibus editissimis, quod significasse videntur Lxx viri, cùm addidere de suo verba illa: Errabunt à paruo vsque ad magnum super monteis, quod Dominus cùm duceretur vinctus per vallem Cedron, per quam abierat C in montem Oliueti, effluxit vniuersa multitudo Iudæorum, à paruo vsque ad magnum, ad videndum Dñm, quomodo prehenderetur, & duceretur, an ederet illa miracula quæ olim solebat, an pateretur se vinciri, & ligari: Neq; eñ hoc de bello Romano intelligere potes satis cõmodè, cùm enim cincti erant obsidione, duxere Romani murum circum omnem vrbem, ne quisquam elabi posset Iudæorum, vt leges apud Iosephum lib. 5. de bello Iudaico, si quis pedẽ extulisset vrbe, statim veniebat in manus Romanorum, & mille afficiebatur cruciamentis, ne que in illa obsidione licuit cuiquam fuga petere monteis, nisi referas ad vastata Hierosolyma, vt post excisionem vrbis dicas Iudæos per monteis errasse vagos: sed hoc non congruit quod dicitur, A paruo vsq; ad magnũ. Vt discres enim ex Iosep. in fine lib. 6. pauperes permissi sunt à Vespas. abire liberi, magni non itẽ. Scrutans murũ, & magnificus super montẽ. Hebraicè est.

מְקוֹנֵן קִיר וְשׁוֹעֵ אֶל הָהָר

Quæ verba vertit D. Hieronymus, Scrutans murum, & magnificus super montem: quæ verba ad Vespasianum pertinere videntur, cùm enim dixisset, velle se flere vastitatem Hierusalem, quę vastitas fluxit ex die passionis Christi, nam ille dies fuit dies perditionis Iudæorum, & ille dies fuit dies fletuum in valle visionis, hoc est, in valle Cedron, in torrente Cedron, quando Dominus illic ligatus, & ad passionem ductus, & ille dies fuit scrutans murum, hoc est, ille dies æquauit solo, & diruit muros Hierosolymorum, & magnificus super montem, vel opulentus super montem. i. ille dies fuit causa, cur Vespasianus Romanorum princeps euaderet super montem Sion, & templum combureret, & vrbem subuerteret. Potest verti etiam, שׁוּעַ, clamor, vt sit sensus: hic dies fuit causa cur ingens clamor ille super montem Sió exoriretur cùm expugnabatur templum Domini, & incendebatur, & fuit tantus, vt scribat Iosephus, non potuisse exaudiri voces imperatoris Vespasiani à suis militibus, qui eos iubebat templo parcere. Hæc verba non sunt in tralatione Lxx virorum, quod trunca est & mutila passim.

D. HIERONYMVS.

Et Elam sumpsit pharetrã, et currum hominis equitis.

LXX VIRI.

At Elamitæ tulerunt pharetras, & ascensores homines super equos, & congregatio pugnæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrum, & ad refellendam sententiam illius Iudæi, quam refert D.Hierony. hoc enim quod A
hoc loco significatum est à propheta, neque factum est bello Assyrio, neque Babylonico. Factum est autem, antequam prouocarentur arma Romana, vt leges apud IOSEP. de bello Iudaico lib.5.cap.3.& deinceps, vbi proditum est memoriæ, Iudæos post Christi crucem, vrbē Hierusalem triplici muro cinxisse, & constabilijsse murū antiquum, & duxisse alios duos muros, & fossam quoque duxisse, vbi multæ sunt domus dirutæ: quod tralatio Lxx satis planè præfert, Quoniam destruxerunt domus Hierusalem, ad firmandos muros ciuitatis, vel ad robur murorum vrbis. Quòd tralatio D.Hieron. dixit, Destruxistis domos ad muniendum murum, i.ad muniendos muros tres illos, vt singularis numerus pro plurali ponatur. Intelliges quoq; ex eodem Iosepho locis citatis aquæductus factos multos, & in ciuitatem deductos, vt aqua suppeteret vrbi, si contingeret cingi obsidione. Quin & huius piscinæ mentio facta videtur eodem cap. à Iosepho, nihil tale legimus factum bello Babylonico, aut Assyrio, sed tantū post crucem Domini. Congregastis aquas: Lxx interpretantur .i. deriuauerunt aquam in vrbē piscinæ inferioris, ab antiqua natatoria. Excidit dicere, te posse legere commentum Iudæorum B
de Sobna, in Thesauro linguæ sanctæ, in dictione, quadas, vbi multa loca inuersa reperies à Iudæis, quæ apostoli interpretantur.

Commentum Iudæorum de Sobna, & eius proditione

D. HIERONYMVS.

Et lacum feciſtis inter duos muros ad aquam piſcinæ veteris.

LXX VIRI.

Effeciſtis vobis aquam inter duos muros interiorē natatorię antiquæ. (sic enim legendum est, non vt vertit Latinus interpres)

veteris piscinæ aquæ duos muros inter feciſtis cōgregationē Et

וּמִקְוֶה עֲשִׂיתֶם בֵּין הַחֹמֹתַיִם לְמֵי הַבְּרֵכָה הַיְשָׁנָה

PIscina Hebraicè est הַבְּרֵכָה, haberechah, porrò vox Hebręa, Hispana est facta, vt multa nomina Hebræa recepta vulgò apud Hispanos sunt, nam, ה, articulus est, bereca, præposito articulo, el, pro el berecha, Hispanè dicitur alberque. Rabini non solùm in sententijs, sed in verbis etiam errant frequentissimè: sunt enim sutores, pelliones, omnis doctrinæ expertes, qui berechah.i. C
piscinam, putant esse locum lapidibus structum, quem cisternam appellant, quò aquæ pluuię confluunt. Et reprehendunt rabi Dauid, quod fontem esse dixerit, & aquarum scaturiginem, cùm vel hic locus Esaiæ iuxta tralationem Lxx virorum satis argumēti esse posset ad probandum esse fontem, cùm aquæ piscinæ intromittuntur in vrbem: & cap.7. sunt aquæ ductus piscinæ, & in cisterna aquæ pluuiæ aquæductibus opus non est. Et Iosephus quoties refert historiam veteris testamenti, κολυμβήθρα interpretatur, vt Lxx viri, & D.Ioannes cap.5.i. natatoriam, vt de bello Iud.li.5.c.12.&.13. alibi fontem reddit, cum Lxx senioribus, qui natatoriam & fontem reddunt, vt Reg.2.cap.2. vbi vertit D.Hier. supra piscinam Gabaan, reddidere Lxx, iuxta fontem. Et Iosephus referens eandem historiam lib.7.cap.1. & lib.2.Reg.cap.4. vbi reddit D. Hieron. Suspenderunt eos supra piscinam in Ebron. Et Reg.3.cap.vltimo, transtulere Lxx, fontem. Et Ioseph. lib.8. antiq.ca.vltimo, referens eandem historiam, vndè Vatablus & doctores Hebræi, etiam in vocum explanatione errant. Significat ergo berechah, fontem vel natatoriā, quæ Græcè dicitur κολυμβήθρα. Habebant em̄ Iudæi multa loca, & multa genera lauacrorū, hic idem locus ad natandum & ad lauandū: Hebraicè dicitur berechah, quasi dixeris alberqua, cū D
articulo præposito: Græcè κολυμβήθρα .i. natatoria: Latinè piscina: quæ vox duo significat, viuarium piscium, & lacum natatorium, quo posteriore intellectu semper accipitur in sacris literis. Ergo significat propheta, post crucem Dñi feciſſe ludęos lacum inter duos muros quando cinxerunt vrbem triplici muro iuxta aquam piscinæ veteris, vel ad aquam piscinę veteris, intellige ex aqua piscinæ & natatoriæ Solomonis, quæ erat natatoria antiquissima vrbis. Quid enim antiquiùs Solomone? & opinor hanc esse natatoriā, cuius meminit Ioan. cap.5. quæ cùm ab angelo moueretur, sanabat eum ægrum, qui primus intrabat aquas, & Solomon templum ædificauit, & dicebatur natatoria Solomonis, quam eandem appellari puto natatoriam veterem, aut antiquam: vndè propheta deflet hanc natatoriam dirutam paulò infrà. Ergo feciſtis lacum ad aquam .i. ex aqua piscinæ veteris, quam deriuastis in illum lacum, quem feciſtis, & hoc verba Hebræa significant, quæ ad verbum reddi possunt, Et congregationem feciſtis inter duos muros, aquas natatoriæ veteris. i. feciſtis inter duos muros aquarum congregationem, deriuando illuc aquas veteris natatoriæ, quod Lxx seniores dixere: Et feciſtis vobis aquam,

Iudæi erant etiam in vocū interpretatione.

bis aquā .i. cōgregationē aquarū inter duos muros interius, vel interiorē, hoc est, intra vrbē, vt
A indè possetis adaquari, si cōtingeret oppugnari vrbē. Natatoriæ antiquæ, in casu genitiuo est, ex lectione Hebræa, vt sit: Feciſtis aquā natatoriæ antiquæ. vt flueret inter duos muros, factis aquæ ductib⁹, interius .i. magis intra vrbem veterem, diruta natatoria Solomonis.

D. HIERONYMVS.

Et non ſuſpexiſtis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidiſtis.

LXX VIRI.

Et nō inſpexiſtis in eum, qui à principio fecit eam, & qui creauit illam non vidiſtis.

HInc apparet, de piscina illa hic mentionē fieri probatica, cuius meminit D. Ioānes. Nā res nota est, alias piscinas, & alia multa ædificia esse diruta, cū vrbs cingeretur triplici muro, vt esset inaccessa, & inexpugnabilis, & vt aquę copia intra mœnia suppeteret in omneis parteis vrbis per aquę ductus deriuata, vt intelliges ex IOSEPH. libr.5. de bello Iudai. Cur igitur inter alias piscinas hāc veterē piscinā solā tātopere dolet nisi esset illa, pbatica piscina, quę ab angelo moueretur? præsertim cū Iosephus noiet piscinā Solomonis. Et Lxx seniores. Nō inſpexiſtis in
B eū, q fecit eā: à principio vrbis, s. ad Solomonē videlicet, quod Hier. Ad operationē ei⁹ de lōge ad Solom. vel ad Melchiſ, refert, quē Ioseph⁹ hui⁹ vrbis ædificatorē fuisse scribit, qui typi Chri fuere. Christus. n. fuit verus Solomon. i. verus pacificus: & verus Melchiſe. i. verus rex iustitiæ, qui verā struxit piscinā. i. verā aquā baptismi, quæ cæleſti virtute mota ab spiritu. s. vnū sanat, quia vnum est baptiſma, & vna fides, & hoc puto significare prophetā, cū dolet non habitā esse rationē ædificatoris huius piscinæ. i. eius qui significabatur per ędificatorē huius piscinę. Dolet nō cognitū Christū, & eius baptiſma, cuius typi erant Solomō, & piscina, dolet non habitū respectum eius, qui creauit illam. i. Dei, & spiritus sancti, qui vim illam delibabat aquis. Nam Esaias, vt dictum est, quoties historias veteris testamenti citat, eas explanat.

D. HIERONYMVS.

Et vocauit dominus Deus exercituum in die illa ad ſletum, & ad planctum, ad caluicium, ad cingulum ſacci: & ecce gaudium, & lætitia, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, et bibere vinū. Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur. Et reuelata eſt in auribus meis vox Domini exercituū: Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini: dicit Dominus exercituū.

LXX VIRI.

Et vocauit dñs sabaoth in die illa ad fletū & planctū, & rasuram, & cinctura saccorum, ipsi autem fecerūt gaudium & lætitiā, iugulantes vitulos, & sacrificantes oues, ita vt comederent carneis, & biberent vinū, dicētes, Comedam⁹, & bibamus, cras em̄ moriemur. Et reuelata sunt hęc in auribus Dñi sabaoth, qm̄ non dimittet vobis hoc peccatū, donec moriamini: hæc dicit Dñs exercituum.

DOminus expectauit post Christū in crucē actū, quadraginta duos annos, dū Iudæi resipiscerent, & locus esset pœnitentiæ. [Et vocauit dñs Deus exercituum in die illa ad fle
tum & planctum, & ad caluitium] Lxx, Ad rasuram capitis, & ad cingulum sacci. i. vt se saccis

Universidad de Deusto
Biblioteca

estis,nihil igitur à porcis differemus,nihil ab asinis quęso? nisi iudicium est,neque retributio, neque tribunal,&c.Lege D.AMBR.de Elia,& ieiunio.c.14.15.19.& de interpellatione lib.2.c.5 & in psal.48.in medio.Et reuelata est in auribꝰ meis vox Dñi exercituũ,reuelata est: בְּאָזְנָי, in auribus meis,vel in auribꝰ Dei Sabaoth, nã ratio pũctorũ facit,vt hoc,vel illud significari posit. D.Hier.vertit reuelatũ est in auribus meis Dei sabaoth: & subaudiuit, verbum. Si, apud Hebræos accipitur,pro,nõ,vt in illo:Quibꝰ iuraui in ira mea,si introibunt in requiẽ meam.i. q nõ introibunt in requiem meam:& ideo hoc loco Lxx pro,si, posuere, non: si dimittetur, id est, non dimittetur.

D. HIERONYMVS

Hæc dicit dominus Deus exercituum: Vade,ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo ad Sobnam præpositũ templi,& dices ad eum. Quid tu hic? aut quasi hic? qui excidisti tibi hic sepulchrum,excidisti in excelso memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi.

LXX VIRI

Hæc dicit dominus Deus sabaoth: Vade in pastophoriũ ad Sobnam quæstorem,& dic ei, Quid tu hic? aut quid tibi est hic? quoniam excidisti hic tibi sepulchrũ, & fecisti tibi in excelso sepulchrũ, & scripsisti tibi in petra tabernaculum?

VEteres patres, D.Hie.Cyrillus,Proco.Theodo.& alij hoc loco,Hebręorum sententiã mihi videntur probare.Sed vt sententia Eusebij Cæsarien. aliorũq; patrũ,qui hoc caput de Christo interpretantur,defendi possit,& vt melius seruetur prophetiæ consequutio,qui canó est interpretandæ scripturę,fortassè nulla hic historia est Sobnæ,aut Heliaquim,sed allegoria quædam prophetica vsitatissima apud poëtas,& philosophos,cuius meminit Quintilia. libr. 8.de tropis,vbi docet genus quoddam esse allegoriæ, sine translatione, nomine tantum mutato vt apud Virgil.in Bucol.Certè equidem audieram,quà se subducere colles Incipiunt,mollíq;iugo demittere cliuo,Vsq; ad aquam,&veteris cõfracta cacumina fagi,Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam.Quibus versibus res gesta narratur,Virgilium scilicet suis carminibus impetrasse ab Augusto Cæsare ne sui agri diuiderentur militibus,cùm Mãtuę agri,quod Mantuani Antonio fauissent,militibus Augusti diuiderentur.Vbi,inquit Quintil. cætera prorsus decisa sunt verbis, verùm non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus ἀπὸ τοῦ ῥώμνυσθαι ab expectando robur, quod se opposuit militibꝰ armatis, posteaquam impetrauit illud munus ab Augusto.Vndè subijcit,Ni monuisset cornix,Nec tuus hic Mœris,nec viueret ipse Menalcas.Huius generis allegoriã hoc loco fieri arbitror.Cũ em̃ totus mũdus,vt est apud D.Ioannẽ, Christũ sequeretur,mométo tẽporis mutauit mentẽ impia Iudæorũ natio, & à Pilato clamoribꝰ petijt,vt hũc,quẽ paulo antepublicis acclamationibus sparsis solo ramis Christũ dñm erat testata cruce afficeret,idq; inductu Pharisæorũ,quorũ apud vniuersam plebẽ,vt leges apud Iosephum de Antiq.Iudaic.libr.13.ca.18.&.cap.vigesimotertio,erat authoritas tanta, vt nutu,& renutu,quò vellent,animũ multitudinis cómutarent,& aduersum tyrannos, & pontifices ipsos(tyrãni em̃ erãt quos eo tẽpore Iudæi Reges appellabãt,)quibus cũ accessisset Scribarũ,& Pontificũ authoritas,& sacerdotũ & principũ Iudæorũ, facta est illa, de qua diximus, tanta mutatio.Vndè propheta Esaias cõsilia phariſæorũ,& Iudæorũ tã crebrò detestatur,&plurima illis impendere malã prænũciat,quæ omnia in illorũ recidere capita,quod Christi mortis hi sustinuere culpã.Indulgẽtissimus tñ dñs ita hoc prędicit,& ita illis hoc loco hęc mala minatur,quãtũ ego sentio,vt noie ipso oret vt cõuertãtur & ad Christũ redeãt, & Sobnã appellet phariſæũ oẽm,& scribã,& põtificẽ,& principẽ oẽm Iudæorũ.i.cõuertere quæso.id.n.Sobna significat.Sob.cõuertere,na.quæso.Sic.n. in actis apostolorũ Petrus, & Paulus Iudæos alloquũtur, Cõuertimini fratres,pœnitẽtiã agite.Fortassè ergo sic omnẽ magistratũ Iudæorũ appellat Sobnã,vt Virg.se appellauit Menalcã,referẽte Quint.q se opposuerit militibꝰ armatis,& Horatiũ Mœcenaté nominat Malchinũ:Demissis tunicis Malchinus ambulat:q mollibus vestibus vteretur more fœminarũ,à μαλακὸς.mollio.Et apud Plat.in Symp. Alcibiades suũ Socratẽ,Silenũ nominat,à similitudine corporis,& sapientiæ singularis,quorum vtroq; Silenũ mirabiliter referre videbatur.Sed hic tropus tam frequens est apud poëtas,& oratores,& in vsu quotidiano vt vel nolẽtibus in oculos incurrat.hæc fortassè huius loci sententia est,qua prędicũtur mala impẽdẽtia Iudęorũ principibꝰ,postChri crucẽ.nec.n.historia huic capiti cõgruit qđ sensit D.Hie. anceps

Omnis tropus & σχῆμα oratoris Canon est interpretandæ scripturæ vt docet August. de doctrina Christiana 3.&.4. lib.

A aneeps est,nam primis commentarijs,Iudæi illius præceptoris sui sententiam damnat,eãdem secundis commentarijs sequitur,tanquam Sobna prodiderit Rapsaci,duci regis Sennacheribi partem vrbis Hierosolymorum,quod neq; scriptura prodidit, neq; Ioseph.de Antiq.li.7. cap.1.vbi illam historiã scribit, quanquam soleat is, quippe Iudæus, multas historiæ intexere fabulas. Quin si expendas, & conferas commentum Iudæorum cum verbis Esaiæ cap.36. &.37.pugnare reperias frontibus aduersis. It enim Sobna ad Esaiam iussu regis, & respondet Esaias Sobnæ, promisisse Dominum liberaturum Iudæos, & nihil periclí futurum vrbi Hierosolymorum,si posteà capta pars vrbis est,mendax fuit prophetia Esaiæ, prophetia verò nó potest esse mendax.Ergo quod Iudæi tradunt de proditione Sobnæ, & capta vrbis parte impudens mendacium est, atque adeò impudentissimum,quod aduersetur scripturæ sacræ, vidit hoc D.Hier.(neque enim res tam perspicua potuit fugere tantum diuum)putat fuisse alios quosdam hunc Sobnam,& hunc Heliachim, quorum hic meminit Esaias, quanuis nulla literis sacris eorum sit mentio facta. Sed si fuisset vir aliquis tali virtute, quali describitur Heliachim(nemo enim veterum patrum ita laudatus est,vt hoc loco Heliachim laudatur)si talis,in quam vir,& tali virtute præditus fuisset,non arbitror literas sacras de eo fuisse taciturnas. Ideo D.Hieronymus primis & secundis commentarijs anceps est,& dubius, quò hæc referat. Ergo cùm videam eosdem veteres patres, atque adeò omneis qui hoc loco sententiam Iudæorum probant,inferiora quæ de hoc Heliaquim dicuntur,vno cõsensu de Christo interpretari, adhibendum huic loco puto Canonem scripturæ, quem præscribit August. & Origen.vt si de intellectu alicuius loci scripturæ constiterit, antecedentia, & sequentia, de quibus fuerit dubitatio,eodem referamus,cùm D.Ioannes in Apocalyp.& patres veteres omnes,sequentia ad Christum referant, & Heliachim Christum Dominum interpretentur, reliquum est, vt hæc eodem sint referenda.Est igitur prophetia hæc sita in verbis, hoc est, in significatione vocum Hebræarum, & in ipsis nomenclaturis,quales etiam ioci vulgò sunt multi in Hispanis carminibus,quoties aliquis non significatur proprio nomine, sed nomine aliquo imposito, quo is intelligatur,qui scommate tangitur,quod in poëtis Latinis,& Græcis epigrammatarijs est frequentissimum, vt non proprio nomine is appelletur, qui incessitur conuicijs, sed alio tecto
C nomine,ita confícto ex moribus hominis,vt facile is qui reprehenditur, intelligatur ab acuto lectore,quę exempla sunt frequentissima in poëtis, & in sacris literis non rara: vel cùm apud Ezechielem Oolla Israël appellatur.i.castra,quòd fuerint castra Dei, & iam essent castra, vbi Deus non esset.Et Ooliua Iuda appellatur,quòd sint ibi castra Dei, & apud Oseam,non populus meus,dicitur proprio nomine puer ille,vt significetur populus Gentium:& alter puer nominatur populus meus,vt significetur populus Iuda: & puella illa vocatur,absque misericordia,vt significetur synagoga Iudæorum. Quæ omnia sic explanant literæ apostolicæ,quorum exemplo hoc loco,Sobna. i.reuertere quæso(id enim significat hæc vox Hebræa) explanabimus pro pontificibus,& sacerdotibus Iudæorũ, quòd Dominus per quadraginta duos annos illos expectauit post Christum in crucem sublatum,rogans vt conuertantur,appellãs eos more omnium prophetarum,nomenclatura ea,quę rebus sit consentanea. Sobna,conuertere obsecro,quod Dominus eos rogabat per apostolos,vt leges centies in actis Aapostolorum,cùm apostoli dicerent: Conuertimini fratres,agite pœnitentiam,baptizetur vnusquisque,&c. vnde,Sobna conuertere obsecro,nomenclatura est conueniens populo Iudæorum, rogato ab a-
D postolis vt conuerteretur,non minus consentanea,quàm nomenclatura puellæ apud Oseam, appellatę Loruchamach.i.absque misericordia, qua significabatur synagoga, quę futura erat absque misericordia,quòd nõ crediderit Christo,& non minus conueniens,quàm nomenclatura pueri illius apud eundem Oseam,Loami.i.non populus meus,qui puer significabat populum Iudęorum,qui non erat populus Dñi,vt interpretatur D.Paulus.Ergo alloquitur sacerdotes & pontifices,quos sub nomine,Sobna,intelligit,vt sub nomine,Oolla, apud Ezechielẽ intellexit populum Israël,& sub nomine Ooliua,intellexit populum Iuda. Alloquitur enim sacerdotes,& pontifices,qui post crucem Dñi credebant non complendas prophetias(vt suprà diximus ex Iosepho)& credebant se impunè laturos mortem Dñi,& ædificabant magnificentissima sepulchra,& domos magnificas,vltima impendente ruina,prædicit ruituram vrbem, & ducendos captiuos sacerdotes,& pontifices eos, qui gladio non ceciderint, vt supersedeant ædificare magna monimenta, & rituros ait cum Domino illorum. i. cum rege illorum,nam sub aduentum Christi, vt prędictum erat, Romani deferebant regnum Iudæo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, quibus vellent: Hæc D. Hieronymus. Lxx verò totius huius loci sensum reddidere po A
tiùs quàm verba: Vade ad Pastophorium. i. ad templum quod habet multas pastas. i. porticus multis, ad Sobnam præpositum templi, siue quæstorem, cui concredita erant scripta sacra. Et nota Domini indulgentiam, sic minari vltimum exitium Scribis & pharisæis, qui auerterunt plebem, ne crederet Christo, nam si scribæ, & pharisæi, & sacerdotes Christo credidissent, vniuersi credidissent. Sic igitur illis minatur vltimum exitium, vt nomine ipso roget, vt conuertantur ad Christum: Sobna conuertere quæso. Pastophoriũ, etiã vertit Iosephus, vt Lxx viri.

D. HIERONYMVS.

Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus.

LXX VIRI.

Ecce Dominus Sabaoth eijciet, & conteret virum.

galli gallinacei viri protectione proijciet te, Deus Ecce
הִנֵּה יְהוָה מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גֶּבֶר B

QVod suprà ad pharisæos, & sacerdotes sub nomine Sobnæ (vt dictum est) verba facta sunt: Vade, ô propheta, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo. i. ad omnem sacerdotem, qui habitat in domo Dei, ad Sobnam præpositum templi. i. ad sacerdotes, qui præpositi sunt templo Dei (nam suprà pluribus verbis dictum est, cur Sobna pro omni sacerdote ponatur) & dices ad eum, ô propheta, quid tu hîc? supple stas? aut quasi quis hic? i. quasi aliquis sit futurus hic reliquus, quasi non perituru sit templum, & omnis sacerdos templi post crucem Domini, quasi aliquis sit futurus sacerdos in hoc loco. Qui excidisti tibi sepulchrũ. i. qui ędificas tibi magnificum sepulchrum, & excidisti memoriale. i. monimentum fecisti, & tumulum in excelso loco, & fecisti tabernaculum tibi. i. domos magnificas in petra. i. lapidibus politis: sequitur: Ecce Dominus asportari te faciet, vel eijciet te. i. frustra ędificas magna ędificia, & magnas domos, nam Dominus faciet te asportari captiuum à Romanis, vel eijciet te ex Iudea in vltimas terras, & non humaberis in his sepulchris magnificis, quę ædificas, neque habitabitis has magnificas ædes, quas ædificatis: Hebraicè est, מְטַלְטֶלְךָ. i. proijciet te, subaudi à Iudæa in vltimas terras, quod D. Hieron. dixit asportari te faciet. Deindè sequitur, טַלְטֵלָה, proiectione vt C
sit, Ecce Dominus proijciet te proiectione. postremò, גֶּבֶר, quæ vox significat gallum gallinaceum, & sic vertit D. Hier. proiectione galli gallinacei vt sit: proijciet te Dominus proiectione galli gallinacei: & est sensus, tã facilè te proijciet omnibus vrbibus Iudęę, quã facilè proijcitur vel à puero quouis gallus gallinaceus, quod dictum est ideo quia Iudæi ita munierant vrbẽ triplici muro, cum alioqui esset inexpugnabilis loci natura, quod sita esset in quatuor collibus editissimis à tergo præruptis, & tot erexerant turreis, & tam magnas sibi fecerant vireis, tot prouincias sibi iunxerant amicitia, & fœdere, vt putarent se esse insuperabileis, & hac causa prouocauerint arma Romana. Tam facile (inquit Dominus) vincemini, & expellemini ex omnibus vrbibus Iudææ in vltimas terras, quam facilè proijcitur domo gallus gallinaceus, significat etiam גֶּבֶר, virum & sic reddidere Lxx, Ecce Dominus eijciet te eiectione viri: & intellexere hunc locum, Ecce Dominus eiiciet te vrbibus Iudææ eiectione viri. i. quãdo eijciet omnem virum. castiganda est tamen lectio Lxx ex lectione Hebræa, sic, Ecce Dominus Sabaoth eijciet te, & conteret virum. Reddunt enim hoc loco & D. Hieron. & Lxx sententiam, & sensus est: Ecce Dominus Sabaoth eijciet te vrbibus Iudææ, & conteret virum, supple Iudà. i. D
conteret omnes viros Iudà armis Romanis post crucem Domini.

D. HIERONYMVS.

Et quasi amictũ sic subleuabit te.

LXX VIRI.

Et auferet stolam tuam.

vestiẽdo vestiet te Et
וְעֹטֶךָּ עֹטֶה

LEctionem Hebræam sic vertes ad verbum וְעֹטֶךָּ, & vestiet te עֹטֶה, vestiendo, vt sit totũ: & vestiet te vestiendo. quod D. Hieron. superiora verterat, ita vt sensa expresserit, non numerauerit verba, & dixerit Iudæos, qui putabant se esse inexpugnabiles, & vrbe tam munita, & viribus humanis posse effugere Deiiram, tam facile asportandos ab hostibus in vltimas terras, quam facilè asportatur gallus gallinaceus, quod fortissimi quique & munitissimi, si aduersetur Deus, gallinis sint magis imbelles, conuenienter superiori sententiæ explanat hæc verba: Vestiendo vestiet te, hoc est faciet te vestimentum, quod reuinctum nullo negocio miles super humerum baiulat & ambulat, ita te vinctum nullo negocio captiuum ducet in vltimas terras. & sic vertit, quasi amictum sic subleuabit te. i. quasi pallium, & vestes reuinctas & colligatas.

A colligatas super humerum tollit miles, & ambulat, sic facile te tollet nullo negocio, & captiuũ ducet. Lxx viri aliter hæc verba intellexere, Et vestiet te vestiendo. i. demet tibi hanc splendidam vestem pontificiam, & induet vestibus, quibus dignus es, & sic putarunt his verbis significari, quod hostis auferet stolam pontificiam, & sacerdotalem: & reddidere, Auferet stolam tuam. i. auferet hunc ornatum magnificum, quo nitetis vos pontifices & sacerdotes, & vestiet vos centonibus, vt captiuos miseros, reddunt enim sententiam.

D. HIERONYMVS.

Coronãs coronabit te tribulatione, qua si pilam mittet te interram latam, & spatiosam.

LXX VIRI.

Auferet stolã tuã, & coronã tuã gloriosã, & proijciet te in terram lõgè summotã, & infinito spatio distãtẽ.

Coronando proiectum circuitu circundabit Circundando
צָנוֹף יְצַנֶּפְךָ צְנִיפָה כַּדּוּר אֶל אֶרֶץ רְחָבַת יָדָיִם
spatiosam latam terram ad pilam sicut corona coronabit te Coronans

B LEctio Hebræa ad verbũ verti potest: Coronãs coronabit te corona, sicut pilam ad terram latam & spatiosam. & priora illa verba, Coronans coronabit te corona, interpretatur D. Hieron. subaudito nomine tribulationis, & ita vertit: Coronãs coronabit te tribulatione, qua si diceret, hostis auferet coronam tuam pontificiam tibi, & coronabit te corona miseriæ, vt dignus es. Eodem modo intellexere Lxx, qui putarunt significari his verbis auferendam populi Iudaici coronam pontificiam, & imponendam capiti coronam miseriæ: & ita contenti fuere dixisse coniunctim cum superioribus, Auferet stolam tuam, & coronam glorioſam. i. hostis auferet vestem pontificiam tibi, & auferet tibi vestem glorioſam pontificatus, & coronaberis merita corona miseriæ & calamitatis. Sequentia verba eodem modo interpretantur etiã, subaudito verbo, mittet te, vt sit, mittet te hostis in terrã latam, & spatioſam. i. in terras vltimas te mittet captiuum, reddunt enim sensa D. Hieron. & Lxx viri, non verba.

D. HIERONYMVS.

Ibi morieris, ibi erit currus gloriæ tuæ & ignominia domus Domini tui, & expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.

LXX VIRI.

Ibi morieris, & ponet currũ tuũ pulchrũ in ignominiã, & domũ principis tui in cõculcationẽ, & aufereris à dispẽsatione tua, & de gradu tuo.

C EGo mirari satis nequeo veteres patres, qui Iudæorum interpretationi fidem habuere, nõ expendisse, præterea, quę suprà diximus, hæc nullo modo posse cohærere cum Iudæorũ illo commento impudentissimo. Prodidit ne Sobna partem vrbis? & manet in vrbe quam prodidit? & manet in regis ministerio, & manet per quindecim annos quibus vixit Ezechias Dei munere, & beneficio? & manet quandiu regnat eius filius Manasses quoad ducitur vnà cũ eo captiuus, & semper manet pontifex max. & tandiu viuit in splendore summi pontificis, & has luit pœnas proditionis, vt ex scriba, fiat pontifex max. & pontificatu fruatur toto regno Ezechiæ, & toto regno Manasses, & viuacior sit Titono? Hæc quã cohæreant quis non videt? Igitur hæc ad pontifices, & sacerdotes, & scribas referes, vt suprà dictum est. Ibi morieris. i. in captiuitate, ibi erit currus gloriæ tuæ. i. ibi pro curru glorioſo, quo, vt pontifex max. & sacerdos vectabare Hierosolymis, reddetur tibi currus, quo vecteris, asinus scilicet, quo, vt vilissimum mancipiũ adaquator eris & lixa, is illic erit currus glorię tuæ. & ignominia domus Domini tui (supple erit ibi) hoc est, Dominus tuus rex erit ignominiosissimè ibi, nam tyranni Iudæorum, & eius progenies aut periere bello, aut miseram seruitutem seruierunt. Expellam te de statione tua, &c. i. amoueberis sacerdotio, quod post Christum Dominum nec fuit rex, nec sacerdos, neque propheta. Lxx aliter dispungunt lectionem Hebræã, legere enim, Ibi erit currus gloriæ tuæ ignominia (nam Hebraicè non est coniunctio, &) hoc sensu. i. ibi in captiuitate pro curru glorioſo pontificio tuo, erit tibi summa ignominia. Deindè, Domus Domini tui dixere, & domus Domini tui: nam coniunctiones apud Hebræos intelliguntur, non exprimuntur, & domus Domini tui (supple erit ignominia in captiuitate). i. omnis familia regia ignominioſam seruitutem seruiet, hoc enim significarũt Lxx cum verterunt. Ponet currũ tuum pulchrum ignominiam, & domum principis tui in conculcationem, & expellã te de statione tua. i. non erit amplius sacerdos, neque propheta, neque rex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit in die illa vocabo seruum meũ Heliaquim filium Elquiæ.	Et erit in die illa vocabo seruũ meũ Heliaquim filium Chelquiæ.

EN Eliaquim, qui cap.36.apud Esaiam magister aulæ Regiæ, & maior dignitate erat, quam Sobna, hic contrà minor dignitate, sufficitur in locum Sobnæ: reliquum est ergo vt repetas, in hunc locum ea, quæ diximus omnia in illa verba superiora huius cap. Hæc dicit Dominus Deus exercituum, vade ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam, &c. & quando ostendimus hic nullam esse historiam, nec esse posse, sic existimes explanandum hoc loco Heliaquim, vt apud Ezechielem Oolla & Ooliua, vt oolla sit populus Israel, Ooliua populus Iudà, vt Dominus docet ex significatione vocis, quod nomen alterum significet castra, vbi non habitet Deus, quales erant decem tribus deditæ idolatriæ, & Ooliua, castra vbi habitet Deus. i. populus Iudà, vbi erat templum Dei, & sacrificia, & sacerdotia. Et reliquum est vt B hæc explanes vt apud Oseam puellam dictam Loruchamah. i. absque misericordia, hoc est synagogam, cuius post crucem Domini nulla erit misericordia apud Deum, nisi conuertatur ad Christum. Et quemadmodum non putas fuisse vllam meretricẽ dictam Ooliua, & Oolla, sed per parabolas illas significatum populum Israel, & populum Iudà, sic arbitrere non necesse esse hic subesse historiam Heliaquim, aut Sobnæ, quando omnia repugnant, sed per Sobnam significatum sacerdotium Iudæorum, ea ratione, qua dictum est: per Heliaquim Christum, qui repudiato sacerdotio Iudæorum, in eius locum sufficitur sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: quod nomen ipsum significat. Nam vt Oolla, castra significat sine Deo, & pro Israële accipitur: & Ooliua, castra vbi est Deus, & pro populo Iuda sumitur, nec intelliguntur fuisse vllæ fœminæ sic appellatæ, quanuis apud Oseam verè puella fuerit appellata, absque misericordia, quæ typus fuit synagogę, & verè puer fuerit appellatus, ami. i. populus meꝰ, alter, loami. i. non populus meus, typi populi nationum, & populi Iudaici: sic hoc loco Heliaquim, Deus resurgens est, vel, Deus resurgere faciens: el, Deus, iaquim, resurgere faciens. i. Christus Deus, causa nostræ resurrectionis. Nec necesse est intelligi, fuisse aliquem isto nomine, vt C non necesse est intelligi, fuisse meretrices aliquas Oollam, & Ooliuam, sed hoc nomine significari Christum, qui est Deus causa nostræ resurrectionis, qui fuit filius Helquiæ, vel, Chelquię, quòd, ח, interim apud nos vertitur in, h, interim in, ch, vt suprà ex veterũ authoritate ostendimus: Chelèq porrò, vel Helèq, hæreditas est Latinè, ia, Deus, Chelquia, vel, Helquia, hæreditas Dei. Christus ergo resurgens, Deus fuit, filius hæreditatis Dei. i. synagogæ, quæ erat hæreditas Dei ante Domini aduentum. Ergo sensus est, pulso sacerdotio Iudæorum, vocandum ad sacerdotium sempiternum Heliaquim. i. Deum resurgentem à mortuis, nam post Christi passionem cessauit sacerdotium Iudæorum, & resurgens Christus suffectus est in eius locum Deus resurgens, vel Deus resurgere faciens. i. qui suscitabit corpora nostra è monimentis, filius Chelquiæ. i. hæreditatis Dei, hoc est synagogæ, quæ erat hæreditas Dei, natus videlicet ex semine Dauid. nam suprà ostẽdimus ex significatione vocabulorum magnum thesaurum erui, vt docet D. Chrysost. & D. Hieron. & alij patres.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum: & potestatẽ tuã dabo in manus eius.	Induam illum stolam tuã, & coronã tuam dabo ei & imperiũ, & dispẽsationẽ tuã dabo in manus eius.

D

DIuus Hier. ad verbum hæc reddidit, Lxx viri commentarij sunt potius quam interpretes hoc loco. Nam veluti facta paraphrasi, significant sacerdotiũ transferendũ ad Christum, quem propheta appellat Heliaquim. i. Deum resurgentem, quod ad Christum Deum post sacratam eius resurrectionem, translatum sit sacerdotium Iudęorum, quod eius morte & resurrectione cessarit lex vetus, quod vt significarent Lxx dixere, pro, Induã illum tunica sua, & cingulo tuo: Induam illum stola tua, & corona tua, quod stola & corona, quæ cidaris dicebatur, magis nota insignia sacerdotij erant, quam cingulum (quanquam cingulum quoque insigne sacerdotij erat.) & quod D. Hieron. vertit, Cõfortabo eum, vt esset, cingulo tuo confortabo eum

bo eum. i. cingam eum cingulo sacerdotij. i. dabo ei robur spiritus sancti, quod datur sacerdotibus cum cingulo sacerdotali. Lxx orationem integram fecere, cum enim dixissent: Induam illum stola tua, & corona tua. illic finita sententia, nouo initio edidere. Cõfortabo eum, quod interpretati sunt δώσω, δώσω αὐτῷ κράτος. i. Dabo ei imperium, iuxta illud D. Pauli, ᾧ ἡ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον, cui honor, & imperium sempiternum. Et potestatem tuã dabo in manu eius, vel vt Hebraicè est, dominationem tuam dabo in manu eius, quod Lxx vertere, Dispensationem tuam dabo in manu eius, vt quæ tu administrabas, administret Christus.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iudà.	Et erit quasi pater habitãtibus Hierusalem, & habitantibus Iuda.

QVasi, in tralatione D. Hieron. & Lxx vlrorum nó est aduerbium similitudinis, sed veritatis, vt in illo: Gloriam Hierusalem habitanti patrem in erit Et וְהָיָה לְאָב לְיוֹשֵׁב יְרוּשָׁלִַם

B quasi vnigeniti à patre, quod ex lectione Hebræa intelligitur, vbi non est hoc aduerbium, sed legitur, Erit in patrem, vel, erit pater habitantibus Hierusalem, quod est multo significantius. Christus enim pater & caput suæ Ecclesiæ est, & ideo dicitur pater habitantibus Hierusalem. i. Ecclesiam Dei, & domui Iudà. i. ecclesiæ Dei, quæ Dominum confitetur, domus enim Iudà populus Christianus est, qui vere Deũ confitetur, nã Iudæi iã non dicuntur Iudæi, sed Iudæi secundũ carnem, Iudæi tantum nomine, non enim nouere Deũ, nec eum confitentur. Nã qui nó confitentur filium, non confitentur patrem: & Iudæus, Hebraicè, confitentem Deum sonat.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Dabo clauem domus Dauid super humerum eius.	Dabo ei clauem domus Dauid super humerum eius.

DIuus Ioan. apocalyp. cap. 3. citat hunc locum, & explanat de Christo, vndè iuxta canonẽ præscriptum ab Augustin. & Origene, quo monemur, vt si de intellectu alicuius loci scripturæ constiterit, antecedentia, & sequẽtia eodem referantur, si dubia sint. Liquet superiora, C & sequentia ad Christum referenda, quando D. Ioannes hæc verba de Christo interpretatur. adiuuat quoque Canon Hilarij, quo monemur spiritum sanctum semper aliquid adtexere scripturæ, & vaticinijs de Christo, quod vetet referre ad alias historias: iuxta quem canonem Canon. si vnum aliquid esset adtextum quod repugnaret historiæ, & alia ad Christum spectarent, ad Christum referre necesse esset. Sunt mille repugnantia historiæ, ad quam conantur referre Iudæi, vt ostendimus: igitur nõ ad historiam, sed ad Christum literaliter referas necesse est, quoniam ad Christum multa spectant.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et aperiet, & non erit qui claudat, & claudet, & non erit qui aperiat.	Et aperiet, & nõ erit claudẽs: & claudet, & non est aperiens, & dabo gloriam Dauid ei, & imperabit, & non erit contradicens.

DIuus Ioannes apocalyp. cap. 3. hunc locum citat iuxta tralationem Lxx virorum, si Græca Græcis conferas, & de Christo interpretatur. Lxx quoque viri addidere huic loco commentarium, vt iam ostendemus, quo hæc referunt ad Christum Dominum. THEODO. Simul, inquit, his verbis põtificia dignitas, & regalis datur Christo. PROC. Dictus est Christus accepisse gloriam Dauid, quod acceperit regnum, superintelligibilem, & spiritalem Israel. Ergo sic interpretabimur hęc. Datur clauis Dauid super humerum Christi, cum imponitur super humerum eius crux veneranda, qui aperit, & nemo claudit, qui claudit, & nemo aperit, quod solum diuinæ potentiæ est, præsertim quod neque Græcè neque Hebraicè legitur, nemo, sed generaliter magis: claudit & non est qui aperiat: aperit, & non est qui claudat, quod aperte, & plane de Deo dicitur, etiã si D. Ioan. nõ esset interpres. Soli enim Deo hæc verba conueniunt, vt claudat, & non sit qui aperiat, aperiat, & non sit qui claudat. Et aduerte quod pro põtifice regis ministro, quod apud Iudæos pontifex max. præsertim temporibus Christi regi seruiebat, quem imperator Romanus præficiebat Iudæis sub aduentum Domini, datur sacerdos, & rex. Quãdo enim pro pontifice mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fice ministro regis datus est vnquam sacerdos, & rex, nisi Christus? Nam apparet huic Heliaquim i. Deo resurgenti datam esse clauem Dauid, & clauis Dauid non datur nisi regi & Domino, cui datur possessio. Et clauis Dauid non datur sacerdoti, regi datur, neque cuiquã datur super humerum nisi Christo: de quo dictum est, Principatus eius super humerum eius. Hoc præ se tulere Lxx viri, qui addidere de suo, loco commentarioli: Dabo ei gloriã Dauid: hoc de ministro regis nemo dixit vnquam, sed neque de rege quopiam in sacris literis dictum reperias, Dabo ei gloriam Dauid, nisi de Christo Domino. Pro ministro ergo regis pontifice, datur põtifex, & rex. Tute hoc dispice quando hoc factum sit nisi Christi tempore, qui est rex & sacerdos. Addidere præterea de suo Lxx commentariolum aliud: Et imperauit, & non erit contradicens. PROCOP. Christo inquit regi, & pontifici, non fuit cõtradicens, non enim proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et si Israel ei contradixit, obediere gentes, vndè ipse ait, Libera me ex cõtradictionibus populi & constitues me in caput gẽtium, &, Populus quem nõ cognoui, obediuit mihi: &, Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, & cum tradiderit regnũ Deo & patri, omnia erũt ei subiecta. B

D. HIERONYMVS.

Et figam illum paxillũ in loco fideli.

LXX. VIRI.

Cõstituam eũ principẽ in loco fideli.

DIctum est Lxx, obscura non reddere ad verbum, sed enodare quod ergo propheta dixerat, Figam illum paxillum. i. constituam illum regem, quod ex rege pendent omnia, velut ex palo fixo in pariete. Lxx viri ita interpretantur, vt dictum sit: Figam illum velut palum in pariete firmum, & inconcussum vndè omnia pẽdeant. i. faciam illum principem, vndè pendeat omnis potestas: edidere enim: Constituam eum principem in loco fideli, hoc est in loco firmo & inconcusso, quia permanebis cum sole in generatione, & generationem, & thronus eius sicut sol in conspectu Domini, & ex ipso pendebunt omnia, quia, vt ipse ait, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

D. HIERONYMVS

Et erit in soliũ gloriæ domui patris sui.

LXX VIRI.

Et erit in soliũ gloriæ domus prĩs eius. C

HAEc oratio Hebraicè plana est, quod D. Hieron. nescio cui historiæ voluit eam acommodare, facta est obscurior. Tralatio quoque Lxx virorum hoc loco vitiata videtur, nam quæ planè nimis de Christo loquebãtur, vitiabãt Iudæi. Ergo, וְהָיָה, & erit: לְכִסֵּא, solio, כָּבוֹד gloria: vt sit totũ, Et erit solio gloria, hoc est, erit Christus hic dictus Heliaquim. i. resurgẽs De⁹, solio regni Dauidis gloria. Deindè, domui patris eius. i. & domui patris eius, vt sit sensus, Christus erit gloria solio regni Dauidis, & familiæ Dauidis, iuxta illud: Lumen & reuelationem gentium, & gloriã plebis suæ Israel. Et sic tralationem D. Hieronymi interpretabimur: & erit supple Christus in solium gloriæ. i. in solio gloriæ domui patris sui. i. Dei patris, quia in cœlesti Hierusalem sedet ad dexteram patris. Et dicitur, in solium pro, in solio, vt apud Cicer. pro lege Manilia, in potestatem hostium fuisse, pro in potestate. Et quanuis Pagninus, & Vatablus כִּסֵּא, referre conantur ad priuatam sedem, nunquam tamen singulari numero hæc vox relata videbitur, nisi ad regale solium.

patris eius domui gloria solio erit Et
וְהָיָה לְכִסֵּא כָבוֹד לְבֵית אָבִיו

D. HIERONYMVS.

Et suspendam super eum omnem gloriã domus patris eius, vasorũ diuersa genera, omne vas paruulũ à vasis craterarum, vsque ad omne vas musicorum.

LXX VIRI.

Et erit cõfidens super eum omnis gloriosus (vel honoratus) in domo patris sui, à paruo vsque ad magnum, omne vas paruum à vase craterarũ, & pendebunt suspensi de eo in illa die. D

PROCOP. In domo patris sui. i. in Ecclesia erit, inquit, confidens super eum gloriosus, vel honoratus, & paruus. i. summi & infimi, quod personarum acceptor non est, vniuersorum Deus, intelliges autem summum & infimum iuxta mensuram ætatis spiritalis. Ergo quod D. Hieron. dixit. Suspendam super eum omnem gloriam, verba Dei patris sunt, qui suspensurũ se ait

A se ait super Christum omnem gloriam ecclesiæ, quia ipse est fundamentum ecclesiæ, hoc Lxx vertere: Erit confidens super eum (super Christum scilicet) omnis gloriosus: in domo patris eius à paruo vsque ad magnum. i. omnis ordo beatorũ, à suprema hierarchia, vsque ad infimã, quod significant verba illa, Vasorum diuersa genera, omne vas paruulum, à vasis craterarum vsque ad omne vas musicorum. Nam vasa dicuntur, & vasa varij generis mentes beatorum pro varia capacitate, & pro varijs officijs, & pro varietate hierarchiarum, & ordinum, & hoc significat varietas vasorum, nam vasa, omnia instrumenta dicuntur crateres, pocula, vbi diluitur vinum aqua, & pocula, quibus bibimus vinum. significat etiam lampades, quæ in tẽplo ardent. Vasa musica, instrumenta musica sunt, quę varia sunt, vt mentes variæ, quæ diuinas resonant laudes. Pro his omnibus Lxx qui sensa reddunt, & non verba dixere, Omnis gloriosus in gloria illa cælesti à paruo vsque ad magnum. vt intelligeremus sic interpretari, quæ reliqua erant ex allegoria, miscent enim tropicis locutionibus veritatem, quod dixit D. Augustin. qua de re pluribus suprà dictum est. Certè lectio Hebræa tralationi D. Hieron. consentit mirabili
B ter, & repugnat tralationib⁹ Vatabli & Pagnini, quibus videtur placuisse sententia Rabinorũ. Lxx viri his locis omnibus obscuris, commentarij potius videntur, quam tralatores. Itaque addunt hoc loco: Et pendebunt suspensa de eo in die illa. i. omnia pendebunt. à Christo.

D. HIERONYMVS.

In die illa dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli & frangetur, & cadet, peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.

LXX VIRI.

Hæc dicit Dominus Sabaoth, Mouebitur homo stabilitus in loco fideli, & auferetur, & corruet, & dissoluetur gloria quæ super eũ, quia Dominus locutus est.

PAxillus, Lxx interpretantur more commentariorum. i. homo auferetur, mouebitur loco suo, quod miscent allegorię veritatem, vt intelligeremus sensum huius loci esse quod
C ruet, & cessabit sacerdos veteris legis, & cessabunt omnia quæ ab illo pendebant, sacrificia omnia, cærimoniæ omnes, post Christi passionem, & resurrectionem. Et miror. D. Hieron. hoc loco hæsitasse in re tam perspicua: nam fixo paxillo vno. i. constituto vno principe Christo, necesse est vt alter paxillus refigatur. i. vt tollatur sacerdos veteris legis, & necesse est vt translato sacerdotio, legis translatio fiat, & lata vna lege, abrogetur altera, quæ de eadem re lata erat. D. Hieron. intellexerat eundem paxillum refigendum esse, quem se fixurum Dominus dixerat: minime, sed fixo paxillo, constituto Christo rege, & data Christo omni potestate, refigetur alter paxillus, sacerdos veteris legis, & vetus ipsa lex, & omnia, quæ indè pendebunt corruẽt. Erat enim iam Christus quem Paulus appellat ἔρεισμα τῆς ἀληθείας καὶ ἑδραίωμα. i. fundamentum veritatis, & stabilimentum, quod, vt inquit CYRILL. de spiritu, & littera, sustinet, & continet omnia solus, quod si Christus omnia continet, ruet sacerdos veteris legis, qui antea cõtinebat ea, vt typus Christi. Nam cum venerit veritas, vmbra, & figura opus non est.

D

IN ESAIAE CAP. XXIII.

OVæ dicta sunt in caput septimum 15. & 20. & alijs locis, repetenda sunt in hoc caput: nulla alia probatione potuisse prophetas suis vaticinijs de rebus maximis conciliare fidem, & pondus addere, nisi prędicerent multa, non ita musto post futura, quorum euẽtus argumentum esset firmissimum, futura etiam reliqua, quæ prædicta essent de Christo. Vndè nunc prædicitur vastitas Tyri, quæ munitissima & florentissima erat insula, opibus, & imperio, longeque aberat à periculo, quin fieri posse nemo putaret, vt hostibus infesta esset, & peruia inimicorũ armis, vt postea diruta præter spem, atque credibile faceret, vt pro certissimo haberetur, & pro fixo, & stabili quicquid suprà de Christi mysterijs prædictum esset.

D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS. LXX VIRI. A

Onus Tyri, vlulate naues maris. Visio Tyri, vlulate naues Charthaginis.

EXpositionem totius huius cap. petes ex AMBR. lib. de Helia, & ieiunio, ca. 19. & 20. Erat potentissima & fortunatiss. insula Tyrus, eademq; pene inexpugnabilis esse videbatur, quæ abducta à terris in mari erat sita, natura loci munitissima, deduxerat multas colonias, quarũ vna Carthago erat, florebat opibus, & omniũ gẽtium auxilio, tamen prædicitur nunc eius vastitas non multo post futura, quæ res suprà fidem omnium erat. Onus ergò Tyri .i. onerosa prophetia Tyro insulæ: vlulate naues maris .i. lugete naues insularum, quæ petebatis Tyrum amicitia, & fœdere, & amore coniunctæ insulę Tyro: præsignificat enim propheta luctum, & lamentum, colonijs deductis à Tyro, quarũ caput erat Charthago, quæ de imperio orbis terrarum per multos annos cum populo Romano vario marte certauit. Tharsis, verbũ Hebræũ, D. Hiero. reddidit mare, & sic vertit, Vlulate naues maris, quod communis tristitia omnium nauigantium, & mercatorum fuit Tyri excidium, quòd Tyrus commune emporiũ orbis terrarum erat, quo confluebant omnes mercatores, omnes naues: Lxx viri solẽt quoquè semper vocem Hebræam Tharsis reddere mare, hoc loco reddidere Carthaginem, tanquam ad illam potissimum, quæ caput erat filiarum Tyri insulæ, pertineat luctus, qua de re, lege AVGVS. tom. 8. in Psalm. 47. in illa verba: in spiritu violento conteres naues Tharsis. B

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Quia vastata est domus vndè venire consueuerant de terra Cethin, reuelatum est eis. Quia perijt, non vltra veniunt de terra Cithiorum, ducta est captiua.

QVia vastata est domus: Hebraicè est, כִּי שָׁדַד מִבַּיִת, quæ verba reddi possunt. Quæ vastata est ab intus, vel à domo, vt interpretantur etiam Pagninus, & Vatab. & vastata est ab intus, vel àdomo, Lxx viri intellexere vastata est adeo vt non sit domus, & nihil sit intus, & ideo edidere, Quia perijt. D. Hier. vastata est àdomo intellexit .i. Vastata est omnis domus, funditus deleta est Tyrus, vndè venire consueuerant de terra Cethin. Hebraicè est, מִבּוֹאַ אֹרֶץ C ab eundo à terra Citim, quod D. Hier. interpretatur: quia vastata est domus ab eundo, vel à veniendo de terra Cethin .i. ne vltrà venient de terra Cethin, & addidit de suo, vndè venire consueuerant, vt sit sensus, Vlulate naues, & flete nauigantes, quia perijt Tyrus, vndè sæpè remeare solebatis vos qui estis de terra Cethin (hoc est) de Cypro, & de insulis finitimis Tyro, vel de terra Cethin, de Italia, de Græcia: sic enim alij interpretantur. Lxx viri verba illa, Quoniam vastata est Tyrus ab eundo de terra, vt Hebraicè est, interpretantur, ab eundo de terra, ne vltro veniant eo de terra Cithiorum: & sic reddidere: quia perijt, & non vltra veniunt de terra Cithiorum, quia perijt Tyrus, nec naues Græcæ, & Italæ, & aliarum nationum eo commeabũt ad excercendã mercaturã. Reuelatum est eis .i. nouere omnes vastatam Tyrum iam, & clades Tyri toto orbe nobilitata est. Hebraicè est נִגְלָה לָמוֹ .i. reuelatum est eis, vt reddidit. D. Hier. & captiua ducta est eis, quod verbũ Hebręũ, gala vtrunque significat ducere captiuũ, & reuelare.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Tacete qui habitatis in insula negotio Sidonis transfretantes mare repleuerunt te in aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius, & facta est negociatio gentium, Cui similes facti sunt habitãtes in insula, & mercatores Phœnicię per agrantes mare? In aquis multis triticum commutantibus, quasi messib⁹ cõuectis mercatores nationũ. D

DEscribitur ad huc vastitas Tyri futura, iuxta tralationem D. Hieron. Tacete qui habitatis in insula, habitatores insulæ Tyri præ luctu, & miseria tacete, aut tacete .i. vasta loca estote, loca nanque sola, & vasta tacere dicuntur, & tacebunt habitatores Tyri cum peribunt, & nulli erunt, Negociatio Sydonis, taceat supple, vasta quoq; sit, & diruta, quia Sydõ vrbs Phęniciæ nobilissima, cuius Tyrus colonia erat, opem tulit Tyrijs in illo bello, & vastata quoque est, & ideo iubetur tacere negociatio, eius mercatus eius, quia emporium erat nobilissimum Phœniciæ

A Phœnicię, quo plurimi cõfluebant mercatores: vastata est, & cessauit negociatio mercatorũ, vastata inquam, non vt Tyrus ab imo versa, sed bello cõcussa, & spoliata opibus & orbata ciuibus. Transfretantes mare repleuerunt te, hæc verba ad Tyrum iam referuntur: ô insula Tyre, olim transfretantes, & nauigantes mare, & mercatores, repleuerũt te, commeabant ad te, cum suis mercimonijs, in aquis multis, per aquas multas, per longa maria, quod eras emporium orbis terrarum, & ad te commeabant vndique mercatores per vasta, & longissima maria. Semẽ Nili, vbertas Nili, ad te veniebat. s. nam Aegyptus irrigua aquis Nili, qui exundat in agros, fertilissima frugum est, & suppeditat frumenta multis prouincijs, & insulis, & messis fluminis, frumenta. s. quæ summa copia, & vbertate nascuntur in Aegypto, & fruges eius, hoc est omnis fructus, qui ex vbertate fluminis Nili nascuntur, repleuerunt te. s. & commeabant ad te, tã quam ad insulam nobilissimam orbis terrarum. Facta est negociatio gentium, denique Tyrus insula facta erat mercatus, & emporium orbis terrarũ, omnium fortunatissima, & locupletissima insula, cui cum floreret maximè, multo tèpore ante prædicitur vastitas, præter spem om-
B nium, atque credibile, vt postea rerum euentus oraculis de Christo conciliet fidem. Lxx viri longè secus hunc locum interpretantur, quod verbum Hebræum דמו, diuersis punctis tacecete significat vt vertit D. Hieron. & similes sunt, vt reddidere Lxx viri: quod si sic interpretemur, describitur hoc loco, fuga Tyriorum & Sydoniorum per mare, vt sit sensus, similes sunt habitatores insulæ Tyri fugientes per mare, & mercator Sydonis peragrans mare, & fugiens, & qui te complere solebant ô insula Tyre, similes sunt (inquam) cum fugiunt hostes, & vastitatem Tyri per mare quærenti triticũ per aquas multas. i. sunt similes hominibus qui oppressi fame quærunt frumenta per longa maria, & sunt similes quæréti messes pluuię, hoc est agrorum, & prouinciarum vbi pluuia deiecta est, in summa aliarum terrarum siccitate, prouetum eius sunt similes quærentibus fructus pluuiæ, frumenta quæ sunt fructus pluuiæ, hoc est locorum, in quæ pluuia deiecta est, & sunt similes Tyrij fugientes, mesibus conuectis hoc est hominibus plaustris messes æstate in aream corportantibus, vt enim hos onustis plaustris mesi-
bus vltro citro videas commeare, sic videas mare plenum fugientibus Tyrijs, & Sydonijs in hæc, & illa loca comportantibus opes suas, mercatores nationũ, hoc est videas redactos in has
C miserias eos qui, olim erant mercatores nationum, ad quos omnes nationes confluebant, tanquam ad locupletissimos, & potentissimos. Sic Lxx viri. Hoc tantum dissidium faciunt verba duo Hebræa דמו, quod significat tacete, vt vertit D. Hieron. & similes sunt, & si vertas, similes sunt, vt reddidere Lxx sic reddes: similes estote qui habitatis in insula, vel similes sunt qui habitant in insula, negociatio Sydonis transfretantes mare, repleuerũt te in aquis multis, .i. similes sunt habitatores insulæ Tyri fugientes, & negociatio Sydonis, omnis mercator Sydonis transfretantes mare, mercatores omnes Tyrij qui mare nauigabant repleuerũt te. i. qui bus frequentissimis ciuibus habitabare (est enim Hebraismus) in aquis multis, hoc est fugientes per longa maria, similes sunt (inquam) שחר, quærenti, sunt enim nomina Hebrça indeclinabilia, & pro re, pro tempore, pro loco possis reddere quo velis casu. sunt ergo similes quærenti semen messis (hoc est frumentum). Hoc interest, quod verbum illud Hebræum שחר, quod Hieron. reddidit Nilum, & recte, quanquam pro Nilo non שחר, sed שיחור, scribi solet additis duabus alijs literis, sed hæ literę solent excidere, hoc ergo interest quod verbũ illud Hebræũ שחר, quod D. Hieron. reddidit Nilum, Lxx viri vertere quærenti, quod verbum Hebræum
D שחר, præter alia significat quærere, & puncta ostendimus, authoritate D. Hieron. & Rabinorum pro re, pro tempore, pro loco à viris doctis addi, & detrahi solere. Est tamen vitiata tralatio Lxx virorum vbi legitur μιτραβάλλων, legendum enim μιτραβαλόντων .i. commutantium, vt sit sensus, similes dicam commutantium, vel commutantibus frumenta pecunia in fame, nisi dicere velis similes dici μιτραβάλλων .i. mercatoribus, & commutatoribus frumenti. Verbum etiam Hebræum, quod Hieron. vertit messis patrio casu, Lxx quoque reddidere patrio casu plurali numero, sed alio sensu: similes erant Tyrij fugientes cum opibus, & diuitijs suis per longa maria messibus comportatis in aream (vt dictum est) & sic ambiguitas vocum fecit hanc varietatem interpretationis: interest hoc quoque quod Lxx id quod affirmanter Hebraicè dictum erat: similes sunt Tyrij fugientes quærentibus frumenta in fame, vertere per interrogationem, & responsionem. & in responsione non seruauere eundem casum, quod fecit sententiam obscurissimam, dixere enim, Cui similes facti sunt habitantes in insula? quod interroganter legendum est. Deindè negociatiores Phœniciæ transfretantes mare? etiam interroganter, vt sit sen-

sus cui

sus, cui similes hos fugientes esse dicam? vertunt enim sententiam, non reddunt verba & po- A
stea subijciunt responsionem: In aquis multis semen vel triticum commutantium (hoc est) di
cam esse similes commutantium, vel commutantibus triticum per aquas multas, per maria ló
ga quasi messium illatarum vel conuectarum, supple similes esse dicam. interpres Latinus
minus benè hæc omnia vertit. Illud tamẽ notandum, vocem Hebræã יְאֹר, significare fluuiũ,
& sic verti posse, messes fluminis vt reddidit D. Hieron. & per excellentiam intelligit flumi-
nis Nili, quod est nobilitatissimus vbertate rerum omnium, vt cum vrbem propter excellen-
tiam, Romam accipimus. Notandum etiam eandem vocem Hebræam verti posse pluuiæ, vt
sit sensus, similes sunt cõportantibus messes ex locis vbi fuit pluuia, & frumenti copia, appo-
sitiuè prouentum eius. i. fructum pluuiæ.

D. HIERONYMVS.

*Erubesce Sydõ, ait mare fortitudo ma
ris, dicens non parturiui, & non peperi,
& non enutriui iuuenes, nec ad incre-
mentum perduxi virgines, cum auditũ
fuerit in Ægypto dolebunt, cùm audie
rint de Tyro, transite maria, vlulate
quæ habitatis in insula.*

LXX VIRI.

Erubesce Sydon, ait mare, at fortitudo maris ait, nõ parturiui, nec pe B
peri, nec enutriui iuuenes, nec ad in
cremẽtum duxi virgines, cum audi
tum fuerit in Aegypto apprehen-
det eos dolor de Tyro, abite in Car
thaginem, vlulate qui habitatis in
insula hac.

TAm potẽs erat Sydõ caput totius Phœ-
niciæ, tam potens insula Tyrus in mari sita vt si totus orbis conflueret vix capi, & ex
pugnari posse viderentur, nunc dirutæ, deiectæ ex illo dignitatis gradu, erubescere iubentur:
ait ergo mare. i. omnes mercatores qui maria transmittunt, & insulæ omnes: ô Sydon vrbs po
tentissima, erubesce redacta in hanc miseriam. fortitudo maris. i. tu quoque insula Tyre, quæ
eras fortitudo maris, potentissima insularũ erubesce, & nega te genuisse filios, aut filias. Lxx
aliter intelligunt, fortitudo maris dicens erit. i. respondebit Tyrus insula quæ olim erat fortu- C
tudo maris, insularum potentissima, respondebit inquam, somnia erant illa quæ de nobis co-
gitabamus, de potentia, de honore, de gloria, de multitudine ciuium somniabamus, nam nos
neque parturiuimus, neque genuimus filios, aut filias, an non vides vastas nos esse miseras? ne-
que virgines eduximus quæ parerent filios, neque adolescentes. Cùm audita fuerit nostra ca
lamitas in Aegypto, & apud alias nationes, gentes exteræ dolebunt vicem nostram, etiam quæ
nobis inuidebant, transite maria vel Carthaginem, quod Tharsis vocem Hebræam qua ratio-
ne dictum est in primo commentario in hoc caput, Lxx vertunt Carthaginem. Lamentum est
ergo illud omne: Ite Carthaginem. i. petite coloniam à vobis deductã ô miseri, fugite per ma-
ria, gemite miseri qui habitatis in hac insula. THEOD. Cõfitetur, inquit, Tyrus malis oppressa
se non peperisse illam multitudinem ciuium, & opum, nec se sua potentia sibi comparasse im-
perium, sed diuino beneficio. Deus ergo inquit hęc largiebatur dona omnia, non ego pariebã.

D. HIERONYMVS

*Nunquid nõ hæc vestra est quæ gloriabatur à
diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam
pedes sui longè ad peregrinandum.*

LXX VIRI.

Non hæc erat contumelia D
vestra, quæ ab initio ante-
quam traderetur ipsa?

DIctio Hæbræa עַלִּיזָה. i. exultans, aliter explanatur à D. Hieron. quam à Lxx viris, nam
verba illa Hebræa, Nunquid hæc vobis exultans, sic enim est Hebraicè interpretatur D.
Hieron. nunquid non hæc est quæ exultabat, & gloriabatur inter vos ô insulæ maris, & se om
nibus anteponebat? Lxx viri interpretantur verba illa: nunquid hæc vobis exultans? i. nũquid
hæc erat quæ vobis insultabat? nam qui exultat, & triumphat diuitijs, iniuria afficit amicos, ne
que iniuria videtur, cum proficiscitur à locupletiore, & ideo reddidere: Nũquid hæc erat con
tumelia vestra? i. quæ vos afficiebat contumelia à diebus antiquis, aut ab initio, quod idem est.
Cætera aliter intellecta sunt à D. Hieron. & dispuncta, quam à Lxx viris, nam D. Hieron. ora-
tionem finit sic, nunquid non hæc vestra est quæ gloriabatur inter vos, ô insulæ maris à die-
bus pri

A bus pristinis. iliam olim in antiquitate sua quod esset antiquissima, omnium victrix, im munis
periculorum, omnibus formidabilis, inaccessa, & inexpugnabilis omnibus. Posteà nouo ini-
tio, Ducent eam pedes, ibit captiua: Lxx longè secùs, faciunt enim totam vnam orationem, &
vertunt lectionem Hebræam sic, Nunquid hæc vobis exultans, vel insultans (vtrunque enim
verbum Hebraeum significat) à diebus antiquis, vel ab initio, priusquam ipsam pedes duceret
alio ad peregrinandum: quod Lxx dixere, priusquam traderetur ipsa hostibus.

D. HIERONYMVS.

*Quis cogitauit hoc super Tyrũ quon-
dam coronatã, cuius negociatores prin
cipes? institores eius, inclyti terræ: Do-
minus exercituum cogitauit hoc, vt de
B traheret superbiam omnis gloriæ, &
ad ignominiam deduceret vniuersos
inclytos terræ.*

LXX VIRI.

Quis hoc cogitauit super Tyrum?
nunquid minor est, aut non præua
let? negociatores eius Chanaã prin
cipes, inclyti terræ. Dñs sabaoth co
gitauit dissoluere oẽm iniuriã glo
riosorũ, & ignominia afficere glo-
riosum (vel superbũ) super terrã.

OStendit his verbis propheta, Dominum, superbos, & insolentes solere deturbare ex il
lo fastigio rerum, ne alios afficiant iniuria, néue rideant in alienis malis, exultauit enim
Tyrus in vastitate Hierusalẽ, & ideo à Domino vastata est. Sic enim THEOD. glorioſos vo-
cat superbos, quos ostendit propheta à Deo haberi odio, amari sanctos. Interrogat ergo pro-
pheta, Quis cogitauit hoc super Tyrum? quis hæc mala inuexit Tyro, quæ olim erat corona-
ta. i. princeps insularum. Lxx aliam lectionem agnoscunt, nam pro מכתרתיה. i. coronata, duas
lectiones legisse videntur, מכתי, nunquid minorata? nunquid diminuta? postea pro reliqua
parte dictionis יתה, fuit, vna tantum litera mutata, ר, in, ה, & ita Lxx reddidere, Nunquid
C minor est? aut non præualet? i. num fuit causa tantæ ruinæ, quod deciderat ex illo fastigio re-
rum, & minus valebat viribus, quàm anteà, & sic ab hostibus vastata est. THEOD. Num par-
ua (inquit) hæc vrbs effecta est, & quæ non valuerit contra hostes suos ferre arma, & hostibus
suis vt solebat resistere? & sibi respondent Lxx, Mercatores eius principes i. florebat tum ma-
ximè cùm vastata est, ne quis suspicetur hostibus suis fuisse prædę Tyrum, quòd multò mi-
nus valuisset viribus, cùm capta ab hostibus est: florebat (inquit propheta) tum maximè cùm
capta est, vt appareret, Dei numine omnia regi, neque vires aut opes quicquam habere mo-
menti, cùm velit Deus in aliquem scelus vindicare. THEOD. Docet Spiritus sanctus, neminem de
bere sibi fidere, aut suis viribus tribuere quicquam, sed agnoscere Deum datorem bonorum
omnium. Quòd D. Hieron. dixit, Negociatores eius principes, edidere Lxx addita vna voce,
Principes Chanaan, quod omnis illa ora in sacris literis dicitur terra Chanaan, vt esset sensus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Describitur etiam his verbis Tyri vastitas futura. O filia maris, ô insula, quod insulæ dicun A
tur maris filiæ, quod sint in medio mari, & eas mare alit, sic contrà, nos patriam matrem
nominamus, & nos ipsos appellamus, vbiuni, in quibus nati & educati sumus, alumnos. O in-
sula ergo, transi mare, peragra omne mare, ducta captiua, non secus ac si fluuius esset, quod vt
postea ostendam, de vastitate inuecta ab Alexandro Magno est intelligendum, quo tempore
vastum mare traijciendum erat Tyrijs captiuis, ductis in Macedoniam, & totum mare erat
transmittendum, non secus acsi fluuius quidam esset traijciendus, quod solis temporibus A-
lexandri Magni conuenit. Quòd D. Hieron. reddidit, Transi terram tuam: Lxx reddidere, Co
le terram tuam, operare terram tuam, mutatione vnius literulæ in simillimam, in quam sæpè
transire solet. Nam pro עִבְרִי, transi: legere עִבְדִי, operare, cole: mutato, ר, in, ד, hoc sensu, Co
le agros, cole terram tuam, ô insula, vt olim colebas mare, vt olim mari victum quærebas. Nã
mare non solum apud Hebræos, sed etiam apud poëtas fluuius dicitur. Ex agricultura ergò fa
cito quæstum, quæ olim in mari negociabaris, & vide ad quas miserias redacta sis, vt quę regi-
na maris eras, necesse habeas quærere victum arando, occando, pastinando. Et simul his verbis B
prædicitur mutandum situm vrbis, vt quæ olim insula erat in medio mari sita, diruta, & in cõ
tinenti instaurata, colat agros, quod cùm insula erat, facere non poterat quod vix vrbem lo-
cus capiebat, & ideo munitior erat multò. Quòd Hieron. reddidit, Non est cingulum vltra ti
bi: Lxx viri, facta paraphrasi, interpretantur, Naues non vltra venient ad te, nec te cingent de
Carthagine, vbi Carthaginem posuere pro omni regione. Interpretantur ergo Lxx, Non est
cingulum vltra tibi, non eris vltra insula, non vltrà te cinget mare, non te cingẽt naues quæ ad
te vndiq; conf luebant, quod, vt infrà latiùs dicendum est, congruit cum illo Ezechielis, Non
ædificaberis vltrà, nunquam habitaberis, quæsita non inuenieris, hæc omnia Esaias hoc loco
explanat, Non eris insula post hac, nam insula non fuit post illa, nec vrbs est instaurata vbi an-
te erat, haud procul inde tamen in continenti posita rursus Tyrus est, qua de re posteà dicen-
dum erit. Manum suam extẽdit super mare, conturbauit regna. Hæc Lxx viri facta paraphrasi
explanant quasi dicerent, manus tua non vltrà potens erit per mare quæ olim cõturbabat re-
ges potentissimos: id enim significant Lxx cùm edidere, At manus tua non vltrà pręualet per
mare. i. non vltrà potens est. Et lectio Hebræa satis plana est, quæ ad verbum sic reddi potest, C
Manum suam extendebat super mare, & terrorem incutiebat regibus, non adijcies vltrà vt
glorieris. Sensus ergò est: O insula Tyre filia Sidonis, quia colonia Sidonis erat Tyrus insula,
sustinens calumniam, sustinens culpam tuæ calamitatis & miseriæ, & ideo profligata & op-
pressa tot calamitatibus, non adijcies vltrà gloriari contra filiam Hierusalem, nam hæc mala
pertulit Tyrus, quod exultauerit in malis Hierosolymorum, cùm contriuit Dominus populũ
suum. Sic paraphrasi sua Lxx viri hunc locum explanant, qui pro, Dominus mandauit aduer-
sus Canaan, vt cõuertereret fortes eius, reddidere, Dominus sabaoth præcepit de Canaan per-
dere ejus fortitudinem. Significant enim Tyrum fuisse caput & robur regionis Cananitidis,
quod Dns voluit perdere & delere. Et pro eo quod sequitur, & dixit: Non adijcies vltra, vt
glorieris calumniam sustinens virgo filia Sidonis: edidere, Et dicent, non vltrà, non adijcietis
iniuriari, & iniuria afficere filiam Sion. Expressere ergo causam Lxx, cur diruta, & ab imo ver
sa sit Tyrus, cùm enim Deus puniebat suum populum, ridebat Tyrus religionem Iudæorum,
& non intelligebat puniri à Deo ob sua peccata. In Cetim consurgens transfreta, surgens per
mare, fugies ô insula Tyre, quod Deum irritaris, & petes fuga insulas Cetim, Italiæ. s. & Grę- D
ciæ quas posuit pro qualibet natione: nec illic requiem inuenies, nec illic conquiescès à tan-
tis malis, huc redibis vt vrbem ponas, non in insula vt anteà, sed in continenti.

D. HIERONYMVS

Ecce terra Chaldæorum, talis populus non fuit, Assur fundauit eã, in captiuitatẽ traduxerunt robustos eius, suffoderunt domos eius, posuerũt eam in ruinã: vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra.

LXX VIRI.

Et in terram Chaldæorum, & ipsa sola est ab Assyrijs, nec illic tibi requies erit, quia paries ipsius cecidit: vlulate naues Carthaginis, quia perijt munitio vestra.

Quod

A QVòd propheta dixerat Tyrios profugos, petituros fuga loca longè summota, nec inuen-
turos requiem, quod Dñs voluit in eos vindicare impietatem, quod riserint Hieroso-
lymorum ruinam, & religionem in captiuitate Babylonica, subijcit, Ecce terra Chaldæorum,
in quam, subaudi possis confugere, talis populus nõ fuit. i. fuit potentissimus populus Babylo
nicus, & Assyrius, quòd imperũ Babylonicũ primũ fuit, & potentissimũ, vt leges apud Danie
lem, in captiuitatẽ traduxere robustos eius. i. dirutũ est iã à Persis, & à Medis, non patebit illic
tibi hospitiũ, vastata sunt illa loca à Dario, & Cyro: suffoderunt domos eius, vastauerunt Per-
sæ domos omnes regni Babylonici, posuerunt eam in ruinã, totam illam regionem regni Ba-
bylonici videlicet, vasta sunt illa loca omnia, excisa, subuersa à Persis, & Medis, nec poteris il-
lic excipi hospitio ab habitatoribus, nec inuenire requiẽ tuis malis, aut solatium. Prædicitur
simul hoc loco vastitas regni Babylonici inuecta à Dario, & Cyro, quando reducta est captiui
tas Iudæorum, & instaurata vrbs Hierosolymorum. Videre enim Tyrij instaurari vrbẽ Hiero
solymorũ magno miraculo, & reductam captiuitatẽ Hierosolymitarum quos riserant, & vi-
B dere Hierosolymitas florentes, & tunc pependere pœnas impietatis suæ, quòd falsam esse pu
tarant Iudæorum religionem, quando videre eos expositos prædę hostium suorum. Signifi-
catur ergo tempus quando luitura pœnas est Tyrus insula, quando vastatum fuerit regnum
Babylonicum à Persis, & Medis, & simul prædicitur vastitas regni Babylonici quod erat po-
tentissimum eo tempore: tempestate enim Esaiæ, imperium orbis terrarum erat penes Baby-
lonios, quod significant verba illa, Talis populus non fuit, vel non est, qualis est Babylonius
scilicet, quia imperabat orbi. Et verba quæ sequuntur, Assur fundauit eam, videntur eodem
spectare, vt significent, regnum Babylonicum potentissimum, fuit orbis terræ, & regnum
Assyrium subiugatum à rege Babylonico, & adiectum imperio Babylonico, cõstabiliuit mul
tò magis Babylonicum regnum, quod alioquin erat potentissimum orbis terrarum, vt sit am
plificatio potentiæ regni Babylonici, vt magis appareat Dei potentia, cuius nutu potentissima *Tria, quatuor vaticinia simul.*
quæque temporis momento ruunt: & sic videtur prædictus hic ordo à propheta, ruiturum
regnum Assyrium prius, & subiugandum à rege Babylonico, & adijciendum Babylonico re-
gno, vt multò potentiùs sit regnum Babylonicum quàm anteà, postea ruiturum regnum Ba-
C bylonicum, vastandum à Persis, & Medis, postremò Tyrum insulam subuertendam esse, vt
tria hæc vaticinia longo post tempore euentu certissimo comprobata, ostenderent futura
certissima vaticinia, quæ de Christo prædicta erant postremo futura, de quibus Esaias supe-
rioribus capitibus erat vaticinatus. Tralatio Lxx virorum trunca est hoc loco, & lacera, tamẽ
ostendit hunc sensum esse verissimum. Et in terram Chaldæorum, si abieris supple, per zeu-
gma à superiori, & ipsa vastata est ab Assyrijs. i. ita vastata est vt non sint Assyrij. Sic enim di-
ctum erat, vastata est ab Assyrijs, vt dici solet, solitudo est ab scholasticis, Græcè, & Latinè. i.
non sunt scholastici: solitudo est in foro ab hominibus, pro nõ sunt homines in foro. Sic hoc
loco dictum videtur, vasta est Chaldæa ab Assyrijs, & sola. i. iam non sunt Assyrij in Chal-
dæa, vastati sunt, desolati sunt. Sic hic locus intelligendus est ex lectione Hebræa, & quòd
nunquam Assyrij vastauere Chaldæam, quæ pars erat regni Babylonici, quin potiùs Assyrij
vastati sunt à Chaldæis, & Babylonijs, & additi regno Babylonico, vt dictum est, vt necesse sit
intelligere verba supradicta eo modo, quo diximus. Addidere de suo Lxx, Neque illic tibi re-
quies erit, vt explicarent huius loci sensum quem diximus: Si abieris in terram Chaldæorum
D neque illic tibi erit requies, quia paries ipsis cecidit. i. quia vastata est omnis regio Chaldæo-
rum, & regnum Babylonicum dirutum à Persis, & Medis, & est Hebraismus, singularis nume-
rus pro plurali, vt non solùm significetur regnum Babylonicum cecidisse, sed etiam ita diru-
tum fuisse, vt vrbes, & domus fuerint solo æquatæ. Hunc sensum putauere Lxx seniores es-
se huius loci, nam quæ nugantur Rabi Dauid, & Rabi Abraham, sunt ridicula, qui צִיִּים,
quam vocem Hebræam Diuus Hieronymus reddidit robustos, reddidere naues, quod v-
trunque vox Hebræa significat, & bestias, id enim quoque significat. Aiunt ergo Rabi Da-
uid, & Rabi Abraham sensum huius loci esse, ô Tyrij, si terram Chaldæorum petieritis,
Assyrij eam fecere portus nauibus. Ridiculi enim sunt Iudæi, quis enim dicat, Hispaniæ
non esse locum vni vrbi ædificandæ, quod sit facta portus nauium? est ne tota Hispania
fundus aliquis, aut prædium, aut tam angusta est, vt etiamsi mille portus fierent, ita oc-
cupari possit, vt non esset locus ædificandæ vrbi? atqui multò latiùs patet quàm Hispa-
nia, regnum Babylonicum. Rabi Abraham non esse apud Assyrios locum Tyrijs ait, quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assyrij condiderint vrbes, vt essent habitaculum bestiarum: esto sanè vt credat quisquam, A
de bestiarum habitaculis tam fuisse solicitos Assyrios, vt illis tot condiderint habitacula, quod nullus post homines natos tam stultus fuit, vt id diceret, cùm Assyria tam latè pateat: vt contineat Phœniciam, Syriam, Armeniam, Chaldæam, Arabiam fœlicem, Petream, nullus locus miseris Tyrijs esse poterat in tot, & tam latis prouincijs. Ille autem nescio quid de Tigre, & Euphrate comminiscitur, quasi verò Tigris, & Euphrates vsque ad mare essent nauigabiles: sed sunt imperitissimi Geographiæ, & aliarum disciplinarum. Sed fac ita esse, quæ tandem ratio est, factam esse maximam copiam nauium, & his duobus Fluuijs Assyriam factam esse nauibus peruiam, ne locus reliquus esset Tyrijs? & vndè gentes feras putat Assyrios, & virtute bellica antelatos Tyrijs? quasi ex bello quod eis intulit Alexander, & Nabuchodonosor non liqueat difficiliores expugnatu fuisse Tyrios quàm Assyrios. Vlulate naues maris, &c. lamentum est ruinæ Tyri, quo prædicitur fletus omnibus his qui amabant Tyrum, lugete mercatores, quia cecidit Tyrus vestra fortitudo, aut, lugete naues Carthaginis, quia perijt vestra fortitudo, erat enim Carthago colonia Tyri, filia illius insulæ, & hoc loco Lxx viri ea causa Tharsis, vertere Carthaginem, qui alioqui Tharsis semper vertunt mare, vt dictũ B
est superiore commentario. Notandum verba illa, Fundauit eam Sijn, statuerunt propugnacula eius, suscitauerunt vrbem eius: esse translationem Theodocionis (vt docet D. Hieronymus in secundis commentarijs in hoc caput) pro verbis illis tralationis D. Hieronymi, Et robustos eius suffoderunt domus illius, posuerunt in ruinam. Quod Iudæi interpretantur ita, Si ieris in terram Chaldæorum, fundabit eam Chaldæus. Sijn. i. bestijs, nam hoc quoque vox illa Hebræa significat, quam D. Hieron. vertit, robustos, & Theodocion verbum quod D. Hieron. tribuit præcedenti orationi, Fundabit eam, reddidit sequenti, & dixit, Fundabit eã Sijn, vt esset, Terra Chaldæorum vastata est ab Assyrijs. i. in vastitatem redacta est, ne essent Assyrij, & fundata est bestijs. i. redacta est in habitationem bestiarum. Deindè, Statuerunt propugnacula eius. i. fecerunt propugnacula, vt prohiberent instaurare vrbes Chaldæas, & Assyrias, & suscitauerunt vrbem eius. i. erexere turres, vt obseruare possent inde, ne quis ædificare
posset, & instaurare vrbes euersas à Medis, & Persis in regno Babylonico. Itaq; Theodocion C
sic intellexisse videtur hunc locum, vt Lxx viri, si te receperis ô insula Tyre, in terrã regni Babylonici non erit tibi requies ibi, quia vastata est illa regio omnis à Persis & Medis, & redacta in bestiarum habitationẽ, & obseruant Persæ, & Medi ex turribus ab eis erectis, ne quis vrbes euersas regni Babylonici, & Assyrij instauret.

D. HIERONYMVS.

Et erit in die illa, In obliuione eris ò Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius.

LXX VIRI.

Et erit in die illa, Derelinquetur Tyrus annis septuaginta, sicut tempus regis vnius, quasi tempus hominis.

THEODOR. Immensa (inquit) Dñi misericordia, ipsi Tyrij per immensa seculorũ spatia peccauerant, Dñs circunscribit tempus vltionis. Vita vnius regis, aut potiùs, vnius hominis annis septuaginta, & frænat Iudæorum superbiam. Nam quod tempus præfiniuit Babylonicæ captiuitati, & vastitati Hierosolymorum, idem præfinit vastitati Tyri. Idem enim & Iudæorum, & Gentium Deus, & ipsius est terra, & plenitudo eius. Ergo vastam futuram Tyrũ D
præsignificat propheta per spatium septuaginta annorum, quod tempus est vitæ vnius regis, aut potius vnius hominis, quod addidere de suo Lxx, vt hæc interpretarentur ex illo psal. Vita hominis septuaginta anni, in potentatibus octoginta, amplius eorum labor & dolor. Si ergo vitæ regis octoginta anni, ex hac quoque imminuit Deus, vt non tanto tempore vasta esset Tyrus, sed tantum quantum duret vita hominis.

D. HIERONYMVS.

Post septuagita annos erit Tyr⁹ quasi cãticum meretricis: sume tibi citharã, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, benè cane, frequenta canticum, vt memo-

LXX VIRI.

Et post septuaginta annos erit Tyrus quasi canticũ meretricis, sume citharã, circui ciuitatẽ meretrix obliuioni tradita, benè chithariza, plurimum

A *memoria tui sit. Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, et reducet eã ad merces suas, & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis super faciem terræ.*

mum canta, vt tui memoria sit, & erit post septuaginta annos, visitationẽ faciet Deus Tyri, & iterũ restituetur in pristinũ, & erit emporiũ omnibus regnis orbis terræ.

PRædicit propheta Tyrum euersam, septuagesimo post anno instaurãdam, & redituram ad pristinas merces. Vt hoc significet, vtitur similitudine meretricis, quę cũ per aliquod tempus, pertæsa fortasse turpe viuendi genus, non fecerit quęstũ corpore, posteà redit ad mores pristinos, & vt prouocet amatores, qui iam illam deseruerant, cantione, cithara, saltatu, tripudio dat operam, vt pelliciat ad sui amorem adolescentes, vaga per vias, per domos omniũ: cuius ad imaginem futuram Tyrum prædicat propheta instauratam septuagesimo post anno,
B omnibus nanque lenocinijs, illecebris huc, illuc commeans, maria peragrans ad commercia pristina prouocabit omnes gentes. Vbi mercatorum vita, vitæ meretriciæ comparatur, quòd quorundam mercatorum vita, qui illecebris, & fuco, & mendacijs mercatorem alliciunt, & decipiunt, vitæ meretriciæ quam simillima sit, & cum peccato transigitur, blandiuntur vultu, & meretricios motus corporis imitantur, nec id solum, sed pessimè consultant animo, quòd Spiritus sanctus hoc loco reprehendit. Reducet eam in merces suas Dominus: hoc Lxx interpretantur. i. restituetur in pristinum statum, & illud, Fornicabitur cum vniuersis regnis, interpretantur. i. erit emporium omnibus regnis, quòd hoc munus emendi, & vendendi à plærisque vix sine peccato fiat, & ideo commercium mercimoniorum, fornicatio dicitur à prophe ta, nam fornicationem dici peccatum, notiùs est quàm vt dicendum sit.

D. Hieron. mouet dubium ex hoc loco, & ex Ezechiele cap. 26. quomodo Esaias hoc loco *Dubium.*
præsignificet instaurandam Tyrum: Ezechiel verò loco citato neget vllo vnquam tẽpore instaurandam, idque plurimis verbis sępè repetitum testetur, neque D. Hieron. dissoluit nodũ, sed facilis est responsio, si Græcas, Latinasque historias adieris, nam Plinius in continenti esse
C ait Tyrum, olim fuisse insulam. Vnde colliges, quòd Tyrus illa vetus, insula non fuerit resti- *Locus Ezechielis.*
tuta quod Ezechiel ait cap. 26. fuit tamen restituta alio loco. Tyrij enim post septuaginta annos ibi in proximo ædificauere vrbem in continenti, cui nomen dedere Tyro, quod hoc loco prædixit futurum Esaias. Fuit ergo instaurata Tyrus, & non fuit instaurata: fuit instaurata quidem illic in proximo, cùm vagi, & profugi Tyrij, nusquam inuenere requiem, quod prædictum est hoc loco ab Esaia centies, quoad rediere, & in proximis locis vrbẽ statuere septuagesimo post anno, quod hoc loco prædicitur, & appellauere vrbem Tyrum, nomine illius insulæ subuersæ: insula verò subuersa, nunquam instaurata est. Est tamẽ in insula subuersa vicus magnus, qui Palætyrus dicitur. i. antiqua Tyrus, quæ neque insula est: facta est enim continens, aggere iacto ab Alexandro magno. Vtriusq; meminit & Solinus & Plinius, & alij multi, & liquet gentes conatas esse restituere antiquam Tyrum. Est ergo eadem, quod ijdem ciues & nomen idem, & non eadem, quod non est eadem insula, nec eodem loco, & quomodo sit eadem vrbs, & non sit eadem, quę non in eodem loco sita, ab ijsdem ciuibus colitur, disputat
D sæpè in Politicis Aristoteles. *Locus Ezechielis.*

Est aliud dubium quod apud eundem Ezechielem legitur in consequentibus, Nabucdonosorem oppugnasse Tyrum, & laboris sui non accepisse mercedem, quia eam nõ diuerit, cùm idẽ propheta dicat expugnandã à Nabuchodonosore, & cætera quæ idẽ diuus adiecit in commentarijs in Ezechielem, neq; dissoluit nodũ D. Hieron. vt studiosorum ingenia exerceat, & perielitetur. Mihi videtur hic scrupulus facilè posse eximi ex verbis prophetæ, si aliter dispũgas, quàm dispũctus hic locus vulgo est: Ecce ego adducã Nabucodosorẽ regẽ Babylonis, hic apposita distinctione, vt significetur hunc oppugnaturũ quidem Tyrum insulã, sed nõ expugnaturũ, quod posteà propheta declarat. Ait enim Dñs Nabucodonosorẽ oppugnasse Tyrũ, & laboris sui nõ accepisse mercedẽ, & propterea traditam ei Aegyptũ, quia Dei sententiæ in Tyri oppugnatione seruierit. Ergo hoc loco Ezechielis dispũgenda est oratio sic, Ecce ego adducã ad Tyrũ Nabuchdonosorẽ regẽ Babylonis, vt vẽturus tantũ significetur rex Babylonis, & insulæ multa mala inuectur⁹, nõ expugnaturus tamẽ insulã. Deinde nouo initio, Ab aquilone regẽ regũ cũ equis, & curribus, & equitibus, subaudi, ecce ego adducam, per zeugma à superiori

Universidad de Deusto
Biblioteca

rion, hoc est, Alexandrum magnum, qui quãdo expugnauit Tyrum, victo Cyro, & superatis A
multis nationibus, rex regum erat, potiebatur enim imperio Macedoniæ, Thraciæ, Græciæ,
Asiæ minoris, quam in ditionem redegerat, Armeniam, Parthiam subiugauerat, vt ei conue-
niat, quod dicitur, Ab Aquilone regem regum (supple adducam) nam Macedonia sub septen
Explanatur locus Ezechielis trione est, idq; ita esse propheta declarat, cùm Nabuchodonosorem oppugnaturum Tyrũ di
cat, neque expugnaturum, vt monstret propheta quærendum esse alium, à quo subuertenda
Tyrus esse dicatur, & euentus est optimus interpres scripturarum, & cùm superata sit ab Ale-
xandro, is prædictus est à propheta. Confer etiam quod Q. Curtius narrat in expugnatione Ty
ri, quod etiam propheta Ezechiel futurum prædicit: & multa reperies, quę tibi placebunt ma
gnoperè, de turri illa, quę super muros Tyri prominebat, vndè Alexander regijs insignibus
decorus, gladio, & hasta detrudebat muris Tyrios, infestus omnium telis, neq; vllis sauciatus,
quod diuinitùs fieri liquebat. Quod cùm à propheta prædicitur, mirabile dictu videbatur, vr
bem in medio maris sitam, posse timere assurgentes turres, vndè tormentis muri capi possent,
atque adeò gladio, & hasta vulnerari propugnatores vrbis, quòd de insula quis posset vnquã B
credere? humanis viribus mare posse fieri continentem, quod fecit Alexander Magnus, & sic
insulam timere eadem mala, quibus infestę sunt reliquę vrbes, in media continente sitæ.

Concordia prophetiarum, & historiarum. Aduerte tamen diligenter, ex Strabone factum, quod propheta hic futurum prædicit, nam
maris inundationibus prędicit Strabo absumptam hanc insulam, & oppugnatione Alexãdri.
Absumptã (inquam) terrã oẽm insulę, inũdatione maris, & fluctuũ allisione, & oppugnatione
Alexandri, & scopulos relictos nudos, quod propheta Ezechiel prędixerat esse futurum.

Quòd autem subiungit Strabo reuixisse Tyrum, & omnia hęc superasse mala, intellige alio
loco quod illic in proximo est ędificata, cùm appareat non esse eo loco, in quo prius erat, ne-
que ea nobilitate, sed longè, longeq; inferiore, quod prędixit hoc loco Esaias, & si benè excu-
tias verba Hebręa Ezechielis, putabis hoc quoque ab eodem Ezechiele esse significatum, qui
dixit non esse instaurandam Tyrum, seruandam tamen aliquam eius pręcipuã partem, quod
factum narrat Q. Curtius, nam verba illa Ezechielis, Dabo pręcipuum eius in terra viuentiũ:
Concordia Esaiæ, & Ezechielis quę multis modis vertit D. Hieron. quod anceps locus est, & potest sic verti, Et dabo pręci- C
puum eius in terra viuentium, significasse hoc videtur. Postquam enim dixit Dominus, Tyrũ
nunquam esse habitandam, subiecit, reliquias eius pręcipuas seruandas his verbis, dabo pręci-
puum eius in terra viuẽtium. i. seruabo pręcipuas reliquias viuas, quod quomodo factum sit,
leges apud Q. Curtium, Et ita his verbis dicit Ezechiel, quod dixerat Esaias instaurandam se-
ptuagesimo post anno Tyrum. Quid enim aliud Ezechiel significat, cùm de vastatione Tyri
vaticinatur his verbis: Dabo præcipuum eius, vel gloriam eius in terra viuentium? seruat
enim Dominus gloriam Tyri in terra viuentium, i. pręcipuos Tyri, nam pręcipuos Ty-
ri, & primarios, & principes Tyri, appellat decus Tyri, & gloriam, & hos se daturũ ait, In ter-
ra viuentium. i. vt viuãt, vt septuagesimo post anno in continenti cognominem vrbem ędifi-
cent propè mare, & Esaias videtur dixisse idem quod Ezechiel suprà illis verbis: Non erit in-
gulum vltrà tibi. i. non vltra eris insula, & aduerte quo pacto Esaias & Ezechiel eadem dicant,
non pugnantia, & quo pacto hi nodi, qui inexplicabiles appellantur, facilè dissolui queant.

D. HIERONYMVS.

Et erunt negotiationes eius, et merces eius sanctificatæ Domino. Non condentur, neque reponentur, quia his qui habitauerunt coram Dño erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatẽ, et vestiantur vsque ad vetustatem.

LXX VIRI.

Et eius negotiatio, & merces san- D
cta Domino. Non ipsis cõgregabi-
tur, sed habitantibus coram Domi-
no. Omnis negotiatio eius come-
dere, & bibere, & impleri in sym bo
lum: memoria coram Domino.

HAEc verba à nostris, & à Iudęis ad Christi tẽpora referuntur, excepto quod Iudęi ad cõ-
summationẽ seculi referunt, ad aureã Hierusalẽ, quã somniant, sat est quod non possunt
diffiteri, hęc ad Christi tempora pertinere. Et Lxx seniores penè verba euangelistę Lucę tot
ante annis representarunt. Quid enim aliud verba illa significant? Erit eius negociatio, & mer-
ces sancta Dño, quam quod D. Lucas tradidit, Fideles possessiones suas ad pedes apostolorũ
posuisse

A posuisse, vt distribuerentur in cibos pauperum? ergo hoc significant verba illa, Erunt negocia
tiones eius, & merces eius sanctificatæ Domino, positæ ad pedes apostolorum Dño oblatæ.
Non condentur, neq; reponentur, quia his qui habitauerunt coram Dño, erit negociatio eius.
Conuenienter quidem lectioni Hebręę D. Hier. Lxx interpretes, euangelicis literis conueniẽ
ter: pro hoc enim vertere, Non ipsis congregabitur, sed habitantibus coram Domino omnis
mercatura eius: quæ verba quid distant ab illis Actor. cap. 4. Neq; quisquã eorum quæ possi-
debat, aliquid suum esse dicebat: An non hoc est, non ipsis congregabitur? non dicere suum
quicquam eorum quæ possidet, sed illis erunt omnia communia. Non hæc verba sunt eadem
cum verbis illis, Non ipsis cõgregabitur, sed habitantibus coram Dño omnis mercatura eius?
Quid est, habitantibus coram Domino, nisi fidelibus erunt omnia communia? nullum hic æ-
nigma, nulla circuitio, nullæ ambages, apertè euangelica narratur historia, vt inquit Tertull.
Eadem hæc D. Hieron. excepto quod miror, quorsum negarit hæc secundum historiam ad-
huc accidisse, quam historiam mihi narrat D. Hieron? certe acta Apostolorum, epistolæ Pauli
B referunt hæc esse completa, & accidisse, & nomen Christianum illis locis primum omnium se
corroborasse, & magnas sibi fecisse vires, confessa res est. An expectamus vt apostoli, & euan
gelistæ, qui summa fastigia rerum delibarunt, persequantur ad verbum singula, quę acciderũt
Tyro, quæ Sidoni. An de singulis vrbibus conscribenda esset historia? sat est his locis habitas
se Iudæos, peragrasse Dominum hæc loca, prodidisse apostolos factũ hoc esse à fidelibus, nisi
expectemus vt dicat, à Iudęis fidelibus qui habitabant Tyri? Quòd sequitur, Et manducent in
saturitatem, & vestiantur: Lxx reddidere conuenienter superioribus, & lectioni Hebręę, Co-
medere, & bibere, & abundare ad distribuendum, quod idem est cum illo Actor. 4. quod qui
possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, & ponebant an
te pedes apostolorum, diuidebant autem singulis, pro vt cuique opus erat, hoc dixere Lxx co
medere, & bibere, & impleri in symbolum. i. plenos esse, & abundantes in symbolum. i. in col
lationem, & distributionem in pauperes. Hoc enim significant verba illa, πεπλησθήσεται εἰς συμβολὴν
impleri, vel, abundare ad conferendum, vel, distribuendũ. Deindè, μνημόσυνον ἐνώπιον κυρίου. i. moni-
mentum coram Domino. i. munus coram Domino, venditas opes ponebant ad pedes aposto-
C lorum, vt essent munus oblatum Domino.

IN ESAIAE CAP. XXIIII.

HOc caput Procopius, & Cyrillus, & D. Hieron. de vltima mundi vastitate in-
terpretantur. Theodoretus, & Eusebius, de vastitate inuecta Iudæis post cru-
cem Domini: Quæ sententia posterior, mihi multò magis placet, fortasse vasti-
tas illa Iudææ, typus erat vltimę mũdi vastitatis, & typo miscetur veritas, quod
dictum est in principium cap. 13. Aut adhibe Canonem illum Tertulliani, in li
bro de spectaculis quædam specialiter prænunciari, quæ generaliter interpre
tanda sunt. Cùm enim Israelitas admonet, omnes admonet: cùm impijs Iudæis qui Christum
in crucem sustulere, minatur, omnibus impijs minatur. Et hæc terrena mala, æternorum malo
rum sunt typi: vrbium Iudææ conflagratio, vltimæ orbis terrarum conflagrationis, & ignis
D sempiterni est figura. AMBR. de Helia & ieiunio cap. 21. &. 22. hoc cap. interpretatur de con-
summatione mundi mirabiliter, quæ inde petes.

D. HIERONYMVS.

Ecce Dominus dissipauit terram, et nudabit eã, et afflliget faciem eius, et disperdet habitatores eius

LXX VIRI.

Ecce Dñs dissipat orbẽ terrę totũ (vel habi-
tationẽ terrę totã) & desolabit eũ (vel eã) &
reuelabit faciem eius, & disseminabit habi-
tantes in eo. (vel ea.)

THEOD. Hæc propriè & verè post resurrectionem erunt. Iuxta sententiam ergo Theo-
doreti hæc sic explanabimus, Ecce Dñs dissipabit terram subito, Dñs vastabit oẽs vrbes
Iudææ post crucem Dñi, quod factum est sub Vespasiano & Adriano. Quòd Lxx viri dixere,
τὴν οἰκουμένην ὅλην. i. vniuersam habitationem Iudææ. Leges enim apud Dionem in vita Adriani,

redactam in cineres vniuersam Iudęam, nudabit eam, vel vt vertere Lxx viri, desolabit eã, ab A
sumet Dominus illam incendio, & affliget faciem eius, subuertet vrbes, omnia vastari faciet, Lxx reddidere, Reuelabit faciem eius. i. incędet arbores & vineta & omnia sata, quod factum leges apud IOSEPH. de bello Iudaico lib. 3. cap. 4. & lib. 6. cap. 1. dispergęt habitatores eius, ducentur enim captiui in omnes partes orbis, qui non perierint illo bello. Ambrosius cum D. Hieron. Cyrillo, & Procopio hunc locum explanat de vltima mundi consummatione, lib. de Tobia cap. 21. vbi multa diuinitus dicta leges. Et certe, vt dixi, Iudææ vastitas, vltimæ consummationis typus est. & ideo hæc non male in vtranque partem referri possent.

D. HIERONYMVS.

Et erit sicut populus, sic sacerdos & sicut seruus, sic Dominus eius: & sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic ille qui mutuũ accipit, sicut qui repetit sic qui debet, dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim loquutus est verbũ hoc.

LXX VIRI.

Et erit sicut populus sic sacerdos, & seruus sicut Dominus, & ancilla sicut Domina. Erit emens, sicut vẽdens. & fœnerans, sicut fœnus accipiens, & debens sicut cui debet: dissipatione dissipabitur terra, & direptione deprędabitur terra, quia os Domini loquutum est hoc. B

NVllus, mea quidem sententia, horum verborum melior interpres est, quam IOSEPH. lib. 2. de bello Iudaico cap. 25. in fine & 26. & 27. vbi discrimine nullo Iudæi pauperes & diuites, Domini & serui cædantur fustibus & occiduntur & sunt prædæ hostibus, & cap. 34. & deinceps promiscuè Iudæi cędũtur & lib. 3. cap. 2. & 3. & deinceps, & lib. 5. cap. 27. 28. vbi multa hominum milia cruci suffiguntur, & toto lib. 5. & 6. præcipue cap. 40. vbi venduntur perexigua mercede Iudæi discrimine nullo, & cap. 44. promiscuè omnes delentur & diuendũtur. Lege Dionem in vita Adriani. Et certè hęc C
verba magis spectant ad vastitatem Iudææ, quam ad vltimam cõsummationẽ orbis, nulla eñ ibi præda, nulla direptio, rapinę nullæ & magnũ ibi bonorũ malorumq́; discrimẽ, hic vno ordine habentur omnes, nõ dispergũtur nec disseminãtur habitatores terræ in vltima cõsummatione. THEOD. post resurrectionẽ Christi Iesu, huius præsentis vitæ mutatur facies, & cessat dignitatũ varietas. Non eñ est seruus & liber in Christo Iesu. Idẽ THEOD. Erit sicut populus sic sacerdos, quia qui sacerdos erit amouebitur sacerdotio, & qui ex media plebe erit sacerdos, fiet sicut seruus sic Dominus eius, quia seruus fiet Dominus in aduentu Christi, & Dominus fiet seruus. idem intellige de ancilla & Domina. Quia esurientes impleuit bonis, diuites dimisit inanes, amouit dignitate sacerdotes & locupletes, & in illorum locum sufficit eorum famulos. Est Canon scripturæ à nobis sępè repetitus, eadem verba plures habere sensus etiam literales, cum etiam quædam vulgò dicantur, quæ plures sensus habent.

D. HIERONYMVS.

Luxit & defluxit terra, infirmata est. defluxit Orbis: & infirmata est altitudo populi terræ. & terra infecta est ab habitatoribꝰ suis, quia trãsgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorauit terram & peccabunt habitatores eius.

LXX VIRI.

Luxit terra & corruptꝰ est orbis, luxerũt excelsi terrę: & terra iniquè D
egit propter habitãtes eã. quia trãsgressi sunt legem Domini & dissipauerunt, mutauerũt præcepta, testamentum æternum. propter hoc maledictio vorabit terrã. quia peccauerunt habitantes eam.

EVSEB. Cæsarienſ. lib. 2. demonst. euang. cap. 44. docet his verbis significari, perijsse Iudæos, quòd legem Mosis non seruarint, nec crediderint prophetis, nec receperint Christum, & paucos pauperes, quos prophetia relinquẽdos dicit, illos esse apostolos, quos Paulus reliquias nominat secundum electionem gratiæ. Ergo, Luxit terra Iudæa, luctu sempiterno co-

operta

A operta erit, & perpetuo mœrore. Defluxit terra, vastata est terra Iudæa, arsit igni vniuersa, & redacta in cineres sunt maxima ædificia. Lxx dixere οἰκουμένη, habitatio, vel orbis, vt sit: Omnis habitatio Iudææ soluta est in cineres, & redacta in cineres ędificia Iudææ, leges apud Dionem, quanquam Hebraicè legitur, tebel, quod pro orbe ferè accipitur, & certè populus Dei mundus dicitur, nam infideles omnes pro gutta situlæ æstimantur à Domino, non secùs ac ab olitore olera, & arbores penduntur magni, reliquæ herbæ pro nihilo putantur, & ab agricola messes magno æstimantur, herbæ & zizania negliguntur. Infirmata est altitudo populi terræ, in miserias redactus est populus Iudæorum, qui erat terrę altitudo, populus Dei, habens Spiritus sancti charismata, habens legem & prophetas, custodiam angelorum, pluuiam cæleſtem, infirmatus est his omnibꝰ, priuatus. s. Terra infecta est ab habitatoribꝰ suis, peccato illo nefando mortis Christi, vndè Lxx, Terra violauit legẽ per habitantes eam, quia finis legis Christꝰ erat: & dixerũt, Si hũc dimittimus veniẽt Romani: &, Nõ habemus regẽ nisi Cæsarẽ. Hebraicè est.

habitatores eius per peccauit terra Et

B Vbi Lxx viri תחת, accipiunt pro, per, præpositione, & sic ver- וְהָ אֶרֶץ חָנְפָה תַּחַת יֹשְׁבֶיהָ
tes verba Græca Lxx virorum, quæ minus benè sunt reddita ab interprete, Quia peccauit Iudæa, peccatum illud magnum. s. Quia transgressi sunt leges, Lxx hoc interpretantur. i. quia transgressi sunt legem Domini. Mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum: Lxx viri, mutauerunt præcepta, testamentum æternum, quia violauerunt legem Mosis, & monita prophetarum contempsere. Iurati enim Iudæi se seruaturos Domini testamentum, & imprecati mala his, qui testamentũ Dei non seruassent, Exodi cap. 23. & Deuteron. 27. 28. 31. 32. ipsi non seruarunt, vnde CYRIL. de spiritu & litera, sæpè repetit recidisse in capita Iudæorum mala, quæ ipsi sibijpsis sunt imprecati, & quæ Dominus, & Moses, & Iesus Naue, & Neemias prædixere. Quod verba sequentia declarant, Propter hoc maledictio vorabit terram, hæc videlicet, de qua diximus, & quam locis citatis leges. Et peccabunt habitatores terrę, vel vt Lxx dixere, Quia peccauerũt habitantes eam, quasi dicant, vis scire, quare dirę illæ imprecationes recidерunt in capita Iudæorum, & peccabunt habitatores terræ? quia admittent peccata illa habitatores Iudææ, quibus Moses, & Iesus Naue illa mala sunt imprecati. Et certè Esaias sic complenda dicit, quę minatus est Moses Iudæis, si non seruassent legem Deu-
C teron. cap. 28. his verbis, Quòd si audire nolueris vocem Domini, &c. Veniãt super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te: & subijcit maledictiones, quibus significat vastitatẽ inuectam post crucem Domini. Et cap. 29. repetit eadem his verbis: Sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine, & deleat Dominus nomen eius, & consumat eũ in perditionem iuxta maledictiones quæ in libro legis sunt. Illa ergo maledictio hoc loco Esaiæ voratura terram Iudææ dicitur.

D. HIERONYMVS.

Ideoq; insanient cultores eius, et relinquentur homines pauci.

LXX VIRI.

Propter hoc pauperes erunt habitantes in terra, & relinquentur homines pauci.

INsanient cultores eius, permittet Dominus vt insaniant Iudæi, & bis prouocent arma Romana, & pereant bis sub Vespasiano, & sub Adriano, quod leges apud Dionem, & apud Iosephum. & insanient quod nullas conditiones pacis accipient, quas ferebant optimas Roma-
D ni imperatores. Hanc insaniam, & cœcitatem prædixit Moses Deuteron. 28. Percutiat te Dominus amentia, & cœcitate, ac furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cœcus in tenebris, & nõ dirigas vias tuas. Huius amentiæ sæpè meminit Iosephus de bello Iudaico lib. 5. & 6. & hanc insaniam Iudæorum, qua nullas accepere conditiones pacis, quas ferebat Vespasianus appellat Iosephus ἐγκοπὴν τῶν, furorem mentis tanquam diceret, quod capti mente non accepere conditiones illas, lib. 6. vero, cap. 30. Iosephus ait hæc eadem, quæ Moses suprædicto vaticinio, & quæ D. Hieron. hoc loco, vt his locis prædicta, illic completa videre possis. Lxx viri sententiam expressere, quæ tempora Christi repræsentat: edidere enim, Propter hoc pauperes erunt habitantes in terra. i. tantum relinquentur pauperes. Leges enim apud Iosephum lib. 6. cap. 40. multa milia pauperum relictos abire liberè quò vellent, cùm vastata sunt Hierosolyma, reliquos occisos, aut ductos captiuos, aut vinctos ad triumphum, aut vt in theatris obijcerentur feris laniandi: significabunt etiam verba hæc, propter hoc pauperes erunt habitantes; propter hoc tantum relinquentur Christiani, quos pauperes nominant literæ sacræ, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitarent in Iudæa,Iudæi infideles peribunt omnes armis Romanorum,vt leges apud Dionem in vita Adriani,& (vt suprà diximus)cautum lege fuit,nequis Iudæorum,qui residui fuere,in vrbem Iudææ pedem inferret. Nemo ergo Iudæorum poterat habitare in Iudea post defectos Iudæos sub Adriano imp.fideles poterant,qui pauperes dicũtur in scripturis.Relinquẽtur homines pauci .i.reliquię,quæ saluæ factæ sunt: sic hæc EVSEB.lib.2.demõst.Euang.cap.44. sed apertius multo hic locus explanatur ex alio Mosis loco deuteron,28.vbi hęc prius erant prædicta, quo spectant hæc vaticinia Esaiæ, illic enim prædixerat Moses futurum vt si Iudæi nõ seruassent legem Domini, induceret Dominus super eos omnia mala,donec eos cõtereret,& remanerent pauci numero. Hic Esaias dicit complendum illud vaticinium Mosis, Iudęos quod non seruassent legem Domini,conterendos,& remansuros paucos numero. Pagninus,& Vatablus vertunt hunc locum optimè etiam,quod verbum Hebræum plura significat,vt reddi hoc, & illo modo possit.ergo pro,Ideò insanient cultores eius, reddidere ideò cõburentur habitatores terræ.Quæ verba mirificè congruunt ijs,quæ in fine superioris commentarij diximus: Significant enim conflagrationem vniuersæ Iudææ,quæ est apud Dionem post crucem Christi.Et habendus est præ manibus ille canon,cùm verbũ plura significat,quæ ad rem,de qua agitur pertineant, omnia illa ab spiritu sancto esse significata.

D. HIERONYMVS

Luxit vindemia,infirmata est vitis: ingemuerũt omnes,qui lætabantur corde. cessauit gaudium tympanorũ, quieuit sonitus lætantium,conticuit dulcedo cytharæ,cum cantico non bibẽt vinum, amara enim potio bibentibus illam.

LXX VIRI.

Lugebit vinũ, lugebit vitis, gemẽt omnes læti animo: cessabit lætitia tympanorũ:cessabit audacia,& diuitię impiorũ: cessabit vox citharę. Erubuerunt,nõ biberũt vinũ, amara facta est sycera bibentibus.

HAEc eadem.Hierem.cap.9.vbi prouocat ad lacrymas ob imminentem cladem,& accersere iubet præficas,quæ carmen lugebre incohent, quod instet calamitas. Quod quanquam de Babylonico bello interpretentur, magis puto referendum ad hoc bellum Romanũ. Describitur enim hoc loco Iudææ vastitas, quæ consequuta est crucem Domini,iuxta sententiam Eusebij,& Theodoreti,de qua suprà diximus.Luxit vindemia, infirmata est vitis: quod (vt leges apud IOSEPH.lib.3.cap.4.de bello Iud.) Galilæa vniuersa vernabat vinetis,oliuetis, frondebat tota,vt nusquam vlla terra compareret,exhilararet animos,quoquo circuntulisses oculos,ita vastata est,vt nusquam herba viridis appareret: & lib.6.cap.1.idem Iosephus scribit, omnis terræ Hierosolymorum aspectum fuisse miserabilem, qui lacrymas excuteret etiam alienissimis hominibus, qui ea loca vidissent arboribus vernantia, oliuetis,& hortis amœnissima,redacta in vastitatem,& miseriam. Gemuerunt omnes,qui lætabantur corde. Hęc leges apud IOSEPH.lib.6.cap.42.Erat videre eos,qui olim arrogantes,& impietate insolentes erãt tunc humileis,& trementeis:& quanquam in sceleratis hominibus,& flagitiosis,miserabilis, erat illa mutatio. Quæ verba Iosephi completum ostendunt,quod prædixit Esaias his verbis: Ingemuerunt omnes, qui lætabantur corde. i. diuites,& locupletes gement,& redigentur in maximam miseriam:Cessauit gaudium tympanorum,iam non sonabunt tympana: quieuit sonitus lætantium, non lætabuntur, vel (vt vertere Lxx)cessauit audacia, & diuitiæ impiorum quod potentes sunt superbi,& arrogantes,& multa audent.Conticuit dulcedo cytharæ, cum cantico non bibent,instrumenta musica,& voluptates locupletum,& delitiæ,mutabuntur in lacrymas:neque hoc solo loco Iosephus hæc scribit completa sed toto lib.5.& 6.Quod Hier. vertit:Cum cantico,Lxx viri,reddidere,Erubuerunt,quod בשיר .i.cum cantico,legerunt בשר vna litera minus,& mutato, י ,in, ו , erubuerunt,vel afficientur pudore,& contumelia Non bibent vinum, nam(vt suprà diximus ex Iosepho locis citatis)publicè cædebantur fustibus, & afficiebantur omnibus ignominijs:cædebantur verberibus publicè,cruce afficiebantur: venire sub hasta:obiecti sunt beluis laniandi:captiui ducti sunt:non bibebant ergo vinum,& afficiebantur omni ignominia. Amara erit potio bibẽtibus illam: Videtur facta allusio ad illud cap.22.vocauit illos dominus Deus ad fletum,ad planctum.i.vocauit illos Dominus ad pœnitentiam post Christum cruce affectum, & expectauit annos 42.post crucem Domini, dum cõ

conuerterentur

A uerterentur,illi autem putabant se impunè laturos,& non implendas esse prophetias, vt fatetur IOSEP.de bello Iudaico lib.4. cap. 22. Et occidebant vitulos, comedebant carnes, bibebant vinum,dicebant comedamus,& bibamus,cras moriemur: quæ causa fuit vt hæc incurrerent mala,quò spectans propheta inquit: Amara ergo illis fuit potio siceræ. i. amara fuit illis illa epulatio,& helluatio,cùm dicebant,comedamus,& bibamus. Sicera significat temetũ, & potum ex fructibus quo ebrij fiebant homines adeo, vt omnem sensum amitterent,multo magis quam temeto.caussam horum omnium intelliges ex Hierem. cap. 11. vbi Dominus iubet prophetã Hieremiam testari apud populum Iudã,se,omnia, quæ illis præscripserit, iam indè vsque ab eo tempore,quo eos à seruitute Aegyptiaca asseruit,quotidiè illis inculcasse,& dixisse,vt seruarent ea: & quod non credidissent,nec obtemperassent,ideo illos hæc mala pati,quæ illis erant prædicta.Sed multo apertius Deuteron.cap.18. Adducet super te Dominus gentem de longinquo,& cætera,quæ sequuntur.Et cap.29.Dominus non ignoscat ei,sed tunc quam maximè furor eius fumabit,&c. Et Iosephus hęc latè exequitur in fine lib.4.Iudaicæ an
B tiquitatis.& lib.5.cap.27. scribit neq; nationem vllam post homines natos fuisse,quę tam magna clade sit affecta,neque post hominum memoriam vllos homines fuisse,qui tanto se commacularint crimine. Quæ non possunt nisi ad Christi mortem referri.& in principio 1.lib. de bello Iudaico hoc idem præ se fert,quod congruit cum illo Ezechielis, quo prædicit afficiendam pœna Hierusalem,qua nec maior fuerit,nec futura sit vllo tempore: quæ de captiuitate Babylonica interpretari non posses,nisi mendacem prophetiam facere velles.

D. HIERONYMVS.

Attrita est ciuitas vanitatis: clausa est omnis domus,nullo introeunte: clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia,translatum est gaudiũ
C *terræ:relicta est in vrbe solitudo,& calamitas opprimet portas, quia hæc erũt in medio terræ,in medio populorum.*

LXX VIRI.

Deserta est omnis ciuitas, claudet domũ ne ingrediãtur: vlulate pro vino,vbique cessauit omnis lætitia, abijt omne gaudium terræ,derelinquentur vrbes desertæ, domus derelictæ peribunt: Hæc omnia erũt in terra in medio gentium.

DEscribitur vastitas Hierosolymorum,& vrbium Iudææ.Attrita est ciuitas vanitatis,vel fracta est:pro vanitatis Hebraicè est תהו .i.inanis,& vacua,idem illud verbũ Hebræum quod initio Geneseos est in illo: Terra autem erat inanis,& vacua. Attrita est ergo ciuitas inanis,& vacua charismatis spiritus sancti, translata iam ad gentes gratia spiritus sancti, cùm venere ad Ecclesiam,& translatis ad nos solemnitatibus, quia transijt ad nos Pontifex,non is qui typus erat, sed verus, relicta est Hierusalem inanis,& vacua, & vt sæpè diximus è IOSEPHO de bello Iudaico lib.6.cap.31.abeuntes angeli è templo dixere,relinquamus has sedes,& apud Ezechielem.cap.11.Cherubim deserunt vrbem Hierusalẽ, & indè abscedit quoque gloria Domini,vt planum sit,relictam esse Hierusalem inanem,& vacuam,& ostendimus suprà Lxx viros præ se tulisse Hierusalem,& vrbes Iudææ esse deletas,quòd dimissę sunt à Domino,nudæ præsidio angelorum, & orbatæ donis spiritalibus. Lxx tantum significant hoc loco vastandas esse omnes vrbes Iudææ,edidere enim,Deserta est omnis ciuitas .i.omnes vrbes sunt relinD quendæ desertæ,& vastandæ.Idẽ significãt verba illa D.Hieron. Clausa est omnis domus nullo introeunte.i.omnes domus sunt dirutæ,aut desertæ,quòd nemo introeat (interfectis videlicet habitatoribus) pro quo Lxx seniores reddidere, Claudet domum ne ingrediantur, Hebraicè est מִבּוֹא .i.ab ingrediendo, quod D.Hieronymus interpretatus est, ita vt nullus ingrediatur, vertit enim, Clausa est domus nullo introeunte : Lxx seniores interpretantur, Clausa est domus ab ingrediendo. i. claudet Dominus omnem domum Iudææ ne quis ingrediatur: quibus verbis puto prædici illud,de quo pluribus est dictum in illud capitis primi, Terra vestra deserta:& in illud capitis sexti, Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio,cautum enim erat pœna capitali ne quis Iudæorum pedẽ inferret in vrbem Hierosolymorum,quod prædictum erat prophetarum vaticinijs:sic enim IVST.in Apologia 2.ad Antonium Pium: Quod autem seruatur ne quis vestrum in ea sit Iudæus, & mors irrogatur deprehenso Iudæo si intret in vrbem aliquam Iudææ, optimè nostis

pro re

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro re ergo confessa,& notissima, & vulgatissima illud narrat Iustinus, quòd factum est post A
cladem inuectam Iudææ sub Adriano.Idem leges apud AVGVS.in psal.58. in enarratione in
primam partem vbi miratur cur post tam manifestum signum temporum Christi, Iudæi non
credant,cum videant prædictum esse,post crucem Christi vastandam Iudæam, delendos Iu-
dæos,reliquos esse dispergendos in omnes oras,& tamen increduli sunt cùm videant hoc cõ
pletum.Verba Augusti.sunt,Et tamẽ manet gens Iudęorũ,certè victa est à Romanis, certè de-
leta vrbs eorũ, nõ admittuntur ad ciuitatẽ suam Iudæi, & tamen Iudæi sunt,nempè quod ne-
cesse est sic manere vsque ad finem seculorum. Ergo claudet Dñs domum Iudæorum .i. vrbẽ
Iudæorum ne ingrediantur Iudæi eò,& hoc per leges latàs ab Imperatoribus:& sic interpreta
bimur tralationem D.Hieron.clausa est omnis domus vrbium Iudææ,nullo introeunte .i. vt
nullus possit introire.Clamor erit super vino in plateis. Vel vt vertere Lxx qui sentẽtiam red
dũt:Vlulate pro vino vbique,quia, vt est apud IOSEPH.cùm alibi, tum lib. 6.de bello Iudai-
co,cap.20,in omni domo vbi erat alimentorum vestigium,bellum erat,& clamor, & vocife- B
ratio, & cædes & lamentatio,& vinum pro omni alimento ponitur. Et deserta est omnis læ-
titia,& cætera.i.vastata est vrbs,relicta est in vrbe solitudo,Lxx ita interpretantur vt nos do-
ceant singularem numerum pro plurali positum,& de omnibus vrbibus Iudææ intelligendũ
esse,quæ vastandæ sunt,sic EVSEB.hunc locum explanat. lib. 2. demonstrationis euangelicæ
cap.46.nam hoc factum monstrat, prædictúque ab Esaia hoc loco vult.In medio terrę.quod
Iudæa in medio orbis qui tunc erat notus sita erat. vt leges apud Ezechielem. cap.5. vbi intel-
liges quæ causa sit cur Hierusalem posita fuerit in medio orbis, certè omnia,si singula expen-
das,proprie ad vastitatem Hierusalem spectant:spiritualiter etiam ad mundi cõsummationẽ.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Quomodo si pauca oliua quæ re mãserũt excutiãtur ex olea,& racemi cũ fuerit facta vindemia	Quẽadmodũ si quis excutiat oliuã,sic ex cutient eos, & quẽadmodũ si quis vinde miat racemos,& si quieuerit vindemia.

EVSEB.Cæsariensis de demonstratione Euangelica.lib.2.cap.46.cum dixisset relinquẽdas C
vrbes Iudææ(inquit)& vastandam vniuersam Iudæam,subijcit Propheta, Quẽadmodũ
si quis vindemiat oleam,sic vindemiabuntur ipsi.Ergo Eusęb.semper hæc ad vastitatẽ Iudææ
inuectam à Romanis refert.lectio Lxx virorum castiganda est ex lectione Hebræa, quod cũ
Hebraicè est כְּנֹקֵף זַיִת .i. sicut excutiens oleam, reddidere. Quemadmodum si quis excutiat
oliuã, sic excutiet eos, addita posteriore oratione, vt planior sit sensus,& rursus verba illa He
bræa, כְּעֹלְלוֹת .i. sicut racemos, reddidere Lxx,quemadmodũ si quis vindemiat racemos red
dunt enim sententiam & postrema verba, אִם כָּלָה בָּצִיר, quando finita est vindemia, reddide
re:& si cessauerit vindemia,qua interpretatione Lxx viri apertius multo hunc locum explana
nãt quam EVSEB.faciunt enim paraphrasim huius loci,si reponas verba quę desunt ex lectio
ne Hebræa (vt dictum est)significãt enim vrbes Iudææ subuertendas: primum à Vespasiano
patre,& filio,& postea veluti faciendam racemationem,& penitus excindendas,& vastandas
sub Adriano:vt sit sensus:Quemadmodum si quis excutiat oliuam collectis oleis prius,& fa-
cta prius oliuatione, rursũ reliquæ oliuę quæ sunt,colliguntur,sic Adrianus imperator quod
reliquum erit ex vastitate illata à Vespasiano delebit prorsus: & quemadmodũ si quis vin- D
demiet racemos, postquam peracta est iam vindemia, faciens videlicet racemationem,& co
lligens racemos relictos à vindemiatore,& sic Adrianus vastatos Iudæos à Vespasiano,vasta-
bit rursus, & quod residuum erit Iudæorum delebit prorsus.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, cum gloriatus fuerit Dominus, hinnient de mari.	Et isti voce clamabunt, at derelicti sup terrã lętabũtur,simul cũ gloria Dñi conturbabitur aqua maris.

HI leuabunt vocem suam Apostoli & fideles,præ lætitia clamabunt ad Dominum, atque
laudabunt Deũ,cum gloriatus fuerit Dominus.i. cum subuerterit omnes vrbes Iudææ,
tunc enim vt suprà sæpè dictum est conf luxit ad fidem vniuersus orbis,cum vidit iuxta vati-
cinia Pro-

A cinia prophetarum conflagrasse vniuersas Iudææ vrbes,& post tantum miraculum comple-
tum glorificauere Deum,præcipuè fideles qui admoniti sunt à Deo impendente ruina bien-
nio ante vt exirent Hierosolymis, vt docet EPIP.lib.1.cap.contra Nazaræos in fine,& vt do-
cent alij patres,gratias ergo agent Deo quod vltus sit Iudæos infideles,& se liberauerit. Hin-
nient de mari .i.in hoc mundo triumphabunt gaudio, nã mare pro mundo ponitur, sic enim
hunc locum explanat Eusęb.loco citato his verbis:Hic significat gauisuros, & gaudio trium-
phaturos eos, qui in terra fuerint relicti,reliquias videlicet, quæ saluæ factę sunt:semper eñ
Eusęb.interpretatur totum hoc caput de vastitate Iudęę post crucem Domini.CYRILL.quo
que hæc verba ad tempora Christi refert,nam suprà admonuimus, nescio quem, suas nugas
admiscuisse commentarijs Cyrilli. Lxx viri aliter hunc locum intellexere, qui reddidere: &
isti voce clamabunt, infideles Iudæi, pereuntes incendio, fame, bello, & peste,de quibus su-
perioribus commentarijs dictum est.At derelicti super terram,Apostoli,& fideles, lætabun-
tur triumphabunt gaudio, simul cum gloria Domini, cum videant glorificari Dominum to-
B to orbe, vt dictum est,Conturbabitur aqua maris,conturbabuntur populi huius sæculi inter
se:consurgebat enim omnis orbis aduersum fideles: pater tradebat filium iudicibus, & filius
patrem: vulgatum est enim in scripturis,mare,poni pro mundo.THEOD. hoc sic interpreta-
tur, & ad vltimam consummationem posse referri ait. Docet enim (quod suprà dictum est)
typum hoc esse etiam vltimæ consummationis. Quod D.Hieron.reddidit, Hinniẽt de mari,
Lxx viri reddidere, clamabunt, vel sonabunt è mari, quod verbũ Hebræum צָהַל id quoque
significat & subaudiuere,aquę, vt esset,Aquæ sonabunt è mari.i.aquæ vociferabuntur è mari,
& interpretati sunt: Conturbabitur aqua maris, conturbabuntur populi huius seculi. Addi-
dere de suo Lxx illam omnem orationem:At derelicti super terram, vt significarẽt reliquias,
quæ saluæ factæ sunt.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Propter hoc in doctrinis glorificate Do minũ in insulis maris nomẽ Dei Israel.	Propter hoc gloria Domini in insu lis maris erit,& nomẽ Domini glo riosum erit Domini Dei Israel.

C THEOD.insulæ(inquit).i.Ecclesiæ, reso-
nabunt laudes Domino tanto beneficio redemptionis affectæ,nam mare appellat hominum multitudinem, insulas vero in medio gẽ
tium ædificatas ecclesias,quod fluctibus maris alluantur. i. patiantur hominum persecutio-
nes, seruetur tamen Ecclesia extra periculum, iuxta Domini promissum, quod portæ inferi
non prævalebunt aduersus eam. CYRIL.hæc eodem refert. Tralatio ergo Lxx virorum,iux
ta sententiam Theodoreti,& Cyrilli,plane prædicationem euangelij repræsentat,& ecclesiæ
dilatationem per maris insulas, & fines orbis terrarum, & nomen Domini vbique futurum
glorioſum, neque futurum glorioſum tantum, verum sub titulo Domini Dei Israelis, ergo
propter hoc in doctrinis (euangelicis.s.) glorificate Dominum, glorificabitis omnes gentes
Dñm: vaticinantur eñ Prophetæ cum imperare videntur.In insulis maris,non solum in toto
orbe,sed etiam in insulis toto orbe summotis:& glorificabitis nomen Dñi Dei Israel,Deum
sub nomine Dei Israel, quia viri Israelitæ Christiani sumus. i. viri videntes Deum,& præua-
lentes in Deo: Iudæi dicuntur Israelitæ secundum carnem. Quod tamen. D.Hieron.vertit in
D doctrinis, Hebraicè est בָּאוֹרִים,ba vrim in luminibus nam, בְּ, idem est quod apud nos in,vrim
luminibus,nã אוֹר, lumẽ est, אוֹרִים, lumina,vel luminãtia.Iudæi aiunt surech quibuz poni pro
Surech cum vau, & reddi posse in splendoribus, in luminibus, vt sit sensus gentes glorifica-
turas Deum in luce euangelica, & sic hunc locum intellexit D.Hieron. cùm vertit in doctri-
nis.Aduertendum tamen idem hoc nomen Hebræum Baurim quod hoc loco est, esse etiam
Exodi 28. & diximus solere prophetam Esaiam quoties citat verba veteris testamenti, de-
clarare typum esse eius prophetiæ de qua sermo est,quod facere eum arbitror hoc quoque
loco,& quando vt referunt Isidorus clarius,& Vatablus in caput 28.exodi,& Pagninus in di-
ctione or,Rabini ignorare se fatentur quid sit vrim, & fatentur solum se scire esse nomen Dei
expositi,præterea nihil, satis præ se ferunt se hoc ignorare, quod in tenebris ambulent, & nõ
in luce euangelica. Nam si est nomen Dei expositi.i.Dei declarati,& glorificati,qui ignoraba
tur vsque ad tempus euangelij,planum est significare euangelij declarationem, & expositio-
nem qua spiritus sanctus clarificat filium,& pater clarificat filium,& filius patrem Ioannis 16.
&.17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& 17.& mutuo se clarificant personæ sanctissimę Trinitatis,& perspicuum est hoc esse nomẽ A
Dei expositi.i.clarificati,nam,Vrim clarificantes significat,& declarantes,& exponentes,illuminantes,quod adiectiua prædicantur pluraliter de personis,quòd mutuo se clarificent personę diuinæ.Id præ se tulit Chaldęus interpres,qui pro Vrim,aduentum lucis vertit,euangelicæ.s.vbi personæ diuinæ se mutuo clarificant, & glorificant.Ergo sensus huius loci est,propter hoc glorificate Dominum insulæ Baurim, in clarificãtibus se mutuo personis diuinis, in clarificato nomine sanctissimæ Trinitatis, quòd reuelata vobis est sanctissima Trinitas, & vna Deitas.Idem significat Tumin nomen Dei eodem loco.i. dãtium gratiam vel implentiũ legem aut perficientium, quod tres personæ,& vna Deitas dant gratiam,& perficiunt. AVG. lib.2.quæst.in Exodum,etiam ignorare se fatetur, quid sibi hic locus velit, nunquam id factu rus si Hebraicè scisset ,ignorasset enim quæ sunt personæ clarificantes se mutuo? & dantes perfectionem,& gratiam quæ data est in lege noua? Quæ autem Vatablus in hunc locum affert Iudæorum sunt gerræ,& deliria, nostræ res nõ pendent tam leui filo,neq; leuitate nitũtur,aut fabulis,sed firmissimis fundamentis.Res ergo nota est,si vocesHebręas explicemus,or enim B
lumen est ,vrim lumina, vel luminantia adiectiuè, quod pater lumen sit,& filius lumen de lumine,& spiritus sanctus lumen ab vtroque procedens,tria luminantia,& vnum lumen . Vndè Rabi Selomoh vrim scripturam dicit esse,nominis Dei,quam ponebant intra plicas pectoralis,per quam Deus lucere faciebat,& perficiebat verba sua.Hæc scriptura nominis Dei quam ait Rabi Selomoh ignorata à Iudæis ,quæ lucescit in cordibus nostris, quæ facit vt cognoscamus veritatẽ,& perficiamus, apertè fidem mysterij Trinitatis significat. significat etiam vrim lumina.i.Apostolos iuxta illud: Vos estis lux mũdi,& iuxta illud Pauli ad Philip.cap.2.Inter quos lucetis sicut lumina:in prędicatione ergò euangelij,& in reuelatione sanctissimę Trinitatis,& in Apostolorum doctrina,resonabunt insulæ laudes Domino. Videtur tamẽ Esaias significare, inscriptionẽ illam vrim, Exodi. 28. insertam pectori sacerdotis, significare doctrinam euangelicã ex pectore Christi sacerdotis dimanantem , quòd ipse patrem esset clarificaturus,idem enim est vrim reuelationum,luminum,quod Christi doctrina, sit doctrina reuelationum,& doctrina luminum,& ipse angelus dictus est,quod nemo nouerit patrẽ nisi filius, C
& ipse hominũ tenebras illuminauit.Certè hoc sensisse vidẽtur Lxx viri qui vrim,& Tumim manifestationem,& veritatẽ vertere, & hæc verba interpretans CYRIL. in expositione Symboli Niceni quæ primo tomo concili.est: In pectore,inquit,summi sacerdotis, fuere lapides numero 12. in quorum medio erat manifestatio, & veritas. 12. lapides chorus Apostolorum erat, circunstans Emmanuelem,qui est manifestatio, & veritas, manifestauit enim nobis veritatem, &c.quæ indè petes, & certè Christus propriè dicitur manifestatio & illuminatio quia dictus est angelus testamenti , Angelus.i. nuncius , quia nunciauit,& manifestauit nobis magna Patris consilia.Nam cur doctrina Christi dicta sit doctrina Tumim.i.perfectionum,manifestius est, quam vt dicendum sit:Ergo D.Hieron. eo Exodi loco vertit,Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, Lxx viri manifestationem & veritatem & Hebraicè est lumina & perfectio, pro perfectione posita est veritas à Lxx viris & à D.Hieron.quod figurarum veritas est perfectio, ergò explanabitur hic locus:Insulæ glorificabũt Dominum propter manifestationem & reuelationem illius mysterij quod vt inquit Paulus erat absconditum à seculis &quod figurarũ veteris testamenti venit veritas & perfectio. D

D. HIERONYMVS.

A finibus terræ laudes , audiuimus gloriam iusti.

LXX VIRI.

Ab alis terræ portenta, seu miracula, audiuimus spes iusto.

TRalatio Lxx pro scholio est tralationi D.Hieron.A finibus terræ laudes audiuimus.i.ab alis terræ,hoc est, à quatuor regionibus mundi audiuimus apostolorum miracula , quæ ediderc inumera,alioquì pauci homines,ijdemque pauperrimi,qui hominibus barbaris,& infidelibus prædæ erant,velut agni lupis,quomodo totum orbem conuertissent intra breuissimum tempus,nisi innumeris editis portentis,& miraculis,quæ Propheta audisse se dicit .i. toto orbe innotuisse? Itaque quod Propheta dixit laudes,Lxx interpretantur portenta,miracula. Deindè gloriam iusti,explanant Lxx spes iusto .i. audiuimus quæ sit proposita spes iusto, quæ gloria expectet iustum,& quæ beatitudo.THEOD.Nam qui in lege,& religione sanctè versatur

A versatur quod nouit quæ sit proposita merces in futuro sæculo fidelibus, & fert generosè vir tutis labores. CYRILL. eodem ferè modo explanat. Non prætereundum silentio Hebraicè esse צבי לצדיק , vt sit, audiuimus laudes: צבי , .i. Christi, nam צבי , Christi nomen esse dictum est pluribus in cap.4.& לצדיק ,casu patrio esse potest, vt sit, audiuimus laudes Christi, laudes iusti, vt sit repetitu Christi nomẽ,& constabiliunt quæ suprà dicta sunt & quæ sequũtur.

D. HIERONYMVS.

Et dixi, secretum meum mihi, secretum meum mihi.

HIs locis deest tralatio Lxx seniorum, Iudæi interpretãtur, Macies mea mihi, macies mea mihi. Interpretantur enim Iudæi hoc caput etiam de tempore redemptionis, & his verbis hunc locum explanant: quando venturam video vltionem in Israel tempore redemptionis quando conflabuntur,& non nisi iusti remanebunt , pinguedo carnis meæ emarcuit quia multi sunt inter illos præuaricatores,qui consumendi sunt vniuersi.Hæc PAGNIN. in dic- B
tione Raza, vbi Rabinorum contexit interpretationem. Itaque Iudæi nouere delendos impios fuisse in Christi aduentu,seruandas reliquias,quod ipsi sibi ignorantiam affectarent.Et videtur Pagninus innuere Rabi Abraham authorem esse huius interpretationis, nam Thargum & R.Ioseph.& R.Selomoh,sic reddunt vt D.Hieron.secretum meum mihi,secretum meum mihi,& sic penè interpretantur vt nostri, ait enim R.Selomoh iuxta suprà dictam interpretationem:secretum mihi,secretum mihi,quia duo secreta reuelata sunt mihi, vltionum nempè & salutis. Vides quomodo Iudæi intellexerunt vleiscendos incredulos Iudęos,seruandos fidęles? Sed hæc eò dicta sunt , vt verba Iudæorum referrem, quibus hoc caput ad Christi tempora referunt,& sic hunc locum vertunt vt D.Hieron.Sensus huius loci est, cũ Propheta præsignificauerit conuersionem gentium,& lucis euangelicæ tempora, & subuersionis Iudęę, & exclusionis Iudæorum ab ecclesia,erupit in illa verba:secretum meum mihi.ò grande secretũ quod apud infideles secretum est,vt AVG.inquit in enarratione septimi psalmi:silentiũ est, atque secretum,apud infideles,apud amicos non est secretum . Vndè propheta dicit: secretũ meum mihi,hoc secretum est quod cæcitas in Israel ex parte facta est, cum Dominum perse- C
quebatur,vt plenitudo gentium intraret,& sic omnis Israel saluus fieret,ad quod secretũ profundum,altumque silentium cum venit Apostolus exclamauit quasi quodam ipsius altitudinis horrore perculsus:O altitudo diuitiarum.Ita magnum illud silentiũ non expositione magis aperit,quam admiratione commendat.hęc August. De hoc secreto legendus AMBRO. inpræfatione in psalmum 45.in principio in caput 16. epistolæ ad Rom . in illa verba, Ei autẽ qui potest vos stabilire: & in cap.2.ad Corinth.in illa verba, Sicut scriptum est quod oculus non vidit:& fortasse hoc secretum est illud de quo Paulus cum alijs locis, tũ cap.16 . ad Rom. illis verbis:per reuelationẽ mysterij absconditi à sæculis,manifestati autẽ per Christũ, sacramẽtũ enim quod latuit semper in Deo, temporibus Christi reuelatũ est,lege interpretes Pauli.

D. HIERONYMVS

Væ mihi præuaricati sunt, & præuaricatione trãsgressorũ præuaricati sunt.

LXX VIRI.

Væ pręuaricantibus, præuaricantes legem.

D SEuerus Archiepiscopus Antiochiæ hæc omnia,quæ sequũtur de consummatione mundi interpretatur,nec malè cohæret vt post vaticinia temporum Christi,sequatur vaticinium consummationis sæculorum. Tamen adhuc mihi magis placet vt vastitas Iudææ describatur nam & ipsi Iudęi, vt superiore commentario dictũ est, sic explanãt, quod Hebræa verba magis significant, quæ ad verbum sic reddes,præuaricantes præuaricati sunt , & præuaricatione præuaricantium pręuaricati sunt.Nam illa eiusdem verbi tanta repetitio,magnam vim habet ad rei , de qua agitur , amplificationẽ, sicut etiam verbum Hebræum בגד ,quod etiam si præuaricari significet,significat etiam alia multa,& significat etiam impie facere,& omnium maximum scelus ad mittere,nec est verbum aliud apud Hebręos , quo crimen immanius facere significetur, & repetitio illa eiusdem sententię quę ad amplificandũ magnã vim habet, satis indicant, his verbis lugere prophetam quod sui immane illud facinus in Christũ admisere, quod regem gloriæ affecere cruce. Dixi tralationem Lxx seniorum hoc loco esse mutilam, aut adulterinam.

D. HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Formido & fouea, et laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueã, & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo, quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamẽta terræ, confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione cõmouebitur terra, agitatiõe agitabitur terra, quasi ebrius, & auferetur sicut tabernaculum vnius noctis.

LXX VIRI.

Timor, & fouea, & laqueus super vos habitãtes in terra, & erit fugiẽs, timore cadet in foueã, & egrediens de fouea capietur à laqueo, quod fenestræ de cælo apertę sunt, & cõcutientur fundamẽta terræ, turbatione conturbabitur terra, depauperatione depauperabitur terra, declinabit (vel ruet) cõmouebit (vel diruetur) sicut tuguriũ pomorũ terra, quasi ebrius, & crapulatus.

CVm de immani illo flagitio fuerit sermo, quo Rex gloriæ in crucem sublatus est: subiũgit propheta pœnas quas luere Iudæi ob tam immane facinus admissum, Formido, & fouea, & laqueus super te quod omnia mala impendebãt Iudæis quãdo diruta sunt Hierosolyma, seditiones tyrannorum quibus Iudei passim ferro sternebantur, & domestico bello peribant, fames dira, sæuissima pestilentia, & hæc intestina mala: foris vero Romanorum armis premebantur: quæ mala similitudine formidinis, fouea, laquei significauit propheta, formidine significans arma Romanorum: fouea pestem, & famem: laqueo, seditiones: & accidebat vt qui fugisset formidinem, caderet in foueã: & qui se explicuisset de fouea, teneretur laqueo .i. qui vitasset Romanorum arma, periret fame, aut pestilentia: qui hæc fugisset, domesticis seditionibus caderet: qui fugeret ad Romanos, à suis occideretur deprehẽsus: qui latuisset suos, & ad Romanos peruenisset, aut caperetur à Romanis, cæsus verberibus, & cruci suffixus periret leto malo, qua de re IOSEPH. lib. 5. de bello Iudaico cap. 27. & 28.

Quia cataractæ de cælis apertę sunt .i. quia apertis cęli fenestris immisit Deus omnia mala Iudæis, vt intelliges ex cap. postremo lib. 5. & cap. 4. lib. 6. IOSEP. & ex cap. 8. & per omne genus amplificationis auget vastitatem inuectam Iudæis. Nam si Quintilianus cap. de amplificatione ex illo Virgilij, --Conuersa cuspide montẽ Impulit in latus:-- Apparet, inquit, quanta sit futura tempestas, cùm apertis foribus venti omnes erumpere sinuntur: quanta futura mala hic significantur Iudæis, cum ruptis cæli cataractis, apertis fenestris ingruere iubet mala omnia pater omnipotens Iudæis, & concussa ait fundaméta terræ, qua de re leges IOSEPH. lib. 6. cap. 31. de prodigijs, & rebus quæ acciderunt vltima vastitate Hierosolymorum, concussum est enim terræmotu templum, reseratæ valuæ, quæ à magna multitudine hominum claudi, & recludi solebant, erant enim ferreæ. Hæc omnia excipit congeries verborum ac sententiarum idem significantium, quæ ruinam vrbium Iudęæ significent: Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra. Quæ omnia idem significant ruituras vrbes Iudææ. Lxx Seniores hanc examplificationem non expressere, sententiam expressisse contenti, aut fortasse illorum interpretatio trunca est hoc loco. Quod verò Hieronymus vertit: Sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis, inuersum est apud Lxx seniores. Magis consentit tralatio D. Hieronymi cum lectione Hebræa: sic enim erat legendum: Agitatione agitabitur terra, sicut ebrius, & lectio Lxx eodem modo legẽda erat. Declinabit, vel ruet, supple terra, quasi ebrius, & crapulatus: erant enim Iudæi extra se, mentis impotes, alioquin non perijssent vrbes Iudææ. Nam Vespasianus illis optimas pacis conditiones ferebat, atq; adeo imminente ruina. Sed hanc cęcitatem immisit Deus Iudæis vt essent velut ebrij, & crapulati, & non intelligerent, & ruerét omnes: qua de re leges apud IOSEP. lib. 5. de bello Iudaico. cap. postremo, & lib. 6. cap. 30. & cap. 42. Quod vero D. Hier. reddidit: & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis: Lxx, Corruet, & disturbabitur sicut casula pomorum in terra. sic enim Lxx hunc locum vertere vt reddidere illum capitis primi. Relinquetur filia Syon, sicut pomorũ custodia. Nam, & Græcè, & Hebraicè

braicè idé verbũ est hic & illic, vt idem hic demõstrari significetur, quod illic. Qua de re lege quæ scripta sunt in verba illa capitis primi: Relinquetur terra vĩa deserta, sicut casula in cucumerario. Sẽsus ergo est: Disturbabitur, & corruet vniuersa Iudæa, vt peracta vindemia tuguriũ disturbatur, vbi custos vineti delitescebat. Verba Græca sic vertes, quæ parũ rectè vertit interpres Latinus. Corruet & disturbabitur vt casula cucumerarij. Sed & Rabini eodé modo penè exponũt, vt legere potes in thesauro in dictione, cũ. Ita ergo interpretabimur tralationem D. Hieron. Auferetur vrbs Hierosolyma, vt aufertur tabernaculũ vnius noctis, erectũ em̃ erat ad vsum vnius noctis tantũ post quã deijcitur, quod illo opus nõ est. Sic Hierusalé erat vmbra legis nouæ, ad vsum vnius noctis quæ fuit vsq; ad tẽpora euãgelij: quod ait Paulus, præcessisse noctem, venisse diem. Disturbatur ergo postquam venit dies, q̃ vmbra opus non est, postquam venit veritas. SEVERVS archiepiscopus Antiochiæ, interpretatur verba illa: Super te qui habitator es terræ, sic, Habitator terræ est qui à cogitationibus & meditatione rerum cælestium auocatur, terrenis cogitationibus implicatus, & excogitat rationes aduersum veritatem. Hic enim propriè habitat in terra, veluti clauis quibusdam affixus solo, & humanis cogitationibus grauatus, ad cælum animum attollere non potest, hos perdet Deus.

D. HIERONYMVS

Et grauabit eam iniquitas sua, & non adiyciet vt resurgat.

LXX VIRI.

Et cadet, & nõ poterit surgere, præualuit enim super eam iniquitas.

EOdé modo Lxx seniores, excepto q̃ immutauere ordiné. Nã q̃ primũ dixit Hiero. Grauabit eã iniquitas sua, Lxx postremũ dixere: Inualuit super eã iniquitas. Quibus verbis dixisse videntur Lxx, qđ ORIG. homil. 10. in cap. Hiere. 13. &. 14. dixisse ait Angelos cũ deseruérũt Hierusalé, multis facinorib⁹ oppressa est Hierusalé: Iesum interfecit, in dñm nostrum misit manus, quãdiu minora peccauit, potuim⁹ rogare pro ea, potuim⁹ obsecrare dñm, sup̃ ista quis parcat? Hoc vidétur Lxx seniores verbis his expressisse: Cadet, & nó poterit surgere: inualuit enim super eã iniquitas, id est, maior est iniquitas q̃ vt angeli Dei pro ea dñm rogẽt, vt ait Origenes.

D. HIERONYMVS

Et erit in die illa, Visitabit Dominus super militiam cæli in excelso, & super reges terræ, qui sunt super terra.

LXX VIRI.

Et erit in die illa: Inducet Deus super ornatum cęli manum, & super reges terræ.

SIgnificari puto triũphaturũ dñm aërias potestates, & triũphaturũ etiã principes huius sæculi dęmones, vt D. Paulus inquit ad Colos. c. 12. vt Lxx, Super ornatũ cæli, dixerint, super aërias potestates, qui olim erãt ornatus cęli, vt dictũ est supra, Quomodo cecidisti Lucifer, &c.

D. HIERONYMVS

Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacũ, & claudẽtur ibi in carcere: post multos dies visitabuntur.

LXX VIRI

Et cõgregabunt, & cõcludẽt in munitionẽ, & in carcerem. per multas generationes visitatio erit eorum.

ET hoc quoq; Iosephus de bello Iudaico libr. 6. postrema libri parte, post maiorẽ stragẽ in Iudæos ædità in oppugnatione Hierosolymorũ, q̃ pro hominũ fide, conijciédos in lacũ, hoc est, in domos munitas, & claudendos in carcere, quod idé est. In congregatione vnius fascis .i. sic reuinctos, & colligatos, & congregatos, vt cógregatur fascis. Visitãdos autẽ post multos dies .i. introducẽdos in ecclesiã in consummatione sæculi, cũ intrauerit plenitudo gentiũ. Sed placet versio Lxx virorũ, & mirificè cõsentire videtur cũ lectione Hebræa. Per multas generationes visitatio erit eorũ, nã visitatio in sacris literis pro pœna ponitur. Et videtur prædictum hoc loco, duraturas has pœnas, quas Deus est irrogaturus Iudæis, per multa sæculorũ spacia. Hoc enim verbum Hebræum significat, rob: quod etsi Latinè vertatur multum, multitudinem tamen significat penè innumerabilem.

D. HIERONYMVS

Et erubescet luna, & cõfundetur sol cũ regnauerit Dñs exercituũ in mõte Sion,

LXX VIRI.

Liquefiet later, & cadet murus, & cõfundetur luna, & erubescet sol, qa

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

regnabit dñs in Siõ, & in Hierusalẽ, & in cõspectu seniorũ glorificabit.

Liquefiet later, & cadet murus] quæ verba non agnoscit lectio Hebræa, siue q̃ addita sint à Lxx, siue quod interciderint ex Hebræa editione, qualia multa interciditsse ex Hebræa lectione docet ORIG. in epistola ad Africanũ. Suspicor significare illud, qđ est apud Matthęum terrã motã fuisse, & petras scissas in passione Dñi, cũ velũ tẽpli scissum est in parteis duas, vt petræ scissæ sint tũ aliæ, tũ parietis ipsius tabernaculi interioris, quod post velũ erat, vt sit: Liquefiet later. i. lateres liquefiẽt: Et cadet murus. i., ruet paries interioris tabernaculi, vt sancta sanctorũ peruia essent omnib⁹, quæ erãt ante illa * inaccessa, quæ res significabat diuisum esse iam mediũ parietẽ post Christi passionẽ inter cælũ, & terrã. patefactũ esse aditũ in cælũ, quod inaccessibile mortalib⁹ soleret esse, vt verbis D. AMBR. vtar in cap. 9. epistо. D. Pauli ad Hebræos: quæ sentẽtia nõ solũ Ambr. sed veterũ patrũ est. Id magis significari videtur, si parietẽ secundi tabernaculi ruptũ, & diuisum fuisse dicamus cũ Lxx, q̃ si tantũ velũ tẽpli scissum putem⁹. Nam si velo, & pariete secundũ tabernaculũ à primo distinguitur, scisso velo tãtum, videtur quidem paries, & valuæ inauratæ secundi tabernaculi, ipsum tamẽ tabernaculũ secundum adhuc manere inaccessum, & ab oculis hominũ disiunctũ. Neq; figura videretur patefacti cæli cũ ipsum adhuc non esset patefactũ: nam secundum tabernaculũ pariete distinctũ fuisse docet Iosephus li. 5. de bel*. Iud. c. 14. his verbis, τοῦδ' ἱεροῦ τοῦ διχῇ τμηθέντος εἰς ἄνισα μέρη· ἐλάττονα γὰρ ἦν τὰ πρὸς ἀνατολὰς τετραμμένα: quæ verba min⁹ bene reddit interpres, quæ sic vertes, Cũ esset tẽplũ intus bipertitũ, sola prima domus erat omnibus expositа: vt Iosephus primã domũ appellauerit quod D. Paul. ad Hebr. 9. appellat primũ tabernaculum: & cum dixisset templum bipertitum, primum, & secundum tabernaculum significarit, quod eo loco describit D. Paulus. Neq; bipertitũ templũ cõmodè dici videretur, aut distinctũ in duo tabernacula, si velo tantùm in duas parteis esset diductum: nec posset esse omnibus inaccessum, itavt summo põtifici soli ad id pateret aditus. Et pariete, & valuis distinctũ fuisse secundũ tabernaculũ à primo, docet Iosep. loco citato. & antiquita. li. 8. c. 2. de tabernaculo interiori, quod dicitur sancta sanctorum, vbi scripsit, si ad verbũ vertas, Diuisit Solomon templũ in duo, & * interiorẽ domũ fecit inaccessam. Et infrà, secuit medium parietẽ, & apposuit valuas cedrinas. quibus declarat parietem mediũ diuisum vt fieret ianua, qua pateret aditus in sancta sanctorum, & appositas valuas cedrinas auro elaborato tectas. Et. 3. Reg. c. 6. & 2. Paralip. c. 3. secundũ tabernaculũ, domus per se appellatur. Et rursum idẽ Ioseph. lib. 5. de bello Iudai. c. 14. valuas secũdi tabernaculi altiores fuisse prodidit prioris tabernaculi valuis: distinguebatur ergo pariete. Verba Iosephi sunt, cũ de valuis prioris & exterioris tabernaculi ageret: Ὄπισθεν δὲ τοῦ διτείχου, πυλὶς ὀρθία τῆς ἐξωθεν ἦν, subaudi πύλης. i. foris, nam de valuis tẽpli agebat, quas pylas Græci appellat. i. Cùm esset tẽplum bipertitũ, humilior foris erat, vel humiliores valuæ erant, exterioris tabernaculi scilicet. Igitur si valuæ exterioris tabernaculi erant humiliores valuis interioris tabernaculi, interius tabernaculũ pariete distinctũ erat. Quod patet etiã ex ca. 9. epist. D. Pauli ad Heb. nunquã eũ duplex tabernaculũ diceretur, quod velo tantũ esset distinctũ: etsi patefactũ est secundũ tabernaculũ, vt significari videtur verbis D. Pauli, non solũ scissum est velũ, sed paries quoq; ille diuisus est, vt cõmodè interpretari queas, Liquefiet later, & cadet murus] de parte parietis illius, quæ corruit, & terrã motã, & petras scissas, ad petras, quib⁹ structus erat paries, referre quoq; posses, & ad alia saxa, & alias petras. Cũ præsertim D. Hiero. in cap. 2. Matthęi interpretãs verba illa: Velũ tẽpli scissum est, scribat esse in euãgelio Nazarenorũ, superliminare tẽpli infinitæ magnitudinis fractũ esse, atq; diuisum, quod de superliminari valuarũ interioris tabernaculi, quod multo maius esse docuit Ioseph. intelligi possit. Quę neq; intellecta, neq; expressa ab interprete mihi videtur. Pariete distinctũ fuisse secundũ tabernaculũ à primo sensit etiã ABVLEN. in libros Parali. sed si Græcè scisset intellexisset ex Iosep.* li. 5. c. 4. de bel. Iudaico velo distinctũ fuisse parietẽ tabernaculi interioris à tabernaculo exteriori. Eo tẽpore erubescet luna, & cõfundetur sol cũ regnare cœperit Dñs à ligno] qua de re lege quę scripta sunt in illũ locũ cap. 9. Factus est principatus ei⁹ super humerũ ei⁹: & tũc quãdo in cõspectu senum suorũ. i. apostolorũ glorificabitur, nã senes pro Apostolis, & pro ecclesia dñi accipi, author est August. in Apocalyp. in c. 7. explanãs hũc locũ. sol ergo & luna obscurata sunt in passione dñi, vt pudorẽ quendã præ se tulerint ob ausum immane nefas ab impientissimis Iudæis in regẽ gloriç. cur enim non omnia elementa confunderẽtur pudore ob tam immane hominum nefas?

D. Hiero.

*Hinc Iosephus lib. 8. Antiq. c. 2. semper secũdũ tabernaculũ adytũ vocat.

*Latinè lib. 3. c. 5.

* Appellat Ioseph. interiorẽ domũ secundũ tabernaculũ.

*τὸ ἱδρυμένον μεταξὺ τοῦ πρόσω καὶ τοῦ ὀπίσω μέρους τοῦ ἱεροῦ. i. pars interior separatur similiter velo ab exteriori. i. tanua secũdi tabernaculi tegebatur velo qđ interpres, lib. 8. Antiquit. c. 3. dixit, Obpansum est præterea aulæũ huic ianuæ simile illi qđ interior ianua habuit interiorẽ ianuam appellãs tanuã secũdi tabernaculi.

A D. Hieronymus, Chrysost. & alij patres, nempe quòd subuersio infidelium Iudæorum typus est subuersionis vltimæ infidelium, & quod Iudæis infidelibus dicitur, omnibus infidelibus dicitur, iuxta Canonem Tertulliani.

IN ESAIAE CAP. XXV.

AGuntur gratiæ Deo, quòd compleuerit omnia, quę prædixerat per prophetas: vastauerit Iudææ vrbes, quę impedimento erant euangelij prædicationi: liberauerit prædicatores euangelij à persequentibus. Describitur conuiuium corporis & sanguinis Christi, redemptio generis humani ex peccato Adæ: & Christi aduentus.

D. HIERONYMVS.	*LXX VIRI.*
B *Dñe Deus meus es tu, et exaltabo te, confitebor nomini tuo quoniã fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen.*	Dñe Deus meus glorificabo te, quia fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum fiat.

EVSEB. Cæsarienſis lib. 2. de demonst. euangel. cap. 32. putat contineri hoc capite gratiarum actionem pro peracta redemptione generis humani, deletisque vrbibus Iudææ. Eadem D. Hieronymi sententia est. D. CYRIL. Quòd multa (inquit) de regno Christi, & vindicta sumpta è Iudæis propheta prædixit, repletus gaudio propheta gratias agit. Idem ait THEODOR. Ergo, Domine Deus meus es tu, dictum videtur vt illud: Benedictus Dominus Deus Israël, id enim significat. Exaltabo te, vel, glorificabo te. Confitebor nomini tuo, gratias agam nomini tuo: nam confiteri significat etiam gratias agere, quòd verbum Hebræum יָדָה, confiteri significat, & gratias agere, & laudare, vndè Lxx reddidere, Laudabo nomen tuum, quæ omnia idem significant, quod, Benedictus Dominus, quoniam fecisti mirabilia, tot res admirabiles quæ sunt editæ in aduentu Christi, & in œconomia redemptionis. Hoc est quod AVG. C sæpè repetit, dixit se oriturum in Bethleem, natus est in Bethleem: dixit se oriturum ex virgine, natus è virgine est: dixit se editurum miracula multa, edidit multa miracula, vt in singulis dicere possis: Audi prædicta, vide completa, neque dubitationi relinquatur locus. Cogitationes antiquas, THEOD. i. quæ à principio præfinieras, nunc ipsa re præstitisti. CYRIL. Cogitationes antiquas, consilium antiquum, quod Paulus dixit, ante mundi constitutionem præfinitum, in extremis temporibus manifestatum. EVSEB. in fine libri. 1. demonst. euang. res mirabiles quas fecisse Dñs significat, paulò infrà declarari ait de sacramento eucharistiæ verbis illis: Et faciet Dñs exercituum in monte isto conuiuiũ pinguiũ, quę indè petes, neq; inficiatur intelligi quoq; res alias admirabiles, quas ipse multis verbis exsequitur lib. 4. demonst. euang. c. 12.

D. HIERONYMVS.	*LXX VIRI.*
D *Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur.*	Quia posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas, vt caderent eorũ fundamenta, impiorũ ciuitates in æternũ non ædificabuntur.

QVòd Iudæi (vt refert D. Hieronymus) aliò deflectunt hæc vaticinia, quæ ipsos configunt, & Vatablus, & Isidorus Clarius, tectè quidem, ipsos tamen sequi videntur, qui contendunt hæc de vastitate vrbis Romæ esse intelligenda, pro qua gratias agant, quòd dominus Deus Iudæos vindicauerit de Romanis, præterquam quòd rerum euentus illos redarguit, cùm Roma orbis caput sit, vrbes Iudææ iaceant per mille quingentos annos. Dirimunt hanc litem Lxx, qui tribus seculis ante crucẽ Dñi hæc ad vastitatem Hierosolymorũ & vrbiũ Iudææ referunt. Nam quòd Hieron. vertit conuenienter Hebræę lectioni, Quia posuisti ciuitatẽ in tumulũ: ipsi veluti commentarij potiùs q̃ interpretes interpretantur, Quia posuisti vrbes in subuersionem, vt necesse habeas intelligere de vrbibus Iudææ dirutis & subuersis. Et quòd Hieronymus vertit, Vrbẽ fortẽ in ruinam interpretantur, vrbes munitas, vt caderent earũ fun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

damenta,quod videtur esse illud quod DION in vita Adriani ait: quinquaginta vrbes munitissimas ludæę incensas, & ab imo versas, & nongentos octoginta quinque nobilissimos vicos incendio consumptos, quos Hebræis mos est appellare vrbes, de quibus superiora illa, Quia posuisti ciuitates in tumulũ, intelligi arbitror. Deleta enim sunt oppida ludæę, ita vt illorum tantum maneret saxorum & lapidum acerui. Et verba illa, Domum alienorum, vt non sit ciuitas, interpretantur, vrbes impiorũ, vt sit sensus: Fecisti ruere vrbes munitissimas ludæorum, vrbes (inquam) ludæorum impientissimorum, qui regem gloriæ cruce affecere, nam sententiam reddunt tantum, & commentarij sunt potiùs quàm tralatores in quibusdam. Nã domum alienorum, interpretantur ciuitates impiorum ludæorum, qui se alienauerũt à Domino, iuxta illud: Filij alieni mentiti sunt mihi. Postremò verba illa, Vt non sit ciuitas in æternum, vt non ædificetur, interpretantur, In æternum non ædificabuntur, quod intelligi non potest nisi de vrbibus ludææ, de Hierosolymis, de templo Domini, quæ iacent per mille quingentos annos, & vt prædictum est à prophetis, nullo vnquam tempore instaurabuntur. Ostensum est enim suprà, cùm in inuidiã nostri nominis, impij imperatores fauerent ludæis, & iacere fundamenta templi Hierosolymorũ cœpissent, exarsisse ignẽ à fundamentis, & deterruisse eos, qui fundamenta iacere cœpissent. Neq; semel hoc fieri cœptum, sed sæpè, neq; perfici vnquã potuisse. Sic hunc locum explanat D. Hieron. Euseb. Cæsarienſis lib. 2. de demonst. euangelica cap. 32. & Theodoretus, qui addit significari quoque rerum humanarum fragilitatem, & Dei potentiam, cùm vrbes munitissimæ ludæę rebus omnibus florentes præter spem, & credibile tam citò sint deletæ, & in vniuersum hęc dicta putat de omnibus vrbibus ludæę, potissimũ verò referenda ad Hierusalem, iuxta verbum Domini, Non manebit lapis super lapidem. A

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentiũ robustarum timebit te.	Propter hoc benedicet tibi populus mendicus, & ciuitates hominum iniquitatem (vel iniuriam) sustinentium benedicent tibi.

C YRIL. Pro Iudæorum (inquit) vrbibus euersis laudabit te populus, diues donis spiritalibus, validus charismatum donis. Vnde interpretabimur verba illa, Ciuitas gentium robustarum. i. multitudo gentium quæ dicerent, Omnia possum in eo qui me confortat: Et, Quis nos separabit à charitate Christi? Hoc enim robore quid maiùs dici potest? Lxx viri non reddidere verba, quæ vulgatissimæ significationis sunt, ne quis dicere possit, viros doctissimos ignorasse nomina tam vulgata, in quibus vel pueri non possent hallucinari. Sed sensa eruunt. Quòd ergo D. Hieron. vertit Hebræę lectioni conuenienter, Super hoc laudabit te populus fortis, facta ex sequentibus paraphrasi, quod Lxx paraphrasin scripturæ ex alijs scripturæ locis solent facere, interpretantur. i. populus pauper, cui tu factus es fortitudo, quia imbecilla huius mundi elegit Deus: & sequitur statim, Factus es fortitudo pauperi, & videbantur pugnantia esse, si nunc populum fortem appellaret, & gentem robustam, & statim populum pauperẽ, & egenum, & ideo dissoluunt hunc nodum. Super hoc laudabit te, Hebraicè est, glorificabit te populus fortis. i. populus pauper & medicus, quem posteà dicit factum fortem à Domino. D. CYRIL. docet, initium huius prophetiæ conuenire cum cantico Zachariæ: Benedictus dominus Deus Israël, &c. Non minus benè dici posset congruere cum cantico sacratæ virginis: Esurientes impleuit bonis, diuites dimisit inanes: nam diuites dimissos inanes, suprà est significatum verbis illis: Posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas vt caderent. Non enim tam impletos bonis, nam Lxx viri mendicos eos appellant. D. Hieron. fortes (impletos iam bonis videlicet) & ciuitas Gentium robustarum timebit te: hoc Lxx interpretantur. i. ciuitates hominum iniuriam sustinentium, martyrum qui pro Christo tot iniurias sustinebant, quod est robustissimi animi. Quãquam κράτιστον γένος, vertere potes, hominũ peccantium, & hominũ labore oppressorum, nam hæc duo significat vox illa, distinguitur accentu. Et sic intellexisse videtur Cyril. nã siue vertas, oppressos iniuria, siue peccantes homines, explanat nudos bonis spiritalibus, & accipit pro nationibus infidelibus, sustinẽtibus iniurias principis huius mũdi. Nã magna parte ex populo Gentium facta ecclesia est. Ergo populus mendicus, & ciuitates hominum iniuria dæmonum oppressorum, tanto malo à te liberati, & tantis aucti bonis, gratias tibi a- C

A tibi agent. Sic quoq; hæc intellexisse Eusebium Cæsarien. demonst. euangelicæ lib. 2. cap. 32. ex capitis titulo intelliges. GREGOR. Nazianzenus oratione prima de pace, hæc quæ diximus omnia confirmat breuissimè. Cum enim citasset hæc verba: Propter hoc laudabit te populus pauper. subiecit: Diues ex paupere factus, quòd admirabiles fecisti Domine super nos misericordias tuas, vbi enim abundauit delictum, superabundauit gratia. Quibus verbis appareat, cur quod D. Hieronymus conuenienter Hebræę lectioni reddiderit, Populus fortis: Lxx seniores verterint, populus pauper: & pro gente robusta, homines peccantes, quod Gregorius Nazianzenus inquit, Homines peccatores, Domini misericordia diuites sunt effecti bonis spiritalibus.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Quia factus est fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes B *à turbine, vmbraculum ab æstu, spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem.*	Fuisti enim omni ciuitati humili, auxiliator: tristibus propter inopiam protectio: ab hominibus malis liberabis eos, vmbraculum sitientium.

E N quos suprà fortes & robustos appellauit, pauperes nominat & egenos, & causam subiungit, cur suprà fortes & robustos nominarit. Nam pauperes erant & esurientes, nationes nudæ bonis spiritalibus, qui diuina non gustarant, vestitum supernæ gratiæ nullum habebant, nullas cæleſtes opes, nullum animæ alimentum (vt inquit Cyrillus) vndè esurientes, & mendici nominantur, cùm autem Christus apparuit summota diaboli tyrannide, ditati euangelica doctrina, dicunt verba hæc: Extitisti Domine fortitudo pauperi, quia Christus factus est fortitudo, & opulentia esurientibus, quod dixere Lxx, Fuisti omni ciuitati humili auxiliator, cum nationibus illuxisti quæ humilia & terrena tantum spectabant. AMBR. de fide lib. 3. cap. 3. probat hoc loco per gratiam nobis bona spiritalia contigisse, non per naturam, nec à nobis fidem habere initium, quod Esaias dicat, Factus es omni ciuitati humili, adiutor. Deinde, Fortitudo egeno in tribulatione sua: egeno. i. populo indigo rerum cæleſtium, in tribulatione sua, in sua miseria fuisti fortitudo, quia in Christo omnia possumus. Quòd Lxx dixere: Tristibus, aut desperatis, aut non id expectantibus propter inopiam, protectio, fuisti illis protectio, qui non sperabant, quia nullos habuerant prophetas, nullam reuelationem rerum cæleſtium. Quanquam hæc verba ad quosdam ex Israële referri posse docet CYRIL. qui expectabant Christum, & ideo inquit: Tristibus propter inopiam Christi fuisti protectio, sed melius referentur omnia ad nationes. Sic enim congruent omnia cum lectione Hebræa & Græca. Spes à turbine, vmbraculum ab æstu. i. Deus fuit ecclesiæ spes, cùm periculorum ingruebat turbo, & procella laborum, & cùm æstuabat ecclesia cuncta laboribus, Deus fuit ei pro vmbraculo, hoc enim significat vmbraculum ab æstu, & spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. i. robur regum, & principum Romanorum persequentium ecclesiam: fuit quasi ventus illius scopulo, aut maceriæ firmissimæ, nam scopulus & paries manet immotus, ventus & turbo parieti illisus frangitur, neque proficit quicquam, sic omnis furor contra ecclesiam conteretur, ecclesia stabit & firma manebit. Lxx vna oratione complexi sunt omnem sententiam hanc cùm dixere: Ab hominibus malis liberabis eos. Sunt enim toto hoc capite commentarij potiùs quàm interpretes, & significant nobis his allegorijs nihil aliud esse significatum, quàm Dominum esse liberaturum ecclesiam ab omnibus persecutoribus eius. Quanquã Cyrillus persecutores intelligit, aut dæmonas, aut philosophos, aut pharisæos, & scribas: sed quorsum? Persecutores cùm dicimus, hos omnes intelligimus. Vmbraculum sitientiũ. i. tu supreme Deus, qui es vmbraculũ sitientium. i. desiderantiũ cæleſtia fideliũ. sic Theodoretus. B C D

*D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Sicut æstus in siti, tumultũ alienorũ humiliabis, et quasi calore sub nube torrente, propagi nẽ fortiũ marcescere facies.	Spiritus hominũ iniuriã patientiũ benedicent tibi, quasi homines pusillanimes, vel penè exanimati sitiẽtes in Sion, quia liberabis eos ab hominibus quibus nos tradidisti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRæsignificat propheta superandas ab ecclesia nationes infideles: vterque enim populus Iudæorum & Gentium consurrexerunt aduersum Dominum, & aduersum Christum eius. Sic THEODOR. Chori apostolorum (inquiens) hæc verba sunt, quibus gratias agit Deo, ob Gentes, nationesque infideles superatas. Hoc significarunt etiam Lxx seniores, qui velut commentariolum addidere de suo verba illa: Spiritus hominum iniuriam patientium benedicent tibi. i. spiritus apostolorum oppressorum iniuria Iudæorum, & eorum manibus liberati tibi gratias agunt, vt Petrus cùm dixit, Quia Dominus liberauit me de manibus Iudæorum. Vtriusque tralationis hic est sensus, verba aliter intellecta sunt à D. Hieronymo, quàm à Lxx senioribus. Iuxta tralationem D. Hieronymi, hic est sensus: sicut æstus solis sub nube torrente, cùm sol maximè flagrat, cùm crassus est aër in media æstate: id enim significat, In siti, cùm aret terra & sitit, cùm siti sunt enecti homines, soluit hominum vires, & membra laxat, sic tu tumultus infidelium alienorum ab ecclesia alienabis, & marcessere facies, & viribus destitui: id enim significant verba hæc, Sicut æstus, sicut solis ardor in siti, in media æstate, cùm omnia sitiunt, humiliat (subaudi homines) & exanimat, humiliabis. i. sic tu humiliabis, tumultum alienorum. i. tumultus concitatos ab hominibus alienis à fide, facies marcescere, facies flacescere, & destitui viribus, quasi calore torrente, quasi æstu flagrante, sub nube, cùm aër est nubilosus. Propaginem fortium. i. filios vtriusque populi, qui imperio potiebantur olim, quorum filij deficient, & vincentur ab ecclesia. Iudæi, vt discres ex onomastico Hebræo Complutensi, sic hæc explanant: Sicut æstus in siti. i. sic nos premebant mala, sicut premit æstus in siti. Est enim Hebræis genus dicendi conciſum, & breue, qui quod nos dicimus, sicut æstus in siti premit, sic nos mala premebant: dicunt, sicut æstus in siti, & subaudiunt reliqua, morata quadam oratione concisa, qua vulgò vti solemus, cùm aposiopesi vtimur, quam Latinè dicimus reticentiam, vel interruptionem, cùm initio orationis vtimur tantùm, & reticemus reliqua, vt oratio sit magis miserabilis. Sic hic locus intellectus est à Lxx viris, qui præter illa quæ diximus quæ addidere de suo, vertere, Sicut homines exanimati sitientes in Sion (subaudi) eramus: & addidere de suo, In Sion, vt hoc intelligamus de Apostolis ereptis de media morte à Domino in Hierusalem. Quòd verò sequitur, Tumultum alienorum humiliabis calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies, interpretantur, quia liberabis nos ab hominibus impijs, quibus nos tradidisti. Nam pro parabolis & allegorijs (vt suprà dictum est latiùs) Lxx viri reddunt sensa parabolarum & allegoriarum, nó vertunt parabolas aut allegorias. Quibus nos tradidisti ad exercitationem & probationē, inquit Theodoretus.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte isto conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.	Et faciet Dominus sabaoth omnibus gentibus super montem istum, bibent in lætitia, bibent vinum, vngentur vnguēto in monte hoc.

HIc locus apud Lxx viros est mutilus, & truncus, opinor ex illorum numero, quos Iudæi (vt docet IVSTIN. in dialogo aduersus Tryphonem) quòd planè mysteria Christi pan derent, detruncauere, aut prorsus expunxere, quòd tralatio Lxx seniorum penes ipsos erat, & asseruabatur in bibliotheca Ptolemæi regis, circa quam multa Iudæorum milia erant, quæ rebus ecclesiæ tendebant insidias. Nihilominus tamen quanuis truncus & mutilus, satis dilucida præfert vestigia veritatis. CYPRIAN. ergo sic hunc locum legit in expositione symboli Apostolorum: Faciet Dominus omnibus gentibus super monte hoc, vbi apertè deest conuiuium. Deindè, Bibent lætitiam, &c. quanquam Cyprianus sic interpretetur, Faciet Dominus in monte isto inueniri lætitiam. Ipse tamen, & Euseb. Cæsar. li. 1. cap. postremo de mysterio noui testamenti corporis & sanguinis Christi interpretantur. Idem sensit D. Cyrillus. PROCOP. sic explanat: Ait Dominus daturum se super montē istum. i. in ecclesia quæ excelsa est, & conuersationē in cælis habet, sublime volans, non hærens in terrenis, & caducis, & ideo mons dicta, quòd in terra cùm sit, in cælis cōuersatur. Ergo in hoc monte, in hac ecclesia dabit Dñs requié, quod Christus clamabat: Venite ad me laborantes: per ipsum enim peccatorum

A torem sarcinas deponimus, & ferculis pinguibus. i. euangelicis dogmatis epulamur, & vitulo illo saginato pascimur. Sed pro, Conuiuio pinguium vertere Lxx viri, conuiuium vnguentorum, quando vertunt, vngentur vnguento. Itaque conuiuium pinguium, Lxx seniores interpretantur conuiuium vnguentorum: &, semen, vox Hebræa, vtrunque significat, pingue, & vnguentum: & in canticis, vbi est, Vnguentum effusum nomen tuum: pro vnguento est, semen, eadem vox Hebræa quæ hoc loco est, & hic propheta Esaias sæpè iterat & inculcat suis vaticinijs verba scripturæ, vt typos fuisse suorum vaticiniorum monstret, quod suprà dictum est, quodque interim palàm facit, interim tectè & tacitè. Neque hoc loco malè conijcies, si alludere illud dicas ad illud Canticorum: Vnguentum effusum nomen tuum, nam vnguentum illud effusum Christus est, vt Beatus IGNAT. interpretatur ad Ephesios epistola. 11. & AMBROS. lib. 3. de virginibus, qui Christum dictum putat vnguentum effusum, quod exinanuerit se vt spiraret omnibus gentibus, factus. s. homo, & constituto sacramento corporis, & sanguinis quod effunditur quotidie in omnibus gentibus, & spirat mirabiliter sanctis animis

B vnguentum effusum vere, imò infinitis partibus res maior quàm vnguentum vllum. Hoc enim significasse videtur Ambrosius. Et subijcit idem Ambrosius, Semper enim erat apud patrem, fragrabat angelis, & archangelis tanquam intra vas cæli: Eructauit cor patris verbum bonum, fragrauit filius, spiritus sanctus exhalauit omnibus gentibus. Ad hoc conuiuium vocamur vnguenti effusi per omnes gentes. i. ad conuiuium corporis & sanguinis Christi, quod toto orbe terrarum effunditur, & fragrat cælesti odore, & diuino. Additque idem Ambros. Fragrauit Filius, & Spiritus sanctus exhalauit, per omnium corda diffusus, simul atque redempti sumus à Christo. ATHANAS. lib. vno de fide vnitatis & Trinitatis, vnguentum effusum Spiritum sanctum, quo vncti sumus, dicit esse, quem oleum exultationis dixerit Dauid. Et idem Athanasius de Spiritu sancto, interpretans illud Ioannis: Docet vos vnctio quam accepistis. subijcit: Vnctio quidem Spiritus sanctus est, ac signaculum quo vngit, & signat omnia verbum: vt in hoc conuiuio Christus vnguentum sit effusum (vt dictum est) cuius sanguis effusus est pro redemptione generis humani, & qui fragrat in ecclesia in omnibus nationibus, qui fragrabat anteà tantum beatis angelis in cælo, vt dixit B. Ambrosius, Et vnctionem dat,

C. i. spiritum sanctum, & spiritu sancto dat signaculum (vt inquit Athanasius) i. formam eiusdem Christi signantis, & dicitur idem mons Dei, & mons pinguis, & pinguedo oleæ apud Paulum ad Roman. cap. 12. sed de hac re latiùs alibi dicendum erit. Nunc hoc tantum dicam CYRILLVM li. 4. de spiritu & litera, dicere, pingues oleo vnctionis dicimur, Christi fidei suauissimo odore fragrantes, & pingues tanquam oleo omnimodę doctrinæ cælestis. Vndè ex hac vnctione olei exultationis, pingues dicimur. Quid enim aliud Christiani nomen sonat quàm pingues, & vnctos? Ad hoc ergo conuiuium pinguium, & vnguentorum vocat nos Deus in monte isto, hoc est, in ecclesia ad fidem Christi, ad doctrinam rerum cælestium, ad cōuiuium vnguenti effusi. i. corporis & sanguinis Christi, & ad spiritus sancti dona. *Sacra Eucharistia.* *Christiani vndè*

Conuiuium vindemiæ, videntur Lxx seniores reddidisse, conuiuium vini: quod de vino illo intelligunt omnes patres, quod est Christi sanguis, & Semarin vox Hebræa fæces significat, vnde vinum quod statim suprà fæces est, optimum esse prædicant, & preciosissimum, & hoc vinum significatum putantà Lxx senioribus, vt dicant conuiuium vini illius preciosi, quod in dolijs vinigenerosi in medio dolio, atque adeò iam propè fæces: suprà fæces est,

D quod preciosissimum esse solet. D. Hieronymus conuiuium vindemiæ nominauit illius vuę quæ pendens in ligno asportata est de terra promissionis, & pressa in torculari, quod Dominus calcauit solus. VATABL. vertit, conuiuium fæcium, quod lectio Hebræa id significet, quærendumque reliquit quomodo huic conuiuio conuenirent fæces. PAGNIN. quia parum conuenire videbat adhibere fæces ad conuiuium vertit: Vina defæcata, & certè vina defæcata, & purgata fæcibus seruis porrigi solent, non conuiuis lautis, nec vox Hebræa potest vllo modo significare vinum defæcatum, sed fæces ipsas, neque Rabbini vllum locum afferre possunt, vbi samarin, vina defæcata significet, nisi hunc de quo orta est controuersia, vt lectio Lxx seniorum & D. Hieronymi sit verissima, ea ratione qua dictum est. Tamen quoties hic propheta prænunciat mysteria redemptionis, & citat historias veteris legis, typos eius rei de qua agitur esse demonstrat, & quoties alludit ad cæremonias, ad vaticinia quæ præmonstrat, ostendit spectasse, quod mihi facere videtur hoc loco, nam vox Hebræa, semarin, scripta sine punctis, vt relicta est ab Esaia, quòd puncta parui mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Semarin quid?

menti sunt,etiam apud Rabinos,pro re,pro loco,& pro tempore mutantur,vt apud nos,occi- A
do,modò penultima longa,modo breui,pronunciatur, pro ratione sententiæ. Vox (inquam)
illa,semarin, quæ hoc loco est: est etiam Exodi cap.12.& significat festum agni paschalis,qui
typus fuit sacrosancti conuiuij, corporis & sanguinis Domini, quod notiùs est, quàm vt do-
cendum sit. Cùm eadem ergo vox sit in typo, & hic in veritate typi: agitur enim hic, vt do-
cuimus de Sacramento corporis & sanguinis Domini: cur non eodem modo explicemus?
Locus Exodi. cur non dicamus Dominum vocare quoque conuiuas ad conuiuium agni paschalis, vt
in euangelio, ad conuiuium vituli saginati? dices diuersam esse vocem hic & illic, quod hic
semarin, illic semurin legatur. Dixi iam hanc varietatem esse punctorum, quæ apponi so-
lent pro ratione sententiæ.eadem est scriptura,hic,& illic, vtrobique legere poteris semarin,
& semurin, vt idem verbum sit in typo, & in veritate. Vocantur ergo ad conuiuium agni pa-
schalis illius, qui tollit peccatum mundi, vt is agnus qui peccatum mundi tollit, huius con-
uiuij sit cibus,quo se cibo defraudant Iudæi miseri,& hæretici. Agè ergò,quando ostendimus
eandemvocem esse in typo,&in veritate,expẽdamus,quid hæc vox,semarin,vel semurin signi
ficet.pro eo quod Exodi.12.cap.est. Nox semurim,Lxx viri vertere nox custodiarum Domi- B
no, à Samar custodio, & intellexisse hunc locum videtur,vt explanat Rabi Selomoh,quia Do
minus custodiebat,&expectabat illam,vt quod pollicitus fuerat confirmaret,educendo illos
de terra Aegypti,& ita Lxx & Rabi Selomoh,nox custodiarum Domino,vel nox expectatio
nis Domino. Vide quàm manifestus typus sit illius loci euangelij? Desiderio desideraui man-
ducare hoc pascha vobiscum.Et illius Lucæ.12.Baptismo habeo baptizari:&,Quomodo coar
ctor donec perficiatur.Ergo,Samar est seruo,& obseruo,nox semurin,nox obseruationũ,nox
obseruata,& expectata à Domino vt nos redimeret,vt explanat Rabi Selomoh & Lxx. Rabi
Abraham explanat,Nox custodiarum Domino,à Samar custodio,& obseruo,eo quòd Domi
nus custodiuit illos sanguine illius agni à deuastatore. Quod si recipias hoc sanctissimum sa-
cramentum agni immaculati Christi, sacramentum redemptionis generis humani est,quo re
dempti sumus ex seruitute vastatoris. Vocamur ergo ad conuiuium quod desiderabat Domi-
nus nobis apponi,vel ad conuiuium redemptionis nostræ ex seruitute vastatoris,vel quòd pla- C
niùs est,& apertiùs samar,custodio est,siue saluo,samur,semurim,saluatus,redemptus,& nox
semurim nox redemptorum est,& est nox illa passionis Domini,qua redempti sumus,& con
uiuium semurim, conuiuium redemptorum est, conuiuium porrò redemptorum sanguine
Christi,conuiuium est corporis & sanguinis Christi.Quod si dicas noctem illam custodiæ di
ctam semurim, id est, noctem custodiæ, & obseruationis quod admonerentur ne dormirent
nocte illa,sed laudarent ac narrarent fortitudinem Domini, & quæ fecit cùm illos eduxit ex
AEgypto,vt explanant alij Rabini,quos secutus D.Hieron.reddidit nox obseruabilis Domi
no.i.nox gratiarum actionis.Iam hoc idem sonat hæc vox Eucharistia, quæ gratiarum actio-
nem significat,Cur autem hoc sanguinis & corporis Domini sacramentum Eucharistiæ.i. gra
tiarum actio dicatur,plurimis verbis docent scriptores.Nox ergo illa,gratiarum actionis est,
qua agnus paschalis sacrificabatur,vmbra nostri diei,quo agnus ille qui tollit peccatum mun
di in altari offertur: dies obseruabilis Domino, vt vertit D.Hieronymus: dies gratiarũ actio-
nis,dies lætitiæ,& exultationis Domino. Valet ergo hic Canon ille interpretandæ scripturæ,
cuius sæpè fecimus mentionem,cùm aliquod verbũ,aut aliqua oratio plura significat, omnia
illa spiritum sanctum voluisse significare,si ad id de quo agitur pertineant.Nam si nobis inge- D
nium suppetit vt illa intelligamus,effector & creator rerum omnium,& qui hominem fabri-
cauit,multò magis potuit illa,& his multò plura significare voluisse, cùm etiam homines gra
ues dicta dicere videamus,plures sensus significantia,sententiarum plena. Scribe ergo hãc vo
cem sine punctis,vt scriptum reliquit Esaias,& hæc omnia quæ diximus significabit.

Conuiuium pinguium medullatorum,pinguium interpretati sumus suprà.i.conuiuium vn
guentorum,de quo satis dictum est.Medullatorum idem est.i.hominum plenorũ vita,quod
vt Plato docet in Timæo,in medulla vita est animalium omnium, & ideo durissimis ossibus
tecta medulla est,quod illic bona pars vitæ sit sita,& ita pro vita poni arbitror, & hoc sanctis-
simum sacramentum eucharistiæ,vita est.Qui manducat ex hoc pane viuet in æternũ.Nã hoc
corpus mortuum est propter peccatum, & morti obnoxium, & corruptioni, sacrosanctum
Christi corpus, immortale nostrum corpus facit,mortem extinguit,si digne suspicias,aut spi-
ritaliter,aut sacramentaliter,vt mortuus reuiuiscas immortalis vltima resurrectione.Sed pro

medul-

A medullatorum Lxx seniores reddiderunt lætantium, quandoquidem vertere,Viuent in læti-
tia,מוח,& מוחה, eiusdẽ significationis sunt,& significãt etiã plaudere, vt dicas conuiuium vn
ctorum spiritu sancto,plaudentium manibus vt Psalm.48.flumina plaudent manu.i. Aposto
li,& fideles vbi& hoc idem verbum quod hoc loco est,& conuenit benè vt sit conuiuium fu-
turum plaudentium,qui cantare iubentur canticum nouum.

Conuiuium vindemiæ defęcatæ: De conuiuio vindemiæ dictum est. pro,defęcatę,Pagni-
nus reddidit,purgatę,& certè conuiuium illud purissimum est,& expurgat peccatorum sor-
deis.sed pro defæcatæ Hebræũ verbũ est quod posses vertere conflatorum, illorum inquã,
quos Malachias cap.3. Christum conflaturum esse prędixit his verbis: Sedebit conflans,&
emundans argentum,purgabit filios Leui:quem locum interpretans CYRILL.lib. de Spiritu,
& litera,cùm dicitur(inquit)sedere conflans,significat innouationem,& veteris legis abroga
tionẽ,& aliũ modũ cultus diuini,quod conflare idẽ sit quod vetera dissoluere, & noua forma
re. Hos ergo innouatos per Christũ, & reformatos per gratiã vocãdos ad hoc conuiuiũ dicit
B Esaias,quod verbum Hebræum, quod est cap.3. Malachiæ est etiam hoc loco,quod si illic D.
Hieronymus conflare vertit,& colare, quasi aurum,hoc verbum cur hoc loco verti non pos-
sit conuiuium conflatorum & colatorum,quasi aurum .i. reformatorum per gratiam spiritus
sancti,& regeneratorum per gratiam baptismi?Nam verbũ Hebræũ plura significat & vtriuf
que interpretationis author est D.Hier.quod argumentum est vtranque interpretationẽ esse
veram, cum alteram hic sit secutus,alteram apud Malachiam.

D. HIERONYMVS

Præcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos,& telam, quã orditus est super omnes nationes

LXX VIRI.

Trade hæc omnia gẽtibus, nam consilium hoc sup omnes gẽtes.

QVod prędicta Hierosolymorum & vrbium Iudęę omnium subuersio,& conflagratio,Iu
dæorum omnium vastitas est, & dubitari posset quos ergo vocat Dominus ad hoc tã
C lautum conuiuium, de quo tam multa diximus, si Iudæi sunt deleti quibus paratur hoc con-
uiuium tam opiparum?respondet huic obiectioni propheta,omnibus populis & omnibus na
tionibus parari hoc beatissimum conuiuium. Præcipitabit ergo Dominus faciem vinculi col
ligati super omnes populos, soluet vincula collo omnium populorũ Dominus in mõte isto,
in Christo redimet genus humanum & redemptis hoc erit conuiuium.Vinculũ ergo hoc col
ligatum super omnes populos & tela exorsa (vt ita dicã) super omnes nationes, quam nomi-
nat Esaias,est illud iugum super filios Adam de quo AVGVS.tomo 7. contra Pelagianos hy-
pognosticon li.5.in principio, vbi de iugo peccati, & de iugo Christi multa leges scripta diui-
nitus. Soluet ergo peccatum originale Dominus quod idem AVGVS. epistola 157.ad optatũ
vinculum appellat his verbis.Nemo nascitur ex Adam nisi vinculo delicti & damnationis ob
strictus.nemo indè liberatur nisi renascendo per Christum, quod aperte hoc loco propheta
ait.Nam mons varie in scriptura accipi solet:inter cætera mons Christus est,nam apud Danie
lem lapis ille Christus creuit in montem, mons ergo Christus est, & in isto monte captiui-
tatis Satanæ vincula soluuntur,in Christo .s.vndè ille alter in librum 3.regum cap.7. ædificata
D est ecclesia in monte in Domino,saluatore videlicet qui est mons ille Esaiæ in vertice montiũ
quod ipse de se dicit: Nõ potest ciuitas abscondi suprà mõtem posita,ipse enim est mons mõ
tium, qui de terra quidem per originem carnis assumptæ, sed omnium terrigenarum poten-
tiam ac sanctitatem singularis culmine dignitatis transcendit,in quo mõte ciuitas siue domus
Dñi structa est,quia nisi in illo radicẽ figat fides & spes nostra,nulla est. Ergo in monte isto no
bis captiuitatis vincula soluit Deus pater omnipotẽs,vndè vt docet IREN.li.5.ea libri distin.
ctione cuius initiũ est,Oia ergo recapitulãs,aduersus hæreses Valẽtini,qua die peccauit Adã,
passus est Christus.Iudæi hoc alio referũt vt leges apud Pagn.in dictione,luth,& alijs locis,&
apud Isid.Clariũ,qui quasi magnũ narrat nobis Iudęorũ fabulas.Nescio emvndè quibusdã ex
nostris hic incesit error,vt admirẽtur Iudæorũ deliria,& eorũ libris inhient,nec in memoriã
nobiscũ redeant cæcos esse Iudæos & cæcorũ duces. Vt autẽ intelligãt hũc huius loci sensum
esse. D.Hieron.sic hũc locũ explanat,ait hoc loco prophetaDominũ liberaturum omnes na-
tiones vinculis mortis quibus erant irretitę. THEODOR. idẽ sensit in commentarijs in hũc

locum. Non enim Deus, inquit, nouũ testamẽtum solis Iudæis præstitit, sed omnibus nationibus, quod hoc loco futurum propheta prænunciat. CYPRIAN. in expositione symboli innuisse putat Esaiam hoc loco, Iudæorum exclusionem & vocationem gentiũ his verbis quod autem his qui meditabantur legem à pueritia vsque ad senectutem non credentibus ad gentes hoc mysterium esse transferẽdum prædicit Esaias hoc modo. Trade hæc omnia gentibus; sic enim Lxx viri hunc locum reddidere. Idem sensit AMBROS. de vocatione gentium lib. 2. cap. 7. seu malis illud opus Beati Prosperi appellare. & EVSEB. de demonstratione euangelica lib. 2. cap. 32. & lib. 1. cap. postremo, vbi hunc locũ explanat mirabiliter. Vbi hæc inter nostros & Iudæos controuersia est, adsunt arbitri Lxx qui tribus seculis ante rem gestã dirimant hanc litem ne in suspicionem venire possent, qui diuino consilio non reddidere ad verbũ scripturam sed paraphrasi quadam in plerisque locis ne de sensu scripturę posset esse controuersia & pro toto hoc loco vertere metaphrasi quadam: Trade hæc omnia gentibus, nam consilium hoc super omnes gentes. i. trade hæc beneficia redemptionis & hæc conuiuia tam lauta nationibus, nam consilium hoc redemptionis super omnes gentes. Antiqua enim lex Israeli tãtum data est, gratia in Christo omnibus gentibus inquit Cyrillus. A B

D. HIERONYMVS

Præcipitauit mortem in sempiternum & auferet Dominus Deus lacrymã ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia Dominus loquutus est.

LXX VIRI.

Deuorabit mors præualens, & rursum abstulit Deus omnem lacrymam ab omni facie, opprobrium q; populi abstulit ab omni terra, nam os Domini loquutum est.

TRalationis D. Hieronymi perspicuus est sensus. Est enim idem qui superioris orationis, redemisse Dominum genus humanum, vicisse mortem: hoc enim significat, Præcipitabit mortem in sempiternum: Lxx viri aliquãto secus sunt interpretati, quod nomina Hebræa sunt indeclinabilia, & quod D. Hieronymus reddidit: Præcipitabit mortem, vt intelligeretur Dominus: Dominus præcipitauit mortem, vel absorpsit, quod verbum Hebræum בלע, bala absorbere, & deglutire significat, ipsi reddidere, præcipitauit vel absorpsit mors, vt intelligatur mors absorpsisse genus humanum. Postea verbum Hebræum, לנצח, in sempiternum significat. vt reddidit D. Hieronymus. Significat etiã fortis, præualẽs, victrix, quod, ל, articulus esse potest casus nominandi, & ita reddidere Lxx: Deuorabit mors, victrix vel præualens. Cætera eodem modo quo D. Hieronymus. Sensus est: Mors deuorauerat genus humanum, sed Deus rursum nos è media morte liberauit. THEODO. Mortui eramus, sed bonitate sua gubernans nostra, Dominus mortis vires soluit, cessare fecit lacrymas mortuorum, resurrectionis spem dedit, abstulit opprobria peccati. Et hęc ego (inquit) nó loquor à me, sed ipse per me loquitur omnium Dominus. Quibus verbis Theodoretus omnem hãc periodum explanat. CYRIL. commodissimè de resurrectione mortuorum sermo coniungitur tantis mysterijs, mors (inquit) mualuit contra primum parentem, & contra omnem sobolem, at in Christo vires amisit, tertia enim die reuixit calcata morte, & Christus factus est nobis resurrectio, abstulit lamenta, & lacrymas, abstulit opprobrium peccati. EVSEB. Cæsarien. lib. 4. cap. 12. hũc locum mirabiliter explanat plurimis verbis. IREN. lib. 5. Si mors (inquit) mortificauit, quare vita adueniens non viuificaret hominẽ? vt inquit Esaias, deuorabit mors potens, & rursus Deus abstulit omnẽ lacrymam. & ATHAN. de passione, & cruce Dñi lib. vno eodem modo etiã explanat. Videtur hunc locum citasse D. Ioannes Apocalyp. cap. 21. C D

D. HIERONYMVS.

Et dicent in die illa: Ecce Deus noster iste expectabimus eũ, & saluabit nos iste Dominus sustinuimus eum, exultabimus et lætabimur in salutẽ eius, quia requiescet manus Dñi in monte isto.

LXX VIRI.

Et dicent die illa: Ecce Deus noster in quo sperabamus, & exultabamus super salute nostra, & lætabimur quia requiem faciet Deus super montem hunc.

THEO-

A THEODOR. saluati per Christum cum videant sperata bona post hanc vitam, hoc cantico seruatori gratias agunt, hic inquiunt laborum fructus, lætitia sempiterna, beatitas, & voluptas nullo clausa fine. Hos ex móte hoc. i. ecclesia decerpim⁹ fructus verę religionis, hoc sacra Virgo suo cantico dicebat, Deposuit superbos de sede, exaltauit humiles. IREN. lib. 4. c. 22. interpretatur hunc locum etiam de vita beata, quemadmodum, & superiorem, his verbis: Sicut adueniente perfecto non alterum patrem videbimus, sed hunc, qué nunc videre concupiscimus, Beati enim mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt, itaneque alium Christum & Dei filium, sed hunc qui ex Maria natus est, vt ait Esaias: Ecce Dominus Deus noster, quod idem est cum illo Petri: Quẽ non videntes diligitis, videntes gaudebitis gaudio inenarrabili. Idem sentit ORIG. in Numerorum cap. 28. homilia 23. & TERTVLL. lib. de resurrectione carnis, & Diuus EPHREM lib. vno de compũctione cordis. ATHAN. lib. vno de incarnatione verbi, ad passionem Christi referre videtur his verbis: Ecce Deus noster, hic crucifixus. s. est, Deus noster, & creaturæ omnis, cuius morte salus omnibus quæsita est. vidẽtur verbà hęc explanari à D. Ioanne Apocalyp. cap. 7. agnus enim ille, ante cuius thronum stant tot sanctorum millia, qui abstergit omnem lacrymam, qui regit omnes, & educit omnes ad vitæ fontes aquarum, in cuius laudem fit ille angelorum, sanctorumque concẽtus. is idem est qui hoc loco à sanctis demonstratur apud Esaiam, in cuius laudem hanc, de qua loquimur, cantionem sancti recinunt. Id indè colligitur maxime quod penè eadem cantio est, eadem sententia, & quod hinc Ioannes citat verba Prophetæ Esaiæ, vt ostendat idem esse quod hic, & quod illic dicitur, aperiunt enim apostoli scripturarum sensa. Agnus ergo ille demonstratur apud Ioannem, & Agnus demonstratur hoc loco, & cætera congruunt hic, & illic. Agnus illic dicitur Deus, & hic. quod solus CYRILL. notat his verbis: cognoscetisque vere Deum esse, & ex Deo natura filium, etiam si in forma serui appareat, salutis omnium causa factus homo: veluti enim digito monstratur: Ecce Deus noster in quo sperauimus, vbi Cyrillus hunc locum refert ad Christi tempora, & præsignificari hoc loco putat agnoscendum Deum à fidelibus, & digito commonstrandum, Ecce Deus noster, quod fecit Ioannes Baptista, Ioannis cap. 1. quodque fecit Petrus: Tu es Christus filius Dei viui. Et Thomas, Domin⁹ meus, Deus meus. Et hoc quod Cyrillus adnotat, multo significantius est in Hebræa lectione, atque adeo in translatione D. Hieronymi. Cum enim de Christo loquatur vsque adhuc subiungit propheta: & dicét in die illa: Ecce Deus noster iste, vbi pronomen, iste, digito illum demonstrat (vt inquit Cyrillus) expectabimus eũ: quod Lxx dixere, in quo sperabamus: & saluabit nos, pro quo reddidere Lxx exultabimus in salute nostra. postea iste Dominus, Hebraicè est, iste Deus, vbi rursum digito demonstratur Christus, & appellatur Deus. Iam interpretatio Lxx virorum trunca est hoc loco: sustinuimus eũ, vel sperabimus in eo, vtrunq; eñ Hebraicè est, exultabimus, & lętabimur in salutari eius. i. quãdo sperauimus in eo exultabimus, & fruemur lętitia sempiterna, quia requiescet manus Domini in monte isto: vel (vt Hebræam lectionem vertere etiam ad verbum potes) Quia requiescere nos faciet Dominus super montem istum, super cælestem. s. Hierusalem, vel in ecclesia (vt interpretatur Cyrillus) Ait enim Dominus: Venite ad me omnes qui laboratis, ego reficiam vos. qua de re lege locum Augustini de quo suprà diximus, de iugo super filios Adam lib. 5. Hypognosticon. B C

D. HIERONYMVS.

Et tritumbitur Moab sub eo, sicut teruntur palea in plaustro, & extendet manus suas sub eo, sicut extẽdit natans ad natandum.

LXX VIRI.

Et conculcabitur Moabitis, quẽadmodum calcãt areas in curribus, & remittet manus suas, quemadmodũ ipse humiliauit vt perderet.

DIuus AMBROS. in 2. cap. epist. ad Romanos, in illa verba: Si autem tu Iudæus cognominaris, præscribit hunc canonem interpretandæ scripturę, vt quæ in historia completa non videas, & in veritate videas esse completa, typice dicta intelligas, dictumque de typo, quod in veritate complendum esset, quod idem ait in cap. 4. epistolæ ad Romanos, in illa verba, Quia reputata est fides Abrahæ ad iustitiam, qua de re multa suprà diximus ex Augustino, sic ille in Genesim lib. 3. in illa verba: Et alleuat omnem domum patris sui, &c. veruntamen Iacob (inquit) neque quando vidit Ioseph, illum adorauit, neque quando ab illo triticum accipiebat. Quo D

Universidad de Deusto
Biblioteca

piebat. Quomodo ergo somnium Ioseph impletum putabimus,& non potius maioris alicuius rei continere prophetiam? Iuxta hunc igitur canonem cum nullo vnquam tempore hæc Moabitis videamus euenisse, præcipue iuxta tralationem Lxx virorum (vt ait CYRIL.& fatentur omnes fere) reliquum est vt intelligamus esse typum, non in typo, sed in veritate complendum,& more scripturarum iuxta canonem præscriptum à TERTVLL. in lib. de spectaculis (de quo supra diximus) quod specialiter de vno aliquo dictum est, generaliter dictum intelligamus. Vt cum Israelitas admonet, omnes admonet: cum Aegypto minatur, omni genti peccatrici minatur. Sic quæ de Moabitis persecutoribus ecclesiæ, vaticinatur propheta, de omnibus persecutoribus ecclesiæ intelligas. Triturabitur ergo Moab sub eo, vel sub se, (vt Hebraicè est) Sicut teruntur paleæ in plaustro. i. vincentur idolatræ Moabitæ, superante ecclesia, sic eos conculcante ecclesia, vt conculcatur area curribus, & tribulis, quod factum videmus, ruere enim idola, contrita sunt,& confracta simulacra Dæmonum, populus gentium proscissus aratro apostolorum est, & tritura factus plaustrorum & tribulorum apostolorũ, conditus in horrea ecclesiæ est. Vtitur enim Esaias hac metaphora frequentissimè. Sic B hunc locum fermè interpretatur Cyrillus. Quod autem ait: Extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natãdum eodem spectat, nam cecidit ad pedes apostolorũ populus Moab & fidem recepit inter primos: hoc autem Lxx dixere, Remittet manus suas, quemadmodum ipse humiliauit vt perderet. i. quemadmodum ipse populus infidelis humiliauit sanctos martyres, vt perderet. i. vt iugularet,& omnibus cruciamẽtis afficeret ita ipse remittet manus suas viribus solutas scilicet: & quemadmodum persequebatur fideleis, ita populus fidelis persequetur idolatras,& eos pœna coercebit: qua de re multa diximus ex AVGVS. & alijs in illa verba cap. 2. Et introibunt in speluncas petrarum. & lectio Hebræa vtrunq; significare potest, quę est: כַּאֲשֶׁר, sicut יִפְרשׂ, extendit (vt vertit D. Hieronymus) siue extensus est, vt reddidere Lxx viri, quod varijs punctis actiue,& passiuè accipi possit: & in illa verba cap. 1. Super quo percutiam vos? ostendimus authoritate D. Hieronymi & Rabi Kimhi, verba in scriptura posse explanari actiue, & passiue, pro re, & pro loco: הִשְׁתַּחֲוֹת, natãs (vt reddit D. Hieronymus) vel incuruans, aut adorans: nam & hoc quoque significat לְשַׁחוֹת, ad natandum (vt reddit Hieronymus) vel ad adorãdum (vt Lxx) vt possit verti totus hic locus: Extendet manus suas C in medio sui, sicut extensus incuruans, aut adorans ad adorandum. Quod Lxx dixere: Remittet manus suas Moab. i. extendet quemadmodum ipse humiliauerat Christianos incuruãs eos ad adorandum, pro quo dixere, quemadmodum humiliauerat ipsos vt perderet, nam cogens adorare idola perdebat illos. Potest etiam habere hunc sensum: Quemadmodum populus fidelis à Moabitis est extractus vi,& coactus adorare idola, ita ipse populus Moabitarũ extẽdet manus suas,& adorabit Dũm & remittet manus & arma, nec persequetur ecclesiam.

D. HIERONYMVS.

Et humiliauit gloriam eius cum allisione manuum eius.

LXX VIRI.

Humiliauit superbiam eius, vel (iniuriã eius) super quæ (vel ad quæ) manus iniecit.

IDem est sensus horum verborum, qui superioris orationis: humiliaturũ Dominũ Moab,& gloriam,& superbiam eius: & allisurum illius manus. i. fracturum potentiam illius quod factum videmus: victi enim sunt idolatræ, & fracta eorum potentia. Lectio Hebręa ad D verbum verti potest etiam: Cadere faciet,& humiliabit Dominus iniuriam populi huius infidelis, עִם אֲרֻבּוֹת, cum insidijs, יָדָיו, manus eius. pro quo dixere Lxx, cum ijs, ad quæ adijciebant manus cum insidijs,& operibus, quę aduersum ecclesiam moliebantur.

D. HIERONYMVS

Et munimenta murorum sublimiũ tuorum concident, humiliabũtur,& detrahentur in terram vsque ad puluerem.

LXX VIRI.

Et altitudinem refugij domus tuę humiliabit, & descendet vsque ad pauimentum.

EOdem sensu Lxx hæc vertere, quanquam significantior,& magis consentiẽs cum lectione Hebræa est lectio D. Hieronymi. sensus est, Deijciet Dominus arceis infidelium, vt ecclesiam ædificet toto orbe, quod & fecit. Satis plana sunt omnia, humiliauit Dominus munimenta mu

A menta murorum. i. muros munitissimos: Altitudinem refugij: arceis altissimas, quo refugiebas. Et descendet, i. descendere faciet: forma dicendi vsitatissima Græcis. vsq; ad pauimentũ, vsque ad terrã ruere faciet infidelium domus, vt serat toto orbe ecclesiam.

IN ESAIAE CAP. XXVI.

DEscribitur hoc caput ecclesia, cuius murus dicitur Iesus Dominus, & Iudææ vastitas & causa cur vastata sit Iudæa, quod in Christum immane illud admiserit nefas: & Christi exaltatio,& mortuorum resurrectio.

D. HIERONYMVS.

In die illa cantabitur canticum istud in terra Iudà, vrbs fortitudinis nostræ, saluator ponetur murus, & antemurale.

LXX VIRI.

In die illa cantabunt canticũ istud in terra Iuda, dicentes: Ecce ciuitas fortis,& salutare nostrũ, ponet murum,& antemurale.

CYRILL. sensum huius loci ait esse, post prædictum Christi aduentum, & conuiuiũ illud lautum appositum gentibus, corporis,& sanguinis Christi, post conculcatam Moabitidẽ regionem. i. post sublatũ cultum idolorum, deletosque Iudæos, cantant fideles Deo canticũ nouum, & dicunt, Ecce Dominus noster Iesus Christus, ciuitas munita,& salus nostra. i. qui vere ciuitas munita est,& salus nostra, vbi habitamus erepti diaboli tyrannide. Vbi Cyrillus duplicem huius loci sensum esse putat, vel vt Iesus dicatur ciuitas nostra munitissima (vt dicitur apud Hieremiam cap. 1.) vel vt intelligamus, Ecce ciuitas nostra. i. ecclesia, cui Iesus ponet murũ & antemurale. PROCO. Hic (inquit) Iesus Dominus dicitur vrbs fortitudinis, vel vrbs fortis nobis, nam vrbs terrena Hierusalem, quæ toties ab hostibus est capta, fortis non erat, supera Hierusalem fortis est: & salutare. i. ipsum salutare nostrum vel quod Hebræa præ C fert lectio, ipse Iesus: ipse enim Dominus Iesus beatorum murus est,& murus,& circummurale. Quibus verbis Procop. docet,& vere docet Hebræam lectionem verti potuisse: vrbs fortis nobis Iesus, ponet murum,& antemurale, vt Iesus dicatur vrbs nostra,& cælestis Hierusalem quæ mater nostra est. i. visio pacis, Iesus enim est visio pacis, neque alia visio pacis esse potest quam Deus: idem significat salutare,& saluator in literis euangelicis quod Iesus, vt eadem sit versio D. Hieronymi & Lxx cũ lectione Hebræa. Lxx addidere de suo illud aduerbiũ, ecce, vt digito cómonstrarẽt Iesum,& diceret: Ecce saluator, vrbs fortitudinis nostrę. i. qui est vrbs fortitudinis nostræ. Potest etiã esse sensus, vt ait Cyrill. ille quẽ vult D. Hieron. Ecce ecclesia vrbs fortitudinis nostræ, saluator, siue Iesus, ponetur in ea murus,& antemurale, vel ponet in ea murũ,& antemurale. D. Hieron. addidit duas voces illas, in ea ponet murũ,& antemurale. i. murũ,& fossas in gẽtes: est enim ecclesia gemino munita muro (vt inquit Cyril.) sanctorũ angelorũ præsidio,& Dei adiutorio: vel vt Orig. inquit in CãticaCanticorũ: hic Iesus qui ciuitas nostra est fortis, supera. s. Hierusalẽ, supera visio pacis, ponet pro muro, & antemurali nobis tot mysteria futuri sæculi, tot arcana vitæ beatæ quę patefaciet, vt nulla res ab eo nos queat di-
D mouere, ne illecebris vincamur vitiorum, ne auocemur rerũ humanarum cupiditate, ne laboribus defatigemur. Iudaizantes, ad terrenã Hierusalem hæc referre conãtur, quos refellit Procop. quod capta sæpè sit,& nunc iaceat, nũquam instaurãda. Quomodo ergo vrbs fortis dicitur, cui præstruxerit Dominus murũ & antemurale? Valet ergo semper Hilarij canon ille, in scriptura aliquid poni semper ab spiritu sancto, ne quæ de Christo dicũtur, ad res terrenas referamus. Iacet terrena Hierusalẽ mille quingẽtis ante annis, vt vrbs fortis, cui Dominus ponet murum,& antemurale, alia sit intelligenda. Sed mirari satis non possum Iudaizãtium peruicaciam, qui hoc nomen sanctissimũ, Iesus, quod Hebraicè est, quodque trecentis annis ante crucem Domini Lxx uertere salutare Dei, siue saluatorẽ, quod D. Hieronymus est secutus, & ita nominauere vt litteræ euãgelicę & Apostolicę, Christum appellant, ipsi semper cũ inuidia singulari, reddãt salutem, quod nomen quanquã idem significet, tamen facile arguit Iudęorũ impietatem. Dolet illis hoc nomẽ nominare, atqui Lxx viri ita sunt interpretati, cum nondũ declaratũ erat ab Angelo hoc nomen esse, quo nominandus esset puer natus è virgine. Et quidã è

Iesus appellatur vrbs Hierusalẽ cælestis.

nostris

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostris audent Iudęos sequi potius quam D.Hieronymum & Lxx viros,postquam declaratũ A
ab Angelo est,Iesum, propriũ nomẽ esse Emanuelis. יְשׁוּעָה, aiunt finitur, ה, & fœmininum
nomen est & reddi potius debet salus: homines ridiculos.Quid? Lxx viri qui vertunt genere
masculino hoc nomen frequentissimè, & pro saluatore accipiunt, nati Iudæi, & doctissimi
suæ tempestatis,rem vulgatissimam ignorarunt?nomina finita,ה,litera fœminina esse,nesciebat D.Hieronymus, quod vel pueri sciũt, qui frequentissimè hoc nomen vertit saluatorem?
Sed vt ridiculus esset qui,quod apud nos finita,a,sunt fœminina,Nasicam,& Galbam,& Neruam, fœminina esse cõtenderes? an dicent יְהוָה, nomẽ Dei tetragrammatõ quod finitur, ה,
fœmininum esse? mitto dicere quod in thesauro Pagnini in dictione שלא, & in dictione, שׁיל,
reperies docere Rabinos quædam nomina finita,ה,masculina esse,neque solum virorum pro
pria.Recte ergo Procopius. Cyrillus & Euseb.monent vbicunq; est saluator,aut salutare Dei,
Hebraicè esse Iesum,Cur ergo vt Hieronymũ suũ nomẽ appellamus,& Augustinũ,Iesum no
strũ,non suo nomine dicemus in Prophetis?ad huc victos,& profligatos Iudæos timebimus? B

D. HIERONYMVS. LXX VRI.

Aperite portas, ingredietur gens iusta custodiens veritatem.

Aperite portas ingredietur populus custodiens iustitiã,& custodiens veritatem.

CYRILL. hoc loco putat significari, præcipi Apostolis & euangelistis, vt patefaciant aditũ gentibus ad fidem, intromittant populum fidelem in ecclesiam,qui custodiat Iustitiam,& veritatem:Idem tamen CYRILL.lib.vltimo in Genesim in fine,sic explanat vt sint verba hæc Domini ad Angelos sanctissimos vt per planã, expeditamque viam ad supera domicilia deducant Christi affectas. Iubet enim vt intret populus, qui Christi fidem recepit ad illã visionem pacis,intrat tamen ita si custodit iustitiam & veritatem.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Aperite portas ingredietur gens iusta custodiẽs veritatem, vetus error abijt seruabis pacem, pacem quia in te speruimus.

Aperite portas ingrediatur populus custodiens iustitiã,& custodiens C
veritatem,& apprehendens veritatem,& custodiens pacem, quia in te sperauimus vsq; in sempiternũ.

PRiora illa verba iam sumus interpretati ex Cyrillo,deindè iuxta tralationem D.Hieronymi nouæ sententiæ initium est. Vetus error abijt,pro quo Hebraicè est יצר סמון, quod potes reddere:Desiderium stabile quod יֵצֶר, inter alia desyderare significat.& סָמַךְ, fulcire, stabilire,vndè יצר סמון, desyderium stabilitũ
i.completę sunt nostræ spes de aduentu Christi,venit iam Christus.Potest etiam verti cogitatio stabilis quod יצר, cogitare significet vnde nomen יצר, cogitatio.i. iam quod cogitabamus stabilitum est de aduentu Christi.Est etiã יָצַר, fictio commẽtum à יצר, fingo & sic vertit Symmachus quem secutus est D.Hieronymus. Fictio igitur siue error,aut commẽtum stabilitum est.i.illud quod dicebãt infideles figmentũ & errorẽ nostrũ,quod sperabamus Christũ, iã stabilitũ est,iam re est completum,ne quis errorem post hac audeat dicere. vndè B.Hiero.vertit, D
vetus error abijt, sensum reddens non verba.i. iam non dicetur error,postquam venit Christus,Hebraicè inquam est iuxta Symmachi interpretationem,Vetus error constabilitus est.i. consecutus est suum finem noster ille error quem putabant infideles, euasit enim in exactissimam veritatẽ. D.Hieronymus dixit: Abijt.i.iam non dicetur error quando re ipsa quod dicebamus completum est.docet enim in commentarijs hunc locum verti posse alijs modis, vt diximus. Lxx viri longè secus hæc intellexere:putarunt enim hæc omnia esse vnius sententiæ cum superioribus & esse omnia verba Dei patris ad angelos, vt deducant ad superas sedes populũ fidelem vt interpretatur Cyrillus, quod superiore commentario dictũ est,& iuxta tralationẽ Lxx describitur populus sanctus,qualis sit. Verba autẽ illa יצר סמון, interpretati sunt cogitans stabile,faciũt enim illud יצר,participiũ vt dicatur de populo Dei illud Pauli:Quę sursum sunt sapite,nõ quę super terrã.Populus ergo ille qui deduci iubetur ad domos superas cogitãs stabile est.i.id quod est stabile & æternũ, pro quo Lxx reddidere apprehendẽs veritatẽ quod etiã philosophi æterna appellant vera:hæc terrena, fallacia, mendacia, caduca, fugacia.

D.HIE-

A

D. HIERONYMVS. LXX. VIRI.

Sperastis in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

Deus magnus æternus.

HOc loco interpretatio Lxx virorum trunca est & mutila.Videtur autem Dei esse verba qualia apud Matthæum cap.25.reddentis caussam quare inducat bonos in æterna tabernacula,quia sperastis in Domino,&c.qualia illa, Esuriui dedistis mihi manducare. Potest autẽ verti lectio Hebræa sic,vt videantur verba beatorum inductorum in æterna tabernacula, quibus nos exhortentur ad cõsequendã similem mercedẽ.Nã potest verti lectio Hebræa, sperastis, & sperate:vt sit, sperate in Deo in sæculis æternis,in Dño Deo forti in perpetuũ.Est enim lectio Hebræa, בִּטְחוּ sperate בַּיהוָה in Deo, עַדֵי עַד, vsque in æternũ, vel in sæculis æternis. spe
rate in Deo vsque in æternũ כִּי בְיָהּ יְהוָה, quoniã in Deo Dei, vel in Deo de Deo, subaudi sperabitis.Dixi enim suprà reperiri hãc geminationem in scriptura frequẽtissimè יְהוָה, Deus
B Deus,pro qua D.Hieronymus reddit in Domino Deo. Sed cum CLEM. Alexandrinus præscribat hunc Canonem(quod suprà diximus)interpretandæ scripturæ, traditum per manus à maioribus,vt ad lucem euangelij vetus testamentum explicetur,ita vt vetus testamentum respondeat semper nouo:quoties hanc geminationẽ reperio, interpretandum puto, non Deus Deus,sed Deus Dei,subaudi filius,vel Deus de Deo,quod Hebræa nomina sunt indeclinabilia & quo velis casu reddi possunt.Iudæi multa nugantur de hac repetitione,frigida,cassa,futilia, quædam etiam ex illis,quæ Iudæi dicunt,placent quibusdam ecclesiæ catholicæ luminibus, factam esse hanc repetitionem quod יהּ,inuisibilem esse significet, יְהוָה, ineffabilẽ, quid tum? fac ita esse,vtrunque tamen nomen significat Deum,siue habeat hanc, siue illam originationẽ: dixerit ne quisquã homo vir fecit hoc,aut mulier fœmina adest? quod hæc nomina diuersas habeant etymologias? Quid?quod vtrunque nomen siue, יהּ siue יְהוָה, ãb היה.i. sum deflectitur vno eodẽque verbo.quod Deus sit pelagus essendi (quod nostri aiunt, mutuati opinor ex Aristotele.1.libro de cælo)quodque ipse Dominus nos docet.Ego sum,inquiens, qui sum :Et
C qui est misit te.Aristoteles loco citato nominat ἀΐδιον.& dictũ putat quasi ἀΐδιον,semper entẽ, & principium omnis essentiæ,hoc sensu,quod det esse rebus omnibus,nec aliam horum nominum originationem Hebræorum quisquam esse ostendet. Nunquam igitur probabilem vllam rationem dicent, cur in sacris literis hæc geminatio fiat, Quoniam in Deo deo sperabitis, nisi ad lucem euangelij vertant, quoniam in Deo Dei sperabitis. i. in Deo Dei filio,vel,quoniam in Deo de Deo sperabitis. aut sic vertant vt D.Hieronymus, Quoniam in Domino Deo,&c.Sed scias oportet,pro eo quod D.Hieronymus reddidit. In Domino Deo, Hebraicè esse,in Deo Deo,siue in Deo Dei,vel in Deo de Deo. His enim modis omnibus Hebræam lectionem reddes.Mihi magis placet quod cum cantione ecclesiastica cõsentit, Deũ de Deo,lumen de lumine,Deum verum de Deo vero.Ergo si sic vertas. Sperate in Deo vsque in sempiternum quoniam in Deo de Deo,subaudi sperabitis. videtur esse vox talis, qualis illa æterni patris.Hic est filius meus dilectus ipsum audite,quod ab initio capitis de Iesu Domino sermo est,qui hoc fine clauditur, sperate in Deo. i. in Christo qui Deus est vsque in sempiternum sperate in eo, quoniam in Deo de Deo sperabitis si in Christo speratis, qui est Deus
D de Deo,lumen de lumine, Deus verus, de Deo vero.Et infra dicendum est, sic hæc explanari à sanctis patribus.Quod D.Hieron.reddidit,Forti in perpetuũ, Hebraicè est צורעלמים, petra seculorum siue æternitatum:Hebræi nos docent petram poni pro robore & inconcussa stabilitate,ducta metaphora à montium scopulis qui nulla vi cõuelli possunt, & ideo Hebræi pro petra,interpretantur fortem,quæ sunt omnia optimè dicta. Vocum nanque interpretationes sancti docent à Iudæis esse petendas,quanquam in his quoque nos sæpè conantur Iudos facere.Optime ergo D.Hieronymus reddidit, forti in perpetuum. Scias tamen Hebraicè esse pro, forti in perpetuum,petra æternitatum.& in litteris euangelicis Christus dicitur petra, & conuenit bene vt hoc loco dicatur Deus de Deo & petra æternitatum,petra illa quæ apud Danielem abscissa de monte creuit in montẽm magnũ æternum, & in litteris propheticis Deus frequentissimè צור dicitur.i.petra vt de Christo intelligendum esse videatur. in hac enim petra ædificata est ecclesia aduersum quã portæ inferorũ nõ prævalebũt, quia ædificata est in petra æternitatum,& in hac petra à Domino iubemur in litteris euangelicis nostras ædificare domos,non in arena,petra autem hæc & lapis angularis,est Christus.Ergo si est canon scripturæ

vt vetus

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt vetus testamentum concordet nouo semper, quod in litteris euangelicis frequenter Christus petra dicitur, scias Deum in veteri testamento multo frequentius petram nominari. A

D. HIERONYMVS.

Quia incuruauit habitantes in excelso, ciuitatem sublimem humiliauit, humiliauit eã vsque ad terram, detrahet eam vsque ad puluerem, conculcabit eam pes pauperis, gressus egenorũ.

LXX VIRI.

Qui humilians deduxit habitantes in excelso, ciuitates munitas destrues, & educes usque ad pauimẽtum, & conculcabũt eas pedes mã suetorum, & humilium gressus.

POst vaticinia temporum Christi, prædicitur vastitas Hierosolymorũ, & vrbium Iudææ, quod sat apertè interpretantur Lxx viri. Quia incuruauit habitãtes in excelso, quod Lxx viri dixere: Humilians deduxit habitantes in excelso, Hierosolymitas. I. nam vrbs Hierosolyma sita erat in quatuor collibus editissimis (vt dictum est) Deduxit ergo illos ex illis collibus editissimis, Romanorum armis & diruit vrbem sublimem, in sublimi loco sitam, & excellam multis turribus munitissimis. Quãquam Lxx seniores hoc secũdum ad reliquas vrbes Iudææ retulerunt, quas imperatores Romani post crucem Domini subuertere. Singularem itaq; numerum pro plurali positum significant, cum verba illa, Ciuitatem sublimem humiliauit, interpretantur ciuitates munitas destrues. Repetitum est enim centies ex Dione in vita Adriani quinquaginta munitissimas vrbes Iudææ sub Adriano fuisse deletas, et vicos nobilissimos nõ gẽtos octoginta quinque. Sic D. Hieronymus hæc explanat. Quod autẽ sequitur. Cõculcabit eam pes pauperis: ad tempora Apostolorũ referendum videtur, nam de Christo hic locus intelligi non potest, quod deleta vrbs Hierosolyma describitur. Vt enim dictũ est suprain cap. 1. annos. 42. expectauit Dominus Iudæos post crucem Christi, dum resipiscerent, Iudæi vero in dies magis magisque blasphemabant Christi nomen, persequebantur fideles immanissimè, legatos mittebant in omnes partes orbis terrarum ad Iudæos toto orbe dispersos, cõtra Christum, & fideles, vt docerent eos conuiciari Christo, & prædicationi Apostolorum obsistere, concitarent turbas, & tumultus aduersus Apostolos, vt ex Actis Apostolorum intelligitur, & vt IVST. Philosophus martyr scribit dialogo aduersus Tryphonem Iudæum. Necesse fuit eijcere ancillam, & filium eius. i. synagogam, & populum eius, & ita subuersa est vniuersa Iudæa, deleti Iudæi omnes, residui dispersi sunt in omnes terras, vt pateret vniuersus orbis prædicationi Apostolorum. Nam illud fuisse typum huius rei, declarat Paulus ad Galat. cap. 4. sicut enim is qui secundum carnem natus erat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita, & nunc Israel. I. secundum carnem. i. Iudæorum populus infidelis persequitur Israel secundum spiritum, fideles ipsos. Planum est enim hæc omnia subintelligi. Deindè subijcit Paulus Sed quid dicit scriptura? eijce ancillã, & filium eius. Eijciẽda ergo erat ancilla. i. synagoga, & filius eius populus eius, & patefaciendus erat orbis euangelij prædicationi, & ita redactus orbis fuit sub imperiũ vnius Imperatoris Augusti, vt nullus locus esset Apostolis innaccessus vt docet EVSEB. de præparatione euãgel. lib. 1. cap. 1. ORIG. lib. 2. cõtra Celsum. CHRYS. tom. 5. in demonstratione quod Christus sit Deus. Ergo, Cõculcabit eam pes pauperis, interpretãtur Lxx. i. pedes mansuetorũ, Apostolorum. I. qui mansueti vocãtur in scriptura: & egeni qui reliquere omnia, vt sequerentur Christum, conculcabunt eas vrbes Iudææ. i. calcabũt eas, & peragrabũt vniuersam Iudæam, pulsis indè Iudæis, & nationibus, quæ illas colebant, prædicabunt euangelium libere, nullo prohibente, redditur enim causa cur sit subuersa Iudæa quod erat inaccessa prius Apostolis, nec poterãt prædicare euangeliũ nationibus, quæ erãt Iudęis intermixtæ, deleti sunt Iudæi, vt libere apostoli hæc loca, & alia omnia possent peragrare B C D

D. HIERONYMVS.

Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.

LXX VIRI.

Via iustorum recta facta est, & præparata via iustorum.

LEctio Hebræa ad verbum sic reddi potest, Semita iusti recta, & rectum callem iusti ad libellam ponderabis: & ponderare ad libellam rectum callem, est perfectissimum facere ad amussim, & significat perfectionem euangelij, quæ benè dicitur ad libellam ponderata sublatis ho-

A blatis hostibus, sublãtis hostibus nanq;, & amota diaboli tyrannide, data gratia, & sacramentis nouæ legis datis expeditissima via Domini est, vt ait Cyrillus.

D. HIERONYMVS.

In semita iudiciorũ tuorũ. Dñe sustinuimus te.

LXX VIRI.

Nam via Domini iudiciũ.

HOc loco translatio D. Hieron. & Lxx differunt: vtraq; tamen consentit cum literis Hebraicis, & euangelicis. Hinc tamen diśidium natum, quòd nomina Hebræa sunt indeclinabilia, & verba illa Hebræa אֹרַח מִשְׁפָּטֶיךָ i. Certè semita, seu via iudicia tua, reddi possunt: Certè semita iudicia tua, vt reddidere Lxx, qui hunc locũ vertere: Via Domini iudicium, i. via Domini vera euangeliũ est. Nam iudicium pro euangelio accipi dicendũ est pluribus in cap. 42. Potest etiam reddi lectio Hebræa: Nam in semita iudiciorũ tuorũ, quòd nomina Hebræa sunt indeclinabilia, & sic reddidit D. Hieron. & coniunxit cum sequentibus, fecit enim vnius sententiæ hæc omnia: In semita iudiciorũ tuorum Dñe sustinuimus te. i. in lege euangelica speramus in te Domine. Sic enim est explanandus hic lõcus ex lectione Hebræa, quod pro sustinuimus, Hebraicè est, speruimus. B

D. HIERONYMVS.

Nomẽ tuũ, et memoriale tuũ in desiderio ani, ania mea desiderauit te in nocte.

LXX VIRI.

Sperauim⁹ in nomine tuo, & in memoria quã desiderabat anima mea

DIuo Hieronymo necesse fuit sequi distinctionem Hebræorũ codicum, qui ea tempesta te circunferebantur. Et ideo eius interpretatio hoc solo distat à translatione Lxx virorum, quòd varias distinctiones lectionis Hebrææ sequuntur. Iã D. Hieronymus fecerat vnius sententiæ totum illud: In semita iudiciorum tuorũ Dñe sustinuimus te, vel, speruimus in te. Nunc alterius sententiæ facit hæc quæ sequuntur: Nomen tuũ, & memoriale tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderauit te in nocte. i. tu spes nostra, & meminisse tui nostra fœlicitas est: tu desideriũ animæ nostræ es. Anima mea desiderauit te in nocte. i. ante incarnationem etiã, vt interpretatur THEOD. iuxta illud Pauli: Nox præcesit, dies autem appropinquauit. Lxx aliter distinguunt, eadẽ tamen sententia: faciunt enim sententiæ initiũ illud verbũ, sustinuimus, vel speruimus in te. Reddidere eñ, Speruimus in nomine tuo, & in memoria, quam desiderabat anima mea. i. tu es spes nostra, & desideriũ animæ nostræ. Omittunt Lxx duas voculas, quod videntur geminatæ, qua de re dictum est in disputatione de translationibus. C

D. HIERONYMVS.

Sed in spiritu meo, in præcordijs meis de manè vigilabo ad te.

LXX VIRI.

De nocte diluculat spiritus meus ad te Deus.

THEOD. Noctem, inquit, nominat tempus ante incarnationẽ Domini, manè propheticã cognitionẽ. Dies enim dicitur oriens cognitionis diuinæ, ipse enim Dñs lumen verũ, & sol iustitię nominatur, cuius ortus, & splendor in animis nostris dies dicitur, ipsa scilicet Christi cognitio. Putat itaq; Theodor. huius loci sensum esse, prophetam in nocte, hoc est, in tempore ante Dñi aduentum vidisse lucẽ, & diem, vidisse diuina mysteria, & lucem euãgelicam: vt sit: Anima mea desiderauit ad te in nocte. i, ante aduentum te optabat, sed manè. i. cognitione prophetica: In spiritu meo, & in præcordijs meis diluculabo ad te: Sic enim Hebræa & Græca vox est vertenda. i. tuum diem videbo. PROC. videtur intellexisse, cùm suprà multa dixerit de aduentu Dñi hic dicere illud D. Pauli ad Rom. 3. Nox præcesit, dies autẽ appropinquauit. vt sit, anima mea desiderauit ad te in nocte. i. ante aduentum Domini, sed in spiritu meo & in præcordijs meis, hoc est tota mente atq; animo, mane. i. in Christi aduentu, diluculabo, ero in diluculo, & in die ad te conuersus. Sed hoc quoq; aliter dispungunt Lxx, nã illud: In nocte, quod D. Hieron. fecerat finem superioris sententiæ, fecere ipsi initiũ orationis, & vertere, de nocte diluculat spiritus meus ad te Deus. i. etiã ante Christi aduentũ, cùm oborta caligo hominũ animis est, mihi illuxerit diluculũ, video Christi aduentũ appropinquare, illustratus tuo lumine. Hic locus citatur Aquisgranensi concilio iuxta tralationem Lxx, cap. 130. & refertur ad vigilias, vt probetur antiquitas vigiliarum. & citatur ex ISIDORO lib. 1. de offic. cap. 22. D

Hebraicè verò est אֲשַׁחֲרֶךָּ .i.manicabo (vt sic loquar) manè surgam; de nocte surgã diluculo, quod nihil aliud esse videtur, quàm relicta nocte, illucescente iam diluculò, surgam ad te Domine. quod idem est cum illo: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum. CYRIL. de spiritu & litera lib. 3. Nox in literis sacris dicitur omne tempus ante Christi aduentũ, cùm sub tyranno satana orbis erat, & cùm ignorantię caligo imminebat orbi. Dies dicitur Christi tempus, quo lumen cæleste terris illuxit, & tenebras dispulit ignorantiæ, cùm iustitiæ sol hominũ corda illustrauit, & citat locum Pauli supradictum. A

D. HIERONYMVS.

Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores terræ.

LXX VIRI.

Quia lux præcepta tua super terrã, iustitiã discite habitantes in terra.

VTraq; interpretatio, quanquã inter se discrepare videantur, consentit cum lectione Hebræa. Nam lectio Hebræa est כִּי־בָאֲשָׁה , quæ verba vertere potes, Quoniam simulatque, & ita reddidit D. Hieron. Quoniam simulatque iudicia tua super terram, & subaudiuit verbũ, feceris, simulatque feceris iudicia tua super terram, simulatq; promulgaueris euangelium, iustitiam discent habitatores terræ .i. credet vniuersus orbis, quod & factum est. Potes etiã vertere verba illa Hebræa: Quoniam sic, vel, quoniã, eodẽ modo, & ita reddidere Lxx: Quia eodẽ modo, vel quia sic, iudicia tua terræ, vt diluculũ. s. dixerat enim suprà: Diluculò surgam ad te. & subijcit: Quia sic, quia eodẽ modo, vt diluculũ. s. sunt præcepta tua super terrã, hoc est, lux euangelica, vt interpretatur CYRIL. est super terrã vt serenus & purus dies, cum sol iustitiæ Christus, terris illuxit, discussa iam nocte. i. diaboli tyrannide per Christi aduentum. Pro hoc ergo dixere Lxx, Quia lux præcepta tua super terram. Iustitiam discent, Hebraicè est לִמְּדוּ־, discent, vt reddidit D. Hieron. vel discite. si alia adpingas puncta, & sic reddidere Lxx: Discite iustitiam habitatores orbis, quando lux euangelica vobis data est. THEOD. Soluta diaboli tyrannide per aduentum Christi, facilis ascensus ad culmen virtutis factus est. PROCO. vocat hoc loco omnes ad euangelicam lucem & iustitiã, quòd præceptor & doctor Christus adest, approperate ergo ad discendam iustitiam: hoc enim significabat illud: Erunt omnes docibiles Dei. Sic quoque CYRIL. explanat. Nam D. Hieronymus omnibus ad manum est. Hic locus citatur etiam in concilio Aquisgranensi cap. 130. iuxta tralationem Lxx. B C

D. HIERONYMVS.

Misereamur impio, et nõ discet iustitiã facere, in terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Dei.

LXX VIRI

Cessauit enim impius, non didicit iustitiam super terram, veritatem non faciet.

MVlta loca translationis Lxx, quod planè Christũ sonarent, sunt vitiata à Iudæis, vt docet IVST. in dialog. aduersus Tryphonẽ, cuius notę hunc locũ esse puto. Nã certè translatio Lxx hoc loco trunca & lacera est. Lectionẽ Hebræã sic ad verbũ reddes: Fiat impij misere miseratio impij, hoc est, nationes impiæ vocentur ad fidem, Dei miseratione. Non didicit iustitiã, qui impius non didicit facere iustitiam. i. quibus impijs non est data lex, non sunt data Dei iudicia, vt Iudæis. PROC. ita hunc locum explanat: Misertus est Dominus impios idolatras, qui non didicerant facere iustitiã, quem sensum habere possunt etiam verba translationis Lxx, si modò legitima sunt, non adulterina. Cessauit impius, non didicit iustitiam. Sic enim legit PROC. & sic tu potes vertere. i. nationes cessauere ab idolatria, quæ nunquam didicerant iustitiã in terra, quæ semper vana numina coluerant, & non acceperant à Deo legem, & iudicia, vt Iudæi, in terra rectitudinũ, vel sanctorum. i. Iudæa, vbi lex Domini erat, & iudicia quas rectitudines propheta vocat, יְשׁוֹר, nefas patratum est, immane scilicet illud parricidium, quo rex gloriæ in crucem à Iudæis est actus. Admittantur ergo nationes infideles in ecclesiã, excludantur Iudæi, quos tot beneficijs cumulaueram, quando in se aduersus Christũ tantũ facinus admisere. Nam verbũ illud Hebræum vocis actiuæ & passiuæ esse potest, & suprà diximus in verba illa cap. 1. In quo percutiã vos? ex authoritate D. Hieronymi & ex præcepto R. Kimhi in literis sacris verba actiuè, & passiuè posse explanari, quod puncta hæc & illa possis addere pro ra- D

A pro ratione sententiæ, & si dispunges ita vt sit passiuum verbum, planissimus est sensus: Quis enim audiat in terra rectitudinũ & nucleorũ Dei, nefas patratum est, cui non veniat in mentẽ statim facinus illud immane, aduersum Christum Hierosolymis editum? Quanquam eodem referatur, etiam si legas actiue: In terra rectitudinum iniquè gessit, vel iniqua gessit, occidendo Christum, scilicet; itaque verbio D. Hieronymi explanãda sic est: Iniquè gessit, populus impius scilicet, occidendo Christum, & martyres, quod Dominus dixit loco citato: Ex illis crucifigetis, & occidetis, & flagellabitis, vt veniat super vos omnis sanguis iusti, & relinquatur terra vestra deserta, & fiat quod hoc loco dicitur, vt populus Gentium consequatur misericordiam receptus ad fidem, & Iudæi excludantur: quæ sententia lectionis Hebræę fuisse videtur. THEODOR. quanuis nactus truncam, & laceram interpretationem Lxx, sic hunc locum explanat: Hæc in ingratos, & perfidos Iudæos dicuntur, quòd cumulati innumerabilibus Dei beneficijs perstitere obcęcatis animorũ oculis. Cùm enim Dñs noster Iesus Christus aduenisset, non solùm in suũ redemptorẽ se præstitere ingratos, sed detestabili inuidia flagrantes, absumi incendio maluere, quàm vt nationes seruarentur. hæc Theodor. quibus verbis ostendit, quòd suprà millies est repetitũ, multis miraculis post crucẽ editis, & in ipsa Domini passione fuisse à Iudæis cognitũ Christum Deũ esse. Quòd tamen videre nationes ad fidem vocari, restitere veritati, & maluere ardere incendio, quàm vt nationes seruarentur. Potest etiã esse sensus lectionis Hebræę, qualẽ esse putat D. Hieronymus. Misereamur impio Iudæo, vt sint verba Domini: Si misereor impiorum Iudæorũ, neque subuerto Hierosolyma, neq; vrbes Iudææ, nunquam discet Iudæus facere iustitiã, nisi videat completa vaticinia, Hierosolyma & vrbes Iudææ incendio conflagrasse. Quòd quàm verè sit dictũ hinc apparet, quod nunc cùm videt vniuersas vrbes Iudææ bis incẽdio arsisse, se suis sedibus pulsos, alienis nationibus seruire, per annos mille & quingentos vagos, miseros, sine rege, sine sacrificio, omnia promissa prophetarum spiritalia vitæ beatæ referunt ad terrena, nec discunt iustitiã facere. Quid istorum putas, si se florentes viderent, si starent Hierosolyma, si regnum Iudææ vigeret? nunquam conuerterentur ad Christum, & alios à Christo auerterent, post deletas Iudææ vrbes, multa Iudæorum milia ad fidem conuersa sunt, & innumerabiles ad Christum conuertũtur per magna annorũ, B

C spãtia. Nam patrũ nostrorũ memoria, bis facta Iudæorũ ad fidem conuersio est intra centũ annos, quarũ vtraq; tot Iudæorũ milia ecclesiã intrarunt, vt numerus non posit iniri. Quod ita quoq; factũ esse superioribus tẽporibus, ex historijs rerũ veterũ accepimus, & ita futurũ esse vaticinijs Oseę nouimus. Sequitur: In terra sanctorũ, vel rectitudinũ .i. in Iudæa, vt dictũ est, nefas peractũ est .i. admissum est in Iudæa immane illud nefas, quo rex gloriæ in crucẽ est actus, & tantũ nefas vindicandũ à Dño, vel in terra sanctorum iniqua gessit, subaudi impius Iudæus quando regem gloriæ in crucem sustulit, & martyrio affecit sanctos martyres.

D. HIERONYMVS.

Et non videbit gloriã Dñi.

LXX VIRI.

Auferatur impius vt non videat gloriã Dñi.

DIui Hieronymi interpretatio cũ lectione Hebræa ad verbum congruit, cuius interpretationis PROC. putat esse sensum illũ, qui est loci illius euangelici: Qui non crediderit, iam iudicatus est. Hæc enim est lata sententia ante aduentũ iudicij vltimi, & putat esse idẽ cũ illo: Si non credideritis quia ego sum, in peccatis vestris moriemini. THEOD. Non videbit lumen sanctis paratũ. CYRIL. eodẽ modo explanat quo Procop. additq;: Suis qui non credit iã iudicatus est, qui poterit gloriã Dñi videre? Non erit cum Christo in illa sanctorũ gloria. Lxx non reddunt hunc locũ ad verbũ, sed sententiã exprimunt. Cùm ergo videantur superiora verba esse Dei, veluti cõsultãtis, an miserendũ esset impij Iudæi, an auferẽdus potiùs de medio, & subuertendę vrbes Iudææ, quãdo apud Iudæos nefas patratũ esset: subaudiere per zeugma à superiore. Auferatur ergo impius, & excludatur ab ecclesia qui non credidit, & tot sceleribus se commaculauit, auferatur & non videat gloriam Dei, vt filij regni exeludantur, & multi alienigenæ recumbant in regno Dei cum Abrahã, quod in literis euangelicis ait Dominus. Eadẽ ergo est vtraque versio, excepto quòd Lxx addidere de suo, quædam subaudita ex superioribus, vt esset oratio dilucidior. CHRYS. in cap. 3. Matth. homil. 3. Suscipiet Iudæus impius pœnam tanti flagitij cum omnibus impijs, vt gloriam Dei non videat. Et in cap. 20. Matth. 34. ante aduentum iudicij vltimi præmittitur sententia. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Et AVGVST. lib. vno contra sermonẽ Arrianorum cap. 1. formam nanq; Christi filij hominis

tunc ab eo iudicandi videbunt, iuxta illud: Videbunt in quem confixerunt, Dei formam in eodem ipso Christo, qua æqualis est patri, non videbunt, iuxta illud: Tollatur impius, non videbit gloriam Dei. Et in psal. 85. idem AVGVS. in illa verba: Respice in me, & miserere mei, Apparens, inquit, in hominis forma dicet, Ite in ignem æternum, vt impleatur quod dicit Esaias: Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Formam ergo videbunt hominis, Dei gloriam non videbunt. Hoc repetit Augustinus millies, quæ eadem veterum patrum sententia est. Explanant enim hunc locum iuxta Canonem illum interpretandæ scripturæ, quo iubemur, quæ specialiter de vno sunt dicta, generaliter esse accipienda, vt nunc quæ impijs Iudæis minatur Dominus de impijs omnibus intelligantur. A

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Domine exaltetur manus tua vt non videant. Domine excelsum brachium tuũ, & nescierunt (vel nõ cognouerũt.)

DOmine exaltetur manus tua vt non videãt. i. glorificetur Christus, & clarescat toto orbe, & Iudæi occœcabuntur. Vt enim docuit ANACL. papa epist. 2. de ordinatione epi scoporum tom. 1. Concil. Prophetæ cùm optare videntur, futura vaticinantur. Sed quòd D. Hier. reddidit, Nó videant, Hebraicè est בל־יחזיו, non videãt, vel, non videbunt, vel, non viderũt, & ita Lxx reddidere, Non viderunt, siue nõ cognouerũt, cuius lectionis sensus est: Domine glorificatus est Christus, multis editis miraculis, tum in passione, tum in resurrectione, & noluerunt Iudæi intelligere, malitia occœcauit eos. CYRIL. Domine brachium tuum excelsum, Christus, scilicet, qui in scriptura brachium Dei dicitur & manus, Iudæi autem non cognouerunt eum, malitia obcœcati. PROC. Magna edidit miracula filius tuus Domine, sublimia edidit opera cùm dicebat: Si non facio opera patris, ne credatis mihi: impij tamen Iudæi credere noluerunt. CYPRIAN. aduersus Iudæos cap. 4. probat ex hoc loco & alijs, Christum dici manum Dei, & brachium Dei: & certè hoc loco videtur Christus dictus brachium Dei, Hebraicè est, manus: sed pro manu Lxx reddidere brachiũ, quòd Christus in scriptura manus & brachium dicitur, vt eo loco docet CYPRIAN. & ATHAN. lib. de vnitate essentiæ sanctissimæ Trinitatis, in principio. Et AVGVST. contra sermonem Arrianorum lib. vno, cap. 12. & alijs multis locis. B C

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Videãt, et confundantur. Sciẽtes (vel vidẽtes) confundant. confundẽtur & Videbũt יחזו ן ויבשו

PROCOP. Qui ex signis & miraculis editis agnoscere debuissent Christum, quem tot vaticinia prophetarum, præmonstrarant, neque agnouerunt, neque receperunt, quin potiùs in crucem tollendum putarunt, cùm cognouerunt reuixisse, confusi sunt cum grandi pecunia, militum animos corrupere, ne palàm facerent Christum resurrexisse. Confundentur etiam videntes cùm videbunt eum in gloria patris. THEOD. hoc ipsum dictũ est in euangelio: Tunc videbunt signum filij hominis in cælo, & tunc se percutient omnes tribus terræ. CYRIL. ad vtrunque retulit cum Procopio, ad gloriam resurrectionis, & ad gloriam qua veniet iudicaturus: Erubuerunt enim, inquit, Iudæi, cùm audierunt eum resurrexisse, erubescent alio modo, cùm videbunt venientem in gloria patris cum alijs sanctis. CYPR. lib. 2. contra Iudæos c. 4. eodem refert. Videant ergò & confundantur. i. videbunt & confundentur. Prophetæ enim cùm optare videntur, prænunciant futura, vt dixi ex Anacleto papa. D

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Zelantes populi. Zelus apprehendet populũ ineruditũ. populum Zelus קנאת עם

THEODOR. Iudæos per hæc innuit, qui per zelum cruci dominum suffixere. Eadem hæc Paulus ad Rom. 10. Testimonium perhibeo illis, quòd æmulationem Dei habẽt, sed non secundũ scientiam. hæc Theodor. cuius sententia mihi placet, quòd verba D. Pauli congruunt cum tralatione Lxx, si Græca Græcis conferas. Procop. & Cyrill. aliò referũt. Cùm abiecti, & excluſi fuerint Iudæi à promissionibus, quæ factæ erant patribus, gentesque viderint ad eas vocatas, ipsi Iudæi æmulatione & inuidia confundentur: iuxta illud, Ipsi me irritauerunt in eo qui non erat Deus, ego eos irritabo in eo, qui non est populus. Sic etiam explanat ISYCH. in Leuiticum lib. 4. in illa verba: Caro, & cutis quam ignis exusit: vbi cùm citasset hunc locum subiecit: Zelum imperitorum, dixit inuidiam zelantem, non vt imitentur virtutem, sed vt illam impediant, operantemque perimant. Nouo quodam modo AMBROS. in psal. 118. in illa verba: Exquisiuit me zelus domus tuæ, explanat enim zelum pro charitate: & populum ineruditum, pro populo Gentium accipit, & arsisse charitate ait populum gentilem, cùm populus qui erat eruditus in lege, nullum fidei Christi haberet ardorem. Tunc contulit se, inquit, zelus. i. charitas ad gentes, & apprehendens populum ineruditum fecit esse meliorem. Huic sententiæ Ambrosij congruit bene translatio D. Hieronymi. Cum enim dixisset propheta: Videant Iudæi. i. videbunt, & confundentur Iudæi, subijcit, populi erunt zelantes, charitate ardentes, cùm interim charitate ardebunt gentiles: neque verbum Hebræum repugnat, sic enim accipitur Numerorum 25. idem verbum קנא, in illo: Zelatus est pro Deo suo, vt interpretantur Hebræi, vel zelantes populi. i. erunt zelantes populi Iudæorum inuidentes nationibus vocatis ad fidem, vt explanant PROCOP. & CYRIL. aut zelantes populi. i. zelo inerudito, & non secundum scientiam hæc facientes, vt THEODOR. Lectio Hebræa, zelus populum, subaudi, apprehendet, eo sensu quo dictum est. Lxx seniores faciunt paraphrasim. A B

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Ignis hostes tuos deuoret. Et nunc ignis aduersarios tuos comedet.

CYRILL. & ISYCH. loco citato, eiusdem sententiæ putant esse hoc cum superiori prophetia, vbi dictum erat, Zelus & inuidia apprehendet populum ineruditum, populum stultum Iudæorum, qui noluit intelligere prophetas, vt benè ageret, & ignis inuidiæ comedet aduersarios ecclesiæ, vt combustio hæc sit ex inuidia. THEODOR. Qui, inquit, lucem non recepere, tradentur igni, & tenebris exterioribus: comedet, ô ecclesia, æternus ignis aduersarios tuos Iudæos. Zelantes populos. PROCOP. post passionem Christi cùm viderent tot signa & miracula, cognouerunt esse verum Messiam, sed cùm animaduerterent Gentes vocari ad fidem, præ inuidia optauere potiùs absumi incendio, quàm videre vnà secum gentes saluas fieri. Zelo igitur stolido laborabant nationum, quæ vocabantur ad fidem. Et cùm viderent arsuram totam Iudæam, nisi reciperẽt Christum, sæuissimis flammis ardere maluere, quàm vnà cum Gentibus ad fidem intrare, quod maior natu ille filius in euangelio significat, qui intrare ad conuiuium patris noluit, quòd pater recepit minorem filium, qui perierat. i. populum gentium. Et hunc etiam zelum appellat ineruditum & stultum, qui apprehendit populum Iudæorum. Aliter quosdam declarare ait, quod in die iudicij videntes multos ex oriẽte, & occidente recumbere cum patre eorum Abraham, & recipi in æterna tabernacula ardebunt inuidia, & tradentur in flammas æternas. C

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Domine, pacem da nobis, omnia enim operatus es nobis. Domine Deus noster, pacẽ da nobis: omnia enim reddidisti nobis.

AVGVST. in psalm. 71. in principio: Veniens, inquit, Christus euangelizauit pacem, ijs qui longè, & pacem ijs qui propè. Pacem meam relinquo vobis, inquiens, non secundum pacem quam nouit, & quærit hic mundus, sed illam pacem prophetæ dabo eis, solatium verum, pacem super pacem, paci scilicet reconciliationis, addetur pax immortalitatis. Nam post omnia reddita, quæ promisit Deus, nouissimam pacem expectare debemus, qua cũ Deo viuamus in æternum, de qua propheta: Domine Deus noster, pacem da nobis. Eodẽ modo explanat AVGVS. serm. de verbis apostoli. 2. Denique, inquiens, post omnia reddita quid restat nisi corona iustitiæ, de qua propheta: Domine Deus noster, pacem da nobis. CYRIL. in Ioan. lib. 10. cap. 7. Quoniam nihil per legem perfectum est, inquit, nam eius iustitia non potuit humanum genus ad pietatem reducere. Idcirco cùm dicit Esaias, Domine, pacem da nobis, spiritum sanctum nobis dari deprecamur, per quem à seruitute peccati patri reconciliemur, omnia enim reddidit nobis. i. omnia tunc habebimus, nihil nobis deerit quando miserit spiritum sanctum. Ideo ipse ait: Pacem meam do vobis. In comment. vero in hunc locum: Pacem da nobis, inquit. i. Christum, ipse enim est pax nostra, & omnia simul reddidisti. i. simul cum illo omnia reddideris, in ipso enim est omnis thesaurus sapientiæ Dei. PROC. aliter: Petit, inquit, hoc loco propheta, donari sibi reconciliationem populi sui, quando persoluit meritas D

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnas,& tunc futurum cumulum ait beneficiorum,quæ à Deo expectaret,Omnia reddidisti A
nobis, inquit idem Procop. Quidam interpretantur: Iam sumpsisti merita supplicia, perdidisti malos, reliquos trahe ad Christum. Sic hunc locum explanare videtur CHRYS.in cap. 11.epistolæ ad Corinth.homil.23. his verbis: Vbi accepit de manu Domini duplicia Hierusalem,&c.& sic petit hoc propheta,nomine populi sui, iuxta sententiam Procopij & Chrysost.

D. HIERONYMVS.	LXX VRII.
Domine Deus noster, possederunt nos Domini absque te tantum in te recordemur nominis tui.	Domine Deus noster, posside nos Domine, extra te alium nō scimus, nomen tuum vocamus.

HEbræa lectio potest reddi,vt versa est à D. Hieronymo, quæ planior & facilior est translatio.Est enim sensus: Fuimus sub potestate dæmonum, & idololatriæ, tantum in te recordemur nominis tui.i.tantum te colamus, reconciliati tibi per Christum: vel vt PROCOP. interpretatur, qui sequitur translationē Symmachi, quem secutus est D.Hieronymus, B
vt dicantur hæc interroganter: Possederunt nos Domini absq; te? i.Num post Christum aliū Deum coluimus absque te? quasi dicat, non. nam post Christum, vt prædictum erat per Oseam,& alios prophetas non coluere idola.Sed certè non cohæret benè,vt petant sibi veniam, quod post Christum non coluerint idola,cùm in impietate perstent, & singulis hebdomadis in suis synagogis Christum execrentur. Nec cohæret fateri crimina idolatriæ, & non fateri crimen idolatriæ,quod admisere,cùm Christum affecere cruce, & postulare sibi veniam, neque tyranni possident fideles vnà cum Dño, cùm fidelis in medio infidelium Dñi sit, & magis indè iuuetur, quod paulò pòst dicit propheta. Neq; Dñs infideles Iudæos post Christi passionē possidet, cùm toties dicat Dñs se dimisisse eos. Vidit hęc THEOD. qui cùm has duas interpretationes huius loci percurrisset, ait, Hæc Iudæorū arguūt insaniā, quomodo cūm hæc dicuntur? nam omnium regnum Deo conuenit, & nemo dicat extra eius imperiū esse quenquam,& posteà sic explanat hunc locum, refutata vtraque sententia supradicta. Posside nos C
Domine, quoniam per aduentum filij tui nos redemisti, intromitte nos in ecclesiam, trahe nos ad te mortuos peccatis, expelle animo nostro hanc infidelitatem. ISYCHIVS verò in Leuiticum lib.4.in illa verba: Nuncians sacerdoti, & dicit, Quasi macula lepræ videtur esse in domo mea,cùm loqueretur de hæreditate gentium subiecit: Quænam est ea quam ego dabo vobis in possessionem? Quia ergo septem,inquit,numero Gentes, Chananæi, Pherezæi, Iesæi, Amorrhæi, Iebusæi, Zethæi, & Aradæi terram promissam Abrahæ possidebant: imaginem autem gerebant hæc septem iniquorum spirituum, de quibus Dominus in euangelio dicit, Assumet alios septem spiritus nequiores se, ij veram terram promissam ipsi Abrahæ.i. gentium hæreditatem possidebant, ipsi enim Abrahæ dictum est: Quia patrem multarum gentium posui te.Hanc terram possedit Iesus Naue,figura veri Iesus, qui genteis proprio sanguine redemit,& regeneratione baptismatis suas fecit, & renouatione sancti spiritus, quem effudit abunde super ecclesiam, liberans ab ijs quibus seruiebat, vt ij qui ex gentibus sunt, possint Esaiæ canticum dicere: Domine Deus noster, possederunt nos Domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui. Itaque hæc oratio erit omnium redemptorum à pec- D
catis,sanguine Christi, qui se fatentur possessos fuisse à peccatis, quibus seruiebant,& redemptos à Domino, à quo petunt gratiam,& donum perseuerantiæ. D.Hieronymus, Cyrillus, sic ferè interpretantur hunc locum, quorum sententias referre supersedeo, quod longa disputatio reliqua est de huius loci translatione: & D.Hieronymi quidem hæc interpretatio plana est, & consentit ad verbum cum lectione Hebræa. Obscurior Lxx virorum translatio, quam sic interpretatur AVGVS.cùm enim in psalm.5.dixisset, Ecclesiam hæreditatem Domini esse,iuxta illud: Postula à me, & dabo tibi Genteis hæreditatem tuam, & dictam ecclesiam Dei hæreditatem, quia ipse nos administrat, & regit, & contra,Christum hæreditatem ecclesiæ, iuxta illud, Dominus pars hæreditatis meæ. Ipse enim Christus est vita æterna. Cùm hæc, inquam, docuisset Augustinus rursum in psalmum 78. non longè à principio: Ipsius, inquit, hæreditatis, id est, ecclesiæ vox est apud prophetam, Domine Deus noster posside nos, hanc hæreditatem non moriens pater filio reliquit, sed ipse filius sua morte mirabiliter acquisiuit, cum resurrectione possedit. Et in psalmum 131. in illa verba:

Memento

A Memento Domine Dauid,&c.Quid ergo vouimus Deo? nisi vt simus Dei templum? nihil gratius ei possumus offerre quàm vt dicamus ei, quod dicitur in Esaia, Posside nos. Equidem in istis possessionibus terrenis, patrifamiliās præstatur, quando datur ei possessio, non sic est possessio,quæ est ecclesia. Ipsius possessionis beneficium est,vt à tali possideatur Domino.Et certè PLATO.1.de Republ.lib.naturale hoc esse ait,vt omnis ars,omnis magistratus,gubernatio omnis,si rectè suo fungatur munere scopū habeat, nō gubernatoris commodū & vtilitatē sed aliorum quibus præest,vt regi ab optimo summa sit cōmoditas.Quod idem Aristot.ait ad Nicom.& alijs locis, vt posideri à Deo gubernatore tanta sit commoditas,vt angelorum vocibus exprimi non possit,quod dixit Augustinus,quodque ecclesia petit. Sic sensit AMBR. de Cain & Abel lib.2.cap.3.Ipse Christus,inquiens, nos facit adhærere Deo ipsi continuas preces fundere,de ipso salutē sperare, fugere terrena negocia, in Dei possessione numerari, sicut scriptum est:Domine posside nos.Ea est enim sola possessio, quæ nullis obnoxia tempestatibus perpetuæ gratiæ fructus ferat. Sed hi doctores sacri Lxx sequūtur, qui Lxx viri cùm ver-
B bum verbo reddere possent, & sensum quem ipsa facie Hebræa lectio præfert explicare, altiorem quendam sensum subesse putauerūt. Nam si Græca Hebræis conferas iuxta canonem Augustini,qui iubet tralationes inter se conferri, & cum ipsa Hebræa lectione, apparebit declarari his verbis sacratissimæ Trinitatis mysterium,& indiuiduæ vnitatis. Et Lxx viri,vt docet HILAR.in procœmio in psal. à Mose vsque, & prophetis alijs, & maioribus acceperant, *Lxx viri sua tralatione mysteria Trinitatis docent,si Hebræa & Græca inter se conferas.*
quasi per manus, sacræ scripturæ sensa.Quòd ergo D.Hieron.reddidit:Domine Deus noster: Hebraicè est יְהוָה אֱלֹהֵינוּ .i.Deus Dij noster .Vt enim Græci treis hypostaseis dicunt, Latini treis personas,Hebræi treis heloim,videntur dicere, quòd hoc nomen Dei in literis sacris pluraliter inuenitur frequentissimè: pro,Domine Dij noster, reddidere Lxx,& D.Hieronymus, Domine Deus noster, quòd de Deo personæ dicantur pluraliter,Deus tantum singulariter. Posteà,quòd D.Hieron.vertit:Possederunt nos Domini,Lxx reddidere,Posside nos domine: vt significarent hæc verba ad Deum verum esse referenda, à quo petimus vt possideat nos, vt interpretantur sacri doctores:& quanquam lectio Hebræa possit reddi, vt versa est à D.Hieronymo,mirabiliter tamen congruit cum interpretatione Lxx. Et relata ad Deum, vt refer-
C tur à Lxx viris,apertè & planè declarat mysterium sacrosanctæ Trinitatis: est enim lectio Hebræa יְהוָה אֲדֹנִים .i.possidete nos dominantes.Mutatis enim punctis, verbum ipsum potest esse imperantis: Possidete ergo nos dominantes Deus,Pater.s.Filius,& Spiritus sanctus. Nam hanc orationem esse referendam ad tres personas,docent Lxx viri, qui reddunt: Posside nos Domine,& ad Deum retulere,vt verba Hebræa:Possidete nos dominantes,non possis non referre ad personas tres. Posteà, quòd D.Hieronymus vertit, Absque te: Hebraicè est מִלְּבַדֶּךָ .i. præter te,absque te,& subaudiunt Lxx vnam orationem integram (alium non nouimus) forma loquendi apud Hebræos receptissima, qui conciso admodum genere dicendi vtuntur,& subaudiunt plurima.Postremò: Tantùm in te recordemur nominis tui,quod vertit D.Hieronymus conuenienter Hebræę lectioni.Lxx dixere: Vocemus nomen tuum, hoc sensu, fac vt tantum te colamus,tantum tibi seruiamus,relictis rebus alijs omnibus.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Mortui non viuent, Gigantes non re	Mortui vitam non videbunt, nec
D *surgent.*	medici suscitabunt.

PROCOP.author est,quosdam theologos putare, huius loci sensum esse, qui mihi præter cæteros placet,solusque esse videtur, illud signum maximum, & insolubile esse diuinitatis Christi tot mortuos solo imperio suscitasse, & ipsum Dominum mortuum,& sepultū reuixisse.Ergo,Morientes non viuent.i.mortui non reuiuiscunt, non possunt ipsi resurgere,vt reuixit,& resurrexit Christus. Gigantes non resurgunt: nullus gigas resurrexit, vt resurrexit Christus, vel vt reddidere Lxx, Mortui vitam non videbunt, vt vidit Christus resurgens, quòd à mortuis resurgere solius Christi fuit, qui Deus verus erat. Nec Medici suscitabunt: nec medicus vllus in potestate, & solo imperio mortuos suscitauit, vt solo imperio suscitabat Christus mortuos. Addit PROC. Dominum hoc significasse cùm dixit, Generatio hæc signum quærit,& signū non dabitur ei,nisi signum Ionæ prophetæ,quòd mortuus reuiuiscet, quod insolubile signū est eius diuinitatis.HILAR.enim de Trinit.li.7.interpretās illa verba·

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus meus & Deus meus: Resurrexisse, inquit, per se ex mortuis in vitam, nisi natura Dei non potuit. Itaque hoc potissimum signum datum erat, vt Christus agnosceretur, quod mortuus resurrecturus erat, quòd Ionæ prophetia significabat, quod Dominus significat cùm ait: Et signum nō dabitur ei, &c. quasi hoc peculiare signum Christi esset, & eius diuinitatis, quod docet Augustinus serm. 8. in euangelium secundum Matthæū, de verbis Domini, de eo quod scriptum est, Confiteor tibi pater: Nullus mortuus, inquiens, suijpsius suscitator est, ille se potuit suscitare, qui mortua carne, non mortuus erat, ille se suscitauit qui viuebat in se, & suscitauit quod mortuum erat. Et in euangelium Ioann. tract. 91. de eo quod dicit: Si opera non fecissem. Disputat etiam diuinitùs de hac re in psal. 65. in illa verba: In multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui. AMBROS. de benedictionibus patriarcharum cap. 4. interpretans illa verba: Quis suscitabit eum? ait, Quis alius nisi ipse qui se sua, patrisque potestate suscitauit? video natum authoritate propria, video mortuum propria voluntate, video dormientem potestate propria, qui omnia suo fecit arbitrio, cuius alterius egebit auxilio vt resurgat? ipse igitur resurrectionis suæ author est, qui mortis suæ arbiter fuit. CYRIL. de spiritu & litera lib. 10. huius rei signum putat virgam illam Aaron, quæ arida refloruit, significans B Christum mortuum resurrecturum esse, & quemadmodum illic signum datum est, vt is crederetur summus sacerdos esse electus à Deo, cuius arida virga floresceret, ita hoc datum erat signum, vt agnosceretur verus ille sacerdos, qui non per sanguinem hircorum intraret in tabernacula manufacta, sed per proprium sanguinem intraret in æterna tabernacula, æterna redemptione inuenta, cuius corpus mortuum reuiuisceret, & ita in Christi sacra illa resurrectione virga illa de radice Iesse refloruit, quo intellectum est Deum esse, & verum illum sacerdotem secundum ordinem Melchisedec. Additque Cyrillus ibidem, Et tam erat hoc sufficiens signum eius deitatis, & eius æterni sacerdotij, vt Christus qui tam facilè poterat, quæ vellet facere, negarit se aliud daturum signum quam hoc, cuius rei illa quoq; ratio fuit, quod per prophetas hoc quoque signum datum erat. Itaque quamuis hi patres non citent hæc verba Esaiæ, tamen sat est quod hæc docent, & per prophetas præsignificatum hoc aiunt: quod multi theologi, vt dictum est, putant his verbis ab Esaia esse significatum. Vox Hebræa רפאים, medicos significat, & gigantes: & ita D. Hier. vertit gigantes: Lxx reddidere medicos, quanquā Lxx hanc C vocem ferè reddant gigantes, gigantes verò & medicos, pro eodem accipi posse docet plurimis verbis AVGVS. in psal. 87. in illa verba: Aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Propterea visitasti & cōtriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum	Propter hoc induxisti, & perdidisti & tulisti omne masculinū eorum.

VOx Hebræa זכר, varijs punctis, memoriam, & masculinum significat, indè D. Hieronymus memoriam, Lxx, viri masculinum, reddidere. Sensus huius loci est: Iudæi quod acceperant hoc signum Ionæ, vt agnoscerent Christum, & noluerunt agnoscere, corrupere potius custodes grandi pecunia, ne dicerent eū resurrexisse, visitati sunt. i. puniti sunt, hoc enim significat visitare in sacris litteris, vastati sunt & deletæ eorum vrbes, & deleta memoria eorū. Quod D. Hieronymus lectioni Hebraeę conuenienter vertit: Visitasti & contriuisti eos. i. eos vastasti & diruisti vrbes eorū, Lxx viri reddidere: Propter hoc induxisti, subaudi, mala, quæ D prædixeras per prophetas tuos, & perdidisti eos, & abstulisti omne masculinum eorum. i. omnes viros, Nam vt leges apud Iosephum, si attendas animum, illa vastitas potissimum in viros recidit, fere omnes sunt deleti, & ita cum fœminarum infinita sit relicta multitudo in vrbibus Iudææ, & multæ ab vno fieri grauidæ contendebāt, quod apud Iudæos sterilitas erat dedecori, intra breue tempus instaurata natio Iudæorum est, quæ postea deleta rursum fuit sub Adriano Imperatore. Quanquā veteres patres aliter explanant. PROCOP. Abstulisti omne masculum eorum, omnes principes & Pharisæos, in horum enim caput potissimū vastitas, inuecta à Domino Iudæis, recidit. quod leges apud IOSEPH. in fine lib. 6. vbi Vespasianus pauperes residuos ex illa tanta calamitate liberos abire finit, principes & locupletes immanissimè necari iubet, aut religari, & captiuos duci, vt in Theatris obijciantur laniandi feris, aut vt ducantur in triumphum. Et hos masculos ait appellari quod quemadmodum mas præit fœminæ, ita magistratus & locupletes reliquis. CYRILL. ita etiam explanat. THEOPH. in cap. 14. Lucæ in illa verba:

A verba: Exi in plateas & vicos: Vides, inquit, repudiari principes & Phatisæos, & scribas: nemo enim illorum Christo credidit, vt ipsi gloriantur Ioannis 7. Num aliquis ex principibus credidit in eum? Pauperes & humiles in eum credebant, ait enim Lucas 4. cap. Turbæ mirabātur in verbis quæ procedebant de ore ipsius, in quorum gratiā permisit Dominus vt T. Vespasi. dirutis Hieros. vulgo parceret, & multitudini, & plusquam 40. milia hominum liberos abire permitteret vt docet IOSEPH. lib. 6. cap. 40. subiecitque Theophylactus postremo, ideo Pharisæos locupletes, primarios, & principes bello absumptos: quod Christo essent aduersati, quos masculos appellatos ait Procopius. i. principes & primarios.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Indulsisti genti Domine, indulsisti genti, nunquid glorificatus es?	Adde eis mala Domine, adde mala glorioſis terræ.

B PROCOP. huius loci sensum esse putat, quando tanta indulgentia Dei Iudæi nihil ad pietatem & religionem promouere, sentiāt iram vindicem. THEOD. prædicit his verbis vastitatem eorum qui pios persequebantur. Indulsisti genti. i. prosecutus es multis beneficijs eos Domine, indulgentissimus in eos fuisti. Nunquid glorificatus es? i. num indulgētia tua moti te plus glorificauerunt? quasi dicat, non, sed te, & tuos persequuntur potius. Elongasti terminos terræ. i. dedisti eis terram promissionis, & dilatasti, fines eius, nec hoc illos mouit vt te colerent. quid reliquum est ergo nisi vt illos male perdas? Hūc esse huius loci sensum declarant Lxx qui in plerisque non sunt translatores, sed commentarij, qui pro lectione Hebræa quam ad verbum reddidit D. Hieronymus edidere, Adde eis mala Domine, adde mala glorioſis terræ, id est, principibus, & Pharisęis, qui glorioſi erant in terra Iudæę: de quibus superiore cōmentario dictum est satis.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Dñe, in angustia requisierūt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. C	Dñe in tribulatiōe recordati sum⁹ tui, ī tribulatiōe parua doctrina tua nobis.

THEODOR. his verbis ostendit punitorum à Deo vtilitatem, quod afflictio patientiā operatur, patientia probationem. CYRIL. docet, prophetam petere aduersus Iudæos, qui ediderē tam immane facinus in Christum vindictam non asperitate, sed quòd eis benè velit, quòd peccantibus afflictio sit vtilis. Ergo nunc Domine te persequuntur & pios, quod indulges eis, in angustia te requirent, vindica eos. Lxx sensa reddunt, qui vertere: Domine naturale hoc est, vt in tribulatione cum calamitatibus implicamur, recordemur tui: ideo castigatio qua nos castigas vtilis nobis est vindica Iudæos. in tribulatione murmuris. i. cùm tribulantur homines & murmurant. i. cum tacita oratione te precantur, quod dixere Lxx in tribulatione parua, cum enim ingruit calamitas parua tacita cogitatione precamur Deum, doctrina est nobis. i. parua tribulatio nobis magna doctrina est, magna vtilitas.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
D *Sicut quæ concepit, cū appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis sic facti sumus à facie tua dñe.*	Sicut parturiens cū appropinquat ad pariendum & in dolore suo clamat sic facti sumus dilecto tuo.

ORIGEN. in Exodi cap. 21. homil. 10. Sicut fœmina grauida viro fit, quæ cùm parturit clamat ad Dominum, quòd acerrimi oboriuntur dolores: sic anima cælesti semine grauida, cùm conceptum Dei verbum in opera producit, sæuos dolores suffert, & ad Deum clamat. Conceperat illa fœlix anima de dilecto. i. de Christo, qui à Patre est dictus: Hic est filius meus dilectus: Tolle crucem tuam, & ambula: Et, Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et, Nolite timere eum, qui corpus occidit. Denique grauida erat illa sententia euangelica cælestem patriam quærendam esse: relinquenda hæc omnia terrena. Cùm parere hæc vult, & vocatur ab infidelibus, ad hoc certamen, vt ostendat an præstet opere, quod verbis pollicetur, an audeat perdere vitam, perdere omnia, ferre tormēta, an probet se ciuem sanctorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse,parturiens fœtum hunc grauissimos perfert dolores vt fœmina parturiens. Hæc Origen. A
Sed quod D.Hieron. vertit:Sic facti sumus à facie tua Dñe : Hebraicè est: כֵּן הָיִינוּ מִפָּנֶיךָ יְהוָה .i. Sic fuimus à facie tua Deus,pregnantes.s.vt fœmina pregnans fit à viro. Et Lxx declarant, quæ sit hæc facies Dei,à qua sancti fiunt pregnantes, & declarant filium Dei esse hanc faciem Dei,& ita vertere pro lectione Hebræa quæ erat:Sic fuim⁹,vel, sic facti sumus à facie tua Deus sic facti sumus dilecto tuo Deus. i.sic facti sumus grauidi animoà Christo qui est tuus dilectus vt fœmina fit grauida à viro. Docent ergo nos Lxx viri faciem Dei esse vnigenitum filium Dei,quod docent omnes patres.

CYRILLVS sic grauidam fieri dicit mentem sanctorum,dilecto filio Dei, vt humano semine fœmina fit grauida. THEOD.Comparant se sancti parturiéti fœminæ pregnantes animo dilecto filio Dei. Hinc fortasse mutuatus PLATO in symposiũ suum,grauidã fieri mentẽ hominum,& parturire,& parere ait,his verbis: Sunt qui animo sunt pregnantes, multo magis quam corpore,& concipiunt animo eos fœtus,quos animus potest cõcipere, & parere, prudẽtiam, iustitiam,& virtutes alias.& infrà:Quando aliquis pregnans est animo parere iam cupit B
& cùm multa disputasset de hoc animorũ partu, in pulchro, & de pulchro concipere animos ait, & vbi disputatione peruentum est ad ipsum pulchrum,hoc est ad Deum, qui est ipsa pulchritudo,cuius amore veri amatores ardent,& æstuant,quod non sit caro pulchra aut ossa pulchra,sed ipsa pulchritudo,ipsa pulchritudinis essentia,ibi vitam degendã homini putat,quod illic vera oboritur animo voluptas,& vera gaudia,& immortalia concipiuntur ex Deo,& pariuntur veri fœtus,& immortales. Ergò, quod Plato pulchrum ipsum appellat,idipsum dilectum dixere Lxx. Nã ipsum pulchrũ est,ipsum amabile,quod docet ARIST.lib. 12. Metaph. quẽ filium suum declarat esse pater omnipotens,dicens:Hic est filius meus dilectus.

D. HIERONYMVS.

Cõcepimus,& quasi parturiuimus & peperimus spiritum.

LXX VIRI.

Propter timorẽ Domini in vtero accepimus, & peperimus spiritum salutis tuæ, quẽ fecisti super terrã. C

Diuus AVGVS.tom.10.sermo 2.Omnis homo,inquit,concipit animo, neq; vllus potest esse sine conceptu,sed alij concipiunt de diabolo, iuxta illud: Concepit doloré & peperit iniquitatem: alij concipiunt de Christo vt, A timore tuo in vtero concepimus, & peperimus spiritum salutis. Et serm.157.spei vitæ beatæ, inquit,sanctum spiritum accepimus pignus, qui in cordibus nostris inenarrabiles gemitus operatur sanctorum desideriorum, vt ait Esaias: Concepimus,& parturiuimus spiritum salutis,& mulier cum parit,ait Dominus,tristitia est illi,quia venit dies eius,sed cum peperit fit gaudium, quoniã natus homo in seculo hoc est gaudium,quod nemo auferet à nobis,quo in æternæ vitæ lucem,ex hac fidei conceptione transfundimur. Nunc ergo ieiunemus & oremus cum tempus parturitionis est. Ergo AVGVS.hunc locum ita explanandum censet,vt illum euangelij, quem citat, & conceptus hos animorum explanat,quos diximus,& spiritus .s.desideria,qui diffusus est in cordibus nostris, & excitat illa desideria vitæ beatæ,& actus,quos parimus in vitam beatã. Addunt de suo Lxx viri multa. Quod enim D.Hieronymus dixerat: Concepimus,paraphrasi quadam,ipsi dixere Propter timorem tuum Domine, in vtero accepimus:& quod D. Hieronymus etiam conuenienter lectioni Hebræę dixit: & quasi parturiuimus,& peperimus spiritum,ipsi solita sua paraphrasi explanant: Et parturiuimus,& peperimus spiritum salutis tuæ, quẽ feceras super terram. THEODOR. Quem feceras super terram .i. quẽ donaueras hominibus. Nec enim spiritum fecerat in terra,sed per spiritum sanctum fecerat salutem. AVGVS. rursum in Psal. 47. in verba illa: Ibi dolores vt parturientis: quid sunt dolores parturiẽtis, nisi dolores pœnitentis? .i. ipsam conceptionem doloris,& parturitionis : iuxta illud : A timore tuo concepimus. Sic ergo concipiunt reges à timore Christi vt parturiendo salutem pariant, vbi parturientem audis,fœtum expecta. parturit per ieiunia,per virtutum actus,per dolores,per martyria,nascitur homo imortalis,de quo supradixerat,& de quo in Psalm.39.in fine.si Christo impregnari vis, certus erit partus tuus non abortiuus,non temporalis, quod pepereris æternum erit. Quod Esaias ait: Peperimus spiritum salutis. GREG,Nazianz.in oratione ad patrem tacentem ob plagam grandinis,ait nos erudiri à Domino tribulationibus. Ex parua nanque tribulatione concipiunt inquit homines, & pariunt conuersionem,& postremo perfectum edunt spiritum salutis.

A lutis. Ille alter in Genesim lib.2.in illa verba, Duæ gentes in vtero tuo sunt: De corde nostro, inquit,procedunt cogitationes malæ,furta,adulteria,falsa testimonia, doli, & cætera scelera. Vides quantus malorum populus intra nos est? Si verò mereamur illam vocem sanctorum dicere : A timore tuo Domine concepimus, tunc alius intra nos populus inuenitur in spiritu generatus: fructus enim spiritus est caritas,gaudium,pax,longanimitas,patientia,bonitas. Iste populus minor est: plures enim semper sunt mali quam boni. Sed si de verbo Dei habere conceptum meruerimus,maior populus seruiet minori .i.caro spiritui:& vitia virtutibus cedent. CYRILL.hoc interpretatur de apostolis & euangelistis,qui intelligibili semine accepto spiritus sancti, spiritum salutis in terra pepererũt, doctrinam spiritalem.s.& prædicationem euãgelicam iuxta illud Pauli: Non accepimus spiritum mundi huius,sed spiritum ex Deo. AMBROS.de Cain, & Abel lib.1.cap.cap.10.& de interpellatione lib.2.cap. 4. de hac impregnatione animorum nostrorum,& partu disputat diuinitus,& de vtero,quo concipiunt,illinc pete. nec tundit inaniter,vt quidam aiunt, quod Lxx vocem illam addiderint de suo. Dictũ est
B enim in disputatione de tralation. verba addita à Lxx consensum sanctorũ putare afflatu spiritus .s.esse addita,& citari frequẽtissimè verba illa addita à Lxx in litteris apostolicis & euangelicis : negant in literis sacris esse vterum,vt nihil fuisse probent, cur D.AMBR. tam multa de vtero verba faceret. An non est הָרִינוּ .i. impregnati sumus,vbi impregnatio est & semen & conceptus & fœtus,est quoque vterus : Quare quæ Ambrosius locis citatis disputat & Augustinus & ORIG.in cap.20.Genes.homil.6.& in exodi cap.21.homil.10.cum hunc locũ explanat,de anima,quæ verbũ Dei concipit, & parit,firmissimo fundamẽto nituntur. EVSEB. Cæsar.præp.euangelicæ lib.12.vbi scripturæ loca notat quę Plato in suos libros est mutuatus, ait PLAT. hunc locũ in suum Theętetũ mutuatum esse, vbi Socrates suos discipulos ait cõcipere animo & parturire dubia & se obstetricãte edere fœtus admirabiles. Sed nõ solũ in Theętetũ est mutuatus Plato,sed latius in symposium,quod suprà dixi.

D. HIERONYMVS.

Salutes non fecimus in terra, ideo non
C *ceciderunt habitatores terræ.*

LXX VIRI.

Qui dixerunt non cademus, sed cadent habitantes in terra.

THEOD.Qui terrena sapiunt manent, & viuunt, & cùm fortunati sunt, & benè sperent, pereunt tamẽ,confidentes fluunt.i.cũ illa confidentia labuntur, & præterfluunt labentis aquæ in modum,& non sentiũt se perire, quanquã dicant, non fecimus salutes Christi in terra,tamen ideò non perimus,id enim significant verba illa: Salutes nõ fecimus, quas præcipit Christus neque Christo credidimus,tamẽ ideo non perimus. Nam hoc dicebant Iudæi antequam vastarentur,vt leges apud IVSTIN.in dialogo aduersus Tryphonem cùm enim viderent, se nó recepisse Christum sed in crucẽ sustulisse,& locupletes se esse,& fortunatos, putabant se laturos impune, & dicebant hæc verba:quæ & infideles dicũt vulgo, nó fecimus Christi imperata, & salutes. i. neque præcepta Christi quæ dicitis esse necessaria ad salutem, non tamen ideo perimus,neque ceciderunt habitatores terrræ.i.qui quærũt eà quæ super terram, & non quę in cælo,Nó ceciderunt habitatores terræ.i.qui quærunt ea quę super terrã,& non
D quæ in cęlo,nõ ceciderunt inquiunt,sed fortunatiores,& locupletiores sunt fidelibus. Lxx solent interrogationem, aut dubitationem non vertere, sed loco negationis reddunt responsio nẽ ipsam. Cùm igitur Hebraicè sit,vt vertit D.Hieronymus,dubitatio,& interrogatio illa infidelium: Nos qui salutes .i.præcepta salutis, quæ præscripsit Christus nõ fecimus interra,nó cecidimus, neque pœnas dedimus,neque ceciderunt habitatores terræ, sed fortunatiores sumus fidelibus,responsio erat: putatis vos non perire? peritis tamen morte sempiterna. Hanc responsionem,reddunt pro interrogatione Lxx. Neque hoc loco solũ,sed omnibus ferè pro interrogatione obscura, & dubia, reddunt ipsam responsionem perspicuitatis causla, quod hoc quoque loco fecere : reddidere enim. Qui dixerunt,non cademus, sed cadent habitantes in terra,dicunt se non casuros,neque daturos pœnas,cadent tamen,& meritas pœnas dabunt. Mihi videntur verba esse Iudæorũ apud Tertullianũ,& Iustinum,qui cũ affecissent (vt dixi) Dominum cruce dicebãt,non recepimus Christũ, neque eius præcepta fecimus,non vastãtur tamen vrbes Iudææ,neque cadũt habitatores terræ;vt predixere prophetæ, quibus respondẽt Lxx : Impij dixerunt non cademus,sed errãt, Vastabuntur omnes habitatores terræ Iudææ.

Dicebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicebãt enim Iudæi,& apud Ezechiel cap.12.neque ventura Iudæis prædicta mala, neq; pro- A
missa bona,quod ait etiã IOSEP.de bello Iud.lib.4.c.22.vbi vastitatis Iudææ causlam reddit, quod Iudęi ridebant diuina responsa, & prophetarum vaticinia, & dum ea ridebant,ea com pleuere omnia. Cum quibus si conferas verba prophetæ,planissima videbuntur. Quid enim planius,quam si dicas? Salutes non fecimus .i.vaticinijs prophetarũ, & præceptis Christi non obtemperauimus,quæ salutem nobis erãt allatura, neque tamen ideo vastata terra est,neque ceciderũt habitatores terræ,quod prædixit futurum Moses Deut.28.& 29.PROC.cum dictũ sit spiritum sanctũ peperisse salutem in terra, infideles cùm videant se fœlices,morientes ve ro fideleis,illos rident,& dicũt: Quæ vtilitas ergo euangelicæ prædicationis? quã obiectioné propheta diluit hic,cum dicit,Putant se non casuros,cadent tamẽ & peribunt,vt dictũ est,dis soluet tamen obiectionem magis in sequentibus.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Viuẽt mortui tui,interfecti mei resurgent,expergiscimini,et laudate,qui habitatis in puluere.	Surgent mortui, & resurgent qui in monumentis, & lętabuntur qui in terra. B

Hic locus variè redditus est à D. Hieronymo & Lxx. Nam D. Hieronymus sequutus est Symmachum,Procopius Symmachi translationem sic explanat: Mortui tui, mortui in fidelium: viuent.i. resurgent ad pœnas æternas.Putat enim esse hanc responsionem ad infideleis,qui gloriabantur se non recepisse Christũ, neque præcepta salutis eius fecisse, fortunatos tamen esse,& locupletes,cum interim fideles morerentur, afficerentur omnibus malis, respó det eis,ait PROCOP.Mortui tui viuent, hoc est, in iudicio resurgẽt ad pœnas sempiternas,In terfecti mei, sancti martyres, qui mei nominis causa subeunt omnia cruciamenta,resurgent in tegra resurrectione,ad vitã scilicet beatã,quæ est plena resurrectio ex vtraq; morte. THEOD tantũ putat præsignificari hoc loco resurrectionẽ mortuorũ. TERTVL. idẽ sentit lib.de resurrectione carnis.AVGVS.de ciuitate Dei li.20.c.21.totũ hunc locũ ad resurrectionẽ beatorũ pertinere ait,vbi multa diuinitùs disceptat de hoc loco,& de resurrectiõe mortuorũ. Lxx C
hũc locũ sic vertũt:Surgẽt mortui,& resurgent qui in monumẽtis:sed si sic reddas,verbũ vnũ deest ex lectione Hebræa,quod admirabile mysterium præfert. Hebraicè est enim : Viuent mortui tui,quod Lxx dixere: Surgent mortui,vt referatur ad ecclesiam, ô ecclesia tui mortui surgent,& quod D.Hieronymus reddidit:Interfecti mei,Hebraicè est נִבְלָתִי, quod aliter ũi punctum significat cadauera mea.Quod D.Hieronymus dixit:Interfecti mei,vt nunc est dispunctum,reddi potest,cadauer meum,vt tota oratio sic sit vertenda,Viuẽt mortui tui,sibi surgẽt mortui cadauer meum.i. surgent mortui vt cadauer meum resurrexit. nam Hebræis mos est subintelligere has voculas,sicut, tanquam,& præpositiones quascunque. & notandũ sum mopere hoc contra eos qui contendunt puncta non posse mutari.Iudæi nanque olim cum vi dere hoc loco dici resurrecturos mortuos cadauer meum.i.sicut cadauer meum, quod aperte videbant de Christi corpore dictum , & eo nos esse relaturos,punctum , chiric , mutauerunt in pathac,vt redderetur cadauera mea:& illam lectionem nactus D.Hieronymus reddidit interfecti mei.Sed vt ait IVSTIN.aduersus Tryphonem,quædam mutauere Iudæi, quæ non in D
omnes codices inouelerint,& ideo à posteris Iudæorum, qui putarunt aliter posse inuerti sen sum scripturæ,recepta quoq; lectio antiqua est . Hic illud certum est ex tralatione D.Hieroy mi varia puncta D. Hieronymum agnouisse quam quæ nunc in codicibus Hebræis circunfe runtur.Ergo lectio Hebræa,vt nunc est dispuncta,plane prẹfert mysteriũ resurrectionis Christi,& pollicetur resurrectura nostra corpora,sicut resurrexit corpus Christi mortuũ è sepulchro.& hoc verbum videtur deesse in tralatione Lxx expunctũ fortasse à Iudæis quod planè prędiceret Christi mysteria.Christum porro esse qui loquitur in prophetis,omnesveteres patres sunt authores.Pagninus,& Vatablus hunc locũ ita vertunt,vt dicimus vertendũ,quantum in thesauro linguæ sanctæ,& VATAB.in comment.non subaudiunt aduerbium simili tudinis,sed præpositionem,cum, sic, Mortui resurgent cum cadauere meo, vt referatur ad illud quod est apud Matthæũ,cap.27.quod multa corpora sanctorum resurrexerunt cum Christo Domino. quanquã magis placet vt intelligatur, sicut, tanquam , & sic vertit Pagninus ex Hebræo in trãslatione Esaiæ, sic Paulus videtur interpretari ad Rom. 8.cap.qui eodem vtitur argumen-

Resurrectura nostra corpora vt resurrexit corpus Christi. Plectorum mutatio,cõtra Iudaizantes.

A argumẽto & huius loci sentẽtia & verbis:ait enim,Quod si spiritus eius,qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in nobis, qui suscitauit Iesum à mortuis , viuificauit mortalia corpora vestra. Vides Paulum penè eadem verba dixisse,quæ Esaias dixit? quid enim interest dixisse? Qui suscitauit Iesum, viuificauit mortalia corpora vestra, an vt dicat, Iesus qui loquitur in prophetis sicut cadauer meum, resurgẽt mortui & euigilabunt? Quod Hebraicè est resurgent Lxx dixere resurgent è monumentis , vt plane significaretur resurrectio , nec def lecti hic locus posset alio quo impudenter def lectunt impij Iudæi,vt ex Thesauro linguæ sanctæ potes discere . O misere,Lxx verbum illud,ex pergiscimini,aut euigilate quod quãdo aliquid geminatur omittitur repetitio à Lxx viris aliquando.Iubentur ergo mortui resurgere rursum id enim est expergiscimini,vel euigilate surgite à sepulchris tanquam è somno. Laudate Dominum qui habitatis in puluere.i. vos ô mortui qui eratis redacti in cineres laudate Dominũ , sed quod verbum ranã laudare significat,& lætari & exclamare gaudio, D.Hieronymus vertit laudate Dominum.Lxx lætamini,reddidere enim lętabuntur hi qui in terra.i.lætabũtur qui erãt in sepul
B chris resurgẽtes,Nam explanatio D.August.non nõ videtur cõgruere lectioni Hebręæ.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Quia ros lucis rostuus.	Nam ros qui à te sanitas ipsi est.

AVGVS.de ciuitate Dei lib.20.cap.21.sanitatem inquit loco isto immortalitatem rectissime accipimus . Eananq; est plenissima sanitas, quæ non reficitur alimentis , tanquam quotidianis medicamentis . Sed quid ? quod Lxx seniores non reddidere , sanitas est illis vt legit D.Augustinus sed medicina est illis , aut curatio est illis , vndè legendus est locus TERTVLLIAN. de resurrectione carnis , cum citatur hæc prophetia, Medela est illis , pro, medicatio est illis , quasi dicat mortuis Domine tu medebere & restitues eos pristinę sanitati,Nam idem est, medicatio est illis,& sanitas est illis.PROCOP.Ros tuus, inquit, vnigenitus filius tuus est, qui stillans guttis viuificatiuis , mortuis tuis medicinam faciet peccatorum, quæ contraxerunt,simul vitam ęternam reddet.D.Hieronymus ad verbum reddidit lectionẽ Hebręam qui vertit:Ros lucis ros tuus:nam Hebraicè est ros luminum & splendorũ,ros tuus
C vt non solum significet mortuorum resurrectionẽ futuram cũ ros ille stillauerit in mortuos .i.vnigenitus filius Dei viuificauerit mortuos,sed etiam prænunciat corpora resurrectura gloriosa,splẽdore radiantia,iuxta illud:Fulgebũt iusti vt scintillæ in arundineto.AVGVS. serm. 2.de consolatione mortuorum sic hunc locum videtur explanare,Sicut rore madefacta semina germinant,& exurgunt,sic rore sancti spiritus ossa fidelium, visitata cũ suo corpore,in æternã gloriã germinabunt. Adde tu è translatione D.Hieroymi, Erit resurrectio mortuorum resurrectio splendorum,& luminum.i.corporum glorioſorum,ros enim lucis .i.corporis glorioſi quod luce & splendore radiabit,&c.Nam Lxx viri hoc loco sensum reddidere tantum.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et ternam Gigantum detrahes in ruinam.	Terra impiorum cadet

AVGVS.loco suprà citato, Terra impiorũ inquit.i.corpora impiorum ruina damnatio nis ruent.PROCOP.eodẽ modo explanat & gigãtes interpretatur impios, qui bus erat robur,& imperium,& cæteris imperabant & spectabãt terrena,rerum cælestium obliti,quo-
D rum corpora cadent in gehennam.Sic quoque hæc Augustinus.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Vade populus meus intra in cubicula tua claude ostia tua super te,absconde re modicum,ad momentum,donec pertranseat indignatio.	Vade popul⁹ me⁹,ingredere,ingredere in cubicula tua,claude ostium, abscondere modicum quantulum cunque, donec pertrãseat ira Dñi.

TERTVLL.in lib.de resurrectione carnis hæc refert ad diem vltimi Iudicij , & has cellas & hęc cubicula sepulchra interpretatur,in quibus paulisper requiescẽt qui in finibus sęculi sub vltima ira ab antichristo interfecti fuerint.AVGVS.ad Casulanum epistola 36. eodẽ refert.THEOD.his verbis putat significari potius excidium Hierosolymorum & vrbium Iudææ & promitti fidelibus securitatem . Nam biennio antequam subuerterentur vrbs Iudææ admoniti

Universidad de Deusto
Biblioteca

admoniti sunt fideles vt ea loca desererent & se alio reciperent, tantisper dum ira Domini desæuiret in Iudæos, idq; his verbis significari putat. tu populus meus intra in cubicula tua. i. fuge & te abde aliquo, additque idem THEOD. idem significatum esse à Domino, Lucæ 21. cum videritis circundari ab exercitu Hierusalé tunc scitote quia appropinquat desolatio eius, quod factum est Imperatore Vespasiano, quadragesimo secundo anno post crucem Domini. HILAR. in commentarijs in Matthæum de sole obscurato canone 26. alio refert, & ATHAN. in apologetico libro vno prope finé, cũ quo consentit BASIL. in regulis breuioribus interrogatio. 277. ORIG. tomo. 1. in cap. 6. Genesis homelia 2. de fabrica arcę. AMBROS. etiã hũc locũ mirabiliter explanat de sacramentis lib. 6. cap. 3.

D. HIERONTMVS.

Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos.

LXX VRII.

Ecce enim Dominus, à sancto inducet iram super habitantes super terram, & reuelabit terra sanguinem suum & non abscondet interfectos vltra.

DIgressus fuerat propheta ad præsignificandam mortuorum resurrectionem, & beatorũ præmia & malorum pœnas sempiternas. Redit nũc ad id, vnde erat digressus, ad gloriationem inquam infidelium Iudæorum, qui se iactabant, quod Christum non recepissent, nec credidissent prophetis, nec seruassent legis mandata, nec pœnas péderent tamẽ quas Moses & prophetæ prædixerant, nec subuerterentur vrbes Iudææ vt prophetæ significauerãt. Dicit ergo Dominus complenda esse illa omnia & subuertendas vrbes Iudæę. Ecce Dominus egredietur de loco suo. i. veniet vindicaturus Iudęos quod Lxx dixere: A sancto inducet irã super habitantes, inducet mala omnia quæ Iudæis est minatus per Mosem. Reuelabit terra sanguinem suum. Quid enim magis vulgatum est toto orbe quam ob sanguinẽ Christi Domini, & prophetarum fusum, euersa esse Hierosolyma, & dirutas vrbes Iudææ? Nec operiet vltra interfectos suos, si quidem euangelio Matthæi cap. 21 testatissimum toto orbe est, Hierusalem occidisse prophetas & lapidasse, non operit ergo iam Hierusalem interfectos suos, quando vocibus euangelistarum quotidiè toto orbe publicantur.

IN ESAIAE CAP. XXVII.

HOc capite prædicitur triumphus de Satana, Iudææ vastitas, redemptio generis humani, mulierum quæ ad sepulchrum Dñi iere lætitia. & prędicatio facta ad apostolos de resurrectione Dñi. Sic interpretantur patres veteresomnes: Hęc Hebræa, & Græca, & Latina lectio cantat. Plenissimè tamẽ Lxx virorum parafrasis, mea quidem sententia, hęc præfert mysteria. vt merito, quo abesset ab omni suspicione CCC ante crucẽ Christi annis sit edita, qđ tã plane loquatur de Christo, & quo maior accedat authoritas, trib⁹ sit insignita miraculis: primo illo, qđ Chrysost. adnotat, quod Dñs per regẽ idolatrã eã faciendã mãdat: altero quod Lxx illi seniores cũ singillatim per se Græcè verterint, postea collatis tralationibus apud regẽ deprehensi sint verbis, & sententijs consensisse, quod apparuit præsentia spiritus sancti factũ esse: tertiò, quod intra 72. dies totũ opus peregerint. Quæ res diuinitus factum opus illud ostendit, non aliter quã quod dictũ est de templo Dñi, quod absolutum est intra septem annos, cum domus ipsa regis Solomonis perfecta sit 13. annis, cum longe & multum infrà templi ędificium esset elaborata, quod miraculo factum esse suprà ostendimus in disputatione de tralationibus, vbi hæc omnia pluribus sumus exsequuti. Sed oblatrant Iudaizantes, & hoc postremo euincere contendunt legẽ Mosis tantũ esse translatã, quod intra 72. dies Lxxii illi senes verterint scripturã, intra quos legem Mosis verti potuisse aiunt, vniuersam scripturam trãsferri potuisse negãt. Mitto quod dictũ est de templo Domini, & de domo Solomonis. Lib. 2. Esdrę cap. 6. leges muros Hierosolymorum ædificatos esse intra quinquaginta duos dies: & gẽteis omnes inimicas Iudęorum

Scripturã omnẽ intra 72 dies trãslatam magno miraculo, nõ sine cùs atq; olim muri Hierosolymitani intra 52 dies sunt absoluti munitissimi & firmissimi.

A dæorum eo facto intellexisse quod à Deo factum esset hoc opus. Cùm tamen mira paucitas esset ædificantium muros Hierosolymorum, nam postea acciti sunt habitatores ex vrbibus Iudææ, vt scriptum est Esdræ lib. 2. cap. 7. & 11. Sed non defatigabantur, & suppeditabantur vires diuinitùs, & diuinitus fiebãt omnia. Hoc quoq; vt alia plæraq; quæ in disputatione de tralationibus diximus, inuertit Iosephus. Nam cum pærũ credibile putaret apud infideles nationes, intra quinquaginta duos dies tantum opus absoluisse Iudæos, lib. 11. Iudaicę antiq. cap. 5. in fine, prodidit duobus annis & tribus mensibus absoluta esse Hierosolymorum mœnia, quod non poterat non referre ad miraculum ingens, & fateri diuinitus opus factũ esse. Non enim iactus ager circũ vrbẽ ab ingenti aliquo exercitu, aut ductus murus opere tumultuario, sed nobilissimæ totius Asiæ vrbis, vt PLIN. appellat, validissimus murus cum ingentibus & firmissimis turribus structus est. Et necesse habebat fateri miram paucitatẽ hominũ munitissimos fecisse muros intra tam breue tempus. Nam eodem cap. subijcit, cum nó satis magna Hierosolymis populi frequentia esset, peractis muris, accitos esse, qui vrbem incolerent. Ita Iudęi, & lu-
B daizantes Gigantæo quodam more Deo repugnant & eius magna miracula extenuant.

D. HIERONTMVS

In die illa visitabit Dominus in gladio suo, duro, & grandi, & forti.

LXX VIRI.

In die illa inducet Dominus gladiũ sanctũ, & magnum, & fortem.

VErbum Hebræum קשה, durum significat, sed Lxx viri cum vertere sanctum, præ se ferunt non legisse קשה, sed addita vna litera קדשה. i. sancto, & ita vertere, machæra sua sancta, qua ratione dictum est in disputatione de tralationibus ex authoritate D. Hieronymi. D. CYRIL. hoc principiũ ad vltimum diem iudicij refert, quo detrudendus est Satã in stagnũ sulphuris vna cum diabolis suis, & cum impijs filijs suis, vt cohæreat cum præcedentibus, in quibus egit de vltimo iudicio. IVSTIN. philosophus martyr in dialogo aduersus Tryphonẽ Iudæum, arguit stultitiam Iudęorum quod non intelligerent serpentem illum æneũ significare Christum Deum verum in crucẽ sublatum, quod esset in similitudine carnis peccati homo
C verus, sed in quo nó esset dolus. Nam alioqui quomodo Moses confidere in serpentem iuberet ad sanandum serpentium morsum, quando ostenderat Dñm serpenti maledixisse, quomodo serpens maledictus à Dño seruat populũ? quomodo serpentis imago iubetur adorari cùm vetuerit adorari imagines? Imagines vetat Moses facere, & postea iubet facere imaginẽ serpentis? & in eã contueri eos qui se saluos velint? nisi sit typus Christi qui saluat? qui similitudinem carnis peccati gerebat, qui fugat apud Esaiam suo aduentu magnũ serpentem. TERT. lib. 4. aduersus Marcionẽ eodẽ referre videtur (inquiens) Illa die superducet Dñs machærã magnã, sanctam, & fortem, Christum scilicet suum. THEOD. Machæram (inquit) nominat vindicem filium, & liberantem. ORIG. in Iesum Naue, homil. vltima, & Periarchõ lib. 2. cap. 2. docet Machęram dici verbum Dei, quo verbo Dei abscinduntur, & purgantur peccata de animis hominum. GREG. Nazianzenus, in illud euangelij, Quando perfecit Iesus sermones hos, machæra (inquit) Christus dicitur, quod resecat malum, & putridum à meliori. BASILIVS in psal. 44. Christus dicitur machæra (inquit) quod resecet, & mortificet prauas animi cupidi
D tates, & prauos animi motus.

D. HIERONYMVS

Super Leuiathan serpentem, vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est.

LXX VIRI.

Super draconem, colubrum fugiẽtem, super draconem colubrũ tortuosũ occidet draconẽ qui in mari.

TERTVLL. aduersus Marcionem lib. 4. de principe huius mundi, & immundis spiritibus hoc explanat, quos Christus aduentu suo, Dei patris sanctissima machæra expulit: Docet enim in sacris litteris spiritualia malitiæ scorpios, & colubros appellari, quorum princeps à creatore serpens, & draco appellatur, & significatum hic putat, patrem largitum Christo filio suo potestatem calcandi super aspidem, & basiliscum (secundum humanitatem intellige, quod secundum diuinitatem æqualis est patri) vt idem significatum hic sit, quod psalm. 90. & largitum quoque potestatem interficiendi draconem in mari, quod prædictum ait etiam

apud hunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud hunc prophetam cap.35.cum dicitur, Nec erit illic via immunda, nec erit illic leo,&c. A
THEOD.draconem appellatum ait diabolum,qui draconis figuram sibi induit,vt primos parentes deciperet. ATHAN.de passione,& cruce Domini lib.vno, reddés causam cur data sit arundo à Iudæis Christo,cum ei illuderent: Arundo(inquit)vim habet tollendi serpentes,data est ei arundo, quando persequutus est fugientem draconem, videlicet serpentem illū, magnum diabolum,sustulit de medio serpentes, vt diabolo præsidijs proprijs debilitato homines fortes euaderent,& multa alia quæ in hunc locū leges apud ATHAN. Et ORIG.periarchon lib.2.cap.8.& lib.8.cap.2.D.Hieronymus Cyrillus,Procopius,ita explanāt. Vectem appellat propheta serpentem hunc,quod diabolus velut vecti concluſum haberet genus humanum sub peccato in carcere,in seruitutem suam redactum, quia qui peccat seruus est peccati. Dicitur ergo serpens vectis, quod velut vectis concluserat nos in carcere, captiuos suos sub peccato.Sed quod D.Hieronymus vertit vectem Lxx viri reddidere fugientem, quod vox Hebræa vtrunque significat, nam ברח, varijs punctis vectem significat, & fugientem, quod
vt Athanasius interpretatur persecutus est Dominus fugientem draconem , quod Dominus B
significasse etiam videtur cum ait: vidi satanam velut fulgur cadentem. THEODOR.fugientem dictum putat vt significetur illud euangelij,quod Satan fugiens clamat,quid mihi,& tibi fili Dei? venisti ante tempus perdere nos. Vel si velis dicere fugientem apostatam, & transfugam,quod primus apostata se auertit à Deo,& vt te docet D.AMBR.in lib.de paradiso cap. 13.serpens primus author fugiendi à Deo.Serpētem tortuosum.D.BASIL.in psalm.32.serpens dicitur tortuosus quod peccati dux sit,& varios habeat flexus ad varia vitiorum genera ad hæc,& ad illa pugnantia, & sibi contraria, nec vnquam recta via ingrediatur serpens, sed flexa ad hæc,& illa mala, vt serpens tortuosus incedit capite in hanc vel illam partem, lateribus in partes obliquas,in contrarias partes cauda: ita qui serpentem sequitur intortam viam sequitur,per omnia vitiorum genera,quædam etiam pugnantia,& cōtraria. Qui Deum sequitur rectas facit semitas,rectus enim Dominꝰ Deus noster,& rectæ viæ eius.Hæc Basilius,quod virtutis vna via est eaque rectissima,vitia varia,quædam inter se pugnantia & contraria.Reperies appellatum apud veteres hunc draconem tortuosum & peruersum. Græcè eadem vox est σκολιὸς, vt peruersum,& tortuosum pro eodem accipere debeas. Certè diabolus author est per- C
uersitatis,& viarū obliquarum, & cum de hoc triumphum egit Christus, praua quæ ille fecerat reuocauit in directum,& aspera in vias planas.

Leuiathan quid? Leuiathan Hebræa vox est dicta à verbo לָוָה, & תַּנִּין .i. à copulo, & serpens, quasi dixeris serpēs copulans sibi,quod pertraxit maximam partem stellarum,& maximam partem orbis terrarum, & quod copulet sibi homines,& Angelos, & concorporet: Vt enim Christus Dominus concorporat sibi ecclesiam, & caput ecclesiæ est, & ideo dictus Leui apud prophetas, (quod ostendemus latius aliquando deo bene iuuante) à verbo לָוָה, copulo,quod cōcorporet sibi fideles,& caput sit ecclesiæ, ita Sathan dictus est Leuiathan serpens concorporans sibi malos , vt intelliges ex Ezechiele cap . 29 . vbi dicitur tañin hagadol, draco magnus, cuius squamis pisces adglutinantur,& concorporantur Dei permissu, quod hæc pœna peccati malos consequatur,vt qui peccat seruus sic peccati. Adhærescunt igitur vt nos docet D.Hieron. squamis huius Draconis pisces,& concorporantur Draconi,pro varietate vitiorum,alijs coalescentibus capiti draconis qui insolescunt,& affectant dignitates,& imperia,alijs ventri,qui D
gulę indulgent, & libidini,pedibus alij, qui praua sequuntur.Sed aderit scio qui hæc allegorias appellet. Ego hūc non allegoricum,sed literalem sensum puto. Nam Iudæorum nemo erit qui perfricet frontem, & dicere audeat draconē apud Ezechielem in Nilo Aegypti fluuio fuisse cuius squamis vere adhærescerent pisces. Haud dubium quin fateretur esse parabolam, & aliquid ea parabola esse significatum,quodque significetur ea parabola sensum esse literalē Cur ergo cùm Christus sit finis scripturæ & doctrina reuelata sit scriptura sacra, non hoc potius litterali sensu significetur, quod præfert ipsa Hebræa lectio, & ipsa verborum originatio,quam quod sibi fingit impius Iudæus? Neque scio cur nostrorum quisquam,Iudæorū scriptis addictus sit & nugis? an non res confessa est Christum bonorum caput esse? Christo concorporari bonos omneis? diabolum malorum esse caput,& diabolo,malos omneis concorporari? & cum scias Aegyptum pro infidelibus nationibus accipi,& audias in flumine Aegypti versari draconem magnum,quem, vel pueri intelligant esse diabolum,cuius squamis piscis adglutinentur,cur alium huius loci sensum concipies animo,quam quem tibi reuelata doctrina pandat?

A pandat? malos diabolo concorporari,an potiùs Iudæos audias,qui meras crepant nūgas? quas vel pueri intelligant,tramas esse putridas,quas leges apud ORIG.contra Celsum lib.6.Sed Iudæi,aiunt,leuiatham significare idem quod copulatio eorum, & ad Babylonios, aut ad reges potenteis esse referendum,& quasi magnum nobis dant, mysticè ad Christum referri, vt vulgò homines solent puerorum manibus extorquere monetam auream, & illius loco dare pomulum,aut puerile pægnium, vt pueros fallant. Hic Christi passio describitur,& Christi triumphus ex aĕrijs potestatibus,& pœna, quæ Iudæos impios est consequuta, vt veterum patrum testimonijs commonstrauimus. Nulli hic sunt Babylonij,nulli tyranni,Christus describitur triumphans serpentem, & Leuiathan redditum Latinè optimè à Lxx senioribus, & draconem,docet Esaias cùm subijcit Leuiathan serpentem , vel colubrum fugientem, vel colubrum vectem.Contra ipsum prophetam Esaiam, qui sui ipsius interpres est, qui Leuiathan explanat serpentem vectem, & Leuiathan explanat rursum serpentem tortuosum: persuadent Iudæi nostris, Leuiathan Babylonios esse, aut reges potenteis. Et vt scires compositionem nominis,Leuiathan,subiecit Esaias Leuiathan, tanin, quam vocem D.Hieronymus vertit, cetum: sed res confessa est, tanin, frequentiùs significare draconem , sed D.Hieronymus cetum hoc loco accepit pro dracone,aut serpente. Explanauit ergo Esaias quid esset Leuiathan, cùm dixit, Leuiathan serpentem vectem, Leuiathan serpentem tortuosum. Et posteà compositionem expressit,tañin,pro quo dixit D.Hieronymus, Occidet cetum.i. draconem, vt intelligeretur draco qui in magno mari, & spatioso.i.in hoc mundo, suis squamis adglutinat pisces.i.homines infideleis vitijs coopertos. Denique quoties Leuiathan est in sacris litteris,redditur Latinè draco. Et ORIG.contra Celsum lib.6.citat illud psalmi, Draco iste quē formasti ad illudendum ei,Hebraicè docet esse Leuiathan.

Et quando tam multa diximus de Leuiathan, huc pertinere arbitror explanare, cur idem Sathan dicatur Beemoth Iob cap. 40.de quo multa Iudæi mentiuntur, cùm alij elephantum esse dicant, alij bestiam nescio quam. Semper enim hærent terræ , veluti si interpretarentur librum aliquem, qui nihil haberet rerum cælestium, sed rerum gestarum inter homines historiam,neque rationem vllam habent rerum diuinarum, etiam si Dei sermones habitos ad
C prophetas esse fateantur,de rebus terrenis agi putant, nullam creduntrerum æternarum fieri mentionem . Iob igitur cap. 40. Leuiathan, Behemoth dicitur, vt docet etiam D.Hieronymus in commentarijs, vbi verbum, quod erat apud Deum in principio caro factum, hamus factus dicitur,quo expiscatus Dominus est Leuiathan draconem illum maximum, qui erat in magno mari,& spatioso, & quo hamo apostoli facti piscatores per gratiam redemptionis expiscantur homines, qui concorporati erant Leuiathan draconi, vt verbum caro factum hamus dicatur ad expiscandum Leuiathan,& ad expiscandos pisces ei concorporatos,& sagena missa in mare ad extrahendos pisceis concorporatos draconi . Qua ratione ergo draco ille dictus est Leuiathan. i. draco concorporans sibi omnes angelos malos, & malos homines omneis,caput malorum angelorum, & malorum hominum, eadem dicitur Behemoth.i.bestiæ numero multitudinis: dicitur enim bestia ipse draco, quod sit sathan, & Behemoth, bestiæ, propter concorporatos sibi angelos omneis malos,& omneis damnatos. Itaque bestia dicitur Sathan,& propter tantam multitudinem malorum, quos sibi concorporauit Behemoth, i. bestiæ (nam Behemah, singulare nomen, est bestia, cuius numerus pluralis est Behemoth,
D bestiæ.) Lege AVGVST. de hoc dracone in psal. 103. in illa verba. Draco hic quem finxisti, ad illudendum ei.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
In die illa, vinea meri cantabit ei.	In die illa vinea pulchra, desyderium cantare contra eam.

PROCOP. post prænunciata mysteria euangelica aduentus Christi: Desidero, inquit, Dominus,cantare contra vineam meam pulchram. i. contra synagogam quam capite. 5. dixit: Vineam Domini Dei sabaoth,hanc cantionem quæ sequitur. Sic etiam CYRIL. & D. HIERON. interpretantur . Impij Iudæi persuadent nostris hanc cantionem esse contra ecclesiam. Hæc cantio in caput impientissimorum recidit,temporibus Vespasiani & Adria-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni. Bis sæuissimis ambusti flammis impij Iudæi, non sentiunt cantari sibi has cantilenas. A
Ergo in die illa vinea meri. i. vinea quæ mihi porrexit vinum felle mistum, vel vinea rubra, nam sic quoque lectio Hebræa verti potest. i. vinea quæ vestes meas sanguine tinxit, Cantabit ei, subaudi Dominus, hanc cantionem. Interpretatio Lxx τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀμπελὼν καλὴ οἰνοβόμημα ἐξάρχετε αὐτῇ ἄνυδρος .i. In die illa vinea pulcra, desyderiũ cantare cõtra eã. Nã quod D. Hieron. reddidit, Meri, Hebraicè est חֶמֶר, rubra, vel meri rubri, quod Lxx legisse videntur חֹמֶר, vna littera in simillimam, mutata ר, in ד, reddidere enim: Vinea pulchra, quod vox Hebræa desyderatam significat & amatam. Appellat, ergo Dominus synagogam, vineam dilectam & amatam. Pro, Cantabit ei, Hebraicè est, Cantate ei, vt sit: Cantate ei hanc cantionem, quam subiungam, pro quo Lxx viri dixere, Desyderium cantare contra eam.

D. HIERONYMVS.

Ego Dominus qui seruo eam, repentè propinabo ei.

LXX VIRI.

Ego ciuitas munita, ciuitas oppugnata, frustra potum dabo illi. B

Diuus HIER. & D. CYRIL. de Hierusalé hęc dicta esse docent. Ego Dñs qui seruo, qui vsque adhuc seru aui, repentè propinabo ei, calicẽ. s. iræ meæ. cùm vastabuntur per Romanos, vel singulis momentis propinabo ei, quòd quanuis vrbes Iudæę bis sint dirutę per Romanos, & Iudæi sedibus suis pulsi, vt prædixerat Moses, semper adhuc Dñs illis pœnas irrogat, irrogaturusque est, nec pœnarum ponet modũ quo ad se recipiant in ecclesiã: vagi semper miseri & afflicti erũt, sine lege, sine rege, sine sacerdotio, hoc est, quod propheta ait, Repẽtè propinabo ei, vel singulis momentis propinabo ei, calicẽ fellis. s. Lxx viri videntur lectionẽ Hebræam aliter intellexisse. Nã verba illa אֲנִי יְהוָה נֹצְרָהּ, duobus modis verti possunt: vel, Ego Deus seruo eã vt vertit D. Hieron. vel, Ego Dñs perdam eã, vt intellexisse videntur Lxx. Hanc varietatẽ facit verbũ ambiguum נצר, seruo, & perdo. Et quòd D. Hieron. reddidit, Repentè propinabo ei, Hebraicè est לְרָגָעִים, singulis momentis, vel repentè: אַשְׁקֶנָּה, potabo eam, propinabo ei. Potest etiã reddi lectio Hebræa sic: Ego Deus perdam illã, singulis momentis propinabã ei. i. ego Deus, qui singulis momentis propinabam synagogæ, qui mittebã quotidiè charismatũ dona, prophetas, sapientes, scribas, vt Dñs ait apud Matth. cap. 23. perdam eam, quod eodẽ loco ait Dñs: Relinquetur terra vestra deserta. Et Luc. 19. Et circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique. Lxx viri in quibusdam metaphrasim faciunt potiùs quàm interpretationem, & ita huius loci sententiam hanc paraphrasi quadam expressere: & quæ verba erant Dei, Ego Deus perdã eam, qui singulis momentis ei propinabã, & eam irrigabã, fecere verba vrbis Hierosolymorũ, miserantis suas fortunas: edidere enim, Ego ciuitas munita, ciuitas oppugnata. i. ego illa ciuitas munita præsidio angelorum, & singulis momentis à Deo irrigata, ciuitas oppugnata. i. en obsideor, circundant me inimici mei vallo, circundant me & coangustant me inimici mei vndique, & ad terram prosternent me, & filios meos, qui in me sunt. Sic enim reddunt Lxx seniores sententiam, vt euangelica verba repræsentent. Quid est hic quod à lectione Hebræa dissentiat? nisi dissentire dicas, vbi non verbum verbo redditur: dicunt Lxx viri, Ego ciuitas munita: an non est idem cum illo, Ego ciuitas, quam singulis momentis Deus irrigabat: sed propheta irrigabat dixerat (hoc enim significat verbum Hebræum) quod toto hoc capite vtitur similitudine vineæ, cùm Lxx viri velint declarare hanc vineam esse Hierusalem. Pro, Ego vinea irrigata singulis momentis pluuia cælesti, edidere, Ego ciuitas munita, præsidio angelorum. s. Pro, Perdam eam, quod Lxx viri sermonem transtulere ad Hierusalem, vtipsa conqueratur, dixere, perdor: & ita edidere perdor, vt euangelica verba expresserint, obsideor ab inimicis, perdor, coangustor. Et addidere de suo, Frustrà potabo eam, vt redeat oratio ad Dominum, qui loquitur hoc loco, quanquam ipsi Lxx transtulerant sermonem ad Hierusalem, frustrà ergo potabo eam. i. frustrà poto eam pluuijs spiritalibus, cùm apostoli frustrà apud eos prædicent euangelium, & ideo mandabo nubibus, ne pluant super eam, quod dixit Esaias cap. 5. Intelligas igitur oportet explanatam esse à Lxx senioribus partem allegoriæ, quod, vt suprà dictum est, Lxx viri solent allegoriæ veritatem miscere.

Adiere

A Adiere me quamplurimi, qui de hac re mecum contulere sermones, & aiebant Lxx viros sibi placituros fuisse magis, si ad verbum vertissent scripturam sacram fidelissimè, quam nũc, cùm has faciunt metaphraseis, & sacra sensa pandũt, verborum non magnoperè soliciti. Quos ego errare toto cælo dicebam, neque laudandos magnoperè fuisse Lxx, si trecentis annis ante Christi tẽpora verbũ verbo reddidissent. Prędicãdos esse & gloriandos, q̃ vt inquit HILAR. in. 2. Psal. ita scripturã verterint, ita sacra sensa expresserint, vt eorũ translatio collata tãto post tẽpore cum literis euãgelicis & apostolicis, peracta œconomia redẽptionis, fideliter consonant (vtor enim Hilarij verbo) vndè indissolubilis authoritas conciliata est inquit Hilar. huic trãslationi ratione tẽporis, quod tanto ante Dñi aduentũ sit edita, & priuilegio doctrinæ spiritalis. Vndè IREN. vt suprà dictũ est, lib. 3. c. 25. inflatu spiritus sancti factã esse colligit, quod tanto ante tẽpore facta, semper cũ apostolicis & euangelicis literis cõcordet. Et quantò excellat interpretatio, quę sensa exprimit, nõ verba numerat, intelliges ex B. GREG. epistolarum li. 8. epist. 42. ad Eulogiũ patriarchã Alexand. si verba illa trutinare benè & expẽdas. Indicam⁹ pre-
B tereà, quia graue hic difficultatẽ interpretũ patimur: dũ eũ non sunt, qui sensum de sensu exprimãt, sed transferre semper proprietatẽ volunt, omnẽ dictorũ sensum cõfundunt, vndè fit, vt ea quæ translata fuerint, nisi cũ graui labore, intelligere nullo modo valeamus. Hęc Gregor. quibus apparet quantũ luminis & cõmoditatis ad intellectũ scripturæ sacræ afferat tralatio Lxx, quoties metaphrasis potiùs est q̃ interpretatio ad verbũ, & quoties sensus sacros eruit potiùs, q̃ verba reddit. Et ea causa aiunt veteres patres tot cõmendatã fuisse miraculis, vt cùm paraphrasis esset scripturæ, sacrosancta semper haberetur etiã apud Iudæos, vt fuit apud illos sacrosancta, in illorũ synagogis lecta, tanta religione quanta Hebręa editio legebatur per annos DCCC & XXX vt suprà demõstratũ est. Sacra ergo est Lxx interpretatio & sacratior multo, quoties euãgelicos sensus pandit, & rerũ euentus præsignificat, q̃ quoties verbũ verboreddit.

Translatio Lxx admirabilis magis, quòd non verbũ verboreddat, sed scripturæ faciat paraphrases, quæ cum euãgelio cõcordẽt semper, & ũ rerum historia.

D. HIERONYMVS.

Ne fortè visitetur contra eam nocte, et die seruo eã, indignatio non est mihi.

LXX VIRI.

Capiet eũ nocte, die aũt cadet, mu
r⁹ ei⁹ nõ est, quæ nõ capiebat seipsã.

C NE fortè visitetur contra eã: interroganter legendũ est, & sunt verba Dñi, vt dictum est superiore cõmentario, & verba Dñi irati aduersum Hierosolyma, & est oratio morata, quæ exprimit mores irati hominis, qui crebra aposiopesi vtitur. i. reticentia, & interruptione sermonis, qualis illa apud Comicũ: Egóne illã? quæ me, quæ non. vbi plura subaudias oportet. Sic hoc loco: Ne fortè visitetur contra eã? subaudi, custodient angeli mei? aut: Seruabo eã nocte & die, vt antehac? ne admittat peccata, & ne necesse sit ei irrogare pœnas? (id eũ est visitare in literis sacris)? Nocte & die seruo eã? i. seruabo ne eã nocte & die? quod feci semper, quibus interrogationibus semper respondet non, vndè valent pro negatione, non custodiã eã ne visitetur, non seruabo eã vt antehac nocte & die, sed sinã vastari ab hostibus. Indignatio non est mihi interroganter etiã. i. parũ ne sum indignatus, imo vehementer sum indignatus. Iã nullus locus veniæ est illis post tã immane facinus in Christũ editũ. Sed lectio Hebræa aliter verti potest & dispungi aliter vt à Lxx viris est dispuncta & reddita. nocte super eam visitabit Verum
Veruntamen visitabit eã nocte, subaudi hostis. i. veniet exer- פֶּן יִפְקֹד עָלֶיהָ לַיְלָה
D citus hostiũ, & vastabit eã vt pœnas luat, nec impune ferat tã immane facinus. Nam פֶּן, significat, ne fortè, vt reddidit D. Hieron. & significat verũ, veruntamen, יִפְקֹד, varijs punctis actiua & passiua vox est. Et ita D. Hieron. vertit, Ne fortè visitetur: Lxx viri, Sed tamẽ visitabit: עָלֶיהָ super eam: לַיְלָה, nocte: vt sit, Veruntamen visitabit super eã nocte, exercitus. s. Sic enim hæc distinguũt Lxx viri, quod ex eorum versione intelligi potest facilè: Posteà seruabo eã (perdã eã) die Et
Quod potest verti: Et die seruabo eã, vt reddidit D. Hieron. qui sic distin וְיוֹם אֶצֳּרֶנָּה
xit: Nocte & die seruabo eã. Et potest verti: Et die perdã eã, quod verbũ Hebræũ נצר, vtrunq; significat seruare, & perdere. Poterit ergo esse sensus iuxta tralationem Lxx, Veruntamẽ visitabit eã, exercitus. s. nocte & die perdã eam. Post vastatas eũ vrbes Iudæę à Vespasiano, & ædità incredibilẽ stragẽ in Iudæos, & in singulas Iudæorũ vrbes, vt apud Iosephũ leges omnibus libris de bello Iud. confluxerant penè vniuersi Iudæi residui Hierosolyma ad celebrandũ festũ azymorũ, & nec opinantes vniuersi Iudæi, nocte cincti sunt obsidione à Romano exercitu, leges apud Iosep. li. 6. de bello Iud. cap. postremo, vt vniuersi tãti flagitij pœnas penderẽt, ne posset quisq̃ suppliciũ euadere, q̃d his verbis est significatũ. Verũtamẽ visitabit eã nocte. i.

Universidad de Deusto
Biblioteca

exercitus Romanorũ eam cinget nocte obsidione,& die perdam eam.i.intra diẽ,vel intra bre A
uissimum tempus perdàm eam,illam expugnabunt Romani. Po- mihi non est murus(& ira)
strema verba reddi possunt: Indignatio non est mihi, vel, murus חמה אין לי
non est mihi, vt vertere Lxx seniores, nam חמה, indignatio est, vt transtulit D.Hieronymus & murus vt vertere Lxx,hoc sensu,vt sint verba vrbis Hierosolymorum lamentantis momento temporis,postquam obsessa est,se nudatã esse muris,id enim significãt illa verba,Murus nõ est mihi.i.quæ putabam me esse inexpugnabilẽ,quod quatuor editissimis,& præruptis collibus essem sita,triplici muro, eoque firmissimo cincta, temporis momento en cecidere muri. Lxx viri veluti si legissent historiam, hanc sententiam omnem expressere:sunt enim commentarij non interpretes in locis obscuris: edidere igitur Κλάσεται γὰρ τοῖχος, ἐμοῖρας δὲ πεσεῖται, τὸ τεῖχος αὐτῆς οὐκ ἔσται, ἢ οὐκ ἐπολέμησαν αὐτῇ. quæ verba ab interprete Latino parum intellecta,sic reddes: Capietur enim nocte,die autem cadet murus eius,non est quę non capiebat seipsam.Quibus verbis sensisse videntur Lxx viri vrbem Hierosolymã obsessam fuisse vespere à Romano exercitu subitò,cum eò confluxisset omnis multitudo Iudæorum ad celebrandũ festum azymorũ, B
captam verò fuisse vrbem, intra breue tempus subuersos muros,cùm plena esset infinita multitudine defensorum: id enim significant verba illa,quæ Lxx de suo addidere: Cùm seipsam non capiebat.i.cùm plena infinita multitudine Iudæorum esset,adeò vt vrbs non caperet tantam hominum multitudinem.Quòd ergo Hebraicè est,Veruntamen nocte visitabit super eã, (sic enim potest,vt dixi,verti lectio Hebræa)Lxx viri interpretãtur.i.nocte capietur, & quod sequitur:Die perdam eam,dixere,die cadet.Postremùm:Murus non est mihi,quę verba erant lamentãtis vrbis Hierosolymorũ,vertere:Murus eius nõ est,vt planior esset sensus. Addidere de suo:Quæ non capiebat seipsam.i.quæ non capiebat ipsos defensores, vel cùm plena esset omni multitudine Iudæorum.Nam quanuis Iosephus in principio lib.1. de bello Iudaico, refellere conetur opinionem quæ vulgo percrebuerat, quod vrbs Hierosolyma subito capta esset vna nocte,temporis momento, id facit Iosephus vt suis gratificetur: semper enim propheta præ se fert illam opinionem veram esse. Hæc omnia sic sensit CYRIL. excepto quod videtur non satis distinxisse Græcam lectionem,quanquam errorem illum interpretis magis C
esse puto, quàm scriptoris, qui sua tempestate ecclesiæ catholicæ lux est appellatus. Notandum tamen in quibusdam exemplaribus translationis Lxx virorum, reperiri quoque verba hæc addita: Quis me ponet vt custodiam stipulam in agro, propter hostilem hanc regionem aspernatus sum eum. Quæ verba D.Cyrillus tanquam legitima translationis Lxx virorum agnoscit,ea tamen Lxx de suo addidere vice commentariorum.

Ergo postquam descripta est subuersio Hierosolymorum & murorum eius,sequitur:Quis me ponet vt custodiam stipulam in agro?quæ verba pharisæorum & principum sacerdotum & scribarum videntur esse.i.ô vtinam pastor essem,aut messor in agro, quod Romani in scribas,pharisæos,& principes edebãt maxima cruciamẽta eos verberibus cædebant,crucibus sæuissime suffigebant, vinciebant vt in theatris belluis laniandos obijcerent,per omnia supplitiorum genera necabant,pepercere multitudini, vt leges apud Ioseph.in fine lib.6.vndè principes hæc vota faciebant vana, ô vtinam messor essem, vtinam mentiri possem vnum aliquẽ virum pauperem, vtinam possem videri messor aut pastor. Lege quæ suprà scripta sunt in illud cap.10.Vbi relinquetis gloriam vestram? nam Lxx addunt paraphraseis & commentaria ex alijs scripturæ locis. Propter hostilem hanc regionem aspernatus sum eum. CYRIL.Pro- D
pter ipsam Hierusalem aspernatus sum populũ Iudæorum, quod Hierusalẽ mihi fuit hostis, me sustulit in crucem,apostolos meos persequuta est & prophetas meos. Poteris interpretari etiam,Propter hostilem hãc regionem.i.pro Romanis his,& pro nationibus,aspernatus sum Iudæos.i.reliquos Iudæos,& hos hostes Iudæorum mihi delegi populum,nam pro gentibus & nationibus,quæ sub signis Romanis militabant,aspernatus est Dñs populum Iudæorum.

D. HIERONYMVS

Quis dabit me spinã et veprem in prælio? gradiar super eam,succendam eam pariter,an potiùs tenebit fortitudinem meam?

LXX VIRI.

Igitur propter hoc fecit Dominus Deus omnia quæcunq; constituit, combustus sum,clamabunt omnes habitantes in ea.

Quod

A QVòd hæc loca perobscura sunt,Lxx viri loco translationis edidere cõmentaria,& significãt Lxx verbis prophetę,quę ad verbũ reddidit D.Hieron.significari,complesse Dñm omnia,quæ prædixerat per Mosen Deuter.cap.28.&.29.se vastaturũ esse vrbes Iudææ,& incensurũ,si non seruarent legem Dñi,& quæ prædixerat per alios prophetas: Terra vestra deserta, & ciuitates incensæ igni.Hoc enim significãt verba illa Lxx virorũ. Igitur,propter hoc quod non recepistis Christũ,neq; credidistis prophetis, fecit dñs Deus omnia quæcunq; constituit, i.quæcunq; prædixerat per prophetas. CYRIL.Fecit omnia quæ ordinauerat,quæ definierat, fierique decreuerat per prophetas suos.Combustus sum clamabunt omnes habitantes in ea.CYRIL. Inuenies,inquit,incensam Hierusalem, vt meritò dicas omnes habitantes in ea clamasse, Combustus sum. Igitur verba D.Hiero.sic explanabimus:Quis dabit me.i.quis dabit mihi,nã Hebraicè dicitur מי יתנני ,quod vertere potes,Quis det mihi? & sic vertit PAGN. Ergo,quis dabit me? i.mihi,spinam & veprem,fomenta ignis, scilicet,in prelio,quod immittã in Hierusalẽ,succendam eã igni,gradiar super eã,ibo aduersus eam,succendã eam pariter,consumã illã
B totã simul incẽdio. An potiùs tenebit fortitudinẽ meã? an quisquã erit,qui mihi resistat? quod Dominus dicere solet,quasi dicat,nemo. & loquitur Dominus more humano, vt futurã Hierosolymorum vastitatẽ significet, quod vt CYRIL.ait in expositione symboli Nicæni Concil.tom.1.in principio,solet sacra scriptura ea,quæ intellectũ excedunt,verbis nobis familiaribus significare, D.Hieron. videtur interpretari diuinitùs verba illa: An tenebit fortitudinẽ meam, vt proximo commentario apparebit.

D. HIERONYMVS.

Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi, qui egrediuntur impetu à Iacob.

LXX VIRI

Faciamus pacem illi, faciamus pacem venientes filij Iacob.

DIuus CYRIL.in Ioann.li.11.cap.19.sic inquit,Christus vt mediator, recipiẽs omnes qui per fidẽ ad Deũ concurrunt,& per seipsum Deo patri offerens,Deo mundũ reconciliauit,propterea Esaias Dei pacẽ in Christo eligendã consuluit,Faciamus pacẽ illi,faciamus pacem. D.Hieronymus videtur verba illa:An potius tenebit fortitudinẽ meã,superioris orationis sic
C explanasse: An potius amplectetur Christũ populus Iudæorum,qui est fortitudo patris,& sic saluus fiet,vt posteà sequatur,Faciet pacẽ mihi.i.redibit ad me,& reconciliabitur mihi. THEODOR.eodẽ modo explanat:Reconciliemus,inquiens,nobis Dñm,placemus illius irã aduersus nos vitę mutatione. Tamen translatio Lxx paraphrasis est:dixere enim,Faciamus pacẽ illi, faciamus pacẽ venientes filij Iacob:vt sit sensus, Iudæos non prorsus esse deletos,sed residuos fuisse aliquos,quod illorũ posteri redituri essent ad Christũ. Hoc enim verba hæc significant: Nos filij Iacob venientes.i.qui orituri sumus ex residuo populi Iudæorũ, faciamus pacẽ illi,faciamus pacem. Et sic explanabimus interpretationẽ D.Hieron.Faciet pacem mihi,populus Iudæorũ,scilicet,qui egrediuntur impetu à Iacob.i.qui nascentur ẽ populo Iudæorũ innumerabili sobole.Nã prædictũ per Oseam est,& prophetas alios, filios Iacob vermiculaturos esse.i. propagandos infinita sobole,more vermiculorũ.Quanq; aliquanto secus explanat CYRIL.in cõmentarijs.Vult enim huius loci hunc esse sensum: Excluso populo Iudæorũ,venit populus Gentiũ,dicens: Israel primogenitus negauit Deũ, in suũ redemptorẽ impius fuit: nos qui è tenebris ad lucẽ venimus,à cultu dæmonũ ad cultũ Dei veri,faciamus pacẽ cũ eo, sublato nanq;
D peccato,obedientes euangelij prædicationi,iustificati ex fide, pacẽ habebimus apud Deũ, per dñm nostrũ Iesum Christum,quod Paulus inquit ad Rom.5. & sic IREN.lib.4.cap.7.hunc locum videtur intellexisse:Quæ non propter se,inquiens,principaliter facta sunt,sed propter aliud,auferuntur de medio facto principaliore,vt synagoga erat propter euangelium,promulgato euãgelio tollitur de medio synagoga, subuertũtur Hierosolyma & vrbes Iudææ,quæ nõ propter se erant,sed propter legẽ nouã,& de medio illa tolluntur,ne quis in lege veteri subsisteret,cùm ergo germinauerint filij Iacob toto orbe tollitur de medio synagoga.Quib° verbis Irenæus argumentũ totũ huius capitis,quod suprà multis verbis sumus interpretati, explanat.Et hunc locũ videtur interpretari eodẽ modo quo Cyrill.vt sit sensus:Deleta ergo synagoga,deleta vmbra,quia ea opus non erat,postquã venit veritas,venientes filij Iacob,siue ex Gentibus siue ex populo Israelitico,aiunt,Faciamus pacem cum eo,faciamus pacem: nam quicunq; veniunt ad fidem,filij Iacob dicũtur, per regenerationem baptismi in Christo, & filij Abraham: vndè Abraham est dictus quasi pater nationũ,& vulgata sic, Faciet pacem mihi populus.s.qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

egrediuntur de radice Iacob.i.qui naſcentur per regenerationem baptiſmatis ex flore illo na A
to de radice Ieſſe,qui prodijt ex radice Iacob.Sic enim dictum eſt,Populus egrediẽtur,vt:Pars in fruſta ſecant-.Et apud T.Liuiũ,Multitudo venerunt. Quòd ſi legas,Qui egrediuntur impetu à Iacob,magis ob oculos ponetur ſubita nationum ad fidem conuerſio, nam ante centum annos poſt crucem Domini, totus orbis ad fidem fuit conuerſus: quod verba illa ſignificant, Qui egredientur .i. renaſcentur,impetu, incredibili celeritate,à radice Iacob, ab illo flore qui prodijt ex radice Ieſſe,qui ex radice Iacob eſt ortus.

D. HIERONYMVS.

Florebit et germinabit Iſrael, et implebit faciem orbis ſemine.

LXX VIRI.

Germinabit et florebit Iſraël,et implebitur orbis terræ fructu eius.

AVGVST.de vnitate eccleſiæ lib.vno cap.8.Germinabit & floreſcet Iſrael,inquit,& replebitur orbis terræ fructu eius, Iſraël nempe filius Iſaac, nepos Abraham, cui promiſſum eſt, quod in ſemine eius benedicendæ eſſent omnes gentes,quod ſemen,Chriſtum interpretatur apoſtolus,& cætera quæ adiecit D.Auguſt.quibus declarat fore vt hoc ſemẽ.i.Chriſtus germinet & floreſcat ex Iſraël, & fructu eius impleatur omnis terra,quia ſi granũ frumenti cadens in terram mortuum fuerit,multum fructũ affert,vt ſi Iſraël florebit.i. naſcetur Chriſtus ex Iſrael,qui eſt flos agri,& flos de radice Ieſſe,fructu eius implebit orbem . IRENAEVS.lib. 4.cap.7.intellexit, vt dixi,præſignificari hoc loco delendam eſſe ſynagogam , & Iudæę vrbes vniuerſas,cùm germinauerint filij Iacob toto orbe, cùm aqua baptiſmatis gratia Spiritus ſancti renaſcentur filij ſpirituales toto orbe . Lectio Hebræa eſt הַבָּאִים יִשְׁרֵשׁ יַעֲקֹב, quæ verba quod nomina Hebræa indeclinabilia ſunt, verti poſſunt variis modis , vel הַבָּאִים, in venientibus,hoc eſt,in poſteris: יִשְׁרֵשׁ, radicabitur. יַעֲקֹב, Iacob:vt ſit totum:In poſteris,vel in venientibus,radicabitur Iacob,hoc eſt,propagabitur,creſcet,vel inſeretur radici oleæ,velut interpretatur Pagn. הַ בָּאִים,in veniẽtibus,in diebus qui veniũt radicabit Iacob. Tamẽ ex tralatione D. Hieronymi & Lxx,facile eſt intelligere non eſſe legendum יִשְׁרֵשׁ, radicabit, vel radicabitur, ſed vna litera minus,ſine, ׳ ,ſcilicet,& alijs punctis: שרש, radice, vt vertendum ſit הַבָּאִים, venientes: שרש, radice: יַעֲקֹב, Iacob,venientes è radice Iacob. Sic enim reddidere Lxx : Qui veniunt filij Iacob:& D.Hieron.qui egrediuntur radice Iacob.Suprà eñ in diſputatione de tranſlationibus præceptum illud D. Hieronymi oſtendimus , quomodo ex interpretatione Lxx deprehendi poſsit,quid eſſet in lectione Hebræa immutatum.hoc loco non ſolùm id deprehendes ex interpretatione Lxx ſeniorum , ſed etiam ex tralatione D.Hieronymi varia olim fuiſſe puncta & lectionem variam , qua de re pluribus eſt diſputatum , ita ut nemo repugnare queat,niſi frontem velit perfricare.Scias tamen ſiue hoc ſiue illo modo legas,eundem eſſe ſenſum,ſed non eſt cur lectiones receptas in eccleſia mutes.

B C

Varia puncta & variã lectionem fuiſſe tempeſtate D.Hieron. & Lxx virorum.

D. HIERONYMVS.

Nunquid iuxta plagam percutiẽtis ſe, percuſsit eum? aut ſicut occidit interfectos eius, ſic occiſus eſt?

LXX VIRI.

Nũquid ſicut ipſe percuſsit, & ipſe ſic percutietur? aut ſicut ipſe occidit,& ipſe ſic occidetur?

CYRIL. indulgentiam Dñi his verbis ait ſignificari , qui quanuis populus Iudæorũ regẽ gloriæ in cruce ſuſtulerit,in ſanctos immaniſsimè ſæuierit,prophetas occiderit,flagellauerit,ipſe tamen Dñs in illos multò minùs ſæuierit. Nunquid enim,inquit,vt ipſe populus Iudæorũ percuſsit Dñm & ſanctos eius,ſic ipſe percutietur à Dño?non ſanè. nec vt ipſe occidit Dñm,prophetas,& ſanctos,ſic ipſe occidetur . Nunquid percuſsit eum Dñs,populũ.ſ.Iudæorum, iuxta plagam percutientis, qua ipſe populus Iudæorum percuſsit Dñm , & eius ſanctos martyres? Aut ſicut occidit populus Iudæorum interfectos eius, prophetas. ſ.ſcribas , martyres,& apoſtolos,ſic occiſus populus Iudęorum eſt? THEOD. Sperabas me prorſus deleturum nationem Iudæorum,maior mea indulgentia eſt & miſericordia, adhuc eos mea prouidentia dignos iudicabo,nec rationem habebo immanium peccatorum , quæ in me edidit hic populus. D.HIERONY . eodem modo hunc locum explanat,vt ſit explicandus hic locus,iuxta illud Oſcæ cap.11.Quid tibi faciam Ephraim ? quid tibi faciam Iuda? ſicut Adama ponam te,& ſicut Seboim?conuerſum eſt cor meum in hoc,non faciam iuxta iram furoris mei , non relinquam vt deleatur Ephraim,quoniam Deus ego ſum,& non homo.

D

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS

In menſuram contra menſuram cùm abiecta fuerit, iudicabo eã.

LXX VIRI.

Rixãs & exprobrans emittet eos.

IN tralatione Lxx vnum verbum deſideratur, quod reponendum eſt ex lectione Hebræa, legendumq;:In menſura rixans & exprobrans,emittet eos: ſenſus igitur eſt, in menſura intra modum caſtigabo eam,iudicabo eam:Ergo,caſtigabo eam ſynagogã in menſura , intra modum,contra menſuram,citra menſuram ſcelerum ſuorum,cùm abiecta fuerit,cùm repudiauero ſynagogam,peracta œconomia redẽptionis.Cùm vmbra repudiata,& abiecta fuerit aduentu veritatis . ſic hæc interpretatus eſt D.Hieronymus . Lxx viri , In menſura rixans & exprobrans, emittet eos.CYRIL.quæ tandem menſura, aut quis modus pœnarum futurus eſt? Rixans, inquit, & exprobrans emittet eos,hæc eſt menſura pœnarum qua afficiet Dominus eos, quòd emittet eos,pellet eos ſuis ſedibus,& à ſua amicitia relegabit,quod ſeruator fecit,ablegauit enim populum Iudæorum à ſe rixans & exprobrans,& increpãs. Dicebat enim Dominus, Hieruſalem,Hieruſalem quę occidis prophetas,relinquetur terra veſtra deſerta,quòd re præſtitit Dominus: & hæc eſt pœna qua eos Dominus affecit, & hęc pœnarum menſura . Eadem PROCOPII ſententia eſt,qui ait: Qua tandem menſura ait Dñs ſe velle ſumere pœnas à populo Iudæorum ? Bello, inquit, quod vaſtabit eorum vrbes bello , & quòd exprobrans dimittet eos à ſua familiaritate,dicens: Hieruſalem,Hieruſalẽ quæ occidis prophetas. Eſt Procopij melior interpretatio, bellans, quod Græcè eſt μαχόμενος, bellans, pœnas expetet Dominus Romanorum armis,delens vrbes Iudæę,Impp. T.Veſp.& Adriano.Et poſteà exprobrans.i.cum probro & contumelia eos dimittens. Hebraicè מאה, menſura eſt,& geminata dictio מאמאה,quæ vox nuſquam alibi quam hoc loco reperitur, eſt in menſura, quam vocem D.Hieron. reddidit, in menſura contra menſuram, in menſura,intra modum, contra menſuram , non pro magnitudine ſcelerum . Mutata vna littera, fit lectio Lxx virorum: סָאָה,cum menſura: סאן , pugnans.i. cum menſura bellans & exprobrans emittet eos . Lectio Hebræa ergo , iuxta Lxx viros,ad verbum ſic reddi poteſt : In menſura bellando,in dimittendo iudicabis eam.i. caſtigabis eam bello & armis, intra menſuram , non delendo prorſus, & in dimittendo eam. i.repudiando ſynagogam.

B C

D. HIERONYMVS.

Meditatus eſt in ſpiritu ſuo duro per diem æſtus.

LXX VIRI.

Nónne tu eras qui meditabaris ſpiritu duro,interficere eos ſpiritu furoris?

VIdentur eſſe verba prophetæ ad Dñm,qui dixit ſe cum modo puniturũ Iudæos,& eorũ miſerturum eſſe.Vbi tuæ illæ minę erant Domine,quibus Iudęos prorſus minabare eſſe delendos?vt Dñs indulgentiſsimus multũ ex pœna remittis . Quanquã CYRIL.cõtra Iudęos hæc verba dicta putat,non tu eras ô populę Iudæorũ,qui ſpiritu duro interficiebas omnes prophetas,qui miſsi erant ad te? Verba Hebræa ſunt הָגָה בְּרוּחוֹ הַקָּשָׁה בְּיוֹם קָדִים

Quæ lectio multis modis reddi poteſt , vel,Meditatus es in ſpiritu duro,ſicut in die euri.i. meditabere tam dura quam ſolet oriri procella quæ excitatur euro.Sunt enim breuiſsimi Hebræi,& ſubaudiunt multa,vel, Meditatus es in ſpiritu duro ſicut in die æſtus,quod קָדִים , vox Hebræa Orientẽ ſignificat,& æſtũ ſolis & Eurũ, qui flat ab oriente,& erit ſenſus:Meditatus es in ſpiritu duro,æſtuans ira.ſ.ſicut exæſtuant homines ardore ſolis in die æſtus: & ſic videntur Lxx interpretati , qui ſententiam expreſſere non verba. Nónne tu eras qui meditabaris in ſpiritu duro interficere eos ſpiritu furoris?Et hæc videtur eſſe ſententia D·Hieron.Cyrilli,& Procopij.Poſſet etiã ſic reddi:Expellẽs eos ſpiritu duro,ſicut in die Euro,quæ interpretatio mihi magnoperè placet.Cùm enim ſuperiore oratione dicta ſit pœna qua afficiẽdi ſunt Iudęi,quod Dñs bello ſit deleturus eos,nõ prorſus,ſed intra modũ,& cũ probro & ignominia eos ſit deleturus.ſequitur:Expellẽs eos in ſpiritu duro,&c.ſic eñ Dñs expulit Iudæos ſuis ſedib⁹,& diſpulit in omnes partes orbis, ſicut exorta procella Euri expellitur puluis,& rotatur.Et verbũ Hebręũ הָגָה,meditari ſignificat,& expellere,vt poſsit vtroq; modo trãsferri. Quę igitur potiſsima ſententia eſt?quę recepta.Scias tamẽ Canonẽ eſſe præſcriptũ ab Auguſt.& alijs patribus,vnum ſcripturæ locũ, poſſe plures haberes ſenſus litterales.

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: et iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci et delubra. Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, et dimittetur quasi desertũ. Ibi pascetur vitulus, et ibi accubabit et consumet summitates eius, in siccitate messis illius cõterẽtur.

LXX VIRI. A

Propterea auferetur iniquitas Iacob, & hæc est benedictio eius cùm abstulero eius peccatũ, quando posuerit omnes lapides altarium concisos, vt puluerem minutum. Et nõ manebunt arbores eorum, idola eorum succensa quasi lucus: longè habitans grex remissus erit, sicut grex derelictus, & erit multo tempore in pascua, & ibi requiescent. Et post B multũ tempus non erit in ea omne viride, quia exsiccatum est.

POst descriptã Iudææ vastitatem, & prædicationem apostolorum, & promulgationem legis nouæ toto orbe, & Christi passionem, subiungit nunc causam passionis Christi, quam fuisse dicit, vt expiaretur peccatum Iacob, vt tolleretur peccatum mundi, redimeretur genus humanum, pelleretur è mundo dæmonum cultus, tollerentur idolatrarum aræ. Quibus rebus factis tollitur synagoga, vt collectis melonibus, tollitur tugurium: quod erat in cucumerario: sic promulgato euangelio, populus Iudæorum qui typus erat Christi, & euangelij tollitur de medio, quod cùm aduenerit veritas, vmbra & typis nihil est opus, & ita huius loci sensus est, peracta œconomia redẽptionis vastabitur vniuersa Iudæa, tolletur vmbra quando iam aduenerit veritas, & sic fermè Cyrillus & D. Hieron. Super hoc ergo dimittetur iniquitas domui Iacob, propter passionẽ Christi dimittetur peccatum his, qui in nomine eius fuerint baptizati, qui dicuntur Iacob spiritalis, & C iste omnis fructus, quod Lxx interpretantur. i. ista est benedictio, qua in semine Abraham benedicendæ erant omnes nationes, vt auferatur peccatum eius, quod interpretantur Lxx viri. i. cùm abstulero peccatum eius. Itaque benedictio, qua benedicendæ erant omnes gentes, in semine Abraham. i. in Christo erat, quoniam agnus Dei quem Ioannes digito ostendit, inquies, Ecce agnus Dei qui peccatum mundi tollit, sustulit de mũdo peccatum. Cùm posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos. i. cùm contriuerit Dominus idola, & confregerit simulachra Aegypti. Quando ergò disturbauerit Dominus simulachra dæmonum, quod signũ erat aduentus Christi, vt dictũ est in cap. 19. in illa verba: Et commouebuntur simulachra Aegypti. Quando ergò disturbauerit Dominus altaria dæmonum, & redegerit in cineres, & arbores, & lucos, & nemora quæ consecrata erant dæmonibus, tunc erit redemptio generis humani. s. Ponit enim rursum signum aduentus Christi, confractionem idolorum & conflagrationem, & excisionem nemorum & lucorũ, quæ consecrata erant dæmonibus, post hæc subiungitur vastitas Iudææ, vt diximus suprà ex I R EN. Ciuitas munita desolata erit. i. vrbs Hierosolyma, quæ munitissima erat sita in quatuor collibus à tergo præruptis, & inaccessis, & triplici muro cincta, vt diximus ex Iosepho. 5. lib. de bello Iudaico, & quæ à PLIN. nobilissima totius D Asiæ est dicta: hæc ciuitas adeò munita, erit desolata & speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum. i. vrbs Hierosolyma quæ speciosissima erat, vt leges apud Ioseph. lib. 6. cap. 1. delebitur prorsus sub Adriano, & reliquæ Iudææ vrbes pulcherrimæ conflagrabunt, & quæ erant culta, erunt vasta, vastabitur Iudæa, vastabitur omnis vrbs munita, omnis vrbs speciosa, vel ex lib. 3. cap. 4. Iosephi discere potes, quàm amœnæ Galilææ vrbes erant, quanque sint vastæ relictæ. Pro his omnibus dixere Lxx viri, quasi sylua longè, longeq; fusa, id enim significat ὅστις ἔρημος μακρὰν τὸ κατοικούμενον. Nam τὸ κατοικούμενον, id quod habitabatur, significat quicquid a Iudæis habitaretur ὅστις ἔρημος, vt sylua: μακρὰν, longè lateq; patens. i. omnis habitatio Iudæorum erit redacta in syluas vastas. Latinus interpres minus benè hæc vertit, quæ sic ipse reddes: Et erit quasi sylua latè patens totum habitabile, grex dimissus eius, vt grex derelictus erit multo tempore in pascua, & ibi requiescent greges.

Quibus verbis aperte est descripta vastitas Iudææ à Lxx senioribus, vt interpretantur etiã

CYRIL.

A CYRILL. & D. HIERON. Totum habitabile. i. tota Iudæorum habitatio, erit quasi sylua late patens. i. erit redacta in syluas & dumeta & loca vasta, Grex dimissus erit, vt grex derelict? interfectis & deletis Iudæis prorsus, greges & armenta vagabuntur sine Dominis, erit Iudæa multo tempore in pascua. i. erit Iudæa vasta multo tempore, & redacta in belluarum pascua, & requiescent ibi greges, erit in pascua pecudum. Itaque Lxx loco interpretationis, frequẽtissime edunt cõmentaria quod fecere mirabiliter hoc loco. Quod enim Hebraicè est, vt vertit D. Hieronymus, Dimittetur quasi desertum omnis ciuitas munita, dixere, quasi sylua longe longeque patens omne habitabile, Iudæorum. s. Ibi pascetur vitulus ibi accubabit, & consumet summitates eius, interpretantur vagabuntur greges sine Domino & multo tempore erit vniuersa Iudæa in peccudum pascua & vbi erant vrbes pulcherrimæ in locis editis ibi nascentur arbores & greges depascentur earum summitates. An sit autẽ paraphrasis fideliter redditа cõsule historias, & confer cum rebus gestis & tibi persuadebis, & non immeritò, sanctos patres sensisse sine spiritus sancti numine hæc fieri non potuisse. An tanto ante tempore quis- *Paraphrasis Lxx virorum:*
B quam suo ingenio scripturæ sacræ semper veram feciſſet paraphrasim, non secus ac sic rebus gerendis interfuisset & historias legisset? Vitulum ergo non accepere Lxx pro exercitu Romano aut pro imperatore Romano, Sed pro grege quolibet aut armento: vt ex vno plura significentur per Synecdochen. In siccitate messis illius conterentur, hic enim apponenda distinctio est, si interpretationem Lxx virorum sequi velis & veterum patrum sententiam, qui vt proximo commentario apparebit, initium sententiæ faciunt: Mulieres venientes. Ergo in siccitate messis illius. i. cum albescet messis illa Domini, & mittentur à Domino operarij, iuxta illud Ioannis, Videte regiones, quæ albæ sunt iam ad messem, tunc ergo conterentur Iudæi de quibus sermo vsque adhuc fuit, tunc contriti sunt Iudæi à Romanis cum misit Dominus operarios, vt congregarent fructum in vitam æternam, quia noluerunt Christo credere. Sed huius loci lectionem Hebræam aliter intellexere Lxx viri quam Diuus Hieronymus. Nam lectio Hebræa est. וְכִלָּה סְעַפֶּיהָ בִּיבֹשׁ קְצִירָהּ תְּשֻׁבַרְנָה

Sic enim distinxisse videntur Lxx viri. Nam
verba illa כִּלָּה סְעַפֶּיהָ, quæ D. Hieronymus vertit optime: Cõsumet summitates eius, & fecit
C clausulam & finem superioris orationis, videtur sententiæ fecisse initium & vertisse, consumentur rami eius, & retulisse ad vineam. Nam loquitur hoc cap. propheta de populo Iudæorum tãquam de vinea iuxta illud, Vinea Domini sabaoth populus Iudà. Sic enim in principio huius capitis, Vinea mea cãtabit ei, igitur omnis cantilena huius capitis vinææ cantatur, cuius finis videri potest consumentur rami eius nam verbum כָּלָה, consumere significat vt vertit D. Hieronymus & deficere, & consumi, vt cõmode verti possit consumẽtur, deficient סְעַפֶּיהָ, summitates eius vt reddidit D. Hieronymus & rami eius vt intellexisse videntur Lxx viri: & est fœmininũ vt ad vineam referatur, vt prænũciet Esaias defecturos huius vineæ ramos & futuram in conculcationem, quod dictũ est cap. 5. Rursum sequẽtia sic videtur etiam interpretati Lxx בְּיבֹשׁ קְצִירָהּ, cum exiccabitur ramus eius vel palmes eius, vineę. s. nam verbũ Hebręũ & messem significare potest vt reddidit D. Hieron. & palmitem & ramum. Cũ exiccabitur ergo huius vineæ ramus cui cantio hæc cantatur. cum aruerint palmites non recepto Christo quia mandauit Dominus nubibus ne pluerent super illam vineam post illam, תְּשֻׁבַרְנָה, conteretur, vinea confringetur, est enim genere fœminino verbũ ipsum vt possit optime ad vi-
D neã referri. i. vastabitur à Romanis. Hæc omnia sic interpretantur Lxx viri qui huius loci edidere etiam commentarium & dixere: Nõ erit in ea omne viride, quia exiccatum est. i. in ea vinea de qua sermo est, nõ erit omne viride, nullũ viride erit, quia exicabitur nõ recepto Christõ & addidere de suo post multum tempus. i. quo ad intret plenitudo gentium.

D. HIERONYMVS.

Mulieres venientes & docentes eam non est enim populus sapiẽs, propterea non miserebitur eius qui fecit eum, & qui formauit eum non parcet ei.

LXX VIRI.

Mulieres venientes ab spectaculo, (vel à visiõe) venite huc illuminate nõ populꝰ est habens intellectũ, ꝓpterea non miserebit' qui fecit eos.

CVm prædixerit propheta exiccandam vineam Domini, quod non receptura esset Christum & mandandum esset nubibus ne pluerent super illam, idque docuerit toto hoc ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pite D. Hieronymus & Cyrillus & Theodoretus & Irenæus & Lxx viri qui pro ſcholijs an- A
tiquiſsimis & optimis eſſe debent. Specta nunc lectionem Hebræam quid clamat.

Id eſt, Mulieres venite illu- iſte intelligentiæ populus non qm̃ ipſi illuminate venite
minate ipſam qm̃ non populus illuminantes venientes Mulieres
intelligentiarum iſte. Quis hæc בְּנוֹת הוֹגֶה עַם לֹא כִּי אוֹתָהּ מְאִירוֹת בָּאוֹת בָּשִׁים
audiat dici aduerſus vineam Domini ſabaoth .i. populũ Iuda, & mulieres vocari vt illam vi-
neam illuminẽt, & non veniant, ſine vllo doctore, ſine monitore vllo, in mentẽ mulieres euã
gẽlicẽ venientes è ſepulchro & teſtatæ reſurrexiſſe Dominũ? ne quis miretur ſic eſſe interpre-
tatos omnes veteres patres. CYRILL. enim illud Matt. eſſe docet cap. 28. veſpere autẽ ſabbati
quæ luceſcit in prima ſabbati venit Maria Magd. & Maria alia videre ſepulchrum. ORIG. in
illa verba Matt. Erant autem ibi mulieres à longe veniẽtes Magdalene & Maria Iacobi: de iſtis
mulieribus ait: prophetaſſe referunt Eſaiã, Mulieres venientes ad ſpectaculum venite, vocat e-
nim mulieres vt relinquant populum inſenſatum, & accedant ad nouũ teſtamentum, aſpiciãt
paſsionem Chriſti. THEOPH. in illa verba, Erat Maria Magd, & altera Maria ſedentes contra B
ſepulchrum, De his (inquit) ait Eſaias, Mulieres veniẽtes ab ſpectaculo venite, non enim eſt
populus habens prudentiã. Aperte populum non habentem prudentiam, populum Iudaicum
appellat, qui Chriſtũ cruci ſuffixit, & iubet relinquere populum illum, & accedere ad apoſto
los & nũciare illis reſurrectionẽ Domini. Apertius TERTVLL. in expoſitione ſymboli hũc
locum interpretatur de mulieribus, quæ reſurrectionem Domini nũciauere, non credente po
pulo, nec phariſæis, quem populũ ineruditum & inſipientem appellat, & periturum, indignũ,
cuius miſereatur Dominus: TERTVLL. lib. 4. aduerſus Marcionẽ in fine, de mulieribus reuer
tentibus è ſepulchro, & ab angelorum viſione, dicta hæc eſſe docet: Mulieres venientes à viſio
ne venite .i. mulieres veniẽtes à viſione angelorum venite ad renunciandã Domini reſurrec-
tionem & ad euangelizandũ apoſtolis. Et aduerte fœminas has apoſtolicas vocari ab Eſaia &
apoſtolorum magiſtras, & illuminatrices, & hinc eccleſiam ſumpſiſſe, quod in officio beatæ
Mariæ Magdalenæ canit, Quæ reſurrectionem Chriſti adnunciando apoſtolorum apoſtola
fieri meruiſti, & Hebræis verbis ita nominatur, quæ ſunt, Fœminæ venite, & illuminate
ipſam vineã, nam vulgatus eſt ille canon ſcripturæ, quem præſcribit AMBROS. de vocatione C
gentium, partem pro toto poni in ſcriptura, & ſic explanãda eſſe loca, quæ contraria inter ſe
videtur de vna, & eadem re, vt hoc loco vinea vaſtata dicitur .i. pars infidelis, quæ maior fuit,
& vineę illuminantur reliquiæ, quæ ſaluę factæ ſunt. Veniant ergo fœminæ & illuminent vi-
neam ipſam, quod D. Hieronymus dixit, Doceant eam, quod verbum deeſt in tralatione Lxx
virorum (multa enim aut expuncta ſunt à Iudęis, aut vetuſtate intercidere) legendum eſt ergo
ſic in tralatione Lxx virorum: Fœminę venientes ab ſpectaculo (vel à viſione) venite huc ad il
luminandam eam: hæc enim duo verba ſunt addenda ex lectione Hebræa. PROC. Mulieres
eæ apoſtolicæ, & apoſtolorum magiſtræ dicuntur, quæ primæ crediderunt, quod prima mu-
lier deceptafuit à ſerpente & quæ prima acceperat maledictonem, in dolore paries filios nũc
audierit contra, gaudete, auete. Ergo fœminæ ſunt illuminantes eccleſiam, ſic enim hodie reci
nit eccleſia: Dic nobis Maria, quid vidiſti in via? Angelicos teſtes, ſudarium, & veſtes, ſurrexit
Chriſtus ſpes mea, præcedet vos in Galilæa. Hæc harum fœminarum illuminatio fuit, qua vi-
neam Domini illuminarunt .i. reliquias quæ ſaluæ factæ ſunt, apoſtolos & diſcipulos Domi-
ni, & ſplendidiſsimo lumine lucent, lucebuntque ſemper toto orbe terrarum in Domini ec- D
cleſia, id enim ſignificat verbum Hebræum מְאִירוֹת אוֹתָהּ, illuminate, vel illuminantes eam,
ſignificat etiam lucentes, ſplendentes in ea. Nec ſibi perſuadeat quiſquã hoc diſcrepare ab He
bręa lectione, nihil poteſt eſſe conuenientius. Hebræa verba hoc plane ſonant & apertius. Iu-
dæi (inquies) non ita diſtinguunt orationem, mirum ni ita diſtinguerent, & ſe proderent, &
ſuam impietatem. Tantum negotium eſt diſtinguere orationem interpunctione male diſtin-
ctam, & Iudæorum fraude male diſpunctam? præſertim cum duces habeamus huius diſ-
punctionis Lxx viros, qui tot annis ante rem geſtam ita diſtinxerunt, vt litteras euangelicas
hæc lectio repræſentet? Ecquid audis, reclamant Iudaizantes, qui hunc locum aliter vertunt,
mulieres ſuccędunt, aut inflammant eam, & interpretantur de hoſtibus, quos immittet Do-
minus, vt inflamment, & perdãt hanc vineam .i. populum Iudæorum, vt ſit ſenſus. Mulieres
venientes .i. hoſtes venientes imbelles vt mulieres perdent hanc vineam .i. populum Iudã. Et
vt eos ſuo gladio iugulem, quoniã Iudaizantes linguæ Hebręę peritia cõmendat. verbũ He-
bræum

A bræum מְאִירוֹת quod D. Hieronymus vertit docentes, quod illuminantes ſignificet, aut illu-
minate, quando vnquam inflammare ſignificauit, aut incendere? ſi vllo vnquam loco hoc ſi-
gnificare reperietur hoc verbum, non cauſam dico, quin quauis pœna iudicer dignus. Itane
Iudæis ardentibus odio Chriſti & Chriſtianorum credẽt potius quidam, quam Lxxii Iudęis
vacuis odio, & gratia, qui per tot ſeculorum ſpatia, tot annis ante rem geſtam, verbis euangeli
cis noſtras circunſonant aureis? Lxx ergo addidere de ſuo: Veniẽtes ab ſpectaculo, vel venien
tes à viſione vt, ſit, Veniẽtes ab ſpectaculo illo de quo Lucas cap. 23. vel à viſione angelorũ.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit in die illa, excutiet Dominꝰ ab alueo fluminis vſque ad torrentẽ Ægypti, et vos congregabimini vnus & vnus, filij Iſrael.	Et erit in die illa concludet Dñs a Dioryge fluminis vſque ad Rhino coluram, vos autem congregate fi- lios Iſrael vnum, & vnum.

B POſtquam Dominus miſerat mulieres illas Mariam Magdalenam & Mariã Iacobi & cæ-
teras, vt apoſtolorum eſſent illuminatrices & magiſtræ, & apoſtolorũ apoſtolæ, vt enim
apoſtoli ad gentes miſsi ſunt, ſic hę fœminæ ad apoſtolos, vndẽ apoſtolæ recte appellantur,
ab apoſtello .i. mitto, & miſſæ ſunt ad apoſtolos vt dixit THEOPH. & TERTVLL. non
ad Iudæos, quod populus eſt inſipiens, populus Iudæorum, qua cauſſa erat vaſtandus à Domi
no. Nunc ſubiungit vaſtandam Iudæam à flumine .i. Euphrate vſque ad terminos Iudææ vl-
timos, vſque ad Aegyptum, vt interpretatur CYRIL. & D. AVGVS. quæſtionum ſuper Io-
ſue lib. 6. cap. 21. qui terminos Iudææ eſſe dicit à flumine Euphrate vſque ad Rhinocoluram
vbi D. Auguſtinus illud, A flumine ad flumen negat intelligi à flumine Euphrate ad Nilum,
ſed intelligendum putat, à flumine Euphrate vſque ad fluuium quendam paruum, qui præ-
terfluit vrbem Rhinocoluram, cum tamen intellegendum ſit à flumine ad flumẽ ab Euphra
te vſque ad Nilum. Nam per antonomaſiam hęc duo magna flumina intelliguntur per ex-
cellentiam, quod illarum regionum nobilitatiſsima flumina ſunt, atque adeo ex nobi-
C litatiſsimis fluuijs toto orbe terrarum Nilus, & Euphrates ſunt, & idem eſt dicere à flumi-
ne vſque ad flumen, quod à flumine vſque ad Rhinocoluram, quod Rhinocolura prima
vrbs eſt Arabiæ exeuntibus ex Aegypto, & Aegypti vltimus terminus eſt Nili alueus vnus
ex ſeptem, in quos deducitur, cui nomen eſt Peluſio, vt idem ſit dicere, vſque ad Rhinocolu-
ram, quæ poſtrema ciuitas erat Arabiæ Petrææ, & vſque ad fluuium Nilum, cuius vltimo al-
ueo Aegyptus diſterminatur ab Arabia Petræa. Et hanc omnem regionem mediam appella-
tam Iudæam author eſt Auguſtinus, Cyrillus, & Epiphanius. Nam quanuis multæ nationes
intermiſtæ Iudęis hæc loca incolerent, tenebant hęc omnia loca Iudęi quod ſenſere etiã Lxx.
Quaſi enim diuinaſſent futuros Iudaizantes, qui ſacris doctoribus obſtreperent, & dicerent à
flumine, hoc eſt à Iordane vſq; ad Aegyptum: edidere: A dioryge fluminis vſque ad Rhino
coluram, ſunt enim Lxx ſen. commentarij ſcripturæ potius quam interpretes, nam Dioryges
tantum habet fluuius Nilus, & Euphrates vt res eſt notiſsima. & huius rei quam dicimus, hoc
eſt argumentum, quod id, quod D. Hieronymus uertit ab alueo fluminis vſque ad torrentem
Aegypti, pro quo Lxx poſuere vſque ad Rhinocoluram .i. vſque ad vltimam vrbem, Aegy-
D ptum verſus: neque Rhinocolura in ſacris litteris eſt vnquã Hebraicè, ſed poſita à Lxx ſenio-
ribus, vt ſignaretur terminus vrbium vaſtandarum Iudææ poſt crucem Domini. quod intel-
liges ex Dione in vita Adriani, qui prodit vaſtata eſſe Iudææ quinquaginta oppida munitiſsi
ma ſub Adriano & vicos nobiliſsimos nongentos octogintaquinque. Quæ eo dixerim quod
ſint qui Iudæam anguſtiſsimis finibus definiant, quæ vix decẽ duodecim ve capiat vrbes. Præ
dicit ergo propheta vaſtaturos Romanos ab Euphrate vſque ad Rhinocoluram vniuerſas Iu-
dææ vrbes iuxta interpretationem Lxx, quod factum eſſe intelliges ex Ioſepho & Dione in
vita Adriani. Sic hunc locũ intellexere D. Hieronymus Procopius & Cyrillus. Illud tamen
notandum STRAB. li. 16. authorem eſſe, Rhinocoluram vrbem eſſe poſitam ab Aegyptijs ex
tra fines Aegypti, aut à duce quodam Aethiopum qui Aegyptios ſubiugarat, quo omne ge-
nus hominum maleficum, colonos deduxit hac pœna affectos, vt omnibus naſum reſecaret,
ne tantam hominum multitudinem capitali ſupplicio afficeret. Deduxit, inquam, hos om-
nes colonos in hoc oppidum Rhinocoluram, quod egredientes Aegyptum Iudæam verſus

primum

Universidad de Deusto
Biblioteca

primum excipit,quo fœdato ore,truncis naribus deformes,caueri possent,& ipsi consci sce- A
lerum, & insignes pœnatam inhonesta & fœda, abstinerent maleficio, vnde appellatum est oppidum Rhinocolura à ῥὶς, nasus & colurus,truncus. EPIPH.vocem hanc Hebræam esse credidit,quæ Græca est. Congregate filios Israel vnum & vnũ. D.HIER. PROCOP. CYRIL. ad apostolos hęc referunt,quivnum & vnum ex Iudæis cóuertabãt ad fidẽ,ne perirẽt omnes.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit in die illa: clãgetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui eiecti erant de terra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Hierusalem:	Et erit in die illa clangent tuba magna, & venient qui perierunt in regione Assyriorum, & qui perierũt in Aegypto, & adorabunt Dominum in mõte sancto in Hierusalẽ. B

CYRILL.& THEOD.tubam magnam interpretantur euangelicam prædicationem:Et venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum.i.qui perierant ex ouibus Israel & qui eiecti erant .i.nationes reprobatæ antea & infideles venient ad fidem, nam ecclesia facta est magnam partem ex gentibus idolatris. sic D.Hieronymus, sic omnes.

IN ESAIAE CAP.XXVIII.

Canon

HOc capite prædicitur Iudææ vastitas ob spineam coronam Domino impositã, & ob illatam Domino passionem, prædicitur Iudæorum temulentia & crapula, quæ fuit causa eorũ exclusionis:& hęc ita esse intelliges testimonijs veterũ patrum,qui proximi fuere temporibus Christi, qui ab apostolis interpretationem scripturarum accepere. Et persuadeberis multo magis, si ad hibeas illum canonem scripturę interpretandę, sępè hoc opere repetitum, si quis locus ab apostolis sit explanatus aut à doctoribus sacris, antecedentia & sequentia eo esse referenda. Ex nullo Esaię capite plura loca reperies ab apostolis esse citata quã ex hoc,& omnia ad Christum & ad Christi tempora relata,antecedentia ergo & consequentia eo sunt referenda.Quin quod citat Paulus de dono linguarũ, non cohęrere videtur, nisi sic hoc explanes, & ad Christi tempora referas. C

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice collis pinguissimi, errantes à vino.	Væ coronæ iniuriæ, mercenarij Ephraim, flos cadẽs ḋ gloria (vel gloriæ) super verticem mõtis pinguis, ebrij sine vino.

malleantes
*subaudi porrigentes, felle mistum. *vinũ errantes Gesemanim cadens flos mercenarij iniurię corona D
à vino percutiẽtes malleo pinguis vallis caput super qui decoris ei* gloriæ cadẽti flori & Ephraim ebrij superbię coronæ Heu
הוֹי עֲטֶרֶת גְּאוֹת שִׁכֹּרֵי אֶפְרַיִם וְצִיץ נֹבֵל צְבִי תִפְאַרְתּוֹ אֲשֶׁר עַל רֹאשׁ גֵּיא שְׁמָנִים הֲלוּמֵי יָיִן

VAE coronæ superbiæ. CHRYSOS.in cap.Genes. 6.homil.23. interpretans illud,Væ vobis quando benedixerint vobis omnes homines. Considera inquit, quo modo per,væ, nobis declarat, quantaillos pœna maneat, væ enim lamenti nuncium verbum est.CYRILL. Traducit propheta orationem hoc loco ad proceres Iudęorum, qui Christum affecere cruce & auertere plebem ab eius cognitione.PROCOP.in proximum cap.(nam scholia Procopij in hoc caput desiderabantur in eo exemplari,quod mihi dederat vtendum Illustrissimus Placentię antistes,studiosorũ Mæcenas indulgentiss.D.Petrus Pontius Leo)ergo PROCOP.in cap.sequens,Dictum est,inquit,de ignominiosa illa corona, & principibus sacerdotũ, quos appellauit mercenarios Ephraim,qui Dñm affecere cruce, propter quod immane scelus vrbs Hierosolyma in medios consedit igneis. THEOD.Postq̃ in fine cap.proximi apostolicũ chorum de-

Illustrissimus episc. Placętiæ D. Petrus Põtius Leo.

A rum descripsit, cum dixit tubã magnam,& præsignificauit euangelicam prædicationem, pręconum veritatis, quorum vox, & sonus in omnem terram exijt, & quorum verba prodiere in terminos orbis terrarũ,vt dispersas oueis congregarent,& postquã in fine capitis proximi descripsit apostolicum chorum, hoc cap. illorum Dominum præsignificat & describit. Eodem refert hoc cap.EVSEB.Cæsar.demõst.euang.lib.2.cap.47.& GREG.Naz.in oratione ad 150.episcopos,vbi ait,Specta coronã textam glorię pro mercenarijs Ephraim,& ꝓ corona iniuriæ.Mercenarijs Ephraim.CYRIL.Ephraim dictum putat Iudam Iscariotem quod fuerit de tribu Ephraim,& mercenarios Ephraim eos qui illũ mercede cõduxerũt.Sic ergo Cyrillus hũc locum explanat. Væ coronæ superbiæ. Væ vobis ob coronam illam superbam qua caput Domini transfixistis:væ mercenarijs.i.principibus sacerdotum mercede conducẽtibus Ephraim .i.Iudam Iscariotem.Et quanquã latinum verbum mercenarius hoc non tam proprie significet,Græcum verbum μισθωτὸς quo vtuntur Lxx viri,id etiã significat.PROC.Vę coronæ superbiæ, quam superbi & insolentes Iudæi imposuere Domino. Mercenarij Ephraim, Iudæi qui
B mercede conduxistis Iudam. EVSEB.Cæs.lib.9.cap.17. demonst. euang. docet Ephraim omneis Iudæos appellari,his verbis:Sapienter vero in his omnem Iudaicum populum Ephraim appellauit,Inuenies autem in alijs quoque prophetijs totam gentem Iudęorum Ephraim cũ multa calumnia, & accusatione nominari, Post reditum igitur ex Babylone non amplius, vt prius,diuisus erat populus in tribus.quos igitur alios per Ephraim merito significari intellexeris,nisi eos qui ipsam Hierusalem habitarent?quos saluatoris nostri aduentus sicut in prophetia dictum fuerat, diuina & ineffabili virtute deleuit? Hæc fere Eusebius. Sed illud nota ne te perturbet, vitiose in codicibus Latinis pro Ephraim legi, Ephrẽ, & fortasse Hierosolymitani dicti sunt etiã Ephraim,quod decẽ tribus quę discesserе ex regno Iuda, quę nomine Ephraim appellantur,fuere typus infidelium Iudęorum,qui discesserе à Christo.Nam Iuda populus spiritalis ecclesia est, vt postea dicẽdũ latius est.Quod D.Hieronymus reddidit:Ebrijs Ephraim, Lxx reddidere Mercenarijs quod שִׁכֹּרֵי ,puncto superscripto dextro lateri significat ebrios vt vertit D.Hieronymus,sinistro vero lateri mercenarios,aut mercede conducẽtes.Dicti sunt Iudei mercenarij.i.auari qui pascebant se & non gregem Domini, vt ait Dominus, & auaritię
C caussa plebem auertebant à Christo, ne amitterent decimas & primitias,& alia vectigalia. Ergo, Vę coronę superbię, Vę huic coronę, quã vos superbi imposuistis Christo, vę vobis,manet vos grauissima pœna.Vę Ephraim .i.Iudęis ebrijs.i. debacchantibus in Dominũ. Et flori decidenti.i.Vę principibus sacerdotum, & Iudęorum,qui cadent, & quorum vrbs subuertetur& pœnas luet tanti facinoris, Vę gloriæ exultationis eius. i.vę glorię diuitiarum,& potentię, qua exultabat vrbs Hierosolyma,& cuius fiducia se posse putabat auferre impune tam immane facinus: & vę ijs,qui erant in vertice vallis pinguissimę Gesemanim, vbi prehẽdere Dominum errantes à vino.i.tanquam à vino temulenti,qui impias manus attulere Domino. Sed age quando hunc huius loci sensum esse aiunt iuxta tralationem Lxx virorum,sed negant iuxta lectionem Hebręã hunc esse sensum.verba Hebręa excutiamus & apparebit quod CHRYSOST. dicere solet quantus inde mysteriorum fons scaturiat. quod translatio Lxx virorum nescio an hoc loco sit supposititia. Primum omniũ הוֹי עֲטֶרֶת גְּאוֹת, ad verbum reddi potest Vę corona superbię,& insolentiæ, vt cõgruat veterum sententię, qui de corona spinea impo
D sita Domino interpretantur, vt minetur Dominus supplicia sempiterna ijs,qui immane illud nefas sunt ausi,quod Væ,significat, vt docet Chrysostomus:postea שִׁכֹּרֵי varijs punctis ebrios significat & mercenarios & mercede conducentes. Vt iam hoc quoque loco sanctorum interpretatio valeat, nam in Ephraim nulla controuersia est. Iam reliqua omnia mihi mysteriorum plena videntur.Nam וְצִיץ נֹבֵל ,quis poterit inficiari posse reddi ad verbum flos cadens? vt sit. Væ flos cadens,cur hoc explanari non posset de Christo, qui est flos,qui natus est de radice Iesse,& flos campi & lilium agri quomodo appellari docet CYRILL.conciliorum tomo 1.de incarnatione vnigeniti cap.9.vt sit,Væ flos cadens,Væ rex gloriæ moriẽs, vestris manibus cruci suffixus.Si Theodoretus & veteres in fine capitis superioris chorum apostolorũ descriptum nos docent, in huius capitis initio descriptum Dominum quis audiat coronam iniuriæ plenam & ignominiosam & conducẽtes mercede Ephraim.i.Iudam & verba hæc,Væ flos cadens,& non prospiciat mente & animo florem de radice Iesse morientem(præsertim cum sequatur צְבִי תִפְאַרְתּוֹ, quæ verba reddi possunt magnificentia, gloria eius, quæ Christi nomina sunt & explanari possunt,Væ magnificẽtia cadens .s. & moriens,& væ gloria eius

populi

Universidad de Deusto
Biblioteca

populi Israel moriens,nam Oratores docét hanc repetitionem miserationis causa fieri & am A
plificationis & exaggerationis, vt si dicas,vę occiditur à vobis ille flos de radice Iesse,illa ma
gnificentia & decus patris, illa gloria populi Israel. Nam Christum inter alia multa nomina
dici צבי, vt hoc loco dicitur,pluribus verbis dictum est in cap.4.Esaiæ. צבי, porro Latinè ver
titur gloria, aut magnificentia & sic vertere solet D.HIER. Dici autem Christum gloriam &
magnificentiam docet idem CYRILL. conciliorum tomo 1. de incarnatione vnigeniti, cap.
12.his verbis: Vnus est qui nominatur gloria,splendor, magnificentia, Dñs sabaoth. Iam de-
cus eius & gloria eius populi .s.Israel dici Dominum, docet apud Lucam Canticum Simeo-
nis,quia viderunt oculi mei salutare tuum,gloriam plebis tuæ Israel,cur si hoc præfert lectio
Hebræa non sic etiam interpretemur?

צבי, sebi.

Nam hanc esse historiam huius loci,nec subesse vllam aliam decem tribuum,intelliges,si ad
hibeas Canonem interpretandæ scripturę, cuius supra sępè fecimus mentionem,quęque prę-
scribit HILAR. spiritũ sanctum semper aliquid adscribere sacris oraculis, si aduertas animũ,
quod vetet ad terrena referri sacra prophetarum vaticinia, quod hoc loco ab spiritu sancto B
esse factum te docebũt D.Hieronymi commentaria, vbi D.Hieronymus verba sequentia in-
terpretatur de valle Getsemani, vbi traditus est Dominus. Nec semel hic Diuus id dixisse
contentus,eisdẽ commentarijs rursus repetit. Te rogo in historia decem tribuum quid lo-
ci reliquum est valli Getsemani quę Hierosolymis est,non magis quã si métio Tormis fluuij
fiat,qui Salmanticam præterfluit, relinqui posset locus,vt de Gallis, Italisúe posses interpre
tari,Hoc est ergo quod HILAR.ait, semper spiritum sanctum aliquid apponere,quod te ve-
tet referre ad terrena, quæ diuina sunt, vallis Getsemani quæ Hierosolymis est locus passio-
ne Domini,litterisque euangelicis nobilitatissimus hic appositus est, ne possis referre ad de-
cem tribus à valle Getsemani longe summotas. Sacra enim scriptura, quod nos docere curat,
se ipsam exponit & auditorem errare non sinit,ait CHRYSOS.in cap.Geneseos 2.homilia 3.
in illa verba,Et plantauit Deus hortũ in Edem.Sed iam scio dices,sensu spirituali ad vallẽ Get-
semani hunc locum referri. Sensúsne spiritalis est quem littera ipsa cantat Hebræa? Audi iã
lectionem Hebræam & quæ dicimus,fatebere esse verissima, quæque supra diximus omnia,
Nam si aliud nihil esset, vel hic solus locus cogeret hoc huius capitis initium de Christi pas- C
sione interpretari. Est ergo lectio Hebræa עַל רֹאשׁ גֵּיא שְׁמָנִים, quam lectionem Hebræam
vertes:Super verticem vallis pinguium,vel super verticem Gesemanim, & sic verti posse do-
cet D.HIERON.in commentarijs,quæ euangelica verba sunt,non prophetica tantum,præci
puè si legas quę,non qui,quanquam vtrunque commodissime dici potest,heu quæ fecistis in
vertice Gesemani,vel heu vos qui in vertice Getsemani prehendistis Dominum. Getsemani
significat vallis pinguis, qui erat mons Olueti.Nã sic quoq; appellatur in litteris euangelicis:
Et mons Olueti,propter Olearum & olei pinguedinem dictus est vallis Getsemanim.i.vallis
pinguium, vallis olearum .s.& olei pinguis, & sic explanabis interpretationem D. Hierony-
mi, Heu qui erant in vertice vallis pinguis vt prehenderent Dominum in vertice vallis pin-
guis,vallis Getsemani, montis Olueti. Postrema porro verba si propriè maxime & receptis-
sima significatione explices, clarissima voce testantur malleorum ictus,quibus sacri pedes,sa
crę manus Domini feriebãtur & affigebãtur cruci. Sunt enim verba Hebręa הַלּוֹמִי יַיִן quæ ver
ba D.Hieronymus reddidit fideliter quidem,errantes vino.i.ebrij temulenti,qui manus attu
listis regi gloriæ,quod הלם, verbũ Hebræũ errare significet aliquando & יין, vinũ vt sit erran D
tes vino. Tamen si vrgeas Iudęos,& roges quę huius verbi frequentissima significatio est? &
instes,vix vi extorqueas,scias tamen הלם, proprie esse malleo percutere,& rarissime signifi-
care,id quod Latinè dicimus errare. Cum audis ergo à sanctis patribus describi hic passionẽ
Domini,legis spineam,& iniuriosam coronam,audis conducentes mercede Iudam,vallẽ Get
semani,& malleorum ictus ad aures accedunt,nisi surdior Icario mari es,quod dici solet,Do-
minum audis cruci suffigi,postrema vox Hebręa יַיִן, vinum,sic interpretabimur vinũ. i. heu
vinum felle mixtum:est enim hic Canon interpretandæ scripturæ, vt sic eam interpretemur
vt euangelicis literis omnia cõcordent. Poterit ergo tota hęc periodus sic explanari. Heu co
rona ignominiosa Domino imposita,heu mercede conducentes Iudam,Heu flos moriens &
magnificentia & decus patris,heu plebis Israel gloria manibus Iudęorum moriens, heu vallis
Getsemani,heu malleãtes pedes illos sacros & sacras manus,heu vinum felle mixtum. Quod
si contendas halume verbum Hebræum passiuum esse, nec actiue significare, docent quoque
scriptores

A scriptores artium significare actiue, sed largiar significare passiue, dices ergo heu malleatos
pedes sacros,malleatas sacras manus.

Quæ omnia eò pluribus à me dicta sunt,vt appareat lectionem Hebręam non modo senté
tiæ sanctorum non repugnare,sed illam confirmare,& constabilire multo magis, quod He-
bræa lectio,si singula verba expendas,& interpretere, receptissima in sacris litteris significa-
tione,clarissima voce testatur Christi Domini passionẽ,& ad historiam vllam aliã referri pos
se vetat vallis Getsemanin, quæ vallis Hierosolymorum est, non decem tribuũ,& locus pas-
sionis Domini,nobilitatissimus literis euangelicis. Si obijcias rursus,dicendum fuisse הֲלוֹמִים
& גֵּיא שְׁמָנִים, non halume, & Getsemani,grãmatici de numeris nominũ docẽt ab huiusmo-
di nominibus desinentibus in ים, in plurali numero, etiam cũ non sunt in regimine, quod illi
appellant,auferri, ם, finalem,vt getsemani,pro getsemanim,At dices scribendum fuisse,halu-
mi non halume, dictum est, præceptum esse D.Hieronymi & rabinorum, & puncta pro re, Quaratio-
pro loco,pro ratione sententię libere posse mutari. Solũ illud est quod pro gesemani,Matth. ne dictũ sit
B cap.20.& Marci 14.cap.getsemani scriptum est vna litera t,addita, quod mirandum non est, halumi pro
quod in quauis lingua voces variantur, vt apud Latinos pro me hercules, mehercle, dictum halumim et
videmus, & postmeridianas horas, pomeridianas appellamus,quod in lingua Hebræa facti- Getsema-
tatum magis est,quam temporibus Christi multum immutatam fuisse aiunt,multamque tra- nim pro ge
xisse barbariem tum ex captiuitate, tum etiam ex aliarum nationum commercio: vnde vnus semanim.
ex euangelistis ait,dixisse Dominum pro illo psalmi, Heli heli,heloi,heloi,quod aliquantu-
lum variata erat lingua Hebræa & ita puto non vitiatam esse hanc lectionem euangelij,sed di
xisse euãgelistas,Getsemani,quod suis temporibus sic nominaretur hæc vallis, quæ olim Ge
semanim nominabatur. Et diuinitus factum puto vt hæc vox in euangelio sit relicta,vt nos
admoneret huius prophetiæ. Nec oberit illud,quod villam aut prædium Getsemanim euan-
gelistæ nominent,vt non locum totum,aut collem illum totum,sed partem quandam signi-
ficare videantur. Quanquam enim interpres Latinus reddidit in prædium, aut in villam Get-
semanim,lectio tamen Græca, εἰς χωρίον. i. in locum vel regionem Getsemani, vt totus ille locus
à propheta,& ab euangelistis significatus esse videatur. Et notat ERASM. in annotationibus,
C hic apud euangelistas non legi Græcè, villam, aut prædium Getsemani,sed locum, aut regio-
nem. Non repugnat tamen interpretatio Latina,quæ in procemio tomi primi concilioru m à
D.Petro probata videtur, siquidem villam aut prædium in eo loco fuisse certum est. Vndè a-
pud Ioannem,Non ego te vidi in horto cum illo? vt & hortus qui in illo loco fuerit, & locus
ille totus dictus sit, Getsemani, quo Dominus se conferre solebat cum discipulis suis. No-
tandum præterea hunc esse canonem summoperè puto, quem præscribit D.AVGVS. pro-
phetas solere miscere typis, & tropicis loquutionibus obscuris, veritatem ipsam, vt veritas
admista obscuritati orationis lucem adferat,& facem præluceat,vt hoc loco,vallis Getsema-
ni, & mons Olueti, tenebras huius loci discutit omneis,& ad passionem Christi referendum
docet. Translationem Lxx huius loci(si modo legitima est)interpretatur CYRIL.in commẽ-
tarijs in hunc locum,& in Ioannem lib.3.cap.20. de cęcitate Iudæorum qua Christum repu-
diauere. Et D.BASIL.oratione 1.de ieiunio,ebrietatem,non à vino(sic enim legunt Lxx)furo-
rem explanat,quod furor ebrios faciat,& mentis impotes vt vinum, quod idem dictum pu
tat de reliquis animi perturbationibus. Ergo valeat in his omnibus,quæ à me dicta sunt,canõ
D illè à nobis sæpe repetitus,quando verba plura significant,quæ ad rem,de qua agitur,spectãt, Canon.
ab spiritu sancto illa omnia esse significata,quod plures sensus vna eademque oratione, diui-
na natura significat,quam mens humana posset assequi,& hos quos explicaui mus, veteres pa
tres assequuntur, hos igitur omnes & plures spiritus sanctus his verbis significat.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Ecce validus & fortis Dominus,sicut impetus grandinis,turbo confringẽs sicut impetus aquarum multarũ inundantium, & emissarum super terram spatiosam.	Ecce fortis & durus furor Dñi, sicut grãdo delata, nõ habens vmbraculũ, magna vi delata: sicut aquæ magnæ multa multitudo, vastãs regionẽ, in terra faciẽs requiẽ manibus.

CYRIL.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CYRILL. Significat prophetа Iudæos daturos pœnas impietatis in Christum, & vtitur similitudine grandinis, & aquæ omnia vastantis, quæ tanto impetu omnia obruit, vt natãtium manibus locum nõ relinquat, nec liceat natãdo effugere periculũ. Quæ omnia facta sunt cum vastatu sunt à Romanis, nec vlla illis malorũ data fuga. Vbi est quod admirere paraphraseis Lxx virorum qui hæc ita interpretantur vt historias legisse videantur, Ecce validus & fortis Dominus, Lxx viri. i. Ecce fortis & durus furor Dñi. s. aduersus impios Iudæos qui in crucẽ Christum sustulere & vocati ad pœnitentiam perstitere in incœpto. Sicut impetus grandinis, turbo confringẽs Lxx viri. i. sicut grando delata, magna vi delata, non habens vmbraculũ quibus verbis Lxx viri significant quod furor Domini erit tam ardens tanto ingruens impetu, quanto multa grandine nimbi, quando magno impetu deferuntur in locum apertum qui nullo tegitur vmbraculo. Ruina Iudæorum nulla similitudine significantius potuit exprimi. Siquidẽ seditionibus domesticis tyrannorum armis peribant intus, & fame & peste sæuientibus in Iudæos, à quibus te rogo quo vmbraculo, quo ve muro tegi poterãt? Erat em̃ nulla protectio qua se protegerent à domesticis seditionibus, ab armis tyrannorum, quę quotidie immanissime sæuiebant in Iudæorum capita, aut à fame, aut à peste? foris vero premebantur Romanorum armis, quæ omnia à Iosepho mirabiliter descripta leges IIb. 5. & 6. de bello Iudaico Sicut turbo omnia confringens erat Dei ira, sicut genus fulminis, quod ægis dicitur siue turbo ab Aristotele 3. de cœlo quod genus fulminis multo rotatu & multa circuitione magno impetu erumpens è nubibus rotatur per multas horas per vrbem & comminuit omnia, non secus ac turbo, quem fune circumligãt pueri & magna vi in terrã iactant & sic turbo iactatus & in aëre diutius rotatus circumagitur postea diu & rotatur in terra, puerorum pægnium & lusus: ita fulmen illud ægis nomine aut turbo diu rotatur per vrbem & conterit omnia, quod circumactum in nubibus est magna vi diutius, vt erumperet. Sicut aquæ multa multitudo, sicut diluuium vastans regionem: hoc genus amplificationis nominat Cicero similium conglobationem. Similitudines nanque grandinis quæ sine vmbraculo in loco aperto magna vi & ingenti impetu defertur & fulminis illius quod in morem turbinis per vrbem rotatur diutissime, & omnia vastat, & diluuij magno aquarum impetu sæuientis, Dei iram maiorem, quã quę verbis exprimi possit ob oculos ponit, quæ multa malorum grandine, magno fulmine & diluuio malorum sæuiret in omne genus Iudęorum. Super terram spatiosam, sic D. Hieronymus proprie. Lxx viri quanuis hanc formam dicendi esse intellexerint quę significaret terram spatiosam, aliter tamen sunt interpretati, quod de diluuio agebatur, edidere enim requiẽ faciet manibus. i. erit sicut diluuium quod requiẽ faciat manibus, ne quisquã contendat natare manib⁹, quod nulla ostendatur spes salutis, verba Hebræa sunt

in manibus manus in terra requiescere faciet
הַנִּיחַ לָאָרֶץ בַּיָּד

Requiescere faciet in terra in manibus: eodẽ sensu quo dictũ est, i. faciet ne se defendant, quod factũ leges apud Iosephum. Erant enim cincti muro à Romanis ne effugere quisquam posset, & intus seditionibus, peste, fame: foris, Romanorum armis consumebantur, præ desperatione plurimi se loco non mouebant. significat etiam illa forma loquendi, in terra lata, & spatiosa, vt reddidit D. Hieronymus.

D. HIERONYMVS

Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium: quasi tẽporaneum, ante maturitatem autũni.

LXX VIRI.

Et pedibus cõculcabitur corona inuriæ, mercenarij Ephraim, & erit flos cadens de spe gloriæ, a summitate montis excelsi, sicut ficus præcox, quã videns priusquã in manu capiat, volet eam deuorare.

CYRILL. prædicitur vastitas Iudææ inuecta à Romanis. Fit autem hoc frequẽter apud oratores tum in facetijs, tum etiam in ijs, quæ sunt dicta seuerè, quod præcipue irati homines vsurpant, vt verba duos sensus significantia, ex altero ad alterum detorqueant, quod factum hoc loco est, iuxta veterum patrum quos citauimus interpretationem. Repetũtur enim verba omnia quæ in principio capitis erant posita, sed repetuntur alio intellectu: vt pedibus conculcabitur corona superbiæ, pro corona illa ignominiosa, & superba, qua affectus Dominus est à vobis, & pro corona, qua vt tauri, & vituli obsedistis me, conculcabimini pedibus hostium, quod

A stium, quod factum leges centies apud Iosephum de bello Iudaico lib. 5. & 6. vbi sternuntur Iudæi per vias, & Iudæis vulneratis & occisis implẽtur fossæ & valles, vt ingredi exercitus possit Romanorum, vbi semiuiua calcabantur corpora, vt ebrij Ephraim. i. Iudæi cœci, & insani tanti facinoris pœnas penderent. Diximus enim cur Ephraim Iudæi appellentur: vel (vt vertere Lxx) Mercenarij Ephraim. i. qui mercede conduxere Iudam, vt suprà diximus, conculcabuntur pedibus hostium. Et erit flos decidens gloriæ, pro flore illo nato de radice Iesse cruce affecto à vobis, flos gloriæ vestræ cadet, cadent omnes principes, & primarij Iudæorum, quòd illa ruina præcipuè recidit in capita principum. nam quadraginta milia pauperum, liberè quò vellent abire reliquit, Vespasianus, & gloria, & flos imperij Iudæorum concidit. Exultationis eius. i. qua gloria exultabant, & se iactabant, & superbiebãt adeò, vt ausi fuerint prouocare arma Romana. Qui est super verticem vallis pinguium. En Canon HILAR. quo monet spiritum sanctum semper addere aliquid, quo nos errare non sinat, neque ad terrena referre sacra mysteria, vt hoc loco, vt sciamus quisnam flos imperij sit casurus, & gloria ruitura,
B qui est, inquit, super verticem vallis pinguium, vel, vt Hebraicè est, Qui est super verticem Gesemanim. Mons oliueti, siue Gesemanim Hierosolymorum est, vt suprà pluribus est dictum, ne possis ad decem tribus referre. Lxx non reddidere verba, sed sensa, vt solent, dixere enim: Erit flos cadens de spẽ gloriæ, à summitate montis excelsi. Leges enim apud Iosephum lib. 5. de bello Iud. cap. 13. & sequentibus, vrbem Hierosolyma sitam in quatuor collibus editissimis à tergo præruptis, triplici muro cinctam, munitissimis turribus munitam, putasse se inexpugnabilem, & inaccessam. Cadet, inquit, flos imperij Iudæorum ab spe sua, & suæ gloriæ, à summitate excelsi montis. i. excelsorum montium, colles enim illos quatuor appellat monteis.
C Quasi temporaneum. i. quasi precoquum pomum. i. momento temporis: est enim prouerbiũ, quo vtitur Plautus, Tam facilè fiet quàm pirũ vulpes comest: quasi diceret, putabatis vos inexpugnabiles, quòd vrbs quę in duob⁹ collibus erat sita, aucta & amplificata est, & vsurpabat colles quatuor præruptos, & inaccessos, tam citò cadetis quàm precoquum pomũ, aut precoquũ ficum comest, qui mouent ante maturitatem autumni. i. antequam matureścant fructus propè autumnũ, tunc enim absumitur ab illis, quòd cùm aspexerit videns. i. quod videns statim comedit. Verbum Hebræum, vecura: Lxx reddidere præcocem ficum: D. Hieron. precox quodcunq; pomum, quod arripit qui videt & deuorat. Sic hæc intellexisse videtur EVSEB. Cæsariensis demonst. euangel. lib. 2. cap. 47. prædictam enim putat his verbis vastitatem Iudæę.

D. HIERONYMVS

In die illa, erit Dominus exercituũ corona gloriæ, et sertum exultationis residuo populi sui.

LXX VIRI.

In die illa, erit Dominus sabaoth corona spei ornata gloria, relicto meo populo. (vel, In die illa erit Dominus sabaoth corona spei, sertũ gloriæ relicto populo meo.)

THEODOR. Residuo populi Iudęorum inquit. i. choro apostolico, reliquijsque saluæ factæ sunt. Erit Deus reliquijs quæ saluæ factę sunt, corona gloriæ, quòd Deus coronam illam spineam contumeliosam, mutauit in triumphũ glorioßimum. Erit ergo Dominus sabaoth corona spei reliquijs quæ saluæ fient, coronabit credenteis spe futurorũ bonorũ, quòd cum illo simul regnabunt, vt inquit CYRIL. Et ipse Dominus erit sertũ gloriæ, & diadema re-
D gni residuo populo. i. fide iustificatis, quia gloria credentiũ maxima (vt inquit Theodor.) & quæ omnibus floribus niteat splendidiùs in capite credentiũ Iudæorũ, Christus est ex illorũ genere procreatus, illos sanguine & cognatione attingens. EVSEB. Cæsar. sic hunc locum explanat lib. 2. cap. 47. CYRIL. significari hic putat euersis infidelibus, qui Christum in crucem sustulere, Dominum coronaturum reliquias spe & gloria. Sed in tralatione Lxx virorum, cauti gandum verbum est πλεκτὸς, non enim legendum πλεκτὸς, cum κ, sed πλακτὸς, cum τ, i. sertum, & sic reddidit D. Hieron. Sertum porrò, corona est ex floribus contexta, & Dominus hic & cap. 62. dicitur futurus nobis corona gloriæ, & sertum florum.

D. HIERONYMVS.

Et spiritu iudicij sedentis super iudicium, et fortitudo reuertentibus de bello ad portam.

LXX VIRI.

Et derelinquetur in spiritu iudicij super iudicium, & fortitudinem prohibentium interficere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HOc loco contendunt Iudæi superiorem prophetiam à principio capitis pertinere ad de A
cem tribus,& ad bellum Sennacherib,& hic fortasse locus fecit, vt D. Hieronymus superiora omnia ad decem tribus retulerit,quod suprà ostendimus fieri nullo modo posse. Dicam ergo quàm breuissimè potero, cur hæc sententia non possit stare, & cur sententia veterum patrum verissima sit: mitto ea quæ dicta sunt suprà,quòd ea hic repetere non est necesse. Quòd autem hic locus non congruat historiæ Ezechiæ regis,argumento est, quod illa verba: Reuertentibus de bello ad portam, conuenire non possunt in bello Assyrio Hierosolymitis: nunquam enim prodiere Hierosolymitæ armati obuiam regi Sennacheribo, vt indè victores redirent ad portas Hierosolymorum. Quomodo ergo illa verba prophetæ,Reuertentibus de bello ad portam, illis congruent? si nec Hierosolymitæ contulere arma cum Sennacheribo, nec ex bello cum illo commisso rediere vnquam victores? Exercitus nanque Sennacheribi vna nocte ab angelo est interfectus. Videre hoc Iudæi & Iudaissantes nostræ tempestatis, qui longè secùs hunc locum interpretantur, quam solebant olim: aiunt enim sensum huius loci esse,cùm redire Hierosolymitæ facient ad eos prælium, vsque ad portas ciuitatum illorum munitas. Et hanc sententiam Iudæorum PAGNIN. facit textum sacrum, qui quod D. Hieronymus reddidit conuenienter lectioni Hebræę, Reuertentibus de bello ad portas,ipse vertit: Cùm retrahere fecerint eos in bello vsque ad portam. Et VATAB. qui sic quoque edidit, Qui verterunt hostes suos in fugam, & persecuti eos fuerint vsque ad portas eorum ciuitatum. Quas malum portas aiunt Iudæi? quódue prælium? quasi verò Iudæi bello persecuti sint Assyrios vnquam: aut quasi apud portam vrbium Assyriorum, Iudæi prælium cum Assyrijs commiserint, qui lacessiti nunquam restitere, sed victas semper Assyrijs dedere manus, quòd peccatis cooperti, Dei Optimi Maximi fauorem à se abalienarunt, & nisi ab angelo Assyriorum exercitus extinctus esset, actum de Hierosolymis erat. Nam reliquas Iudææ vrbes iam Sennacheribus subegerat. Quomodo ergo prælijs & armis Iudæi persecuti Assyrios sunt ad portas vrbiũ Assyriorũ? non est actũ armis aduersum Assyrios, quibus Iudæi longè & multùm inferiores erant. Vides laborantes Iudæos & Iudaissantes, nec facere posse vt bello Assyrio hic cógruat locus. Quod ergo argumentum insolubile esse putabant veritatis suæ interpretationis, id eorum sententiam subuertit prorsus. Vt illud omittam ridiculum esse, si dicamus promitti C
quasi magnum regem vnum quendam bonum, & quasi magnum promitti quindecim annorum pacem & tranquillitatem. Et quæ gens tam misera, cui hoc nõ contigerit per quindecim annos agere fœliciter? Tantóne conatu prædicitur pietas & religio per quindecim annos duratura, nec duratura adeò, cùm rex Ezechias statim post acceptum tam ingẽs beneficium, post tam magna à Deo edita miracula, insolentia elatus Deum offenderit, & quòd Deo erat ingratissimum, vetitumque à Deo centies in prophetis, regis Babylonis affectauerit amicitiam, & iram Dei prouocauerit, pœnasque grauissimas in suis posteris incurrerit. Placet ergo magis quando hæc ad Assyrios referri non possunt, nec ad decem tribus, nec ad regem Ezechiam, vt conuenienter superioribus, cum Cyrillo, cum Theodoreto, cum Eusebio Cæsariensi, hæc ad apostolos,& fideles referamus. Et ita explanemus D. Hieronymi interpretationẽ, vt postquã dixerit, Erit Dominus residuo populi mei. i. reliquijs quæ saluæ factæ sunt, corona spei, & sertum gloriæ, sequatur, Et spiritus iudicij sedentibus super iudicium, Erit Dominus spiritus iudicij, mittet Dominus spiritum sanctum, qui est spiritus iudicij legis euangelicæ sedenti super iudiciũ, præsulibus ecclesiæ, qui præsunt iudicio, doctrinæ euangelicæ. f. Nã iudicium euange D
lium dicitur in prophetis. Sedenti ergo super iudicium, dabitur spiritus iudicij, dabitur spiritus sanctus sanctis apostolis qui sunt lux mundi, qui docent verè Domini iudicia. Ergo sensus erit, apostolos Domini qui præfuturi erant ecclesijs, esse implendos spiritu sancto, vel apostolis Dñi qui prefecti erũt ecclesijs, dabitur spiritus, vt eũ dent per manuũ impositionem, quod vt leges in Decretali epist. 3. Ioan. papæ, solis apostolis data potestas fuit, vt per manuũ impositionem darent spiritum sanctum. Lxx viri magis videntur probasse priorem sententiã, quod verterũt, Dñs erit corona spei, & sertum gloriæ relicto populo meo. i. reliquijs Israel, vt dictũ est, & subiunxere, & relinquetur in spiritu iudicij, vt sit, & relictus hic populus meus, & hæ reliquiæ quæ saluæ fient, relinquentur in spiritu iudicij, relinquentur plenæ spiritu iudicij euangelici, ad iudiciũ, ad euangeliũ. Et fortitudo reuertẽtib⁹ de bello ad portã, repete per zeugma à superiori, Dñs erit fortitudo reuertentibus de bello, sanctis martyribus qui reuertentur de certamine martyrij victores, ad portã vrbis, vt rursum in carcerẽ retrudãtur, quod fiebat frequentis-

A quẽtissimè. Adducor in hãc sententiã, quod Lxx, qui paraphrasis scripturę facere solẽt, reddi dere: Et residuũ populi mei relinquetur in spiritu iudicij ad iudiciũ, & fortitudinem prohibẽtium interficere. i. prædicatorum euangelij, qui dicebant, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, Qui percutit gladio, gladio peribit. Et conuenit interpretatio Lxx verborum cum lectione Hebræa, nam verbum Hebræum שוב, significat etiam facere reuerti, vt lectio Hebræa reddi posset, erit Dominus fortitudo reuerti facientibus de bello ad portas, hoc est, apostolis qui dissuadebant bella, & arma & traducebant homines ad pacem & concordiam, quod Lxx dixere, Erit Dominus fortitudo prohibentibus interficere.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Verùm hi quoque præ vino nescierunt, præ ebrietate errauerunt: sacerdos et propheta nescierunt, præ ebrietate absorpti sunt à vino: errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerũt iudicium	Hi enim vino decepti sunt, errauerunt propter siceram: sacerdos & prophera impotes erant mentis, propter vinum, concussi sunt ab ebrietate siceræ, hoc est cõmentum, vel consilium, vel sententia hęc est.

B

QVòd D. Hieronymus dixit: Verùm hi quoque præ vino nescierunt: Lxx edidere: Hi enim præ vino decepti sunt, quibus verbis Lxx viri ostendunt, de Iudæis à principio sermonem fuisse, nam hoc satis indicat relatiuum illud, hi, & coniunctio causalis, enim, redditur enim caussa vastitatis supra descriptæ, & reliquiarum tantùm relictarum. Hi, inquit, de quibus loquebar, Iudæi, quos vastandos dixi, admiserunt in se nefas illud immane aduersus Christum Dominum. Hunc explananda est interpretatio D. Hieronymi: Verùm hi quoque. i. hi enim. Nam, gan, dictio Hebræa, causalis coniunctio est: Posteà est congeries verborum, & sententiarum idem significantium, qua examplificatur cœcitas Iudæorum, & ebrietas, qua in Christum Dominum sunt debacchati, Præ vino nescierunt, vel, vino decepti sunt, præ ebrietate er
C rauerunt, vel, Errauerunt propter siceram, quod sicera potus est ex fructibus, qui impotes mentis reddit, & sine sensu. Sacerdos, & propheta nescierunt præ ebrietate: vel, Sacerdos, & propheta impotes mentis erant propter vinum, absorpti sunt à vino, vel, concussi sunt ab ebrietate siceræ, errauerũt in ebrietate, multa repetitio est eiusdem sententiæ, qua examplificatur cœcitas Iudæorum, qua Christum non recepere, & Samaritanum, & dæmonium habentem appellauere. Sic hæc omnia CYRIL. Nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. i. non cognouerunt Christum, & ideo iudicio mortis eum damnauere. Nam videntem appellabant prophetam, & Christus propheta ille erat, de quo Moses: Prophetam suscitabit vobis Dominus, quem per ignorantiam iudicauerunt dignum morte, vt Petrus Actorum cap. 3. ait, & Paulus Actorum cap. 13. Hinc ignorantes Iesum, & iudicantes voces prophetarum impleuerunt. Hoc ergo quod D. Hieronymus dixit, Nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium, conuenienter lectioni Hebræę, potes reddere: Errauerunt in visione, ignorauerunt iudicium, vt interpretantur PAGN. & VATAB. Pro, Errauerunt in visione: Lxx dixere, Hoc est phasma. i. insomnium, vel hinc est nata somniantium illa imaginatio, illud somnium Iudæorum scilicet, quo
D dixerunt, Hic est hęres, venite occidamus eum, nostra erit hæreditas. Et illa: Vos nescitis quicquam, neque cogitatis, expedit vt vnus homo moriatur pro populo: A quo verbo Græco. i. apareo, dicuntur phasmata. i. apparitiones somniantium, & imaginationes, vt ita loquar, vinolentorum in somnia, quæ Cicero dixit, neque fat habuere Lxx, ita appellare ebriorum Iudæorum consilia, sed addidere de suo: Maledictio deuoret tale consiliũ. i. maledictio illa quæ apud Mosen est Deuter. cap. 28. & 29. tale consilium deuorabit, addunt enim commentariola ex alijs scripturæ locis. CYRIL. Consilium illud, ait, quod in euangelica parabola est, Occidamus eum, nostra erit hæreditas. Itaque verba repetita centies omisere, loco illorum addidere commentariolum, vt sciremus, quò hæc spectarent.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Omnes mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumq;, ita vt nõ esset vltrà locus	Hoc enim cõsilium causa opum, & diuitiarum, vel propter auaritiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVòd D. Hieronymus verterat conuenienter Hebræę lectioni: Omnes mensæ repletæ sunt vomitu, quo significabatur, quod ait CHRYSOS. in 4. cap. Matthæi homilia 3. Iudæos maxima incurrisse mala, quòd conuiationibus diffluebant, & luxuriabantur. Lxx seniores interpretantur sic. i. hoc consilium occidendi Christum, fuit causa opum & diuitiarum vt conuiuarentur & epularentur lautissimè, erant enim diuites & opulenti, crapulabantur, helluabantur, perdere illas opes noluerunt, & ideo occiderunt Dominum, ne venientes Romani eos expoliarent diuitijs. Signum enim opulentiæ est, agitare conuiuia, porrò in conuiijs moris erat, postquam stomachum cibis & vino distendissent, vomere vt rursus biberent, vt est apud Satyricum --- Nouerat ille Luxuriem imperij veterem nocteſq; Neronis Iam medias aliamq; famem. Et rursum vomit & bibit. Quod verba prophetæ significant: sordiũ, ita vt non esset vltrà locus.

D. HIERONYMVS.

Quem docebit scientiam? et quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.

LXX VIRI.

Cui annunciabimus mala? & cui annunciabimus nuncium? ablactati à lacte, abstracti ab vbere.

LEctio Hebræa est אֵת מִי יוֹרֶה דֵּעָה. Id est, Quem docebit scientiam? sed pro דֵּעָה, mutata vna litera Lxx seniores dixere רָעָה, mutato ד, in ר. Cui annunciabimus mala? & cui annunciabimus nuncium. vel, Cui euangelizabimus euangelium? nam Lxx seniores ἀναγγελοῦμεν & euangelizo, pro eodẽ accipiunt. Sensus ergò est: Cùm Iudæi pleni sunt crapula, quem ergo Christus veniens (de quo sermo est) docebit euangelij doctrinam? quem imbuet auditu mysteriorum cælestium? quem docebit sempiternas pœnas, quæ expectant malos? & ipse Dominus sibi respondet, docturum se eos, quos perfectos ipse sit facturus, dato Spiritu sancto, & quos est abducturus à lacte legis veteris. CYRIL. Ipse vniuersorum Deus sanctos appellat ablactatos à lacte, quòd vocati ad fidem per agnitionem veritatis, tanquam abducti ab vbere, & lacte legis veteris, prouecti sint in virum perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & præparatis cordibus sint, susceptа prædicatione euangelicæ legis, si ingruant afflictiones vt subeant omne discrimen forti animo, quia oculus non vidit, neq; auris audiuit, quæ præparauit Dominus diligentibus se. CHRYSOS. in beatos Iob & Abraham. Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere: ait Dominus à se docendos esse eos, inquam, qui subeant omne discrimen, etiam si expetat eos Sathan, ut excribret eos. Quandiu enim, inquit, imperfecti sumus, nobis parcitur: & quandiu lactamur, paternè fouemur: vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina subimus. quod ait Esaias, Ablactati à lacte, auulsi ab vbere. Et subijcit Chrysostomus, Non dixit ablati ab vbere, sed auulsi: coguntur enim fideles, vt recedant à lactendo, vt eant per omne discrimen. AMBROS. in psalmum 118. in illa verba: Anticipaui in maturitate, & clamaui: cùm citasset hæc verba Esaiæ, subiunxit, ad ablactatos & auulsos ab vberibus loquebatur, hoc est, ad eos qui prima infantiæ alimenta transissent, cibo iam habiles fortiori. Exemplo sit quod ablactatus Isaac patriarcha, tantus euaserit, vt adhuc inter rudimenta primæuæ ætatis positus, nequaquam gladium percussuri patris horruerit. Plures filios habuit Abraham, nullum ablactauit alium, sed in hoc solo legitur feciſſe epulum magnum, & benè magnum, quia typus erat eius quem semper epulantur corda iustorum.

D. HIERONYMVS.

Quia manda remanda, manda remãda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicùm ibi, modicum ibi.

LXX VIRI.

Tribulationem supertribulationẽ, expecta spem super spem, adhuc parum, adhuc parum.

LOngè secùs hunc locum legit & intellexit D. Hieron. quàm Lxx viri. Priùs enodemus interpretationẽ D. Hieronymi. Scias, oportet, Iudæos quosdã olim cũ derisu & subsannatione, & contemptu excipere solitos prophetarum vaticinia, & solitos imitari prophetarũ dicta per

A cta per ethopœiam, quæ est relatio dictorum alienorum cum derisu. Quin quod prophetæ initio sermonis dicere solebant, vaiomar ieoua, id est, & dixit Deus, appellabant ipsos prophetas, quoties cùm eis congredi contingeret, vaiomar per deridiculum. i. & ait Dñs. Vndè Hieremias non poterat ferre contumeliam, quòd pueri & senes, viri & fœminæ, per vias cùm ei fierent obuiam, per derisum eum appellabant vaiomar. i. & dixit Deus, & eum ludibrio habebant, & cum ioco & cachinno, vt ceritum & insanum, pueri insectabantur per vias, & cùm Hieremias detulisset ad Dominum querimonias, Dominus grauiter minatus est his qui Hieremiæ post illa illuderent. Cùm ergo prophetæ mandabant aliquid populo verbis Domini, contemnebat populus illorum dicta: si rursum aliud imperarent, conniuebant ad ea quæ prophetæ dicerent. Si prophetæ pergerent verbis Domini imperare aliquid, cum cachinno & derisu dicebant: Manda remanda, manda remanda, quasi dicerent, Deum nihil aliud quàm mandare & imponere onera, & nullam mercedem tot laborum reddere, nec veteribus patribus promissa exsoluere, si prophetæ eos expectare iuberent, & post aliquot annos
B rursum expectare imperarent, & posteà post modicum dicerent tempus Christum venturum, expectarent paululùm, iam veluti defessi expectando, si pergerent prophetæ iubere illos expectare, & iam parum temporis expectandum esse dicerent, dicebant cum derisu prophetarum & promissorum Dei, Expecta reexpecta, expecta reexpecta, quasi dicerent, Dominum nihil aliud quàm iubere eos expectare, & dicere, modicum ibi expectandum esse, modicum rursum in alio expectandum esse, nec reddere promissa, nec solum Deo fidem non habebant, sed prophetas risu & cachinno prosequebantur, vt insanos irridebant, quoties verbis Domini eos alloqui volebant, adeò vt neget Dominus se missurum prophetas, sed legem euangelicam, & excluſurum Iudæos, quod verbis sequentibus dicet in alijs linguis, & alijs labris loquar populo huic, quando iam prophetas per derisum audiunt, & ne dicant me illos iubere expectare, nec complere promissa. Et ideo in captiuitate Babylonica misit prophetas, Danielem, & Ezechielem: statim post captiuitatem Babylonicam, Aggæum & alios, vt ædificaretur templum & vrbs, posteà nullos vsque ad Domini aduentum. Et si rectè excutias historiam Maccabæorum, reperias vastitatem illam ab Antiocho, permissu Domini, importatam
C tẽplo, & Hierosolymis, & vrbibus Iudææ, quod Iudæi innumerabiles nó solum defecissent à lege Dñi ad idolatriam, & prophetarũ vaticinia ridebant, sed instabant Antiocho, vt cogeret omnes Iudæos deserere religionẽ, & ad idolorũ cultũ transire. Et si historiã euoluas, impulsu horum Iudæorum impiorũ, illa omnia mala Iudæis & templo Dñi importata sunt ab Antiocho, vnde iratus Dominus vastitatem illam permisit importari Iudæis, & posteà cùm pœnarũ satis erat exhaustũ, instaurauit & restituit omnia Iudæis per Maccabæos, quod notandum summoperè est contra Iudaissantes, qui negant Iudæos post captiuitatem Babylonicam idola coluisse, cùm nunquam tantum post idola abierint, quantum post captiuitatem Babylonicam, cùm magna pars Iudæorũ defecerit à lege Domini ad cultum idolorum, à regibus Macedonum enixè sæpissimè petierit, vt delerent prorsus Iudæorum legem, & templa, & cultum, & cæremonias. Nunc eo spectans ait, Ego promissa complebo, & simul his verbis causam reddit, cur reliquijs seruatis, Iudæos perdat, quòd riderent Dominum & prophetas, quos Dominus ad eos mitteret.

Ioseph li. 4. de bello Iudaï. ca. 22. et li. 6. ca. 8.

Iudæi idolatræ, & de Antiocho.

Lxx seniores aliam agnouere lectionem vna mutata littera. Ostendimus enim in disputa-
D tione de translationibus, documentum esse D. Hieronymi in præfatione in quatuor euangelia ad Damasum papam post interpretationem Lxx virorum, nihil in sacris litteris mutari, quod intelligi & deprehendi non possit, vt in codice Hispano, quem viri doctissimi centum abhinc annis Latinè vertissent, quicquid immutatum esset, facilè deprehendi posset ex translatione Latina: vt si legeretur (*vn hombre Frances*) & lectio Latina præferret, hominem liberalem, facilè intelligeres legisse doctos illos viros, qui librum Hispanum Latinè vertissent (*un hombre franco*) & multis locis duplicem esse lectionem in codicibus Hebræis est commonstratum. Ad hoc exemplum, cùm Hebraicè legatur צַו לָצָו צַו לָצָו קַו לָקָו קַו לָקָו, sau la sau, sau la sau, id est, manda rehanda, manda remanda, cùm Lxx seniores reddiderint, tribulationem super tribulationem facilè intelliget qui Hebraicè sciat, Lxx seniores non legisse, sau la sau, sed sar la sar, mutata vna litera in similimam, ו, in ר, צַר לָצַר: ר, id est, tribulationem super tribulationem. Nam ex Epiphanio & alijs veteribus patribus dictum est, quæ geminata sunt in sacris litteris, solitos esse Septuaginta seniores sat habere dicere semel. Et ita pro, Expecta reexpecta, expecta re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

expecta: sat habuere dicere, spem super spem. CYRILL. tribulationem super tribulatio- A
nem, videtur interpretari, si tribulationes ingruant, subite omne discrimen forti animo,
quia oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Dominus diligentibus se. Sic ergo
videtur hunc locum explanasse: Vos ablactati à lacte, auulsi ab vbere, tribulationem super
tribulationem expectate. s. quia ait Dominus, Qui me sequitur, tollat crucem suã & ambulet:
expecta tamen spem super spem, quia oculus non vidit, nec auris audiuit. CHRYSOS. in
beatos Iob & Abraham interpretans hunc locum, ait Dominus, inquit, se docturum abla-
ctatos à lacte, qui subeant omne discrimen, etiam si Sathan expetat eos excribrare, vbi enim
perfecti fuerimus, perfectorum certamen subimus. Ait enim Esaias: Ablactati à lacte, affli-
ctionem super afflictionem suscipite, spem super spem. AMBROS. in psal. 118. in illa verba:
Anticipans in maturitate, cùm citasset hæc verba Esaiæ, Tribulationem super tribulatio-
nem, expecta spem super spem, eodem modo hunc locum explanat. THEOD. sic mihi vi-
detur hunc locum intellexisse, O electi mei, ablactati à lacte putatis vos habituros religionem
quæstui, vt principes sacerdotum, de quibus dictum est, omnes mensæ repletæ sunt vomitu,
bibendus vobis potiùs calix est, qué ego bibiturus sum, tribulatio post tribulationé est vobis B
excipienda, sed spes post spem est expectanda. i. maiora omni spe, Quia oculus non vidit, nec
auris audiuit, &c. quæ sententia mihi perplacet, quod vt ait AVGVST. sermone. 93. Quisquis
coniungitur Christo, non ad delitias sed ad prælium præparatur, quia omnes qui volunt piè
viuere in Christo, persecutionem patiuntur.

Contra eos qui docent sensum Iudæorũ sensum esse literalem.

Iudæi hæc aliter vertunt, & interpretantur aliter, vt omnia. Putant enim huius loci hunc es-
se sensum, Tradere Iudæis oportet præceptum post præceptum, lineam post lineam, quia Iu-
dæi sunt vt pueri, & ideo tanquam pueri docendi sunt lineam post lineam, præceptum post
præceptum. Sic Vatablus hunc locum explanat, & Isidorus Clarius, ex Rabi Abraham, & ra-
bi Dauid, vt discres ex Thesauro linguæ sanctæ in dictione, quaua. I nunc, & sententiam Iu-
dæorum cum Iudaizantibus, sensum dicito literalem. Nec scio cur nostris libeat Iudæos, reli-
ctis sacris doctoribus, habere duces, cùm audierint, Cæci sunt, & duces cæcorum: & putant se
magnum aliquid afferre, si Iudæorum nobis afferant deliria. Minus ferendus PAGNI. est, qui C
sententiam Iudæorum textum sacrum facit. Sic enim hunc locum vertit, vt integrã orationé
adderet, quæ cogeret ita interpretari hunc locum, vt Iudæi nugantur: non solum enim vertit
hunc locum vt Iudæi, qui pro, Manda remanda, manda remanda, &c. reddunt, præceptum
post præceptum, præceptum post præceptum: linea post lineã, linea post lineã: parum ibi, pa-
rum ibi. sed à principio addidit de suo illa omnia. Nam vt mos est, pueris datur eis, vt tota o-

Contra eos qui affirmant Pagninũ vertisse scripturam ad veritatem Hebraicã, & magis adeò quàm D. Hiero.

ratio sit, Nam vt mos est, pueris datur eis præceptum post præceptum, præceptum post præ-
ceptum: linea post lineam, linea post lineam: parum ibi, parum ibi, vt sententia Iudæorum sit
textus sacer, tot verbis partim additis, partim inuersis. Et sunt tamen, qui coronam, quæ cum
multa laude inhæret in capite D. Hieronymi, interpretis ad veritatem Hebraicam fidelissimi,
ereptam de D. Hieronymi capite, Pagnino imponant, Pagninumque mentiantur magis ad ve-
ritatem Hebraicam sacras vertisse litteras quàm D. Hieronymum, quum D. Hieronymus ve-
ritatem Hebraicam Latinè fidelissimè expresserit, eamque ad lucem euangelicam nobis red-
diderit explicatam. Pagninus sententiam Iudæorum textum facit sacrum, nam quàm fideli-
ter reddat lectionem Hebræam, indè disces, quòd scripturæ sacræ multa verba addit de suo,
vt scripturam ad Iudæorum sensus, in plærisque inuitam, & reluctantem deflectat, quorum D
quædam hoc libro annotamus, vt indè nostri de cæteris coniecturam faciant. Neque enim o-

D. Hieron. fidelissim⁹ ad veritatẽ Hebraicã interpres.

mnia persequi consilium est, ne in infinitum hoc volumen excrescat. Quæ eò dixerim, ne
quis ferat quod indignissimum est, D. Hieronymo detrahi titulum fidelissimi interpretis ad
veritatem Hebraicam, & Pagnino dari immeritò, atque adeò immeritissimò.

D. HIERONYMVS.

In loquela labij, in lingua altera loquetur ad populum hunc,

LXX VIRI.

Per vitium labiorum, per linguam alteram, quia loquentur populo huic.

VOlo prius Iudæorum sententiam, quam quidam ex nostris non dubitant contra D. Pau
lum amplecti & exosculari, transcurrere quanta maxima breuitate potero, & refelle-
re. Rabi Dauid, & rabi Abraham sensum huius loci esse aiunt, adeò Iudæi sunt similes pue-
ris, vt

A ris, vt propheta eos ore balbutienti debeat docere tanquam pueros. Ideo enim Iudæi su-
periora verba, Manda remanda, &c. inuertunt (vt dictum est superiore commentario) vt
vt huius loci sensum perturbent, & sententiam D. Pauli, qui hunc locum interpretatur, con-
uellant. Hos rabinos sequuntur PAGNIN. VATAB. CLARIVS, atque alij, quorũ nomini-
bus parco. Sed alij minus audent, PAGNIN. cuius capiti imponũt quidam coronam interpre-

Refellun-tur Iudæi & Iudaizantes qui nec locoad uersantur D. Paulo et scripturã aduant.

tis fidelissimi ad veritatem Hebraicam, quæ hæserat vsque adhuc, hærebitque semper mul-
ta cum laude in capite D. Hieronymi, sententiam Iudæorum, textum sacrum facit legitur e-
nim Hebraicè, In loquela labij, & lingua altera loquetur, &c. Et inter nostros, & Iudæos
est controuersia de suppositio illius verbi, loquetur, nam D. Paulus, Deus (ait) loquetur. Iudæi
aiunt, loquetur (propheta scilicet) Nihil enim hic, aiunt Iudæi, de dono linguarum, de quo
hunc locum interpretantur D. Paulus & Lxx seniores, sed de Iudæis, qui sunt pueris similes,
quibus propheta loquetur ore balbutienti, vt pueros solemus alloqui, & ita eos docebit pro-
pheta, vt pueros balbutienti ore docemus. Hanc controuersiam inter D. Paulum, & Iudæos
B dirimit PAGNIN. secundũ Iudæos litem dat, & ne posthac dubitationi relinquatur locus,
sententiam Iudæorum facit textum sacrum, & sic hunc locum legit, Quia balbutientibus la-
bris, & lingua altera loquetur propheta ad populum istum, vbi reliqua ad Iudæorum præferi
ptum vertit, & dictionem illam, propheta, de suo addidit, cùm dixit: Loquetur propheta, ne
locus esset reliquus Pauli interpretationi. Et posteà cùm legatur Hebraicè, Cui dixit, hæc est
requies mea, eademque controuersia esset de suppositio illius verbi (dixit) & D. Paulus ad Do-
minum referret: Iudæi ad prophetam, vt suam tueantur sententiam. Pagninus Paulum dam-
nat, Iudæorum sententiam probat, neque id solùm, id enim commune est illi cum Vatablo,
& Clario, alijsque, sed verbum addit scripturæ, vt Iudæorum sententiam textum sacrum fa-
ciat: nam quod Hebraicè legitur, Cui dixit, hæc est requies mea, vertit Pagninus: Ad quos di-
xit propheta, hæc est requies, ne iam controuersiæ relinquatur locus. Hoc non fecere olim,
qui odio Christianorum accensi, appulere animum ad vertendas scripturas sacras Theodo-
cion, Aquila, Symmachus & alij. Obscuraruntilli quidem vaticinia de Christo multa, vt do

Disceptatur Latinter nostros & Iudæos.

cet D. Hieronymus, verba scripturæ non addidere de suo: nemini vnquam in literas sacras li-
C cuit tantum. Iam reliquus est locus inter nos & Iudæos controuersus, vtrum vertenda hæc
verba prophetæ sint: In loquela labij, vel, In alijs labris, vt vertit D. Paulus, quod idem signifi-
cat: an, Balbutientibus labijs: Iudæi, balbutientibus labijs vertunt nulla ratione. Reperies enim
in Onomastico Hebræo Complutensi, nonnullos Iudæos fuisse, qui dictionem Hebræam
לַעַג, laage, interpretarentur, balbutientibus, à verbo לָעַג. i. balbus. Sed cùm verbum He-
bræum, quod in propheta est, sit laag. i. subsanno, vt ipsi Iudæi interpretantur, quid affine est
huic verbo laag, cum hac dictione, ileg, vt eatur contra sententiam D. Pauli? quæ harum vo-
cum laag, & ileg, vicinia est & affinitas? certè non minor hęc est impudentia, quàm si quis, læ-
det, Latinè, idem esse diceret quod, delet: vt perfricta fronte repugnaret sententiæ aduersa-
riorum, non rideret aduersarius? non tolleret cachinnum? An non potiùs Dei, & hominum
fidem cieret, quod tam ageret impudenter? vt cùm scriptura præferat planè & apertè, delet,
ipse interpretaretur, quasi legeretur, lædet: Qui minus facit impudenter, qui cùm Hebraicè le
gatur laage, interpretatur, quasi legeretur alage? Faciunt hoc planè Iudæi odio acerrimo indu-
cti, quo nos & nostra insectantur, quo corrupere custodes, ne dicerent Christum resurrexisse,
D quo iniere consilia aduersum Dominum, quum dixere: Quid facimus? quia hic homo multa
signa facit: illa aduersum Dominum moliri sunt ausi Iudæi, quid facturos illos putas aduer-
sum nos & nostra? Nostri verò, quo animo hæc faciant, admirari satis nequeo. Si aliquando
hoc verbum, laag, significaret quod illi volunt, tamen faciendum nullo pacto erat, vt à D. Pau
li sententia discederent, fieri nullo pacto potest, vt laag, significet balbutire, & tamen impu-
denter aduersantur D. Paulo. Et in lexico suo hæc duo verba confundit Pagninus, vt linguæ
imperitis fucum faciat. Quo ergo hoc animo fit? quid hæ technæ petunt? prorsus nescio.

Rursum cũ ERASMO contentio est, qui, quod D. Hieronymus hunc locum verterit, In lo
quela labij, ait hunc locum expressum à Paulo, ita vt sensus magis ab eo redditus sit, quàm
verba. Et addit Erasmus, Lxx viros longè secùs hunc locum esse interpretatos, quam lectio He
bræa præferat. Suspicatur hoc Erasmus, nam qui scire potuit hoc ita esse, Hebræe linguę rudis,
quod ipse fatetur? Nam prima elementa ait se primoribus labris attigisse. Et D. PAVL. hunc
locum ad verbum reddidit, & Lxx viri lectionem Hebræam fidelissimè vertere. Quanuis eũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæos, vbi facilè fieri potuit, quædam loca vitiasse.

à D.Paulo verbis discrepēt, re mirabiliter consentiunt. Quæ omnia vt ante oculos ponā, dicā A quod magnoperè aduertendum puto, quodque ipsi Iudaizantes fatentur, & manibus præhendi potest, Iudæos vbi inuertere diuina responsa potuere perexigua mutatione, nunquam maleficio & impietate abstinuisse manum. Quod verissimè dictum esse, vel ex hoc Pauli loco discces. Nā si præceptum D. Hieronymi adhibeas, quod præscripsit in præfatione super quatuor euangelia ad Damasum papam, posse nos ex tralatione Lxx virorum deprehendere, si quid immutatum est in veteri testamento, in lectione Hebræa, cuius rei suprà exemplum posuimus codicis Hispani peruetusti, qui centum abhinc annis redditus Latinè esset à doctissimis Hispaniæ viris, cuius errata deprehendi facilè possent ex Latina versione: veluti si Hispano codice legeretur (*lodo*) quod versum Latinè videres, aurum, facilè intelligeres in Hispano codice non (*lodo*) sed (*oro*) esse legendum. Si ergo documentum illud D. Hieronymi adhibeas, cùm hoc loco Hebraicè legi videas, laage. i. subsannantibus, & redditum à Lxx vides διὰ φαυλισμοῦ τῶν χειλέων. id est, per vitium & barbariem labiorum, si Hebraicè scias, facilè intelligas non laage, sed laaze esse legendum, mutata tantum vna litterula à עז verbo, vt significetur varietas linguarum.

Ex D. Paulo et D. Hierō. et Lxx vtris deprehendi, Iudæos hoc loco vitiasse scripturā.

Doctores enim Hebræi docent hoc verbum significare, barbarè loqui, quod Lxx dixere, labiorum vitium, vel labiorum barbariem. Et vitium labiorum, aut barbariem labiorum appellant Hebræi omnes linguas, quæ non essent lingua sancta, quod leges in Thesauro Pagnini, in dictione לעז. Ait ergo Dominus se locuturum in barbarie linguarum ad Iudæos, quod Lxx edidere διὰ φαυλισμοῦ τῶν χειλέων. i. per barbariē, & vitiū labiorum, hoc est, per omnes linguas, vt sit idē cū illo Actor. cap. 2. Quomodo nos audimus linguam nostram in qua nati sumus, Parthi & Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam, Aegyptum, & partes Libyæ, & aduenæ Romani, Iudæi quoque & Proselyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Vides quod Esaias dixit iuxta tralationem Lxx virorum, se locuturum ad Iudæos per vitium aut per barbariem labiorum completum esse. 2. Actor. cap. cùm tot gentes barbaræ apostolos audiunt loquentes magnalia Dei, suis proprijs ipsarum gentium barbararum linguis. Et quod ecclesia transibat ad nationes, exclusis Iudæis: hoc idem vrbaniùs Paulus dixit, in labijs alijs, & in lingua altera, in alijs labijs, omnibus. s. alijs ab Hebræa lingua, quem secutus D. Hieronymus edidit eodem sensu, In loquela alia. Vides Iudæos vt tantum hoc obscurarent mysterium, vnam tantùm litteram immutasse, idque fateatur quiuis necesse esse, quod documento illo D. Hieronymi manibus deprehenditur ex tralatione D. Pauli, & D. Hieronymi, & Lxx virorum. Quòd tamen D. Hierony. & Lxx viri dixerunt in lingua altera, vel per linguam alteram Hebræę lectioni congruenter, D. Paulus vertit, In labijs alijs, vel in labijs aliorum, perspicuitatis causa: vel vt significaret D. Paulus labra aliorum hominum. i. alios homines ex alijs nationibus, luce euangelij recepta, varijs linguis docturos esse ipsam Iudæorum nationem. Erāt enim Iudæi misti alijs nationibus, & Græcam, & alias linguas intelligebant, vt significetur hoc loco, donum linguarum dandum apostolis & fidelibus: & Iudæos docendos ab apostolis & à prædicatoribus verbi, ex alijs nationibus alijs linguis: & quòd controuersia erat futura inter nos & Iudæos, de suppositio illius verbi loquetur. Paulus hanc controuersiam sustulit, qui Dominum induxit loquentem. Lxx viri vertere, Loquentur, vt referas ad apostolos, ita D. Paulus, D. Hieronymus, & Lxx seniores eodem modo verterunt, nisi discrepare dicas D. Paulum à lectione Hebræa, quòd ea quæ obscurè dicta erant, dixit dilucidè, & planè, & suo munere est functus, qui doctor ecclesiæ est, vt nos doceret. An Hebræi cùm docent laaz, significare barbarè loqui, aliud docent quam quòd Lxx viri, qui reddidere hoc verbum, per vitium aut barbariem labiorum? rursum cùm Hebræi addunt per barbariem labij loqui, nihil aliud esse quàm loqui alijs omnibus linguis, præter linguam sanctam, aliter interpretantur quàm D. Paulus cùm reddidit, In alijs labris, & quam D. Hieronymus, In loquela labij. i. in alijs omnibus linguis? Nam de cæteris iam dictum est.

Iudæos toto orbe dispersos, omnium fere vrbium bonā occupasse partē ex Iosepho Iud. antiq. li. 14. c. 12.

Origenis præceptum Apostolos obscura dicere plane et aperte.

Iam ad huius loci interpretationem veniendum est, quem sic interpretatur CHRYS. in demonstratione, quod Christus sit Deus tomo 5. Quomodo dicet quispiam, attraxere apostoli tot nationes, qui non nisi vnam linguarum habebant, nempe Iudaicam? quomodo Scythā, & Indum, & Sauromatam, & Thracem docebant? acceperant à spiritu sancto gratis multiugarū dona linguarum, & hoc quoque non apostoli solum dicunt, sed & prophetę simul, duo hæc declarantes, s. quod varietatem linguarum acceperint apostoli, & quod nec hoc, quod attraxit

A traxit omnes gentes, attraxerit Iudæos. In varijs linguis, & in labijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me dicit Dominus. Quid hoc manifestius vidit aliquis? Hæc Chrysostomus, Nihil hoc oraculo manifestius ait Chrysostomus, nihil dici posse magis perspicuū. & tamen Iudæi cæci non vident. Quid miremur Iudæos? nostri quidam non vident. CYRILL. idē esse hoc cum illo actorum ait, Et ecce factus est de cælo sonitus, & posteà conspectæ sunt illis diuiduæ linguæ, & cœperunt loqui varijs linguis. TERTVLL. aduersus Marcionem lib. 5. ait charisma linguarum hoc vaticinio esse promissum. GREG. Nazianz. in sanctam Pentecosten hunc locum explanat de dono linguarū, vndè notatu digna petes, si voles, quibus supersedeo, ne tædium pariam. Tam planum est hoc testimonium de dono linguarum, vt interpretes Pauli manifestius putent, quam quod interpretentur, & nisi legas attente sequentia & præcedentia vix in ipsis intelliges huius loci interpretatio. item. D. AMBR. duobus modis hūc locum explanat, vel quod in alijs linguis & in alijs labijs loqui, sit nouum testamentum prædicare vt sit sicut illud Hieremiæ: Consummabo domui Iuda testamentum nouum, non secun

B dum quod disposui patribus illorum, hoc est immutata ratione loqui aliter, quam se legis veteris verba habeant, dum audiunt sabbatum solui, neomenias euacuari, circuncisionem cessare, immutari sacrificia, escas prohibitas licere edere, Christum Deū de Deo fateri, hoc est, alijs linguis & labijs alijs loqui. Vel potest intelligi, inquit AMBROS. vt quia multi Iudæorum maleuoli erant, propterea dignum nō erat his plane & aperte loqui euangeliū, sed vt in parabolis loqueretur ad eos, vt intelligentes propter suam malitiam sibi non reuelari, se corrigerent, vt mererētur plane & aperte audire verba Dei. Sed quomodo hæc Ambrosij sentētia congruat cum Pauli epistola non satis video, nisi velis dicere significari verbis prophetæ hæc quæ Ambrosius putat & quæ suprà diximus. Quæ superior sententia videtur esse veterum patrum.

Hic exoritur rursus ingens illa dubitatio cur D. Paulus cum illa verba citat Esaiæ, Quoniā in linguis alijs, & labris alijs loquar populo huic, addiderit, Et neque sic exaudient me dicit Dominꝰ, quod ERAS. negat apud Hebræos haberi, aut apud Græcos interpretes. Nā quod ipse Erasmus subijcit, aliquanto post sequi in vaticinio, & noluerunt audire, nulla excusatio est, quod de vno vaticinio Esaias dixit, si D. Paulus testetur Esaiam dixisse de altero, cū Esaias

C multa & diuersa vno vaticinio dicat. An dicemus Paulum hallucinatum esse, & cum Esaias dixerit de vna re non crediturōs Iudæos, affirmasse Paulum, Esaiam hic de re alia lōgeque diuersa dixisse? An quod Esaias de vno dixit vaticinio D. Paulus testetur Esaiā dixisse de altero? præsertim cùm addat, Dixit Dominus omnipotens. quod de sequenti vaticinio dixisse videtur Esaias. An hæc verba addiderit Paulus de suo, & horum verborum Esaiam citauerit testē, cùm nihil tale reperiatur apud Esaiam? quæ res fecit vt Erasmus addubitarit, num aliundè hoc fuerit sumptum testimonium, significaueritque hunc eundem scrupulum fuisse D. Hieronymo? Hic nodus dissolui facilè potest, si ostenderimus hoc vaticinium: In loquela labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit, hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meū refrigerium, & noluerunt audire, si ostenderimus, inquam, hoc vaticinium totum, vnius esse sententiæ, & adhibuerimus Canonem illum scripturæ, quem præscribit ORIG. in Ioannem tom. 7. de illo loco Esaiæ disputans: Vox clamantis in deserto, &c. apostolos & euangelistas cùm citant prophetica loca, breuitatis causa solere resecare, & omittere media, quod ostendit etiam solitos facere, perspicuitatis causa, vt interpretentur scripturas. Cuius rei meminit etiā

D ORIG. in cap. 9. epist. Pauli ad Roman. in finem cap. qua de re sæpè & pluribus dictum, dicendumq; est. Faciunt enim frequentissimè hoc & apostoli & euangelistæ in testimonijs scripturæ quæ citant, factumq; hoc ostendimus suprà perspicuitatis causa, vt aperiant scripturarum sensum, quod hoc loco Paulum fecisse planum est: ostendit enim vnius sententiæ esse totum hoc vaticinium, quod dixi, cùm omisit media, & clausulam vaticinij principio coniunxit, nā si diuersa vaticinia essent, quod ad vnū vaticiniū pertineret, nunquā retulisset Paulus ad aliud, esset enim mendacium si diceretur Esaiam dixisse in vno vaticinio, quod non in illo vaticinio dixit sed in altero: Cum vero totum sit vnius sententię, vt iam ostendemus potuit media omittere, quod facere sæpè solet, vt nos doceret totum hoc ad vnam sententiam pertinere. Et pro, Noluerunt audire, dixit neque sic exaudient me. Et quod est apud Esaiā: Cui dixit, statim post illud, In loquela labij, & in lingua altera loquetur ad populum istum, Hebraicè est: Qui dixit ipsis. i. qui Deus dixit ipsis Iudæis, breuitatis causa, D. Hieroymus vertit, Cui dixit: quod præcesserat populus, vt esset, cui populo dixit (supple Deus) Pro hoc Paulus, dixit, ait, Dominus

Quæstio nē nota.

Canon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Canon.

omnipotens,quod hunc quoque canonem præscribit ORIG.eodem 7.tomo in Ioannem,so- A
lere apostolos mutare voces obscuras in planiores,& dilucidiores.Quod vero Erasmus ex D.
Hieronymo notat, D.Paulum hoc testimonium vertisse ex Hebræo, neque citasse tralationẽ
Lxx virorum,id ita est neque D.Hieronymus solum,sed & ORIG.in cap.11.epistolæ ad Ro-

Quomodo apostoli et euangelistæ scripturæ testimonia citent.

manos,docet apostolos,& euangelistas ferè citare tralationem Lxx virorum,interim nõ mo-
rari tralationem Lxx virorum,nec Hebręam lectionem,sed scripturarum sensa suis verbis ex
plicare,quod hoc loco D.Paulum fecisse ostendimus: vbi immutatus ordo quoque est, nam
quod post initium erat,Qui dixit ipsis,qui.s. Deus dixit ipsis: non solum Paulus postremum
ordine fecit,sed verbis immutatis sententiã expressit,cũ pro illo dixit: Ait Dñs omnipotens.
Sed hoc contra Lxx viros non est,non magis quam contra Hebraeã lectionem,cũ neque Græ
ca verba,neque Hebræa euangelistę & apostoli curent aliquãdo,dum sacros sensus explicẽt.
Quin ego diuino consilio factum puto, vt non semper apostoli citẽt testimonia scripturæ iux
ta tralationem Lxx virorum, ne videantur eam citare, quod Græcè conscripta esset & quod

Translatio Lxx nobis ab apostolis & euangelistis cõmendata.

ita esset omnibus gentibus ad manum,quibus eo tempore Greca lingua cõmunis erat,& non B
quod tantæ authoritatis esset,vt digna esset,quam apostoli citarent,& euangelistæ:quasi vero
spiritus sanct⁹,qũi in ipsis loquebatur aut temporũ causla, aut rei alterius, suæ ecclesię author
esse posset errandi, nó solum in testimonijs,quæ citat iuxta tralationem Lxx virorũ,sed quod
dum citat spiritus sanctus testimonia scripturę iuxta tralationẽ Lxx virorum, facit tralationẽ
Lxx virorum suę ecclesię commendatissimam,& eam ecclesiæ catholicæ tradit sequendam.
Nam quod aiunt D.Lucam eam citare,quod Græcè sciret,non Hebraicè,valeret id argumen-
tũ,si in D.Luca nõ loqueretur spiritus sanctus: Spiritus sanctus in D.Luca loquitur, errare igi-
tur nó potest. Valeret id argumentũ,si solus Lucas eam citaret spiritus sancti expers, citãt eã
oẽs apostoli,& euãgelistæ,quæ reliqua ergo est dubitatio?Nota tamen factas à D.Paulo para-
phraseis,ne mirere Lxx viros qui faciunt sæpè paraphraseis scripturæ, sed quas citent aposto
li,& euangelistæ.Et illud aduerte imperatores ipsos vt 10. ad Nicomachum docet Aristote-
les,magis factis & exemplis docere suos milites, quid faciendum, sit quam verbis. Aposto-
li ergo & euangelistę ecclesię triumphales duces, quum translationem Lxx citant ferè nobis
sunt authores, vt eam sequamur,& admiremur. C

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Cui dixit, hæc est requies mea, reficite lassum,& hoc est meum refrigerium, & noluerunt audire.	Dicentes ipsi hæc requies esurienti, & hæc contritio, & noluerunt audire.

DIximus D.Paulum,cum hoc citauit testimonium, omisisse media, & clausulam huius vaticinij,quę est,Noluerunt audire,coniunxisse cum principio, vt hæc cum superioribus vnius sententiæ ostenderet esse,vt esset sensus,magno,& horrẽdo illo miraculo,quod Do minus edidit per apostolos suos,cum varijs loquebantur linguis, dixisse gentibus & Iudæis Christum esse suam illam requiem,quam daturum se promiserat hominibus,& monuisse,vt reficerent lassum,qui dicebat,Vulpes foueas habent, filius hominis non habet, quò caput suũ reclinet. Et dicebat illo tanto miraculo edito, hic est meum refrigerium, hic Christus inquã est meum refrigerium,quod toties pollicitus sum per prophetas me daturum vobis. Et cum D
hoc dicerem,& tam admirando miraculo testarer verum esse,gentes, & nationes crediderũt, Iudæi noluerunt audire.Ergo translatio D.Hierony.sic explanabitur.In loquela labij diuersa .s.ab Hebræa & in alijs linguis ab Hebræa videlicet omnibus loquetur Domin⁹ populo huic, populo Iudęorum,cui dixit Deus .s.illo tanto miraculo edito, hæc est requies mea,hic Christus quem vos affecistis cruce:est requies mea,qui dicebat vobis.Venite ad me omnes qui laboratis,inuenietis requiem animabus vestris:Reficite lassum,recreate eum,refectio enim eius est vt credatis & fiat patris ęterni volũtas,hoc est meũ refrigeriũ,hic Christus est meũ illud refrigerium,quod vobis toties sum pollicitus & noluerunt audire.Quod autem Dominus miraculis loquatur hęc,& huc spectarit hoc ingens miraculum vt Dominus nouam legem induceret, & Christum recipiendum diceret,dilces ex CHRYSOS.in Matthæi cap.4.homilia 14. vbi docet, Deum consuesse facere signa quando introducit nouam politiam. Et demonstratione quod Christus sit Deus, nos docet, Dominum hoc miraculo ingenti de dono linguarũ attraxisse

A attraxisse omnes gentes ad fidem. Hoc ergo miraculo docuit Christũ recipiendum vt dixi-
mus.Solet enim Dominus ante doctrinã præmittere signa,vt idem CHRYSOS.docet in eius
dem Matthæi cap.5.homelia 15.in illa verba, Beati qui lugẽt,quod facere solet Dominus quũ
docet aliquid,quod est supra mentis humanæ captũ, quodq; hoc loco fit, cum docetur Chri-
stum esse requiem animarũ,quod esse non posset,nisi Deus esset, solus enim Deus est requies
& quies animorum,quod non solum theologi docẽt,sed & philosophi. Hæc igitur res tanta
docenda erat magno miraculo, quod & factũ est,Lxx viri sic quoque hæc intellexisse viden-
tur,qui dixere διὰ φαυλισμὸν χείλους, διὰ γλώσσης ἑτέρας λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ, sic enim trãsposita illa vo
cula διὰ, legendum est ex B.Paulo & ex lectione Hebræa.i.Quia per vitium labiorum,per lin-
guam alteram loquentur populo huic apostoli.s. dicentes ei, quibus verbis declarant Lxx
viri quod dictum est suprà vnius sententiæ hæc esse omnia,declarant enim quid apostoli ma-
gno illo miraculo edocti linguas omnes,cum super eos spiritus sanctus descederit, locuti fue
rint ad Iudæos & quid illo magno miraculo facere voluerit Deus, quid ergo dicent? hæc re-
B quies esurienti.i.vos ô Iudæi qui vocati estis à Dño illis verbis, Venite ad me qui esuritis ego
reficiam vos,& venire noluistis,venite tandem,hic Christus enim vera requies est,his qui esu
riunt.Nam vel Plato te docebit in lib.de repub,solum Deum esurientes vere saturare, & hæc
contritio.i.hic etiam Christus est lapis offensionis & petra scandali infidelibus. Hoc pleni spi
ritu.s. dicebant apostoli & hoc illo ingenti miraculo dixit Deus & noluerunt audire. Quod
D.Hieronymus,reddidit,Reficite Hebraicè est, הָנִיחוּ,reficite,septuaginta videtur legisse vna
littera minus, הָנִיח, ad faciendum requiescere vel ad reficiendum, לָעָיֵף, lassum vel esurientẽ
vt sit ad reficiendum esurientes, quos Dominus impleuit bonis & diuites dimisit inanes. Lxx
viri breuitatis causa dixere hæc est requies esurienti, postea, מַרְגֵּעָה refrigerium est & contri
tio à verbo, רגע, scindo & cõtero vt dici posset comodissime Christũ esse lapidẽ offensionis,
& petram scandali infidelibus, quod ait D.Petrus, quodque est actorum cap.2.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Et erit eis verbũ Dñi,mãda remãda,	Et erit eis sermo Dei, tribulatio su-
C *mandaremãda,expecta reexpecta,ex*	per tribulationem, spes super spẽ,
pecta reexpecta, modicũ ibi,modicũ i-	adhuc parum,adhuc parum,vt va-
bi,vt vadãt,et cadãt retrorsum,et cõ	dant & cadant in retrò, vt periclitẽ
terãtur,& illaqueentur et capiantur.	tur & conterantur,& capiantur.

DIctum est suprà quomodo hæc vtraque tralatio congruat cum lectione Hebræa, quæ hoc loco eisdem verbis & eodẽ ordine repetitur.Tralationis D. Hieronymi hic sensus esse videtur.Quod vt suprà dictum est,ridebant prophetas Iudæi, & si quid verbis Dñi mandarent prophetæ Iudæi dicebant, manda remanda,manda remãda.i.nihil aliud dominus quã mandat hæc & illa dicet.Dominus vos nihil aliud quam mandatis & rursum mandatis,& est morata oratio qualis in mores receptissima apud Hispanos est,ait ergo, Dñs peracta œconomia redemptionis subuertendas vrbes Iudæę omnes,subuertenda Hierosolyma,& cum Hie-
D rosolymitę malis obruti petierint à Deo opem,& fame,peste,seditionibus,Tyrannorum,Ro
manorũ bello pressi simul petãt liberari fame,petant liberari peste,seditionibus,Romanorũ
armis, dicturũ se quoq;, Manda remanda,manda remanda.i.nil aliud q̃ mandatis,nullus man
dandi finis, & quia quoties Dñs aliquid polliceretur de Christo,de promissis,quę facta erãt
veteribus patribus dicebant Iudæi,millies facta illa promissa,nec compleri vnquã, si dicerẽt
prophetę expectarent paululũ, post hoc, aut illud, quod prius futurum esset, expectandum
paululũ, statim esse complendum, per derisum (de quo suprà dixi) dicebant, expecta re ex-
pecta modicum ibi, modicum ibi,Itidem facturum ait Dominus,in malis Iudæorum, si pro-
mitterent emendationem vitæ & peterent se expectari modicum, responsurum Dominum
etiam per derisum, expecta reexpecta, expecta, reexpecta.i.nihil aliud quam petitis vt expe-
ctem vos modicum post hæc mala,si vos libero,& modicum post illa,nec finem peccandi fa-
citis,& hæc se Dominus ait dicturum vt pœnas luant tam immanis facinoris, quod admisere
in Christum & capiantur à Romanis & funditus deleantur. Tralationis Lxx virorũ CYRIL.
hunc putat esse sensum, vos ô apostoli prædicate Iudæis,vt credãt Christo & persecutionem
pro Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro Christo patiantur, quod si non credent peribunt, cadent, illaqueabuntur, vt sit, & erit eis A
sermo apostolorum, tribulationem super tribulationem esse patiendam pro Christo, quod spes sit super spem. i. supra quam quis possit sperare, quod quæ oculus non vidit nec auris audiuit bonos expectant præmia. Modicum ibi, modicum ibi, quod tempus est breue, vt cadant & conterãtur, quæ res futura est occasio ruinæ ludæorum. Quod enim Iudæis diceretur illud Domini, Tolle crucé tuam, & sequere me, & quod videbãt quæ mala fideles paterétur pro Christo, spoliati bonis omnibus, & per omnia tracti cruciamenta, perstabant in impietate sua. Nam multi intelligebant, quod Iosephum diximus sensisse, & scripsisse, ne tamen sua bona amitterent & deicerentur falligio diuitiarum & dignitatum, perstitere in Iudaismo, & ita prorsus periere postea armis Romanorum.

D. HIERONYMVS

Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Hierusalem.

LXX VIRI.

Propter hoc audite uerbum Domini viri tribulati, & principes populi B
huius, in Hierusalem.

HEbraicè est אַנְשֵׁי לָצוֹן, quod verti potest, viri derisionis, & ita D. Hieronymꝰ reddidit, viri derisores, qui derisores prophetarum eratis. Lxx reddidere, viri tribulati, quod viros derisionis interpretentur, viros deridẽdos, afflictos, miseros, qui pro deridiculo eritis omnibus nationibus, quod est apud Ezechielem cap. 22. Audite ergo Scribæ & pharisæi verbum Domini.

D. HIERONYMVS.

Dixistis enim percussimus fœdus cum morte & cũ inferno fecimus pactum, flagellum inundans cum transierit non veniet super nos, quia posuimus mẽdacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

LXX VIRI.

Quia dixistis, fecimus testamentũ cum inferno, & cum morte fecimꝰ pactum, tempestas irruẽs si pertrãsierit, non veniet nobis: posuimus C
mendacium spem nostram, & mẽdacio protegemur.

EAdem dicit propheta hoc loco, quæ dicuntur apud Ezechielem cap. 12. & apud Hieré. cap. 5. vbi Iudæi prophetis fidem non habent, vbi prouerbium inter Iudæos erat, procrastinatio rerum fit subindè, neque quæ præsignificata sunt mala, venient vnquam, neque quæ promissa bona. & prophetarum dicta risu excipiebant: addebant & illud, etiã si venerint mala quæ minatur Dominus, ad nos nó pertinent, quia prius morte finiemur, quã mala ingruãt. Hoc enim significat Esaias cum dicit: Percussimus fœdus cum morte. i. pacti sumus cum morte: & cum inferno pactum fecimus, vt prius de medio nos tollant quam veniant mala quæ minatur Dominus. Cum flagellum inundans. i. cum tempestas malorum irruet magno impetu vt flagellet Iudæos, non veniet nobis, non opprimet nos, quia posuimus mendacium spẽ nostram. i. quia spes nostræ cassæ, & vanæ sunt, Dei promissa nos sunt frustrata, mendacio quoque volumus defendi. i. hac nostra opinione, quam prophetæ mendacium appellãt, qua D
opinamur hæc mala, quæ Deus minatur, nunquam ventura, aut nos morituros priusquam illa veniant. PAGNIN. pergit addere verba scripturæ, nam pro. Cum inferno fecimus pactũ, edidit, cum inferno fecimus pactum prophetæ.

D. HIERONYMVS.

Idcirco hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatũ, angularẽ, pretiosum, in fundamento fundatum.

LXX VIRI.

Propter hoc sic dicit Dñs, Ecce ego immittam in fundamẽta Siõ lapidem pretiosum, electũ, summangularẽ pretiosũ in fundamẽta eius.

electum fundabo
fundati fundamenti pretiosum angularem probatum lapidem Sion in fundator ego Ecce
מוּסָּד מוּסַּד יִקָּרַת פִּנַּת בֹּחַן אֶבֶן בְּצִיּוֹן יִסַּד דִּנְנִי

ERAS-

A ERASMVS. putat D. Petrum, qui hunc locum citat, vertisse hoc ex Hebræa lectione & nõ reddidisse verba, sed expressisse sensa, neq; citasse hæc iuxta tralationem Lxx virorum. Sciastamen D. Petrum fecisse, quod euangelistæ, & apostoli facere sæpè solent, vt suprà diximus in proxima contentione cum Erasmo, vt omittat media, dicat necessaria iuxta canonem scripturæ, quem dixi præscriptum ab ORIG. Si media omittas, vt omisit D. Petrus eadem fere verba agnoscas, si Græca Græcis conferas in Lxx senioribus & in D. Petro, & in lectione Hebræa, nisi interesse putas quod Hebraicè est: Ecce ego fundabo, & in Lxx, Ecce ego immittam. D. Petro, Ecce ego pono: reliqua omnia eadem agnoscas. Notat etiam idem Erasmus D. Paulum ad Romanos cap. 9. hunc locum citasse contextum ex duobus Esaiæ locis, ex cap. 8. vndè sumpsit illud: Lapidem offensionis, & petrã scandali, & ex hoc cap. reliqua, quod verissimum est. Sumpsit enim ex hoc capite initium & finẽ, ex cap. 8. Esaiæ media. Sumunt enim apostoli ex scriptura, quæ necessaria sunt tantum ad ea de quibus sermo est, & ita D. Petrus media omisit, quod magnum continerẽt mysterium, longiore explicandum oratione, quod B etiã in præceptis Dialecticis est, vt docet ARIST. 8. Topicon. & in sophisticis elenchis, vt si in disputatione alicuius problematis, incidat disputatio alterius problematis obscuri, eã vt mittamus, ne vtrũque altero perturbetur, & neutra explicetur disputatio. Quod omisit D. Petrus loco citato, explicat D. Paulus ad Corinthios 1. cap. 3. & postea ad Rom. cap. 9. hunc locũ cum altero Esaiæ loco contexit vt diximus, vt vnum locum paraphrasi alterius explicet, & vtroque loco vnam, & eãdem rem significari monstret. quasi diceret D. Paulus. Ecce pono in Sion lapidem angularem, electum, preciosum. i. lapidem illum offensionis, & petram illam scandali, quam dixerat idem Esaias cap. 8. sic vtrunque locum miscuit, vt altero alteri lucem afferret, quod non semel facit D. Paulus sed sæpè. Lxx sen. faciunt frequentissimè, vt alia loca scripturæ, facta paraphrasi ex alijs scripturæ locis, interpretentur, quod eos recte facere, & diuinitus indè liquet, quod idem faciunt apostoli, & euangelistæ. Notandum etiam D. Paulũ ad Rom. cap. 9. cum miscet hæc duo loca Esaiæ, facere, quod suprà diximus: principium enim huius loci, & finem citat iuxta tralationem Lxx. sen. ait enim: Ecce pono in Sion lapidem & omittit media reliqua, & loco illorum ponit verba Esaiæ cap. 8. & addit postremo finem huius loci,

C Omnis qui crediderit in eo non confundetur, vtrunque iuxta tralationem Lxx virorum. Notandum præterea: quod D. Hieronymus vertit lapidem probatum: Lxx viros reddere duobꝰ modis τελεσιᾶν ἐκλεκτὸν. i. pretiosum, electum. Explanant enim Lxx, veluti commentarij, quid sit lapis probatus, quod conuenienter Hebrææ lectioni reddidit D. Hieronymus, quasi, dicerẽt, lapidem probatum. i. pretiosum, electum. D. Petrus qui hunc locum citat epistola 1. cap. 2. iuxta tralationem Lxx. ex his duabus interpretationibus Lxx virorum vnam delegit, ἔντιμον. i. electum. D. Paulus 1. ad Corinth. cap. 3. explanat ea sola verba, quæ D. Petrus hoc loco omisit, & declarat fundamentum illud spiritalis Sion, quod hoc loco ait Esaias Christum esse, Fundamẽtum aliud, inquiens, nemo potest ponere nisi Christum Iesum. THEODOR. Dicitur Christus lapis summangularis qui fecit vtraque vnum, qui in se populum gentium, & populum Israel coniunxit, & ex vtroque vnum populum fecit, & idem fundamentum est dictum, quod fundamentum aliud nullus potest ponere præter id quod positum est, qui est Christus Iesus. CYRILL. angularem lapidem dictum esse Christum ait, qui per fidem vnam duos populos cõiunxit, semper enim in angulis ædificiorum duo concurrunt parietes: cur autem Christus dicD tus sit lapis angularis, aut vt Græcè est apud Lxx, & apud D. Petrum, & D. Paulum ad Ephes. cap. 2. superangularis discès ex AVGVS. in Psalm. 94. in verba illa, Quoniã ipsius est mare, vbi multa de Christo & diuinitus disputat, & disputationem claudit hoc loco. & in psalm. 111. in principio vbi hunc locum mirabiliter enucleat. & in cap. 1. euang. Ioann. tract. 7. in fine. & ex CYPRIA. aduersus Iudæos lib. 2. cap. 15. & ex EVSEB. dem. euang. lib. 1. cap. 5. Qui plura volet legat interpretes DD. Petri, & Pauli in loca citata. EVSEBIVS demonstrationis euangelicæ liberi. cap. 5. hunc locum explanat.

Euangelistæ & apostoli, cum citant loca scripturæ, omittũt media sæpè. Euangelistæ & apostoli ciuant vnum testimonium sæpè ex duobꝰ scripturæ locis.

D. HIERONYMVS.

Qui crediderit, non festinet.

LXX VIRI.

Qui crediderit in eum non confundetur.

LXX viri pro commentario sunt tralationi D. Hieronymi, sic enim eã interpretãtur, Qui crediderit non festinet, qui crediderit in Christum lapidem illum summangularem non festinet, non festinabit cum aderit dies illa, dies iræ, & amara valde, dum venerit iudicare Dominus se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus seculum per ignem, non festinabit tunc metu trepidus, nam qui metu trepidant huc, & A illuc circumcurrant, quod est apud Virg. de apibus lib. 12. Illę intus trepidæ rerum per cęrea ca
D. Petrus & D. Paulus citant tralationẽ Lxx, vbi commenta tium est potius quam tralatio. stra Discurrunt. Vbi Seruius, nescientes, inquit, quid agant, & ignaræ auxilij, sic qui credide rit in Christum cum aderit illa dies amara non festinabit, non discurret metu trepidus huc, & illuc, & ideo Lxx vertere, Qui crediderit in eum non confundetur: sunt enim Lxx commentarij, & paraphrastæ potius quam interpretes, & scis quam male hunc locum interpreten tur Lxx sen. Citatur à D. Paulo hic locus iuxta hanc paraphrasim Lxx sen. ad Rom. cap. 9. & 10. & à D. Petro epistola 1. cap. 2. quod summopere notandum est, scholium scripturæ & explanationem, pro scriptura sacra citari ab apostolis, tãta authoritas Lxx virorum est, quod in disputatione de tralationibus me ostensurum esse pollicitus sum ita ab apostolis fieri vt scholia Lxx sen. pro sacra scriptura citent, nisi velis verbum Hebræum, לא יחיש, quod Hieronymus vertit, Nõ festinet, reddere, non sentiet, subaudi mala sempiterna, quę Iudæos excipiẽtiã חיש Hebræi sensus appellant, sed hæc quoque explanatio scripturæ erit non trãllatio. THEOD. Hominũ væsanorũ est & furentiũ, quod Iudæi faciũt, qui contra Dei iustitiã inaniter audent B hæc de Ezechia rege dicta affirmare, vetat eñ scriptura credere in hominẽ, hic iubet scriptura credere in hunc lapidẽ angularẽ: fatentur ergo Lxxii doctissimi Iudęi tot seculis ante Christi aduentũ hunc lapidem angularem esse Christum & Christum esse Deum & beatos qui in eo crediderint. PAGNIN. sibi constat, addit verba scripturæ, quæ neque agnoscit, aut Græca aut Hebræa lectio, vt sensa Iudæorum pro textu sacro obtrudat incautis. Nam pro eo, quod Hieronymus conuenienter Hebrææ lectioni vertit: Qui crediderit, non festinet, seu non festinabit, reddidit ipse, Qui credit non festinet, vt videat hoc. Qui plura legere volet legat interpretes D. Petri & D. Pauli. Nota tamen CYRILLVM de incarnatione vnigeniti tomo 1. Concil. huic similibus locis, probare Christum esse Deum.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et ponam in pondere iudicium & iustitiam in mensura.	Et ponam iudicium in spem: at misericordia mea in stateris.

C

VErbum Hebræum קו, significat lineam, quæ ponitur pro mensura vel pondere, vnde D. Hieronymus: Ponam in pondere Iudicium, Quod GREG. Nazian. sic videtur explanare in oratione ad patrem tacẽtem. De Dei iustissimis iudicijs siue nos assequi mẽte possimus, siue mens nostra comprehendere non valeat immensam abyssum, quomodo Dei misericordia in stateris, iuxta sanctum Esaiam, tamẽ nullum bonum sine iudicio est, quanuis videretur esse his qui in vinea Dñi laborauerant, quod nõ intelligerent in inæqualitate æquabile, & ira pro modo peccatorum est quę calix in manu Dñi dicitur, etiam si Dñs puniat citra condignũ. Ergo hoc significare videntur verba illa, Ponam in pondere iudicium, ait enim se iudicaturum bonos & malos credentes Christo & non credentes pro modo meritorum aut delictorum, quod idem verbum Hebræum. קו spem significat, Lxx reddidere, Ponam iudiciũ in spẽ, eodem sensu vt putat CYRIL. ponam in hoc lapide angulari de quo dictum est iudicium in spem credentium, dabo Christo iudicium, vt iudex sit viuorum & mortuorum, vel ponam iudicium. i. euangelium sic enim euangelium dicitur apud prophetas, in spem vitæ ęternæ. & D iustitiam in mensura idem alijs verbis repetitur. Tamen aduertas oportet semper Lxx viros nostram iustitiam, misericordiam nominare, quia gratia & misericordia Dei iustificamur, & merita nostra, dona Dei sunt, & misericordia, vt dũ coronat merita nostra Deus, sua dona coronet. Misericordia ergo Domini in stateris quia pro vt quisque gessit in corpore retribuet Dominus vnicuique. GREG. Nazian. de misericordia in pauperes putat his verbis significari Dei misericordiam præstari nobis pro ratione & modo misericordiæ quam nos miseris præstiterimus, Nulla re inquiens magis rebus omnibus medetur Deus quam misericordia, quod nihil magis proprium Dei sit quam misericordia, quem misericordia & veritas antecedunt, etiam in eo cui ante iudicium impendenda misericordia est, nec misericordia Dei rependitur vlli rei magis quam misericordiæ, ab eo qui iuste omnia pensat & rependit. BASIL. in psalm. 32. in illa verba, Si iniquitates obseruaueris Domine, putat his verbis Esaię significari misericordibus misericordiam impertiendam à Deo, pro modo, & ratione meriti cuiusque: iudicium verò expertibus misericordiæ.

D. HIE-

A D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et subuertet grando spem mendacij & protectionem aquæ inundabunt, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem, quando cunque transierit tollet vos quoniã mane diluculo ꝑtransibit in die & in nocte.	Et qui creditis frustra mendacio ꝙ nõ perueniet ad vos tempestas, vel fulmen, & quod non auferet a vobis pactũ cum morte: & spes vestra quæ ad infernũ, non permanebit. Tempestas siue fulmẽ veniẽs, si semel venerit, eritis ei in cõculcationem, quando venerit opprimet vos diluculo, diluculo per vos pertrãsibit. & in nocte erit spes mala.

B QVod suprà dixerat propheta, quosdã Iudæos mẽdaceis putare ꝓphetias, neq; existimare ventura promissa bona patribus, neq; mala quæ minaretur Deus infidelibus, quod si venirent se depactos esse cũ morte vt morerentur prius, quam mala illa venirent, &c. Respondit Deus missurũ se Christum & promulgaturum euangelium, post hæc nunc ait irrogaturum pœnas Iudęis infidelibus, quę morte vitare non poterunt. Grando ergo .i. vltima vastitas inuecta à Romanis, subuertet vestras spes mendaceis, qui putabatis vos morituros prius, & non visuros illa mala: Aquæ .i. exercitus Romanorum instar diluuij (sic enim suprà appellauit exercitum cap. 8.) venientes inundabunt protectionem vestram, vestras spes, quibus vos defendebatis. Et delebitur fœdus vestrum cũ morte .i. non erit quod putabatis vos morituros priusquam venirent illa mala: & pactum vestrum cum inferno non stabit. i. non auferet vos mors, priusquam vos obruat hæc ruina malorum. Flagellum inundans, hæc calamitas quam pro flagello infliget vobis Deus, conculcabit vos, conteret vos. Quia manè pertransibit, opprimet vos nec opinanteis & imparatos, ducta C metaphora ab ijs qui manè prima luce opprimuntur imparati, & ita factum esse discet ex IOSEPHO. de bello Iudaico lib. 6. cap. vltimo, sed manè, & nocte. i. omni tẽpore obruet vos hæc calamitas. Translatio Lxx virorum pro commentario est, qui pro ijs postremis dixerunt. Manè vos obruet tempestas, & in nocte erit spes mala .i. in horas ingraueſcet hoc malum quoad funditus deleamini.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et tãtũ modo sola vexatio intellectũ dabit auditui.	Discite audire angustiati.

HOc ad verbum ex Hebræa lectione verti potest: Tantum modo sola commotio, aut sola trepidatio, aut vastatio intelligere faciet auditum, hæc enim significat hoc verbum ומיה, quod D. Hieronymus vertit vexatio. sensus est, malis coacti discetis ô Iudæi obtemperare mihi cum videritis prophetias completas, terram vestram desertam, vos toto orbe dispersos, paulatim intrabitis in ecclesiam vt sola vexatio .i. sola tribulatio malorum det intellectum auditui .i. quæ auditis à prophetis, faciat vt intelligatis prophetas. Sententiam reddidere Lxx. Discite audire angustiati. i. pleni malis intelligetis completas prophetias, & discetis D credere prophetis. Sic CYRILL. & THEOD. videntur hunc locum intellexisse. PAGN. verba addit de suo scripturæ & sententiam Iudæorũ textum sacrũ facit, qui sic reddit hæc: Et erit tantum pauor intelligere famam eorum quæ vobis contigerunt.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Coangustatum est enim stratum ita vt aliter decidat, pallium breue vtrunque operire non potest.	Non possumus pugnare, ipsi autem infirmamur vt nos congregemur.

VIdetur his verbis dici illud euãgelij: Nemo potest duobus Dominis seruire: id enim verba hæc significare videntur: Coangustatum est stratum. i. lectus meus est breuis ita vt alter decidat, id est, ita vt adulterum non capiat, ducta metaphora à lecto breui qui duos non capit, qua vtitur Dominus apud Ezechielem cap. 23. semper enim Dominus vastitatis, & exclusionis lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sionis ludæorum subijcit caussam idolatriam,& auaritiam ludæorum(vt dictum est)idem si- A
gnificant verba sequentia pallium breue.i.vestis stragula,& lodix ipsa breuis est,&curta non
potest tegere vtrunque,me,& mammona: me,& diabolum:me,& mundum.

Lxx viri aliquanto secus lectionem Hebræam intellexisse videntur,Quod enim D. Hiero
nymus vertit coangustatum est stratum ita vt alter decidat.Hebraicè est כִּי קָצַר הַמַּצָּע , Quo-
niam breue est stratum & arctum מֵהִשְׂתָּרֵעַ ,à superf luendo .i. ita vt non supersit,breue & ar-
ctum est stratum meum, vt non supersit, pro quo D.Hieronymus vertit, ita vt alter decidat
.i. vt Deum & Zabulum capere,non possit, vel Deum & mundum, Deum & mammonam.
Quod vero hoc postremum verbum שָׂרַע,excrescere significat atque adeo monstrose excres-
cere & מִהִשְׂתָּרֵעַ, significet à monstrose excrescendo , vt tota hæc oratio ad verbum redden-
da sit arctum & breue est stratum meum à monstrose excrescendo .i.breuius est stratum meũ
quam vt monstrose excrescere possit.Quod enim maius monstrum quam vt Deum & Zabu
lum simul caperet, aut Deum & mundum , Deum & mammonam, lucem & tenebras? Lxx
viri quinuxta Canonem ab ORIG. præscriptum 7. tomo in Ioannem ,orationes obscuras in B
magis dilucidas solent cõmutare: pro hoc dixere, Non possumus pugnare,vos mammona se
qui vultis nec indè potestis abduci,& nemo potest duobus Dominis seruire, &c. Non pos-
se autem ,pro nolle accipi in scripturis docet AVGVS. in Ioann. tract. 53. interpretans illud,
Non poterant credere. i.nolebant & GREG.cognomento Theologus oratione 2.de filio.&
CHRYS. in illa verba octaui capitis Ioannis,Quare loquelam meam non agnoscitis? & in c.
12. Ioan. in illa verba, Hæc dixit Esaias quando vidit gloriam eius. Et mirabiliter in Matthæi
cap.20. in illa verba,Calicem quidẽ meum bibetis. Itaque verba illa Hebræa: Breue est stratũ
meum à monstrose superexcrescendo,vel breue est quam vt monstrose superexcrescat.i.bre
uius est stratũ quam vt mõstrose superexcrescat & capiat ludæos vnà & redẽptos Christi san
guine, vt sint vn° populus Dei, qui synagoga ludæorũ cõtinentur, & quos regeneratione spi
ritali peperit ecclesia catholica, & ideo delenda synagoga est, delenda est vmbra postquam
aduenit veritas. Verba inquam illa videntur Lxx interpretari,nõ possumus pugnare,quasi di-
cat Deus se prædicasse Iudæis, & misisse verbi prædicatores apostolos:post crucẽ Christi ex-
pectasse quadraginta annos, dũ ludæi resipiscerent,Tantum aberat vt resipiscerent,vt multo C
magis Christo & fidelibus aduersarentur,ait Dñs,Non possumus pugnare vobiscũ,quia volũ
tate vestra est opus, delendi ergo estis quod stratũ meũ monstrose excrescere non potest, vt
capiat vna vmbrã & veritatẽ.Nam vmbra venturũ Christũ significat,& nõ venisse:euangeliũ
venisse nunciat,vẽturum postremo ad iudicandum viuos &mortuos.Quod vero sequitur,Et
pallium breue vtrunque operire non potest, Hebraicè est וְהַמַּסֵּכָה צָרָה כְּ הִתְכַּנֵּס , quæ verba
reddere potes vt D.Hieron.vertit: & potes etiam sic,Et operimentũ meum angustia vel infir
mitas tanquam ad colligendum.Nam, מַסֵּכָה, masecа,operimẽtum esse, nemo inficiatur, צָרָה,
sara,angustia est etiam Hieremiæ 4.angustiam vt puerperæ.Vulgatum est. כנס, canas,esse La-
tine colligere & congregare.vt optime,tota hæc oratio reddi possit, operimentũ,angustia,&
infirmitas tanquã colligere.i.indutus sum infirmitate carnis,factus sum homo ad colligendũ
vos,indutus sum carne,sic accipe vt accipiũt sancti.i.factus sum homo. Nam כ, tanquã est,&
veluti: Ergo pro lectione Hebræa,quæ reddi potest: Et operimentũ meũ angustia & defatiga
tio tanquã colligere.i.tanquã ad colligendũ vos,reddidere Lxx viri, ἀντεὶ ἀσθενείας μὲν τοῦ συναχθῆναι
ἡμᾶς , & melius ὑμᾶς, vt alij codices præferunt ipsi infirmamur causa colligendi vos .i. infirmi- D
tate carnis induti sumus, ait enim hoc verbum Deus factus homo. AVGVS. in cap.4. Ioan.
tractatu 15.interpretans illa verba,Hierusalem,Hierusalem,quoties volui congregare te,sicut
gallina congregat pullos suos(quæ verba euangelica his Esaiæ verbis iuxta tralationem Lxx
significata videntur) inter aues inquit gallina sola infirmatur,ita vt matrem agnoscas etiam si
pullos non videas, ita est alis dimissis , plumis hispida, voce rauca, sic ergo infirmus Iesus fati
gatus ab itinere,iter enim ipsius est caro pro nobis assumpta,infirmus in carne ne nos infirme-
mur, vt illius infirmitate fortes simus,nam infirmitas Christi nos facit fortes, quod à Christo
infirmo in cruce ,i.moriente fluxit omnis nostra salus.Expende hæc verba AVGVS. & ver-
ba Hebræa intelliges,si sic reddas vt voluere Lxx viri, Operimentum meum infirmitas , tan-
quam ad congregandum vos,& verba Lxx virorum, Ipsi infirmamur causa congregandi vos
.i. quemadmodum gallinam videtis infirmam, voce rauca,plumis hispidis,vt incubet ouа, ex
cludat pullos , excluſos congreget , & nutriat , & foueat,ita me vidistis indutum infirmitate,
i.carne

A i.carne factum hominem,pendentem in cruce,vt vos congregarem .Quo loco si conferas,iu-
xta Canonem scripturæ præscriptum ab August. versionem Lxx cum Hebræa lectione, intel
liges dici hic Deum factum esse hominem,& passum pro nobis. Deus enim est qui hæc loqui
tur.Nec id dubium est,ideo enim propheta illud crebro repetit,Ait Dominus,vt Dominũ in-
telligamus loquentem,qui tamen ait se indutum infirmitate , si Hebræam lectionẽ iuxta Lxx
vertas ad verbum.i.factum hominem ad congregandum nos.

Si translationẽ Lxx virorũ cũ Hebræa lectione conferas,& ex vtraque sẽ suscipias, Deus hoc loco dicitur homo factus.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Sicut in monte diuisionum stabit Dominus.	Sicut circa montem impiorum consurget Dominus.

Dictum est, Canonem interpretandæ scripturæ esse, quoties veteris testamenti citantur
historiæ, significari nobis historias illas,typos esse & vmbras earum rerum,quas vatici-
nabatur illo loco propheta. Nam si miraculo partæ historiæ citantur, vt volunt Iudaizantes,
B cur hæ potiùs quàm illæ,nisi hæ, quarum meminit , ad id de quo agitur, pertinere viderentur?
Meminit ergo hoc loco historiæ,quæ scripta est 2. Reg.cap.5.vbi Dauidi constabilitur regnũ
Israelis,& accepto Hierosolymis regno Israelis, tendit in Philistæos, qui aderant aduersum
Dauidem maxima manu,quos fudit temporis momento Dauid , ita vt vix illorum vestigium
comparuerit,& more dispersæ aquæ prorsus euanuerint,qui typus temporum Christi est. Nã
Dauid figuram Christi gessit , qui postquam reuixit glorioſus, Hierosolymis accepto regno
& instaurato solio Dauidis dixit,Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, huic Dauidi
i.Christo intulere bellum Philistæi,quos Lxx interpretãtur alienigenas, quòd filij alieni,Chri
sto mentiuntur.i.Iudæi,qui se à Christo abalienarunt,dispersit Philistæos Dauid, & mons vbi
eos dispersit, dicitur mons dispersionis, quod ad imaginem aquæ dispersæ , euanuere omnes
alienigenæ. Delet Iudæos Dominus,& vniuersa Iudæa terra dispersionis est, quòd post crucẽ
Domini ad imaginem aquæ dispersæ,& solo fusę euanuerit è Iudæa,tẽporis momento omnis
Iudæorum natio sub Vespasiano,& posteà sub Adriano, & reliquiæ sunt dispersæ toto orbe.
Et mons ille à D.Hieron.dicitur mons dispersionis , à Lxx viris ὄρος διασκορπισμοῦ , mons occisionum
C 2.Reg.& verè Iudæa fuit mons occisionum: tanta enim in Iudæos edita strages est, quãta post
homines natos in nullam nationem est edita.Hoc loco ijdem Lxx hunc eundem montem,no
minauere montem impiorum (est enim Iudæa tota montosa) vt nos admonerent impiorum
Iudæorum,& montium impiorum Iudæorum,vbi illa impietas & immanitas in Christum est
edita,montis Oliueti,& montis Sion,& mõtis vbi crucifixus est Dominus. Semper enim Lxx
viri sunt scholiastæ potiùs quàm interpretes,& cùm citantur à prophetis historię,aliquid ad- *Canon.*
dunt quod ad veritatem pertineat,& quòd D.August.ait,tropicis locutionibus miscent veri-
tatem,vt veritas admista allegoriæ aut tropo,toti allegorię facem quandam pręluceat.Vitio-
se tamen legitur in tralatione Lxx ἄρτις ὄρος ἀκριβῶν , legendũ sit vna addita litera ex lectione He-
bræa ἀὲ περὶ ὄρος ἀκριβῶν , sicut circa montem impiorum consurget Dominus ad vindictam. f.sicut
aduersus impios,& consurget tanta ira , quanta par erat aduersus impios, & aduersus ea loca,
vbi impietas illa in regem gloriæ est edita. Dixi D.Augustinũ hãc laudẽ solis prophetis tribue
re,quod allegoriæ misceant veritatem,& est quidem prophetarum,qui hoc faciunt frequen-
ter,frequentiùs tamen multò Lxx virorũ,qui interpretantur historias & parabolas & ænigma
D ta,vt docet PROC.vt diximus in cap.1.Esaiæ,& vt docet ORIG.tom.7.in Ioannem.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Sicut in valle quæ est in Gabaon.	Et erit sicut in valle Gabaon.

TRalatio Lxx vitiose legebatur,deerat enim,sicut,aduerbiũ similitudinis, ex lectione He
bræa correcta est.Cùm in superiore historia Lxx veritatem miscuerint,admoniti esse de
bemus hanc quoq; historiam ad hæc vaticinia pertinere, de quibus sermo est. Est autem hæc
historia cap.10.Iosue,cum reges terræ promissionis iungunt arma aduersus Gabaonitas,quod
Iesum Naue receperant in suas vrbeis, & ei se & omnia sua dediderant, quos reges delet-
Iesus Naue bello & armis, delet Dominus de cælo prægrandibus lapidibus in illorum exerci-
tus deiectis.Si nil aliud dixerim ,cùm dicat Dominus, Surgam sicut in valle Gabaon, Iesus
Naue surrexerat aduersus reges qui cœperant arma in Gabaonitas, qui eum receperant, vel
cæcus videat Iesum dominum, & reges terræ, de quibus Dauid: Quare fremuerunt gentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersum Dominum,& aduersum Christum eius. Nam primum omnium, Iesus Naue typus A
est Christi, Christi nomen præferens,idem enim est Iosue (vt vertit D.Hierony.)& Iesus,qua
de re suprà dictum est.Iesus ergo Naue.i.Iesus filius habitationis Iudęorum:id enim significat
Naue,delet reges terræ,qui astiterunt aduersus Dñm,& aduersus Christũ eius,& vt edidit mi-
racula magna Iesus Naue,sic Dñs innumera edidit miracula, delet scribas, pharisæos, princi-
pes sacerdotum qui oppugnabãt fideleis,qui receperant Christũ:& delet non solùm armis,sed
signis & prodigijs,& igni quodã deiecto de cælo,& vi quadam cælesti, qua sentiunt se à Deo
vastari,non à Romanis. Quod præ se fert centies Ioseph. 5.&.6.li. de bello Iud. cuius typus e-
rat,quòd reges illi qui consurrexerant aduersus Gabaonitas,deleti sunt non solum armis,sed
etiam prægrandibus lapidibus cælo deiectis.

D. HIERONYMVS.

Irascetur,vt faciat opus suum,alienum est opus eius, vt operetur opus suum,peregrinũ est opus eius ab eo.

LXX VIRI.

Cum ira faciet opera sua,amaritudinis opus: at furore suo alienè vtetur, B
& amaritudo eius aliena.

PErgit propheta interpretari historiã quam superiore commentario explicuimus: Irascetur.i.sæuiet aduersus Iudæos Dñs,& delebit eos,& vrbeis eorum incendet,vt faciat opus suum,vt toto orbe ecclesiam ædificet, deletis idolatris, vt olim Iesus Naue, & deletis impijs conferat toto orbe,& plantet ecclesiam suam.Cuius typus erat, quòd Iesus Naue deletis Cananæis,collocauit illic populũ Dei in illorum vrbibus,& dictum est ex Orig.Euseb.& alijs,deleuisse synagogam Dñm.i.vmbram,vt crescret veritas,& se latè funderet euãgelij prædicatio. Hoc idem dixere Lxx: Cum ira faciet opera sua.i. plantabit ecclesiam cum ira.i. delendo Iudæos qui impedimento erant,aduersabantur Christo,mittebant legatos in omnes oras,vt docerent Christi nomen blasphemare. Alienum est opus eius.i.non sic solebat Dñs aduersari populo suo,& fauere hostibus,vt fecit cùm deleuit Iudæos,quod leges apud Ioseph.lib.6.de bello Iudaico cap.4.& alijs multis locis, quod Lxx dixere: Amaritudinis opus.i. opus amarum, C
quod deleuit suum populũ.Et addidere:At furore suo alienè vtetur.i.alio modo sęuiet,quàm olim solebat:solebat enim sæuire in alienos & in hostes,nunc sæuit in populum suum.Vt operetur opus suum.i.vt plantet ecclesiam deleuit impedimenta,& deleuit vmbrã, qua opus non erat. Peregrinum est opus eius ab eo.i.non sic solebat Dominus fauere hostibus Iudæorum & aduersari populo suo.

D. HIERONYMVS

Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra.

LXX VIRI.

Et vos ne lætemini, ne confortentur vobis vincula.

THEODOR. Monet ipsos ne lętentur & exultent,neque fidant proprijs viribus,ne hęc vaticinia eos opprimant,& ne implicentur his malis,quæ dicta sunt. Ait enim propheta, se hæc omnia quæ dixit,audiuisse à Deo,cuius sermo verus est.hæc Theodor. Quæ,vt intelligas, repete animo, Iudæos post crucem Domini cùm viderent se fortunatos, neque pendere D
pœnas tanti maleficij, exultasse lætitia, & multò magis aduersatos fuisse Christo & fidelibus: expectauit enim illos Dominus post crucem Domini quadraginta duos annos dum conuerterentur,illi impij erant multò magis. Ait ergo propheta: Et nũc post crucem Domini,cùm vos exspectat Deus,dum resipiscatis, nolite illudere Christo & Christianis,vel, ne lætemini,ne triumphetis gaudio,sed agite pœnitentiam,ne fortè constringantur vincula vestra.i.ne implicemini his vaticinijs,vel malorum quæ his vaticinijs prædicuntur vinculis.CYRIL. Non oportet Christo illudere & insultare, ne permittat vos Deus permanere in vinculis legis veteris,& non illustrari luce euangelica.

D. HIERONYMVS.

Consummationem enim et abbreuiationem audiui à domino Deo exercituum super vniuersam terram.

LXX VIRI.

Quoniam consummatas & abbreuiatas res audiui à dño Deo sabaoth,quas faciet super vniuersam terram.

Hæc ea-

A HAec eadem verba sunt apud Esaiã cap.10. quæ citantur à D.Paulo cap.9.ad Rom. & explanantur ab eodẽ D.Paulo,de quibus pluribus verbis eo loco dictũ est,neq; necesse est eadẽ hoc loco repetere,inde petẽda est hui⁹ loci interpretatio. ERAS.in cap.9.epist.ad Rom. vbi citatur loc⁹ Esaiæ ex cap.10.eadẽ verba legi hic & illic ait,& eodẽ verborũ ordine. Si fecit Erasmus,vt quemadmodũ illic de lege euangelica illa explanantur à Paulo, item hic de eadẽ lege euangelica explanentur,quando eadẽ sunt,& rectè factũ arbitror & piè. Si Canon ille valeat interpretandæ scripturæ,quem præscribit D.August. si quis locus explanatus ab apostolo aut euangelista sit,antecedentia & cõsequentia,vt eodẽ referamus,quantũ fieri possit,nullũ caput Esaiæ reperies, vnde tot loca citẽtur a D.Paulo,& explanentur de lege euangelica. Neq; scio cur nostri aliò referant,cùm præsertim veteres patres proximi Christi tẽporibus, hoc caput,vt ostẽdi,de Christo interpretentur,& D.Paulũ huius sententiæ ducẽ habeant. Ergo sensus huius loci est:Nolite insultare Christo,ne permittat vos Deus manere in vinculis legis veteris (quod suprà est dictum) nam Deus consummatam legem, & breuem dat toto terrarum orbe B
Gentibus & nationibus,hoc est,legem euangelicã per suos apostolos promulgat.

Nullo ex capite Esaiæ plura loca citantur ab apostolo quàm ex hoc, & omnia ab apostolo sunt relata ad Christum: totũ ergo caput ad Christũ est referendũ.

D. HIERONYMVS.

Nunquid tota die arabit arans, &c.

REddit causam Dñs,cur Christũ mittere velit,& euangelij prædicationẽ. Hic,inquit,finis erat,& scop⁹ omniũ quæ feci. Et vtitur similitudine agricolę,qui proscindit agrũ,rursum arat,facit sementẽ,sarrit,exercet opus rusticũ,vt postremò potiatur fine. Sic inquit Dñs:omnia quæ feci in lege veteri in gente Iudæa,typi erãt & vmbra euangelicæ prædicationis, & euangelicã prædicationẽ pro scopo habebãt. Et hæc caussa est (inquit Dñs) cur legẽ nouã ferre volo, nõ eĩ omni tẽpore arator proscindit agrũ,aut occat glebas, aut arua subigit, neq; tardat agricola,si non statim sementẽ fecerit,& si nõ statim demetat messes, dũ facit necessaria quæ sunt, nec tardat Dñs dũ præparat omnia priusquã mittat Christũ suũ: oportet enim subigere solum proscindere humũ,spinas exurere,vellere herbas,quod faciebat Dñs dum expurgabat malos pestilẽtia,fame,bello,captiuitatibus assiduis,quibus castigabat peccata Iudæorum,oportebat præmitti prophetas,qui prædicerẽt futura multo ante tẽpore, vt posteà facta fidẽ haberent a-
C pud homines,tanq̃ diuinitùs gesta,quod tanto ante tẽpore prophetarũ vaticinijs præsignificata à Dño videamus. Vtitur eĩ Dñs similitudine minutissimorũ seminũ, si vt minutissima semina seras,hæc tot,tantaq̃ necesse est vt facias, & maiore vi maiora & meliora semina terræ mãdas,& te hoc iudicio præditũ fecit Deus,eodẽ ergo ordine intellige Deũ vsum in re omniũ maxima,hoc est,in Christi missione. Quæ autẽ de tribulis dicit, & rotis ferreis, quibus in area teruntur messes eò spectare puto,quod hac similitudine reddat causam Deus,cur post Christi passionẽ,Iudæos Dñs deleuerit:vt eĩ in area teruntur messes, ventilabris expurgatur triticũ, paleæ reseruantur in ignẽ,vel in pecudũ pabulũ:triticũ reconditur in horreũ Dñi,sic in Christi aduentu,triticũ.i.reliquiæ quę saluæ factæ sunt,reconduntur in mansionibus,quæ multę sunt apud patrem: paleæ.i. perfidi Iudæi consumentur incẽdio à Romanis. Quo autẽ modo Deus suos aret,& occet, & itercoret AMBR.diuinitùs de interpellatione lib.4.cap.2.

IN ESAIAE CAP. XXIX.

D
IVdæi & Iudaizantes, Ariel,quod in principio huius capitis est,pro altari accipiunt. Cuius sententię meminit quoq; D.Hieron.nec eã refellit. Credo,quod vt inquit Quintil. Stulta refellere nullius est artis, nã per se sunt ridicula. Nos ad eã sententiã refutandam, orationẽ conferamus quò magis sententia veterũ patrũ vera esse appareat,simul etiã,vt ex hoc loco Iudæorum & Iudaizantium pateant doli,& crimine ab vno discas omnes. Ariel ergo,iuxta Thalmudistas doctores,Hebræos,& R.Dauid,& R.Selomoh, vt leges in Thesauro linguæ sanctæ,dicitur altare tẽpli Hierosolymitani,Latinè sonat idẽ quod leo Dei,vt sit sensus huius capitis,vrbẽ Hierosolyma futurã sanguine inundantẽ,sicut altare templi,super quo effunditur sanguis sacrificiorũ,quia ciuitas erit(aiunt)plena sanguine interfectorũ. Nec quicq̃ aliud significari arbitrantur,q̃ imminere Hierosolymis maxima bella,quib⁹ tota vrbs sanguine madebit,ita vt altare tẽpli,sanguine victimarũ madeat. Parũ est hoc si nihil aliud hic prędiceretur,maneret vrbs Hiero-

Ariel quid sit hoc loco, et quid apud Ezec. cap.43. disputatio cõtra Iudæos & Iudaizantes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solyma,manerẽt vrbes Iudææ,aliud maius malũ vestrũ, ô Iudæi, hoc capite præsignificatũ est. A
Sed agè,Iudæorũ fraudes paucis accipe.Quis credat Iudæos Thalmudistas,& Hebræos doctores,& rabinos vniuersos,Hebræi sermonis esse imperitos? nemo sanè. nã vt largiar cæcos eos esse in interpretatione scripturarũ,ita exactissimã Hebræi sermonis cognitionem,vel iniquissimus iudex eis concesserit,vndè oculis cernas,& manibus prehendas, cunctos Hebræos doctores,Iudaizantes omnes,agere malitiosè,quo nos & suos celent vaticinia de Christo, nõ secus ac si Erasmũ,Budæũ,Politianũ,Hermolaum Barbarũ,Antoniũ Nebriss.Pincianũ,viros suæ tempestatis doctissimos,videres dicere,idẽ esse ara,& hara,& area.idem esse pungo & pingo, deleo & doleo,tergeo & turgeo,ritus & rictus, inuitus & inuictus.diceres sanè aut eos desipere,aut agere valdè malitiosè.Nec eñ viris tã eruditis sermonis imperitiã obijceres,vt harã vbi sues sunt,pro ara sacra acciperẽt,aut arã pro area,vbi teruntur messes,aut pro solo vbi ędificantur domus,& inuictũ pro inuito acciperẽt.Quæ hæc est impudẽtia diceres? quæue audacia,vt tã impudenter mentiantur?tã fronte perfricta?itáne nos cõtemnunt,& imperitos putant,vt in verbis tã notæ significationis,putent se nobis verba daturos? Hoc idẽ faciunt Iudæi doctores oës & Iudaizantes,& simili quadã impudentia,putant se nobis dare verba. Ariel,inquiũt,hoc B
loco Esaiæ,est altare Dñi,illud de quo Ezechiel cap.43.& Latinè sonat leo Dei Quanuis enim Ariel apud Esaiam,& apud Ezechielem Græcè & Latinè eñdem scribatur litteris tamen Hebraicè magis inter se differunt quam hara quæ est statio suum & ara,& cętera quæ suprà dixi. Nam apud Esaiam est אֲרִיאֵל .i.leo Dei apud Ezechielem altare Dei duplici nomine apellatur, הַרְאֵל, mons Dei,& אַרְאֵל .i.peccati,siue maledictionis aries,quæ Hebræa scriptione toto cælo distant. Atqui Iudæi hanc scriptionẽ ipsi suis manibus scribunt, & hanc omnem doctrinã Hebraicę linguæ ipsi nobis mõstrãt. Onomastica Hebræa ipsi suo arbitratu componunt, nec nobis vlla librorum copia suppetit,nisi quæ illi volunt vt suis telis pereant, quod docet Augustinus, ne causari quisquam posset libros à nobis esse vitiatos. Aiunt prętera altare Dei apud Ezechielem dictum esse Dei leonẽ,quod iam diximus nullo modo pati posse ipsam nominis orthographiam, nõ magis quã apud nos, mons Dei aut aries pro peccato significẽt idẽ, quod leo Dei.Addunt altare Dei dictum esse leonem Dei,quod à fronte esset latũ,à tergo angustũ instar leonis,hoc quoque quam inepte? quã imerite?Nam ex Aristotele in physiognomonicis,& Adimãto,& Polemone disces,cũ describũt signa viri fortissimi, leoni similem futurum aiunt, quod leo lato pectore est & humeris latis vt tam priore parte sit latus quã posteriore. Prætera cur inuidiam facerent Deo,quod altare vnũ quod in vniuersa Iudæa erat,quotidie vituli & agni sanguine imbueretur, ideo leo Dei appellatum dicerent quasi leonina inmanitate prædituʔ Sed profecto Iudæi semper hærent solo,nihil altũ sapiunt, Accipe quanto melius nostri de Dei altari,quãdo satis iam Iudæorũ fraudes & ineptias risimus.ISYCH.in Leuitic.lib.1.altare Dei corpus vnigeniti esse putat his verbis, Corpus vnigeniti reuera altare dicitur, sicut enim omne sacrificiũ à ministrantibus ponitur super altare,sic omnẽ animi virtutẽ
Altare Dei Christus. in corpore Dñi ad eius imitationẽ operantur sacerdotes,& in Christo oblata tanq̃ in altari plácẽt,hoc altare Moses de terra facere iubet,de nostra enim terra, hoc est,cõspersione seu massa corpus Christi factum est . Et rursum,Si altare lapideum feceris,inquit,non ædificabis illud ex sectis lapidibus:non enim dolata est hominis manu caro Christi, abscisſus eñ lapis de monte
sine manib⁹,quia sine viri opera processit.Ex quibus verbis Isychij liquet,Christum altare Dei esse,& Christũ,montẽ esse,vnde intelliges cur altare Dei diceretur הַרְאֵל,mons Dei apud Ezechielẽ,erat eñ altare illud,Christi typus,qui Christus verũ Dei altare est , in quo sacrificia ritè oblata placẽt,& nusquã alibi.Christus porrò mons Dei est,vt Isych.docuit,quod eodẽ quoq; libro Isychius docet,sicut idẽ Christus sacerdos,& sacrificiũ,sic etiã altare est inquiẽs. Et Paulũ sic interpretatur ad Hebr.13.Habemus altare de quo edere nõ habent potestatẽ hi qui tabernaculo deseruiũt.vbi Isychi⁹ altare, corpus Christi interpretatur,de illo eñ comedere Iudæis
Cur in omni oratione dicamus, Per Dominũ nostrũ. fas non est . CYRIL.de spiritu & litera li.9. Terreum sit altare,quod verbum caro factum est, & caro Christi ex terra est,dicitur vero caro Christi altare, quòd omnis virtus, omnisque oblatio in Christo oblata valet,nec alio vllo modo valet : ipse enim ait,Sine me nihil potestis facere,tantũ ergo per ipsum valet omnis oblatio, vnde in omnib⁹ ecclesiæ precationib⁹ dicim⁹: Per Christũ Dñm nostrũ,nec virt⁹ vlla,aut sacrificiũ quicq̃ valet,nisi super hoc altare offertur. Fit etiã altare ex lapide nõ secto,quòd Christus lapis summãgularis,inuiolabilis peccato fuit, qui nec sensit, nec potuit sentire diaboli plagas,qui creuit in montẽ magnũ,qui altare dicitur,
quia vt

quia in illo tantũ preces valẽt.PROC.in illud Exod.Et facies altare : Christus altare est,in hoc
A altari oblata per fidẽ ipsius in ei⁹ sanguine placãt Deũ.Nã vt Paul.& Ioã.inquiũt,ipse est propitiatio p̃ peccato,ita ois petitio per ipsum fit:dicimus.n.per dñm nostrũ Iesum Christũ, preces super hoc altare offerimus semper. Vsq; adhuc, inquit dñs,nihil petistis in noie meo,petite & accipietis: per hũc propitius fit nobis pater,per hũc ad patrẽ tẽdimus.Ego,inquit, sum via, ego sum ianua:quæ verba quid aliud significãt,q̃ ego sum altare,in quo gratæ sunt oblationes? Nemo enim venit ad patrẽ nisi per me.Dicitur etiã apud eundẽ Ezechielẽ hoc Dei altare אראל .i. maledictionis aries,p̃ אר, maledictio est, אל aries,hoc est,aries expiationis pro peccato & maledictione.AVG.quæst.super Leuitic.lib.2.quæst.108.Aries rubricatus,inquit,qui offerri iubetur,cui nõ faciet,vt occurrat Christus passione cruẽtatus?hoc idẽ pluribus ISYCH.in illud cap. *Locus scripturæ explanatur.*
5.Leuit.Anima si præuaricãs ceremonias.In figura,inquit,saluatoris,aries accipitur,cognoscens autẽ hoc ita esse hoc modo,quãdo Deus Abrahã ab Isaac immolando cohibuit , vidit Abrahã *Arbor sabec.*
arietẽ,inter vepres hærentẽ cornibus: vel, vt Lxx vertere, Vidit Abrahã arietẽ in arbore sabec teneri.Aries ergo pendens cornibus ex arbore Sabec,Christus est pendens ex cornibus arboris crucis,& iuxta tralat.D.Hieron.Inhærens vepribus est Christus corona spinea trãsfixo capite.Vtraq; .n.lectio est fidelis,& cõsentit cũ lectione Hebræa,hoc ita esse, testis est PHIL.Iu- *Vtraq; trãslatio coniũcta iuxta canonẽ. Aug.*
B dæus περὶ ψυχῆς, q̃ de eadẽ re sic scribit: Ἰδοὺ γὰρ κριὸς εἷς κατειχόμενος τοῖς κεράτιν ἐν φυτῷ Σαβέκ .i. ecce aries pendens cornibus,vel detentus cornibus,in arbore sabec,vel in plãta sabec:nam φυτὸν, arbor est & plãta.Et idẽ ISYC.lib.7.in Leuiti.c.25.in illa verba.Qui vẽdiderit domũ.Crux,inquit,est vera remissio,vnde Christi figurã gerẽs aries,in virgulto sabec inuentus est religatus. Sabec autẽ remissio est,quia crucẽ,quæ fuit remissionis virgultũ,præfigurabat.Vndè,p̃ Abrahã,cũ arietẽ religatũ in arbore sabec vidit, diẽ crucis vidit: Christus dixit, Abrahã exultauit vt videret diẽ meã,& vidit, & gauisus est.PROC.cũ interpretatur hũc locũ ait,sermone Syro nõ legi,Ecce aries vnus detẽtus in plãta sabec,vel in arbore sabec,sed pendẽs in arbore sabec: p̃ miror virũ doctissimũ dixisse,cũ κατεχόμενος ἐν φυτῷ εὐβὶς,reddi optimè possit, Pẽdens in arbore sabec: quæ interpretatio adiuuatur lectione Syri sermonis,vbi pendens in arbore sabec legitur,sed fortasse hoc dicere voluit Procopius,sed adnotat legi sic in sermone Syro,Ecce aries vnus pẽdẽs cornibus,vt manifestior esset Christi pẽdentis in cruce imago.Desiderãtur tamẽ illa duo verba,In arbore sabec: quæ verba Hebræa lectio præfert. Adijcit idẽ PROC. Ascẽdens aries in arborẽ
C sabec,pedibus anteriorib⁹ & cornibus hæsit in arbore innexus: vbi pedes anteriores arietis,in nexi ramis arboris,man⁹ Christi affixas crucis cornibus significãt,explanatq; Procopius,quid significet sabec,putatq; Lxx seniores ideo Hebræã vocẽ ad nostrãs misisse,neq;,vertisse Græcè, p̃ nihil illa potuerit inueniri significãtiùs ad exprimẽdũ hoc tãtũ mysteriũ. LEONTIVS act. *Dubium.*
5.synodi Nicenę.2.cõtra Iudęos disputãs,cũ ostẽdit per ligna admirãda multa à Deo esse significata in scriptura lignũ vitæ & lignũ scientiæ crucẽ appellat,inquit, aliã autẽ plantã vocando Sabech,cócessionis signũ ponit.Dubitat tamẽ PROC.qui fieri possit hoc,cũ poti⁹ sabech significet vincula & ligamina,& verè סְבַךְ significet, vt vertit D. Hieron.comã arboris ramis implicatã,innexã & colligatã,à verbo סָבַךְ quod significat illigari,implicari vinciri,& sabech genus quoque arboris est comæ implicatæ,iuxta interpretationẽ Lxx & Philonis.Hæc dubitatio diluetur facilè ex ca.25.Esaiæ,ex illo loco: Et præcipitabit dñs facie vinculi colligati super omneis *Solutio.*
populos. Crux.n.dicitur arbor sabech.i. vinculorũ & peccatorũ , p̃ in ea vincula & ligamina sint soluta,& in ea affixa. Christus.n.vincula peccatorũ super se sumpsit,& cruci affixit.Vndè notat Proco.arietẽ illũ ligatũ fuisse, vt victima esset pro peccato.i.dñm loco Isaac esse ligatũ,vt
D Isaac.i.populus fidelis ligatus,solueretur:subiungitq́ue,Aduerte miraculũ:vidit pecudẽ Abrahã,nõ vidit Deũ,neque angelũ qui de cælo loquebatur,& tamẽ subiecit scriptura, Vt dicãt homines,In mõte Dñs visus est:atqui nõ vidisti dñm Abrahã,sed audisti,sed postq̃ vidit imaginẽ Dei pẽdentis in cruce,nolẽs celare mysteriũ addidit, vt dicãt, supple posteri (posteris.n.dabatur illa prophetia) p̃ Dñs in monte visus est pẽdẽs in cruce, vnde dicitur · Abrahã pater vester *Locus euãgelij.*
exultauit vt videret diẽ meũ,& vidit: vocat autẽ diẽ dñi Christi passionẽ,quãdo vt ouis ductus est ad occisionẽ : ouis.n.arietẽ quoque significat.AVGVS.de mirabilibus sacrę scripturę lib.1 ca.12.docet,opera angeli illuc fuisse deductũ arietẽ illũ,& positũ. Hũc locũ explanat AMBR. de Abrahã patriarcha lib.1.c.8.quẽ locũ nõ intelliges, nisi hæc benè excusseris:ait enim, Aries *Locus Genesecos.*
vnus hærens in virgultis,& postea suspensum scribit,vt vtrãque tralationem cõplecteretur,& nõ meminit arboris sabech.Cætera sic explanat vt Procop.In fine tamen planissimè, quæ dixi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus, explicat. ATHANAS. in quæstionibus quæst. 98. docet arborem sabec esse crucem venerandam, & præfigurari illic Christum oblatum in cruce. Vnde illud Matth. 27. Heli, heli lama sabachthani. & Marc. 16. Eloi, eloi lama sabachthani, dictũ arbitror, testimonio. s. scripturæ coagmẽtato ex duob⁹ locis, iuxta canonẽ præscriptũ ab Orig. de quo dicẽdũ est in illud. c. 62 Dicite filiæ Sion: cõtra impium Porphyrium, quo canone monemur apostolos, & euangelistas testimonia scripturæ ex duobus scripturæ locis coagmentata citare, quo nos doceãt vtroque loco idem significatum, & dum vnum locum citare videntur, duos citãt vt hoc loco, citãt Psalmum. 21. Heli, heli lama hazapthani. & cap. 22. Geneseos iuxta Lxx: Vidit à tergo arietem pendentem in arbore sabec, de quo loco tam multa diximus. Nam euangelistæ pro hazapthani. i. dereliquisti, dixisse videtur ab hac arbore sabec, deflexo verbo sabachthani. i. dereliquisti me pendere, scilicet in arbore sabec, in veneranda cruce: vt duo hæc simul oracula significarentur, quibus prædicta erat Christi passio. Illa Erasmi licentia ferenda non est, qua depraua-
B te hæc legi cesset, & apud Græcos, & apud Latinos. Vniuersam ecclesiam catholicam millesimo quingentesimo post anno emendet quisquam? & sunt qui Erasmũ audiant, & dũ libros emẽdare parant corrumpant. Sed illa longe longeq; maior impudentia est & audacia (ne quid grauius dicam) quod iam quidam ex sacra scriptura verba & locos integros expungant, tanquam spurios, quod Hebraicè non sint: nunquam hoc ausa vetustas est. Non sat haberent homines Christiani, Origenem, Iustinum, Tertullianũ, Irenęum nos admonuisse nostros libros sine vlla fallatione esse, Iudęos multos locos expũxisse è literis sacris, tam ex Hebręa lectione, quàm ex Græca? non sat erat Iudæos suis libris, quod in disputatione docui, id confessos centies? Hieron. aiunt quidam, se sublaturum cachinnũ dicit, si quis affirmet Iudæos vitiasse literas sacras. ô boni, in nostrũ commodũ, inquit D. Hiero. si quis Iudæos vitiasse sacras literas dicat risurum se multũ, huc enim Iudæi omnia referunt, vt nobis aduersentur. Nam D. Hiero. sensisse Iudęos scripturam vitiasse intelliget ex his quæ scribit in cap. 5. Michææ in illa verba, Et tu Bethlehem Ephrata, De verbis quæ non agnoscit Hebræa lectio inquit siue de veteribus libris erasa quædam sunt malitia Iudæorũ, siue addita à Lxx. En D. Hieronym. dubitat an quædam malitia Iu-
C dæorum ex Hebręis codicibus erasa sint, Iustinus, Origenes, Tertul. erasa affirmãt, & proceres ecclesiæ patientur ea Biblia castigatissima haberi, & circũferri, quæ omnia illa, quæ malitia Iudæorũ è codicibus Hebræis erasit, ex libris sacris expungunt, cũ præsertim ipsi Iudæi fateãtur multa à suis maioribus in scriptura esse mutata. Sed dubitat, inquiunt, D. Hiero. non affirmat, non sat est, veteres omnes id affirmare, sed ne se tueantur tanti D. authoritate: id non solũ affirmat D. Hieron. sed probat authoritate D. Pauli in princip. libri. 2. cõmentariorum epistolæ ad Galatas. O vtinam Stentorea voce possem obtestari proceres ecclesiæ, ita vt audirer per crucẽ Christi, huic tanto malo vt mederẽtur, quod maius est, quã pro hominum opinione, ferè enim omnia loca manifesta de Christo aliqua fraude vitiauere Iudæi, si ad illorum præscriptum castigãdi sunt nostri codices in plęrisq; ô proceres ecclesię, Iudaizandum est? Qui loci citãtur coagmentati è duobus ex hoc propheta Esaia, leges in fine huius operis, in tabula locorũ, quos Euangelistæ, & apostoli citant iuxta Lxx virorum tralationem, qui sunt plurimi.

quæ dictum est pluribus in disputatione.

Proceres ecclesiæ.

D. HIERONYMVS

Væ Ariel, Ariel, ciuitas, quam expugnauit Dauid.

LXX VIRI.

Væ ciuitas Ariel, quam Dauid ex D pugnauit.

CYRIL. Quod est secundo Regum, expugnasse Dauid Hierosolyma, delesse cæcos & claudos, qui ei aduersabantur: significat propheta typum esse huius vaticinij, quo prægno, vt olim Dauid, illa verba dixerit, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, expugnaturum Hierosolyma, & deleturum esse cæcos, id est, Iudæos perfidos, de quibus Ioann. cap. nono. In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. Ait ergo propheta, deleturũ Dominum hos cæcos & claudos, de quibus psalm. 17. Claudicauerunt à semitis tuis. PROCO. Prædicitur hoc loco Christus deleturus Iudæos cæcos & claudos. i. eos, qui rẽcto pede ingredi nolebant, auersabanturq; lumẽ euãgelij, cuius rei typus erat Dauid, cum obsidione cœpit Hierosolyma, & cæcos & claudos iussit trucidari. Ergò, Væ Ariel, Ariel, & quia obscurũ erat, quid esset Ariel, declarat per figurã diasa pheſin

A phesin. Ariel ciuitas. i. Hierusalẽ quã expugnauit Dauid, vt velleret Iudæis aurẽ, & attẽtos faceret ad historiã, & ad historię significationẽ: quasi diceret, Væ Hierosolymis, de quib⁹ cõplebitur id, quod historia illa significat, qua accepto regno in duodecim trib⁹, Dauid dicitur Hierosolyma expugnasse, & cæcos & claudos delesse. Sic eñ Christ⁹ resurgẽs, cùm dixerit: Data est mihi omnis potestas, deleuit cæcos, & claudos Iudæos. Idẽ significãt Lxx qui vertere: O vrbs Ariel, quã Dauid expugnauit, vt Arielẽ vrbẽ Hierusalẽ intelligeres, nõ altare Dñi, vt Iudæi & Iudaizãtes interpretãtur, de quib⁹ suprà diximus. PAGN. vertit: Ciuitas in qua mansit Dauid. VATAB. Ciuitas in qua habitauit Dauid, de sententia R. Dauid, & R. Selomoh, vt discere potes ex thesauro linguæ sanctæ in dictione, chana, & in dictione, quarà: vt omnẽ illum typum expugnationis Hierosolymorũ, & necis claudorum & cæcorũ tollerent de medio: atqui verbũ Hebræum, chana, nunquam significat habitare, aut manere, sed castra metari & expugnare, bello capere, vt reddidere D. Hierony. & Lxx, oportebat viros Christianos aduertere, Iudæis scopũ esse obscurare oracula de Christo. Et certè omnia testimonia, quæ lexicon Compluten
B se citat, vt probet, chanà significare aliquando idem quod manere, aut falsò citata sunt, aut castrametari potiùs quàm manere significant, & quorsum propheta diceret: Ciuitas in qua mansit Dauid? Nunquam manifestè verba fundit Spiritus sanctus. Meliùs Lxx, quod quidam Ariel altare Dei, alij vrbem Hierosolymorũ erant interpretaturi transpositis dictionibus sustulere dubitationem, edidere enim: Væ vrbs Ariel, vt intelligeres Ariel, vrbem dici non altare, & caput regni pro regno ipso. Nam populus Iuda, leo Dei dictus est cap. 23. Numer. quòd vox Hebræa Ariel Latinè sonat: Ecce populus vt leo grandis consurgit, & quasi leo erit: vt sit sensus, ô vrbs Hierosolyma, quæ leo Dei dicebaris olim, quòd vaticinatus est Balam cap. 23. Num. Ecce populus, vt leæna consurget. O vrbs ergo Hierosolyma, de qua tam magnum olim illud elogium fuit: quomodo nunc vastaberis, & tua culpa peribis, & complebitur in te typus historię Dauidis, cùm olim Dei auxilio amica Deo, nationes & gẽtes omnes ita lacerabas vt leo aut leæna prædã lacerat, in quas incides calamitates, quod recessisti à Deo, cuius auxilio leo eras, & leo Dei, vndè nescio cur Ariel non redditum sit hoc loco, Leo Dei, vt Numer. cap. 23. Quòd autem D. Hieron. קְרִיַת, sequutus Aquilam, ciuitatulam reddiposse ait, semper Lxx metropolim interpretantur, significare autem hoc nomen vrbẽ validã, & metropolim intelliges ex verbis R. Dauid in lib. radicum, & R. Abrahã, & R. Selomoh, quæ leges in Thesauro linguæ sanC ctæ in dictione קָנָה. Nam חָנָה, quamuis doctiss. Hebræorum interpretentur pro manere, & habitare, vt ait D. Hieronymus, Iudæos nouimus, & quo spectent, & nouissimũ est valgatæ significationis esse hoc verbũ, חָנָה, & significare, castrametari & expugnare. Quid necesse est audire Iudæos? qui receptã lectionẽ ecclesię catholicę parant cõuellere & turbare omnia.

D. HIERONYMVS

Additus est annus ad annum, solenni tates euolutæ sunt.

LXX VIRI.

Cõgregate germina annum super annum, comedetis enim cũ Moab.

SVprà sæpè est adnotatum, causam vastitatis Iudæorũ, & occœcationis, & exclusionis fuisse auaritiam, & idolatriam. Lxx viri hoc loco de more edidere pro interpretatione commentarium, quo hoc declarant, edidere enim: Congregate germina, &c. i. congregate fruges vt cariùs vendatis, comeD detis enim exclusi ab ecclesia: Congregate germina annum super annum. i. congregate annorum multorum triticum & vinum, triticum huius anni super triticum alterius anni, Comedetis enim cũ Moab, exclusi ab ecclesia. s. vt Moabitæ, cũ execratione qua olim Moabitæ Deute. 23. & Esdræ. 2. cap. post remo, vbi vetiti dicuntur in æternũ intrare ecclesiã, per quos Iudæos significari certũ est, qui in æternũ à populo Dei excluduntur. Et addidere Lxx de suo verba illa, Comedetis cũ Moab, vt significarent nobis exclusionẽ Iudæorũ, & historiã illã Moab typum fuisse exclusionis Iudæorũ ab ecclesia. In æternũ, id in multũ tempus: id enim inter alia æternũ significat, vt docet DIONYS. Moab enim vox Hebræa, Latinè significat ex patre, quòd filia Loth illũ ex patre peperit per concubitũ illicitũ, vt ait AVG. in Psal. 82. in illa verba, Qui cogitauerunt vnanimiter: Significat, inquit, eos qui lege quæ bonus alioqui pater est, illicitè vtuntur: vocatur enim lex Græcè masculino genere, vt pro viro accipi possit, & vaticinia spectabant tẽpora euangelica, vndè quando Græca lingua scripturæ erant vertendæ, vt suprà dictũ est, lex quæ Græcè masculino gẽre enũciatur, pro viro accipitur, & id Iudæos fecisse liquet, qui

Lxx typũ historiæ Moabitarũ interpretantur.

fassis interpretationibus abduxere plebem à Christo, vt suprà dictum est, ab eadem lege or- A
tum habent, per illicitam interpretationem, vel ab eodem patre nostro Deo: dictus est enim
filius primogenitus Israël, hic ergo filius primogenitus Israël, ab ecclesia in æternum exclusus
significatur à Lxx viris, qui amisit primogenita sua. Explanabimus ergo interpretationem D.
Hieronymi sic, Additus est annus ad annum, additæ sunt fruges vnius anni ad fruges alterius
anni. i. nihil aliud quàm aceruatis opes & diuitias, & frumenta in multos annos seruatis, vt ven
datis carius. Solennitates euolutæ sunt, vel excisæ sunt: aut vt Hebraicè est, Solennitates euol-
uentur, vel exscindẽtur. i. repudiabuntur sacra veteris legis, vel repudiata sunt. Loquitur enim
propheta de futuris, tanquam de rebus præteritis, propter rei certitudinem, quòd quæ futura
prædicit Deus, præterita putato, ita certa habeto ac si facta videres, & cùm repudiata fuerint sa
cra veteris legis, prædæ eritis hostibus, & exclusi ab ecclesia. Sic hunc locum enodasse viden-
tur Lxx viri, qui vt hoc toto opere sæpè ostendimus, inter primos authores referendi typos
scripturæ fuere, vt hoc loco referant apertè typum historiæ Moabitarum, cùm pro, Excinden
tur vestræ solennitates ô Iudæi, vel euolatæ erunt & transibunt, edidere. i. excluſi eritis ab ec- B
clesia Domini vt Moabitæ, vos enim significabat Moabitarum historia.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Et erit tristis et mœrens, et circunuallabo Ariel.	Tribulabo enim Ariel.

PErgunt Lxx viri facere paraphrasim, nam pro tota interpretatione D. Hieronymi posue-
re tantùm, Tribulabo Ariel. i. tribulationibus implebo, cingam obsidione, ab imo vertã,
delebo populum Iuda, qui olim dictus est leo Dei. Ariel Hebraicè, Latinè sonat, leo Dei.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et erit mihi quasi Ariel.	Et erit eius fortitudo & diuitiæ mihi quasi Ariel.

QVòd translatio Lxx virorum his locis curta est & lacera, nec Cy- וְהָיְתָה לִי כַּ אֲרִיאֵל
rillus, Procopius, Græciq; scriptores potuere hæc cum lectio-
ne Hebrea conferre, Hebræi sermonis inscij, videtur mihi huius loci sensum, non satis expres C
sisse. Sensus igitur huius loci est, Ariel. i. leo Dei, populus Iuda, qui olim dictus est leo Dei, erit
mihi quasi Ariel, erit mihi quasi leo in Deum. Lusit enim in nomine per paronomasiã, quæ La
tinè dicitur agnominatio, quasi dicas, Leo in me fuit leo, vt in principio Ariel ponatur pro po
pulo Iuda, qui olim dicebatur leo Dei, quòd Dei auxilio sicut leo lacerabat oẽs gentes, quòd
dictum est suprà ex cap. 23. Numer. Erit mihi, erit aduersum me Ariel, leo in Deum. Vtroque
enim modo dictio Hebræa verti potest, quæ emphasis est & paronomasia, quod Lxx dixere,
Et erit eius fortitudo, & diuitiæ mihi quasi Ariel: sic enim legendum est in translatione Lxx
virorum ex Hebræa lectione. Nam Lxx virorum interpretatio, trunca & lacera est, quæ quo
dixi modo, ex Hebræa lectione est castiganda, siquidem Hebræa lectio ad verbum sic redden
da est, Et erit mihi, pro quo Lxx viri edidere, Et erit eius fortitudo & diuitiæ mihi: posteà, Si-
cut Ariel. i. sicut leo Dei, vel sicut leo in Deum: quæ verba desyderantur in translatione Lxx
virorum, reponendaque sunt ex lectione Hebræa. Et significat translatio Lxx seniorũ, Iudæos
omnes contulisse suas vires, diuitias, opes aduersus Dominũ, quas à Domino acceperant. Non
solum enim Deo omni conatu restitere, Christum in crucẽ sustulere, sed etiã omnibus viribꝰ, D
& diuitijs populũ fidelẽ persequuti sunt, & legatos in omneis partes misere, vt illos perseque-
rẽtur. Fuere ergo sicut leo in Deũ, nam vt infrà dicet Cyrillus, vt pecudẽ mactauere Dñm, sicut
enim ouis ductus est ab illis ad occisionẽ. Eandem hanc sententiã dixerat Hierem. cap. 11. Facta
est hæreditas mea mihi, sicut leo in sylua: quẽ locum interpretans LACT. Firmian. li. 4. ca. 20.
inquit, Quia præda & deuoratio factus sum hęredibus meis, vt leonibus, qui me immolauerũt
sicut pecudẽ, & voces dederunt super me suas. i. sententias suas aduersum me, mortis crucisq;
dixerunt. Sic CYRIL. quoque in Hierem. hunc locũ explanat. Sed Iudaizantes omnia peruer-
tunt, quos, Deo benè iuuãte, cùm aliquid in Hierem. cuderimus, refellemus. Quòd autẽ Lxx di
xere, Erit eius fortitudo, & diuitiæ mihi quasi Ariel. i. quasi leo in Deum: alluisse videntur ad
illud quod suprà diximus, quòd principes sacerdotũ, scribæ, & pharisæi, fortes & diuites ex Iu
dæis, & principatus omnis Iudæorũ (id enim intelligere videntur cùm dicunt, Fortitudo, &
diuitiæ populi Iudaici) quasi canes circuiere Dñm, & quasi tauri pingues, quod Dominus con
queritur sæpè apud prophetas. Lxx enim magis sunt commentarij quàm interpretes.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et circundabo quasi sphæram in circuitu tuo.	Et circũdabo sicut Dauid super te.

castrametabor expugnabo.
Dauid sicut sicut sphæram circundabo Et
כְּדוֹד (vel) כַּדּוּר וְחָנִיתִי

INnumera sunt in tralatione Lxx, quæ Iu-
dæis os obturãt, vt ne mutire quidem pos-
sint, quæ res fecit, vt prodit Iustinus aduersus Thryphonem Iudæũ, vt Iudæi confugiant ad il-
lud, Lxx viros parum fideliter sacras vertisse litteras, corrumpant vnam litteram, vt tota ora-
cula inuertant, quod nisi faciant, manifestissimis prophetarum testimonijs configantur, quo-
rum è numero fortasse hic locus erat. Si enim sic vertas vt reddidere Lxx viri quid dicerent
Iudæi, quam causſam adferrẽt? necesse enim esset sic interpretari, vt suprà dictum est, vt nulla
Iudæis tergiuersatio esset reliqua. Atqui interpretatio Lxx virorum mirabiliter cũ Hebræa
lectione congruit, si ד, mutes in ד, quæ litteræ propter viciniam, & similitudinem facile in se
B mutuo commutantur. Nam puncta addi detrahiue posse pro ratione sententiæ ex D. Hierony
mo & ex rabinis, ostendimus in disputatione de tralationibus. Potest igitur hic locus verti
vt translatus est à Lxx viris ad verbum. vbi primum notandũ est præscribi nobis ab Esaia Ca- *Canon.*
nonem illum interpretandæ scripturæ: de quo suprà dictum est, quoties propheta suis oracu
lis legis veteris adtexit historias, illas typos esse & figuras prophetiæ, de qua sermo est. vt non
dicas Lxx viros primos fuisse qui reseruerint typos scripturę, propheta primi typos referãt, *Qui primi typos scripturæ reseruerint, præter ipsum Dñm qui suos typos in scriptura retulerat.*
& horum exemplo Lxx viri. Hunc Canonẽ ergo hoc loco præscribit Dominus, cum enim di-
xisset: Væ Ariel, Ariel, ciuitas quam expugnauit Dauid, subiungit interpretationẽ historiæ,
cũ ait: Circũdabo sicut Dauid super te: potuit planius dicere, quid significaret historia Dauid?
Ipse Dominus sui interpres est, & Canonẽ illum suprà dictum præscribit nobis: Sicut Dauid
olim obsidione cinxit Hierosolyma, & bello cœpit, & occidit cœcos, & claudos, vt suprà di-
ctum est, sic ego faciam obsidione Romani exercitus, cingam Hierosolyma, & ab imo vertã,
delebo obcœcatos Iudæos infideleis. Cum id prædictum viderent Iudæi, & ita euenisse quid
dicerent, quo confugerent? nisi mutata vna littera in simillimam, rimam aperuissent qua elabe
C rentur: alioqui constricti in vinculis tenebantur. Nam quis est hic qui sicut Dauid cœpit Hie
rosol. bello? & cœcos, & claudos occidit? Hoc neque ad Assyrios referri poterat, neq; ad Ba-
bylonios. Nulla hic similitudo cum Dauid, aut cum factis Dauid. Dominus hic erat, cuius ty-
pus Dauid erat. Idem sensus est tralationis D. Hieronymi. Circundabo quasi sphæram. i. circũ
dabo murũ Hierosolymis per Romanos, ne sit spes vlla fugæ, vt leges apud IOSEPH. de bell.
Iudaico lib. 5. cap. 35. Romanos muro cinxisse Hierosolyma, quanquam res esset difficillima fa
ctu, ne quisquam Iudæorum elabi posset, & omnes pœnas luerent. Ergo circundabo sphærã,
. i. murum rotundum quasi sphæram, in circuitu tuo: & perdam, supplę, cœcos, & claudos, vt
olim Dauid. si nihil aliud esset tralatio Lxx quam scholium peruetus, & antiquum scripturæ
pretiosior smaragdis, & vnionibus esse deberet. Si Hebraicè non esset, sicut Dauid, sed ipsi ad-
didissent de suo, admirabilis illorum esset interpretatio, qua nos docerent Canonem illum,
quẽ suprà diximus, & hunc locum diuinitus enodassent. Diximus suprà hæc sic interpretatos
Cyrillum, & Procopium.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
D *Et iaciam contra te aggerem, & munimẽta ponam in obsidionem tuam.*	Et circũdabo aduersum te vallum, & ædificabo, ponã circũ te turreis.

munitiões super te excitabo & aggerẽ super te coãgustabo Et
וְצַרְתִּי עָלַיִךְ כַּצָּב וְהָקִימֹתִי עָלַיִךְ מְצֻרוֹת

HOc est quod suprà diximꝰ ex IOSEPH.
lib. 5. de bell. Iudaico cap. 35. Romanos
Hierosolyma cinxisse muro, nequis Iudæorum posset elabi, vt omnes pœnas luerent. id enim
est. Iaciam contra te aggerem: id est, per Romanos te muro cingam: & circundabo aduersum
te vallum. i. murum, & munimenta, siue turreis, per certa murorum spatia ponam in obsidio-
nem tuam, nequis vestrũm possit elabi, vt omnes Iudæi pœnas penderent. PROCOP. Hæc
luget Dominus. Lucæ 19. quia si cognouisses & tu, quia venient dies in te, & circundabunt te,
&c. CYRILL. His verbis prædicitur obsidio Hierosolymorum, quæ facta est post crucẽ Do-
mini. Ita interpretatur D. Hieronymus hunc locum. THEOD. Quod hic prædictum est, in-
quit, factũ narrat D. Lucas, qui dixisse videtur: Nunc absconditum est à te, quod tunc non in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

celligebatur tam plane hic locus prophetæ,quod ipsum rerum euentus aperuit. D.Lucas primam partem huius oraculi reddidit:& eadé penè verba in D.Luca, & Lxx sen.inuenies si Græcè eos legas. Vertit,inquam,primam partem huius oraculi,& multis modis: Circundabunt te: inimici tui muro & circundabunt te, & coangustabũt te vndique:vbi illa crebra repetitio amplificandi, & affirmandi vim habent.De cætero ,eodem modo hæc vertit D. Hieronym⁹ cum Lxx senioribus etiam si verba diuersa videantur,idem tamen significant. A

D. HIERONYMVS.

Humiliaberis de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, et erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum musitabit.

LXX VIRI.

Humiliabũtur sermones tui in terrã,& in terram verba tua ingredié tur,& erit sicut loquentis de terra vox tua,& ad solum (vel prope solum)vox tua infirma erit. B

SVperiorem locum explanatum esse, à D. Luca,cap.19.veteres patres,prodidere:vt in superiore commentario dictum est:vnde colliges hunc locũ à D.Luca expressum esse verbis illis.Ad terrã prosternét te. Describitur enim hic Hierosolymorum ruina tam plane à Lxx viris, vt non planius eam descripserit Iosephus post Christi crucem.Nam vt leges apud IOSEPH. lib.6.cap.28. & alijs multis locis, iacentes Iudæi per vias strati humo, fame enecti,peste moribundi,exili voce,miserabantur suas fortunas, quod significatum est verbis illis: Humiliaberis, de terra loqueris:vel, vt reddidere Lxx, Humiliabuntur sermones tui in terram.i.tu Hierusalem strata humi,exili,& gracili voce plorabis:sit quod apud IOSEP.leges li.6.cap.39.depressos sub terrã Iudæos,cum se abderẽt in cryptas & terræ cauernas,vt hoste figerẽt ibi trucidatos,clamasse,edidisse gemitus,& suspiria:dixere Lxx,Et in terram verba tua ingredientur &erit sicut loquentis de terra vox tua.i.tu petes cryptas,& cauernas terræ,& ibi trucidata,& occisa gemes ô Hierusalem,& erit vox tua quasi pythonis.i.quasi vmbrarum & animarum,quas python.i.necromanticus (à πυθέσθαι,interrogo,quod interrogat animas mortuorũ,quæ vult scire)euocat ab inferis & facit loqui sub terra .i.talis erit vox tua sub terra moriẽtis,vt loqui animæ sub terra videantur,id em̃ est :De humo audietur eloquiũ tuũ de cryptis,de terræ cauernis,quò cõfugeras. CYRIL. Cũ arrogantes fuissent pharisæi,& iactassent superbas voces cõtra Dñm :Hũc nescimus qui sit: Dæmoniũ habet: Aue rex Iudæorũ,& similes voces,qui de fenestris,& de tectis superbo eloquio tonabant & insolenti voce Domino illudebãt crucé baiulanti,Deprimẽtur,& de terra(inquit)loquẽtur vel,ô vrbs Hierosolyma,quæ magno tonabas eloquio, de summo loco deprimeris etiam sub terræ cauernis & de humo eloquium tuum musitabit . Quod Lxx dixere, In solo, vel paulũmẽto, vox tua infirma mittetur, aut infirma erit (quòd minus bene verterãt interpres Latinus)est idem cum illo,quod refert IOSEPH.lib.5.de bello Iud. cap. 27.32.& lib.6. cap. 28. vbi multi fame iam sicci, & penè exanimes, iacentes per vias gracili voce lacrymabant, lamentabantur,id enim est mussitabis.i. tenuis erit, & gracilis sermo tuus, niteris loqui, & non poteris, quod Lxx dixere, In terra vox tua erit infirma .i. ,semianimis solo strata lamentaberis. C

D. HIERONYMVS.

Et erit sicut puluis tenuis multitudo vẽtilantium te, & sicut fauilla pertransiens, multitudo eorum qui cõtra te prævaluerunt,eritque repente confestim à Domino exercituũ, visitabitur in tonitruo & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis & flamma ignis deuorantis.

LXX VIRI.

Et erũt sicut puluis de rota diuitiæ impiorum, & sicut fauilla delata, (vel sicut tenuissimus puluis delatꝰ procella) multitudo eorũ qui oppresserũt te,& erit sicut punctũ repẽte à Dño sabaoth:visitatio enim erit cũ tonitru & commotione, & voce magna,tẽpestas valida(vel fulmẽ delatũ) & flãma ignis deuorãs. D

DEscribitur vastitas Hierosolymorum: amon, vox Hebræa significat multitudinem populorum,& sic reddit D.Hieronymus, Multitudo ventilantium te, multitudo hostium &

A stium,vt esset sensus,quãtavis,& multitudo puluueris tenuissimi,cũ inualuere vẽti, solet excitari turbinib⁹ in media æstate, tã innumerabilis multitudo hostiũ aderit aduersum te ô Hierusalẽ.Significat etiã,Amon,multitudinẽ diuitiarũ , & sic hũc locũ interpretãtur Lxx viri,& R.D. vt sit sensus,diuitiæ impiorũ ludæorũ captis Hierosolymis erunt tanta multitudine , quãta solet excitari puluis rotis carrorũ media æstate.ꝙ intelliges ex IOSEP.de bello Iudaico li. 6. ca. 29.32.56.& alijs locis, זָרִין verbum Hebræum significat, vẽtilãtes te,vt vertit D. Hieron. & alibi à te.i.Romani,qui tẽplũ diripiẽt & diuitias tuas, פֶּרֶךְ puluis tenuis est, & sic reddidit D. Hieronymus.Lxx,puluis de rota,puluis quem excitant carrorum rotæ.Vox Hebræa פֶּרֶךְ,significat paleas minutissimas,quas ex area ventus rapit.Lxx vertere,χνοῦς φερόμενος .i.sicut tenuiss. puluis delatus procella.D.Hier.fauillas,& alij,vt sit sensus:Multitudo hostium qui te oppriment,erit tanta,quanta est multitudo puluueris procella delati,vel multitudo fauillarum incendij ingentis aut tenuissimarum palearum in area ventilantium.Eritque repente ,confestim,quod dixere Lxx,erit sicut punctum repentè.i.erit in puncto,& momento temporis Hierosolymorum
B obsessio,vt leges apud IOSEPH.de bello Iud.lib.6. cap. penultimo vbi proditum est,in puncto temporis Iudæos omneis,qui confluxerant Hierosolyma ex omnibus vrbibus Iudææ ad celebrandum pascha azymorum,nec opinanteis oppressos obsidione à Romanis.Visitabitur in tonitru,& commotione & voce magna turbinis.Apud IOSEPH.leges lib.6.de bello Iudaico cap.21.hæc tonitrua edita esse,hanc aëris motionem,has editas voces,vndè quod D. Hieron. dixit:Voce magna turbinis,& tempestatis:Lxx edidere voce magna: apposita illic distinctione,postea,Tempestas valida,& flamma ignis deuorans, vt sit sensus:Erit visitatio Iudæorum. i.ruina,cum tonitru,cùm visa sunt sublimia circa omnem regionem Iudææ in aëre prælia, currus equorum aliaque monstra,& cum in Pentecoste terræ motu concussum est templum , & audita vox est multitudinis eiusdam congregatæ , angelorum videlicet, qui præerant synagogæ,qui dicerent,migremus hinc, vbi tempestas valida illa esse videtur qua concussum est templum,& reseratæ valuę ferreæ,seu ęneę,quæ occludi & reserari solebant à magna hominum multitudine,idque vix,magna vi.Flamma ignis deuorantis] vel, vt Lxx vertere, catęgis delata.& catęgis genus fulminis est,authore Arist.3.Meteor.omnia subuertens,muros,turreis,
C domos,de quo supra dictum est.Huius vestigia reperies apud eundem IOSEPH. de bello Iudaico lib.6.cap.4.vbi fatentur Romani se adiutos à Deo,& muros Iudæorum sine vllis machinis,aut instrumentis bellicis ira Dei decidisse.Atque muri erant tam validi vt inexpugnabiles esse viderentur.

D. HIERONYMVS.

Et erit somniũ visionis nocturnæ,multitudo gentium,quæ dimicauerunt contra Ariel:et omnes qui militauerunt, & obsederunt , & prævaluerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens, et comedit,cum autem fuerit expergefactus,vacua est anima eius , & sicut somniat sitiens,& bibit,& postquam fuerit expergefactus adhuc sitit , & anima eius vacua est: sic erit multitudo omniũ gentium , quæ dimicauerũt contra montem Sion.

LXX VIRI.

Et erunt sicut somnians in somno diuitiæ gentiũ omnium , quicunq; militauerũt aduersus Ariel,& omnes qui pugnauerunt cõtra Hierusalẽ,& omnes cõgregati super eam & tribulãtes eam. Et erunt sicut in somno bibentes, & cũ surrexerint vanũ eorũ insomniũ. Et quemadmodum somniat sitiẽs quod bibat, & cũ surrexerit adhuc sitit , & anima eius frustra sperauit: Sic erũt diuitiæ omniũ gẽtium quotquot militauerunt contra montem Sion. D

PRædicit Dominus perituros omneis intra breue tempus,qui vrbem Hierosolyma vastauerint,& vrbes Iudææ incenderint:& diuitias,quas coaceruauerint ex præda templi & Iudæorum,ita fugituras raptorum manus vt raptores somniasse diuitias, non collegisse videantur.Huius rei caussam diximus ex PLOT.Enneade.3.li.2.de prouidentia primo. ca.3.& ex AVGVST.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GVS.de gratia,& libero arbitrio lib.vno,cap. 20.de illo qui conuiciabatur Dauid regi. Ecce quomodo probatur Deum vti cordibus malorum ad commodum bonorum.Sic Iuda tradente Christum est vsus, sic Iudæis crucifigentibus Christum, sic diabolo pessimo ad vtilitatem sanctorum vtitur, qui tamen omnes merito suas pendunt pœnas: sic vsus est Dominus exercitu nationum,& Romanorum armis ad vastitatem Iudææ, alioqui paratis ad cædem, & fundendum hominum sanguinem,& ideo luunt pœnas. Nam intra breuissimum tempus periere Vespasiani,vt discesex Dione,Suetonio,& alijs:& diuitiæ omnes,quas diripuere euanuere tãquam diuitiæ somniatium.Omnia sunt plana,notandũ tamen Lxx sen.addidisse de suo (contra Hierusalem)vt scires agi de excidio Hierosolymorum.Sic hunc locum intellexit D.Hier. lege AMBROS.de Ioseph.patriarcha lib.6.

D. HIERONYMVS.

Obstupescite,& admiramini,fluctuate & vacillate: inebriamini,& nõ à vino:mouemini,& non ab ebrietate.

LXX VIRI.

Implicamini dissolutione mentis, & corporis,& amentia quadam,et cæcitate animi.

D.Hieron. & Cyrillus aiunt his verbis prædici occæcandos Iudæos, qui Christo credere noluerunt & qui clauserunt oculos ne viderent & obturauerunt aures ne Christum audirent:Verba Lxx virorum sunt, ἐκλύθητε ἔκστητε, σφόδρα παραλύεσθε οὐκ ἀπὸ σικέρας οὐδὲ ἀπὸ οἴνου.i.Dissoluimini,ecstasim patimini,inebriamini,non à sicera nec à vino.ORIGE.in c.15.Matthæi,verba hæc sic enodat: ἐκλύθητε, τοῦ ἐκστῆναι ἔγουσιν ἄνθρωποι λόγῳ ἐκλύεται ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων τοῦ ἐκστῆναι κατὰ τὸν χριστὸν παραλύεται ἔγουσι δὲ καὶ παραπαλῆναι καὶ παραλῆναι τὸν χριστόν: quæ Latinè sic vertes, dissoluimini & ecstasim patimini. i. populus dissoluatur animo & mente præ multitudine peccatorum & ecstasim patimini. i. extra se sit impos mẽtis,insaniat contra saluatorem:inebriamini.i. sit ebrius contra Christum, non à sicera nec à vino.Obstupescite.i .obstupescetis,& non sentietis plusquam si essetis lapides & stupites,occæcabimini ob peccata vestra.Admiramini.i.admirabimini & attoniti eritis,non agnoscetis Christum,non credetis veritati,nam qui ignorant,& non credunt,admirantur. Fluctuate & vacillate.i.fluctuabitis & vacillabitis,vel vt Hebræa verba vertere posses excæcati eritis & alios excæcabitis & sic vertunt ipsi Iudæi. Notandum hoc est quod AVG.nos docet solere prophetas,tropis & allegoriæ miscere veritatẽ,quo allegoria perspicua sit. Nam verba hæc,Excæcati eritis,& alios excæcabitis: quid distant ab illis euãgelicis,Cæci sunt & duces cæcorum similibusq;?Quod vocũ hebreærũ significationes cõsectamur vt Christi mysteria patefaciamus.D.Chrys.preceptũ sequimur qui in c.Matth.1.in significatione hebreærũ vocũ latissimum campum patere docet ad intelligentiã scripturæ, & in cap.1.Geneseos homil.3.thesauro cuipiam conferendam scripturam ait:quisquis in thesauro vel paruam micam capere valet, multas sibi parat diuitias,ita in sacra scriptura etiã in breui dictiõe variã sententiarũ vim,& indicibiles diuitias inuenire licet, cuius sententiæ. D.Basilius est qui in proœmio de spiritu sancto ait erat D.Hier. additq; in lib.de optimo genere interpretandi ad Pammachiũ sacrilegium esse tes & strictos gladios.

Cũ iubere videtur nõ iubet sed futurum prædicit vt diximus ex Anacleto Papa.

Canon.

Vocum hebreærũ excutiendas significationes.

D. HIERONYMVS.

Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis.

LXX VIRI.

Quoniam potauit vos Dominus spiritu compunctionis.

D.Hier.nos docet apostolos citasse translationẽ Lxx, cum aliis locis tum in fine 2.lib.apologiæ aduersus Rufinum.

QVoties in D.Hier.scriptis lego Lucam abuti testimonijs petitis ex tralatione Lxx,aut apostolos & euangelistas nõ citare interpretationẽ Lxx virorũ, ego glossulas alicuius esse mihi persuadeo,quæ ex margine in cõtextũ librorũ D.Hier.irrepsere, cũ in fine huius operis ostẽdã vel ex hoc solo ,pheta euangelistas & apostolos quinquaginta citasse locos & centies D. Hier.testatur apostolos & euangelistas citasse tralationẽ Lxx,& eã ecclesiæ tradidisse.Et cõuenebat hoc inter D.Hieron.& Aug.citatam tralationẽ Lxx virorum ab apostolis & euangelistis,illud controuertebatur an citaretur ab apostolis, cùm non erat reddita ad verbũ.D.Paulus hunc locum citat iuxta tralationem Lxx virorum ,& ad Iudæorum cæcitatem refert quo referunt Hieron. Cyrill. Procop. Nec quod vno verbo discrepat Paul. à Lxx viris continuo non

A nuo non citat hæc verba iuxta illorum tralationem.Quis enim authorem citat vllum vt verba numeret & syllabas?ORIG.loco citato sic hęc explanat.Populũ dissolutum peccatis & in furorem versum,debacchaturum in Dominum,potu solutum ab ipso Domino & sopitum ab ipso eodem Domino spiritu compunctionis & spiritu soporis altissimi &profundissimi quo potabitur vt ita loquar,à Domino ipso, qui claudet somno eorum oculos vt indignos qui videant .i.permittet eos esse somno sopitos sic enim hæc è Græca lectione sunt vertenda, lege AVGVSTIN.contra Faustum Manichæum liber 13. cap.11.& in caput 12. Ioannis tractatu 53. lege totam quæstionem.

Spiritus cõpunctionis. D.Paulus cõmentaria Lxx clare videtur.

Quærendum tamen quid sibi voluerint Lxx viri qui pro spiritu soporis, quo sopiti Iudæi non recepere Christum,edidere, Spiritum compunctionis idque probauerit D.Paulus qui dixit.Dedit illis Dominus spiritum compunctionis, id enim est citare tralationem Lxx virorũ, citare id in quo Lxx viri à cæteris dissentiũt & citat ex hoc cap.D.Paulus quæ Lxx non vertãt ad verbum sed paraphrasi quadam explicant fortasse. Nam de cætero parui refert dicas ne po

Cur Lxx pro spiritu soporis, verterint spiritũ cõpũctionis.

B tauit illos,an dedit illos,Non id vocatur in controuersiam, sed cur pro spiritu soporis ediderint spiritum compunctionis,idque probarit D.Paulus. Chrysostomus,& Suidas eũ secutus, spiritum compunctionis,interpretantur sic vt compunctio non operationem quandam significare putent, sed Dei permissionem vt aliquis maneat in malo veluti clauis affixus,vt compũctio sit veluti affixio quædam & habitus quidam animi ad malum penè immedicabiliter se habens & compungi sit aliquando clauis trabalibus affigi, ita vt penè immobiles sint in malo peccatores:vndè illud Psalmi 29.vt spallat tibi gloria mea & non compungar.i.non affigar veluti clauis malo: sic etiam ISIDOR.referente Suida, & quanuis reclamet verbũ Hebræum rectè hæc dicta videri possunt,quod Lxx viri non tam sunt interpretes, quam scholiastæ,nec reddunt verba sed exprimunt sensa,verbum Hebræum est רוּחַ תַּרְדֵּמָה, spiritus soporis qualis quorundam est, qui somno graui pressi, lecto surgunt, stabulũ petunt, soluunt equos è præsepi,præcipiti saltu equum conscendunt,flumina petunt, potum agunt equũ, redeunt domũ religant rursum equum,prebẽt pabulum, & hæc omnia faciunt dormientes,quorum ego testis penè fui oculatus. Vidi quendam mihi notum surgere è cubili,fabulari,& colloqui cum

C alijs, respondere,affirmare se vigilare,& fustibus vapulare,quod nõ redderet,quæ acceperat, quibus hero erat opus,& cæsum fustibus lacrymare.postero die euocari, & reddere id quod petebatur, & interrogatum cur noctu non reddidisset,negasse à se petitum esse,aut se euocatum,cum multis plagis cæsus esset,Ait ergo propheta Iudęos tali quodam somno implicatos quantum ad res cælesteis spectat, obambulaturos, vt nihil cælestium rerum videant, nihil sentiant,nihil intelligant. Nam Hebraicè est: *soporis spiritum Deus super vos misceuit Quia*

כִּי נָסַךְ עֲלֵיכֶם יְהוָה רוּחַ תַּרְדֵּמָה

Id est, Quoniam miscuit super vos Dominus spiritum soporis(vertit D.Hieronymus)vndè suspicor Lxx viros, κατανύξαι dixisse, pro κατανύσσοντος soporationem,à κατανύσσω pro κατανυστάζω: quòd si Græca vox κατανύξαι, non admodum recepta est apud claros scriptores,nihil est quod miremur.Nam D.Paulus & Lxx viri non student splendori orationis,& Græca vox è sermone Hebræo est explananda. Huius rei argumentum est, quod Lxx viri pro somno solenr reddere κατανύξαι, vt psal.59. Deus repulisti nos, vbi, quod D. Hieronymus reddidit.Potasti nos vino consopiente, edidere Lxx: Potasti nos vino κατανύξαι

D quod Latinus interpres semper vertit, vino compunctionis: & fortasse potuisset reddere,vino soporifero. Sic videtur explanare ORIG.qui ait, Potabitur à Domino πνεύματι κατανύξεως ὁ τοιοῦτος ἔσται ὑπὸ τοῦ κυρίου κεκωμένος διὰ τὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ τοῦ μὴ ἀναβλέπειν τοῦ βλέπειν.i. spiritu soporationis claudentis eorum oculos,tanquam indignos qui videant. Potest etiam reddi, vino compunctionis.i.vino quod cor compungat, & sine sensu reddat, clauis affixum malo, vt interpretatur CHRYS. q̃ peccato affigat velut clauis trabalibus, & vino, quòd cor emortuũ relinquat sine sensu,sine intelligentia rerum cęlestium. Nam verbum Hebræum,quod ibi est תַּרְעֵלָה, variè explanatur à rabinis, à R.Emmanuel,soporiferum:& à R.Abraham, vinum claudens cor, & occæcans ,à R.Dauid vinum venenatum mortiferum,& tremoris,quia quãdo illud bibit homo tremit moriturus,vi veneni concussus.A R.Selomoh,vinum venenatum operiens cor, & auferens intellectum & sensum, vndè optimè CHRYSOS.somnum hũc appellauit somnũ compunctionis,quod compungat cor,& penè mortuum relinquat,sine sensu,& intellectu rerum cælestium.Et sic explanandus est locus ille psalm,29. vt psallat tibi gloria mea, & non cõpungar .i.ne traham potionem illam quæ operiat cor meum,claudat,pungat,& emortuum relinquat,

linquat,auferat intellectum rerum cœlestium.CYPRIAN.lib.1.epistola 3. Denique hinc illis A
pertusa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ira Dei est non intelligere delicta, ne se-
quatur pœnitentia.sicut scriptum est,Dedit illis Deus spiritum transpunctionis ne reuertan-
tur scilicet, & curentur,& deprecationibus & satisfactionibus iustis peccata sanentur: quod
Paulus apostolus docet,delectum,inquiens,veritatis non habuerunt,vt salui fierẽt, ac propte
rea mittet illis Deus operationem erroris,vt credant mendacio,&c.Et idem CYPRIAN. ser.
5.de oratione dominica:Iniuste sibi placentes, & transpunctæ mentis alienatione, dementes,
Dei præcepta conténunt,medelam vulneris negligũt,agere pœnitentiam nolunt,ante admis-
sum facinus inprouidi,post facinus obstinati: dedit ergo Dñs spiritũ soporis .i.permisit vt so
piti esset. ERAS.in c.11.epist.ad Rom.innuit D.Paulũ nõ iuxta Hebraicũ,quod rectũ erat,sed
iuxta Lxx produxisse hoc testimoniũ.In D.Paulo, & D.Luca Christ⁹ loquitur, loquitur spiri
ritus sanctus de quo quis dixerit voluisse proferre non quod rectum erat? Apage.

Ait prẽterea Erasmus Origenem fateri sibi nusquam lectum in libris Diuinis,Dedit eis spi-
ritũ compunctionis,quod verisimè adnotat Erasmus,sic enim ORIG.in cap.11.epistolę Pau- B
li ad Rom.dicere videtur.Sed,vt ostendi in cap.15.Matth.hunc locum explanat Græcè Orig.
& citat eum ex Esaia. Qui conuenit ergo vt postea in cap.11.epistolæ ad Rom.neget se scire vn
dè hic locus sit desumptus?nisi verisimum est, quod alibi dixi,cum conferrem cum lectione
Græca Latinam interpretationem, deprehendisse me interpretem, quicunque ille fuit, nam
certè D.Hieronymus non fuit (multas enim hæreseis intertexit interpres ille scriptis Orige-
nis, quæ Græcè non sunt) deprehendi ergo interpretem illum multa diuinitus dicta ab Ori-
gene detrahere, multa scriptis Origenis addere de suo,& sic ab interprete additum illud puto
in cap.11.epistolæ ad Rom.

Postremo illud adnotandum, de quo suprà dictum est,dicendumque millies hunc locum
citari à D.Paulo,coniunctum, & coagmentatum cum alio loco Esaiæ cap.6.quod mos est euã
gelistarum,& apostolorum citare testimonia scripturæ coagmentata ex duobus locis,vt vtro
que loco idem significari ostendant, & altero loco alteri lucem adferant,quod faciunt etiam
Lxx cum locorum, quæ interpretantur ex alijs scripturæ locis faciunt paraphraseis. Quæ res
summopere notanda est,quod Porphyrius & alij impij,quod hæc parum intelligebant,mille C
crepant blasphemias. Lege bellam disputationem apud AVGVS.in cap.12.Ioan tractatu 53.nõ
longe à principio & contra Faustum Manichæum lib.13. cap. 11. Miror autem ingeniosissimo
& acutissimo viro ERAS.potuisse in mentem venire, verba illa quæ adijcit Paulus, vsque
in hodiernum diem,citatá tanquam prophetæ alicuius,nam vt non viderit hoc testimonium
citatum à D.Paulo coagmentatum è duobus Esaiæ locis esse,mirandum non est.Multos viros
doctos hoc præteruolat, illud tamen planum erat, Paulum post vaticinium Esaiæ subiecisse
non solum illud accidisse temporibus Christi,sed etiam Iudæos perstare in sua cæcitate vsq;
ad tempora,quibus illa scribebat, post tot edita miracula in Christi resurrectione, in passio-
ne,in prædicatione Apostolorũ,post dona linguarũ,& post alia innumera.

D. HIERONYMVS.

*Claudet oculos vestros,prophe-
tas & principes vestros qui vi-
dent visiones operiet.*

LXX VIRI.

Et claudet somno oculos eorum & pro-
phetarum suorum & principum suorũ
qui videntes erant abscondita. D

ORIGENES in cap.15. Matthæi interpretans hunc locũ καμμύσει κύριος τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν τοιούτων
ἀντὶ ἀναξίους τοῦ βλέπειν καὶ καμμύσει τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν προφητῶν καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν συναγωγῶν μὴ βλέπειν τὰ
ἀρρητα ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς .i.claudet Dominus oculos Iudæorum tanquam indignos qui videant
& claudet prophetarum & principũ oculos, qui pollicebãtur videre se occulta & abdita scri
pturarũ. Igitur claudet Dñs, in aduentu Christi permittet claudi & occæcari oculos vestros ô
Iudæi quod indignos vestra impietate fecistis vestros oculos qui Christũ agnoscerẽt & sum-
mi Dei conspectu fruerẽtur: quod Lxx dixere,Claudet somno oculos Iudæorũ, ne intelligãt
Christi miracula & vaticinia de Christo vt illum agnoscant & operiet prophetas. i.occæcabit
prophetas, appellat enim aliquando scriptura prophetas eos qui scripturam interpretantur.
occæcabit ergo illos Dñs ob suam impietatẽ,ne intelligant scripturam,ne agnoscant Christũ,
& operiet Dominus.i. occæcabit principes sacerdotum qui vident visiones qui gloribantur
se intel-

A se intelligere prophetarum vaticinia in scriptura sacra, ne ea intelligant,ne agnoscãt Christũ.
sic Lxx viri intellexisse videntur, qui reddidere, Claudet Dominus oculos vestros ô Iudæi &
claudet oculos prophetarum ipsorum, sic enim reddes Græcam lectionem.

D. HIERONYMVS.

*Et erit vobis visio omnium sicut ver-
ba libri signati, quem cũ dederint scien
ti litteras,dicent,lege istum,& respon
debit,non possum,signatus est enim,&
dabitur liber nescienti literas, dicetur-
que ei lege,& respõdebit nescio literas.*

LXX VIRI.

Et erũt vobis omnia verba hæc, si-
cut, verba libri signati huius, Cui-
cunque dederint illũ homini scien
ti litteras, dicentes lege ista, dicẽt,
non possum legere, signatus est e-
nim. & dabitur liber iste in manus
hominis nescientis litteras,& dicẽt
ei,lege hoc,& dicet, nõ scio literas.

B ILle alter in Genesim lib.2.cap.40. Puteus inquit videntis & viuentis est hæc scriptu
ræ profunditas, quam nobis ad irrigationem mentis præbuit omnipotens Deus. Via ad hunc
puteum & ad hanc aquam hauriendam,est humilitas passionis vnigeniti, per quã nobis aper-
tum est hoc, quod prius latẽter scripturæ sacræ loquebantur. Nisi enim filius Dei incarnatus,
tentatus, prehensus, colaphis cæsus,sputis illusus, crucifixus ac mortuus fuisset, nobis huius
putei.i.scripturæ sacrę profunditas, nõ pateret. Quid ergo fidelibus humilitas passionis Chri
sti facta est,nisi clauis apertionis mysteriorum scripturæ? Hæc autem prius legi poterant, sed
quia nondum euenerant,intelligi non valebant. Vndè per Ioannem dicitur, Vicit leo de tribu
Iuda,radix Dauid,aperire librum,& soluere signacula eius:ipse enim librum aperuit & signa-
cula eius soluit nascendo,moriendo, resurgendo, atque adcælos ascendendo & sic scripturæ
sacræ nobis arcana patefecit. ORIG.in cap.15.Matthæi τότε ἔσται αὐτοῖς τὰ προφητικὰ σφραγισμένα ὡς ἂν πα-
θεῖν ἕκαστα πιστεύσαντας εἰς χριστόν, tunc erunt ipsi libri prophetici obsignati quod passus est populus
C non credentium in Christũ. Idem ORIG.in cap.22.Numerorum homelia 13.hæc verba dicta
putat de his prophetijs ipsius Esaiæ,his verbis,Sed &,Esaias quod ænigmata sunt quæ scripsit,
ipse declarat,inquiens, Erunt verba libri huius sicut verba libri signati eo quod figuris perple-
xus est,& ænigmatibus inuolutus, & in Exodi cap.24. homelia 12. Agnus inquit ex tribu Iuda
accipiens librum signatum, dignetur eum aperire,ipse est enim qui scripturas aperiens accen-
dit corda discipulorum,quando dicunt, Nonne cornostrum ardẽs erat? & in Ioannem tomo
16.in illa verba, Qui seminat mercedẽ accipit: Mosem & prophetas scripturas intellexisse pu
tat,non tamen alijs reuelasse, vndè liber dictus est signatus,apostolos vero mysteria scriptura
rum iussos esse omnibus pandere. Ita explanat AVGVS.tomo 6.de altercatione ecclesiæ & sy
nagogæ.& CYPRIAN.lib.1.aduersus Iudæos cap.4.præcipue HILAR. in prologo explana-
tionis Psalmorum vbi multa diuinitus in hunc locum scripsit, & in Psalm. 118. cum explanat
verba illa, Declaratio sermonum tuorum illuminat & EVSEB. demonstrationis euãgelicę li.
8.cap.2. & EPIPH.lib.2.contra hæreses vbi scribit Origenis verba in.1. psal.nam integrũ cap.
de hac re scripsit.Mitto B.Hieronymum,Theodor.Cyrill.Procop.& alios omnes patres,qui *Iudaizan-
tes & illo-
rum ama-
tores.*
D ita hunc locum explanant. Contra hunc veterum patrum consensum contra D,Paulũ & Ioan
nem apocalypseos.5.sunt qui Iudæos sequãtur,de Rabinorum sententia hęc interpretentur,
& tamen teruntur multorum manibus, & leguntur, cum hæc omnia ad captiuitatem Baby-
lonicam referũt. Accidet, inquiunt, hæc afflicto Babylonica vobis quia contẽpsistis lectio-
nem prophetarum,vt ab hominibus mollibus cõtemni solet lectio epistolæ obsignatæ,& ob
scuræ quia nolũt luctari cum intelligentia.En Iudæorum mysteria, en Iudæorum alta ac recõ
dita sapiẽtia,en cur lectio sanctorum patrum à Iudaissantibus deferitur. Si repetas animo me- *Iudaismus
nunquã ab
initio nasẽ-
tis eccle
siæ tam pos-
sis velis mi
hi videtur
delatus per
ecclesias
multas.*
moriam præteriti temporis,nunquam factum reperies vt tam passis velis Iudaismus(etiã cum
itum sit obuiam per inquisitores)per ecclesiam fuerit delatus. Iudæos ego non miror qui cæci
tatis hoc vaticinio damnantur & excluduntur ab intelligentia scripturarum, si aliquam rimã
qua elabantur, quærant, & stropham aliquam. Iudaissantes miror non solum cæcos, sed stul-
tos etiã & impudentes. Quid?nõ nobilitata causa est Babylonicæ captiuitatis apud Hieremiã
& Ezechielem? vbi nunquam dicuntur incurrisse Iudæi illa mala,quod non legerent prophe-
tas,sed quod Idolatræ fuerint & sanguinarij & auari.

D.HIE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. HIERONYMVS.

Et dixit Dominus, eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, Cor autem eius longe est à me & timuerunt me mandato hominum & doctrinis.

LXX VIRI.

Et ait Dominus appropinquat mihi populus iste ore suo, labijs honorant me: at cor eorũ longe abest à me, frustra autem colunt me, docẽtes præcepta hominũ & doctrinas.

D. Matthæus citat translationem Lxx virorum.

Hæc verba citat D. Matthæus iuxta tralationem Lxx virorum, nec quisquam hoc poterit inficiari si Græca Græcis comparet. Nam Latina lectio fortasse fallat. Si quidem Lxx virorum ediderunt ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσιν αὐτῶν: Euangelista Matthæus eodẽ modo prorsus, ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτοῦ: postea Lxx seniores, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ: euangelista Matthæus, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ: & reliqua eodem modo, facta tantum dictionum transmutatione. Sed D. Hieronymo districto curis, quæ ad eum ex toto orbe conuolabant, hæc inter se Græcè conferre non licuit, quod labori suppeditare non poterat: ERAS. licuit & venia dignus vix videtur, præsertim quod fidem Græcorum codicum & Latinorum attentat. Itane Erasme libri sacri, qui vt ait AVGVS. per manus apostolorum, pontificũ, sanctorum patrum, ad nostra vsque descendere tempora, qui in oculis catholicæ ecclesiæ semper fuere, nec deiecti vnquam è manibus fideliũ, qui citantur à Chrysostomo, Augustino, Hilario, Cyrillo, cæterisque patribus iam indè vsque à temporibus Christi vitiati tibi videntur? Sed mitto Erasmum, re deo ad verba prophetę. Quod D. Hieronymus reddidit lectioni Hebraę conuenienter Timuerunt me mandato hominum & doctrinis, paraphrasi quadam interpretãtur Lxx virorum hoc modo, frustra colunt docentes præcepta hominum & doctrinas: vbi pro tralatione edidere commentaria. Nihilominus tamẽ citatur totus hic locus à MATTH. euangelista cap. 15. & à MARC. euãgelista cap. 7. quod ostendimus suprà fieri frequentissime solere ab apostolis, vt tralationem Lxx virorum citent, etiam cum Lxx viri veluti commentariola edunt pro interpretatione, quod veluti insolubile argumentum putat Augustinus, quo ostendatur afflatu spiritus sanctus Lxx virorum tralationem esse textam, cum æque citetur ab apostolis, etiam cum non reddit ad verbum lectionem Hebraeam, atque ipsa Hebræa lectio. Et ita supra ostendimus ORIG. citare solitum Hebræam veritatem, & veritatem Lxx virorum.

D. Matth. & D. Marcus citant translationẽ Lxx virorum hoc loco quo potius paraphrasis est & cõmentarium quã translatio.

Contra Iudæorum interpretationes.

Iam ad interpretationem huius loci veniendum est. ORIG. in cap. 15. Matthęi putat sensum huius loci esse, Dominum dixisse populum Iudæorum solo ore appropinquare Deo, propterea quod cor illorum, ob incredulitatem erga Iesum, procul esset à Domino, & nunc maxime abest, postquam abnegarũt seruaturem. Non enim iam amplius docent præcepta Dei, quod quæ docent Iudæi, non sunt iam in sapientia spiritus, sed in sapientia humana vnde dicitur de ipsis, Frustra autem colunt me, docentes præcepta hominum, & doctrinas, non enim docent spiritus sancti præcepta, sed hominum præcepta. Hæc Origenes. I nunc & amplectere Iudæorum nugas. IVST. aduersus Tryphonem etiam hæc postrema interpretatur de Iudęis qui pervertunt sacros scripturę sensus. AVGVS. in psal. 94. in principio enarrationis hunc locum explanat & in psal. 148. in fine & tomo 4. in quæstionibus ex nouo testamẽto, quęstione 79. vbi cordis inspector Deus vidit, inquit, postulantis mentem an mereatur accipere quod postulat, quod dicit Dominus per prophetam: Populus hic labijs me honorat. Nam simulatoris animũ iustum est vt obscuret, qui enim nõ per errorem verum vocat falsum, sed per maleuolentiam, aut intelligens bonũ, fingit se nescire, vt conuertat illud in malum, hoc vtique debuit præstare illi Deus, vt non intelligat bonũ, ne saluetur, qui non vult saluari. Causam igitur reddit Deus (sententia Augustini) his verbis, cur Dominus occæcauerit Iudæos, cur illis liberfit signatus corde autem nolebant, permisi ergo vt non saluarentur, permisi vt qui non per errorem verum vocarent falsum, sed per maleuolentiam, & qui intelligentes bonum fingebant se non intelligere vt facerent quod malum esset, permisi inquam, vt vere non intelligerent bonum, vt solet Deus permittere vt qui fingit podagram, vere sit podagricus. Ita etiam D. Cyrillus, vndè D. Hieronymũ intelliges cum dicit Apostolum hoc testimonio Esaiæ abusum. i. recte vsum hoc enim significat aliquando, abuti, pręclare vti, vt apud Cic. cum lumina sententiarum enumerat,

A merat, ea, quibus, inquit, tanquam abutimur. i. per catachresim dicta, quæ inter sententiarum lumina numerantur. Nec enim diceret D. Paulũ, in quo loquitur spiritus sanctus, in quo Christus loquitur, qui in tertium cælum est raptus, abusum. i. impropriè vsum testimonijs scripturæ, cum à D. Hilario & alijs sanctis patribus dicatur optimus scripturę interpres. IREN. lib. 4. cap. 26. sic explanat hunc locum, Verba legis enunciabant Iudæi, erant autem sine charitate, & propter hoc iniusti in Deum, & in proximos, docebant doctrinas hominũ. i. traditiones presbyterorũ, quas finxerant, vt frustrarentur legẽ Dei, ne ei essent subiecti, hoc est enim quod à Paulo dicitur, ignorantes iustitiam Dei, & suã volentes statuere, iustitiæ Dei non erant subiecti. CHRYS. in cap. Matth. 3. homel. 11. Abundè sufficere vobis putatis, si duos aut tres psalmos ex more sonatis: non audistis quid dicat propheta? Populus iste labijs me honorat, dele animi tui litteras, quæ in tua mente diabolus scripsit, furta, auaritiam, idolatriam, luxum. affer mihi cor liberum, ne agnoscantur literæ pessimi illius magistri. Lege quæ dicat BASIL. in illa verba 28. psalmi, Et in templo eius omnis dicit gloriam.

B

D. HIERONYMVS.

Ideo ecce ego addã, vt admirationem faciã populo huic, miraculo grãdi et stupẽdo.

LXX VIRI.

Ideò ecce ego addã, vt commutẽ populũ istũ, & cõmutabo eos.

Lxx viri pro interpretatione edunt commentaria.

LXX viri pro interpretatione, edunt commentaria hoc loco. Quòd enim conuenienter lectioni Hebraę D. Hieronymus dixerat: Vt admirationem faciam populo huic, miraculo grandi & stupendo, velut enodantes Lxx viri, quod sit hoc miraculũ grande, edidere: Vt mutẽ hunc populum scilicet, & commutabo cum alio populo: relinquam populum Iudæorum, assumam populum Gentium. Sic explanat ORIG. in cap. 15. Matth. THEOD. Vt Iudæos repellam, scilicet, assumam Genteis. sic etiã CYRIL. Ergo miraculũ hoc grande appellat, quòd pharisæi & sacerdotes, qui legis arcana videbant, qui sapientissimi erant, redduntur stupidi, & cæci, contrà verò nationes stupidæ, facta mutatione, implentur diuina sapientia, & eõplentur spiritu sancto, doctores mutantur in rusticos, rustici in doctores cõmutantur. PROC. Idẽ his verbis dicitur, quod Ioan. cap. 9. In iudicium ego in hunc mundũ veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant: nã Gentes visum recepere, Israël est obcæcatus. IVST. in dialogo aduersus Tryph. Itaq; rectũ est, ó Iudæi, vt ea, quæ non intelligitis, ab ijs, qui acceperunt gratiam discatis, & non pertinaces sitis in seruandis vestris falsis interpretationibus, propter quas vos deseruit gratia Dei, & ad nos transijt (vt inquit Esaias) seruantes mandata hominũ, & ideo ego mutabo populũ hũc, & mutabo ipsos. Hęc Iustin. pro his qui admirãtur Iudæorũ fabulas. Verbũ Græcũ μετατίθημι, quod est apud Lxx, significat cum alio commutare.

C

Nota hæc, qui admiratis Iudæorum fabulas.

D. HIERONYMVS.

Perdã enim sapientiam à sapientibus eius, et intellectus prudentium eius abscondetur.

LXX VIRI.

Perdã sapientiã sapientũ, & intellectũ prudentiũ abscondã.

Paulus citat hunc locum iuxta Lxx viros

ORIG. in cap. 15. Matth. Perdidit Dñs sapientiã ipsorum Iudęorũ, non enim est sapientia apud ipsos, quemadmodũ neq; prophetia, sapientiã eñ ipsorũ obscurauit Deus, vndè non splẽdet vt olim. TERT. aduersus Marcionẽ li. 4. Abscondit prophetica mysteria Dñs obscuritate quadã, quorũ intellectũ fides nõ mereretur. Nisi eñ crediderit is nõ intelliget is. Hũc locũ citat D. Paulus iuxta tralationẽ Lxx. 1. ad Corinth. cap. 1. excepto quod verbũ (abscondã) mutauit in verbũ (reprobabo) quod solent apostoli & euangelistæ, vt intellectũ nobis aperiãt scripturarũ, quæ aliquantũ obscurè dicta sunt, planiùs reddere, vt dictũ est ex Orig. Hoc est ergo miraculũ grande, quòd se facturũ Dñs dixerat, nisi putas nõ esse grande miraculũ, si Dñs ex doctore eminentissimo Theologo efficeret hominẽ rusticũ: contrà verò, ex homine rustico, efficeret doctorẽ theologũ eminentissimũ. Narrat antiquitas miraculũ fuisse, philosophũ quendã sapientiss. lapide cerebro percusso, obliti fuisse literas, ità, vt neq; legere scierit: & Grãmaticũ, qui cũ asino, quo vectabatur, excidisset, accepto in cerebro vulnere, prorsum omnẽ Grãmaticã oblitus sit, vt ne vestigiũ vllũ artis, quã factitabat, in eo resederit. Et Hermogenẽ rhetorẽ, qui cùm doctiss. suæ tẽpestatis adolescẽs esset, senex prorsus omnia sit oblitus. Hæc miracula, & his similia, narrat antiquitas, quibus infimis partibus maius est hoc miraculum, quod fecit

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dñs,doctores eminẽtiſsimos legis diuinæ,fecit ſtupidos,& homines ſtupidos,fecit diuinæ legis doctores eminentiſsimos. CLEM.Alexan.Stromatõ lib.1.& lib.5.retulit etiam hoc ad ſapientiam huius mundi,quam aduenientes Dominus perdidit,qua de re lege EVSEB.præparat. euangel.lib.12.cap.de humana ſapientia, vbi hunc locum explanat.

D. HIERONYMVS

Væ qui profundi eſtis corde, vt à Dño abſcondatis conſilium,quorum ſunt in tenebris opera. & dicunt, Quis videt nos? & quis nouit nos?

LXX VIRI

Væ profundũ conſiliũ facientes,& non per Dñm,væ in abſcondito cõ ſiliũ facientes,& erunt in tenebris opera eorũ,& dicent: Quis nos videt? aut, quis nos cognoſcet? aut, quæ nos fecimus?

CYRILL. hæc omnia optimè explanat: Profundi eſtis corde, vt à Dño abſcondatis conſiliũ, quando ſcilicet proditorẽ ludã conduxiſtis,vt Dñm dolo teneretis, dicentes: Ligemus iuſtũ quia inutilis eſt nobis: quod Lxx dixere,Væ profundũ conſiliũ facientes: Vos neſcitis quicquã,nec cogitatis,expedit vt vnus homo moriatur pro populo. Nõ per Dñm, vel non pro Dño,ſed contra eũ, vt eũ dolo teneretis. Quorum ſunt in tenebris opera: cùm clàm pecunia corrupiſtis cuſtodes,cùm clandeſtina cepiſtis conſilia,quod ſignificant etiam verba illa: Væ qui in abſcondito conſiliũ facitis, quod Matth.dixit cap.28. Congregati ſacerdotes cũ ſenioribus,conſilio accepto,pecuniã copioſam dedere militibus,dicentes: Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt. Idẽ ſignificat illud: Et erunt in tenebris opera eorũ.i.cogent clàm hæc & alia conſilia aduerſum Dñm, & putabũt fore clàm,dicent eñ:Quis nos cognoſcet?aut,cognoſcet quæ nos facimus? CLEM.Alexand.in pædagogo cap.10.De hoc conſilio,inquit,dictũ eſt illud:In conſilium eorum non intret anima mea.& alia quæ ibi leges dicta diuinitùs. ORIG.in cap.15.Matth.aliquanto ſecùs: ait enim ſenſum huius loci eſſe, etiam ſi videantur ludæi conſiliũ aliquod profundum facere, cùm non propter Dominum faciant,ſe implicant miſerijs,&ſi profunda conſiliorum diuinorum promittunt,mentiuntur.vndè opera eorum non ſunt lucis,ſed tenebrarum & noctis. Denique hoc caput opera ludæorum deſcribit. Hæc Origenes.

D. HIERONYMVS.

Peruerſa eſt veſtra cogitatio, quaſi ſi lutum contra figulum cogitet.

LXX VIRI.

Nõne vt lutũ figuli reputabimini?

cogitet in figulum Mutari veſtrum
reputabitur figuli lutum ſicut certè Peruerſitas veſtra

דַּהַפְכְּכֶם אִם כְּחֹמֶר הַיֹּצֵר יֵחָשֵׁב

LEctio Hebræa dupliciter verti poteſt: Peruerſitas veſtra quaſi lutũ contra figulũ cogitet, pro quo D.Hieron.dixit: Peruerſa eſt veſtra cogitatio,quaſi ſi lutũ cogitet cõtra figulũ.vel verti poteſt,Mutari veſtrũ certè ſicut lutũ figuli reputabitur,& ſic vertunt Iudæi, ſed aliò detorquent; nã de more inuertunt ſcripturas.Sic reddunt Lxx:Nõnne vt lutũ figuli reputabimini? Lectio ergo Hebræa eſt, mutari veſtrũ profectò ſicut lutũ figuli.i.tã facile mutabimini in vaſa contumeliæ,quàm lutũ in quodlibet vas mutatur à figulo,quòd Lxx dixere: Nonne vt lutũ figuli reputabimini. THEOD. Vt figulus vaſa quæ finxit, & nondũ igni durauit, diffingere poteſt, & pro illis refingere alia, ſic ego poſſum vos repellere,& nationes in veſtrũ locũ ſufficere,& transferre chariſmata,quę vobis dabantur,ad nationes.Eodẽ modo PROC.& CYRIL. Peruerſa eſt veſtra cogitatio.i.erratis,ſi putatis veſtris conſilijs vos poſſe Deo reſiſtere: eſt eñ idẽ cũ illo Act.cap.5.Si hoc ex Deo eſt,nõ poteritis diſſoluere illud,erratis ergo, ſi corrũpendis cuſtodib⁹,& veſtris dolis,Deo veſtris reſiſtere & Chriſto eius,quaſi ſi lutũ cogitet aduerſus figulũ,ſe figuli poſſe impedire cõſilia.

D. HIERONYMVS.

Et dicat opus factori ſuo, non feciſti me, & figmentum dicat fictori ſuo,nõ intelligis.

LXX VIRI.

Nũquid dicit figmentũ fictori ſuo: nõ me plaſmaſti? aut factura factori,non ſapienter me feciſti?

כִּי יֹאמַר מַעֲשֶׂה לְעֹשֵׂהוּ לֹא עָשָׂנִי

DIuus Hier.nos admonet D.Paulũ hunc locũ citare, nõ iuxta tralationem Lxx, neq; Hebræã lectionem ad verbũ reddere. Non repugno D.Hieronymo,dũ illud det nobis, ſi apoſtoli & euangeliſtę ſuis verbis vertũt Hebræã lectionẽ, ita vertere, vt ſemper cõſentiant cũ tralatione Lxx, eadẽ verba dicant,eaſdẽ ſyllabas,eadẽ addant, eadẽ omittant. Inde potiùs IREN.argumentũ colligit afflatu ſpiritus ſancti Lxx vertiſſe ſacras literas, ſi ijſdẽ verbis, ijſdẽ ſententijs vertere,quibus euangeliſtę & apoſtoli. Mihi videtur D.Paulus feciſſe hoc loco qđ ſæpè ſolet,vt ſic citet tralationẽ Lxx,vt quod obſcurè dictũ erat,tanquã eccleſię doctor,dicat ipſe planiùs,quod nos docet ORIG.apoſtolos & euangeliſtas facere ſolitos.Nam quòd Lxx dixere: μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι. i.nunquid dicet figmentũ fictori? Paulus eodem modo dixit, μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι. Quod verò ſequitur, οὐ σὺ μὲ ἔπλασας, non tu me plaſmaſti,quod ambiguũ erat,aſſeuerantérne an interroganter eſſet dictũ, documentumq; præſcribatur Aquiſgranenſi cõcilio cap.3.quòd multa ſunt quæ niſi proprio modo pronuncientur, in contrariã recidant ſententiã (vt Concilij verbis vtar.)Paulus eccleſię doctor ambiguitatem hanc ſuſtulit,& interroganter hæc legenda eſſe nos docuit,& quod obſcurè dictum erat,ipſe dilucidiùs dixit. Citat eñ hunc locũ ad Rom.9.coagmentatũ ex duobus locis,ex hoc,& ex cap.45.iuxta tralationẽ Lxx,quod hoc eodẽ cap.octẽdim⁹ fieri ſolere à Paulo,vt vno loco ſcripturę alteri lucẽ adferat.Sed Paulus hũc locũ plurib⁹ explanat,quòd difficillimus eſſe videretur. Poſt D.Paulũ quorſum quæramus aliũ interpretẽ? Vatablus ne meminiſſe quidẽ Pauli dignatur. Senſus ergo eſt,Vos ô Iudæi,qui tot conſilia aduerſus Dñm capiebatis,mutabimini ex vaſculis honoris in vaſa contumeliæ,veſtro merito, vt à figulo diffingitur vas honoris, quòd fiebat, & refingitur contumelię vas. Permittet enim Dñs vos in veſtra cæcitate perſiſtere,& populũ Gentium, faciet populũ ſuũ,quòd cùm fecerit,nunquid vas fictori ſuo dicet,cur me feciſti vas in contumeliã? Nã D.Paulus,vt nos doceret hũc hui⁹ loci eſſe ſenſum,pro,nõ feciſti me,reddidit,quid me ſic feciſti? vt intelligeremus hęc interroganter eſſe legenda.Et poſteà figmentũ dicet fictori ſuo,nõ intelligis? interroganter etiã.i. an non ſummo cõſilio & ſapiẽtia ſumma me finxiſti? cur igitur me diffingis? quod tamẽ eadẽ ſententia eſt poſterioris orationis & prioris,Paulus ſat habuit enodare priorẽ,vt inde poſteriorẽ ediſceremus enucleare.Senſus eſt ergo, Non exiget ergo rationẽ vas ab artifice,curſe ſic finxerit,nec vos à me exigere poteritis rationem, cur vos diffinxerim,& in vaſa cõtumeliæ refinxerim,cùm præſertim veſtro merito id fecerim. Nã vt AVG. millies repetit,cũ alijs locis plurimis tũ de bono perſeuerãtię,& prædeſtinatione: Quos caſtigat De⁹,caſtigat iuſtitia,quos liberat,gratia liberat: qui nõ liberatur, agnoſcit debitũ: qui liberatur gratias agit,qui dãnatur nõ habet quid reprehendat,ſuo merito dãnatur. Ergo tralationẽ D.Hieron.ex D.Paulo ſic interpretabimur:Et dicet opus fictori ſuo nõ feciſti me? interroganter.i.dicet opus factori ſuo,an nõ feciſti tu me? quaſi dicat,certè tu me feciſti, cur igitur me diffingis? An hanc rationẽ exiget opus à ſuo artifice,& dicet artifici,certè tu me feciſti,cur me diffingis? nec opus ab artifice ſuo hanc rationẽ exiget,nec vos à me poteſtis exigere. Et rurſus,Nunquid dicet figmentũ ei qui ſe finxit, nõ tu me plaſmaſti? interroganter etiã, quaſi dicat,certè tu me plaſmaſti,cur ergo me feciſti vas cõtumeliæ? non intelligis? i.an nõ ſumma ſapientia me feciſti? quaſi dicat,ſumma ſapientia me feciſti,cur me diffingis? AMBR. in cap.9. epiſt.ad Rom.Hoc,inquit,de Eſaia propheta eſt,quod hic Paulus quaſi propriũ ponit,quo oſtendit cõtra authorẽ,opus eius queri non poſſe:in poteſtate enim authoris eſt quale velit condere creaturã.Vaſa enim omnia vnius ſunt ſubſtantiæ,ſed differunt honore, voluntate authoris:ſic cùm omnes ex vna,& eadẽ maſſa ſimus in ſubſtantia,& cũcti peccatores,alijs miſeretur, alijs nõ miſeretur,non ſine iuſtitia: in figulo enim ſola voluntas eſt, in Deo voluntas cum iuſtitia. HIER.ad Hediuam hunc locum explanat,quæſt.10. Sed ſat eſt admonuiſſe hunc locum citari à D.Paulo,qui plura volet, adeat eius interpretes.

Si negesD. Paulũ citare Lxx vi ros, illud largiarene ceſſeſſ,eũ Lxx viris concordare ſemper Paulũ, eiſdẽ litteris, ſyllabis, dictionibus, quod multo magis eſt admirata vetuſtas: arguit enĩ quoties id fit,quod ſæpius fit, eadem verba apoſtoli, & Lxx viri ab ſpiritu ſancto eſſe dictata

D. HIERONYMVS.

Nonne adhuc in modico,& in breui cõuertetur Libanus in Carmel, et Carmel in ſaltum reputabitur?

LXX VIRI.

Nonne adhuc parum, & transfertur Libanus in mõtem Carmel,& Carmel in ſaltum reputabitur?

DEliria Iudæorũ & Iudaizantiũ de intellectu huius loci leges in Theſauro linguę ſanctæ in dictione Carmel. THEOD. Vos ô Iudæi repellã citò,& aſſumã nationes. Nationes enim appellat Libanũ, qui nõ Iudæorũ,ſed Gentiũ mons eſt.Carmel verò mõs eſt Iudææ. Allegoria aũt docet commutationẽ Iudæorũ cũ Gentib⁹,vt relinquantur Iudæi, aſſumãtur Gẽtes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dabitur Libano.i.gentibus Carmeli.gratia.i.Iudææ gratia,quòd Carmelus mons est Iudææ.& A
Carmelus,hoc est,Iudæi,erunt in saltum,erunt inculti cultura cælesti.hæc THEODOR. Itaque vnam & eandem rem tribus similitudinibus expresit adhuc: Prima: Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo,miraculo grandi & stupendo,quod Lxx sunt interpretati: Mutabo populum hunc cum populo Gentium. Secunda, Perdam sapientiam sapientum. i.orbabo sapientia rerum cælestium Iudæos,& implebo Spiritu sancto Gentes. Tertia, more figuli, qui vasa ficta in honorem,diffingit in vasa contumeliæ: Vos ego diffingam in vasa contumeliæ. Quarta similitudine eandem rem nunc dicit: Carmel mutabo in Libanum,& Libanum in Carmel. CYRIL.& PROC.Gentes,inquiunt,appellat Libanum,quòd Libanus Gentiũ mons sit,quas Gentes commutaturum se ait cum Carmel.i.cum Iudæorum populo. vt sit sensus: Populum Gentiũ,faciam populum meũ,& populum Iudæorũ excludam. Nam hoc est,Carmel in saltum reputabitur,quasi dicat,populus Iudæorum reputabitur in desertum. Mos est enim scripturæ,desertum appellare Gentes,destitutas Dei cognitione. Sic explanat REMIG. Altisidorensis in cap.14.Zachariæ in illa verba.Tunc reuertetur omnis terra ad desertum.

Illud quærendũ videtur,cùm Libanus apud prophetas ferè pro Hierosolymis accipiatur, B
cur hoc loco vsurpetur pro populo Gentiũ,causam esse puto,quòd Hierusalem &populus Iudæorũ,repudiato Christo,reputatur in populũ Gentium,& sic cum vastatur Hierusalem post Christi crucem, alijs locis dicitur Libanus.i.populus Gentium,vt hoc loco dicitur,reputanda vrbs Hierusalẽ in Libanũ.i.in populum Gentiũ: & quoties à prophetis populus Iudæorũ appellatur Libanus sic appellatur,vt dicitur quoq; populus Sodomæ & populus Gomorrhæ. Et placet mihi ratio D.Hieron.Libanũ sonare Latinè candidũ, & accipi pro populo Gentiũ iam fide illustrato,per prolepsim,qua sponsam dicimus,nõ quæ est,sed quã adolescens sibi optat dari:vt sic appelletur populus Gentiũ Libanus.i.candidus,nõ qui esset,sed qui vocatus ad fidẽ, aqua baptismatis candidus erat efficiendus:siue quòd Hebraicè Lebana,Luna est, quæ lumen à Sole accipit,& dicitur à candore,vndè dicta synagoga Libanus,quòd lumẽ à Deo acciperet, vt Luna à Sole,& nũc ecclesia duplici nomine diciturLiban⁹: q̃ Libanus, Gentiũ mons sit,& q̃ suffecta in locũ synagogæ,multò magis à Christo,Sole iustitiæ,illustretur q̃ olim synagoga,& inde nomẽ relictę accipit synagogę.Et res notissima est,Libanũ montẽ arborib⁹ amœnissimis C
fuisse, vnde dicta ecclesia, Libanus, q̃ viris sanctissimis floruerit,quos scriptura arbores amœnissimas appellat.Et Carmel Iudæa est,à car.i.agnus, & mel,circũcisio, vt hoc nomine dicãtur relinquenda sacrificia veteris legis, & circũcisio, cum aduenerit Gentiũ dealbatio & veritas.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et audient in die illa surdi verba libri, et de tenebris et caligine oculi cæcorum videbunt. Addent mites in Domino lætitiam, et pauperes homines in sancto Israël exultabunt.	Et audiẽt in die illa surdi verba libri, et qui ĩ tenebris,et qui in nebula,oculi cæcorũ videbũt,& exultabũt mẽdici,ppter Dñm in lętitia,& spe oĩni destituti homines implebunt lętitia

SVperior sententia repetitur alijs verbis.Sic enim AVGVS.intellexisse videtur in dialogo de altercatione ecclesiæ & synagogę,cap.postremo. PROC.Qui prius,inquit,in caligine & vmbra erãt,& qui sedebãt in tenebris & vmbra mortis,videbũt lumen libri signati: contrà D
verò qui prius videbãt Dei mysteria,cæci fient,& qui alieni erãt à veterib⁹ patribus,lętabũtur lætitia & salute spiritali,Israelitici bonis spiritalib⁹ priuabũtur. THEOD.Cæci qui nesciebãt literas,gẽtes.s.infideles, quæ credidere quæ nó poterãt intelligere prophetiã, recepta fide,intelligent expeditissimè dicta prophetarũ.Nã verè cæcę erãt Gentes,sedẽtes in tenebris & vmbra mortis,sed tamẽ videbũt veritatis lumẽ. Sic D.Hieron.& Cyrill.& alij oẽs.Mites in Dño, & mẽdici & pauperes,fideles appellãtur,quòd pro Christo relinquant omnia, & patiantur omnia patienter,vndè agni etiã dicuntur.mites ergo & fideles ex populo Gentiũ addẽt lętitiã, lætabũtur & pauperes,fideles gaudebũt in Christo spe promissorũ, quę facta sunt veterib⁹ patribus.Id eñ sensere Lxx,cum dixere:Exultabũt mẽdici propter Dñm in lætitia & in spe,vitę beatæ.s.hoc ita interpretãtur Lxx etiã verbis sequentib⁹,quę omnia addidere de suo vice cõmentarioli,spe omni destituti homines implebũtur lętitia.i.lætabũtur apostoli & fideles,spoliati bonis omnib⁹ terrenis propter Christũ. Tantùm eñ aberat vt dolerẽt se propter Christũ nudari

A nudari bonis omnib⁹,vt gaudio vel hoc solo nomine exultarent,quòd digni haberẽtur qui paterentur propter Christũ,& omni spe rerũ terrenarũ orbarẽtur:Ecce nos reliquimus omnia.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Quoniam defecit qui prævalebat, consummatus est illusor, et succisi sunt omnes qui vigilabãt super iniquitatẽ, et qui peccare faciebãt homines in verbo.	Defecit iniquus (vel legis trãsgressor)perijt superbus,deleti sunt legẽ transgredientes in malitia,& faciẽtes peccare homines in verbo.

PRædicitur vastitas Iudæorum fidelibus,vt bonam concipiant spem,quod futurum sit vt crescat ecclesia, cùm de medio sublati sint Iudæi qui impedimẽto erãt prædicationi euangelicæ.Quoniã defecit qui pręualebat,quoniam perijt populus qui pręualuit aduersum Dñm cùm eũ cruce affecit,cuius typus fuit Israel,cùm prævaluit in lucta aduersus angelũ, vndè dicB tus est Israel,quasi prævalens aduersus Dñm,id enim præter alia significat hæc vox,Israel.Sic intellexisse videtur hunc locũ AMBR.de benedict.Patriarcharum cap.11.his verbis,Resuscitauit pater filium vnigenitum,euacuauit consiliũ maledicentium, vndè Esaias: Vanum consilium spiritus vestri,& conuitia,quæ (quasi iaculantes sagittas)dirigebant, soluit omnia,vndè dicit: Defecit qui prævaluit. Quibus verbis Ambr.docet nos significari à propheta hoc loco deletos esse Iudæos, quòd in totũ orbẽ legatos mittebant, qui docerent suos Iudæos, qui per omneis nationes erant dispersi, cõuiciari Dño & Christianis, & impedimẽto esse prædicationi euangelicæ. Vnigenitus ergo filius Dei resurgens euacuauit consiliũ Iudæorũ maledicentiũ Christo,& conuicia,quę per totũ orbẽ in Christũ vt spargerẽt,mittebãt legatos ad Iudęos qui vbiq;terrarũ erãt,& dissipabãt rumores pessimos.Deleuit eñ populũ Iudęorũ quòd hęc facerent,vndè dixisse ait Esaiã,Defecit qui pręualuit,aduersus Christũ videlicet.Hęc omnia IVST. aduersus Tryphonẽ Iudæum. Lxx,Defecit, ἄνομος. i. legis transgressor, sic enim interpretatur HILAR.in psal.118.& AMBR.in eundem psal.serm.15.in illa verba:Iniquos odio habui. & in illa:Prævaricatores existimaui.Defecit ergo legis transgressor:populũ Iudęorum sic appellat,
C contempsit enim legem & prophetas,vt discęs ex Iosepho de bello Iudaico lib.4.cap.22.& ex lib.6.cap.8.ridebant enim legem & prophetas, & dum prophetias ridebant, eas compleuere omnes,ait Iosephus.Perijt ergo legis transgressor populus Iudæorum.IREN.lib.4.cap.26.Iudæorum populus violentus.id enim significat Hebræa vox עריץ, quam D.Hieronymus vertit,Qui prævalebat,qui pręualebat in legem,& violentus erat in eam,qui legem contempsit& prophetas,& leges sibi faciebat,vt legem Dei frustraretur:Consummatus est illusor,qui, vt Ioseis citatis ait Iosephus,illudebat prophetis,& ridebat prophetias,& dũ eas rideret, eas omnes compleuit. CYRIL. Illudebant Christo cùm dicebant,Aue rex Iudæorũ.Vel vt edidere Lxx, Perijt superbus,quòd prę superbia Deo & vaticinijs prophetarum non obtẽperabat,quod,vt interpretatur PROC.& CYRIL.superbè regem gloriæ tractabat,dicens: An non hic est filius fabri?Hunc nescimus qui sit: &, Dæmonium habet. Succisi sunt omnes qui vigilabant super iniquitate,hoc interpretantur Lxx,Vastati sunt legem transgredientes, in malitia.i. malitiosè. Paucis verbis non potuere apertiùs Lxx huius loci enucleare sensum. Vastati sunt (inquiunt) qui malitiosè interpretabantur dicta prophetarum,ne Christum agnoscerent,& populum ab
D eo auerterent. Periere igitur, qui vigilabant super iniquitatem. i. qui vigilabant vt peruerterent prophetias. Et qui peccare faciebant homines in verbo. i. inuersis verbis prophetarum, ab ducebant homines à Christo,& faciebant eum peccare in Christum.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et arguentem in porta supplantabunt, & declinauerunt frustrà à iusto.	Omnes autem arguentes in portis offensionem ponent, & obliquauerunt in iniquis iustum.

SVpplantabunt arguentem in porta: Insidias locabunt discipulis Domini, docentibus in portis vrbium,vbi olim solebat fieri ciuium conuentus, docebant ergo populum apostoli in portis vrbium,& eius impietatem arguebant,quos apostolos Iudæi supplantabant, dolis tractabant & arte, quod dixere Lxx seniores: Omnes arguentes in portis offensionem ponent.i.ponent offendiculum,omnes.i.aduersum omnes discipulos Domini,est forma dicendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Græca,arguentes in portis, qui populum arguebant impietatis, & docebant in portis vrbis: A
Declinauerunt fruſtrà à iuſto ſine cauſa,ſine ratione vlla declinauere à Chriſto,quod Lxx dixere, ἐξεκλίναναν ἐπ' ἀδίκιαν δίκαιον, declinauere in iniuſtis,vel pro iniuſtis à iuſto: ἐξεκλίναναν, obliquauere, declinauere: δίκαιον, iuſtum.i.obliquauere iuſtum,hoc eſt,deflexere à iuſto, & declinauere à iuſto: ἐπ' ἀδίκιαν, in iniuſtis,nulla ratione gratis.ſic Procopius hęc: niſi velis interpretari,Declinauere à iuſto: ἐπ' ἀδίκιαν,pro iniuſtis.i.pro Ceſare & Romanis,cùm dixere:Non habemus regem niſi Cæſarem,nam Hebraicè eſt בהוּ, pro re inani,& nullius momenti: res enim nullius momenti erat familiaritas imperij Romani,vt relinqueretur Deus.Lectio Hebræa ad verbum verti poteſt: Declinauerunt pro re nihili à iuſto,quę lectio quis non videat quàm repręſentet illud euangelij:Noli dicere rex Iudæorum,non habemus regem niſi Cæſarem? & humana omnia ſolet ſcriptura appellare tohu. i.nihilum,vt ba tohu,pro re nihili interpretere.i.pro imperio Romano,quod more fluentis aquæ euanuit, & more vmbræ, ſi cum diuinis compares humana imperia.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Propter hoc hæc dicit Dñs, ad domũ Iacob,qui redemit Abrahã.	Propter hoc hæc dicit Dñs ſuper domũ Iacob,quam ſeparauit ex Abraham. B

PROCOP.ad eoſdem Iudæos ſermo eſt, quos in euangelio alienauit ab Abraham, iuxta illud:Si filij Abraham eſſetis,Abraham vtique opera faceretis. vt ſit, Hæc dicit Dominus ad domum Iacob,quam in euangelio abalienat ab Abraham, docens degeneraſſe eã ab Abraham,quòd opera Abrahã non faceret.Interpretatur tamen Proco. verſionem Symmachi, quã ſequitur. D.Hieronymus aliter,ait enim:Hæc dicit Dñs ad domum Iacob,qui redemit Abraham.i.qui redemit populum gentiũ,qui benedictus eſt in ſeminé Abraham,qui eſt Chriſtus,vt interpretatur D.Paulus,vndè Abraham eſt nominatus pater multarum gentium, pater nationum,non vnius cuiuſdam gentis Iudæę. CYRIL. Hæc dicit Dñs ad domum Iacob, quam ſegregauit ex Abraham. i. quam ſelegit ex omnibus gentibus ex ſemine Abrahæ, ex Chriſto.i. in Chriſto, quæ interpretatio cum poſteriore Procopij congruit, & congruit editioni Hebræę,Græcę,& Latinæ,prior Procopij non conuenit. ergo, Hæc dicit Dñs ad domum Iacob, C
ad fideleis,qui redemit Abraham.i. qui ſaluos fecit populos gentium, qui filij Abrahã dicuntur: ſic enim dicimus,Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham,& ſemini eius in ſecula.Nã in Chriſto per baptiſmum filij Abraham regeneramur,& filij Dei, & ita Abraham patrem appellamus,efficimur ẽnim membra Chriſti,qui fuit filius Abraham.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Non modò confundetur Iacob, neque modò vultus eius erubeſcet, ſed cum viderit filios ſuos,opera manuum mearum in medio ſui ſanctificantes nomen meum, et ſanctificabunt ſanctum Iacob,et Deum Iſrael prædicabunt,et ſcient errantes ſpiritu intellectum,et muſſitatores diſcent legem.	Non modò confundetur Iacob, neque nũc faciem mutabit Iſraël, ſed cùm viderit filios ſuos, opera mea per me, ſanctificabunt nomẽ meũ, & ſanctificabũt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael timebunt, & ſciẽt ſpiritu errantes intelligentiã,at muſſitantes diſcẽt obedire,& lingua balbutientes diſcent loqui pacem. D

CYRIL.Nõ cùm primùm,inquit, Iudæi impiè egerint in Chriſtũ,ſua peccata cognoſcent,ſed tẽporis ꝓgreſſu,cùm ex ipſis Iudęis nati videbũt opera mea,cõuerſum orbẽ,idola cõtrita,demptum errorem Gentium.Poteſt tamen intelligi de his fidelibus qui crediderũt cõuerſi ab apoſtolis,cùm apoſtolorum opera viderent: vt ſit ſenſus,Nõ modò cõfundetur Iacob,nõ erubeſcet tẽporibꝰ Chriſti, nec ſuffundetur rubore,quòd Chriſtum fuerit perſecutus, nec ea de cauſa vultus eius erubeſcet,non pudebit illũ nõ fuiſſe Chriſtũ ſecutũ, ſed cum viderit filios ſuos,apoſtolos videlicet,qui fuere è gente Iudæa: Opera manuum mearũ.i.miracula edita per apoſtolos.Cùm viderit ergò Iſrael apoſtolos edere miracula, donatos dono linguarum,cum

A rum,cùm in eos deſcendit ſpiritus ſanctus,prædicare audacter euangelium & Chriſtum, cùm viderit miracula,opera manuum mearum,quòd miracula,quę edebant apoſtoli,Chriſtus edebat,quod Lxx declarant cùm interprerantur,Opera mea per me,ſic enim vertendum eſt, non propter me,vt ſignificentur miracula Chriſti edita per Chriſtum. Sic enim apoſtoli dicebant: In nomine Ieſu ſurge,& ambula,& ſimilia multa,quæ reperies in actis apoſtolorum. Addidere de ſuo Lxx illa duo verba(per me)vt hoc ſignificarent, In medio ſui,in medio enim Hieruſalé Chriſtus per apoſtolos edebat illa miracula,& apoſtoli in nomine Chriſti. Sãctificãtes nomẽ meum,vel, vt Lxx vertere, Sanctificabũt nomen meum, prædicabũt ſanctum nomẽ meũ: dicent non eſſe aliud nomen in quo oporteat nos ſaluos fieri. Sanctificabunt ſanctum Iacob, ſanctificabunt me pro ſancto Iacob,pro Chriſto,qui ſanctus Iacob dicitur,vt apud Lucam, Et ideò quod naſcetur ex te,ſanctum vocabitur. Et ſanctus Iſrael frequentiſsime in literis ſacris dicitur.Et Deum Iſrael prædicabunt,confitebuntur me ſanctum Iſrael & Deum,quod prædictum eſt ab angelo apud Lucam:Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei.idem enim
B eſt Deus Iſrael,& filius Dei,quanquam vtroque nomine puto ſignificatam diuinitatẽ: & cùm dicitur,ſanctũ Iſrael,& filius Dei.Nã ſi humanitas ſignificaretur, ſanctus Iſrael eſſet dictus. Et ſcient errãtes ſpiritu,intellectũ.i.Iudæi,qui errabãt mẽte & animo,cõuertẽtur & dicent:Quid agemus ergo fratres? Et vidimus eos loquentes magnalia Dei.Et conuertentur à Dño.Et muſſitatores,ſiue vt vertere Lxx,Murmuratores,qui murmurabant aduerſum Chriſtum. Id enim eſt γογγύζοντες, vt inquit CYRIL.cùm dicebant,Quadraginta annos nondum habes, & Abrahã vidiſti? conuertentur à Domino. Addidere Lxx de ſuo illam orationem,Linguę balbutientes diſcent loqui pacem.i.linguæ,quæ nihil rectè de Chriſto loquebantur,inquit Cyrillus, diſcẽt legem euangelicam, quæ paraphraſis eſt ex cap. 35. Faciunt enim ex alijs ſcripturæ locis paraphraſim Lxx,ut centies eſt dictum,neque confodienda obelo ſunt, quæ addita ſunt à Lxx viris,alioqui quomodo defendemus euangeliſtas, & Paulum, qui citant addita à Lxx pro diuinis reſpõſis? Magis placet Hilarius,Auguſt.Iren.Epiph.Iuſtinus,& alij veteres patres, qui aſſa
tu ſpiritus ſancti putant eſſe addita,quæ de ſuo addidere Lxx viri, vt dictum eſt in diſputatione de tranſlationibus.

C

IN ESAIAE CAP. XXX.

Duus Hieronymus, Theodor. Procop.hoc initium de reſiduis captiuitatis Babylonicæ interpretantur,qui vt eſt apud Hierem. cap. 46. contra Dei monita petiere Aegyptum. Ego, quòd diſſoluere multa dubia, & nodos multos non poſſum,ſi ita explanetur hoc capitis initium, probo magis aliorũ patrum ſententiam, qui de conſilijs initis aduerſus Dñm illud interpretãtur: & de idolatria Iudæorum,quæ eorũ excluſionis cauſſa fuit,vt dictũ eſt in cap. 2. Eſaiæ ex ſententia Procopij,& aliorũ patrũ.Et quando hoc capite,Iudæorum idolatria accuſatur,vt veteres patres volunt,& toties à prophetis excluſionis Iudæorum idolatria dicitur cauſſa, quoties enim præſignificatur Iudæorum excluſio literis propheticis, ſubijcitur peccatũ idolatrię, & auaritiæ,quòd hæc duo crimina potiſsimùm Iudæis hoc tantum peperere malum,altiùs re-
D petendum videtur huius mali initium,& huius criminis grauitas ponenda ante oculos, quanta tamen maxima breuitate dici poterit.Ex Ezechiele cap.20.intelliges, vt alia innumera prophetarum loca miſſa faciam,iam indè ab Aegypto Iudæos fuiſſe rebelles, ad idolatriam propenſos,& voluiſſe Dñm adhuc in Aegypto, antequam eos ſeruitute aſſereret, eos conterere, quòd à Deo admoniti, vt ab idolorũ cultu abſtinerent,noluere. Perſtitere ſemper in incepto in deſerto, in terra promiſsionis vſque ad captiuitatem Babylonicam. Poſtremò, vt eodem cap.Ezechielis leges,petiere à Domino vt ſe miſſos faceret,velle ſe,vt cæteras gentes eſſe Dei ſui legibus ſolutos,& idolis ſeruire.Ita ſemper detrectabant iugum Domini,rebelles, & negabant ſe velle Deo ſeruire,ad idolorum cultum propenſi, & retẽti ſunt à Dño vſq; ad Chriſtũ, vnde ipſe dixit Eſaiæ primo,Laboraui ſuſtinens. Poſt captiuitatem Babylonicam hoc malum multò magis increbuit apud Iudæos.Nam vt leges apud Ioſeph.lib.12. Iudaicę antiq. à cap.9. vſque ad finem libri,& toto lib.13. & lib.1. Machab. quod verbis à Dño petebant Iudæi apud Ezechielẽ cap.20.velle ſe degere vitam vt cæterę gentes,legibus Dei ſui ſolutos, & idolis ſeruire re

uire re ipſa præſtitere Iudæi innumerabiles: non ſolùm enim diſceſſere à Dño, ſed etiã perpu- A
lere Antiochũ, vt abduceret à religione Dei omnẽ gentẽ Iudæorũ, & ad illorũ cultũ traduceret, & illorũ impulſu Antiochus templũ Dñi vaſtauit, & idolis polluit, & idolorũ cultu, Hieroſolyma & vrbeis Iudææ diruit, in Iudæos maximas edidit ſtrages, quas locis citatis leges. Vnde impij Iudæi & idolatræ ſæuiebãt multò magis in pios Iudæos, quam milites Antiochi. Itaq; ante captiuitatem Babylonicam cap. 11. apud Ezechielem ſe Iudæi adhortabantur mutuò, vt recederent à Dño, & cap. 20. petunt vt eos relinquat Dñs. Poſt captiuitatem id re præſtant, neque ſolum ipſi à Domino diſcedere volunt, ſed per Antiochũ cæteros cogere conantur, vt à Domino ad idola deficiant, & nationes admirabantur, & ſuſpiciebant, millies à Domino admoniti, ne confugerent ad Aegyptios, ad Aſſyrios, ad nationes idolatras, ſed à Domino opem petant, & ſic fore vt ſemper illis benè cedat, ſemper illis Dominus opituletur: ſin ſecùs fecerint, futurum vt ſemper pœnas luant grauiſsimas. Toties ſic admoniti à Domino: non reſipuere tamen, ſemper à nationibus infidelibus auxilia petebant, propenſi ad idola. Cùm ergo tam peruicaces eſſent Iudæi, iam inde ab initio vſq; ad Domini aduentum, & iugum Domini ſemper detrectarint, & contenderint à Dño diſcedere, & præ ſe tulerint ſemper inuitos ſe ſeruire Do- B
mino, & in domo Domini eſſe inuitos, tulit illos Dominus vſque ad Chriſtum, & non paſſus eſt eos diſcedere, poſteà excluſit eos tandem, & hæc cauſſa eſt quam innuunt veteres patres, cùm aiunt idolatriã cauſſam fuiſſe excluſionis Iudæorũ, & auaritiam, quòd ea cauſſa admirabantur nationes & idola gentiũ, quòd videbant eas imperioſas, & potentiſſ. et præoptabãt potiùs imperia & opes, quam Dei gratiã. Aduerſum hæc idola, & aduerſum eos Iudæos, qui à nationib⁹ infidelibus opem petũt hoc caput eſt, de ſententia veterum patrum, vt iam apparebit.

D. HIERONYMVS.

Væ filij deſertores, dicit Dñs vt facere tis conſilium & non ex me.

LXX VIRI.

Væ filij apoſtatæ, hæc dicit Dominus, & feciſtis cõſilium nõ per me.

PROCOP. quanquam (vt dixi) de reſiduis captiuitatis Babylonicæ hoc interpretetur, qui Aegyptum petierè contra Dei monita, ſubiungit: Quidam vero de ijs, qui aduerſum Chriſtum iniere conſilia, hęc dicta putant, quique deliberauere in concilio, & non de re Domini, dixereque: Hic eſt hæres, &: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? CYRIL. de ijſdem conſilijs initis aduerſum Dominum interpretatur. Si dimittimus illum ſic, venient Romani, & tollent gentem noſtram, &: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo. AMBR. in pſal. 39. ſub principium, de illis interpretatur, qui authorem propriæ ſalutis negauerunt, & occiderũt, vt referre videtur IREN. lib. 4. cap. 34. & Lxx viri qui addidere: Væ filij apoſtatæ, qui apoſtatauerunt à Domino, & dixerunt, Non habemus regem niſi Cęſarem, & Hebraicè eſt, סרים i. deficientes à Domino, ſcilicet ad reges terrenos. Quod vt dixi, Iudæi iã ab Aegypti exitu detrectabant Domini iugum, & deficere à lege Domini conabantur, retinuit eos Dominus vſque ad Chriſtum, vndè cap. 1. Eſaias, Laboraui ſuſtinens. C

D. HIERONYMVS

Et ordiremini telam, et non per ſpiritum meũ, vt adderetis peccatũ ſuper peccatũ.

LXX VIRI

Et pactum non per ſpiritũ meũ, addere peccata ſuper peccata. D

CYRIL. apoſtatæ itaque ſunt Iudæi, tam nefariorum & impiorum conſiliorum magiſtri, peccatum peccatis addentes. Interfecerũt enim prophetas ſanctos, deindè etiam ipſum hæredem, vt eſt apud Matth. cap. 23. Ecce ego mitto ad vos prophetas, ſapientes, & ſcribas. Si Græca & Hebræa verba excutiamus, huc magis ſpectare videntur, quàm ad reliquias captiuitatis Babylonicę, quæ ſe contra Dei iuſſa in Aegyptum recepere. Nam quod D. Hieronymus vertit, Ordiremini telam, Iudæi interpretantur, tegeretis tegumentum, operiretis operimentum. i. ſecreta & arcana conſilia occultaretis, quòd נסך, celare ſignificat, & tegere, & occultare, & clàm omneis facere aliquid, vndè occultatio ſecreta מסכה, quam clàm omneis eſſe volumus. Te rogo ergo quæ conſilia fuere apud Hieremiam cap. 42. 43. 44. vbi reſidui captiuitatis Babylonicæ Aegyptum petunt, Iudæorum occulta & ſecreta? An non publico conſilio itũ ad Hieremiam eſt? vt à Domino quæreret Hieremias, peteréntne Aegyptum an non? Quid? ac cepto

A cepto reſponſo diuino, non vno ore reſponſum eſt à Iudæis eundum eſſe in Aegyptum contrà, quàm Deus iubebat? An non publicum hoc fuit cõſilium? Quæ hic ſecreta conſultatio, quæ arcana conſilia agnoſcas? Si hæc ita interpretere vt Iudæi, agnoſces arcana conſilia apud Matth. cap. 28. clàm omnes initũ conſilium eſt de corrumpendis cuſtodibus grandi pecunia. neque clàm modò hoc conſilium initum eſt, ſed factum, celatũ eſt magna cura. Ergo tralationem D. Hieronymi interpretabimur: Ordiremini telam. Nam hoc verbum Hebræum ſignificat. i. texeretis fraudes & dolos: vt celaretis Chriſti reſurrectionem. Et non per ſpiritũ meum, ſed per ſpiritum dæmonis, & hoc peccatum adderetis peccato illi maximo, quo regem glorię cruce affeciſtis. Quid? interpretatio Lxx virorum non huc ſpectat? Feciſtis pactũ, non per ſpiritum meum. In itione in Aegyptum apud Hieremiam non video Iudæos depactos quidquã cum quopiam: video in literis euangelicis principes & ſacerdotes pactionem hanc depactos cum Iuda. Quid vultis mihi dare, & eum vobis tradam? Video eoſdem depactos cum cuſtodibus de grandi pecunia, vt hanc rem tectam & tacitam velint apud Matth. cap. 28. Video pecca-
B to illi nefando, quo regem gloriæ cruci ſuffixere, additum hoc peccatũ, quo corrupere cuſtodes, & alia multa peccata, quibus Chriſtum & Chriſtianos perſequebantur. Verba autem Hebræa rabi Dauid explanat etiam hoc modo, Vt ponerent ſuper ſe principes, nam נסך, principẽ cõſtituere eſt, & נסך מסכה, ponere principatum. Verba ergo illa, Vt ordiremini telam, quę Lxx ſunt interpretati, vt pactum faceretis, reddere quoque poſſumus vt transfert R. D. vt poneretis principatum, & non ex me, quod ſi ſic vertas an non conuenit cum illo: Nõ habemus regem niſi Cæſarem? & cum illo: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris? Non delegere ſibi regem Cæſarem potius quam Chriſtum? quocunque ergo modo hæc interpreteris ad Chriſtum ſpectant. Adhibendus ſemper canon ille eſt, quando oratio vna plura ſignificet, quę rei de qua agitur congruant, omnia illa ab ſpiritu ſancto eſſe ſignificata. Nam ſi illa omnia intelle ctus humanus aſſequitur, illa, & plura ſpiritus ſanctus intellexit, cum ea dixit. ATHAN. lib. 1. de Trinitate, & lib. 2. de ſpiritu ſancto & CYRILL. de expoſitione fidei hunc locum citant, & eo ſignificari aiunt perſonam patris, & ſpiritus ſancti.

D. HIERONYMVS.

C *Qui ambulatis, vt aſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperãtes auxilium in fortitudine Phaaronis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Phaaonis in confuſione, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam.*

LXX VIRI.

Euntes deſcendere in Aegyptum me autem non interrogauerunt, vt auxilium acciperent a Pharaone, & vt protegerẽt ab Aegyptijs, erit enim vobis protectio Pharaonis in confuſionem, & confidentibus in Aegyptum opprobrium.

IAm hoc loco, & noſtri, & Iudæi citra cõtrouerſiã putant præſignificari, reliquias captiuitatis Babylonicæ ſe recepturas in Aegyptum contra diuina reſponſa: ſed bene D. CHRYS. in cap. 2. Geneſ. in illa verba: Et plantauit Deus hortum in Edem, homil. 13. hunc canonem præſcribit, ſemper ſcriptura, quod nos docere vult, ſeipſam exponit & auditorẽ errare non ſinit: quod facit hoc loco, ſubijcit enim, Os meum non interrogaſtis, quę verba non ſinunt hæc re-
D ferri ad reliquias captiuitatis Babylonicę, quę petunt Aegyptum, Hierem. cap. 42. 43. 44. Nam reliquię illę interrogauerunt Dominum per Hierem. Poſtea vero contra Dei monita petiere Aegyptum. En quo modo ſcriptura auditorem errare nõ ſinat, vt inquit CHRYS? En quod Hilarius nos docet ſemper ſcripturam aliquid attexere, quo impediat, ne vaticinia referãtur eò quod prima facie apparet, ſed alium ſenſum quęrere cogat. Certè, os meum non interrogaſtis, reliquijs captiuitatis Babylonicæ nõ conuenit. Nugator ille, qui ſuos cętones farſit, quos intertexuit ſcriptis Cyrilli, de quo ſuprà diximus, valeat cum ſuis commentarijs, quibus nobis fucum facere conabatur. Puto ergo huius loci eſſe ſenſum, Nõ nouum eſt quod nũc à Domino defecerint Iudęi & dixerint: Non habemus regem niſi Cęſarẽ, & ſi magis Cęſare, quã Deo fuerint, nã iã olim hoc peccato laborant Iudęi, quoties premũtur aliquo bello confugiũt potius ad Aegyptios, aut Aſſyrios quam ad Deum: & caſtigati centies hac cauſa à Domino, & admoniti, vt à Deo petant auxilium, non à principibus terrenis, nunquã reſipuere. Ergo qui ambulatis, vt deſcendatis in Aegyptum. i. non mirum eſt ſi nunc à me deficiatis, & regem Cę-

sarem petatis,nam hic iam est mos vester, vt descendatis in Aegyptũ,& os meum non inter- A
rogetis.i.me non cõsulatis,nec à me petatis auxilium,sed potius spes vestras in fortitudine regis Aegyptij sitas habeatis,& habeatis fiduciam in Aegypto,quę vmbra est, & nihil opis vobis adferre potest, quod vobis cedet in magnum dedecus. significat enim vastãdos esse quod fisi fuerint imperatore Romano,potiusquã Deo.Ita hęc confirmant potius sententiam Cyril. & Ambrosij,& aliorum patrum quam eam subuertant.

D. HIERONYMVS.

Ferant enim in Taphnis principes tui & nuncij tui vsque ad Thanes peruenerãt,omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit, non fuerunt in auxilium & in aliquam utilitatem, sed in confusionem & in opprobrium.

LXX VIRI.

Quia sunt in Thanis principes, angeli mali frustra laborabunt ad populum, qui non proderit eis, nec in auxilium nec in vtilitatem, sed in confusionem & B
opprobrium.

HOrum verborum sensus ex superioribus pendet. Dictum est autem superioribus verbis,petitis opem Iudæi quoties impendet vobis aliqua calamitas,nõ à me,sed à regibus & principibus terrenis quod sæpè vos per prophetas vetui facere,& monui, ne fideretis viribus humanis,sed Dei auxilio, futurũmque dixi, si hoc faceretis vt omnium arma contemneretis & vos mihi nunquam habuistis fidem,nunquam credidistis,ad quod exemplum,nunc Cæsari magis fiditis quam mihi,cum dicitis:Non habemus regem nisi Cęsarem.Si hunc dimittis non es amic⁹ Cæsaris:&,Si hũc dimittimus,venient Romani,&c.Atqui satis ego vos monueram si reges humanos contemneretis, & mihi fideretis, vos contrituros esse omnium arma. Hæc eadem sententia est interpretationis D. Hieronymi nec aliud quicquam dicitur, quam hoc,quod dictum erat superioribus verbis.Ierãt,ô Iudæa,principes tui, tui legati principes viri quos tu mittebas legatos in Taphnis vrbem Aegyptiam, & nuncij tui vsque ad Thanes aliam Aegypti vrbem peruenerunt, missi à te.s.legati vt ab eis peteres opem,non à Deo cum C
non necesse haberes tot peragrare terras & tãtum subire laboris.Omnes confusi sunt.i. vidisti punitos à me Iudæos hac causa, & affectos ignominia, nec populum Aegyptium aut Assyriũ illis profuisse & toties castigati non resipuistis,sed potius dixistis, Non habemus regẽ nisi Cæsarem. Dicitur hoc manifestius iuxta tralationem Lxx virorum,cum enim hæc superioribus verbis sint dicta, nunc quoniam Iudæi, vt patet ex omnibus scripturæ locis, quoties vtebantur auxilio terrenorum principum, simul illorum adorabant Idola, & deos: docet Dominus se quoque huius erroris Iudæos admonuisse, & Iudæos hoc nomine castigasse,atque adeò castigaturum, quod sat esse debuisset Iudæis,vidisse temporibus Mosis contritos à se esse Aegyptiorum deos tot plagis,vt saperent,nec opem à dijs Aegyptiorum peterent,quos à Mose tot plagis contritos viderent, & ex Aegyptiorum numinibus discerent contemnenda idola gentium omnũ,& ex Aegyptijs intelligerent Romanos & alias omnes gentes contemnendas, si Deum haberent propitium. Hunc esse huius loci sensum iuxta tralationem Lxx virorum discęs ex IVSTIN.philosopho martyre in dialogo aduersus Tryphonem Iudæum,vbi ait, vt intelligas angelos malos tenuisse Aegyptum,citabo tibi testem Esaiam,qui angelos malos habi D
tasse in Tanai regione Aegypti ait his verbis:Quia sunt in Tanai principes angeli mali.Et subiungit idem Iustinus eos angelos malos ab Esaia hic significari, qui magis Pharaonis ferebant opem, vt quædam ederent miracula,& cum Mose contenderent, cum Moses Domini iussu Aegyptum percussit tot illis plagis, & huc etiam respexisse Esaiam, testatur etiam Procopius & ego plurimum fidei habendum censui Lxx viris,qui tribus sęculis ante Christi tępora huc respexere, & Iustinus & cæteri qui proximi temporibus apostolorum ad nos transmittunt intellectum scripturæ quem ab apostolis acceperant. Erit ergo sensus,principes Aegyptij .i. principes terreni (posuit enim principes Aegyptios pro omnibus gentium principibus per synedochen,ex vno plures,ex parte totum)erunt vobis in confusionem & opprobrium,erũt vobis causa vastitatis,& vitæ ignominiosæ,quam in æternum viuetis post Christi crucem,& frustra laborabunt Iudęi,frustra vos laborabitis mittẽdis legationibus ad Romanos,de quib⁹ plurima Iosephus.Ad populum qui nõ proderit vobis,ad Romanos, qui tantum aberit vt vobis prosit

A bis prosit vt vos vastet iussu Domini,nec erit vobis in auxilium, aut in vtilitatem, sed in confusionẽ.Mille enim ignominijs Iudæos affecere Romani,quia sunt in Tanis apud Aegyptios .i. apud Romanos,Ponit eñ Tanis pro omni natione infideli,principes angeli mali.i. dij sunt ijdem dæmones quos contriuit apud Tanin Moses olim, vndẽ discere poteratis nullam illis esse vim vt vobis possent prodesse. Nam צֹעַן Soan vocem Hebræam,quã D.Hieronymus reddit Thaphnis,semper Lxx viri reddunt Tanin. vbi Moses superauit Magos Pharaonis, vt bis psalmo 78.cuius initium est, Attendite populę meus. & Psalm. 18.& hoc loco vt eadem regio significętur à Mose & ab Esaia, & ijdem angeli mali sint, quos Moses contriuit & quos nunc describit Esaias,vt cõterendos etiam significet post crucem Domini & gẽtes, quę eos adorãt. quibus cum se Iudæi adiungent, significat Iudæos, eadem inuoluendos ruina, signum enim erat aduentus Christi, Idolorum ruina, quæ ruisse videmus statim post Christi aduentum, lectio Hebræa huic sententiæ non repugnat, quin vna littera mutata, eam clara voce personat. Est ergo lectio Hebræa.

impietatis angeli ei⁹ Tanis sunt
peruenerunt impij Thanes nuncij ei⁹ & principes ei⁹ Thaphnis in fuere Qm

B Verti ergo potest lectio Hebræa vna mutata litera ad verbum. Quoniam fuerunt in Thanis principes eius,& angeli eius impij, aut impietatis .i. principes eius fuere in Tanis angeli impietatis hoc est dæmones & Angeli mali sunt dij Aegyptiorũ idem .s.qui fuerunt in Tanis aduersum Mosen .s.quos ille contriuit, quomodo illos mihi anteponitis? nã coniunctio, &, apud Hæbræos frequentissime pro ornamento ponitur & nihil significat. Et vna littera in alterã mutatur etiam frequentissime, vt dictum est suprà in disputatione de tralationibus.Adiuuat hanc lectionem & sententiam quod vrbis huius Chanes vel Hanes pro qua D.Hieronymus reddit Thanes mentio nulla est in sacris litteris, vt in commentarijs nos docet D. Hieronymus, nec alibi vsquã, & Iudæi ipsi fatentur huius legationis quam interpretantur reliquias captiuitatis Babylonicæ ad regem Aegyptium mississe, nullam prorsus extare mentionem,vt pro hanes benè Lxx legerint Haneph .i. impietatis, angeli impietatis.Nam D.Hieronymus addit de suo,vsque ad,quod sermo Hebręus est cõcisus & breuis & si vrbis nomen facias hoc verbum Hebræum, illas duas voces supplere habeas necesse,
C & verbũ sequens יגיעו ,peruenerũt,necesse habes facere finẽ sententiæ, quod fecit D.Hieron. Lxx viri illud fecere initiũ sentẽtiæ sequentis, Peruenere,omnis cõfusus est super populo qui non proderunt eis, sic enim ad verbum reddes lectionem Hebręam.i.peruenere Iudęi in Aegyptum & omnis populus Iudæorum confusus est super populo Aegyptiorum, qui non proderunt:qui non proderit eis.i.qui erit eis causa vastitatis vt suprà sumus interpretati. Ideo eñ permisit Dominus,vt suprà dixi,vastari templum & Hierosolyma & vrbes Iudææ ab Antiocho & eius successoribus centies,quod innumerabiles Iudæi deserebant religionem & ad auxilia terrenorum principum confugiebant,quin si apud Iosephum & in Machabęorum libris hanc historiam legeris sic reperies Iudam Maccabæum, postea Ionatham, postremo Simonẽ Maccabęũ post res gestas admirabiles, post plurimas ope diuina partas victorias, vt horũ qui libet fœdus fecit cum Romanis,statim fuisse occisos, vt Moses postquam dubitauit an petra aquam esset datura, vetitus est intrare terram promissionis.

D. HIERONYMVS.

D *Onus iumentorum austri in terra tribulationis, & angustiæ, leæna & leo, ex eis vipera & regulus volans,portãtes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum Camelorũ thesauros suos,ad populum qui eis prodesse nõ poterat: Ægyptus enim eis vane auxiliabitur.*

LXX VIRI.

Visio quadrupedum,quæ in deserto,in tribulatiõe & angustia, leo & & catulus leonis inde, & aspides & genimina aspidum volantiũ, quæ ferebant super asinos & Camelos diuitias suas ad gentẽ, quæ nõ proderit eis in auxilium, sed in confusionem & opprobriũ,in casum & frustra vos iuuabunt Aegyptij.

IVdæi omnes consentiunt hoc vaticinium esse de feris quas incurrere Iudæi, qui post Hierosolyma à Babylonijs euersa contra Dei iussa petiere Aegyptum.quæ sententia prima facie blã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cio blanditur, & ita nostri, deserta veterum patrum via, iam fere eam sequuntur. Sed si expendas singula, reperias multa inter se mutuo pugnātia. VATAB. & ISIDOR. Clarius bestias aiūt hic nominari, in quas incidere legati, qui Aegyptum petebant. Mitto illud quod suprà dictū est, quod Iudæi fatentur huius legationis nullam factam in sacris litteris mentionem: mitto hoc quod cōfessum est. Si legati in has incidere feras, in leones, læas, regulos, & venenatas viperas ab his conficerentur, nec in Aegyptum peruenissent, fac peruenisse quod fieri nullo modo potuit, rursus eisdem se periculis obijcerent? eadem superassent pericula? quorsum Deus illa obiecisset illis mala? an vt putarent se, Deo inuito, illa superasse? quid? Iudæi tanto periculo non deterrentur à proposita sententia? Tantum numerum putas aut legatorum fuisse, aut reliquiarum adeò captiuitatis Babylonicæ, vt obiecti feris à Domino, ab his non lacerarentur? si Dominus non minatus esset eis hæc mala, sed opem esset pollicitus, non dubito quin hæc & multò maiora mala superassent, obijcit eos Dominus his malis & non referunt pedem? & imperterriti ea subeunt? & superant? credibile non est. Nā Iudæi qui petiere Aegyptum, cum primum sensere mala quæ prædixerat Hieremias futura si Aegyptum peterent, sibi consuluere fuga in Iudæam. cur cum in medio itinere experiuntur vera vaticinia, non sibi consulunt, & repetunt suas vrbes & suam patriam? Hieremias præterea cap. 42. & 43. vaticinatur mala quæ Iudæos erant exceptura, si Aegyptum peterent, & perituros ait fame, peste, & gladio. Cur leonum, regulorum & harum pestium non meminit? nec cum historiam narrat, harum rerum facit mentionem? Et certe prophetæ ea prædicere potissimum mala solent, quæ rerum euentus solet comprobare, an minutula mala hæc erant, vt earum rerum feciſſe mentionem non oportuerit? atqui prophetia cum scopum habet vt rerum præsignificet euenta, non spectat vtrum magna res sit an parua. Nec apud Hieremiam petitur Aegyptus per desertum his tot malis infestum, nec via ex Iudæa in Aegyptum est his infesta malis, quæ peruia est omnibus & tuta, vt discres ex Pomponio, Strabone, & alijs Gēographis. Quod si hos adire piget an non liquet ex Geneseos cap. 40. & sequētibus, vbi filij Iacob ex terra Canaan quæ posteà Iudæa est appellata, cum asinis Aegyptum petant, & toties eunt, redeuntque viam illam tutò asinis frumento onustis, nulli leones obuij, nulli reguli, animalia venenata nulla, nec mētio est vlla rei huius aut in sacris litteris aut alibi vsquam, nec quisquam prodidit vsquam hanc regionē his pestibus infestam. & sæpè à veteribus patribus hæc sunt peragrata loca & meminissent sacræ litteræ si hæc loca his essent infesta malis. Et eo tēpore multo minus esse bestijs infesta oportebat, quod frequentior viatoribus illa via esset facta & loca illa habitatoribus magis celebria: sed aiūt vergere ad meridiē Hierosolyma vrbē, & ideo per loca inculta & deserta se penetrasse Iudæos ad Aegyptū. Quas (malum) cudunt tenebras Iudæi? an non recta, tuta, patens via est Hierosolymis in Aegyptum? Hierosolyma tandem vergit ad meridiem, nō erat post Hyerosolyma ad meridiem versus regnūm Israel. Aiunt per deserta loca infra Arabiam Petræam petijsse eos Aegyptum, quid? ea parte nesciunt imperitissimi homines interiacere rubrum mare, quod ad Arabiam Petræam pertinet? quomodo traijciunt mare rubrum cum asinis & camelis onustis? an scidit se mare rubrum vt illis esset peruium, vt olim Mosi? Vidit hoc D. Hieronymus, Procopius, Theodoretus, qui cum vsq; adhuc, Iudæorum sententiam non improbassent, iam ex hoc loco ab illis disident. Vident enim hæc tot inter se pugnantia frontibus aduersis. Nō erat ergo cur PAGN. & VATAB. hoc loco multa scripturæ verba adderent vt sensum Iudæorum sensum sacrū facerent.

Ergo nostrorum sententiam subiungamus, quando ostendimus Iudæorum interpretationem huius loci, quæ prima facie blanditur, postquam ad rem ventum est, & ad historiam, cū rebus gestis non posse cohærere. Nostrorum plerique hæc ad spiritaleis nequitię potestates referūt, quæ sententia à quibusdam exploditur, quod iniqui iudices aduersus nos sumus, nostra, indicta causa, damnamus: quidquid non humi repit, quidquid non præfert terrena & nostra: quidquid sapit cœlestia, allegoricum putamus. Ferè cum Marcionistis quidam in litteris sacris respuunt quidquid terrenum non est: Ergo obseruandus est ille Mos scripturæ, quoties prophetæ præsignificent aliquid obscurè, & breuiter, illud idem sequenti vaticinio latius fundere & planius dicere. Dixerat Esaias iuxta tralationem Lxx virorum, angelos mālos in Aegyptios habere imperium. videtur nunc subiungere & repetere idem oraculum de ijsdem angelis malis qui præsidebant Aegyptijs, & ijs qui spectabant ad austrum, vnde Iudæi opem petebant, vt Iudæos ad veram religionem reuocet, ne ab infidelibus nationibus opem petant neue falsa, nu-

falsa numina colant, quos angelos malos esse propheta declarat, ne colant portenta quæ cæteræ nationes venerabantur, quod impium Iudæorum vulgus faciebat & reges impij: petebant Iudæi à nationibus infidelibus opem & illorum colebant numina falsa, quod facit etiam populus residuus captiuitatis Babylonicæ apud Hieremiam cap. 44. faciunt post captiuitatē Babylonicam innumerabiles Iudæi & instant apud Antiochū, vt prorsus deleat templum Iudæorum & religionē Iudęorum: idque non solū apud Antiochū, sed apud eius successores, & impiorum horum Iudæorū impulsu penè ab illis est vastata Iudæa. Sic ORIG. in cap. Ieuit. 16. cum disputat de spiritalibus bestijs. Sic CYRILL. in eundem locum: Sic PROCOP. cum eum locum explanat. Hebræa lectio hanc veram interpretationem arguit quod Hebraicè est Behemoth, quę vox iumenta, & quadrupedes significat, vt vertit D. Hieronymus. Tamē princeps dæmoniorum hoc nomine appellatur, vt pluribus dictum est in cap. 27. in illa verba: Super leuiathan serpentem vectem. Cum ergo princeps tenebrarum dicatur behemoth, regnareque inter Aegyptios, & Aethiopas, & infideleis nationes, iam hoc argumentum est, agi hic de potestatibus tenebrarum vt intelligant impij Iudęi, qui ea numina colunt, se potestates tenebrarum anteferre vero Deo. Pro, austro. i. regione meridiana, posuere Lxx desertū, quod vt ait Procop. deserta illa loca tenebant behemoth. i. bestiæ, & quadrupedes, & iumenta, hoc enim nomine appellatur Satan ea causa, qua dictum est loco citato, bestia, & bestiæ numero multitudinis, siue iumenta, siue quadrupedes: Ne tradas bestijs animas confitenteis tibi. Tenet ergo Satan deserta illa loca, & orbata cœlestibus bonis. Vnde PROCOP. sequentia verba sic explanat, In terra tribulationis, & angustiæ. i. apud Aegyptios, & Aethiopas, & infideleis, vndè auxilium petitis, qui vitijs scatent quibus mentes hominum inquinatæ, afflictæ, & miseræ, sunt dira dæmonum tyrannide oppressæ, vt meritò dicatur, terra tribulationis, & angustiæ. Leæna, & leo, subaudit PROCOP. de sentētia quorundam Theologorum, cōluntur pro numinibus, vt sit totum: prophetia behemoth. i. prophetia principis tenebrarum, vel onus. i. prophetia iumentorum, siue bestiarum. i. Sathanæ, qui iumenta, & bestiæ, nominatur, vt pluribus scriptum leges in principiū cap. 27. Austri, terræ australis, Aegypti, & Aethiopiæ in terra angustię, in terra dæmonū tyrannide obsessa, leæna, & leo colūtur pro numinibus, ꝙ docet HEROD. in Euterpe, feras apud Aegyptios pro numinib⁹ coli. Deindè: Ex eis vipera, & regul⁹ volans. i. postquā in hæc mala impegere Aegyptij, vt pro Dijs haberent feras, ex ijs malis in alia ruerunt mala, vt pennatas serpentes, viperas venenatas, & id genus alias pesteis pro numinibus venerarentur, quod in eadem Euterpe docet Herodotus, docent omnes alij scriptores ꝙ sub his figuris aērias potestates tenebrarum colerent, quæ se sub his figuris illis sistebant. Vndè draconem colebant Epidaurij pro Aesculapio, quod dæmon se sistebat illis figura draconis: & Iupiter Ammon, quod indueret figuram capri, & sic appareret hominibus (vt docet Herodotus) nam ammun lingua Aegyptia caper dicitur, vt sit sensus prophetę, potestates tenebrarum coli apud Aegyptios sub figura leonum, læarum serpentium, ad quas potestates tenebrarum Iudæi camelis, & asinis argentea, & aurea deferant dona, quæ illis tanquam Dis offerant. Et PROCOP. quidem sic explanat: Onus iumentorum, aut visio quadrupedū, quod idē est, vt suprà centies est dictum. i. prophetia quadrupedū, quas pro numinibus colit Aegypt⁹, vt leges apud Herodotum in Euterpe & apud omnes scriptores. Et in eremo, siue in deserto. i. in Aegypto, quæ deserta erat bonis cælestibus & orbata ideòq; desertū dicta, quod expers sit rerū diuinarū, non culta aratro cęlesti nec spiritalibus pluuijs irrigua, infesta animātibus venenatis. i. vitijs furoris, & insaniæ dæmonū plena, quos in tribulatione, & angustia animarū pro dijs colebat, ad quos diuitias suas asinis, & camelis deportabāt Iudęi. Nam mentis recessus Aegyptiorum erroribus tradebant, vndè deportare asinis & camelis opes dicuntur. i. mentis recessus dæmonibus offerre degenerantes in camelos, & in asinos obbrutescentes, quia non intellexit homo in quanto honore esset, & factus est similis iumentis. ORIG. in Ieuit. cap. 16. homil. 16. de spiritalibus etiam bestijs hæc explanat, quanquā aliquāto secus his verbis: Quod si adhuc plures bestias vis discere, docebit te Esaias propheta, qui sub visione, quā attitulauit quadrupedum in deserto, hæc ait: In tribulatione leo, &c. nunquid vllo modo videri possint hæc de corporalibus bestijs dicta, etiam ijs qui valde amici sunt litteræ? quomodo leo, & catulus leonis, vel aspides volantes possint super camelos, & asinos portare diuitias suas? sed euidenter aērias potestates dæmonum pessimorū, propheta, spiritu sancto repletus, enumerat, eosque collocare diuitias deceptionum suarum super animas stolidas, peruersasq; dicit, quas

asinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

asinis comparat, & camelis tortuosis. Et in Lucam idē ORIG. de eo quod à discipulis pullus A
asinæ solutus est, ita hunc eundem locum explanat, & appellat peccata, & vitia hominū, diuitias aspidum. Et scias tu aspidem serpentem venenatā esse maximè, quæ tenui morsu, sine sensu & dolore, suaui somno hominem morte resoluit, cui peccata comparat, quæ cum voluptate animam necant. Monetque idem Origenes, vt vnusquisq; nostrū consideret quantas opes aspidū ante portauerit, diuitiasque bestiarū in animo suo, vt peccare abstineat. Et in Ioann. tomo 11. in illud: Super quem nemo hominum sedit, quando quidem (inquit) diuitiæ aduersariarum potestatum apud Esaiam super asinos, & camelos ferri dicuntur in tribulatione, & angustia. CYRILL. in Ieuit. lib. 16. interpretans illud: Exterminabo bestias malas de terra, hæc verba Origenis ad verbum est mutuatus. Ergo Origenes sic hunc locum interpretatur, In terra tribulationis, & angustiæ, in Aegypto vbi miseræ sunt animæ & infœlices, contrariæ potestates & ex eis vipera, & regulus. i. aliæ potestates contrariæ, quæ tetrum virus infundant in animos hominum. Portantes super humeros iumentorum, hominum, quos faciunt degenerare in iumenta, diuitias suas, flagitia terra, & libidines: & suprà gibbum Camelorum, super homines, B
qui degenerarunt in camelos, qui sufferunt multum laboris, vt aceruent opes, thesauros suos, crimina, scelera. Ad populum qui eis prodesse nō poterat, ad alios homines, quibus suam stultitiam affricant, quod eis commodo non erit sed magno malo, quod non solum fuerint flagitiosi, sed alios ad peccata pertraxerint. THEODOR. eodē modo hunc locum enodat, quo D. Hieronymus cuius sentētiā leges in commētarijs, ne hoc opus in infinitum excrescat.

D. HIERONYMVS

Ægyptus frustra & vane auxiliabitur, ideo clamaui superhoc superbia tā tum est, quiesce.

LXX VIRI.

Aegyptij, inania & vana proderunt vobis, annuncia eis, quia vana consolatio vestra hæc.

VErba Hebræa ad verbum sic verti possunt, Ideo nunciaui ad hoc fortitudo

ipsis Fortitudo ad hoc nunciaui Ideo
לָכֵן קָרָאתִי לָזֹאת רַהַב הֵם

ipsis, subaudi, regis Aegyptiorum. Quod suprà dixerat propheta, Aegyptus ei vane auxiliabi C
tur, frustra Aegyptus & regna terræ auxiliabuntur vobis, & eorum falsa numina vana vobis ferent auxilia, quando vos ego perdere voluero. subijcit nūc & ideo clamaui ad ipsos millies per prophetas, clamaui ad Iudæos. s. quod fortitudo Aegypti & principum terrenorum (ponit enim Aegyptum pro regibus omnibus infidelibus, vt dictum est) ad hoc, ad vana, erit vobis, & quod Hebræa lectio plane hoc sonat, ideo nūciaui, per prophetas. s. ad hoc, quod ad hoc, ad vana & inania. s. fortitudo Aegyptij & aliorum regnorum erit ipsis Iudeis. i. monui ipsos q̄ frustra confugient ad terrenos reges, quando ego ipsos castigare voluero, Non resipuere tamē centies admoniti sed ad Romanos confugere vt vitarent pœnas quas ego eram irrogaturus. Lxx viri faciunt paraphrasim huius sententiæ, Aegyptij inania & vana proderunt. i. reges & imperatores terreni vana & inania vobis ferent auxilia. Annūcia eis, mone ipsos propheta, quia vana consolatio vestra hæc est, quia frustra confugitis ad Cæsarem. Putabant enim prēsidio Romanorum posse se fugere pœnas immanis illius facinoris, quod in Christū admisere. Mone ergo illos, vanam hanc esse illorum consolationem vt caueant malo & recipiant Christum. Nā Romana arma non eos liberabunt. Edidere enim huius loci commentarium & nō D
translationem. Interpretatio D. Hieronymi eodem spectat, Aegyptus frustra & vane auxiliabitur, incassum regna terræ vobis ferent opem; quando ego vos punire voluero, ideo clamaui per prophetas. s. admonēs vos super hoc de hac re, superbia tantum est, omnis regū potentia nihil aliud quam fastus & arrogātia est, nec proderunt vobis, quiesce, persta in lege Dei subditus Deo, sic moniti à Deo, non resipuere tamen & dixere, Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, ita vt Cæsarem Deo anteferrent. PAGNIN. pergit scripturæ verba addere vt ad sensa Iudeorum hæc pertrahat.

D. HIERONYMVS.

Nūc ingressus scribe ea sup buxū et in libro diligēter exara illud, & erit in die nouissimo in testimoniū vsq; in æternū.

LXX VIRI.

Nūc ergo sedēs scribe in buxo hęc, et in libro, quoniā erūt in diei tēp° (vel oportunitatē) et vsq; in ęternū

Lxx viri

A LXX viri verbum illud, quiesce, quod D. Hieronymus tribuit præcedēti orationi, ad hanc retulere, nam pro quiesce Hebraicè est שְׁבֶת, quod verbum significat quiesce & sede, & ita Lxx viri reddidere: Nunc ergo sedēs scribe in buxo hæc, prętermisere verbū בוא, abi, quod D. Hieronymus reddidit ingressus. & quod D. Hieronymus conuenienter Hebraæ lectioni reddidit: Et in libro diligenter exara, omisere, quod quæ geminantur sæpè Lxx sat habent semel dicere vt docet EPIPH. reddūt denique sententiā, Nunc ergo sedēs scribe hæc in buxo & in libro. AMBR. Hexameron lib. 3. interpretans hunc locū, Buxus læuis, inquit, materia est, apta litteris scribendis, simul buxus semper viret, nec vnquā foliis exuitur, admonet te vt semper virtutibus germines. Iubet ergo Dns prophetā Esaiam mandare litteris has prophetias, & chartis prodere summa cura & diligentia: & subiungit causam cur id iubeat, Et erit in die nouissimo. Docent Lxx hoc loco diē nouissimū significare inter alia diem illum quo complenda est prophetia, hic enim prophetiæ finis est: scribi ergo iubentur hęc vt his admoneantur lu dæi tempore aduentus Christi, vt cognoscant Christum. Interpretantur Lxx viri, Nouissimū *Nouissimę dies quid?*
B diē. i. tempus quo cōplenda prophetia est: edidere eā pro nouissimo die יום אחרון, quādo erunt, hæc. s. vt sit totū: Scribe hæc in buxo & in libro, quando erūt. i. ad id tēpus quādo hęc erūt. Sic enim vertere potes verba illa יום אחרון, quando erunt. i. ad id tempus quando erunt, nam Lxx viri sunt cōcisi & breues, quod quanuis Grecè scribāt, vtuntur formis dicendi Hebręis: & quod obscure hoc dixerant, eandē rem aliter interpretantur sic: εἰς χρόνους καιρῶν, quę verba Græca Latinè exprimere non possis. Nam si reddas in diei tempus, non satis eris elocutus quod Grecè significatur, causa est quod καιρὸν, significat quidem tempus, quo res fit, vel facta est, significāt ergo Lxx viri: erunt hæc in tempus illud diei quo hæc fient. Nam Græcè χρόνος, tempus est: καιρὸς, tempus quidem est, sed aliud quoddam tempus quod Latinè explicari nō potest. Quanquam vt ait Quintilian. Latinorum quidam satis significari putarunt, si prius tempus illud. s. quod Græci χρόνον, appellant generale tempus, hoc quod Græci καιρὸν, dicunt, speciale dicerent, quale si dicas nunc, olim, tunc, sub Alexandro, his enim exemplis vtitur Quintilianus. Ergo authore Quintiliano, interpretamur καιρὸν, speciale tempus, sub Alexandro, sub Cæsare, ita tu interpretare καιρὸν, speciale illud tempus sub Christo, vt iubeat hæc scribi Domi-
C nus vt sint tunc testatissima cum fient sub Christo. Ita Lxx seniores hunc locum duobus modis interpretantur, sunt enim commentarij: Erit in nouissimo die. s. quando erunt. i. quando res euenient & ad diei. i. temporis, καιροῦ, speciale illud tempus sub Christo, in testimonium, vt testimonium impertiant Christo, & ita apostoli & euangelistæ propheticis testimonijs sua dicta confirmant, & ipse Dominus, quod testimonia prophetarum CHRYS. in cap. 1. Matthæi homilia 18. insolubilia argumenta esse ait nostræ veritatis, quod suprà dictum est ex Augustino & alijs patribus. Iubentur ergo hæc scribi vt eo tempore quo res erunt & euenient, & eo tempore quo accident, sint in testimonium Domino & euangelistis & apostolis, vt his testimonijs vtantur ad conuertendas gentes. PROCOP. hęc iubentur scribi vt legantur tēpore ipsarum & intelligantur habuisse veros euentus. CYRIL. quoq; eodē modo. Et in æternum. PROC. & CYRIL. vt durent vsque ad consummationem sęculi, quia quod Paulus inquit: Quæcunque scripta sunt, ad nostrā doctrinam scripta sunt.

D. HIERONYMVS.

D *Populus enim ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces filij nolentes audire legem Domini, qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, Loquimini nobis placentia.*

LXX VIRI.

Quia populus incredulus est filij mendaces, qui noluerunt audire legem Dei, dicentes prophetis, ne annuncietis nobis, & visiones videntibus ne loquamini nobis, alia nobis loquimini, & annunciate nobis alterum errorem.

POpulus ad iracundiam prouocans & filij mendaces. verba hęc fateor ad Iudeos referri possunt, ante Christi aduētum tamen cū scripturarum finis sit Christus & ad lucem Euangelicam interpretari scripturam iubeat Canō à maioribus nostris nobis quasi per manus traditus, referēte CLEMEN. Alexandrino. cumq; multo magis hæc verba ad tempora Christi spectent, ad ea nos referamus, quando suprà ostedimus ec-

dimus ecclesię proceres temporibus Christi propinquiores,eo retulisse superiora:Populus ad A
iracundiam prouocans, populus Iudæorum,qui vt suprà dixit,aduersus iracundiam prouocauit sanctum Israel, populus incredulus, vt interpretantur Lxx viri, qui Christo nō credidit.Filij mēdaces,iuxta illud, filij alieni mentiti sunt mihi,filij qui alienati sunt retrorsum & cum mendacio negauerunt Christum,filij nolentes audire legem Domini qui non recepere euangelium quando eis dixere apostoli.Vobis datum erat, &c.sed quādo repudiatis verbum Dei,ecce cōuertimur ad gentes . Qui dicunt videntibus nolite videre,hæc verba sic explanant Lxx, sunt enim fere scholiastę,dicentes prophetis μὴ προφητεύετε ἡμῖν, ne annuncietis nobis,vel ne euangelizetis nobis, quibus verbis nostris auribus tanquam surdis intonant euangelij nomen,& verba Iudęorum repudiantiū euangeliū.Et aspicientibus nolite aspicere,faciunt Lxx huius loci paraphrasim ex Ioelis cap.2.vbi vaticinium est de missione spiritus sancti in apostolos & discipulos Domini,vt docet D.Petrus actorum cap.2.qua paraphrasi nos docent de eadem re hic agi,de qua illic sermo est. Edidere enim καὶ ἔσται τὰ ὁράματα ὑμῶν,Et visiones vidētibus,ne loquamini nobis:vt enim Ioel dixit,Et erit in nouissimis diebus(dicit Dominus) effundam de spiritu B
meo super omnem carnem,& prophetabunt filij vestri,& filiæ vestræ,& iuuenes vestri visiones videbunt. Lxx viri dixere: Ne euangelizetis, & videntibus visiones ne loquamini, quo quid aliud significarunt,quam Iudæos dicturos his filijs Iudæorum, quos prophetaturos Ioel dicit,ne euangelizarent apud se, & ijs iuuenibus Iudæorum, quos Ioel dixerat visuros visiones, ne loquerentur eas?obturauerunt enim aures suas Iudæi cum audirent Stephanum testantem: Ecce video cælos apertos, &c.& Paulum cum narraret vidisse se Christum, & Iacobum & alios:Ne loquamini nobis quod Lxx dixere,pro,nolite aspicere,est idem cum illo act.4.& 5.Vocantes illos denunciauerunt ne omnino loquerentur, nec docerent in nomine Iesu. Loquimini nobis placentia,Lxx interpretantur:Alia nobis loquimini , non euangelium scilicet, neque prænuncietis nobis vastandam esse Iudæam,cessare iam cęremonias Mosis,vt in actis apost.leges.Videte nobis errores: Lxx, Annunciate nobis alterū errorē . i. potius illum errorē narrate nobis.de quo Matt.cap.28.Dicite quod discipuli eius noctu venerunt,& furati sunt eū nobis dormientibus, hoc potius narrate nobisquam Christum resurrexisse.

D. HIERONYMVS.

Auferte à me viam , declinate à me semitam,cesset à facie nostra sanctus Israel.

LXX VIRI. C

Auertite nos à via hac, auferte à nobis semitam hāc, auferte à nobis eloquium Israel.

HAEc verba interprete non egēt,nam:Auferte à me viam,declinate à me semitam,quod Lxx interpretantur: Auertite nos à via hac, auferte à nobis semitam hanc, idem est cum illo actorum postremo: Nam de secta hac notum est nobis,quia vbique ei contradicitur. Videsquomodo respondebāt Iudæi,Auertite à nobis euangelium,& hanc viam legis nouæ. & actorum 5.dicitur, ne omnino loquerentur in nomine Iesu.Cesset à facie nostra sanctus Israel, quod Lxx interpretantur: Auferte à nobis τὸ λογιον τοῦ ἁγιου, quod vertere potes, eloquium,vel euangelium Israel quanquam interpres vertit,verbum Israel, quod erratum adnotat AVG. in Psalm.118,concione 15.vertit tamen, λογιον,eloquium , quod consuetudo ecclesiæ Diuinam scripturam appellat eloquia,vndè,λογιον, euangelium aut Dei sermonem vertere potes, Israel D
.i. Christi.Nam Israel pro Christo poni infrà est dicendum . Neque lectio Hebræa repugnat quæ ad verbum verti potest:Cessare facite à facie nostra sanctum Israel,i.Christum. Nam sanctum Israel dici Christum,ne Iudæi quidem inficiantur. Et videtur esse idem cum illo actorū 4.Signum, quod factum est non possumus negare,sed ne amplius diuulgetur in populum,cōminemur eis,ne vltra loquantur in nomine hoc vlli hominum,quod idem est cum hoc Esaiæ, Cessare facite à facie nostra sanctum Israel:quid enim refert vtrum dixeris:Cessare facite à facie nostra sanctum Israel?an,comminemur ne vltra loquantur vlli hominū in nomine sancti Israelis?

Israel	sanctum	à facie nostra	Cessare facite
יִשְׂרָאֵל	מִפָּנֵינוּ אֶת קְדוֹשׁ		הַשְׁבִּיתוּ

D. HIERONYMVS.

Propterea hæc dicit sanctus Israel,pro eo quod reprobastis verbum hoc,& speraſtis

LXX VIRI.

Propter hoc hæc dicit Dominꝰ sanctus Israel, quia non obediſtis(vel credi

A *nistis in calumnia,et in tumultu, et innixi estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hæc , sicut interruptio cadens, et requisita in muro excelso.*

PRopterea hæc dicit sanctus Israēl: quasi dicat propheta, quia iussistis ne apostoli euangelizarent vobis sanctum Israēl,propterea sanctus Israēl hæc dicit:Pro eo quòd reprobastis verbum hoc.i.quia reprobastis euangelium , quod interpretantur Lxx : Quia non obedistis,vel,non credidistis verbis istis. i. quia non credidistis euangelio , & speraſtis in calumnia, quod Lxx interpretantur,in mendacio,cùm dixistis:Non habemus regem nisi Cæsarē, & speraſtis Cæsaris armis vos posse defendi,etiam si non reciperetis Christū, vel speraſtis in calum-
B nia & mendacio,quoties accessistis ad Dñm tentantes eum,vt caperetis eum in sermone . Hebraicè est בְּלֵלִיָּה, quod verbum D.Hieron.vertit,in tumultu.i. tumultibus,& seditionibus excitandis aduersus apostolos,quod frequentissimè factum esse à Iudæis , Apostolorum acta testantur. Iudæi interpretantur, peruersitate : putabant enim Iudæi sua peruersitate , & malitia posse impedire prædicationem Euangelij: Lxx viri legerunt בְּלָלִיָּה, mutata postrema litera. interpretantur enim,murmure.i.quia speraſtis in mendacio,& murmure. i. detractione de Christo,& murmure aduersum Christum,& mittebas legatos in omneis parteis orbis vt mentirentur & murmurarent aduersum Christum,& docerent genteis blaſphemare nomen Dñi.Et dixi suprà in Disputatione de translationibus, de industria à prophetis relictā duplicem lectionem,vt plura significarent mysteria. PAGN.reluctante lectione Hebræa,ne sit locus interpretationi sanctorum,quorum sententiam suprà retuli, pro calumnia & tumultu,quod vertit D. Hieron.reddidit, Speraſtis in diuitijs ex rapina congregatis. Vbi libenter ab eo quærerem reliquiæ illæ captiuitatis Babylonicæ,de quibus hæc interpretantur, quas haberent , aut saluis rebus habuerint diuitias? quāsue opes congregatas ex rapina?cùm liqueat ex Hierem.cap.42.& C
sequentibus, ignobile vulgus relictum abire liberè quo vellet, & homines tenuiores exutos bonis omnibus , cæteros captiuos ductos , quas ergo diuitias narrat Pagninus? Propterea erit vobis iniquitas hæc,siue,peccatum hoc , sicut interruptio cadens.i.sicut interruptus murus cadens subito,sic enim interpretantur Lxx:Sicut murus cadens subitò.Leges IOSEP.de bello Iudaico lib.6.cap.vlt.& intelliges subitò, & nec opinantes Iudæos oppressos à Romanis , & perisse omneis.Requisita in muro excelso,quod Lxx dixēre:Ciuitate munita capta: interpretātur ergo verbū illud,requisita,quæ quæretur, & fiet in muro excelso, vt ruina hæc murorum Hierusalē futura significetur,non quòd vitiū fecerint muri vetustate ipsa, sed quòd fit facta diuinitùs,cùm muri essent munitissimi,& validiss.vt sit requisita, quæsita à Dño,& facta à Dño : id eñ significat verbū Hebræū.In muro excelso, in muro munitissimo & inexpugnabili , qui tamē sine vllis bellicis instrumētis cadet diuinitùs,quod factū esse leges apud Iosephlib.6.de bell.Iud.cap.4.Hoc dixere Lxx,Ciuitate munita capta,significarūt eñ ciuitatē munitiss.captā esse diuinitùs,& turreis munitissimas defertas esse ab ipsis tyrānis spontè,adeò vt Titus Vesp. apud Iosephli.6.c.43.fateatur,non humanis viribus,sed diuinitùs ruisse Hierosolyma. In reli-
D quijs captiuitatis Babylonicæ,de quibꝰ hæc interpretātur Iudæi,& plærīq; nostrorū,quę vrbs capta intelligi potest?aut quis ruens?ruerat eñ iam Hierusalem,ruerant aliæ vrbes Iudææ.

D. HIERONYMVS.

Quoniā subitò dū non speratur,veniet cōtritio eius, et cōminuetur, sicut cōteritur lagena figuli cōtritione prævalida, et nō inuenietur de fragmētis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parū aquæ de fouea.

LXX VIRI.

Cuius subitò adest ruina , & ruina eius erit quasi contritio vasis testacei ex figuli officina comminuti, ita vt non inueniatur in eis testa , in qua ignem tollas , & in qua abstrahas parum aquæ.

ISYCH. presbyter in Leuiticum lib.2.cap.1.in illa verba:Vas autem fictile,de Hierusalem hæc explanat, quòd redigenda sit ad vltimam vastitatem , quod factum est sub impp. Ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpaſ.& Adriano.Quoniã ſubito dũ non ſperatur veniet contritio eius.Exſpectauit eũ Dñs Iudæos dum reſipiſcerent & agerent pœnitentiam, & redirent ad Chriſtum, quadraginta duos annos,cùm intereà (vt ſuprà dictum eſt ex Tertull.& Iuſtino & alijs veteribus patribus) ſequirent multò magis in fideles,& blaſphemarent magis nomen Dñi, & putabant ſe laturos impunè immane illud nefas.Et vt intelliges ex Ioſepho de bello Iud.lib. 5. munierũt vrbem Hieroſolyma,adeò vt inacceſſam & inexpugnabilem poſteà eſſe arbitrarentur: & cùm ſe viderent locupletes, nobiles, & fortunatos, putabant ſe impune abituros. Ait ergo Dñs, ne vos fallat hæc Dei indulgentia,quia vos expectat vt agatis pœnitentiam,& reſipiſcatis tandem, quòd ſi non feceritis, ſubitò, dum minus ſperatis, veniet veſtra contritio,vaſtabimini. Quod Lxx interpretantur:Subitò veniet vrbis ruina, quod ita factum eſſe diximus ſuperiore commẽtario, quod eſt idem cum illo Luc.cap.19.Circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coanguſtabunt te vndique,& ad terram proſternent te,& non relinquent in te lapidem ſuper lapidem.Et comminuetur ſicut cõteritur lagena figuli contritione præualida,& reliqua. Hoc mihi videtur intelligi nullo modo poſſe niſi de vaſtitate inuecta à Romanis Hieroſolymis,& vrbibus Iudæę ſub Imperatore Adriano: tunc enim abſumptæ ſunt quinquaginta vrbes munitiſsimæ,& nongenti octoginta quinque nobiliſsimi vici Iudæę incendio, vt Hieroſolyma & vrbes reliquæ Iudæę ſint redactæ in cineres, adeò vt de fragmentis non inueniretur teſta, in qua portaretur igniculus de incendio,aut haurires parum aquæ de fouea, quod Dñs eſt interpretatus, Nõ relinquetur lapis ſuper lapidẽ,diruta enim eſt vrbs Hieroſolyma, & igni incenſa,ita vt ne veſtigium quidem eius remaneret,quod ex Dione diſces in vita Adriani. Dico,inquam,D.Lucam hæc omnia eſſe interpretatum,nam hæc interpretatus eſt, quo dictũ eſt modo,ſuperiora quę ſuperioribus commentarijs explanauimus verbis ſequentibus,Eo quòd nõ cognoueris tempus viſitationis tuę.Quæ verba idem ſonãt cum verbis ſuperioribus Eſaiæ:Filij mendaces noluerunt audire,&c.quæ ſuprà dicta ſunt.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Quia hæc dicit dñs Deus ſanctꝰ Iſraël, ſi reuertamini et quieſcatis,ſalui eritis.	Hoc dicit dñs Deus ſanctꝰ Iſraël,cũ cõuerſus ingemueris,tũc ſaluaberis.

SI præcepto D.Auguſt.Origenis,Euſebij & aliorum vtendum eſt,quo monemur, ſi qua reperiantur ab apoſtolis aut à ſanctis patribus explanata, antecedentia & conſequentia, vt eodem referamus,quod ſat illi habuerint velut digito fontes oſtendere,vel hic ſolus locus argueret ad Chriſtum & Chriſti tempora ſuperiora omnia eſſe referẽda. Siquidem hic locus, & conciliorum, & veterum patrũ authoritate eodem refertur. Et certè ſi ſuperiora ad reliquias captiuitatis Babylonicæ referantur, hic locus neſcio qua ratione à Concilijs & ſanctis patrib⁹ alio ſit relatus. Ergo ſenſus huius loci eſt: Sola hæc ſpes eſt,ô populę Iudæorum, ſi conuerſus ad Chriſtum ingemueris:vnde veteres patres omnes ad pœnitentiam hunc locum accommodant,ſi enim his qui regem gloriæ affecere cruce,patet locus pœnitentiæ, nullũ tam graue peccatum eſt,cui non poſsit eſſe ſpes veniæ,ſi agas pœnitentiam,iuxta Canonem TERT. qui in libro de ſpectaculis docet quæ ſpecialiter prænunciantur,generaliter eſſe interpretanda, quanquam Iſraëli qui Dominum in crucem ſuſtulit,hæc dicta eſſe videantur ſpecialiter, vt pœnitentiam agat,& conſecuturum eſſe ſalutem,quod ad eos dicit Petrus & Paulus non ſemel. Agite pœnitentiam,& baptizetur vnuſquiſque, &c.generaliter ſunt accipienda, quæ neceſſe eſt ſic intelligas,mea quidẽ ſententia,& interpretere niſi vis doctores eccleſiæ, quos ſpiritus ſanctus dedit,fateri eſſe deluſos,& deluſa Concilia.Quis enim locus huic ſententiæ, ſi ſuperiora ad Babylonicam referas captiuitatem? aut ſi hæc à Lxx viris non ſunt fideliter verſa? GREG. Nazianz.ad Rempub.Nazianzenorum ſeditionibus agitatam, & ad eius principem, quòd ſalus conſequatur gemitus & lacrymas,oſtendit hoc oraculo Eſaię,Si conuerſus ingemueris,ſaluus eris. AVGVS.de fide ad Petrum lib.vno,hoc loco Eſaię probat omnibus criminibus eſſe locũ veniæ. AMBR.de pœnitentia lib.1.c.4.cum citaſſet hunc locum Eſaiæ,Cùm conuerſus ingemueris,ſaluus eris:Expectat Dominus(inquit)gemitus noſtros,ſed temporales,vt remittat perpetuos.Et LEO papa epiſt.91.ad Theodorum,quæ eſt tomo.1.Conciliorum, hoc Eſaiæ vtitur teſtimonio,vt his qui in exitu vitæ ſunt, pœnitentia non negetur. Et ORIG. in cap.15.Exodi, homelia.7.Et idem ORIG.in Leuitici cap.1.homelia.9.& alijs locis,& tomo.1.Conciliorum in decre-

in decretis Celeſtini papæ,epiſtola.2.ad epiſcopos Galliæ cap.2. Vera(inquit)ad Deum conuerſio,mente potiùs eſt æſtimanda quàm tempore,iuxta illud: Cùm conuerſus(inquit)ingemueris,ſaluus eris.Hos veteres patres,& reliquos omnes,patiemur dici à Iudæis erroris admonitos? vſque ad eorum tempora fideles fuiſſe deluſos? & deluſa Concilia? apagè. Hebræa lectio duplex fuiſſe videtur ex tralatione Lxx virorũ. salui eritis gemitu Et quiete & conuerſione In

Quæ lectio Hebræa ſic ad verbum verti poteſt:In בְּ שׁוּבָה וְנַחַת (vel) וְאַנְחַת תִּוָּשֵׁעוּן conuerſione & quiete ſalui eritis.i.ſi ad Deum conuertamini in toto corde veſtro, & ſi quieſcatis.i.ſi ceſſetis à peccatis, ſalui eritis: vel,In conuerſione & gemitu ſalui eritis. Pro quo Lxx vertere:Si conuerſus ingemueris,tunc ſaluaberis.Sed negat PAGN. (aiũt) שׁוּבָה, in ſacris literis in bonam partem accipi,negat fateor, ſed poſtea ipſe ſuo ſe gladio iugulat, cùm citat rabi Selomoh, qui hanc vocem, meſuba, interpretatur pro conuerſione ad bonum, vt illud omittam,vni ex Lxx ſenioribus plus eſſe habendum fidei, quàm centum Pagninis. Ergo vulgata lectio ſic explanabitur:Si reuertamini ad Dñm.ſ.& quieſcatis,ceſſetis à peccatis,ſalui eritis.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
In ſilentio,et ſpe erit fortitudo veſtra,et noluiſtis.	Et ſcies vbi fuiſti, quando confiſus es in vanis. Vana fortitudo veſtra,& noluiſtis audire.

amaſtis non & fortitudo veſtra erit ſpe in & confiderando In quieſcendo In

וּבְבִטְחָה תִּהְיֶה גְבוּרָתְכֶם וְלֹא אֲבִיתֶם בְּהַשְׁקֵט (vel) בְּהַשְׁקֵם

DVplex etiam hoc loco lectio eſt,eiuſdem ſententiæ vtraque. Altera eſt quam agnoſcit D.Hieronymus: In quieſcendo,vel in ſilentio, hoc eſt,in ceſſatione à peccatis, & perſequendis fidelibus,& in ſpe collocanda in Chriſto,erit fortitudo veſtra, vincetis ſatanam,Et noluiſtis.i.repudiaſtis euangelium,& dixiſtis,&c.Alteram ſequuti ſunt Lxx ſeniores, mutata vna litera,nam pro,haſqueth, השקט, legere haſqueb, השקב,vt ſit: In cognoſcendo,& conſiderando,& in ſpe,erit veſtra fortitudo.i.in cognoſcendis veſtris peccatis,& conſiderandis veſtris erroribus,& in ſpe in Chriſtum erit veſtra fortitudo & victoria, iuſtificabimini, & non amaſtis hoc. Et ita reddidere facta paraphraſi quadam. Scies vbi fuiſti quando confidebas in vanis, & quòd vana fortitudo veſtra facta eſt, ſententia admirabili: conuerſus enim homo ad Deum, intelligit cùm erat peccatis implicatus, & quando rebus terrenis erat immerſus, quantis in malis verſaretur miſer, quod vel ex PLAT. liquet libro poſtremo de Republica, quoties peccamus,ait,nos miſeram animam veſtram circundatis collo vinculis, ſpurciſsimo & immaniſsimo Domino tradere captiuam,non ſecùs atque olim Heriphyle, cùm pro aureo torque prodidit maritum periturum.Et in Theæteto idem PLAT.non putat tantoperè fugiendos in inferis ſempiternos ignęis, cruciatus ſæuiſsimos ſemper duraturos, quanquam ſunt maiora mala,quam quæ dicendo exprimi poſsint,illud longè maximum inferorum malum eſſe arbitratur,quòd inter dæmonas fœdiſsimos,ſpurciſsimos, immaniſsimos, fœdiſsimi,& ſpurciſsimi,ſimileſque dæmonibus damnati ſint duraturi in omne æuum, nam alibi omnium maximum malum appellat,quòd ſit illis carendum vita beata. Qui ergo ad pœnitentiam conuerſus oculis,& mente luſtrat quantis in periculis verſabatur miſer,vbi erat,& quàm vanis rebus erat confiſus,& quàm vana omnia quæ ſperabat,indè ſibi pariet vireis ad ſalutem, hæc iubebam vos facere,& noluiſtis audire

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Et dixiſtis,nequaquam, ſed ad equos fugiemus,ideo fugietis, et ſuper veloces aſcendemus,ideo velociores erunt qui perſequentur vos. Mille homines à facie terroris vnius, et à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini, quaſi malus nauis in vertice mõtis, quaſi ſignum ſuper collem.	Sed dixiſtis, ſuper equos fugiemus, propter hoc fugietis:& dixiſtis, ſuper leuibus rhedis fugiemus: propter hoc leuiores erunt perſequẽtes vos, per vocem vnius fugient mille, & per vocem quinque fugient multi, donec relinquamini quaſi malus nauis ſuper montem, & quaſi ſignum ferens ſuper collem.

Universidad de Deusto
Biblioteca
Canones.

Hic locus iam & à nostris,& à Iudæis vno consensu (quod sciam) absque vno Theodore A
to,vt iam dicemus,ad reliquias captiuitatis Babylonicæ refertur. Sed multa repugnant,
vt ostendam:& quòd Canon scripturæ est,vt seruetur consequutio prophetiæ,& ille,qui sem
per ad manum habendus est,vt vetus testamentum respondeat nouo,& rerum euentui. Pri-
mùm, ego nescio,quomodo hæc ad reliquias captiuitatis Babylonicæ referri possint, quæ
Aegyptum petiere:quos equos intelligas, quásue rhedas? in hominibus tenuioribus, exutis
bonis omnibus,miseris,afflictis. Nam huiusmodi homines pauperrimi, & tenuissimi, relicti
sunt à Nabuchdonosore. Quomodo rursus cohæret illud quod sequitur? A facie terroris v-
nius, fugituros mille? non tot erant illæ reliquiæ: Quomodo rursus à facie quinque, fugient
multi? Iam multa millia hominum videntur complesse reliquiæ illæ, atqui ne Iudæi quidem
dicent tot hominum millia petijsse Aegyptum. Vidit id PAGNI. qui pro,mille,reddidit tri
bunus: atqui Hebræa lectio præfert mille. Et cum sententia priore congruunt omnia. Nam
verba hæc planè præsignificasse videntur media illa tempora inter crucem Christi, & Iudææ
vastitatem: quod (vt suprà dictum est à propheta Esaia, cùm alibi,tum cap.28.)non putabant
Iudæi mala illa,quæ prædixerant prophetæ, oppressura Iudæos, si Christum non recepissent, B
esse ventura,aut ventura longo post tempore,& priùs se morituros, neque sensuros illa mala.
Quòd si illorum tempore venirent, cùm audirent imminere bella post crucem Christi,quæ à
prophetis erant prædicta dicebant principes, & primarij Iudæorum, quos illa mala potissi-
mum petebant,se conscensuros equos, & fuga se subducturos à tanta procella. Et hoc mihi
videntur hæc verba significare: Dixistis nequaquam.i.non conuertemur,nec credemus Chri
sto. Videbant enim Christianos affici omnibus cruciamentis, relinquere omnia, tollere cru-
cem & sequi Christum: & principes, & primarij nolebant decidere ex illo fastigio dignita-
tum. Sed ad equos fugiemus,si ingruerit tumultus bellicus,& vastitas, velocissimis equis ca-
pessemus fugam, vndè respondet Dominus,Propter hoc fugietis, vincemini ab hostibus,non
frustrabitur vos vestra spes, dabitis terga hosti. Super veloces ascendemus: vel, Rhedis ve-
locissimis fugiemus, curribus rapidissimis nos subducemus fuga, ne nos opprimat calami-
tas: respondet Dominus, Velociores erunt qui vos persequentur, nam nec opinantes oppri-
mebantur ab hostibus per omneis vrbeis Iudææ, & trucidabantur omnes simul, vt leges in C
omnibus libris Iosephi. Et posteà, cùm ex omnibus vrbibus Iudææ residui omnes conf luxis-
sent Hierosolyma,nec opinantes oppressi sunt obsidione omnes, & intra triduum circundu-
ctus est murus vrbi Hierosolymorum,ne quisquam posset elabi, vt apud IOSEPH. leges lib.
6.de bello Iudaico capite postremo.& lib.5.cap.31. Velociores igitur hostes Iudæos compre-
hendere,donec relinquamini quasi malus in naui. Sic explanat THEODOR. Multæ arbores
in summo monte, non sunt ita conspicuæ, vt non transiri intentione, & visu circunfusis alijs
arboribus multis à prætereuntibus possint. Sed si in montis vertice vna tantum pinus aut cu-
pressus sit residua,valde conspicua est & insignis prætereuntibus, omnium prætereuntium
ad se conuertit oculos: sic vos pauci relinquemini ex innumerabilibus myriadibus, vt toto
orbe vestra mala sint nobilitatissima. Et quanquam Imperator Romanus innumerabiles du-
ctabat copias, si cum innumerabili Iudæorum multitudine comparentur, pro vno Romano
mille Iudæi erant, vt cadat benè vnum Romanum fugasse mille Iudæos, & quinque Roma-
nos perterruisse voce quinque millia Iudæorum,quod Deus illos exterrebat, & ita calamitas
Iudæorum est insignis vsque ad nostra tempora,eritque,in omne æuum,vt ait Theodoretus. D

D. HIERONYMVS.

Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri, & ideo exalta bitur parcens vobis,quia Deus iu dicij Dominus. Beati omnes qui expectant eum: populus enim Sion habitabit in Hierusalem, plorans nequaquam plorabis, miserans mi serebi-

LXX VIRI.

Et rursum expectat Deus vt misereatur vestri, & propter hoc exaltabitur, vt misereatur vestri, quia iudex dominus Deus vester. Beati omnes perseuerantes in eo, quia populus sanctus in Sion habitabit, & Hierusalem fletu planxit, miserere mei, miserebitur tui: vocem

A *serebitur tui, ad vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi.*

vocem clamoris tui quando vidit, exaudiuit te.

IAm hæc ad reliquias captiuitatis Babylonicæ referri nõ possunt. Quomodo ẽm promitte ret Dominus bona reliquijs,quę falsa Aegyptiorum numina antetulere Dño? & contra mo nita Dei & iussa,Aegyptum petiere: quasq; deleuit prorsus Dominus,vt prædixerat per Hiere miam,nisi si quis fuga se proripuit in Iudæam? Vnde iam D.HIER.CYRIL.PROC.THEOD. reliqua omnia ex hoc loco ad Christi tempora referunt,& multum laborant in coniungendis his quæ sequuntur,superioribus, quòd superiora retulerant ad reliquias captiuitatis Babylo nicæ. Vndè verisima apparet sententia sanctorũ patrũ,qui tam superiora, quàm hæc ad Chri sti tempora retulere. Quòd si æquè ad vtrunq; referri possent,ad reliquias,& ad Christi tempo ra,tamen ne leuitatis patres antiquissimos argueremus, qui ex superioribus quædã vulgò ci-
B tant,cùm ad pœnitentiã fideles exhortantur, quod fieri non poterat, si ad reliquias captiuita-
tis Babylonicæ referantur,sine risu & cachinno Iudęorũ,ad Christum potiùs erant referenda.
Verisimè enim CYRIL. de incarnatione vnigeniti tom.1.Concil.magnum detrimentũ putat
mendaces dicere doctores sanctos mundi totius. Iudaizantes sibi constant & Iudæos sequun
tur,si singula persequi velis,cognosces ex Thesauro linguæ sanctę,vbi citantur rabini,qui mo
dò ad Assyrios,modò ad nescio quam malam pestem, quæ illos exagitat referunt, vt nec pes
nec caput vni reddatur formæ. Sed redeo ad institutum. Iterum expectat Dñs vt misereatur ve
stri. D.HIER.& D.CYRIL. hæc de Christo interpretantur. Iterũ etiam postquam à vobis est
in crucẽ sublatus, expectauit enim quadraginta duos annos dum conuertamini & misereatur
vestri,vsq; ad tempora Vespasiani dum prædicaretur vobis euangeliũ, vt daretur vobis locus
pœnitentiæ,& vestri misereretur. Nam ideo exaltabitur. D.Hieron.i.ideo in crucem tolletur
vt parcat vobis,vel vt misereatur vestri. Ideo in crucẽ sublatus est, vt peccato & seruitute libe
raret genus humanum,& ea causa cruce affectus, vos expectat dum conuertamini. Quia Deus
iudicij Dñi,vel,quia iudex dñs Deus vester.i.quia dñs Deus vester,qui in crucem exaltabitur
C propter vos,iudex viuorum & mortuorum est. Beati omnes qui sperant in eum,quia vt malos
malè perdet,ita sperantes in se & perseuerantes vsq; in finem beabit. Sequentia variè dispun-
cta à D.Hieron.& à Lxx viris sunt. Lxx viri sic: Quia populus sanctus in Sion habitauit,appo si
ta hic distinctione,vt sit: quia populus sanctus habitabit in ecclesia,sancti apostoli,& populus
fidelis. Nam cùm propheta ruituras vrbes Iudææ dixerit,Iudæos omnes esse delendos,ita ut re
sidui toto orbe sint infames: addit nunc,delendos quidem perfidos, relinquendum tamen po
pulum fidelem,& habitandam Sion.i.ecclesiam, quæ toto orbe terrarum terminabitur, non
vna quadã prouincia. Sic hæc Hieron. Cyrill.& Procop.fermè. Et posteà nouo initio: In Hie-
rusalem plorans plorabit.i.populus fidelis,qui erit in Hierusalem,plorans plorabit. Et addide
re de suo Lxx viri: Miserere mei. vt sit sensus: simulatq; populus fidelis Dominum orauerit cũ
lacrymis impendente ruina,& dixerit: Domine miserere mei,sunt à Domino exaudiendi. Nã
triennio antequam calamitas ingrueret,sunt admoniti à Domino,vt exirent Hierosolymis,&
se reciperent in loca tuta. Miserebitur tui,vocé clamoris tui. THEOD. Responsio est (inquit)
Dei,ad clamorem fidelium. Interpretatio & dispunctio D.Hieronymi eundẽ sensum haber,
D & multò significantior est. Populus enim Sion habitabit in Hierusalem. i. quanuis subuerten-
da sit vrbs Hierosolyma,& vrbes Iudææ sint vastandæ, & pellendi sint suis sedibus Iudæi, ita
vt Imperatorum legibus,homini Iudæo capitale sit pedem inferre in vrbem Hierosolyma,&
in vrbes Iudææ. tamen populus Sion,populus ecclesiæ habitabit in Hierusalem, & in vrbibus
Iudææ,saluus fiet populus fidelis,& pullis indè Iudæis & deletis,illic habitabit liberè. Nequa-
quam plorans plorabit, non sentiet illa mala quæ Iudæos opprimet, miserebitur tui, quia
triennio ante,ô popule fidelis,te admonebit, vt te recipias in loca tutiora, & semper te exau-
diet,& dicet vocatus semper,Ecce adsum. qua de re infrà plura dicenda sunt.

D. HIERONYMVS.

Et dabit Dominus vobis panem arctum, & aquam breuem.

LXX VIRI.

Dabit Dominus vobis panem tri bulationis,& aquam angustam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuus HIER.CYRIL.PROCOP.hûc locû de euangelico ſermone interpretãtur,qui pro laciniosis veteris legis obſeruationibus atq; mandatis in vno Chriſto recapitulauit omnia,ſic enĩ interpretatus eſt D.PAVL.illud Eſaię cap.10.Conſummatû & abbreuiatû ſermonẽ faciet Dñs ſuper terrã,& ſic panẽ arctû,& aquã breuẽ, doctrinã breuẽ euangelicã declarat D. HIER. quæ legẽ & prophetas ad duo mandata reuocat. Et certè diuinam doctrinã,paſtû eſſe animorû,quo nutritur animꝰ, docét etiã philoſophi:vt PLAT.cũ alijs locis plurimis tũ lib.6. de Repub.his verbis,agẽs de anima cõplexa Dei cognitionẽ(inquit) ἀλλὰ ζῶν τοῦ τρέφοντο .i.tũc verè viueret,& verè nutriretur.& lib.9.de Repub.de vera voluptate diſputãs,& famem & ſitim corporis cũ fame &ſiti animi cóparãs,ꝓhoc loco fit:de pane enĩ animę ſermo eſt,&de aqua animę.Ibi ergo cũ dixiſſet,πῶσιν τοῦ βίβρωσκειν κενόσεως ἔνεκα περὶ σῶμα.i.famẽ & ſitim vacuitatẽ eſſe corporis & πλησμονὰς .i.impletiones, eſſe ſaturitatẽ, ſubijcit diſputationẽ de impletione, & quæ verè impleat,& docet multis verbis Deũ & Dei cognitionẽ verè ſaturare, verè implere animũ,verũ eſſe animi nutrimentũ,vt diuinitùs D.Hieron. panẽ & aquã Dei cognitionẽ hic appellatã putet & legẽ euangelicã.& optimè etiã CYRIL.qui panẽ,Ieſum Chriſtũ interpretatur,qui dixit: Ego ſum panis qui de cælo deſcendi:& aquã,eundẽ Chriſtũ eſſe ait,ſiquidẽ à Dauide flumen pacis,& torrẽs deliciarũ eſt appellatꝰ pſal.3.Apud te eſt fons vitę,&,Torrente deliciarũ potabis eos. Panis igitur & aqua viuifica,Chriſtus eſt,ſed panis arctꝰ,& aqua anguſta dicitur,quia cum labore & ſudore inuenitur. panẽ arctũ,Lxx appellãt panẽ tribulationis, qui ſumẽdus eſt à pœnitentibꝰ,qui lacrymis peccata eluerint. Verbũ Hebræũ לָחַם צַר, multa ſignificat, omnia huic loco cõſentanea,& Canõ ſcripturæ eſt,omnia ab Spiritu ſancto eſſe ſignificata, לָחַם,panis eſt: צַר, arctum ſignificat(vt vertit D.Hieron.) vt ſignificet doctrinã euangelicã breuẽ: ſignificat etiã tribulationẽ,vt vertere Lxx,Panẽ tribulationis,qui cõſolatur tribulatos, vel ſumendus à pœnitentibus:ſignificat etiã fortitudinis,vt ſit, panis fortitudinis,panis ille euchariſtiæ,in cuius fortitudine peruenitur ad montẽ Dei Oreb.i.ad ſublimitatem,in quã prouehit Deus ſiccitatis,id enim ſignificat Horeb,ſiccitatis paſſionũ,& animi prauarũ cupiditatũ, nã rabi Ionah illam vocẽ צר,fortitudinem interpretatur,à verbo צור,quod corroborare ſignificat inter alia, panis corroborationis,panis corroborans.Aquã breuem:Hebraicè eſt מַיִם לָחַץ,quam Hebræi interpretantur,aquam arctationis:D.Hieron.explanat,Aquã arctã & breuẽ: Lxx,anguſtam.i. doctrinã euangelicã,quę legem veterem in compendiũ redigit. Potes etiã interpretari, Aquã arctationis & oppreſsionis,aquam ſacri baptiſmatis quæ oppreſſorũ eſt, quæ oppreſſos à dęmonibus liberat, aquam arctatorum vinctorumq; in carcere dæmonis,quæ illos è carcere liberat,iuxta illud Eſaiæ,cap.61.Spiritus Domini ſuper me,vt prædicarẽ captiuis indulgentiam, clauſis apertionẽ, quid eſt clauſis, niſi arctatis? quid captiuis,niſi oppreſsis? BASIL.in pſal.28. Panis & aqua,de quibus Dñs: Caro mea verè eſt cibus,ſanguis meus vere eſt potus, ſi alimenta tibi deſint,deficiẽt vires corporales,ſi hæc deficiunt,deficit robur ſpiritale, & ſic aquam anguſtam, explanabis Chriſti ſanguinẽ, ad quem compendiata ſunt omnia ſacrificia veteris legis,& reducta, illo enĩ verbo vtuntur veteres patres.

Canon.

Quid Horeb.

D. HIERONYMVS.

Et non faciet auolare à te vltra doctorem tuum.

LXX VIRI.

Et nequaquam vltra appropinquabunt tibi decipientes te.

Hic locus ad verbum verti poteſt ex lectione Hebræa: Et nõ volabit vltrà doctor tuus.D.Hieron.ſubaudiuit (à te ſilicet)non volabit à te vltra doctor tuus.i.poſt Chriſti crucẽ nunquã à te,ô eccleſia catholica,auolabit tuus doctor ſpiritus ſanctus,& tuus præceptor Chriſtus:nobiſcum enim eſt vſque ad conſummationẽ ſeculorũ.Et ita reddidit D.Hieron.Et nõ faciet (Deus) vltrà auolare à te præceptorẽ tuũ,ſemper faciet vt Chriſtus tecũ ſit, vſq; ad conſummationẽ ſeculi.Lxx ita vertunt lectionẽ Hebræã:Et non volabit vltrà doctor tuus:ſed ſubaudiũt,ad te,&ita faciunt contrariũ ſenſum:Non volabit ad te vltrà doctor tuus,Aegyptius ſcilicet & Aſſyrius, qui te docebant colere idola,qui olim ſynagogã fecerũt ſeruire idolis vſque ad tempora Chriſti,poſt tempora Chriſti (vt ſuprà dictum eſt) contra Iudæos & Iudaizantes, Iudæi deſiere ſeruire idolis, quod iuxta interpretationem Lxx virorum hæc verba ſignificant:Non volabit ad te vltrà præceptor tuus (idolatra ſcilicet) vt eccleſiam aut ſynagogam doceat idola colere, & ita reddidere Lxx :Nequaquam vltrà appropinquabunt tibi, venient ad te, decipientes te idololatræ.

Quãdiu ſynagogaidolorum cultrix.

D. HIE-

A

D. HIERONYMVS

Et erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuum,et aures tuæ audient verbũ poſt tergum monentis,hæc eſt via,ambulate in ea, et non declinetis neque ad dextrum,neque ad ſiniſtram.

LXX VIRI.

Quia oculi tui viderunt decipiẽtes te, & aures tuæ audient verba poſt te,decipientium te,dicẽtium: Hæc via,ambulemus in ea,ſiue ad dexteram,ſiue ad ſiniſtram.

QVod variè locus ſuperior à D.Hieronymo eſt intellectus,& à Lxx viris,neceſſe fuit hunc quoque locum intelligi variè. A D.Hieron.ſic: Erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuũ, Chriſtum ſcilicet,te per ſe docentem, & per apoſtolos, quorum audies verba monentiũ poſt tergum,etiã cùm te auertas,& nolis audire, hæc via euangelij eſt vera,ambulate in ea. Lxx viri quòd præceptorem pro falſo præceptore,& impio accepere,pro Aſſyrio, Aegyptio, doctore idolatriæ hæc ſic interpretantur:Poſt aduentum Chriſti oculi tui videbunt eos, qui tibi erroris magiſtri fuere, Aegyptios videlicet & Aſſyrios tibi manus dare ad ſacrum baptiſma venire:& aures tuæ audient verba decipientium te,eorum qui te deceperant. Nã Græcè temporis præteriti eſt.Qui dicent poſt te ,& poſt tergum tuum,more diſcipulorum, qui magiſtros ſequuntur,& doctrinãm magiſtrorum laudãt,Hæc via euangelica eſt,ambulemus in ea,vel,ambulate in ea,ſe enim mutuò adhortantur.itaq; Aſſyrij,Babylonij,& Aegyptij,& reliquę nationes infideles,quæ docebant Iudęos idolatriam,diſcent ab eis doctrinam euangelicam.Lxx faciunt paraphraſim huius loci ex illis verbis cap.2.Venite aſcendamus ad montem Dñi,&c. Et ex Michæa cap.3.nã pro,Ambulate in ea,reddidere:Ambulemus in ea: in Eſaia & in Michæa: Aſcendamus, hoc eſt, proficiamus erat, vt interpretatur AVGVST. in pſal. 45. in illa verba: Venite & videte opera Domini.Et poſteà:Ambulemus.i.pergamus ad perfectionem.

B

Ægyptij & Aſſyrij authores idolatriæ Iudæis.

C

D. HIERONYMVS.

Et contaminabis lamminas ſculptiliũ argenti tui, et veſtimentũ conflatilis auri tui,et diſperges ea,ſicut immunditiã menſtruatæ: egredere dices ei, et dabitur pluuia ſemini tuo,vbicunque ſeminaueris in terra,et panis frugum terræ, erit vberrimus et pinguis.

LXX VIRI.

Et auferes idola deargentata, & deaurata,minuta facies, & diſperges ſicut aquam à ſedente,& ſicut ſtercus abijcies ipſa: tunc erit pluuia ſemini terræ tuæ, & panis germinis tui erit abundantia, & erit pinguis.

HIc locus apertè oſtendit hoc caput eſſe de temporibus Chriſti,nã in illa verba cap.2.idola penitus conterentur,& ſequentia:& in principiũ cap.19. authoritate veterũ omnium patrum oſtendimus ſignũ aduentus Chriſti fuiſſe finẽ idolatriæ,& idolorũ ruinam & contritionẽ. Ait ergo propheta,vt interpretantur CYRIL.& THEOD.tollenda,& extrudenda domo idola tẽpore aduentus Chriſti,tanquam ſtercus. THEOD. Tanquã rẽ ſpurcã,& immundam,fœtidam,& fœdã quandam eluuiẽ.Iudæi ad Ezechiã & Senacheribũ referunt, reliquias captiuitatis Babylonicæ cum Sennacheribo conungũt res longiſsimo tempore diſtantes, & quòd per quindecim annos ceſſatũ ab idolatria eſt ſub Ezechia, dignum putãt, quòd prophetica buccina celebrarit,cùm poſteà hoc malũ increbuerit multò magis apud Iudæos, nihil igitur hic de Ezechia dicitur,qui multo tempore diſtat à reliquijs captiuitatis, ad quas Iudæi & Iudaizantes totum hoc caput referunt, nec de perexiguo tempore quindecim annorum,Iudæorum pietas glorianda, & prædicanda erat, de temporibus Chriſti ſermo eſt,cuius ſacrati aduentus plurima erant ſigna,quorum è numero vnũ erat ceſſatio ab idolatria. Menſes muliebres: נִדָּה, quòd verbum Hebræi aiunt ſignificare malam valetudinem,ægritudinem,& indè muliebres menſes, ſiue immunditiam menſtruatæ, vt vertit D.Hieronymus. Lxx reddidere: Sedentis fœminæ veſicæ,& ventris proluuia,vt ſit: Abijcies idola, vt rem ſpurciſsimam, non ſecus ac ſi euerri domo iuberes ſedentis fœminæ muliebria, quæ ei facta ſunt.Videntur enim alluſiſſe ad Rachel ſuper idola patris ſedentem, & excuſantem muliebria ſibi fieri cœ-

Signũ Chriſti aduẽtus.

Iudæorum et Iudaizãtium amentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit pulchrum ex Plotino

pta, aut ita abijcies idola, vt si euerri domo iuberes illam fœditatem, & ægrotantis fœminæ veſicæ, & ventris proluuium. Sed aduerte, Lxx ſeniores ſemper ex alijs ſcripturæ locis facere paraphraſim. Nanque apud Ezechielem, idolatria & hominum fœdiſsima crimina, dicuntur ſtercora humana, & ventris humani proluuies, vt homo inquinatus peccato, ſimilis ſit homini humano ſtercore à capite ad pedes inquinatiſsimo. Quòd mutuatus eſt PLOTIN. in ſuum opus, de pulchro, cùm animam fœdatam peccatis, ſimilem dixit eſſe virgini ſpecioſiſsimæ, quæ in fœtulentiam latrinæ deciderit, totamque ſe à capite ad pedes fœtidiſsimo ſtercore inquinauerit, indeq; fœtidiſsima ſit extracta, quam omnes auerſentur, tactũ, conſpectumque fugitent. Et pulchrum nihil aliud eſſe dicit in hominis anima, quàm ſi virgunculam illam formoſam in flumen mergas, vt ibi ſordes illas abluat, & redeat indè puriſsima: poſteà illam fœtulentiam ſuſũtu, & odore pellat, vt ſibi tandem reddita, ſuis ornamentis veſtita, prodire poſsit in hominum conſpectum, intereſſe ſuis decora, grata, forma ſplendens, & figura oris: ſic anima hominis, quæ imago Dei eſt, imago ipſius pulchritudinis (nam Deus ipſa pulchritudo eſt) non poteſt non eſſe pulcherrima, ſi ſordes peccatorum, quæ peius humano ſimo collinũt, eluerit flumine ſpiritali, & odoribus ſpiritalibus fœtulentiam peccatorum expulerit, adſciue B ritque ornamenta cæleſtium virtutum: tunc enim verè formoſa, puraque in luce reſulget, os humeroſque Deo ſimilis. Panis frugum terræ erit vberrimus. CYRIL. Tunc ſpiritali fœcunditate abundabis, & dabitur pluuia: pluuiam (inquit) ſpiritus ſancti intelligit, quæ dabitur ſemini terræ tuæ .i. animæ tuæ, vt irrigua pluuia cæleſti fructus operum bonorum edat.

D. HIERONYMVS.

Paſcetur in poſſeſsione tua in die illa agnus ſpacioſe.

LXX VIRI.

Et paſcentur tua iumenta in die illa locum pinguem & ſpacioſum.

VErbum Hebræum נַחֲלָה, poſſeſsionem ſignificat & pecora. D. Hieronymus vertit poſſeſsionem, Paſcetur in poſſeſsione tua. Lxx viri reddidere, pecora, τὰ κτήνη, iumenta, & quod כַּר, agnum ſignificat, & loca paſcua. D. Hieron. agnum vertit: Lxx viri locum pinguem. & ita D. Hieronymus vertit: Paſcetur in poſſeſsione tua in die illa agnus ſpatioſe, Lxx viri paſcentur in die illa tua iumenta locum pinguem & latum. Hæc omnia quis non videat de tem- C poribus Chriſti eſſe dicta? cùm maximus erat virtutum prouentus, cùm terra .i. anima, madue rat pluuia cæleſti, cùm edebat vberrimos fructus, cùm magna erat copia panis cæleſtis, cùm paſcua erant vberrima .i. doctrina euangelica, qui animorum fœliciſsimus paſtus eſt, vbi iumẽta .i. plebeios homines, vt CYRIL. interpretatur, rudes homines, & vulgus imperitũ paſcebat Dñs paſcuis euangelicis: quæ paſcua euangelica locum pinguem & latum nominat. Semper enim hac allegoria ſiue continua metaphora propheta vtitur, vt ſenſus hic ſit literalis: nõ eñ hic ſermo eſt de pecore, aut de paſcuis. Iudæi hæc ad terrena bona referunt, & Iudaizantes eos ſequuntur. nec dubitant mendacẽ facere prophetam, dũ nobis aduerſentur. Iudæos mitto, Iudaizantes libenter interrogem, quando hic frugũ prouentus? quando hæc rerum vbertas Iudæis adfuit? Nulla natio fuit poſt Eſaiæ tempora, quæ opibus & rerũ vbertate, Iudæis non excelluerit. Et IOSEPH. author eſt 1. lib. de bello Iud. poſt homines natos, nationem nullam tam miſerè vaſtatam, & exciſam fuiſſe. Hucigitur diuina promiſſa, iuxta Iudaizantium ſententiam recidere, vt Iudæi præter cæteras nationes fuerint miſeri, & in eadem miſeria per mille quingentos durent annos.

D

D. HIERONYMVS.

Et tauri tui, et pulli aſinorũ, qui operãtur terrã, commiſtũ migma comedent, ſicut in area ventilatum eſt.

LXX VIRI.

Tauri veſtri, & boues operãtes terrã comedẽt paleas conditas, in hordeo purgato & euentilato.

QVòd alaphim, vox Hebræa, tauros ſignificat & boues: Lxx vtrunque reddunt hoc loco, quod ita ſolent, quando vox vna duos habet intellectus, quod facere etiam euangeliſtas oſtendemus in cap. 61. Deeſt autem ex lectione Hebræa vna oratio, pulli aſinorũ, quæ ex eadẽ lectione Hebræa reponenda eſt in interpretatione Lxx, vt lectio Lxx ſit: Tauri veſtri, & boues, & pulli aſinorum, operantes terram comedent paleas. De tauris, & de pullis aſinorũ dicendum eſt in cap. 32. in illa verba: Beati qui ſeminant ſuper aquas. Hoc loco tantum dicam tauros, & boues, prædicatores eſſe euangelij, de quibus Paulus interpretatus eſt illud: Non obturabis os

A rabis os bouj triturãti. Sic Procop. Cyrillus D. Hieronymus. Igitur boues & tauri ſunt apoſtoli & euangeliſtæ, qui agrum eccleſiæ excolunt. Pulli vero aſinorum operantes terram .i. filij gentiũ, vt infra dicẽdũ eſt, quod per aſinos populus gentiũ in ſacris literis intelligitur, qui operantur terrã, qui excolunt eccleſiam, & eccleſiæ agrum, prædicatores euangelij ſcilicet ex populo gentium. Comedent paleas conditas. i. paleas veteris teſtamenti purgatas, & ſeparatas ab hordeo, & conditas præceptis euangelicis, in purgato hordeo, & puro .i. in doctrina ſpiritali expurgata à typis, & vmbris. Sed iam dices, hanc allegoriam eſſe, ego litteralem ſenſum eſſe contendo: argumentis putemus. Primum ſi litteræ adhæres, quæ tandem fælicitas eſt, ſi Iudeis contingat, quod contigit omni nationi, vt iumenta illorum vberrima depaſcantur paſcua, & paleas comedant, & purgatum hordeum? quæ natio eſt cui hoc non contigerit? neque metiur his rebus fœlicitatem natio vlla, maiora concipit animo, paſtorum eſt hæc beatitudo, & agricolarum, nõ principum, & hominum opulentorum. Hæc ne fœlicitas promittitur à Deo ſuis? Dignus erat hoc pabulo paſci qui id ita eſſe ſibi perſuaderet, fœnum hûc eſſe, quod aiunt B oportebat. Adhibendus eſt ergo canõ interpretandæ ſcripturę, quem præſcribit DIONY. de cæleſti Hierarchia cum explicat figuras animalium, quibus angeli ſignificãtur in ſcriptura & angelorũ ordines, & quum quæſiſſet, cur Cherubinos, & Seraphinos irrationalibũ animalium nominibus ſcriptura ſignificet, docet intelligendũ eſſe, vſam ſcripturam ſimilitudine animalium irrationalium ad exprimendas cœleſtes intelligentias, & iumentorum nomine, & hordei, ne in rebus his hæreremus, & putaremus his rebus terminari fœlicitatem, ſed res tàm humiles, & ſordidæ, quarum ſimilitudine ſcriptura vtitur, nos cogerent hinc reſilire, & ad maiora mentem adtollere. Sic hoc loco nemo, cui ſana mens ſit, intelligat hanc à Deo promitti fœ Canon. licitatem vt eius aſini paſcantur paleis & hordeo puro, res ipſa cogit maiora quærere. Vetus teſtamentum hordeo comparatur, quod paleis contectum eſt, ita vetus teſtamentum contectũ eſt typis, & vmbris, quas paleas propheta nominat, & res ſignificatas per typũ, & vmbras, hordeum purum & expurgatum illis paleis, & ſic eccleſia catholica dicitur paſci paleis illis factis & conditis .i. figuris illis, & typis explicatis, & ſeparatis à ſenſu carnali, & reuocatis ad ſpiritalem ſenſum, id enim eſt condire paleas veteris teſtamenti, vt eccleſiæ fiant cibus ſuauis. & id C dixere Lxx ἀρτύσαντες .i. condita opipare, & lautè procurata, vt procuratur cœna, & prædium lautum & opiparum: In hordeo cuentilato: flamine, Spiritus ſancti videlicet, in ſenſu ſpiritali eruto, & explicato. Hoc D. Hieronymus dixit, Commiſtum migma: migma vox Græca eſt, Latinè ſonat miſcellam .i. farraginem, eſt enim farrago miſtura frumentorum varij generis, cum ſeritur, & meſsis, quæ indè demetitur dicitur farrago in pecudum pabulum, hac farragine .i. hac frumentorum miſcella paſcendos boues eccleſiæ ait propheta .i. prædicatores euangelij paſcendos miſtura legis, prophetarum omniũ, librorum Canonicorũ, veteris teſtamenti & noui, expurgatis & euẽtilatis paleis veteris legis flamine ſpiritus ſancti in Eccleſiæ ipſius area. Quod D. Hieronymus reddidit migma commiſtum, quaſi diceret miſcella commiſta, id enim migma Græca vox ſonat Latinè, Hebraicè dicitur בְּלִיל, à verbo בָּלַל, miſceo, confundo, quod Hebræi aiunt, eſſe frumentorum miſturam expurgatam paleis, iumentorum pabulum, quo magis apparet etiam conceſſu Iudæorũ vera eſſe quæ diximus omnia: nec enim quiſquam tam ſtupidus eſt qui cum ipſis Iudæis hæc ad res terrenas referat. Septuaginta viri ſenſum huius loci expreſſere, vt ſcholiaſtæ & cõmentarij, non reddidere verba. Illud ſilentio prę D tereundum non eſt, vocem vnam Hebræam præteritam eſſe à D. Hieronymo & Lxx viris. Quòd D. Hieron. vertit, Migma, Hebraicè eſt בליל, quod Hebræi interpretantur cibum non ſuum, vt fideles dicantur mãducaturi cibũ non ſuũ, Quia eſcam angelorũ manducauit homo. Cum enim Hebraicè ſit בְּלִיל חָמִיץ, D. Hieronymus ſolum vertit vocem illam בְּלִיל, commiſtũ migma, quod ſuprà ſumus interpretati: verbum illud, חָמִיץ, non vertit quod Iudæi reddunt purum & mundum, & fortaſſe ea cauſſa fuit, cur non redderet D. Hieronymus, quod ſatis ſignificatum putauit, cum dicatur, quod in area ventilatum eſt. Tamẽ quod de multis nos celãt Iudæi, dicam quod ſentio, בליל, Hebræi ſunt authores, eſſe quoſdam, qui dicant dictionem eſſe compoſitã à בל .i. non & לל, ſibi quaſi dicas, pabulum (nõ ſibi) vel (non ſuũ) ſi ita eſt, vt docẽt quidam Hæbræi, vt reperies in dictione, balal, in theſauro, vide an referre poſsis ad eſcam angelorum, quam manducauit homo: non hominis erat illa eſca, ſed angelorum, vt poſsis reddere, migma comedent, vel cibum non ſuũ comedent .i. fideles panem comedent qui angelorum erat panis, non panis hominis. Et hæc dictio, belil, vix alibi reperitur quã hoc loco. חָמִיץ

Universidad de Deusto
Biblioteca

purum aiunt Hebræi significare,& mundum, sed hoc tantum loco: neque alibi vnquam. Nã A
חמיץ, fermentare significat vnde חמיץ, fermẽtum potius videtur significare. & vide an sit illud fermentum Matthæi cap.13.cui simile est regnum cælorum, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus,donec fermentatum est totum, vbi regnum cælorum, & euangelica prædicatio,dicitur fermentum,quod conuertit totum orbem.חָמִיץ, significat etiam rubrum, quæ vox est cap.63.in verbis illis:Quis est iste, qui venit de Edó tinctis vestibus? nam pro tinctis est חמוץ, tantum interest quod illic cum ,, hoc loco cum ,, scribitur vt vertere possis,pabulum non suum rubrum,vel non suum tinctũ.i.corpus Christi,quod non erat hominum esca, sed angelorum esca sanguine tincta. Deinde sequitur, אשר רוה, quæ verba reddunt,& nostri,& Hebræi,quod ventilatum est,posses vertere,qui sparsit,vel,qui ventilauit, vel,quod vẽtilauit, vt sit,quod pabulum ventilauit (Dominus scilicet in area) vel qui sparsit rubrum illũ sanguinem,vt illum comesurum dicat angelorum escam, qui illam sanguine sparsit. Vocauit enim Dominus Iudæos ad pœnitentiam post crucem Domini, vel qui ventilauit, qui scrutatus scripturas in vmbris veteris testamenti, Christum intellexit, & credidit,is pabulo hoc pas B
cetur, qui pastus est angelorum. Postremo verba Hebræa sunt בְּרֹחַת וּבְמִזֶּרֶה, cum pala & cum ventilabro. vt sit.Comedent pabulum illud fermentatum, vel,rubrum,qui ventilauerit cum pala,& ventilabro.i.qui scrutatus fuerit diligenter inter vmbras, & typos veteris testamenti, & Christo crediderit,vel quod verba sunt duos sensus significantia,etiam apud summos Græcos,& Latinos scriptores,posses interpretari.Comedent hoc pabulum fermentatum, vel rubrum,qui sparserit cum eo qui exaltauerit in aëre, vel dilatauerit pedes eius sacros, & manus sacras,& cum sparsore,vt sit sensus,eos qui in crucem sustulerint Christum qui eius sanguinẽ fuderint, venturos ad fidem,& pascendos sacramento Eucharistiæ, nam, רוח, à רוה, quod significat in aërem tollere, & extendere palam significare potest quæ in aërem tollat frumentum. Potest etiam significare extensionem in cruce corporis Christi quãdo hoc verbum רוח, hoc loco tantum reperitur: &, מְזֹרֶה, cum qui sparsit significat, & ventilabrum ipsum, & D.Augustinus docet propheras tropicis loquutionibus miscere veritatem, & cum vaticinia prophetarum ænigmata sint pleraque,quæ Iudæi intelligere nullo modo possunt, quod clauem Dauid, quæ scripturam reserat, non habent.Nescio cur tantopere reformidemus illorum iu- C
dicium,vt ad eorum præscriptum omnia interpretanda putemus,tantum à propria vocum significatione & originatione non recedamus.Itaque valeat hic canó ille cum verba plures sensus habent, qui ad rem faciũt,omnes illos ab spiritusancto fortasse esse significatos illos præcipuè quos recepit ecclesia. Et verba Hebræa duobus modis ad verbum vertere possumus,Esca illã angelorũ rubrã comedẽt, qui vẽtilauit cũ pala & vẽtilabro,vel cũ dilatatione & sparsore.

D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Et erunt super omnem montem excelsum, & omnem collem eleuatum riui currentium aquarũ in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres.

Et erit super omni monte excelso, & super omni colle eleuato aqua p transiẽs in die illa quãdo perierint multi,& quãdo ceciderint turres.

CYRILL.& D.Hieronymus hæc de tẽporibus Christi interpretantur,quod Christus Dominus est fluuius ille cuius impetus lętificãt ciuitatem Dei,quo qui participant,immortalitate,& vita sempiterna participant, ipse enim est immortalitas, & vita sempiterna, & qui D
Christo participant, fiunt montes aquarum fontibus exuberantes.i. doctrina cęlesti,montes autem appellantur,quod in terra cum sint,se attollunt ad cælũ, instar montium ait Procop.& dicunt,conuersatio nostra in cælis est.Iudaizantes hæc nescio ad quas nugas referunt, ad Assyrios,ad rerum omnium copiam,& diuitias,& hæc non appellãt allegorias.si ad Christum referas,qui est finis scripturarum continuo negant esse sensum litteralem,clamant allegoricum sensum esse, expellunt Christũ domo sua,nolunt in domo Domini verba fieri de Dño,sed de Assyrijs,& Babylonijs, & nescio quibus malis pestibus. Futurũ ergo ait Dominus vt ecclesia floreat fidelibus,& sit irrigua fontibus, & riuis spiritus sancti. In die interfectionis multorũ .i.cum interficientur Iudæi,& delebũtur à Romanis.Cum ceciderint turres .i.cum vastabuntur Iudæi post crucem Domini; tunc enim maximè florere cæpit ecclesia cũ vidit vniuersus orbis cõpleta vaticinia de vastitate Iudææ.Hunc locũ mirabiliter explanat AVGVS.in quæstionibus de nouo & veteri testamento quæstione.105.

D.HIE-

A D. HIERONYMVS. LXX VIRI.

Et erit lux lunæ,sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierũ, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit.

Et erit lumen lunæ sicut lumen solis,& lumen solis erit septuplum in die quando sanauerit Dominus cõtritionem populi sui, & dolorẽ plagæ suæ curauerit.

CYRIL.HIERON.PROCOP.hæc de temporibus Christi explicant: cum corruerint (in quiunt) vrbes Iudææ post crucem Domini tũc lux lunæ,erit sicut lux solis,ideo iusti fulgebunt vt sol,nam luna pro carne vsurpatur in sacris litteris.i. homines carnei fulgebunt vt sol:sic enim apostoli prælucent ecclesiæ vt vnusquisq; eorũ instar fulgentissimi solis catholi
B cæ ecclesiæ præluceat,& sol ipse.i.Christus,qui sol intelligibilis est septuplo fulget lumine in ecclesia.i.suæ ecclesię luceat lumine infinito,nã septenarius numerus pro infinito lumine ponitur.Et prædictũ à prophetis est,oriturũ Ecclesiæ catholicæ solem, non hũc,qui suo lumine complet omnia, sed Christum verum solem,qui lumine infinito suam ecclesiã collustrat, neque occidet vnquam,quod futurũ dicit cum redemerit genus humanũ. Hũc locum explanat D.AVGVS.in quæst.de nouo,& veteri testamento cap.105.tom.4.illinc petet,qui volet:nam quanquã ille liber negatur esse D.Augustini à quibusdã,huius loci interpretatio placebit magnopere,si legeris perattente. Quod vero D.Hieronymus ait Lxx sen. prætermisisse quædã, iam testatum hoc est sæpè Lxx viros in plerisq; esse metaphrastas, sententiã reddere, & cum idẽ sit,lux solis erit septempliciter.i.septies maior & quod sequitur,Sicut lux septem dierum .i.sicut si lux septẽ dierum in vnam quandã simul lucẽ cogeretur,cum nihil his verbis significetur aliud,quam,quod suprà dictũ erat,futuram septies tantã,id semel dixisse contenti fuere quod,vt docet EPIPH.& alij patres,quæ geminata sunt, semel dixisse sunt contenti,hoc probasse spiritũ sanctum docent. Quod autẽ iusti niteant splendidius sole & astris,docent etiam
C philosophi mutuati ex hoc loco,& alijs,& ex Daniele.& apud Platonẽ,& Arist.vulgatũ est illud:nec vesper,nec lucifer adeò admirabilis,vt vir iustus.Hęc inquã PROCOP.CYRIL.AVGVS.ad primũ aduentum referunt,D.Hieronymus ad vltimam consummationẽ,quando sol septuplo fulgebit lumine,& luna solis lumine splendebit,& erit cælum nouum,& terra noua, nouo quodã splendore nitentia,quod fiet cum cadent turres, & vrbes in consummatione seculorũ.Quæ sententia mihi perplacet.Peruicaciã Iudaissantiũ admirari satis non queo,qui hęc ad Assyrios referũt & Babylonios,& in splẽdidissimo sole rudib⁹ offũdere tenebras cõtẽdũt.

D. HIERONYMVS LXX VIRI.

Ecce nomen Dñi venit de lõginquo,ardens furor eius grauis ad portandum.

Ecce nomẽ Dñi venit post tempus multum, ardens furor cum gloria, eloquium labiorum eius, eloquiũ minarum plenum:

LXX hunc locum de Christi aduentu interpretantur cum dicunt:Ecce nomẽ Domini venit post multum tempus: & sic interD pretatur Thargum,vt leges in thesauro PAGNIN.in dictione racha,sic enim Thargum vertit: Ecce nomen Domini reuelatum, quemadmodum vaticinati sunt prophetæ, qui fuerunt ab initio,quasi dicat:Ecce Christus Dominus,tot seculis ante prædictus, quem ceernere prophetæ,adest.Sic enim hic locus explanabitur:Ecce nomen Domini Iesus venit è lõginquo,tẽpore scilicet, multo ante prænunciatus,quod Lxx dixere post tempus multum, Hebraicè est מִמֶּרְחָק, quæ vox verti potest,è longinquo vel post multum tempus,hoc est multo ante prædictus vaticinijs prophetarũ. Ardens furor eius,quia erit quasi ignis conflans, vt apud Malachiam cap.3.& grauis ad portandum,quis enim stabit ad videndũ eum? vt ait Malach.Hebraicè est בְּעֵר אַפּוֹ וְכֹבֶד, quod verti potest:ardens furor eius,& grauis,vt reddidit D.Hieronymus & ardens furor eius,& gloriosus (vt edidere Lxx) quod vtrunq; significat vox illa postrema, כבד, gloriosus: venit ergo ardens ira,quia malos male perdidit,& gloriosus, quia vidim⁹ gloriam eius,gloriam quasi vnigeniti à patre.Ad portandum,Hebraicè est מַשָּׂאתוֹ.i.ad portandũ vel quam vt portari possit ira eius,vt sit idẽ cum illo Malach. Quis stabit ad videndum eum?

significat

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat etiam מַשָּׂאָה, prophetia,eius, vt reddidere Lxx,vt sit,prophetia labiorũ eius iræ plena .i.euangelium eius iræ plenum. Lxx dixere,pro prophetia,λόγιον,quod Latinè verti solet eloquium,& eloquium in litteris sacris pro scriptura sacra accipitur,erit ergo euangeliũ labiorũ eius iræ plenũ,dixit enim:Non relinquetur lapis suprà lapidem Terra vestra deserta,Luge te super vos,& super filios vestros,Væ vobis pharisæi & scribæ. Nec inficior verti posse vocé illam Hebræã מַשָּׂאָה,pro onere & põdere,vt accipiunt Pagninus & Vatab.& vt Iudęi interpretantur. nam hoc quoque significat,sed Lxx viri tribus seculis ante Dñi aduentũ interpretantur prophetiam,vel euangelium,hoc enim significat λόγιον. A

D. HIERONYMVS	LXX VIRI
Spiritus eius velut torrens inundãs vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilũ: et frænũ erroris, quod erat in maxillis populorum,	Spiritus eius sicut aqua in torrente trahens, veniet vsque ad collum, & diuidetur et cõturbabit gẽteis in errore vano, & persequetur eos error & assumet eos cõtra faciẽ eorum. B

agitationem contra concutiendas
erroris frænũ & vanitatis agitatione in gentes ad agitandas diuidet collum vsque ad inundans torrẽs sicut spiritus eius Et D

וְרוּחוֹ כְּנַחַל שׁוֹטֵף עַד צַוָּאר יֶחְצֶה לְהַנְפָּה גּוֹיִם בְּנָפַת שָׁוְא וְרֶסֶן מַתְעֶה

populorum maxillas super

עַל לְחָיֵי עַמִּים

DEscribitur vastitas Iudææ inuecta à Romanis,de qua(vt suprà ostendimus) sermo est.Et vtitur propheta similitudine qua rem ponat ante oculos,similitudine,inquam torrentis,cum inundat agros, & fertur rapidissimus, et omnia trahit secum,& vndis obruit,sic exercitus Romanꝰ omneis vrbeis Iudęæ subuertet: Ergo,spiritus eius(Christi)quadragesimo secundo post crucem anno,ira erit supple velut torrens inundans vsque ad collum,velut torrens exuberans aquis,& omnes vias complens vsq; ad colla hominũ,quod Lxx vertere sicut aqua in torrente trahens veniet vsque ad collũ, trahens omnia, inquit,& inundans aqua rapidissima torrẽtis veniet vsque ad collũ hominũ.Nã φάραγξ, vallem significat,& torrente,qui inter medias decurrit valles,& hoc loco pro torrẽte accipiendũ erat.Quod verò D.Hieron.vertit dimidiũ,cum dixit,vsq; ad colli dimidiũ,Hebraicè legitur,יֶחְצֶה.i.diuidet,& sic vertere Lxx viri διαιρεθήσεται, quæ vox, quanquam passiua est, pro actiua interpretabere,per Atticissmum,quo passiua pro actiuis ponuntur,hoc Hebræa lectio docet,accipiẽdũ esse pro verbo actiuo,quod Hebraicè actiuum verbum est, & sic vertit Pagninus.dimidiabit,& Vatab.vsq; ad collũ diuidet.& indè Lxx, veniet vsque ad collũ,& diuidet,referatq; ad illud quod malos deleuit Dñs,& perfidos Iudęos,fideles verò, qui Christo credidere seruauit.Diuidet ergo ille torrens rapidissimꝰ, vt malos perdat & obruat,abstineat bonis. Ad perdẽdas genteis in nihilũ : hoc Lxx viri non vertunt ad verbum, sed commentariorũ more interpretãtur,qui sic edidere,quasi dicerent.i. cõturbabit genteis in errore vano, perdet nationẽ Iudęorũ pro vano illo errore, quo putauere se posse resistere Dño & Christo eius,iuxta illud: Quare fremuerunt gentes aduersum Dominum,& aduersum Christũ eius,vndè verba illa: Ad perdendas genteis in nihilũ,videtur interpretatu, facta paraphrasi ex illo loco, Cõturbabit Dominus gentes Iudæorũ,& perdet,pro vano illo errore,& pro vana illa meditatione, vt sit:Veniet Dominus ad euertẽdas nationes Iudæorũ,& ad perdẽdas gẽtes Iudæas (in nihilũ).i.pro cogitatione illa inani,& nihili,qua putabant se posse resistere Domino.Et frenũ erroris,quod erat in maxillis populorum:interpretãtur etiam Lxx persequetur eos error, & assumet eos contra faciem eorum .i.hic error,& hæc vana persuasio, qua fremebãt aduersum Dñm & aduersum Christum eius,persequetur eos,perdet eos,ea enim causa periere Iudæi,quod aduersabantur populo fideli,& resistebant prædicationi apostolorum, & mittebãt legatos in totũ orbem,vt docerent Christi nomẽ blasphemare,& fræno erroris maxillas populorũ frænabant,ne irẽt ad Christũ.Hic error ergo,& conatus perdet Iudæos,& faciet vt eos absumat tẽpestas,& torrens hic obruens omnia,veniat contra faciem eorum .i.ipsos aduersos obruat,neque patiatur quenquã eorum effugere vt interpretatio D.Hierony.sic sit explanãda: Torrens hic rapidissimus,veniet ad perdẽdas genteis Iudęorũ,& ad perdendum frænum erroris,quod erat in maxillis populorũ .i.ad perdendos eos,qui fræno erroris maxillas populorum frænabant,ne irẽt ad Christũ,docendo eos blasphemare nomẽ Domini,& ad tollendũ frẽnum C D

frænũ illud vt libere gẽtes venire possent ad Christũ.R.D.in libro radicum referẽte PAGNI. in dictione נוף, vt rideas Iudęorum fabulas, sic explanat hũc locũ: Spiritus Dñi veniet ad cribrãdas gentes,quę sunt in castris Assur cribro vanitatis,cribrum fit ad purgandum frumentũ à palea,sed hoc cribrũ,quo cribrauit Deus gentes, erit cribrũ vanitatis quia nõ remanebit in illo quicquã,sed omnia ibũt in perditionem,sic R.Abrahã,sic R.Moseh.Hãc sententiã sequitur PAGNI.qui vertit in cribro vanitatis, & VATAB. in cõmẽtarijs. Sed quæ metaphora est vt dicatur Dñs cribraturus Assyrios in cribro vanitatis,i.deleturus Assyrios omneſ? si diceretur Dñs purgaturus.i.separaturus bonos à malis, recte quidẽ, metaphora enim similitudo est, at cribratur?.i.prorsus deleturus nihil habet cõsine cũ cribratione.Interroga rhetores,qui prę cipiunt,vt metaphora sit similis,an hæc sit tolerabilis metaphora, cũ nulla sit similitudo inter cribrantẽ & vastantẽ?& נוף, cribrare significat,& cõcutere,cur ergo mutetur interpretatio D. Hieroymi qui reddidit,Ad cõcutiendas,vel,ad perdendas gẽtes? & Lxx ad perturbãdas . Nã quod D. Hieronymꝰ vertit: In nihilũ,Hebraicè est בְּ נָפַת שָׁוְא, quæ verba Iudæi interpretãtur in cribro vanitatis, aiũt enim hoc loco sumi pro cribro,nec aliud citãt testimonium, quã hoc de quo controuersia est.Largiamur hoc Iudæis,significare hanc vocẽ Hebręã,cribrum, quando verbũ, vndè deducitur, cribrare significet. Sed multa alia significat ipsum verbũ,ne cribrũ solum significare Iudæi contendãt,& ita Hebræi explanãt, Ad agitandas gentes,in agitatione vanitatis.quod verbum Hebræum נוף,concutere, agitare, alleuare & multa alia significet,hoc ergo largiantur nobis Iudęi,posse hoc verti,ad agitandas gentes in agitatione vanitatis,quod Hieronymus dixit, ad perdendas gentes in nihilũ. Bene est, vtamur permisso,illud inuiti largiẽtur etiam, ב ,significare,in,& contra,& alia,quod testãtur omnes scriptores artiũ,& omnia onomastica,si ergo non vertas ad agitãdas gentes in agitatione vanitatis sed agitãdas gẽtes cõtra agitationem vanitatis,intelliges verissimã esse interpretationem, quã diximus, veniet ille rapidissimus torrens legionũ Romanarum, ad agitandas gentes Iudæas, contra agitationem illã,qua illi.s.Iudæi populum fidelem agitabant,& persequebãtur.Et intelliges hanc appellari agitationem vanitatis, quæ vana & cassa & inanis fuit. Conatus enim omnis contra Deũ vanus est & cassus, vt ipsi Iudæi fatentur in actis apostolorum. & si sic interpretere, admirabere Lxx viros,qui tribus sæculis ante Christi tempora reddidere, παραξυνθήσεται ἐπὶ πλανήσει μεγάλῃ, perturbabit Dominus nationes pro agitatione vana, vt sit, perturbabit torrẽs ille nationes Iudęorũ, pro πλανήσει, errore vel agitatione vel aberratione vana, verbũ enim Græcum πλανήσις, exprimi Latinè nõ potest,inter cętera significare potest,,p exterminatiõe & aberratione, vndè plani dicũtur latine,vagi,qui per vrbes errant, vt intelligas deletos & perturbatos Iudæos quod exterminabant suis vrbibus apostolos & discipulos Dñi & pro aberratione fidelium, qui pulsi à Iudęis,bonis omnibus & suis vrbibus,errabãt per vrbes alias,& agitabantur ab vtroq; populo gentiũ & Iudæorum. Hoc interest inter has interpretationes,quod nos ad lucem euangelicam scripturam interpretamur, qui Canon interpretandæ scripturæ, nobis traditus à maioribus iã indè vsq; à Christi tẽporibus.Hebræi & qui eos sequũtur ad perfidiã Iudaicã interpretãtur & hic locꝰ in vtrãq; partẽ pertrahi potest,sed hãc litẽ dirimunt Lxx viri,qui trecẽtis annis ante rẽ gestam nobis fauent, Iudæos damnant,non solũ apud æquos iudices, si hæc res disceptetur attente,sed etiam apud iniquissimos,ideo Iudæis nihil odiosius est Lxx viris. A B C

D. HIERONYMVS	LXX VIRI.
Canticum erit vobis, sicut nox sanctificatæ solennitatis, & lætitia cordis, sicut qui pergit cũ tibia, vt intret in montem Domini, ad fortem Israel. & auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flãma ignis deuorantis, allidet in turbine, & in lapide grandinis.	Nũquid sẽp vos oportet lętari? et ingredi ad sãcta mea iugiter? tãq; festa celebrãtes, tãq; cũ gaudio ingrediẽtes cũ tibia ad mõtẽ Dei, ad Deũ Israel, et auditã faciet Deꝰ gloriã vocis suę, & furorẽ brachij sui ostẽdet. cũ furore, et ira, & flãma deuorãte, fulminabit vehemẽter, et sicut aqua & grando magna vi descendens et delata,

Septuagin

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEptuaginta viri suprà quam verbis exprimi posset,cõmendarẽtur iure optimo,quod sunt A
cõmentarij in plerisq; scripturę sacræ antiquissimi & peruetusti, multis seculis ante Chri
sti tẽpora. Quod vt hoc loco intelligas,habeas ante oculos oportet illũ interpretandę scriptu
ræ Cãonẽ, quẽ leges in concilio Aquis granen. cap.3. multa esse in scripturis,quę nisi proprio
modo legãtur, in contrariã sententiã recidunt. Docent igitur nos Lxx viri hũc locũ legendũ
interroganter. quod si facias, intelliges cõstabiliri quæ dixim⁹ omnia, & Iudæorũ sententiã
refutari,& describi hoc loco cessationẽ ceremoniarũ legis veteris & vastitatẽ Iudææ,iuxta tra
lationẽ Lxx,iuxta interpretationẽ D.Hieron.tantũ vastitatẽ Iudææ de qua sermo erat. Nã si in
terrogãter legas: Cãticũ erit vobis sicut nox sanctificatę solennitatis significabitur q⁹ suprà ex
IVST. & TERT. centies est repetitũ,Dñm expectasse Iudæos post Christi crucẽ quadraginta
duos annos,dũ respiscerẽt,& agerent pœnitentiã. Ipsi multo magis Christũ persequebantur
& fideles. & cũ viderẽt se tandiu impune ferre illud tã immane nefas quod admisere in Chri
stũ, lętabantur,conuiuabantur,putabant casura in cassum vaticinia prophetarum,quod ex Io
sepho sæpè est repetitum. ait ergo Dñs cõplenda esse vaticinia & cessaturas legis veteris cere B
monias iuxta interpretationem Lxx virorum. Id enim si interroganter legas hæc verba signi
ficant, Canticũ erit vobis? semper ne cãticis & tripudijs & instrumẽtis musicis vestræ ædes re
sonabũt? non secus atq; solẽnes festi dies musicis instrumentis resonãt? semper lætos agetis
dies? & impune vos putabatis laturos tãtum nefas, putabatis res vestras semper fore lætas? vt
resonarent vestri festi dies canticis, sicut solebant olim cũ pergebatis cum tibia in templũ &
in montẽ Dñi? non ita est, compléda sunt vaticinia vastitatis Iudææ post crucẽ Christi. Auditã
faciet Dominus gloriã vocis suæ,toto orbe notã faciet Dñs suam gloriã. i. prædicationẽ euan
gelij, Et completa sua vaticinia nobilitabit quoq; toto orbe vastandis Iudæę vrbibus vt ipse
glorificetur. Quid enim toto orbe magis fuit nobilitatũ, quã excidium vrbiũ Iudææ? Cætera
vastitatẽ Iudææ describunt. Ostendet Dñs terrorẽ brachij sui. ostendet suas vires Dñs & suam
potentiã & quantopere sit formidabilis,quã momẽto temporis fecit vt omnes vrbes Iudææ in
cendio conflagrarẽt. In cõminatione furoris & flãma ignis deuorãtis quod cum subuerteret C
Dñs Hierosolyma vt docet IOSEPH. de bello Iudaico lib.6.cap.31. multa ostensa sunt prodi
gia fulgura,tonitrua,ignis flãmæ: Allidet in turbine & lapides grãdinis, eodẽ spectat,ita dele
bit Dominus temporis momento Hierosolyma, tanquã si procella quadam magna vi delata
omnes delesset,ita interpretantur Lxx viri. Aduerte Lxx viros addidisse de suo cessationẽ ce
remoniarũ, cũ dixere: Oportebat vos ingredi ad sancta mea iugiter? i. semper vos oportebat
ferre impune tantũ nefas salua vrbe & templo saluo, vt offerretis sacrificia, quæ iã post aduẽtũ
Christi sunt vana & mortifera? quasi dicat non, sed oportebat deleri templum ne offerretis sa
crificia veteris legis. Vel vt D.Hieron. est interpretatus Deũ adempturũ illis lætitiã & cantica
quibus eorũ ædes resonabãt non secus atque resonarẽt olim festi dies quos Deo agebãt. Lxx
viri putarunt sensum esse, Deũ ablaturũ cantica & tripudia quibus ire solebant in templũ & ce
lebrare legis veteris ceremonias. Nã subuersa vrbe & templo exciso cũ per legẽ Mosis alibi sa
crificia hæc & ceremoniæ celebrari non possent, necessario cessarunt. Iectio Hebræa vtrunq;
significat. Nã (sicut) & (quasi) similitudinem significant & sic accepit D.Hieron. aliquando nõ
significat similitudinẽ, sed rei veritatẽ vt: Gloriã quasi vnigeniti à patre, & sic accepere Lxx.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
A voce enim Domini pauebit Assur virga percußus.	Per vocem Domini vincẽtur Assy rij, plaga percutiet eos. D

HOc loco se tuentur Iudæi & sublatam controuersiã putant his verbis,cũ plane prophe
ta dicat Assyrios à Dño vincendos,& hac ratione nostros in suã sententiã pertraxere.
Nec illud habent rationis, vidisse hoc Lxx viros,& tamẽ superiora de Christi tẽporibus esse in
terpretatos plane & aperte, vt dictum est. Et Thargum quoque superiora ad aduentũ Christi
retulisse. Sed iã ostẽdim⁹ Assyrios pro imperatore Romano accipi, duplici nomine, vel quod
eo tempore Romanus imperator dominabatur Assyrijs & rex Assyriorũ erat, vel quod sic As
syrius pro Romano imperatore poneretur, vt apud Satyricum in illo: Itur ad Atridem. pro
itur ad Imperatorem Romanum dictum est. Et apud Maron. Alius Latio iam partus Achilles.
Achilles pro Turno positus est, & sat quidem fuisset suprà ostendisse, ita locos similes expla
nasse EVSEB. Cæsarien. PROC. TERTVL. & alios patres: lege si voles quæ dicta sunt in cap.
7. & in

A 7. & in cap.8. cum interpretabamur illa verba,cũ rege Assyriorum & sequentia, & cũ explana
bamus illa: Assumpsit Rasin filiũ Romeliç. Ergo sens⁹ huius loci erit imperator Roman⁹ Ves
pasianus post vastatas vrbeis Iudææ dabit pœnas. Nam suprà dixim⁹ ex Plotino & AVGVS.
cur per malos homines puniat Deus quos vult, & posteà illos, per quos irrogarat pœnas no
centi nõ sinit abire impune. Assur ergo Romanus Imper. qui tunc erat Assyriorum rex &
Assyrij quod Assyrij sub signis Romanis militabant, & pars pro toto ponitur, quanquã pro
Romanis imperatoribus accipi magis placet.

D. HIERONYMVS	LXX VIRI
Et erit trãsitus virgæ fundatus,quam requiescere faciet Dominus super eũ in tympanis & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos.	Et erit ei per circuitũ, vndè erat ei spes auxilij,in quam ipse cõfidebat. ipsi cũ tympanis & cithara pugna bũt contra eum ex cõmutatione.

B LXX viri scholiũ hui⁹ loci pro trãslatione edidere, quod facere frequẽtissimè solent,vt ex
PROC. ORIG. suprà dictũ est. En hic locus ostẽdit, quod IVSTIN. aduersus Tryphonẽ
ait, nõ si quam vocũlã Iudæi arripiant, qua se tueantur, statim illis esse cedendũ, spectanda an
tecedentia, cõsequentia: præcedens oratio facere cũ sententia Iudæorũ videbatur, & quibus
dã ex nostris persuasit, vt eorũ sententiæ cederẽt, iã hic loc⁹ nullo modo cõgruit Assyrijs, siue
spectes scholium Lxx virorũ, siue interpretationẽ ad verbum D.Hierony. Ergo significat pro
pheta Flauiũ Vespas. occidendũ à T. Vespas. & Titũ à Domitiano necandũ. Hoc significarũt
Lxx cum enim dictũ sit suprà: plaga percutiet eos aut virga, subiungitur, & erit ei supple plaga
ei, imperatori Romano. Per circuitum, ab ijs, qui in circuitu eius sunt. Vndè erat ei spes auxilij
. i. ab ijs, vndè sperabat auxilium, quo enim magis pater fideret, quã filio? aut quo magis frater
fideret, quã fratri? Et tamẽ leges apud Dionẽ, Flau. Vespas. necatũ veneno à filio T. Vespasiano.
quanquã hoc falso proditum memoriæ ait, scribit tamen ita percrebruisse rumores, & T. Ves
pas. necatũ prodit à Domitiano fratre crudelissimè, & immanissimè. Fuit ergo Flauio Vespa
C siano imperatori, & T. Vespasiano Imperatori plaga ab ijs qui per circuitũ a circũstantib⁹, pa
tri à filio: fratri à fratre: vndè erat ei spes auxilij, & in qua spe ipse cõfidebat. Ipsi cũ tympanis,
& cithara inter musica instrumẽta, quibus cõuiuia exhilarabãtur in medijs epulis, pugnabũt
contra eũ, necabũt eũ veneno. Ex cõmutatione: vt mutent imperia, filius, vt accipiat imperiũ
patris, frater vt fratris capiat imperium. Sic explanabitur interpretatio D. Hieron. Transitus
virgæ. i. transitus imperij, fundatus, iã partus: Quam requiescere faciet Dominus super eum:
quod imperium requiescere faciet Dominus super eum: quod imperium ei dabit Dominus,
transitus ergo imperij erit hæc plaga scilicet, nam filius patrem occidet, vt imperium, quod
Deus patri dederat, partum iam transeat ad se, vt ipse imperator sit, occidet patrem, & transi
tus virgæ siue imperij fundatus iã partus, quod imperium Deus dederat fratri, erit hęc plaga. i.
causa, cur fratrem fratrẽ occidat. Dicit autẽ, transitus fundatus. i. constabilitus, quia neque filij⁹
patrem, neque frater fratrẽ occidissent, nisi depacti essent cũ principibus priùs, vt facto parri
cidio ad se transiret imperiũ. In tympanis, & citharis, in medijs epulis fiet parricidiũ. In bellis
præcipuis, in maximis bellis, Docet enim Plato. i. de leg. libro, seditiones vrbanas esse maxima
D bella, quod bella extera sustinemus, domesticis bellis cadunt vrbes, sed his multo maiora bel
la sunt, quæ intra vnam domum sunt, cum tui te petant insidijs inter epulas, cantica, & musica
instrumenta, quod Assyrijs conuenire nullo modo potest.

D. HIERONYMVS.	LXX VIRI.
Præparata est enim ab heri Topheth à rege præparata profunda, & dilatata, nutrimenta eius ignis, et ligna multa, flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.	Tu enim ante dies decipieris, nunquid tibi paratum est regnare? vallem profundam, ligna posita, ignẽ, & ligna multa, furor Domini quasi torrens à sulphure accensus.

IAm hoc loco silent Iudæi, silent Iudæorũ fraudes. Vident hoc ad Assyrios nõ posse pertine
re, cuius exercitus procul Hierosolymis ab angelo est interfectus, & Thophet sylua iuxta
vrbem

vrbē Hieroſolyma eſt, ad tartarū referūt,quò etiam referūt D.Hieronymus & omnes veteres ſed ſi literaliter interpretari hunc locū velimus,ad Romanos referre poſſumus & ad vaſtitatē Hieroſolymorū.Nā ex monte Oliueti,& ex ſylua Topheth,quę propter Hieroſolyma erant illic in proximo,& ex locis denſiſsimis arboribꝰ cóſitis ligna ſunt aſportata,quibus profundiſ ſimę valles,quæ erāt inter colles quatuor in quorū vertice ſita vrbs Hieroſolyma erat,ſunt ex æquatæ,& completæ,vt tranſitus eſſet legionibꝰ Romanis, & vt peruia eſſent omnia loca militibus,& quibus conflagraret tota vrbs Hieroſolyma: ſic enim præparata eſt ab heri.i. non ita pridē præparata eſt ſylua, vt cōflagret vrbs ſcilicet à rege.i.à regibꝰ,quos Iudæis præponebāt Romani,quos prodit IOSEPH.de bello Iud.li.5.muris,& ædificijs penè inexpugnabilem vrbē Hieroſolyma,adeo vt timerēt,ne venirent in ſuſpicionē Romanis proditionis .Hos.ſylua hāc excoluiſſe credibileę eſt:nā ſylua Topheth ſonat Latinè,ſylua amœna,à verbo Hebręo iapà,quod ſignificat pulchrū eſſe, vndè IOSEPH lib.6. de bello Iud. cap.1.loca amœniſsima ad incēdiū vrbis ita vaſtata eſſe dicit,vt lachrymas excuterēt,ita fœda relicta,etiā alieniſsimis hominibus,qui loca amœniſsima arboribus vernātibus viderēt in tantā fœditatē redacta.rex ergo cū excolebat illa loca, vt amœna eſſent præparabat incendiū vrbi .Quanquā à rege interpretari poſſumꝰ,vt eſſet à rege, ea forma dicēdi,qua dicimꝰ,à me eſt.i.mihi fauet:à te eſt,fauet tibi,quod magis placet,quod Hebraicè eſt, regi, præparata ergo erat illa ſylua regi Romano vt vos flāmis conſumat. Ab heri.i.poſt crucē Dñi,non ita pridē,poſt facinus illud immane admiſſum,ſylua(inquā illa Tophet.i.amœna,profunda & dilatata, hoc eſt proceris arboribꝰ frequēs,longè lateq; patens.Nutrimēta eius ignis:vt eſſent nutrimēta illiꝰ ignis, quo conflagratura eſſet Hieruſalē,& ligna multa ad cōplendas foſſas,& caua loca,quæ poſtquā gradum prębuerant militibus incendebantur, vt conflagraret vrbs. Flatus Dñi ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.i.Dñs ſuccendet ignem,quo conflagret vrbs,& templū,cuius voluntas maiorē vim habet ad inflammāda quæ volet,quā ſi ingruat rapidiſsimus torrens ſulphuris, qualis ſolet defluere monte Aetna,& alijs montibus igniuomis. Trāſlatio Lxx virorum videtur ſpectare ad hiſtoriam cuius meminit IOSEPH.lib.6.de bel.Iud.cap.31.in fine ſuſcepiſſe bellū Iudæos aduerſum Romanos,quod vaticiniū exortum eſt ea tempeſtate,imperiū orbis terrarum futurū penes hominem Iudæum, Ioſephus credidit hoc vaticiniū ſpectaſſe ad Veſpaſianum, qui præfectus prouincię Iudææ erat, & inde adeptus imperium orbis terrarū eſt:res ipſa indicat ſpectaſſe hoc vaticiniū ad hominem Iudęum.i.ad Chriſtum qui eo tēpore creuit in mōtē magnum,& ſedem apoſtolicā collocauit Romæ.Iudæi credidere ſibi portendi imperium & ideo ſuſcepere bellū aduerſum Romanos,quod CCCC. penè ante annis prędicūt Lxx viri in hoc cōmentariolo:edidere enim. Tu ante dies,ante hos dies(inquam)de quibꝰ ſermo eſt vaſtitatis Hieroſolymorū, decipieris,cum ſuſcipies bellum aduerſus Romanos,quod putabis portendi tibi imperiū orbis terrarum,nunquid tibi paratum eſt regnare?num putabas regnum orbis tibi paratum eſſe?quaſi dicat nihil minus. Vallē profundam .i.denſiſsimam ſyluā ſcies tibi paratā eſſe:& ligna poſita,vt cōpleant foſſas,& loca caua,vt dictum eſt. Itaque Lxx viti totum illud addidere pro commētariolo, Tu ante dies decipieris,nunquid tibi paratum eſt regnare? Quibus verbis attexuere cauſſam penè CCCC.ante annis,cur Iudæi prouocauerint arma Romana,& ſic intellexiſſe videtur hunc locū:Prępărata eſt ab heri Topheth regi, ſic enim vertiſſe videntur,vt Hebraicè eſt לְמֶלֶךְ.i.regi,vt eſſet ſenſus,denſiſsimæ arbores ſunt prępăratę huic regi,huic,qui ſe regnaturum putabat vt conflagret,& deleatur incēdio.Mihi hic ſenſus huius loci germānus eſſe videtur & ita explanari quoque poteſt interpretatio D. Hieronymi. Sylua illa Tophet.i. amœna prępărata eſt ab heri his proximi temporibus à rege à populo Iudaico qui ſibi regnum orbis pollicebatur in ſuum incendium.ſ.vt eius vrbs cum ſuis ciuibus conflagret. Mihi quidem ſententia Lxx virorum placet magnoperè,quod congruit cum hiſtoria: et rerum euentus eſt optimus ſcripturæ interpres,& multò magis quod ita ſunt interpretati quatuor penè ſæculis ante rem geſtam,vt eorum interpretationem rerum probarit euentus.

A B C D

*

TOMI PRIMI FINIS

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca